image
not
available

BP 431.1.2

950
8

ROBERT TROUP PAINE
TO
HARVARD COLLEGE.
A LEGACY
IN HIS NAME BEING APPLIED
IN PART TO AN ANNUAL INCREASE
OF THE LIBRARY

Received 9 April, 1879.

Digitized by Google

V

Robert Troup Paine

fu

Harvard College.

NOVA ACTA ERUDITORUM, ANNO MDCCXLII publicata.

Cum S. Cæsareæ Majestatis & Regis Pol. atque Electoris Saxoniæ Privilegiis.

 LIPSIÆ,

Prostant apud MAURIT. GEORG. WEIDEMANNUM, JO. FRID. GLEDITSCHIUM, & B. LANCKISII hæredes.

Venduntur etiam Romæ apud PAGLIARINOS, *Venetiis* apud JO. BAPT. ALBRIZZIUM & SEBAST. COLETUM, *Parisiis* apud BRIASSONUM, Ultrajecti apud JO. BROEDELETUM, & Amstelodami in WAESBERGIORUM & WETSTENII officinis.

MDCCXLII.

27.93

1879, April 9.
Paine bequest.

Lectori Salutem!

Quod dudum facere, exacto quoque anno, consuevimus, nunc quoque tuum, Lector, absoluto penso annuo, subire vultum non veremur, optime actorum nobis conscii, nec de tuo, quo æquius esse nullum potest, judicio timentes quidquam. Nam, si superiores anni hac ex parte longe nobis jucundissimi ac prorsus auspicati acciderunt, largissimumque nobis hunc laboris nostri fructum attulerunt, quod, nostra tibi studia probari tantum, quantum potest maxime, intelleximus, de postremo hoc sperare nobis multo melius licebit, cujus quippe quædam esse præcipua, nec cum ceteris communis, gloria videtur. Præterquam enim, quod a solito Actorum Opere, in æternum, si Dii voluerint, ævum abituro, nihil cessarunt Musæ nostræ, nec, qui eo nomine torporem & ignaviam his exprobret, facile futurus quisquam est Lectorum; cogitarunt etiam haud ita pridem de texenda nova tela, &, in lucem revocando bonum illud literisque salutare Miscellaneorum Lipsiensium, olim in hac Academia non sine docti orbis plausu editorum, institutum, testatum esse omnibus hoc voluerunt, nihil non suarum rerum & curarum literis & harum incrementis sacrum se habere, &, si qua opera bonarum artium augere decus possint, eam a se promte lubenterque conferri. Cujus consilii cum sit omnis ratio haud ita pridem in his Actis explicata, jamque operis ipsius Partes tres Lectorum manibus versentur, unde, quid a nobis exspectandum sit in tempus posterum, haud difficile existimari possit; jam quidem alios malumus libere de re universa judicare, quam ad ejus commendationem quidquam a nobis ipsis proferri. Unum hoc nescire nolumus Lectores, cum Actis ipsis nihil novis hisce Miscellaneis

cogna-

cognationis intercedere, nisi quod iidem utriusque operis Autores atque architecti sint, & utrumque spectet ad juvandam literarum causam; ceterum, quod ad tractandi rationem & argumentorum genus, tantum hæc inter se discrepare, quantum, qui dicit ipse, ab eo, qui dicta aliorum refert, discrepat. Nimirum in Actis, *quid aliena excuderit industria, narramus, ea laude contenti, quam, qui dicta atque facta aliorum describit diligenter, exspectare demum potest; in* Miscellaneis *ipsi aliquid excudere, & scientiarum, si fieri possit, proferre fines, conamur. Sed, cum probe memineris, talia nonnulla, quæ novo* Miscellaneorum *operi nunc destinata sunt, in ipsis olim* Actis *locum invenisse; his salvum etiam in posterum hoc decus volumus, inprimis si, quæ mitti ad nos aliunde solent, rem mathematicam aut naturalem, utramque* Actorum *a multis inde annis quasi propriam, spectent, aut, malle se per* Acta, *quam per* Miscellanea, *in publicam hominum notitiam venire, ipsi nobis Autores significent. Invitatos autem ad has dapes omnium terrarum atque nationum viros doctos volumus, liberumque his, utendi nostræ opera, non ea mercenaria, sed prorsus liberali, jus facimus, ita certissime futurum ominantes, ut multi aliquando famæ suæ magnam partem hisce* Miscellaneis *acceptam referant, sicut fatentur multi, quod aliquod nunc inter exteros nomen habeant, id* Actis *deberi. Sed, ut hominem etiam sciant, ad quem sua transmittere tuto possint, qui admitti in societatem nostram cupiunt,* Fridericum Ottonem Menckenium *nominamus, utriusque Juris Doctorem, & Regis nostri Consiliarium aulæ, qui* Miscellanea *hæc colligendi atque publicandi curam lubens suscepit, hanc literarum dignitati consulendi parum speciosam rationem splendidissimis aliorum sive factis, sive consiliis, longissime præponens, &, quod sui esse muneris intelligit, recte diligenterque præstiturus. Sed, ut prosperos incepta hæc successus habeant, Deorum opus est auxilio, quibus adeo hoc æque, ac cetera nostra omnia consilia, religiose, conceptisque votis, commendamus.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis *Januarii* Anno MDCCXLII.

M. ANNÆI LUCANI PHARSALIA, CUM COMMENTARIO PETRI BURMANNI.

Leidæ, apud Conradum Wishoff, Danielem Goetual, & Georg. Jac. Wishoff, fil. Conradi, 1740, 4 maj.

Alph. 5 plag. 4½.

Quadraginta fere anni sunt, cum Cel. *Petrus Burmannus* ab hæredibus *Heinsianis copiam nactus, scrinia Heinsii, & in iis scripta*, partim summam manum adepta, partim in lituariis jacentia, & inchoata & affecta tantum, inspiciendi, curam illis concinnandis, & in lucem proferendis, adhibere cœpit. Cumque inter *alia* editionem *Lucani* a *Sebastiano Gryphio* A. 1542 curatam reperisset, ad cujus oram variantes plus quinque & viginti Codicum lectiones, & simul, quæ inter legendum & conferendum ipsi natæ fuisse videbantur, conjecturas suas Vir illustris alleverat, statim quidem impetum cepit, aliis tunc curis districtus, nudum Poetam, & solis tot exemplarium discrepantibus lectionibus ornatum, proferre. Sed, parato licet exemplari typis committendo, cum inter hanc meditationem ipsi quædam annotationes illustrandis Poetæ verbis subnascerentur, eas digerere, & *Heinsianis* conjecturis admiscere, cœpit, &, consilio, quod prius intenderat, mutato, in tempus aliquod *Lucani* editionem distulit, maxime quod Academiæ patriæ novus Professor muneris rationem sibi habendam putabat, & curis, quas *Ovidio*, *Quintiliano*, *Valerio Flacco*, aliis, insumebat, simul impediebatur. His impedimentis tandem superatis,

& serio in ordinem redactis suis & aliorum in *Lucanum* annotationibus, consilium ad exemplum & formam *Ovidii Lucanum* edendi, rumor, et deinde literæ a Cel. *Bentlejo*, quibus se jamjam Poetam typis exprimendum daturum nuntiavit, retardarunt. Nam, quamvis *Heinsianorum* excerptorum Doctiss. *Bentlejo* copiam non fecerit, quod iis ipse uti decreverat, tamen ipse in præsens omnem de *Lucano* curam tunc abjecit. Postea vero, quam pro certo ipsi affirmatum erat, *Bentlejum*, si non projecta, certe dilata, *Lucani* editione, se ad alias curas convertisse, quod eventus confirmavit, lente sibi in perpoliendo *Lucano* festinandum duxit, quod multa etiam in *Lucani* verbis obscuris & corruptis supererant, ex quibus nec dum se expedire poterat. Dum itaque cunctatur, & hic & illic consilii sui de edendo *Lucano* ipse mentionem facit, alia iterum mora injicitur, quod *Franciscus Oudendorpius* & *Gottlieb Cortius*, Clarissimi Viri, in eandem *Lucani* edendi curam se incumbere significabant. Ampla vero *Oudendorpii*, & *Cortii* minoris formæ, editione divulgata, ita utriusque, quos appellare solet, juvenis copiis usus est, ut varietates, quas *Oudendorpius* indicavit, ex Codicibus etiam *Heinsio* inspectis abjiceret, *Cortianorum* autem Codicum lectiones, ignarus adhuc, an uberiores notæ proditura essent, quantum potuit, excerpsit, in quibus se fatetur multa ab aliis discrepantia animadvertisse, & semina quædam emendationum, quæ in majori editione in magnam segetem exitura essent, prævidisse, nec se exputare posse affirmat, qua specie non audaces modo & temerarias conjecturas, sed & certissimis metri legibus adversantes, doctis probaturus sit. Ut igitur accuratius, quam olim, *Lucanum* excuteret, diligentius iterum iterumque excerpta *Heinsiana* recognovit, & varietates omnes fere notis suis inseruit, quoniam a se impetrare non potuit, ut novum illum morem, varias lectiones, medio spatio inter Poetæ verba & notas, minutissimo charactere expressas collocandi, sequeretur. Recte etiam & ordine fecisse *Cortium* & *Oudendorpium* decernit, qui omnes fere, quas in libris antiquis repererunt, varietates indicarunt, quam quidem sectam & ipse in hac editione secutus est, quia ex corruptissima etiam scriptura usu

peritos

peritos Criticos vestigia veræ lectionis quærendo investigasse constat, nec *Clerici*, maledicentissimi hominis, calumnia, qui asinos membranis onustos redire ex peregrinationibus viros eruditos, qui Codices MStos coemerunt, jactavit, se ab hoc instituto dimoveri debuisse, palam fatetur. Neque *Bentlejum* sibi imitandum censuit, qui, neglecta Codicum & editorum & scriptorum autoritate, Poetas edere sustinuisse ipsi videtur, & dictatorio fastu versus nobis obtrusisse nunquam ab Autore profectos, alios magno numero, ut spurios, ejecisse. Cujus rei insigne documentum in *Manilio* cumprimis exstare voluerit. Ipse *Burmannus* salubris & placidæ Critices documentum in his in *Lucanum* notis dare inprimis studuit, cum, licet inter tot discrepantes inter se lectiones uberrima ipsi corrigendi & conjectandi seges ostenderetur, quoties vulgatæ tolerabilem aliquem sensum posse dari videret, ab omni verborum *immutatione* manum abstinuit; si vero ulcus subesse constaret, propositis sua & aliorum sententiis, intactum illud felicioribus ingeniis reliquit, aut eligendi arbitrium lectoribus tulit. *Sic Lib. I vers. 45, te, cum, statione peracta, Astra petes serus*, *Cortius* ex suo Codice dedit, *statione relicta;* quæ quia lectio nimis abit ab aliorum Codicum scriptura, neque firmatur etiam membranarum, quas alii magno numero inspexerunt, consensu, eam rejicit, & ab ipsius *Cortii* conjectura esse suspicatur, nisi librarii hujus menti obversatus est locus ex *Lib. VII v. 235: Illo forte die Cæsar, statione relicta*, ubi tamen ipse *Cortius* legit, *statione soluta. Cortio* vero videtur, de sententia *Burmanni*, in memoria hæsisse ille *Ovidii* versus ex *Lib. II Trist. v. 219: Scilicet imperii, princeps, statione relicta ;* quare hanc emendationem autori suo, si viveret, vindicandam relinqueret. Interim, quia dubitat, an Latine quidem satis dicatur, *peracta statio*, eo sensu, quo tempus illud imperio destinatum obierit Imperator, magis accederet conjecturæ *Heinsii*, qui legebat *statione parata*, quem, etsi non adscripsit modum, quo hæc verba explicat, credit eo sensu cepisse, ut Poeta, adulandi artifex, licet non sine *sale*, dicat, *Neroni* locum jam in cœlo paratum, in quo *post* mortem, ut *Cæsar, Augustus*, & alii consecrati, tanquam sidus novum fulge-

A 2 ret.

ret. At, quia tamen tot singularia habet *Lucanus*, non audet Vir Celeberrimus mutare *peracta statione*, pro imperii munere & tempore exacto capiendum. *Lib. I vers. 381: Castra super Tusci si ponere Thybridis undas, Hesperios audax veniam metator in agros.* Hic, quanquam in partes discedunt varias membranæ, his *signa*, illis *castra*, exhibentibus, tamen, quia *castra* aptius convenit voci *metator*, rectius hoc *Oudendorpium* & *Cortium* prætulisse judicat. Sed aliud est, quod ipsi vulgatam lectionem faciat suspectam. An enim *super undas castra* quis unquam posuit? An vero Tybrim hic pro regione circa Tybrim capiemus? An *super* pro *ultra* posset capi? Hinc conjectura, sed nulli invito obtrudenda, legit, *Castra per Etrusci si ponere Thybridis undas*, id est, tota, qua fluit Thybris, regione. *Drakenborchius*, quocum conjecturam suam communicarat *Burmannus*, malebat, *Castra sub Etrusci*, ut illud *per* in *super* natum ex primis literis *Etrusci* esset. Forsitan hæc legentibus succurrent *castra nautica* in Historicis obvia, ita quidem, ut Poeta dicat exercitum per undas delatum, &, antequam castra in agris posuisset, posita habuisse in undis nautica. *Lib. I vers. 565: tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos* Hic quid sibi velint verba, *cecinere Deos*, interpretibus non constat: Scholiastæ opinione ordo est: *Dii cecinere sæva, quos movet Bellona sectis humeris.* Est autem figura, *quos Deos*, ut *Virgilius*, *Urbem, quam statuo, vestra est*, pro *urbs*, sic *Deos* pro *Dii*. Quem hic valde errare censet Cl. *Oudendorpius*, rectiusque *Omnibonum Deos* sumsisse pro oraculis Deorum, ipse tamen malit scribere *Deam*, scilicet Bellonam. *Burmanno* autem nondum hic locus apparet liquidus; quare hæc relinquit aliis sananda, vel explicanda. Si conjectura uti in re obscura licet, forsitan Scholiastæ opinio veræ nobis sententiæ viam faciet. Scilicet vox *Deos* referri potest omnino ad relativum *quos*, per figuram a Grammatico adductam, non eo tamen, quo iste vult, significatu, sed ita, ut per *quos Deos* intelligamus illos ipsos Gallos, qui hic cecinisse dicuntur, quos omnino Bellona sæva movet. Nam priora illa verba, *tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos*, tantum nobis videntur generatim significare, Gallos

Gallos cecinisse entheos. Posteriora autem, *crinemque rotantes sanguineum populis ulularunt tristia Galli*, & modum vaticinandi & argumentum indicare. Etenim ingenio *Lucani* non plane adversum existimamus, Gallos a Dea agitatos nominare ipsos Deos. *Lib. I vers. 103: Ionium Ægæo frangat mare.* His verbis Cel. *Burmannus* veram omnino sententiam vindicavit, ab iis, qui ante eum commentati sunt, vix perceptam. Nempe *Lucanus*, hic ruptam triumvirorum concordiam morte *Crassi* describens, utitur comparatione, sumta ab Isthmo Corinthiaco, qui, medius inter Ionium & Ægæum mare, prohibet hæc duo æquora, quæ a Poetis, ut atrocia, tempestuosa & irata, passim describuntur, coire; sed, si Isthmus ille perrumperetur & tolleretur, sæva hæc maria inter se commissa ingentes tumultus excitatura, canit his verbis: *Si terra recedat, Ionium Ægæo frangat mare.* Quo modo si legatur, vix menti Poetæ satis fiet. Nam frangi mare dicitur, cum ejus violentia, objecto aliquo scopulo, littore, aut quocunque obice, repellitur, & vis ejus retunditur. Sic ergo Isthmus manens potest dici *frangi ab utroque mari*, & vicissim *frangere* quoque & repellere *fluctus utriusque æquoris*, sublato vero Isthmo utrumque æquor irrumpens conferet fretum, & atrocissimos ibi concurrentibus undis fluctus excitabit. Sic, sublato *Crasso*, qui *medius* inter *Pompejum* & *Cæsarem*, belli civilis mora supra *v. 100* dicitur, hi duo violentissimi & imperium affectantes inter se exercebant iras suas. Hinc, quia cogitat, millies a librariis præpositiones verborum omissas aut absorptas celeritate scribendi, sollicitatur Cel. *Burmannus*, ut locum corruptum credat & legat, *si terra recedat, Ionium Ægæo infringat mare;* hanc vero lectionem stabilire videtur ipsa duorum marium natura. Nam *Strabo, Lib. I pag. 54* narrans conatum *Demetrii Poliorcetæ*, Isthmum Corinthiacum perfodere meditantis, repressum ait ab architectis & locorum peritis, qui monebant, Ionium mare in sinu Corinthiaco longe altius esse Ægæo in sinu Saronico, ideoque, si Isthmus perfoderetur, tanto impetu Ionium mare irrupturum, ut Æginam & vicinas insulas aquis obrutas submergeret. Sic ergo non Ægæo mari frangi poterat Ionium, quod erat altius, nec

nec immitti poterat Ægæum Ionio, ut ejus fluctus atroces frangeret, sed rupta terra infringeret Ionium altius & violentius inferius Ægæum. Et ita factum. *Crasso* enim, arma duorum ducum dirimente, sublato, *Cæsar*, Ionium veluti mare, immissus in *Pompejum*, quasi Ægæum, facta via per mortem *Crassi*, impetu suo omnia obstacula perrupit, & inferiores sibi cedere coegit. Atque his quidem eleganter dictis, docteque disputatis, illud unicum adjiciendum putamus, *Cæsarem* ideo fortasse a Poeta comparari mari Ionio, quod copiis nitebatur occidentalibus, *Pompejum* autem Ægæo, quia viribus Orientis utebatur. *Lib. III verſ. 404: structæ diris altaribus aræ.* Quam lectionem *Oudendorpius* restituit, & *altaria*, præeunte *Servio*, accipit pro ipso libamine & oblato sacrificio, in quo refutando vel ideo multus est *Burmannus*, quod notaverat ea, quæ ad *Quintilianum Decl. XII, 26*, scripta fuerunt. Ceterum passurum se ait vulgatam lectionem circumferri, si *altaria* non pro libamine aut sacrificio, sed pro parte aræ illa, quæ Græcis ἐπίκυρον vocatur, sumamus, quamvis *diris feralibus* elegantius & clarius existimet. *Lib. V verſ. 137 seq: satique sat est arcana futuri Carmina longævæ vobis commissa Sibyllæ.* In his verbis explicandis admodum viros doctissimos hæsisse, & varias protulisse conjecturas, ex *Oudendorpii* editione perspicimus. Cel. *Burmannus* putat, unica mutata litera sensum optimum exire, si legatur, *farique sat est arcana futuri Carmina longæva, vobis commissa, Sibyllæ*, ut *fari* opponatur τῷ *silet*, hoc sensu: Sat est, id est, sufficit vobis, Sibyllam, cujus carmina vobis sunt commissa, arcana futuri temporis fari, quæ vos soletis per quatuordecim viros inspiciendis libris Sibyllinis cognoscere. Quare vobis Romanis non necesse est ad Phœbum Delphicum decurrere. Itaque, licet ex his intelligi possit, cautum in afferendis conjecturis & modestum cum alias, tum ad *Lucanum*, fuisse *Burmannum*, habet tamen etiam quædam, quæ audaciora dici omnino possint. *Lib. I verſ. 71: Stagna avidi texere soli, laxæque paludes.* Displicet hic Interpretibus, & ipsi *Burmanno*, illud *avidi*, pro quo plures *udi soli* maluerunt. *Cortius* vero prorsus contra leges metricas *uvidi soli* voluit. Quoniam vero

in

in Codice uno erat, *stagna vagi texere soli*, inde *Burmannus* se finxisse scribit, *stagna vadi texere solo*, id est, in fundo non profundo stagni latuit, vel *vadis texere soli*; qua locus palustris, ulva limosâ & arundinibus plena, dicitur fuisse. Sed, diligentius expensis verbis *Plutarchi* in vita *Marii*, qui dicit, senem quendam occultasse *Marium* ἐν χωρίῳ κοίλῳ, *in loco cavo*, ad fluvium, & injecisse arundinem multam & aliam materiem, credit, posse legi, *stagna cavo texere loco*. Longius hæc nobis a vulgata videntur recedere, præsertim cum & nullus Codex addicat, & vulgata lectio sensum omnino aliquem rei, de qua agitur, convenientem habeat. Scilicet *avidum solum* dici posse videtur id, quod instar speluncæ aut hiatus in stagno aquam avide sorbet immissam. Interim tamen editio hæc, a Cel. *Burmanno* procurata, non tantum in multis præferenda nobis videtur *Oudendorpianæ*, sed & plane videtur necessaria iis, qui alias & maxime commemoratam recte examinare cupiunt. Digna etiam est Præfatio, quæ ab harum rerum studiosis perlegatur, in qua, post fata sui in *Lucanum* laboris commemorata, & sententia de *Oudendorpio*, *Cortio*, *Bentlejo*, aliis, libere, & interdum liberius, dicta, de *Lucani* genio scribendi, & a *Virgilii* & *Augustei* seculi scriptorum stilo longe discedenti, differit, & ostendere instituit, quam ipsi singularia quædam & inepta etiam placuerint. Adjectus denique est Index tam in *Lucanum* ipsum, quam in annotationes Cel. Editoris, quem ipse in Præfatione fatetur ab alio in Bibliopolæ gratiam confectum esse.

A PARAPHRASE AND NOTES ON THE EPISTLE of St. James, &c.

hoc est,

PARAPHRASIS ET NOTÆ IN EPISTOLAM S. Jacobi ad modum Lockii. Accedit Dissertatio in Jac. II, 14-20, *sive Specimen conciliationis sententiæ S. Pauli de justificatione hominum per fidem, & S. Jacobi de justificatione ipsorum per opera; eodem Autore, qui Paraphrasin & Notas in Epistolas S. Pauli ad Philemonem,*

1879, April 9.
Paine bequest.

Lectori Salutem!

uod dudum facere, exacto quoque anno, consuevimus, nunc quoque tuum, Lector, absoluto penso annuo, subire vultum non veremur, optime actorum nobis conscii, nec de tuo, quo æquius esse nullum potest, judicio timentes quidquam. Nam, si superiores anni hac ex parte longe nobis jucundissimi ac prorsus auspicati acciderunt, largissimumque nobis hunc laboris nostri fructum attulerunt, quod, nostra tibi studia probari tantum, quantum potest maxime, intelleximus, de postremo hoc sperare nobis multo melius licebit, cujus quippe quædam esse præcipua, nec cum ceteris communis, gloria videtur. Præterquam enim, quod a solito Actorum *Opere, in æternum, si Dii voluerint, ævum abituro, nihil cessarunt Musæ nostræ, nec, qui eo nomine torporem & ignaviam his exprobret, facile futurus quisquam est Lectorum; cogitarunt etiam haud ita pridem de texenda nova tela, &, in lucem revocando bonum illud literisque salutare* Miscellaneorum Lipsiensium, *olim in hac Academia non sine docti orbis plausu editorum, institutum, testatum esse omnibus hoc voluerunt, nihil non suarum rerum & curarum literis & harum incrementis sacrum se habere, &, si qua opera bonarum artium augere decus possint, eam a se promte lubenterque conferri. Cujus consilii cum sit omnis ratio haud ita pridem in his* Actis *explicata, jamque operis ipsius* Partes tres *Lectorum manibus versentur, unde, quid a nobis exspectandum sit in tempus posterum, haud difficile existimari possit; jam quidem alios malumus libere de re universa judicare, quam ad ejus commendationem quidquam a nobis ipsis proferri. Unum hoc nescire nolumus Lectores, cum* Actis *ipsis nihil* novis *hisce* Miscellaneis

cognationis intercedere, nisi quod iidem utriusque operis res atque architecti sint, & utrumque spectet ad juvandam rarum causam; ceterum, quod ad tractandi rationem & mentorum genus, tantum hæc inter se discrepare, quantum, dicit ipse, ab eo, qui dicta aliorum refert, discrepat. rum in Actis, *quid aliena excuderit industria, narramus laude contenti, quam, qui dicta atque facta aliorum describit genter, exspectare demum potest; in* Miscellaneis *ipsi aliquid cudere, & scientiarum, si fieri possit, proferre fines, cona Sed, cum probe memineris, talia nonnulla, quæ novo* Misce neorum *operi nunc destinata sunt, in ipsis olim* Actis *locum nisse; his salvum etiam in posterum hoc decus volumus, in mis si, quæ mitti ad nos aliunde solent, rem mathematicam naturalem, utramque* Actorum *a multis inde annis quasi priam, spectent, aut, malle se per* Acta, *quam per* Misc lanea, *in publicam hominum notitiam venire, ipsi nobis Auto significent. Invitatos autem ad has dapes omnium terrarum que nationum viros doctos volumus, liberumque his, utendi nost opera, non ea mercenaria, sed prorsus liberali, jus facim ita certissime futurum ominantes, ut multi aliquando famæ s magnam partem hisce* Miscellaneis *acceptam referant, sicut f tentur multi, quod aliquod nunc inter exteros nomen habean id* Actis *deberi. Sed, ut hominem etiam sciant, ad quem s transmittere tuto possint, qui admitti in societatem nostram c piunt,* Fridericum Ottonem Menckenium *nominamus, utr usque Juris Doctorem, & Regis nostri Consiliarium aulæ qui* Miscellanea *hæc colligendi atque publicandi curam luben suscepit, hanc literarum dignitati consulendi parum speciosan rationem splendidissimis aliorum sive factis, sive consiliis, longissi me præponens, &, quod sui esse muneris intelligit, recte diligen terque præstiturus. Sed, ut prosperos incepta hæc successus habeant, Deorum opus est auxilio, quibus adeo hoc æque, ac cetera nostra omnia consilia, religiose, conceptisque votis, commendamus.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Januarii Anno MDCCXLII.

M. ANNÆI LUCANI PHARSALIA, CUM COMMENTARIO PETRI BURMANNI.

Leidæ, apud Conradum Wishoff, Danielem Goetual, & Georg. Jac. Wishoff, fil. Conradi, 1740, 4 maj.

Alph. 5 plag. 4½.

Quadraginta fere anni sunt, cum Cel. *Petrus Burmannus* ab hæredibus *Heinsianis copiam nactus*, scrinia *Heinsii*, *& in iis scripta*, partim summam manum adepta, partim in lituariis jacentia, & inchoata & affecta tantum, inspiciendi, curam illis concinnandis, & in lucem proferendis, adhibere coepit. Cumque inter alia editionem *Lucani* a *Sebastiano Gryphio* A. 1542 curatam reperisset, ad cujus oram variantes plus quinque & viginti Codicum lectiones, & simul, quæ inter legendum & conferendum ipsi natæ fuisse videbantur, conjecturas suas Vir illustris alleverat, statim quidem impetum cepit, aliis tunc curis districtus, nudum Poetam, & solis tot exemplarium discrepantibus lectionibus ornatum, proferre. Sed, parato licet exemplari typis committendo, cum inter hanc meditationem ipsi quædam annotationes illustrandis Poetæ verbis subnascerentur, eas digerere, & *Heinsianis* conjecturis admiscere, coepit, & consilio, quod prius intenderat, mutato, in tempus aliquod *Lucani* editionem distulit, maxime quod Academiæ patriæ novus Professor muneris rationem sibi habendam putabat, & curis, quas *Ovidio*, *Quintiliano*, *Valerio Flacco*, aliis, insumebat, simul impediebatur. His impedimentis tandem superatis,

& serio in ordinem redactis suis & aliorum in *Lucanum* annotationibus, consilium ad exemplum & formam *Ovidii Lucanum* edendi, rumor, et deinde literæ a Cel. *Bentlejo*, quibus se jamjam Poetam typis exprimendum daturum nuntiavit, retardarunt. Nam, quamvis *Heinsianorum* excerptorum Doctiss. *Bentlejo* copiam non fecerit, quod iis ipse uti decreverat, tamen ipse in præsens omnem de *Lucano* curam tunc abjecit. Postea vero, quam pro certo ipsi affirmatum erat, *Bentlejum*, si non projecta, certe dilata, *Lucani* editione, se ad alias curas convertisse, quod eventus confirmavit, lente sibi in perpoliendo *Lucano* festinandum duxit, quod multa etiam in *Lucani* verbis obscuris & corruptis supererant, ex quibus nec dum se expedire poterat. Dum itaque cunctatur, & hic & illic consilii sui de edendo *Lucano* ipse mentionem facit, alia iterum mora injicitur, quod *Franciscus Oudendorpius* & *Gottlieb Cortius*, Clarissimi Viri, in eandem *Lucani* edendi curam se incumbere significabant. Ampla vero *Oudendorpii*, & *Cortii* minoris formæ, editione divulgata, ita utriusque, quos appellare solet, juvenis copiis usus est, ut varietates, quas *Oudendorpius* indicavit, ex Codicibus etiam *Heinsio* inspectis abjiceret, *Cortianorum* autem Codicum lectiones, ignarus adhuc, an uberiores notæ proditurae essent, quantum potuit, excerpsit, in quibus se fatetur multa ab aliis discrepantia animadvertisse, & semina quædam emendationum, quæ in majori editione in magnam segetem exitura essent, prævidisse, nec se exputare posse affirmat, qua specie non audaces modo & temerarias conjecturas, sed & certissimis metri legibus adversantes, doctis probaturus sit. Ut igitur accuratius, quam olim, *Lucanum* excuteret, diligentius iterum iterumque excerpta *Heinsiana* recognovit, & varietates omnes fere notis suis inseruit, quoniam a se impetrare non potuit, ut novum illum morem, varias lectiones, medio spatio inter Poetæ verba & notas, minutissimo charactere expressas collocandi, sequeretur. Recte etiam & ordine fecisse *Cortium* & *Oudendorpium* decernit, qui omnes fere, quas in libris antiquis repererunt, varietates indicarunt, quam quidem sectam & ipse in hac editione secutus est, quia ex corruptissima etiam scriptura usu peritos

peritos Criticos vestigia veræ lectionis quærendo investigasse constat, nec *Clerici*, maledicentissimi hominis, calumnia, qui asinos membranis onustos redire ex peregrinationibus viros eruditos, qui Codices MStos coemerunt, jactavit, se ab hoc instituto dimoveri debuisse, palam fatetur. Neque *Bentlejum* sibi imitandum censuit, qui, neglecta Codicum & editorum & scriptorum autoritate, Poetas edere sustinuisse ipsi videtur, & dictatorio fastu versus nobis obtrusisse nunquam ab Autore profectos, alios magno numero, ut spurios, ejecisse. Cujus rei insigne documentum in *Manilio* cumprimis exstare voluerit. Ipse *Burmannus* salubris & placidæ Critices documentum in his in *Lucanum* notis dare inprimis studuit, cum, licet inter tot discrepantes inter se lectiones uberrima ipsi corrigendi & conjectandi seges ostenderetur, quoties vulgatæ tolerabilem aliquem sensum posse dari videret, ab omni verborum immutatione manum abstinuit; si vero ulcus subesse constaret, propositis sua & aliorum sententiis, intactum illud felicioribus ingeniis reliquit, aut eligendi arbitrium lectoribus tulit. *Sic Lib. I verf. 45, te, cum, statione peracta, Astra petes serus*, *Cortius* ex suo Codice dedit, *statione relicta*; quæ quia lectio nimis abit ab aliorum Codicum scriptura, neque firmatur etiam membranarum, quas alii magno numero inspexerunt, consensu, eam rejicit, & ab ipsius *Cortii* conjectura esse suspicatur, nisi librarii hujus menti obversatus est locus ex *Lib. VII v. 235: Illo forte die Cæsar, statione relicta*, ubi tamen ipse *Cortius* legit, *statione soluta*. *Cortio* vero videtur, de sententia *Burmanni*, in memoria hæsisse ille *Ovidii* versus ex *Lib. II Trist. v. 219: Scilicet imperii, princeps, statione relicta*; quare hanc emendationem autori suo, si viveret, vindicandam relinqueret. Interim, quia dubitat, an Latine quidem satis dicatur, *peracta statio*, eo sensu, quo tempus illud imperio destinatum obierit Imperator, magis accederet conjecturæ *Heinsii*, qui legebat *statione parata*, quem, etsi non adscripsit modum, quo hæc verba explicat, credit eo sensu cepisse, ut Poeta, adulandi artifex, licet non sine *sale*, dicat, *Neroni* locum jam in cœlo paratum, in quo *post* mortem, ut *Cæsar, Augustus*, & alii consecrati, tanquam sidus novum fulge-

ret. At, quia tamen tot singularia habet *Lucanus*, non audet Vir Celeberrimus mutare *peracta statione*, pro imperii munere & tempore exacto capiendum. *Lib. I vers. 381: Castra super Tusci si ponere Thybridis undas, Hesperios audax veniam metator in agros.* Hic, quanquam in partes discedunt varias membranæ, his *signa*, illis *castra*, exhibentibus, tamen, quia *castra* aptius convenit voci *metator*, rectius hoc *Oudendorpium* & *Cortium* prætulisse judicat. Sed aliud est, quod ipsi vulgatam lectionem faciat suspectam. An enim *super undas castra* quis unquam posuit? An vero Tybrim hic pro regione circa Tybrim capiemus? An *super* pro *ultra* posset capi? Hinc conjectura, sed nulli invito obtrudenda, legit, *Castra per Etrusci si ponere Thybridis undas*, id est, tota, qua fluit Thybris, regione. *Drakenborchius*, quocum conjecturam suam communicarat *Burmannus*, malebat, *Castra sub Etrusci*, ut illud *per* in *super* natum ex primis literis *Etrusci* esset. Forsitan hæc legentibus succurrent *castra nautica* in Historicis obvia, ita quidem, ut Poeta dicat exercitum per undas delatum, &, antequam castra in agris posuisset, posita habuisse in undis nautica. *Lib. I vers. 565: tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos.* Hic quid sibi velint verba, *cecinere Deos*, interpretibus non constat: Scholiastæ opinione ordo est: *Dii cecinere sæva, quos movet Bellona sectis humeris.* Est autem figura, *quos Deos*, ut *Virgilius*, *Urbem, quam statuo, vestra est*, pro *urbs*, sic *Deos* pro *Dii*. Quem hic valde errare censet Cl. *Oudendorpius*, rectiusque *Omnibonum Deos* sumsisse pro oraculis Deorum, ipse tamen malit scribere *Deam*, scilicet Bellonam. *Burmanno* autem nondum hic locus apparet liquidus; quare hæc relinquit aliis sananda, vel explicanda. Si conjectura uti in re obscura licet, forsitan Scholiastæ opinio veræ nobis sententiæ viam faciet. Scilicet vox *Deos* referri potest omnino ad relativum *quos*, per figuram a Grammatico adductam, non eo tamen, quo iste vult, significatu, sed ita, ut per *quos Deos* intelligamus illos ipsos Gallos, qui hic cecinisse dicuntur, quos omnino Bellona sæva movet. Nam priora illa verba, *tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos*, tantum nobis videntur generatim significare,

Gallos

Gallos cecinisse entheos. Posteriora autem, *crinemque rotantes sanguineum populis ulularunt tristia Galli*, & modum vaticinandi & argumentum indicare. Etenim ingenio *Lucani* non plane adversum existimamus, Gallos a Dea agitatos nominare ipsos Deos. *Lib. I vers. 103: Ionium Ægæo frangat mare.* His verbis Cel. *Burmannus* veram omnino sententiam vindicavit, ab iis, qui ante eum commentati sunt, vix perceptam. Nempe *Lucanus*, hic ruptam triumvirorum concordiam morte *Crassi* describens, utitur comparatione, sumta ab Isthmo Corinthiaco, qui, medius inter Ionium & Ægæum mare, prohibet hæc duo æquora, quæ a Poetis, ut atrocia, tempestuosa & irata, passim describuntur, coire; sed, si Isthmus ille perrumperetur & tolleretur, sæva hæc maria inter se commissa ingentes tumultus excitatura, canit his verbis: *Si terra recedat, Ionium Ægæo frangat mare.* Quo modo si legatur, vix menti Poetæ satis fiet. Nam frangi mare dicitur, cum ejus violentia, objecto aliquo scopulo, littore, aut quocunque obice, repellitur, & vis ejus retunditur. Sic ergo Isthmus manens potest dici *frangi ab utroque mari*, & vicissim *frangere* quoque & repellere *fluctus utriusque æquoris*, sublato vero Isthmo utrumque æquor irrumpens conferet fretum, & atrocissimos ibi concurrentibus undis fluctus excitabit. Sic, sublato *Crasso*, qui *medius* inter *Pompejum* & *Cæsarem*, belli civilis mora supra *v. 100* dicitur, hi duo violentissimi & imperium affectantes inter se exercebant iras suas. Hinc, quia cogitat, millies a librariis præpositiones verborum omissas aut absorptas celeritate scribendi, sollicitatur Cel. *Burmannus*, ut locum corruptum credat & legat, *si terra recedat, Ionium Ægæo infringat mare*; hanc vero lectionem stabilire videtur ipsa duorum marium natura. Nam *Strabo, Lib. I pag. 54* narrans conatum *Demetrii Poliorcetæ*, Isthmum Corinthiacum perfodere meditantis, repressum ait ab architectis & locorum peritis, qui monebant, Ionium mare in sinu Corinthiaco longe altius esse Ægæo in sinu Saronico, ideoque, si Isthmus perfoderetur, tanto impetu Ionium mare *irrupturum*, ut Æginam & vicinas insulas aquis obrutas *sub*mergeret. Sic ergo non Ægæo mari frangi poterat Ionium, quod erat altius,

1.93

1879, April 9.
Prime bequest.

Lectori Salutem!



uod dudum facere, exacto quoque anno, consuevimus, nunc quoque tuum, Lector, absoluto penso annuo, subire vultum non veremur, optime actorum nobis conscii, nec de tuo, quo æquius esse nullum potest, judicio timentes quidquam. Nam, si superiores anni hac ex parte longe nobis jucundissimi ac prorsus auspicati acciderunt, largissimumque nobis hunc laboris nostri fructum attulerunt, quod, nostra tibi studia probari tantum, quantum potest maxime, intelleximus, de postremo hoc sperare nobis multo melius licebit, cujus quippe quædam esse præcipua, nec cum ceteris communis, gloria videtur. Præterquam enim, quod a solito Actorum Opere, in æternum, si Dii voluerint, ævum abituro, nihil cessarunt Musæ nostræ, nec, qui eo nomine torporem & ignaviam his exprobret, facile futurus quisquam est Lectorum; cogitarunt etiam haud ita pridem de texenda nova tela, &, in lucem revocando bonum illud literisque salutare Miscellaneorum Lipsiensium, olim in hac Academia non sine docti orbis plausu editorum, institutum, testatum esse omnibus hoc voluerunt, nihil non suarum rerum & curarum literis & harum incrementis sacrum se habere, &, si qua opera bonarum artium augere decus possint, eam a se promte lubenterque conferri. Cujus consilii cum sit omnis ratio haud ita pridem in his Actis explicata, jamque operis ipsius Partes tres Lectorum manibus versentur, unde, quid a nobis exspectandum sit in tempus posterum, haud difficile existimari possit; jam quidem alios malumus libere de re universa judicare, quam ad ejus commendationem quidquam a nobis ipsis proferri. Unum hoc nescire nolumus Lectores, cum Actis ipsis nihil novis hisce Miscellaneis

 cogna-

cognationis intercedere, nisi quod iidem utriusque operis Autores atque architecti sint, & utrumque spectet ad juvandam literarum causam; ceterum, quod ad tractandi rationem & argumentorum genus, tantum hæc inter se discrepare, quantum, qui dicit ipse, ab eo, qui dicta aliorum refert, discrepat. Nimirum in Actis, *quid aliena excuderit industria, narramus, ea laude contenti, quam, qui dicta atque facta aliorum describit diligenter, exspectare demum potest; in* Miscellaneis *ipsi aliquid excudere, & scientiarum, si fieri possit, proferre fines, conamur. Sed, cum probe memineris, talia nonnulla, quæ novo* Miscellaneorum *operi nunc destinata sunt, in ipsis olim* Actis *locum invenisse; his salvum etiam in posterum hoc decus volumus, inprimis si, quæ mitti ad nos aliunde solent, rem mathematicam aut naturalem, utramque* Actorum *a multis inde annis quasi propriam, spectent, aut, malle se per* Acta, *quam per* Miscellanea, *in publicam hominum notitiam venire, ipsi nobis Autores significent. Invitatos autem ad has dapes omnium terrarum atque nationum viros doctos volumus, liberumque his, utendi nostra opera, non ea mercenaria, sed prorsus liberali, jus facimus, ita certissime futurum ominantes, ut multi aliquando famæ suæ magnam partem hisce* Miscellaneis *acceptam referant, sicut fatentur multi, quod aliquod nunc inter exteros nomen habeant, id* Actis *deberi. Sed, ut hominem etiam sciant, ad quem sua transmittere tuto possint, qui admitti in societatem nostram cupiunt,* Fridericum Ottonem Menckenium *nominamus, utriusque Juris Doctorem, & Regis nostri Consiliarium aulæ, qui* Miscellanea *hæc colligendi atque publicandi curam lubens suscepit, hanc literarum dignitati consulendi parum speciosam rationem splendidissimis aliorum sive factis, sive consiliis, longissime præponens, &, quod sui esse muneris intelligit, recte diligenterque præstiturus. Sed, ut prosperos incepta hæc successus habeant, Deorum opus est auxilio, quibus adeo hoc æque, ac cetera nostra omnia consilia, religiose, conceptisque votis, commendamus.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Januarii Anno MDCCXLII.

M. ANNÆI LUCANI PHARSALIA, CUM COMMENTARIO PETRI BURMANNI.

Leidæ, apud Conradum Wishoff, Danielem Goetual, & Georg. Jac. Wishoff, fil. Conradi, 1740, 4 maj.

Alph. 5 plag. 4½.

Quadraginta fere anni sunt, cum Cel. *Petrus Burmannus* ab hæredibus *Heinsianis copiam nactus*, scrinia *Heinsii*, & *in iis* scripta, partim summam manum adepta, partim in lituariis jacentia, & inchoata & affecta tantum, inspiciendi, curam illis concinnandis, & in lucem proferendis, adhibere cœpit. Cumque inter alia editionem *Lucani* a *Sebastiano Gryphio* A. 1542 curatam reperisset, ad cujus oram variantes plus quinque & viginti Codicum lectiones, & simul, quæ inter legendum & conferendum ipsi natæ fuisse videbantur, conjecturas suas Vir illustris alleverat, statim quidem impetum cepit, aliis tunc curis districtus, nudum Poetam, & solis tot exemplarium discrepantibus lectionibus ornatum, proferre. Sed, parato licet exemplari typis committendo, cum inter hanc meditationem ipsi quædam annotationes illustrandis Poetæ verbis subnascerentur, eas digerere, & *Heinsianis* conjecturis admiscere, cœpit, &, consilio, quod prius intenderat, mutato, in tempus aliquod *Lucani* editionem distulit, maxime quod Academiæ patriæ novus Professor muneris rationem sibi habendam putabat, & curis, quas *Ovidio*, *Quintiliano*, *Valerio Flacco*, aliis, insumebat, simul impediebatur. His impedimentis tandem superatis,

& ſerio in ordinem redactis ſuis & aliorum in *Lucanum* annotationibus, conſilium ad exemplum & formam *Ovidii Lucanum* edendi, rumor, et deinde literæ a Cel. *Bentlejo*, quibus ſe jamjam Poetam typis exprimendum daturum nuntiavit, retardarunt. Nam, quamvis *Heinſianorum* excerptorum Doctiſſ. *Bentlejo* copiam non fecerit, quod iis ipſe uti decreverat, tamen ipſe in præſens omnem de *Lucano* curam tunc abjecit. Poſtea vero, quam pro certo ipſi affirmatum erat, *Bentlejum*, ſi non projecta, certe dilata, *Lucani* editione, ſe ad alias curas convertiſſe, quod eventus confirmavit, lente ſibi in perpoliendo *Lucano* feſtinandum duxit, quod multa etiam in *Lucani* verbis obſcuris & corruptis ſupererant, ex quibus nec dum ſe expedire poterat. Dum itaque cunctatur, & hic & illic conſilii ſui de edendo *Lucano* ipſe mentionem facit, alia iterum mora injicitur, quod *Franciſcus Oudendorpius* & *Gottlieb Cortius*, Clariſſimi Viri, in eandem *Lucani* edendi curam ſe incumbere ſignificabant. Ampla vero *Oudendorpii*, & *Cortii* minoris formæ, editione divulgata, ita utriusque, quos appellare ſolet, juvenis copiis uſus eſt, ut varietates, quas *Oudendorpius* indicavit, ex Codicibus etiam *Heinſio* inſpectis abjiceret, *Cortianorum* autem Codicum lectiones, ignarus adhuc, an uberiores notæ proditurae eſſent, quantum potuit, excerpſit, in quibus ſe fatetur multa ab aliis diſcrepantia animadvertiſſe, & ſemina quædam emendationum, quæ in majori editione in magnam ſegetem exitura eſſent, prævidiſſe, nec ſe exputare poſſe affirmat, qua ſpecie non audaces modo & temerarias conjecturas, ſed & certiſſimis metri legibus adverſantes, doctis probaturus ſit. Ut igitur accuratius, quam olim, *Lucanum* excuteret, diligentius iterum iterumque excerpta *Heinſiana* recognovit, & varietates omnes fere notis ſuis inſeruit, quoniam a ſe impetrare non potuit, ut novum illum morem, varias lectiones, medio ſpatio inter Poetæ verba & notas, minutiſſimo charactere expreſſas collocandi, ſequeretur. Recte etiam & ordine feciſſe *Cortium* & *Oudendorpium* decernit, qui omnes fere, quas in libris antiquis repererunt, varietates indicarunt, quam quidem ſectam & ipſe in hac editione ſecutus eſt, quia ex corruptiſſima etiam ſcriptura uſu peritos

peritos Criticos vestigia veræ lectionis quærendo investigasse constat, nec *Clerici*, maledicentissimi hominis, calumnia, qui asinos membranis onustos redire ex peregrinationibus viros eruditos, qui Codices MStos coemerunt, jactavit, se ab hoc instituto dimoveri debuisse, palam fatetur. Neque *Bentlejum* sibi imitandum censuit, qui, neglecta Codicum & editorum & scriptorum autoritate, Poetas edere sustinuisse ipsi videtur, & dictatorio fastu versus nobis obtrusisse nunquam ab Autore profectos, alios magno numero, ut spurios, ejecisse. Cujus rei insigne documentum in *Manilio* cumprimis exstare voluerit. Ipse *Burmannus* salubris & placidæ Critices documentum in his in *Lucanum* notis dare inprimis studuit, cum, licet inter tot discrepantes inter se lectiones uberrima ipsi corrigendi & conjectandi seges ostenderetur, quoties vulgatæ tolerabilem aliquem sensum posse dari videret, ab omni verborum immutatione manum abstinuit; si vero ulcus subesse constaret, propositis sua & aliorum sententiis, intactum illud felicioribus ingeniis reliquit, aut eligendi arbitrium lectoribus tulit. *Sic Lib. I vers. 45, te, cum, statione peracta, Astra petes serus*, *Cortius* ex suo Codice dedit, *statione relicta;* quæ quia lectio nimis abit ab aliorum Codicum scriptura, neque firmatur etiam membranarum, quas alii magno numero inspexerunt, consensu, eam rejicit, & ab ipsius *Cortii* conjectura esse suspicatur, nisi librarii hujus menti obversatus est locus ex *Lib. VII v. 235: Illo forte die Cæsar, statione relicta*, ubi tamen ipse *Cortius* legit, *statione soluta. Cortio* vero videtur, de sententia *Burmanni*, in memoria hæsisse ille *Ovidii* versus ex *Lib. II Trist. v. 219 : Scilicet imperii, princeps, statione relicta ;* quare hanc emendationem autori suo, si viveret, vindicandam relinqueret. Interim, quia dubitat, an Latine quidem satis dicatur, *peracta statio*, eo sensu, quo tempus illud imperio destinatum obierit Imperator, magis accederet conjecturæ *Heinsii*, qui legebat *statione parata*, quem, etsi non adscripsit modum, quo hæc verba explicat, credit eo sensu cepisse, ut Poeta, adulandi artifex, licet non sine *sale*, dicat, *Neroni* locum jam in cœlo paratum, in quo *post* mortem, ut *Cæsar, Augustus*, & alii consecrati, tanquam sidus novum fulgeret.

ret. At, quia tamen tot singularia habet *Lucanus*, non audet Vir Celeberrimus mutare *peracta statione*, pro imperii munere & tempore exacto capiendum. *Lib. I vers. 381: Castra super Tusci si ponere Thybridis undas, Hesperios audax veniam metator in agros.* Hic, quanquam in partes discedunt varias membranæ, his *signa*, illis *castra*, exhibentibus, tamen, quia *castra* aptius convenit voci *metator*, rectius hoc *Oudendorpium* & *Cortium* prætulisse judicat. Sed aliud est, quod ipsi vulgatam lectionem faciat suspectam. An enim *super undas castra* quis unquam posuit? An vero Tybrim hic pro regione circa Tybrim capiemus? An *super* pro *ultra* posset capi? Hinc conjectura, sed nulli invito obtrudenda, legit, *Castra per Etrusci si ponere Thybridis undas*, id est, tota, qua fluit Thybris, regione. *Drakenborchius*, quocum conjecturam suam communicarat *Burmannus*, malebat, *Castra sub Etrusci*, ut illud *per* in *super* natum ex primis literis *Etrusci* esset. Forsitan hæc legentibus succurrent *castra nautica* in Historicis obvia, ita quidem, ut Poeta dicat exercitum per undas delatum, &, antequam castra in agris posuisset, posita habuisse in undis nautica. *Lib. I vers. 565: tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos.* Hic quid sibi velint verba, *cecinere Deos*, interpretibus non constat: Scholiastæ opinione ordo est: *Dii cecinere sæva, quos movet Bellona sectis humeris.* Est autem figura, *quos Deos*, ut *Virgilius*, *Urbem, quam statuo, vestra est*, pro *urbs*, sic *Deos* pro *Dii*. Quem hic valde errare censet Cl. *Oudendorpius*, rectiusque *Omnibonum Deos* sumsisse pro oraculis Deorum, ipse tamen malit scribere *Deam*, scilicet Bellonam. *Burmanno* autem nondum hic locus apparet liquidus; quare hæc relinquit aliis sananda, vel explicanda. Si conjectura uti in re obscura licet, forsitan Scholiastæ opinio veræ nobis sententiæ viam faciet. Scilicet vox *Deos* referri potest omnino ad relativum *quos*, per figuram a Grammatico adductam, non eo tamen, quo iste vult, significatu, sed ita, ut per *quos Deos* intelligamus illos ipsos Gallos, qui hic cecinisse dicuntur, quos omnino Bellona sæva movet. Nam priora illa verba, *tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos*, tantum nobis videntur generatim significare,

Gallos

Gallos cecinisse entheos. Posteriora autem, *crinemque rotantes sanguineum populis ulularunt tristia Galli*, & modum vaticinandi & argumentum indicare. Etenim ingenio *Lucani* non plane adversum existimamus, Gallos a Dea agitatos nominare ipsos Deos. *Lib. I vers. 103: Ionium Ægæo frangat mare.* His verbis Cel. *Burmannus* veram omnino sententiam vindicavit, ab iis, qui ante eum commentati sunt, vix perceptam. Nempe *Lucanus*, hic ruptam triumvirorum concordiam morte *Crassi* describens, utitur comparatione, sumta ab Isthmo Corinthiaco, qui, medius inter Ionium & Ægæum mare, prohibet hæc duo æquora, quæ a Poetis, ut atrocia, tempestuosa & irata, passim describuntur, coire; sed, si Isthmus ille perrumperetur & tolleretur, sæva hæc maria inter se commissa ingentes tumultus excitatura, canit his verbis: *Si terra recedat, Ionium Ægæo frangat mare.* Quo modo si legatur, vix menti Poetæ satis fiet. Nam frangi mare dicitur, cum ejus violentia, objecto aliquo scopulo, littore, aut quocunque obice, repellitur, & vis ejus retunditur. Sic ergo Isthmus manens potest dici *frangi ab utroque mari*, & vicissim *frangere* quoque & repellere *fluctus utriusque æquoris*, sublato vero Isthmo utrumque æquor irrumpens conferet fretum, & atrocissimos ibi concurrentibus undis fluctus excitabit. Sic, sublato *Crasso*, qui *medius* inter *Pompejum* & *Cæsarem*, belli civilis mora supra *v. 100* dicitur, hi duo violentissimi & imperium affectantes inter se exercebant iras suas. Hinc, quia cogitat, millies a librariis præpositiones verborum omissas aut absorptas celeritate scribendi, sollicitatur Cel. *Burmannus*, ut locum corruptum credat & legat, *si terra recedat, Ionium Ægæo infringat mare*; hanc vero lectionem stabilire videtur ipsa duorum marium natura. Nam *Strabo, Lib. I pag. 54* narrans conatum *Demetrii Poliorcetæ*, Isthmum Corinthiacum perfodere meditantis, repressum ait ab architectis & locorum peritis, qui monebant, Ionium mare in sinu Corinthiaco longe altius esse Ægæo in sinu Saronico, ideoque, si Isthmus perfoderetur, tanto impetu Ionium mare irrupturum, ut Æginam & vicinas insulas aquis obrutas *submergeret*. Sic ergo non Ægæo mari frangi poterat *Ionium*, quod erat altius,

 nec

nec immitti poterat Ægæum Ionio, ut ejus fluctus atroces frangeret, sed rupta terra infringeret Ionium altius & violentius inferius Ægæum. Et ita factum. *Crasso* enim, arma duorum ducum dirimente, sublato, *Cæsar*, Ionium veluti mare, immissus in *Pompejum*, quasi Ægæum, facta via per mortem *Crassi*, impetu suo omnia obstacula perrupit, & inferiores sibi cedere coegit. Atque his quidem eleganter dictis, docteque disputatis, illud unicum adjiciendum putamus, *Cæsarem* ideo fortasse a Poeta comparari mari Ionio, quod copiis nitebatur occidentalibus, *Pompejum* autem Ægæo, quia viribus Orientis utebatur. *Lib. III vers. 404: structæ diris altaribus aræ.* Quam lectionem *Oudendorpius* restituit, & *altaria*, præeunte *Servio*, accipit pro ipso libamine & oblato sacrificio, in quo refutando vel ideo multus est *Burmannus*, quod notaverat ea, quæ ad *Quintilianum Decl. XII, 26*, scripta fuerunt. Ceterum passurum se ait vulgatam lectionem circumferri, si *altaria* non pro libamine aut sacrificio, sed pro parte aræ illa, quæ Græcis ἐπίκυρον vocatur, sumamus, quamvis *diris feralibus* elegantius & clarius existimet. *Lib. V vers. 137 seq: fatique sat est arcana futuri Carmina longævæ vobis commissa Sibyllæ.* In his verbis explicandis admodum viros doctissimos hæsisse, & varias protulisse conjecturas, ex *Oudendorpii* editione perspicimus. Cel. *Burmannus* putat, unica mutata litera sensum optimum exire, si legatur, *farique sat est arcana futuri Carmina longævæ, vobis commissa, Sibyllæ*, ut *fari* opponatur τῷ *silet*, hoc sensu: Sat est, id est, sufficit vobis, Sibyllam, cujus carmina vobis sunt commissa, arcana futuri temporis fari, quæ vos soletis per quatuordecim viros inspiciendis libris Sibyllinis cognoscere. Quare vobis Romanis non necesse est ad Phœbum Delphicum decurrere. Itaque, licet ex his intelligi possit, cautum in afferendis conjecturis & modestum cum alias, tum ad *Lucanum*, fuisse *Burmannum*, habet tamen etiam quædam, quæ audaciora dici omnino possint. *Lib. I vers. 71: Stagna avidi texere soli, laxæque paludes.* Displicet hic Interpretibus, & ipsi *Burmanno*, illud *avidi*, pro quo plures *udi soli* maluerunt. *Cortius* vero prorsus contra leges metricas *uvidi soli* voluit. Quoniam vero

in

in Codice uno erat, *stagna vagi texere soli*, inde *Burmannus* se finxisse scribit, *stagna vadi texere solo*, id est, in fundo non profundo stagni latuit, vel *vadis texere soli*; qua locus paluftris, ulva limosa & arundinibus plena, dicitur fuisse. Sed, diligentius expensis verbis *Plutarchi* in vita *Marii*, qui dicit, senem quendam occultasse *Marium* ἐν χωρίῳ κοίλῳ, *in loco cavo*, ad fluvium, & injecisse arundinem multam & aliam materiem, credit, posse legi, *stagna cavo texere loco*. Longius hæc nobis a vulgata videntur recedere, præsertim cum & nullus Codex addicat, & vulgata lectio sensum omnino aliquem rei, de qua agitur, convenientem habeat. Scilicet *avidum solum* dici posse videtur id, quod instar speluncæ aut hiatus in stagno aquam avide sorbet immissam. Interim tamen editio hæc, a Cel. *Burmanno* procurata, non tantum in multis præferenda nobis videtur *Oudendorpianæ*, sed & plane videtur necessaria iis, qui alias & maxime commemoratam recte examinare cupiunt. Digna etiam est Præfatio, quæ ab harum rerum studiosis perlegatur, in qua, post fata sui *in Lucanum* laboris commemorata, & sententia de *Oudendorpio*, *Cortio*, *Bentlejo*, aliis, libere, & interdum liberius, dicta, de *Lucani* genio scribendi, & a *Virgilii* & *Augustei* seculi scriptorum stilo longe discedenti, differit, & ostendere instituit, quam ipsi singularia quædam & inepta etiam placuerint. Adjectus denique est Index tam in *Lucanum* ipsum, quam in annotationes Cel. Editoris, quem ipse in Præfatione fatetur ab alio in Bibliopolæ gratiam confectum esse.

A PARAPHRASE AND NOTES ON THE EPISTLE of St. James, &c.

hoc est,

PARAPHRASIS ET NOTÆ IN EPISTOLAM S. Jacobi ad modum Lockii. Accedit Dissertatio in Jac. II, 14-20, *sive specimen conciliationis sententiæ S. Pauli de justificatione hominum per fidem, & S. Jacobi de justificatione ipsorum per opera; eodem Autore, qui Paraphrasin & Notas in Epistolas S. Pauli ad Philemonem,*

cognationis intercedere, nisi quod iidem utriusque operis Autores atque architecti sint, & utrumque spectet ad juvandam literarum causam; ceterum, quod ad tractandi rationem & argumentorum genus, tantum hæc inter se discrepare, quantum, qui dicit ipse, ab eo, qui dicta aliorum refert, discrepat. Nimirum in Actis, *quid aliena excuderit industria, narramus, ea laude contenti, quam, qui dicta atque facta aliorum describit diligenter, exspectare demum potest; in* Miscellaneis *ipsi aliquid excudere, & scientiarum, si fieri possit, proferre fines, conamur. Sed, cum probe memineris, talia nonnulla, quæ novo* Miscellaneorum *operi nunc destinata sunt, in ipsis olim* Actis *locum invenisse; his salvum etiam in posterum hoc decus volumus, inprimis si, quæ mitti ad nos aliunde solent, rem mathematicam aut naturalem, utramque* Actorum *a multis inde annis quasi propriam, spectent, aut, malle se per* Acta, *quam per* Miscellanea, *in publicam hominum notitiam venire, ipsi nobis Autores significent. Invitatos autem ad has dapes omnium terrarum atque nationum viros doctos volumus, liberumque his, utendi nostra opera, non ea mercenaria, sed prorsus liberali, jus facimus, ita certissime futurum ominantes, ut multi aliquando famæ suæ magnam partem hisce* Miscellaneis *acceptam referant, sicut fatentur multi, quod aliquod nunc inter exteros nomen habeant, id* Actis *deberi. Sed, ut hominem etiam sciant, ad quem sua transmittere tuto possint, qui admitti in societatem nostram cupiunt,* Fridericum Ottonem Menckenium *nominamus, utriusque Juris Doctorem, & Regis nostri Consiliarium aulæ, qui* Miscellanea *hæc colligendi atque publicandi curam lubens suscepit, hanc literarum dignitati consulendi parum speciosam rationem splendidissimis aliorum sive factis, sive consiliis, longissime præponens, &, quod sui esse muneris intelligit, recte diligenterque præstiturus. Sed, ut prosperos incepta hæc successus habeant, Deorum opus est auxilio, quibus adeo hoc æque, ac cetera nostra omnia consilia, religiose, conceptisque votis, commendamus.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Januarii Anno MDCCXLII.

M. ANNÆI LUCANI PHARSALIA, CUM COMMENTARIO PETRI BURMANNI.

Leidæ, apud Conradum Wishoff, Danielem Goetual, & Georg. Jac. Wishoff, fil. Conradi, 1740, 4 maj.

Alph. 5 plag. $4\frac{1}{2}$.

Quadraginta fere anni sunt, cum Cel. *Petrus Burmannus* ab hæredibus *Heinsianis copiam nactus*, scrinia *Heinsii*, *& in iis scripta*, partim summam manum adepta, partim in lituariis jacentia, & inchoata & affecta tantum, inspiciendi, curam illis concinnandis, & in lucem proferendis, adhibere cœpit. Cumque inter alia editionem *Lucani* a *Sebastiano Gryphio* A. 1542 curatam reperisset, ad cujus oram variantes plus quinque & viginti Codicum lectiones, & simul, quæ inter legendum & conferendum ipsi natæ fuisse videbantur, conjecturas suas Vir illustris alleverat, statim quidem impetum cepit, aliis tunc curis districtus, nudum Poetam, & solis tot exemplarium discrepantibus lectionibus ornatum, proferre. Sed, parato licet exemplari typis committendo, cum inter hanc meditationem ipsi quædam annotationes illustrandis Poetæ verbis subnascerentur, eas digerere, & *Heinsianis* conjecturis admiscere, cœpit, &, *consilio*, quod prius intenderat, mutato, in tempus aliquod *Lucani* editionem distulit, maxime quod Academiæ patriæ novus Professor muneris rationem sibi habendam putabat, & curis, quas *Ovidio*, *Quintiliano*, *Valerio Flacco*, aliis, insumebat, simul impediebatur. His impedimentis tandem superatis,

& serio in ordinem redactis suis & aliorum in *Lucanum* annotationibus, consilium ad exemplum & formam *Ovidii Lucanum* edendi, rumor, et deinde literæ a Cel. *Bentlejo*, quibus se jamjam Poetam typis exprimendum daturum nuntiavit, retardarunt. Nam, quamvis *Heinsianorum* excerptorum Doctiss. *Bentlejo* copiam non fecerit, quod iis ipse uti decreverat, tamen ipse in præsens omnem de *Lucano* curam tunc abjecit. Postea vero, quam pro certo ipsi affirmatum erat, *Bentlejum*, si non projecta, certe dilata, *Lucani* editione, se ad alias curas convertisse, quod eventus confirmavit, lente sibi in perpoliendo *Lucano* festinandum duxit, quod multa etiam in *Lucani* verbis obscuris & corruptis supererant, ex quibus nec dum se expedire poterat. Dum itaque cunctatur, & hic & illic consilii sui de edendo *Lucano* ipse mentionem facit, alia iterum mora injicitur, quod *Franciscus Oudendorpius* & *Gottlieb Cortius*, Clarissimi Viri, in eandem *Lucani* edendi curam se incumbere significabant. Ampla vero *Oudendorpii*, & *Cortii* minoris formæ, editione divulgata, ita utriusque, quos appellare solet, juvenis copiis usus est, ut varietates, quas *Oudendorpius* indicavit, ex Codicibus etiam *Heinsio* inspectis abjiceret, *Cortianorum* autem Codicum lectiones, ignarus adhuc, an uberiores notæ prodituræ essent, quantum potuit, excerpsit, in quibus se fatetur multa ab aliis discrepantia animadvertisse, & semina quædam emendationum, quæ in majori editione in magnam segetem exitura essent, prævidisse, nec se exputare posse affirmat, qua specie non audaces modo & temerarias conjecturas, sed & certissimis metri legibus adversantes, doctis probaturus sit. Ut igitur accuratius, quam olim, *Lucanum* excuteret, diligentius iterum iterumque excerpta *Heinsiana* recognovit, & varietates omnes fere notis suis inseruit, quoniam a se impetrare non potuit, ut novum illum morem, varias lectiones, medio spatio inter Poetæ verba & notas, minutissimo charactere expressas collocandi, sequeretur. Recte etiam & ordine fecisse *Cortium* & *Oudendorpium* decernit, qui omnes fere, quas in libris antiquis repererunt, varietates indicarunt, quam quidem sectam & ipse in hac editione secutus est, quia ex corruptissima etiam scriptura usu peritos

peritos Criticos vestigia veræ lectionis quærendo investigasse constat, nec *Clerici*, maledicentissimi hominis, calumnia, qui asinos membranis onustos redire ex peregrinationibus viros eruditos, qui Codices MStos coemerunt, jactavit, se ab hoc instituto dimoveri debuisse, palam fatetur. Neque *Bentlejum* sibi imitandum censuit, qui, neglecta Codicum & editorum & scriptorum autoritate, Poetas edere sustinuisse ipsi videtur, & dictatorio fastu versus nobis obtrusisse nunquam ab Autore profectos, alios magno numero, ut spurios, ejecisse. Cujus rei insigne documentum in *Manilio* cumprimis exstare voluerit. Ipse *Burmannus* salubris & placidæ Critices documentum in his in *Lucanum* notis dare inprimis studuit, cum, licet inter tot discrepantes inter se lectiones uberrima ipsi corrigendi & conjectandi seges ostenderetur, quoties vulgatæ tolerabilem aliquem sensum posse dari videret, ab omni verborum immutatione manum abstinuit; si vero ulcus subesse constaret, propositis sua & aliorum sententiis, intactum illud felicioribus ingeniis reliquit, aut eligendi arbitrium lectoribus tulit. *Sic Lib. I vers. 45, te, cum, statione peracta, Astra petes serus*, *Cortius* ex suo Codice dedit, *statione relicta;* quæ quia lectio nimis abit ab aliorum Codicum scriptura, neque firmatur etiam membranarum, quas alii magno numero inspexerunt, consensu, eam rejicit, & ab ipsius *Cortii* conjectura esse suspicatur, nisi librarii hujus menti obversatus est locus ex *Lib. VII v. 235: Illo forte die Cæsar, statione relicta*, ubi tamen ipse *Cortius* legit, *statione soluta*. *Cortio* vero videtur, de sententia *Burmanni*, in memoria hæsisse ille *Ovidii* versus ex *Lib. II Trist. v. 219: Scilicet imperii, princeps, statione relicta;* quare hanc emendationem autori suo, si viveret, vindicandam relinqueret. Interim, quia dubitat, an Latine quidem satis dicatur, *peracta statio*, eo sensu, quo tempus illud imperio destinatum obierit Imperator, magis accederet conjecturæ *Heinsii*, qui legebat *statione parata*, quem, etsi non adscripsit modum, quo hæc verba explicat, credit eo sensu cepisse, ut Poeta, adulandi artifex, licet non sine *sale*, dicat, *Neroni* locum jam in cœlo paratum, in quo *post* mortem, ut *Cæsar*, *Augustus*, & alii consecrati, tanquam sidus novum fulgeret.

ret. At, quia tamen tot singularia habet *Lucanus*, non audet Vir Celeberrimus mutare *peracta statione*, pro imperii munere & tempore exacto capiendum. *Lib. I vers. 381: Castra super Tusci si ponere Thybridis undas, Hesperios audax veniam metator in agros.* Hic, quanquam in partes discedunt varias membranæ, his *signa*, illis *castra*, exhibentibus, tamen, quia *castra* aptius convenit voci *metator*, rectius hoc *Oudendorpium* & *Cortium* prætulisse judicat. Sed aliud est, quod ipsi vulgatam lectionem faciat suspectam. An enim *super undas castra* quis unquam posuit? An vero Tybrim hic pro regione circa Tybrim capiemus? An *super* pro *ultra* posset capi? Hinc conjectura, sed nulli invito obtrudenda, legit, *Castra per Etrusci si ponere Thybridis undas*, id est, tota, qua fluit Thybris, regione. *Drakenborchius*, quocum conjecturam suam communicarat *Burmannus*, malebat, *Castra sub Etrusci*, ut illud *per* in *super* natum ex primis literis *Etrusci* esset. Forsitan hæc legentibus succurrent *castra nautica* in Historicis obvia, ita quidem, ut Poeta dicat exercitum per undas delatum, &, antequam castra in agris posuisset, posita habuisse in undis nautica. *Lib. I vers. 565: tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos.* Hic quid sibi velint verba, *cecinere Deos*, interpretibus non constat: Scholiastæ opinione ordo est: *Dii cecinere sæva, quos movet Bellona sectis humeris.* Est autem figura, *quos Deos*, ut *Virgilius*, *Urbem, quam statuo, vestra est*, pro *urbs*, sic *Deos* pro *Dii*. Quem hic valde errare censet Cl. *Oudendorpius*, rectiusque *Omnibonum Deos* sumsisse pro oraculis Deorum, ipse tamen mallit scribere *Deam*, scilicet Bellonam. *Burmanno* autem nondum hic locus apparet liquidus; quare hæc relinquit aliis sananda, vel explicanda. Si conjectura uti in re obscura licet, forsitan Scholiastæ opinio veræ nobis sententiæ viam faciet. Scilicet vox *Deos* referri potest omnino ad relativum *quos*, per figuram a Grammatico adductam, non eo tamen, quo iste vult, significatu, sed ita, ut per *quos Deos* intelligamus illos ipsos Gallos, qui hic cecinisse dicuntur, quos omnino Bellona sæva movet. Nam priora illa verba, *tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos*, tantum nobis videntur generatim significare,

Gallos

Gallos cecinisse entheos. Posteriora autem, *crinemque rotantes sanguineum populis ulularunt tristia Galli*, & modum vaticinandi & argumentum indicare. Etenim ingenio *Lucani* non plane adversum existimamus, Gallos a Dea agitatos nominare ipsos Deos. *Lib. I vers. 103: Ionium Ægæo frangat mare.* His verbis Cel. *Burmannus* veram omnino sententiam vindicavit, ab iis, qui ante eum commentati sunt, vix perceptam. Nempe *Lucanus*, hic ruptam triumvirorum concordiam morte *Crassi* describens, utitur comparatione, sumta ab Isthmo Corinthiaco, qui, medius inter Ionium & Ægæum mare, prohibet hæc duo æquora, quæ a Poetis, ut atrocia, tempestuosa & irata, passim describuntur, coire; sed, si Isthmus ille perrumperetur & tolleretur, sæva hæc maria inter se commissa ingentes tumultus excitatura, canit his verbis: *Si terra recedat, Ionium Ægæo frangat mare.* Quo modo si legatur, vix menti Poetæ satis fiet. Nam frangi mare dicitur, cum ejus violentia, objecto aliquo scopulo, littore, aut quocunque obice, repellitur, & vis ejus retunditur. Sic ergo Isthmus manens potest dici *frangi ab utroque mari*, & vicissim *frangere* quoque & repellere *fluctus utriusque æquoris*, sublato vero Isthmo utrumque æquor irrumpens conferet fretum, & atrocissimos ibi concurrentibus undis fluctus excitabit. Sic, sublato *Crasso*, qui *medius* inter *Pompejum* & *Cæsarem*, belli civilis mora supra *v. 100* dicitur, hi duo violentissimi & imperium affectantes inter se exercebant iras suas. Hinc, quia cogitat, millies a librariis præpositiones verborum omissas aut absorptas celeritate scribendi, sollicitatur Cel. *Burmannus*, ut locum corruptum credat & legat, *si terra recedat, Ionium Ægæo infringat mare;* hanc vero lectionem stabilire videtur ipsa duorum marium natura. Nam *Strabo, Lib. I pag. 54* narrans conatum *Demetrii Poliorcetæ*, Isthmum Corinthiacum perfodere meditantis, repressum ait ab architectis & *locorum* peritis, qui monebant, Ionium mare in sinu Corinthiaco longe altius esse Ægæo in sinu Saronico, ideoque, si Isthmus perfoderetur, tanto impetu Ionium mare irrupturum, ut Æginam & vicinas insulas aquis obrutas submergeret. Sic ergo non Ægæo mari frangi poterat Ionium, quod erat altius,

nec immitti poterat Ægæum Ionio, ut ejus fluctus atroces frangeret, sed rupta terra infringeret Ionium altius & violentius inferius Ægæum. Et ita factum. *Crasso* enim, arma duorum ducum dirimente, sublato, *Cæsar*, Ionium veluti mare, immissus in *Pompejum*, quasi Ægæum, facta via per mortem *Crassi*, impetu suo omnia obstacula perrupit, & inferiores sibi cedere coegit. Atque his quidem eleganter dictis, docteque disputatis, illud unicum adjiciendum putamus, *Cæsarem* ideo fortasse a Poeta comparari mari Ionio, quod copiis nitebatur occidentalibus, *Pompejum* autem Ægæo, quia viribus Orientis utebatur. *Lib. III vers. 404: structæ diris altaribus aræ.* Quam lectionem *Oudendorpius* restituit, & *altaria*, præeunte *Servio*, accipit pro ipso libamine & oblato sacrificio, in quo refutando vel ideo multus est *Burmannus*, quod notaverat ea, quæ ad *Quintilianum Decl. XII, 26,* scripta fuerunt. Ceterum passurum se ait vulgatam lectionem circumferri, si *altaria* non pro libamine aut sacrificio, sed pro parte aræ illa, quæ Græcis ἐπίκυρον vocatur, sumamus, quamvis *diris feralibus* elegantius & clarius existimet. *Lib. V vers. 137 seq: fatique sat est arcana futuri Carmina longævæ vobis commissa Sibyllæ.* In his verbis explicandis admodum viros doctissimos hæsisse, & varias protulisse conjecturas, ex *Oudendorpii* editione perspicimus. Cel. *Burmannus* putat, unica mutata litera sensum optimum exire, si legatur, *farique sat est arcana futuri Carmina longævæ, vobis commissa, Sibyllæ*, ut *fari* opponatur τῷ *silet*, hoc sensu: Sat est, id est, sufficit vobis, Sibyllam, cujus carmina vobis sunt commissa, arcana futuri temporis fari, quæ vos soletis per quatuordecim viros inspiciendis libris Sibyllinis cognoscere. Quare vobis Romanis non necesse est ad Phœbum Delphicum decurrere. Itaque, licet ex his intelligi possit, cautum in afferendis conjecturis & modestum cum alias, tum ad *Lucanum*, fuisse *Burmannum*, habet tamen etiam quædam, quæ audaciora dici omnino possint. *Lib. I vers. 71: Stagna avidi texere soli, laxæque paludes.* Displicet hic Interpretibus, & ipsi *Burmanno*, illud *avidi*, pro quo plures *udi soli* maluerunt. *Cortius* vero prorsus contra leges metricas *uvidi soli* voluit. Quoniam vero

in

in Codice uno erat, *stagna vagi texere soli*, inde *Burmannus* se finxisse scribit, *stagna vadi texere solo*, id est, in fundo non profundo stagni latuit, vel *vadis texere soli*; qua locus palustris, ulva limosa & arundinibus plena, dicitur fuisse. Sed, diligentius expensis verbis *Plutarchi* in vita *Marii*, qui dicit, senem quendam occultasse *Marium* ἐν χωρίῳ κοίλῳ, *in loco cavo*, ad fluvium, & injecisse arundinem multam & aliam materiem, credit, posse legi, *stagna cavo texere loco*. Longius hæc nobis a vulgata videntur recedere, præsertim cum & nullus Codex addicat, & vulgata lectio sensum omnino aliquem rei, de qua agitur, convenientem habeat. Scilicet *avidum solum* dici posse videtur id, quod instar speluncæ aut hiatus in stagno aquam avide sorbet immissam. Interim tamen editio hæc, a Cel. *Burmanno* procurata, non tantum in multis præferenda nobis videtur *Oudendorpianæ*, sed & plane videtur necessaria iis, qui alias & maxime commemoratam recte examinare cupiunt. Digna etiam est Præfatio, quæ ab harum rerum studiosis perlegatur, in qua, post fata sui *in Lucanum laboris* commemorata, & sententiis de *Oudendorpio*, *Cortio*, *Bentlejo*, aliis, libere, & interdum liberius, dicta, de *Lucani* genio scribendi, & a *Virgilii* & *Augustei* seculi scriptorum stilo longe discedenti, differit, & ostendere instituit, quam ipsi singularia quædam & inepta etiam placuerint. Adjectus denique est Index tam in *Lucanum* ipsum, quam in annotationes Cel. Editoris, quem ipse in Præfatione fatetur ab alio in Bibliopolæ gratiam confectum esse.

A PARAPHRASE AND NOTES ON THE EPISTLE of St. James, &c.

hoc est,

PARAPHRASIS ET NOTÆ IN EPISTOLAM S. Jacobi ad modum Lockii. Accedit Dissertatio in Jac. II, 14-20, *sive specimen conciliationis sententiæ S. Pauli de justificatione hominum per fidem, & S. Jacobi de justificatione ipsorum per opera; eodem Autore, qui Paraphrasin & Notas in Epistolas S. Pauli ad Philemonem,*

nem, ad Thessalonicenses, ad Timotheum, & Titum, antehac edidit.

Londini, sumtu Richardi Ford, 1738, 4 maj.
Plag. 19.

Dudum est, quod optavimus, ut hi Nov. Test. Commentarii, ad modum *Jo. Lockii* elaborati, ad nos perferrentur. Sed eos nondum accepimus, qui in *Paulinas* exstant Epistolas. Quo minus mirari convenit, Autoris nomen nos præterire, qui in his eam in rationem adornandis multus fuit. Hoc vero sciscitabimur & indicabimus, simul ac Notas in Epistolas *Paulinas* receperimus, quarum causa Londinum nuper admodum scripsimus. Quod dum fiat, ipsam rei propositæ naturam nunc explicabimus, ne studium hac in re nostrum desideretur. Tum vero in hac præsenti Epistolæ S. *Jacobi* Paraphrasi recensenda nonnihil operæ ponemus, ut est nostræ consuetudinis, quam sancte tenebimus. *Lockius*, quo nemo antehac acutius in Magna Britannia philosophabatur, nexum rerum ac rationum interiorem magis, quam verba, scrutandum esse, in præmissa longiori *Præfatione*, *historiam S. Pauli* simul complectente, præcipiebat. Hoc scitum suum *Paraphrasi & Notis in Epistolas S. Pauli ad Galatas, ad Romanos, ad Corinthios, & Ephesios*, illustravit. Hoc enim ordine has collocavit Epistolas. Præmisit cuique brevem *Synopsin*, in cujus margine *tempus scriptionis* indicatur. Ipsa tractatio varias in se continet *Sectiones*, & commata nullius non *Capitis* aliqua, arcte inter se connexa, separantur & enodantur. Modus hic esse solet. Præcedunt semper *contenta* partis explicandæ. *Textus* ex versione Anglica desumitur, in cujus statim regione liberior & copiosior adjungitur *Paraphrasis*. *Notæ* vero in ora subjiciuntur. Cetera vide in horum *Actorum Supplem. Tom. V Sect. V pag. 215 seq.* ubi compendiaria libri *Lockiani* reperitur enarratio. Ad hanc igitur normam ignotus ille sese accommodavit explanator. *Paulinas* quidem Epistolas, quas *Lockius* omiserat, sua explanavit opera, &, quæ ab aliis Autoribus a Deo actis & eruditis profectæ sunt, eas simili ratione enucleare decrevit. In his primum delegit *S. Jacobi*

tibi Epiſtolam, de qua nunc ſeparatim exponendum erit. Loco Præfationis Autor, cujus nos fugit nomen, hiſtoriam *S. Jacobi*, & *hujus* ſcriptionis Epiſtolæ, ſatis copioſam præire juſſit. Hæc in *quatuor* diſtributa eſt *Sectiones*, quarum *prima Jacobum* majorem, *Zebedæi* filium, & *Joannis* fratrem, hujus Epiſtolæ Autorem eſſe, Pag. 1.
negat; *altera* vero *Jacobum* minorem, ſeu juniorem, *Alphæi*, ſeu 7.
Cleophæ, filium, illius eſſe confectorem, iis vincit rationibus, quæ magna valent probabilitate. Quæ ſequitur, *tertia* eos inquirit, ad quos hæc exarata fuit Epiſtola, ex *Cap. I, 1.* Erant nimirum omnium 12 tribuum Judæi, qui extra Judæam tum vivebant, & Chriſtianam receperant religionem. *Sectio quarta*, eaque ultima, cauſas hujus ſcriptæ exponit Epiſtolæ, quæ hæ erunt fere: Legatus Domini 1) vult Judæos, qui Chriſti civitatem adſciverant, in tempore cohortari, ut a vitiis caveant, quæ inter ejus ætatis Judæos ſerpebant; 2) *Jacobi* propoſitum eo valebat, ut Chriſtianos, qui Judæi antehac fuerant, in doctrina de juſtificatione per fidem rectius erudiret; 3) ut ægrotis inter ipſos ſpem miraculoſæ *cujusdam faceret* ſanationis; & denique *4) ut Judæos, Chriſto* faventes, præmoneret, ut, quæ a civibus ſuis, incredulis Judæis, ſibi imminerent, vexationes æquo nec abjecto animo ferrent. Hæc præcipua Epiſtolæ *S. Jacobi* cauſa eſſe videtur, & efficacius in ea ſolatium ab inſtante totius reipublicæ Judaicæ interitu ductum eſt. *Synopſis* omnia, quæ illuc pertinent, ſingularia ſeparatim exponit, & ejusmodi eſt, ut ſingula illuſtret *Capita*. In margine *tempus ſcriptionis* & *locus* his deſignatur verbis: ſcripta Hieroſolymis anno Domini 63, *Neronis 9*, paulo ante *S. Jacobi* obitum. *Paraphraſis* ita ubique comparata eſt, ut digna ſit, quæ eruditi Commentarii loco habeatur. *Notæ* vero probatiſſima in ſe continent ſubſidia, unde omnis ducitur explanatio. Rationum nexus cum cura ſemper attenditur. Vocum ac phraſium poteſtas ex optimis antiquæ Græciæ ſcriptoribus demonſtratur. Hiſtoria inprimis Judæorum vocatur in auxilium, ad lucem obſcurioribus locis accendendam. Labor omnis tam bene ceſſit Autori, ut *Lockio*, quem imitari voluit, palmam, ſi non præripuiſſe, *dubiam* tamen reddidiſſe, jure meritoque cenſeri debeat. Nos ex omnibus

(margin: 13. beside "quæ magna valent…"; 19. beside "vebant…"; 21. beside "tinent…"; 25 seq. beside "nis 9, paulo ante…")

quinque Capitibus quædam specimina exempli gratia proferemus.
Pag. 32. *Cap. I v. 9, 10,* vocula δὲ bis ponitur, verum eadem prius posita pro μὲν adhibetur; id quod in aliis Græcis Autoribus identidem accidere solet. Sensus verborum hic est: ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς, *frater*, id est, Christianus, *quidem pauper & humilioris conditionis*, καυχάσθω ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ, *lætetur excellentia sua*, id est, dignitate, honore, ac divitiis, quas a Christo impetravit. *Judæi* non nisi caduca in deliciis habebant, & Messiam, magnum orbis principem, præstolabantur, a quo temporarios sibi honores & divitias spondebant. Ab his terrenis rebus animos recens credentium Judæorum avocat & abdu-
33. cit S. *Jacobus*. Ὁ δὲ πλούσιος, scilicet ἀδελφὸς, *dives* autem frater, καυχάσθω, ex *v. 9*, *lætetur* ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, *humilitate & paupertate sua*, si qua forte Christi causa ipsi toleranda sit. In reliquis, quæ consequuntur, verbis, ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται, nemo est, quin ἔλλειψιν perspiciat, hunc in modum supplendam: *nam*, si Christi causa fortunas suas perdere recusat, *sicut flos agri peribit*. Hæc profecto concinnam orationis connexionem *v. 11 & 12* egregie confirmant. Qua quidem occasione divinus Domini orator vocabulum πειρασμὸς ad *vexationem* sanctorum exprimendam usurpaverat.
35. Hinc *v. 13* ejus vocis de medio tollit ambiguitatem, ne ex πειρασμῷ Deo tributo concludant, eum esse peccati autorem. Ejusmodi de Deo notionem ex falsa quorundam *S. Pauli* oraculorum interpretatione hauserunt, ut videtur, Judæi. Quo-
37. circa S. *Jacobus* in eo multus est, ut eam ex animis credentium
38 seq. Judæorum eradicet. Hoc quidem loco phrases, *tentari a Deo*, *cor obdurare*, quod *Deo* adscribitur, erudite & copiose Angli-
41 seq. cus enodavit interpres, qui & ad *v. 13, 14 seq.*, Deum mali caussam haud esse, valide satis demonstravit. *Cap. II v. 2* vox συνα-
52. γωγὴ *domum* designat *privatam*, in qua Christiani conveniebant, exercitiis sacris operam navaturi. Apostolus enim ad eos scribit, qui συναγωγὰς loca sanctioribus conventibus dicata
57. nominabant. Ibidem *v. 8* νόμος βασιλικὸς *lex regia* disciplina Christiana vocatur, eo quidem sensu, quo nomen βασιλικὸς in Græcis monumentis *istud* dicitur, *quod in suo genere præstans*
&

& eximium *est*. Sic βασιλικὸς βίος est *regia vita*, βασιλικὴ ἐσθής, regia vestis, βασιλικὸν συμπόσιον, regium epulum, βασιλικὸς ἀστὴρ, stella regia, & βασιλικὴ ἄμπελος, regia vites. Quam in sententiam, ante dies Apostolorum, eandem phrasin *Xenophon Oeconom. pag. 856 D. edit. Leunclav.* adhibuit, ubi leges Regis Persiæ, *Draconis* ac *Solonis* axonibus oppositæ, βασιλικοὶ νόμοι vocantur; ut locum hunc eleganter exposuit Autor. Conf. *Matth. XXII, 34-40, Marc. XII, 28-34. Cap. III v. 1 S. Jacobus* novos Servatoris ex Judæis amicos cavere jubet, ne *multi* ex ipsis titulum magistri aut *Rabbi* affectent. Hæc nimirum affectatio ambitiosa, inter Judæos olim usitata, postea in civitatem Christianam invecta esse reperitur. Vid. *Clemens Romanus* in *Ep. ad Cor. §. 41 seq. 44, 47, 48 ad fin. §. 54 & 57 init.* Vult ergo legatus Christi, ne multi magistri & censores aliorum in Ecclesiam Christianam admittantur. Addit: cum sciamus, si quos nostrum, qui aliis præsumus, culpa ipsos redarguat, vitia tunc nostra auctum iri, & majorem tandem condemnationis gradum nobis *metuendum esse. Pergit v. 2: Omnes enim ad peccandum proclives* facile sumus. Quare in eo cauti simus ac providi, ne hujusmodi affectemus stationem, in qua ipsa nostra vitia redduntur graviora. *Quodsi quis in sermone nihil* offendit, *is demum perfectus vir est, qui & totum corpus regere possit.* Ex hoc idoneo nexu ac vinculo perspicuum est, ὅλον τὸ σῶμα seu *Christianam* significare *Ecclesiam*; in qua quidem opinione *Grotius* versatur. Sed manifestum esse, hoc sibi velle S. *Jacobum:* homo, qui linguam domare potest, totum quoque corpus suum regere potest; nihil enim lingua regitur difficilius. Et, qui tantum in sanctitate profecit Christiana, is demum dignus est, qui doctorem ac censorem se præbeat aliorum, quique Servatoris civitati præsideat. *Cap. IV v. 1* hæc verba leguntur: πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; Vox πόλεμος significat *bellum*, μάχη vero *pugnam* & *conflictum particularem*, sed vox utraque pro *lite* & *contentione* sæpenumero ponitur. *Homerus* hæc vocabula cum voce ἔρις, *contentio*, conjunxit: Ἀεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε, *Il. A. v. 177.* Eadem potestas multis aliis & τῶν LXX, & Novi Testamenti, locis confirmatur. *V. 5* verba

Marginalia: Pag. 70. (beside "Conf. Matth. XXII…"); 71. (beside "…Clemens Romanus"); 72. (beside "…Christianam significare Ecclesiam"); 82. (beside "…civitati præsideat. Cap. IV v. 1"); 86. (beside "…locis confirmatur. V. 5")

& ſerio in ordinem redactis ſuis & aliorum in *Lucanum* annotationibus, conſilium ad exemplum & formam *Ovidii Lucanum* edendi, rumor, et deinde literæ a Cel. *Bentlejo*, quibus ſe jamjam Poetam typis exprimendum daturum nuntiavit, retardarunt. Nam, quamvis *Heinſianorum* excerptorum Doctiſſ. *Bentlejo* copiam non fecerit, quod iis ipſe uti decreverat, tamen ipſe in præſens omnem de *Lucano* curam tunc abjecit. Poſtea vero, quam pro certo ipſi affirmatum erat, *Bentlejum*, ſi non projecta, certe dilata, *Lucani* editione, ſe ad alias curas convertiſſe, quod eventus confirmavit, lente ſibi in perpoliendo *Lucano* feſtinandum duxit, quod multa etiam in *Lucani* verbis obſcuris & corruptis ſupererant, ex quibus nec dum ſe expedire poterat. Dum itaque cunctatur, & hic & illic conſilii ſui de edendo *Lucano* ipſe mentionem facit, alia iterum mora injicitur, quod *Franciſcus Oudendorpius* & *Gottlieb Cortius*, Clariſſimi Viri, in eandem *Lucani* edendi curam ſe incumbere ſignificabant. Ampla vero *Oudendorpii*, & *Cortii* minoris formæ, editione divulgata, ita utriusque, quos appellare ſolet, juvenis copiis uſus eſt, ut varietates, quas *Oudendorpius* indicavit, ex Codicibus etiam *Heinſio* inſpectis abjiceret, *Cortianorum* autem Codicum lectiones, ignarus adhuc, an uberiores notæ prodituræ eſſent, quantum potuit, excerpſit, in quibus ſe fatetur multa ab aliis diſcrepantia animadvertiſſe, & ſemina quædam emendationum, quæ in majori editione in magnam ſegetem exitura eſſent, prævidiſſe, nec ſe exputare poſſe affirmat, qua ſpecie non audaces modo & temerarias conjecturas, ſed & certiſſimis metri legibus adverſantes, doctis probaturus ſit. Ut igitur accuratius, quam olim, *Lucanum* excuteret, diligentius iterum iterumque excerpta *Heinſiana* recognovit, & varietates omnes fere notis ſuis inſeruit, quoniam a ſe impetrare non potuit, ut novum illum morem, varias lectiones, medio ſpatio inter Poetæ verba & notas, minutiſſimo charactere expreſſas collocandi, ſequeretur. Recte etiam & ordine feciſſe *Cortium* & *Oudendorpium* decernit, qui omnes fere, quas in libris antiquis repererunt, varietates indicarunt, quam quidem ſectam & ipſe in hac editione ſecutus eſt, quia ex corruptiſſima etiam ſcriptura uſu peritos

peritos Criticos vestigia veræ lectionis quærendo investigasse constat, nec *Clerici*, maledicentissimi hominis, calumnia, qui asinos membranis onustos redire ex peregrinationibus viros eruditos, qui Codices MStos coemerunt, jactavit, se ab hoc instituto dimoveri debuisse, palam fatetur. Neque *Bentlejum* sibi imitandum censuit, qui, neglecta Codicum & editorum & scriptorum autoritate, Poetas edere sustinuisse ipsi videtur, & dictatorio fastu versus nobis obtrusisse nunquam ab Autore profectos, alios magno numero, ut spurios, ejecisse. Cujus rei insigne documentum in *Manilio* cumprimis exstare voluerit. Ipse *Burmannus* salubris & placidæ Critices documentum in his in *Lucanum* notis dare inprimis studuit, cum, licet inter tot discrepantes inter se lectiones uberrima ipsi corrigendi & conjectandi seges ostenderetur, quoties vulgatæ tolerabilem aliquem sensum posse dari videret, ab omni verborum immutatione manum abstinuit; si vero ulcus subesse constaret, propositis sua & aliorum sententiis, intactum illud felicioribus ingeniis reliquit, aut eligendi arbitrium lectoribus tulit. *Sic Lib. I vers. 45, te, cum, statione peracta, Astra petes serus*, *Cortius* ex suo Codice dedit, *statione relicta;* quæ quia lectio nimis abit ab aliorum Codicum scriptura, neque firmatur etiam membranarum, quas alii magno numero inspexerunt, consensu, eam rejicit, & ab ipsius *Cortii* conjectura esse suspicatur, nisi librarii hujus menti obversatus est locus ex *Lib. VII v. 235: Illo forte die Cæsar, statione relicta*, ubi tamen ipse *Cortius* legit, *statione soluta. Cortio* vero videtur, de sententia *Burmanni*, in memoria hæsisse ille *Ovidii* versus ex *Lib. II Trist. v. 219: Scilicet imperii, princeps, statione relicta ;* quare hanc emendationem autori suo, si viveret, vindicandam relinqueret. Interim, quia dubitat, an Latine quidem satis dicatur, *peracta statio*, eo sensu, quo tempus illud imperio destinatum obierit Imperator, magis accederet conjecturæ *Heinsii*, qui legebat *statione parata*, quem, etsi non adscripsit modum, quo hæc verba explicat, credit eo sensu cepisse, ut Poeta, adulandi artifex, licet non sine *sale*, dicat, *Neroni* locum jam in cœlo paratum, in quo *post* mortem, ut *Cæsar, Augustus*, & alii consecrati, tanquam sidus novum fulge-

ret. At, quia tamen tot singularia habet *Lucanus*, non audet Vir Celeberrimus mutare *peracta statione*, pro imperii munere & tempore exacto capiendum. *Lib. I vers. 381: Castra super Tusci si ponere Thybridis undas, Hesperios audax veniam metator in agros.* Hic, quanquam in partes discedunt varias membranæ, his *signa*, illis *castra*, exhibentibus, tamen, quia *castra* aptius convenit voci *metator*, rectius hoc *Oudendorpium* & *Cortium* prætulisse judicat. Sed aliud est, quod ipsi vulgatam lectionem faciat suspectam. An enim *super undas castra* quis unquam posuit? An vero Tybrim hic pro regione circa Tybrim capiemus? An *super* pro *ultra* posset capi? Hinc conjectura, sed nulli invito obtrudenda, legit, *Castra per Etrusci si ponere Thybridis undas*, id est, tota, qua fluit Thybris, regione. *Drakenborchius*, quocum conjecturam suam communicarat *Burmannus*, malebat, *Castra sub Etrusci*, ut illud *per* in *super* natum ex primis literis *Etrusci* esset. Forsitan hæc legentibus succurrent *castra nautica* in Historicis obvia, ita quidem, ut Poeta dicat exercitum per undas delatum, &, antequam castra in agris posuisset, posita habuisse in undis nautica. *Lib. I vers. 565: tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos.* Hic quid sibi velint verba, *cecinere Deos*, interpretibus non constat: Scholiastæ opinione ordo est: *Dii cecinere sæva, quos movet Bellona sectis humeris.* Est autem figura, *quos Deos*, ut *Virgilius*, *Urbem, quam statuo, vestra est*, pro *urbs*, sic *Deos* pro *Dii*. Quem hic valde errare censet Cl. *Oudendorpius*, rectiusque *Omnibonum Deos* sumsisse pro oraculis Deorum, ipse tamen malit scribere *Deam*, scilicet Bellonam. *Burmanno* autem nondum hic locus apparet liquidus; quare hæc relinquit aliis sananda, vel explicanda. Si conjectura uti in re obscura licet, forsitan Scholiastæ opinio veræ nobis sententiæ viam faciet. Scilicet vox *Deos* referri potest omnino ad relativum *quos*, per figuram a Grammatico adductam, non eo tamen, quo iste vult, significatu, sed ita, ut per *quos Deos* intelligamus illos ipsos Gallos, qui hic cecinisse dicuntur, quos omnino Bellona sæva movet. Nam priora illa verba, *tum, quos sectis Bellona lacertis sæva movet, cecinere Deos*, tantum nobis videntur generatim significare,

Gallos

Gallos cecinisse entheos. Posteriora autem, *crinemque rotantes sanguineum populis ulularunt tristia Galli*, & modum vaticinandi & argumentum indicare. Etenim ingenio *Lucani* non plane adversum existimamus, Gallos a Dea agitatos nominare ipsos Deos. *Lib. I vers. 103: Ionium Ægæo frangat mare.* His verbis Cel. *Burmannus* veram omnino sententiam vindicavit, ab iis, qui ante eum commentati sunt, vix perceptam. Nempe *Lucanus*, hic ruptam triumvirorum concordiam morte *Crassi* describens, utitur comparatione, sumta ab Isthmo Corinthiaco, qui, medius inter Ionium & Ægæum mare, prohibet hæc duo æquora, quæ a Poetis, ut atrocia, tempestuosa & irata, passim describuntur, coire; sed, si Isthmus ille perrumperetur & tolleretur, sæva hæc maria inter se commissa ingentes tumultus excitatura, canit his verbis: *Si terra recedat, Ionium Ægæo frangat mare.* Quo modo si legatur, vix menti Poetæ satis fiet. Nam frangi mare dicitur, cum ejus violentia, objecto aliquo scopulo, littore, aut quocunque obice, repellitur, & vis ejus retunditur. Sic ergo Isthmus manens potest dici *frangi ab utroque mari*, & vicissim *frangere* quoque & repellere *fluctus utriusque æquoris*, sublato vero Isthmo utrumque æquor irrumpens conferet fretum, & atrocissimos ibi concurrentibus undis fluctus excitabit. Sic, sublato *Crasso*, qui *medius* inter *Pompejum* & *Cæsarem*, belli civilis mora supra *v. 100* dicitur, hi duo violentissimi & imperium affectantes inter se exercebant iras suas. Hinc, quia cogitat, millies a librariis præpositiones verborum omissas aut absorptas celeritate scribendi, sollicitatur Cel. *Burmannus*, ut locum corruptum credat & legat, *si terra recedat, Ionium Ægæo infringat mare*; hanc vero lectionem stabilire videtur ipsa duorum marium natura. Nam *Strabo, Lib. I pag. 54* narrans conatum *Demetrii Poliorcetæ*, Isthmum Corinthiacum perfodere meditantis, repressum ait ab architectis & locorum peritis, qui monebant, Ionium mare in sinu Corinthiaco longe *altius* esse Ægæo in sinu Saronico, ideoque, si Isthmus perfoderetur, tanto impetu Ionium mare irrupturum, ut Æginam & vicinas insulas aquis obrutas submergeret. Sic ergo non Ægæo mari frangi poterat Ionium, quod erat altius,

nec immitti poterat Ægæum Ionio, ut ejus fluctus atroces frangeret, sed rupta terra infringeret Ionium altius & violentius inferius Ægæum. Et ita factum. *Crasso* enim, arma duorum ducum dirimente, sublato, *Cæsar*, Ionium veluti mare, immissus in *Pompejum*, quasi Ægæum, facta via per mortem *Crassi*, impetu suo omnia obstacula perrupit, & inferiores sibi cedere coegit. Atque his quidem eleganter dictis, docteque disputatis, illud unicum adjiciendum putamus, *Cæsarem* ideo fortasse a Poeta comparari mari Ionio, quod copiis nitebatur occidentalibus, *Pompejum* autem Ægæo, quia viribus Orientis utebatur. *Lib. III vers. 404: structæ diris altaribus aræ.* Quam lectionem *Oudendorpius* restituit, & *altaria*, præeunte *Servio*, accipit pro ipso libamine & oblato sacrificio, in quo refutando vel ideo multus est *Burmannus*, quod notaverat ea, quæ ad *Quintilianum Decl. XII, 26*, scripta fuerunt. Ceterum passurum se ait vulgatam lectionem circumferri, si *altaria* non pro libamine aut sacrificio, sed pro parte aræ illa, quæ Græcis ἐπίκυρον vocatur, sumamus, quamvis *diris feralibus* elegantius & clarius existimet. *Lib. V vers. 137 seq: fatique sat est arcana futuri Carmina longævæ vobis commissa Sibyllæ.* In his verbis explicandis admodum viros doctissimos hæsisse, & varias protulisse conjecturas, ex *Oudendorpii* editione perspicimus. Cel. *Burmannus* putat, unica mutata litera sensum optimum exire, si legatur, *farique sat est arcana futuri Carmina longævæ, vobis commissa, Sibyllæ*, ut *fari* opponatur τῷ *silet*, hoc sensu: Sat est, id est, sufficit vobis, Sibyllam, cujus carmina vobis sunt commissa, arcana futuri temporis fari, quæ vos soletis per quatuordecim viros inspiciendis libris Sibyllinis cognoscere. Quare vobis Romanis non necesse est ad Phœbum Delphicum decurrere. Itaque, licet ex his intelligi possit, cautum in asserendis conjecturis & modestum cum alias, tum ad *Lucanum*, fuisse *Burmannum*, habet tamen etiam quædam, quæ audaciora dici omnino possint. *Lib. I vers. 71: Stagna avidi texere soli, laxæque paludes.* Displicet hic Interpretibus, & ipsi *Burmanno*, illud *avidi*, pro quo plures *udi soli* maluerunt. *Cortius* vero prorsus contra leges metricas *uvidi soli* voluit. Quoniam vero

in

in Codice uno erat, *ſtagna vagi texere ſoli*, inde *Burmannus* ſe finxiſſe ſcribit, *ſtagna vadi texere ſolo*, id eſt, in fundo non profundo ſtagni latuit, vel *vadis texere ſoli;* qua locus paluſtris, ulva limoſa & arundinibus plena, dicitur fuiſſe. Sed, diligentius expenſis verbis *Plutarchi* in vita *Marii*, qui dicit, ſenem quendam occultaſſe *Marium* ἐν χωρίῳ κοίλῳ, *in loco cavo*, ad fluvium, & injeciſſe arundinem multam & aliam materiem, credit, poſſe legi, *ſtagna cavo texere loco*. Longius hæc nobis a vulgata videntur recedere, præſertim cum & nullus Codex addicat, & vulgata lectio ſenſum omnino aliquem rei, de qua agitur, convenientem habeat. Scilicet *avidum ſolum* dici poſſe videtur id, quod inſtar ſpeluncæ aut hiatus in ſtagno aquam avide ſorbet immiſſam. Interim tamen editio hæc, a Cel. *Burmanno* procurata, non tantum in multis præferenda nobis videtur *Oudendorpianæ*, ſed & plane videtur neceſſaria iis, qui alias & maxime commemoratam recte examinare cupiunt. Digna etiam eſt Præfatio, quæ ab harum rerum ſtudioſis perlegatur, in qua, poſt fata ſui *in Lucanum laboris* commemorata, & ſententia de *Oudendorpio*, *Cortio*, *Bentlejo*, aliis, libere, & interdum liberius, dicta, de *Lucani* genio ſcribendi, & a *Virgilii* & *Auguſtei* ſeculi ſcriptorum ſtilo longe diſcedenti, diſſerit, & oſtendere inſtituit, quam ipſi ſingularia quædam & inepta etiam placuerint. Adjectus denique eſt Index tam in *Lucanum* ipſum, quam in annotationes Cel. Editoris, quem ipſe in Præfatione fatetur ab alio in Bibliopolæ gratiam confectum eſſe.

A PARAPHRASE AND NOTES ON THE EPISTLE of St. James, &c.

hoc eſt,

PARAPHRASIS ET NOTÆ IN EPISTOLAM S. Jacobi ad modum Lockii. Accedit Diſſertatio in Jac. II, 14-20, *ſive ſpecimen conciliationis ſententiæ S. Pauli de juſtificatione hominum per fidem, & S. Jacobi de juſtificatione ipſorum per opera; eodem Autore, qui Paraphraſin & Notas in Epiſtolas S. Pauli ad Philemonem,*

nem, ad Thessalonicenses, ad Timotheum, & Titum, antehac edidit.

Londini, sumtu Richardi Ford, 1738, 4 maj.

Plag. 19.

Dudum est, quod optavimus, ut hi Nov. Test. Commentarii, ad modum *Jo. Lockii* elaborati, ad nos perferrentur. Sed eos nondum accepimus, qui in *Paulinas* exstant Epistolas. Quo minus mirari convenit, Autoris nomen nos præterire, qui in his eam in rationem adornandis multus fuit. Hoc vero sciscitabimur & indicabimus, simul ac Notas in Epistolas *Paulinas* receperimus, quarum causa Londinum nuper admodum scripsimus. Quod dum fiat, ipsam rei propositæ naturam nunc explicabimus, ne studium hac in re nostrum desideretur. Tum vero in hac præsenti Epistolæ S. *Jacobi* Paraphrasi recensenda nonnihil operæ ponemus, ut est nostræ consuetudinis, quam sancte tenebimus. *Lockius*, quo nemo antehac acutius in Magna Britannia philosophabatur, nexum rerum ac rationum interiorem magis, quam verba, scrutandum esse, in præmissa longiori *Præfatione*, *historiam S. Pauli* simul complectente, præcipiebat. Hoc scitum suum *Paraphrasi & Notis in Epistolas S. Pauli ad Galatas*, *ad Romanos*, *ad Corinthios*, *& Ephesios*, illustravit. Hoc enim ordine has collocavit Epistolas. Præmisit cuique brevem *Synopsin*, in cujus margine *tempus scriptionis* indicatur. Ipsa tractatio varias in se continet *Sectiones*, & commata nullius non *Capitis* aliqua, arcte inter se connexa, separantur & enodantur. Modus hic esse solet. Præcedunt semper *contenta* partis explicandæ. *Textus* ex versione Anglica desumitur, in cujus statim regione liberior & copiosior adjungitur *Paraphrasis*. *Notæ* vero in ora subjiciuntur. Cetera vide in horum *Actorum Supplem. Tom. V Sect. V pag. 215 seq.* ubi compendiaria libri *Lockiani* reperitur enarratio. Ad hanc igitur normam ignotus ille sese accommodavit explanator. *Paulinas* quidem Epistolas, quas *Lockius* omiserat, sua explanavit opera, &, quæ ab aliis Autoribus a Deo actis & eruditis profectæ sunt, eas simili ratione enucleare decrevit. In his primum delegit *S. Jacobi*

tibi Epiſtolam, de qua nunc ſeparatim exponendum erit. Loco Præfationis Autor, cujus nos fugit nomen, hiſtoriam *S. Jacobi*, & hujus ſcriptionis Epiſtolæ, ſatis copioſam præire juſſit. Hæc in *quatuor* diſtributa eſt *Sectiones*, quarum *prima Jacobum* majorem, Pag. 1.
Zebedæi filium, & *Joannis* fratrem, hujus Epiſtolæ Autorem eſſe, negat; *altera* vero *Jacobum* minorem, ſeu juniorem, *Alphæi*, ſeu 7.
Cleophæ, filium, illius eſſe confectorem, iis vincit rationibus, quæ magna valent probabilitate. Quæ ſequitur, *tertia* eos inquirit, ad quos hæc exarata fuit Epiſtola, ex *Cap. I, 1.* Erant ni- 13.
mirum omnium 12 tribuum Judæi, qui extra Judæam tum vivebant, & Chriſtianam receperant religionem. *Sectio quarta*, ea- 19.
que ultima, cauſas hujus ſcriptæ exponit Epiſtolæ, quæ hæ erunt fere: Legatus Domini 1) vult Judæos, qui Chriſti civitatem adſciverant, in tempore cohortari, ut a vitiis caveant, quæ inter ejus ætatis Judæos ſerpebant; 2) *Jacobi* propoſitum eo valebat, ut Chriſtianos, qui Judæi antehac fuerant, in doctrina de juſtificatione per fidem rectius erudiret; 3) ut ægrotis inter ipſos ſpem miraculoſæ *cujusdam faceret ſanationis*; & denique 4) ut Judæos, Chriſto faventes, præmoneret, ut, quæ a civibus ſuis, incredulis Judæis, ſibi imminerent, vexationes æquo nec abjecto animo ferrent. Hæc præcipua Epiſtolæ *S. Jacobi* cauſa eſſe videtur, & efficacius in ea ſolatium ab inſtante totius reipublicæ Judaicæ interitu ductum eſt. *Synopſis* omnia, quæ illuc pertinent, ſingularia ſeparatim exponit, & ejusmodi eſt, ut ſin- 21.
gula illuſtret *Capita*. In margine *tempus ſcriptionis* & *locus* his deſignatur verbis: ſcripta Hieroſolymis anno Domini 63, *Neronis 9*, paulo ante *S. Jacobi* obitum. *Paraphraſis* ita ubique 25 ſeq.
comparata eſt, ut digna ſit, quæ eruditi Commentarii loco habeatur. *Notæ* vero probatiſſima in ſe continent ſubſidia, unde omnis ducitur explanatio. Rationum nexus cum cura ſemper attenditur. Vocum ac phraſium poteſtas ex optimis antiquæ Græciæ ſcriptoribus demonſtratur. Hiſtoria inprimis Judæorum vocatur in auxilium, ad lucem obſcurioribus locis accendendam. Labor omnis tam bene ceſſit Autori, ut *Lockio*, quem imitari voluit, palmam, ſi non præripuiſſe, dubiam tamen reddidiſſe, jure meritoque cenſeri debeat. Nos ex omnibus

B quinque

quinque Capitibus quædam specimina exempli gratia proferemus. *Cap. I v. 9, 10,* vocula δὲ bis ponitur, verum eadem prius
Pag. 32. posita pro μὲν adhibetur; id quod in aliis Græcis Autoribus identidem accidere solet. Sensus verborum hic est: ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς, *frater*, id est, Christianus, *quidem pauper & humilioris conditionis,* καυχάσθω ἐν τῷ ὕψει αὐτῦ, *lætetur excellentia sua*, id est, dignitate, honore, ac divitiis, quas a Christo impetravit. *Judæi* non nisi caduca in deliciis habebant, & Messiam, magnum orbis principem, præstolabantur, a quo temporarios sibi honores & divitias spondebant. Ab his terrenis rebus animos recens credentium Judæorum avocat & abdu-
33. cit *S. Jacobus.* Ὁ δὲ πλούσιος, scilicet ἀδελφὸς, *dives* autem frater, καυχάσθω, ex *v. 9*, *lætetur* ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτῦ, *humilitate & paupertate sua*, si qua forte Christi causa ipsi toleranda sit. In reliquis, quæ consequuntur, verbis, ὅτι ὡς ἄνθος χόρτυ παρελεύσεται, nemo est, quin ἔλλειψιν perspiciat, hunc in modum supplendam: *nam*, si Christi causa fortunas suas perdere recusat, *sicut flos agri peribit.* Hæc profecto concinnam orationis connexionem *v. 11 & 12* egregie confirmant. Qua quidem occasione divinus Domini orator vocabulum πειρασμὸς ad *vexationem* sanctorum exprimendam usurpaverat.
35. Hinc *v. 13* ejus vocis de medio tollit ambiguitatem, ne ex πειρασμῷ Deo tributo concludant, eum esse peccati autorem. Ejusmodi de Deo notionem ex falsa quorundam *S. Pauli* oraculorum interpretatione hauserunt, ut videtur, Judæi. Quo-
37. circa S. *Jacobus* in eo multus est, ut eam ex animis credentium
38 seq. Judæorum eradicet. Hoc quidem loco phrases, *tentari a Deo, cor obdurare*, quod *Deo* adscribitur, erudite & copiose Angli-
41 seq. cus enodavit interpres, qui & ad *v. 13, 14 seq.*, Deum mali caussam haud esse, valide satis demonstravit. *Cap. II v. 2* vox συνα-
52. γωγὴ *domum* designat *privatam*, in qua Christiani conveniebant, exercitiis sacris operam navaturi. Apostolus enim ad eos scribit, qui συναγωγὰς loca sanctioribus conventibus dicata
57. nominabant. Ibidem *v. 8* νόμος βασιλικὸς *lex regia* disciplina Christiana vocatur, eo quidem sensu, quo nomen βασιλικὸς in Græcis monumentis *istud* dicitur, *quod in suo genere præstans &*

& eximium est. Sic βασιλικὸς βίος est *regia vita*, βασιλικὴ ἐσθὴς, regia vestis, βασιλικὸν συμπόσιον, regium epulum, βασιλικὸς ἀστὴρ, stella regia, & βασιλικὴ ἄμπελος, regia vites. Quam in sententiam, ante dies Apostolorum, eandem phrasin *Xenophon Oeconom. pag. 856 D. edit. Leunclav.* adhibuit, ubi leges Regis Persiæ, *Draconis* ac *Solonis* axonibus oppositæ, βασιλικοὶ νόμοι vocantur; ut locum hunc eleganter exposuit Autor. Conf. *Matth. XXII, 34-40, Marc. XII, 28-34. Cap. III v. 1 S. Jacobus* novos Servatoris ex Judæis amicos cavere jubet, ne *multi* ex ipsis titulum magistri aut *Rabbi* affectent. Hæc nimirum affectatio ambitiosa, inter Judæos olim usitata, postea in civitatem Christianam invecta esse reperitur. Vid. *Clemens Romanus* in *Ep. ad Cor. §. 41 seq. 44, 47, 48 ad fin. §. 54 & 57 init.* Vult ergo legatus Christi, ne multi magistri & censores aliorum in Ecclesiam Christianam admittantur. Addit: cum sciamus, si quos nostrum, qui aliis præsumus, culpa ipsos redarguat, vitia tunc nostra auctum iri, & majorem tandem condemnationis gradum nobis *metuendum esse. Pergit v. 2: Omnes enim ad peccandum proclives* facile sumus. Quare in eo cauti simus ac providi, ne hujusmodi affectemus stationem, in qua ipsa nostra vitia redduntur graviora. *Quodsi quis in sermone nihil offendit, is demum perfectus vir est, qui & totum corpus regere possit.* Ex hoc idoneo nexu ac vinculo perspicuum est, ὅλον τὸ σῶμα non *Christianam* significare *Ecclesiam*; in qua quidem opinione *Grotius* versatur. Sed manifestum esse, hoc sibi velle S. *Jacobum:* homo, qui linguam domare potest, totum quoque corpus suum regere potest; nihil enim lingua regitur difficilius. Et, qui tantum in sanctitate profecit Christiana, is demum dignus est, qui doctorem ac censorem se præbeat aliorum, quique Servatoris civitati præsideat. *Cap. IV v. 1* hæc verba leguntur: πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; Vox πόλεμος significat *bellum*, μάχη vero *pugnam* & *conflictum particularem*, sed vox utraque pro lite & *contentione* sæpenumero ponitur. *Homerus* hæc vocabula cum voce ἔρις, *contentio*, conjunxit: Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε, *Il. A. v. 177.* Eadem potestas multis aliis & τῶν LXX, & Novi Testamenti, locis confirmatur. *V. 5*

Pag. 70. · 71. · 72. · 82. · 86.

B 2 verba

verba ſic novus interpunxit interpres: ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει πρὸς φθόνον; Vult, in mente lectorem ſubaudire: ὀυδαμῶς. Anne putatis, Scripturam vane & ſine ratione dicere adverſus invidiam? damnare invidiam? Minime gentium. Hæc eſt una quæſtio. Altera: πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν; num ſpiritus, qui habitat in nobis, impellat nos ad invidiam? Reſpondetur: μηδαμῶς! *Nequaquam. V. 6:* μείζονα δὲ δίδωσι χάριν, *quin potius majorem dat gratiam.* Aliis jam hæc duplex quæſtio in mentem venit. Sed, quid de ea, et item de tam contorta, ἐλλείψει & conſtructione ſtatuendum videatur, varii jam literati viri planiſſimum fecerunt, quod *Jo. Chriſtoph. Wolfius* in *Curis philol.* ad *loc. indic.* honoris cauſa nominavit. *Cap. V v. 2* hæc verba habentur: τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν. Egregie hic ex antiquitate docetur, veteres in veſtium copia magnam divitiarum ac fortunarum partem poſuiſſe. Vid. *Gen. XXXV, 2, XLI, 14, Joſuæ VII, 21, Jud. XIV, 12, 13, 2 Sam. XII, 20, Jeſ. III, 22, Zach. III,* 4. Sic *Q. Curtius* autor eſt, cum *Alexander M.* ad *Perſepolin* capiendam profectus eſſet, totius Aſiæ divitias collectas eſſe, in quibus, præter aurum & argentum; *veſtis ingens modus* fuerit, *Lib. VI Cap. 5.* Et *Horatius* refert, *Lucullum*, Romanum, interrogatum, num centum chlamydes in uſum theatri ſuppeditare poſſit, reſpondiſſe, quinque millia ſe domi habere chlamydum,

- - - *Chlamydes*, Lucullus, *ut ajunt*,
Si poſſet, centum ſcenæ præbere rogatus,
Qui poſſim tot? ait: tamen & quæram, & quot habebo,
Mittam: poſt paulo ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum: partem, vel tolleret omnes.

Pag. 100. 103 ſeq. *V. 3* per ἐσχάτας ἡμέρας interitum totius civitatis ac politiæ Judaicæ, una cum multis aliis, Vir doctus intelligit. At *v. 6* ὁ δίκαιος ei non eſt *Chriſtus*, ſed *juſtus quilibet alius.* Civis ſui, Cl. *Bentleji*, qui, adſcito *Phileleutheri Lipſienſis* nomine, *Remarks on a late diſcourſe of freethinking* edidit, conjecturam, *Part. I pag. 74* propoſitam, qua ΟΥΚ in ΟΚΣ, id eſt, ὁ κύριος commutavit, minime recipit, ſed, ingenioſam hanc eſſe, præ ſe fert. Senſus autem, quem Cl. *Bentlejus* adoptavit,

ui, commodus est, & valde concinnus. Idem vero manebit, si quæstio hæc admittatur: ἐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν; nonne is, ὁ κύριος ex v. 7, resistat vobis? Sic elegans erit inter v. 6 & 7 connexio, in qua nihil desiderari poterit, si quidem Britannicum audiamus expositorem. Hæc quidem in medium protulisse specimina, satis habemus. Non ibimus inficias, nonnullis singularibus ipsum favisse divinationibus. Hoc vero etiam, nihil eum sine probabili ratione dixisse, vere prædicare possumus. Istud male nos habuit, quod sæpius puriores Græcas locutiones *Hebraismos* vocet. Quodsi proprietates Hebraicas, in Græca lingua vitiosas, eo intelligit nomine, hæc ejus sententia a vero abhorret. Græcus sermo, inprimis dialectus Attica, multas continet dicendi rationes, cum elegantia Hebræa congruentes, atque harum exempla in sanctioribus Nov. Test. tabulis etiam reperiuntur. Negamus autem, vitiosos Hebraismos in sacrosancto Nov. Test. usquam inveniri. Sic non capimus, quo jure locutio, κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν, *Cap. II v.* 4, *Hebraismus* vocari mereatur. *Sententia* ejus hæc est haud dubie: *Judices disceptationum malarum*, id est, *qui res & personas male disceptant.* Sic *Horatius Lib. II Serm. Sat. II v. 8*: Pag. 55.

> — — *Male verum examinat omnis*
> *Corruptus judex.*

Nonne hæ probatæ sint dictiones Græcis, qui munditiem amant: ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς, γυνὴ ἀχαλίνε στόματος, & aliæ his similes? Sicut *Menander* ἀνὴρ πονηρὸς τοῖς τρόποις dixit; ita pure quoque hoc dicitur, ἀνὴρ πονηρῶν τρόπων. Cur Hebraismus sit ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς, *nomen, a quo cognominati estis, Cap. II v 7*, cum & optimi Græci ab hac formula non alieni sint? *Euripides Ione pag. 259*: Ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεών; *quomodo te cognominabimus?* Quo quidem loco σε pro ἐπί σε manifeste ponitur, ut φράσις sit, καλεῖν ὄνομά τινα, seu κατ' ἔλλειψιν ἐπί τινα. Pro *simplici* verbo *compositum* usurpavit *S. Jacobus*, ἐπικαλεῖν ὄνομα ἐπί τινα. Nimis acutus sit oportet, qui Hebraismum hic cernat. Nec formula, *Cap. V v. 17*, προσευχῇ προσηύξατο, in Hebraismis numeranda est. Nam elegantiores Græci eadem loquuntur ratione, 56. 121.

 ut

nec immitti poterat Ægæum Ionio, ut ejus fluctus atroces frangeret, sed rupta terra infringeret Ionium altius & violentius inferius Ægæum. Et ita factum. *Crasso* enim, arma duorum ducum dirimente, sublato, *Cæsar*, Ionium veluti mare, immissus in *Pompejum*, quasi Ægæum, facta via per mortem *Crassi*, impetu suo omnia obstacula perrupit, & inferiores sibi cedere coegit. Atque his quidem eleganter dictis, docteque disputatis, illud unicum adjiciendum putamus, *Cæsarem* ideo fortasse a Poeta comparari mari Ionio, quod copiis nitebatur occidentalibus, *Pompejum* autem Ægæo, quia viribus Orientis utebatur. *Lib. III vers. 404: structæ diris altaribus aræ.* Quam lectionem *Oudendorpius* restituit, & *altaria*, præeunte *Servio*, accipit pro ipso libamine & oblato sacrificio, in quo refutando vel ideo multus est *Burmannus*, quod notaverat ea, quæ ad *Quintilianum Decl. XII, 26*, scripta fuerunt. Ceterum passurum se ait vulgatam lectionem circumferri, si *altaria* non pro libamine aut sacrificio, sed pro parte aræ illa, quæ Græcis ἐπίκυρον vocatur, sumamus, quamvis *diris feralibus* elegantius & clarius existimet. *Lib. V vers. 137 seq: fatique sat est arcana futuri Carmina longævæ vobis commissa Sibyllæ.* In his verbis explicandis admodum viros doctissimos hæsisse, & varias protulisse conjecturas, ex *Oudendorpii* editione perspicimus. Cel. *Burmannus* putat, unica mutata litera sensum optimum exire, si legatur, *farique sat est arcana futuri Carmina longævæ, vobis commissa, Sibyllæ*, ut *fari* opponatur τῷ *silet*, hoc sensu: Sat est, id est, sufficit vobis, Sibyllam, cujus carmina vobis sunt commissa, arcana futuri temporis fari, quæ vos soletis per quatuordecim viros inspiciendis libris Sibyllinis cognoscere. Quare vobis Romanis non necesse est ad Phœbum Delphicum decurrere. Itaque, licet ex his intelligi possit, cautum in asserendis conjecturis & modestum cum alias, tum ad *Lucanum*, fuisse *Burmannum*, habet tamen etiam quædam, quæ audaciora dici omnino possint. *Lib. I vers. 71: Stagna avidi texere soli, laxæque paludes.* Displicet hic Interpretibus, & ipsi *Burmanno*, illud *avidi*, pro quo plures *udi soli* maluerunt. *Cortius* vero prorsus contra leges metricas *uvidi soli* voluit. Quoniam vero

in

in Codice uno erat, *stagna vagi texere soli*, inde *Burmannus* se finxisse scribit, *stagna vadi texere solo*, id est, in fundo non profundo stagni latuit, vel *vadis texere soli*; qua locus palustris, ulva limosa & arundinibus plena, dicitur fuisse. Sed, diligentius expensis verbis *Plutarchi* in vita *Marii*, qui dicit, senem quendam occultasse *Marium* ἐν χωρίῳ κοίλῳ, *in loco cavo*, ad fluvium, & injecisse arundinem multam & aliam materiem, credit, posse legi, *stagna cavo texere loco*. Longius hæc nobis a vulgata videntur recedere, præsertim cum & nullus Codex addicat, & vulgata lectio sensum omnino aliquem rei, de qua agitur, convenientem habeat. Scilicet *avidum solum* dici posse videtur id, quod instar speluncæ aut hiatus in stagno aquam avide sorbet immissam. Interim tamen editio hæc, a Cel. *Burmanno* procurata, non tantum in multis præferenda nobis videtur *Oudendorpianæ*, sed & plane videtur necessaria iis, qui alias & maxime commemoratam recte examinare cupiunt. Digna etiam est Præfatio, quæ ab harum rerum studiosis perlegatur, in qua, post fata sui *in Lucanum laboris* commemorata, & sententia de *Oudendorpio*, *Cortio*, *Bentlejo*, aliis, libere, & interdum liberius, dicta, de *Lucani* genio scribendi, & a *Virgilii* & *Augustei* seculi scriptorum stilo longe discedenti, differit, & ostendere instituit, quam ipsi singularia quædam & inepta etiam placuerint. Adjectus denique est Index tam in *Lucanum* ipsum, quam in annotationes Cel. Editoris, quem ipse in Præfatione fatetur ab alio in Bibliopolæ gratiam confectum esse.

A PARAPHRASE AND NOTES ON THE EPISTLE of St. James, &c.

hoc est,

PARAPHRASIS ET NOTÆ IN EPISTOLAM S. Jacobi ad modum Lockii. Accedit Dissertatio in Jac. II, 14-20, sive Specimen conciliationis sententiæ S. Pauli de justificatione hominum per fidem, & S. Jacobi de justificatione ipsorum per opera; eodem Autore, qui Paraphrasin & Notas in Epistolas S. Pauli ad Philemonem,

nem, ad Thessalonicenses, ad Timotheum, & Titum, antehac edidit.

Londini, sumtu Richardi Ford, 1738, 4 maj.
Plag. 19.

Dudum est, quod optavimus, ut hi Nov. Test. Commentarii, ad modum *Jo. Lockii* elaborati, ad nos perferrentur. Sed eos nondum accepimus, qui in *Paulinas* exstant Epistolas. Quo minus mirari convenit, Autoris nomen nos præterire, qui in his eam in rationem adornandis multus fuit. Hoc vero sciscitabimur & indicabimus, simul ac Notas in Epistolas *Paulinas* receperimus, quarum causa Londinum nuper admodum scripsimus. Quod dum fiat, ipsam rei propositæ naturam nunc explicabimus, ne studium hac in re nostrum desideretur. Tum vero in hac præsenti Epistolæ S. *Jacobi* Paraphrasi recensenda nonnihil operæ ponemus, ut est nostræ consuetudinis, quam sancte tenebimus. *Lockius*, quo nemo antehac acutius in Magna Britannia philosophabatur, nexum rerum ac rationum interiorem magis, quam verba, scrutandum esse, in præmissa longiori *Præfatione*, *historiam S. Pauli* simul complectente, præcipiebat. Hoc scitum suum *Paraphrasi & Notis in Epistolas S. Pauli ad Galatas*, *ad Romanos*, *ad Corinthios*, *& Ephesios*, illustravit. Hoc enim ordine has collocavit Epistolas. Præmisit cuique brevem *Synopsin*, in cujus margine *tempus scriptionis* indicatur. Ipsa tractatio varias in se continet *Sectiones*, & commata nullius non *Capitis* aliqua, arcte inter se connexa, separantur & enodantur. Modus hic esse solet. Præcedunt semper *contenta* partis explicandæ. *Textus* ex versione Anglica desumitur, in cujus statim regione liberior & copiosior adjungitur *Paraphrasis*. *Notæ* vero in ora subjiciuntur. Cetera vide in horum *Actorum Supplem. Tom. V Sect. V pag. 215 seq.* ubi compendiaria libri *Lockiani* reperitur enarratio. Ad hanc igitur normam ignotus ille sese accommodavit explanator. *Paulinas* quidem Epistolas, quas *Lockius* omiserat, sua explanavit opera, &, quæ ab aliis Autoribus a Deo actis & eruditis profectæ sunt, eas simili ratione enucleare decrevit. In his primum delegit *S. Jacobi*

tæ Epistolam, de qua nunc separatim exponendum erit. Loco
Præfationis Autor, cujus nos fugit nomen, historiam *S. Jacobi*,
& hujus scriptionis Epistolæ, satis copiosam praire jussit. Hæc
in *quatuor* distributa est *Sectiones*, quarum *prima Jacobum* majorem, Pag. 1.
Zebedæi filium, & *Joannis* fratrem, hujus Epistolæ Autorem esse,
negat; *altera* vero *Jacobum* minorem, seu juniorem, *Alphæi*, seu 7.
Cleophæ, filium, illius esse confectorem, iis vincit rationibus,
quæ magna valent probabilitate. Quæ sequitur, *tertia* eos inqui- 13.
rit, ad quos hæc exarata fuit Epistola, ex *Cap. I, 1.* Erant ni-
mirum omnium 12 tribuum Judæi, qui extra Judæam tum vi-
vebant, & Christianam receperant religionem. *Sectio quarta*, ea- 19.
que ultima, causas hujus scriptæ exponit Epistolæ, quæ hæ e-
runt fere: Legatus Domini 1) vult Judæos, qui Christi civita-
tem adsciverant, in tempore cohortari, ut a vitiis caveant, quæ
inter ejus ætatis Judæos serpebant; 2) *Jacobi* propositum eo va-
lebat, ut Christianos, qui Judæi antehac fuerant, in doctrina
de justificatione per fidem rectius erudiret; 3) ut ægrotis inter
ipsos spem miraculosæ *cujusdam faceret* sanationis; & denique
4) *ut Judæos*, Christo faventes, præmoneret, ut, quæ a civibus
suis, incredulis Judæis, sibi imminerent, vexationes æquo nec
abjecto animo ferrent. Hæc præcipua Epistolæ *S. Jacobi* causa
esse videtur, & efficacius in ea solatium ab instante totius reipu-
blicæ Judaicæ interitu ductum est. *Synopsis* omnia, quæ illuc per-
tinent, singularia separatim exponit, & ejusmodi est, ut sin- 21.
gula illustret *Capita*. In margine *tempus scriptionis* & *locus* his de-
signatur verbis: scripta Hierosolymis anno Domini 63, *Nero-
nis 9.* paulo ante *S. Jacobi* obitum. *Paraphrasis* ita ubique 25 seq.
comparata est, ut digna sit, quæ eruditi Commentarii loco ha-
beatur. *Notæ* vero probatissima in se continent subsidia, unde
omnis ducitur explanatio. Rationum nexus cum cura semper
attenditur. Vocum ac phrasium potestas ex optimis antiquæ
Græciæ scriptoribus demonstratur. Historia inprimis Judæo-
rum vocatur in auxilium, ad lucem obscurioribus locis accen-
dendam. Labor omnis tam bene cessit Autori, ut *Lockio*, quem
imitari voluit, palmam, si non præripuisse, dubiam tamen red-
didisse, jure meritoque censeri debeat. Nos ex omnibus

quinque Capitibus quædam ſpecimina exempli gratia proferemus.
Pag. 32. *Cap. I v. 9, 10,* vocula δὲ bis ponitur, verum eadem prius poſita pro μὲν adhibetur; id quod in aliis Græcis Autoribus identidem accidere ſolet. Senſus verborum hic eſt: ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς, *frater*, id eſt, Chriſtianus, *quidem pauper & humilioris conditionis,* καυχάσθω ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ, *lætetur excellentia ſua*, id eſt, dignitate, honore, ac divitiis, quas a Chriſto impetravit. *Judæi* non niſi caduca in deliciis habebant, & Meſſiam, magnum orbis principem, præſtolabantur, a quo temporarios ſibi honores & divitias ſpondebant. Ab his terrenis rebus animos recens credentium Judæorum avocat & abdu-
33. cit *S. Jacobus.* Ὁ δὲ πλούσιος, ſcilicet ἀδελφὸς, *dives* autem frater, καυχάσθω, ex *v. 9, lætetur* ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, *humilitate & paupertate ſua*, ſi qua forte Chriſti cauſa ipſi toleranda ſit. In reliquis, quæ conſequuntur, verbis, ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται, nemo eſt, quin ἔλλειψιν perſpiciat, hunc in modum ſupplendam: *nam*, ſi Chriſti cauſa fortunas ſuas perdere recuſat, *ſicut flos agri peribit.* Hæc profecto concinnam orationis connexionem *v. 11* & *12* egregie confirmant. Qua quidem occaſione divinus Domini orator vocabulum πειρασμὸς ad *vexationem* ſanctorum exprimendam uſurpaverat.
35. Hinc *v. 13* ejus vocis de medio tollit ambiguitatem, ne ex πειρασμῷ Deo tributo concludant, eum eſſe peccati autorem. Ejusmodi de Deo notionem ex falſa quorundam *S. Pauli* oraculorum interpretatione hauſerunt, ut videtur, Judæi. Quo-
37. circa S. *Jacobus* in eo multus eſt, ut eam ex animis credentium
38 ſeq. Judæorum eradicet. Hoc quidem loco phraſes, *tentari a Deo, cor obdurare*, quod *Deo* adſcribitur, erudite & copioſe Angli-
41 ſeq. cus enodavit interpres, qui & ad *v. 13, 14 ſeq.*, Deum mali cauſam haud eſſe, valide ſatis demonſtravit. *Cap. II v. 2* vox συνα-
52. γωγὴ *domum* deſignat *privatam*, in qua Chriſtiani conveniebant, exercitiis ſacris operam navaturi. Apoſtolus enim ad eos ſcribit, qui συναγωγὰς loca ſanctioribus conventibus dicata
57. nominabant. Ibidem *v. 8* νόμος βασιλικὸς *lex regia* diſciplina Chriſtiana vocatur, eo quidem ſenſu, quo nomen βασιλικὸς in Græcis monumentis *iſtud* dicitur, *quod in ſuo genere præſtans &*

& eximium est. Sic βασιλικὸς βίος est *regia vita*, βασιλικὴ ἐσθὴς, regia vestis, βασιλικὸν συμπόσιον, regium epulum, βασιλικὸς ἀστὴρ, stella regia, & βασιλικὴ ἄμπελος, regia vites. Quam in sententiam, ante dies Apostolorum, eandem phrasin *Xenophon Oeconom. pag. 856 D. edit. Leunclav.* adhibuit, ubi leges Regis Persiæ, *Draconis* ac *Solonis* axonibus oppositæ, βασιλικοὶ νόμοι vocantur; ut locum hunc eleganter exposuit Autor. Conf. *Matth. XXII, 34-40, Marc. XII, 28-34. Cap. III v. 1 S. Jacobus* novos Servatoris ex Judæis amicos cavere jubet, ne *multi* ex ipsis titulum magistri aut *Rabbi* affectent. Hæc nimirum Pag. 70.
affectatio ambitiosa, inter Judæos olim usitata, postea in civitatem Christianam invecta esse reperitur. Vid. *Clemens Romanus* in *Ep. ad Cor. §. 41 seq. 44, 47, 48 ad fin. §. 54 & 57 init.* 71.
Vult ergo legatus Christi, ne multi magistri & censores aliorum in Ecclesiam Christianam admittantur. Addit: cum sciamus, si quos nostrum, qui aliis præsumus, culpa ipsos redarguat, vitia tunc nostra auctum iri, & majorem tandem condemnationis gradum nobis *metuendum esse. Pergit v. 2: Omnes enim ad peccandum proclives* facile sumus. Quare in eo cauti simus ac providi, ne hujusmodi affectemus stationem, in qua ipsa nostra vitia redduntur graviora. *Quodsi quis in sermone nihil* offendit, *is demum perfectus vir est, qui & totum corpus regere possit.* Ex hoc idoneo nexu ac vinculo perspicuum est, ὅλον τὸ σῶμα non *Christianam* significare *Ecclesiam*; in qua quidem opinione 72.
Grotius versatur. Sed manifestum esse, hoc sibi velle S. *Jacobum*: homo, qui linguam domare potest, totum quoque corpus suum regere potest; nihil enim lingua regitur difficilius. Et, qui tantum in sanctitate profecit Christiana, is demum dignus est, qui doctorem ac censorem se præbeat aliorum, quique Servatoris civitati præsideat. *Cap. IV v. 1* hæc verba leguntur: πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; Vox πόλεμος significat *bellum*, μάχη vero *pugnam* & *conflictum particularem*, sed vox utraque pro *lite* & *contentione* sæpenumero ponitur. *Homerus* hæc vocabula cum voce ἔρις, *contentio*, conjunxit: Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε, *Il. A. v. 177.* Eadem potestas multis aliis & τῶν LXX, & Novi Testamenti, locis confirmatur. *V. 5* 82.
86.

verba ſic novus interpunxit interpres: ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει πρὸς φθόνον; Vult, in mente lectorem ſubaudire: οὐδαμῶς. Anne putatis, Scripturam vane & ſine ratione dicere adverſus invidiam? damnare invidiam? Minime gentium. Hæc eſt una quæſtio. Altera: πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν; num ſpiritus, qui habitat in nobis, impellat nos ad invidiam? Reſpondetur: μηδαμῶς! *Nequaquam. V. 6:* μείζονα δὲ δίδωσι χάριν, *quin potius majorem dat gratiam.* Aliis jam hæc duplex quæſtio in mentem venit. Sed, quid de ea, et item de tam contorta, ἐλλείψει & conſtructione ſtatuendum videatur, varii jam literati viri planiſſimum fecerunt, quod *Jo. Chriſtoph. Wolfius* in *Curis philol.* ad *loc. indic.* honoris cauſa nominavit. *Cap. V v. 2* hæc verba habentur: τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν. Egregie hic ex antiquitate docetur, veteres in veſtium copia magnam divitiarum ac fortunarum partem poſuiſſe. Vid. *Gen. XXXV, 2, XLI, 14, Joſuæ VII, 21, Jud. XIV, 12, 13, 2 Sam. XII, 20, Jeſ. III, 22, Zach. III,* 4. Sic *Q. Curtius* autor eſt, cum *Alexander M.* ad *Perſepolin* capiendam profectus eſſet, totius Aſiæ divitias collectas eſſe, in quibus, præter aurum & argentum; *veſtis ingens modus* fuerit, *Lib. VI Cap. 5.* Et *Horatius* refert, *Lucullum*, Romanum, interrogatum, num centum chlamydes in uſum theatri ſuppeditare poſſit, reſpondiſſe, quinque millia ſe domi habere chlamydum,

- - - *Chlamydes*, Lucullus, *ut ajunt*,
Si poſſet, centum ſcenæ præbere rogatus,
Qui poſſim tot? ait: tamen & quæram, & quot habebo,
Mittam: poſt paulo ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum: partem, vel tolleret omnes.

Pag. 100. 103 ſeq. *V. 3* per ἐσχάτας ἡμέρας interitum totius civitatis ac politiæ Judaicæ, una cum multis aliis, Vir doctus intelligit. At *v. 6* ὁ δίκαιος ei non eſt *Chriſtus*, ſed *juſtus quilibet alius.* Civis ſui, Cl. *Bentleji*, qui, adſcito *Phileleutheri Lipſienſis* nomine, *Remarks on a late diſcourſe of freethinking* edidit, conjecturam, *Part. I pag. 74* propoſitam, qua ΟΥΚ in ΟΚΣ, id eſt, ὁ κύριος commutavit, minime recipit, ſed, ingenioſam hanc eſſe, præ ſe fert. Senſus autem, quem Cl. *Bentlejus* adoptavit,

ur, commodus est, & valde concinnus. Idem vero manebit, si quæstio hæc admittatur: οὐκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν; nonne is, ὁ κύριος, ex v. 7, resistat vobis? Sic elegans erit inter v. 6 & 7 connexio, in qua nihil desiderari poterit, si quidem Britannicum audiamus expositorem. Hæc quidem in medium protulisse specimina, satis habemus. Non ibimus inficias, nonnullis singularibus ipsum favisse divinationibus. Hoc vero etiam, nihil eum sine probabili ratione dixisse, vere prædicare possumus. Istud male nos habuit, quod sæpius puriores Græcas locutiones *Hebraismos* vocet. Quodsi proprietates Hebraicas, in Græca lingua vitiosas, eo intelligit nomine, hæc ejus sententia a vero abhorret. Græcus sermo, inprimis dialectus Attica, multas continet dicendi rationes, cum elegantia Hebræa congruentes, atque harum exempla in sanctioribus Nov. Test. tabulis etiam reperiuntur. Negamus autem, vitiosos Hebraismos in sacrosancto Nov. Test. usquam inveniri. Sic non capimus, quo jure locutio κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν, *Cap. II v.* 4, *Hebraismus* vocari mereatur. *Sententia* ejus hæc est haud dubie: *Judices disceptationum malarum*, id est, *qui res & personas male disceptant*. Sic *Horatius Lib. II Serm. Sat. II v. 8:* Pag. 55.

- - Male verum examinat omnis
Corruptus judex.

Nonne hæ probatæ sint dictiones Græcis, qui munditiem amant: ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς, γυνὴ ἀχαλίνου στόματος, & aliæ his similes? Sicut *Menander* ἀνὴρ πονηρὸς τοῖς τρόποις dixit; ita pure quoque hoc dicitur, ἀνὴρ πονηρῶν τρόπων. Cur Hebraismus sit ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς, *nomen, a quo cognominati estis, Cap. II v* 7, cum & optimi Græci ab hac formula non alieni sint? *Euripides Ione pag. 259:* Ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεών; *quomodo te cognominabimus?* Quo quidem loco σε pro ἐπί σε manifeste ponitur, ut φράσις sit, καλεῖν ὄνομά τινα, seu κατ' ἔλλειψιν ἐπί τινα. Pro *simplici* verbo *compositum* usurpavit *S. Jacobus*, ἐπικαλεῖν ὄνομα ἐπί τινα. Nimis acutus sit oportet, qui Hebraismum hic cernat. Nec formula, *Cap. V v. 17*, προσευχῇ προσηύξατο, in Hebraismis numeranda est. Nam elegantiores Græci eadem loquuntur ratione, ut 56. 121.

ut *Plato Lib. VII de Leg. pag. 901*, εὐχαῖς εὐχόμενος, & *Lib. XIII pag. 263*, φυγῇ φεύγει. Consulent Philologi sacri honori ac reverentiæ, quam sacris Novi Fœderis literis debemus, earum si munditiem ac proprietatem cum cura tueantur.

Pag. 126 seq. Adjuncta est separata Dissertatio in *Jac. II, 14-20*, in qua duo Apostoli, *Paulus* & *Jacobus*, in argumento de *justificatione* inter se conciliantur. Exstant alia *Paulina* oracula, quæ falsis olim expositionibus patuerunt. Præcipuus autem locus,
130. qui *S. Jacobo* adversari videtur, est *Rom. III, 28.* Ubi quidem *opera legis* sunt *opera legis Mosaicæ. Justificatio* est status, in
132. quo quis divina fruitur gratia, aut justus ab eo habetur ac declaratur. *Fides* autem, & *fides Christi* est *Evangelium*, sive
133. *revelatio Christiana generatim ac universe* spectata. Hac autem sola justificantur & *Judæi* & *ethnici*, sed ea lege, ut opera bona, quæ illa ipsa requirit revelatio, colant. In priori dogmate consentiunt amice *Paulus* & *Jacobus*, sed, quoniam *Pauli* verba in malam partem interpretati recens credentes erant Judæi, *Jacobus* ea vindicat, dogma divinum rectius illustrat, & in sanctiores usus convertit. Intus sibi canit Vir do-
136. ctus, quod tam bellam exploraverit conciliationem, quæ a *scholasticis subtilitatibus* aliena sit. At enim vero confundit ille *fidem dogmaticam* cum *fide salvante*, & *justificante*, & *Evangelium late dictum* cum *Evangelio strictius nominato.* Non negamus, vocem *Evangelium* in latiori ambitu pro tota doctrina Christiana nonnunquam sumi. Istud vero in hoc nusquam fit argumento, ubi de causis & fundamento salutis agitur. In hac materia *Evangelium* strictius pro doctrina de gratia Dei, quam per Christum impetramus, accipi solet, ut *Rom. I, 16, 17. Obsequi* autem *Evangelio* est, bona per Christum parta, quæ hoc nuntiat Evangelium, vera vivaque fide recipere. Evangelium hoc est fides dogmatica, per quam fides salvans & justificans in animo homis efficitur. Illa fides est medium justificationis & salutis ex parte Dei, hæc autem ex parte hominis. De hac inprimis sermo est S. *Paulo* in eo, quem indicavimus, loco. Ut enim *opera legis* ab homine peraguntur; sic fides in ipso hominis animo inesse debet. Ad *justificationem*

quod

quod attinet, ea vel in *actu*, vel in *statu*, considerari potest. S. *Paulus* affirmat, in *actu* coram Dei tribunali hominem omnem sola fide justificari; cui rei historia controversiarum Apostolorum argumento est. Hoc quidem in dogmate consentit etiam S. *Jacobus* cum socio suo. Idem vero urget præterea, hominem in *statu justificationis* spectatum *fidem suam*, per quam justum sese jam factum esse gloriatur, *Jac. II, 18, per bona opera*, in morum doctrina Christi præscripta, *declarare* debere. Hac nihil facilius ac descriptius est conciliatione; præsertim cum fundamentum & ordinem salutis servet illibatum, & neutrum ulla violet ratione.

LEZIONI SOPRA LA PASSIONE DI N. S. Jesu Cristo, &c.

hoc est,

LECTIONES IN HISTORIAM PERPESSIONUM Domini nostri Jesu Christi, recitatæ in Academia de Crusca a JOSEPHO AVERANIO, Prof. Ord. Legum Academiæ Pisanæ.

Urbini, per typographum ærarii, 1738, 12.

Plag. 13.

Cruci affigendum Romani primo flagellis verberarunt. Hinc exorditur Cel. Autor *Lectionem primam*. Lictorum, ῥαβδούχων, erat virgas & secures expedire. Ut virgis rei cæderentur, lictor eos ad palum deligabat, teste *Valerio Maximo Lib. VIII* & *Livio Lib. VIII*, infringebatque sæpius colaphos. *Lectione secunda* inquirit in numerum eorum, qui Christum virgis lacerarunt. Formula Romanorum solennis erat hæc: *I lictor, colliga manus, caput obnubito, virgis cædito.* Numerum existimat esse incertum. Discrimen deinde commemorat inter flagellationem mixti imperii, ac meri imperii. Si quid enim erat, quod majorem animadversionem exigeret, remittere Legatus ad Proconsulem debuit; nec enim ille jus habuit atrociter animadvertendi, coercendi, vel verberandi. Nec *Pilato* hoc juris fuisse, Vir consultissimus monet, licet *Barnabas Brissonius* distinctionem illam

Pag. 30.

32.

illam haud observaverit. Dictator solus potuit mero imperio uti, ac atrocem decernere percussionem, reliqui magistratus haud
Pag. 34. æque. Nemo ab eis verberari aut condemnari poterat, nisi po-
45. puli Romani accedente autoritate. Alias *lictor proximus* arces-
sebatur ad sceleratum verberandum; alias sex lictores & paucio-
res leguntur jussi reum pulsare & virgis cædere, dummodo ipse
50. haud esset civis Romanus. Suspicatur Autor, lictores quatuor
Christum virgis cecidisse; totidem enim ipsum in crucem sustu-
lerunt. Dictatori ad manus erant 24, Consuli 12, Prætori 6
Procuratori fortassis 4 tantum. Spinam, e qua plexa fuit co-
rona Christo imposita, fuisse *rhamnum plenam sentibus & heri-*
77. *cio similem, spinosumque fruticem ac arbusculam sentibus unci-*
nisque contextam, quæ teneat, quicquid attigerit, & retentum
vulneret, & vulneratorum sanguine delectetur, Autor credit æqu
85. ac *Hieronymus.* Quia rhamnus credita fuit planta, malorum
averrunca, Autor conjicit, eam in hortis *Pilati* fuisse præsto
Horam tertiam judiciis agendis fuisse a Romanis addictam, pa-
93. tescit ex illo *Martialis: Exercet raucos tertia causidicos.* Tum
Jesus cruci affixus, a tertia nempe usque ad sextam. Ob quatuor
vigilias diurnas nominari præcipue solebant prima, tertia, sexta
nona, quæque trihorium complexa. Supplicium crucis fuisse
fugitivis servisque more Romano constitutum, Consulem. Autor
125. variis veterum comprobat locis. *Tav Ezechielis* esse crucis signum
139. credit. Obscurationem solis, *Matth. XXVII & Luc. XXIII*, a
160. universum terrarum orbem pertinuisse judicat. At indubie no-
vit ipse, haud opus fuisse eclipsi in partibus terræ, nocti tum
immersis, nec ad eas deliquia solis extendi. Novit idem qui
sit πᾶσα ἡ οἰκουμένη *Luc. II, 1, Act. XI, 28*, siquidem *Lucæ* locum
priorem ipse recordatur *pag. 172. Antoninus* sese *mundi domi-*
179. *num* dixit. *Romanos rerum dominos* dixit *Virgilius. Cicero* i
Or. II contra Rullum Romanos dixit *omnium gentium domino*
Tacitus Hist. Lib. III Imperatorem appellavit *generis humani do-*
minum. Cassiodorus: Roma omnia possederat. Dionysius: ἡ ῥω-
μαίων πόλις ἁπάσης ἄρχει γῆς. *Philo Ebræus:* διὰ γῆς καὶ
θαλάττης ἄρχει τῶν τοῦ κόσμου περάτων. *Cedrenus* de Roma
πᾶσαν δουλωσαμένη τὴν οἰκουμένην. *Minutius Felix* de Romanis

Eorum

Eorum potestas & autoritas totius orbis ambitum occupavit. Ammianus, *per omnes, quotquot sunt, partes terrarum*, Romanis tribuit dominatum. *Origenes* primus, ut Autor Cel. contendit, fuit, qui tenebras illas de densis nubibus, cœlo sese obtendentibus in Judæa ac terris confinibus, exposuit. Autori lubet ... inficiari, negat tamen ipse, tenebras fuisse illas in superficie ... ipso ambitu solis. De interceptis radiis solaribus utique est ...mo. Lunæ interpositu haud intercipi hi potuerunt in pleni...nio. Nihil itaque restat, nisi nubibus densis eos fuisse impe...tos ac interceptos. Si vero sol universus opacus ac tenebro...us fuit redditus, tum non orbis terrarum modo, sed simul ...iversus planetarum complexus, omnis mundus, in caligi...em conjectus fuit. Haud omisissent Evangelistæ magnitudi...em miraculi tantam. Nihilo minus eam suffragio videtur Cel. Autor dignari suo. Veneratur testimonium *Phlegontis Tralliani*, qui, *Adriani* libertus, *Olympiadum Lib. XIII* ita scripsit: Τῷ ... τετάρτῳ ἔτει τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου με...ίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρᾳ ς' τῆς ἡμέρας ἐγένετο. ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. Σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο. Hieronymus verba in Latinum convertit. *Maximus*, *Eusebius* ... Chronico, Fasti Siculi, *Philoponus Lib. II de Creatione mundi*, ...cum eum laudarunt. Terræ motum illum *Tacitus Ann. II*, ... attigit, & ad annum æræ vulgaris 17 referendum osten... Juvat inspexisse recensiones Autoris, in enumeratis ecli...bus solis, quas vocant *totales*, occupatas. *Dionysii Areopagitæ* opera esse ab *Apollinari* quodam profecta Seculo IV, vel ..., haud negat ipse. De maculis solaribus nonnihil intexit. ...gus æstatum extraordinarium ab affectione superficiei solis ...bet, immo hiemale, quale exstitit A. 1709, 1716, & 1740. *Pilatum* haud fuisse sanguinis Jesu insontem, curate it compro...tum. Cognitionem controversiarum *Hyrcano* concessam fuisse ... *Cajo Cæsare*, ostendit ex *Josephi Ant. Jud. Lib. XIV Cap. 18*, id... jus Pontifici Magno adhuc fuisse integrum Christo in crucem ..., sibi persuadet. Verba illa Judæorum: *non licet nobis quem...quam interficere, Jo. XVIII, 31*, quorsum pertineant, haud definit.

Pag. 187. 195. 202. 212. 232. 244. 260.

C Credi-

nem, ad Thessalonicenses, ad Timotheum, & Titum, antehac edidit.

Londini, sumtu Richardi Ford, 1738, 4 maj.

Plag. 19.

Dudum est, quod optavimus, ut hi Nov. Test. Commentarii, ad modum *Jo. Lockii* elaborati, ad nos perferrentur. Sed eos nondum accepimus, qui in *Paulinas* exstant Epistolas. Quo minus mirari convenit, Autoris nomen nos præterire, qui in his eam in rationem adornandis multus fuit. Hoc vero sciscitabimur & indicabimus, simul ac Notas in Epistolas *Paulinas* receperimus, quarum causa Londinum nuper admodum scripsimus. Quod dum fiat, ipsam rei propositæ naturam nunc explicabimus, ne studium hac in re nostrum desideretur. Tum vero in hac præsenti Epistolæ S. *Jacobi* Paraphrasi recensenda nonnihil operæ ponemus, ut est nostræ consuetudinis, quam sancte tenebimus. *Lockius*, quo nemo antehac acutius in Magna Britannia philosophabatur, nexum rerum ac rationum interiorem magis, quam verba, scrutandum esse, in præmissa longiori *Præfatione*, *historiam S. Pauli* simul complectente, præcipiebat. Hoc scitum suum *Paraphrasi & Notis in Epistolas S. Pauli ad Galatas*, *ad Romanos*, *ad Corinthios, & Ephesios*, illustravit. Hoc enim ordine has collocavit Epistolas. Præmisit cuique brevem *Synopsin*, in cujus margine *tempus scriptionis* indicatur. Ipsa tractatio varias in se continet *Sectiones*, & commata nullius non *Capitis* aliqua, arcte inter se connexa, separantur & enodantur. Modus hic esse solet. Præcedunt semper *contenta* partis explicandæ. *Textus* ex versione Anglica desumitur, in cujus statim regione liberior & copiosior adjungitur *Paraphrasis*. *Notæ* vero in ora subjiciuntur. Cetera vide in horum *Actorum Supplem. Tom. V Sect. V pag. 215 seq.* ubi compendiaria libri *Lockiani* reperitur enarratio. Ad hanc igitur normam ignotus ille sese accommodavit explanator. *Paulinas* quidem Epistolas, quas *Lockius* omiserat, sua explanavit opera, &, quæ ab aliis Autoribus a Deo actis & eruditis profectæ sunt, eas simili ratione enucleare decrevit. In his primum delegit *S. Jacobi*

cobi Epiſtolam, de qua nunc ſeparatim exponendum erit. Loco Præfationis Autor, cujus nos fugit nomen, hiſtoriam *S. Jacobi*, & *hujus* ſcriptionis Epiſtolæ, ſatis copioſam præire juſſit. Hæc in *quatuor* diſtributa eſt *Sectiones*, quarum *prima Jacobum* majorem, Pag. 1.
Zebedæi filium, & *Joannis* fratrem, hujus Epiſtolæ Autorem eſſe, negat; *altera* vero *Jacobum* minorem, ſeu juniorem, *Alphæi*, ſeu 7.
Cleophæ, filium, illius eſſe confectorem, iis vincit rationibus, quæ magna valent probabilitate. Quæ ſequitur, *tertia* eos inquirit, 13.
ad quos hæc exarata fuit Epiſtola, ex *Cap. I, 1.* Erant nimirum omnium 12 tribuum Judæi, qui extra Judæam tum vivebant, & Chriſtianam receperant religionem. *Sectio quarta*, ea- 19.
que ultima, cauſas hujus ſcriptæ exponit Epiſtolæ, quæ hæ erunt fere: Legatus Domini 1) vult Judæos, qui Chriſti civitatem adſciverant, in tempore cohortari, ut a vitiis caveant, quæ inter ejus ætatis Judæos ſerpebant; 2) *Jacobi* propoſitum eo valebat, ut Chriſtianos, qui Judæi antehac fuerant, in doctrina de juſtificatione per fidem rectius erudiret; 3) ut ægrotis inter ipſos ſpem miraculoſæ *cujusdam faceret* ſanationis; & denique 4) ut *Judæos*, Chriſto faventes, præmoneret, ut, quæ a civibus ſuis, incredulis Judæis, ſibi imminerent, vexationes æquo nec abjecto animo ferrent. Hæc præcipua Epiſtolæ *S. Jacobi* cauſa eſſe videtur, & efficacius in ea ſolatium ab inſtante totius reipublicæ Judaicæ interitu ductum eſt. *Synopſis* omnia, quæ illuc pertinent, ſingularia ſeparatim exponit, & ejusmodi eſt, ut ſin- 21.
gula illuſtret *Capita*. In margine *tempus ſcriptionis* & *locus* his deſignatur verbis: ſcripta Hieroſolymis anno Domini 63, *Neronis 9*, paulo ante *S. Jacobi* obitum. *Paraphraſis* ita ubique 25 ſeq.
comparata eſt, ut digna ſit, quæ eruditi Commentarii loco habeatur. *Notæ* vero probatiſſima in ſe continent ſubſidia, unde omnis ducitur explanatio. Rationum nexus cum cura ſemper attenditur. Vocum ac phraſium poteſtas ex optimis antiquæ Græciæ ſcriptoribus demonſtratur. Hiſtoria inprimis Judæorum vocatur in auxilium, ad lucem obſcurioribus locis accendendam. Labor omnis tam bene ceſſit Autori, ut *Lockio*, quem imitari voluit, palmam, ſi non præripuiſſe, dubiam tamen reddidiſſe, jure meritoque cenſeri debeat. Nos ex omnibus

B *quinque*

quinque Capitibus quædam specimina exempli gratia proferemus.
Pag. 32. *Cap. I v. 9, 10*, vocula δὲ bis ponitur, verum eadem prius posita pro μὲν adhibetur; id quod in aliis Græcis Autoribus identidem accidere solet. Sensus verborum hic est: ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς, *frater*, id est, Christianus, *quidem pauper & humilioris conditionis*, καυχάσθω ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ, *lætetur excellentia sua*, id est, dignitate, honore, ac divitiis, quas a Christo impetravit. *Judæi* non nisi caduca in deliciis habebant, & Messiam, magnum orbis principem, præstolabantur, a quo temporarios sibi honores & divitias spondebant. Ab his terrenis rebus animos recens credentium Judæorum avocat & abducit
33. cit *S. Jacobus*. Ὁ δὲ πλούσιος, scilicet ἀδελφὸς, *dives* autem frater, καυχάσθω, ex *v. 9*, *lætetur* ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, *humilitate & paupertate sua*, si qua forte Christi causa ipsi toleranda sit. In reliquis, quæ consequuntur, verbis, ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται, nemo est, quin ἔλλειψιν perspiciat, hunc in modum supplendam: *nam*, si Christi causa fortunas suas perdere recusat, *sicut flos agri peribit*. Hæc profecto concinnam orationis connexionem *v. 11* & *12* egregie confirmant. Qua quidem occasione divinus Domini orator vocabulum πειρασμὸς ad *vexationem* sanctorum exprimendam usurpaverat.
35. Hinc *v. 13* ejus vocis de medio tollit ambiguitatem, ne ex πειρασμῷ Deo tributo concludant, eum esse peccati autorem. Ejusmodi de Deo notionem ex falsa quorundam *S. Pauli* oraculorum interpretatione hauserunt, ut videtur, Judæi. Quo-
37. circa S. *Jacobus* in eo multus est, ut eam ex animis credentium
38 seq. Judæorum eradicet. Hoc quidem loco phrases, *tentari a Deo*, *cor obdurare*, quod *Deo* adscribitur, erudite & copiose Angli-
41 seq. cus enodavit interpres, qui & ad *v. 13, 14 seq.*, Deum mali caussam haud esse, valide satis demonstravit. *Cap. II v. 2* vox συνα-
52. γωγὴ *domum* designat *privatam*, in qua Christiani conveniebant, exercitiis sacris operam navaturi. Apostolus enim ad eos scribit, qui συναγωγὰς loca sanctioribus conventibus dicata
57. nominabant. Ibidem *v. 8* νόμος βασιλικὸς *lex regia* disciplina Christiana vocatur, eo quidem sensu, quo nomen βασιλικὸς in Græcis monumentis *istud* dicitur, *quod in suo genere præstans*

&

& eximium *est*. Sic βασιλικὸς βίος est *regia vita*, βασιλικὴ ἐσθής, regia vestis, βασιλικὸν συμπόσιον, regium epulum, βασιλικὸς ἀστὴρ, stella regia, & βασιλικὴ ἄμπελος, regia vites. Quam in sententiam, ante dies Apostolorum, eandem phrasin *Xenophon Oeconom. pag. 856 D. edit. Leunclav.* adhibuit, ubi leges Regis Persiæ, *Draconis* ac *Solonis* axonibus oppositæ, βασιλικοὶ νόμοι vocantur; ut locum hunc eleganter exposuit Autor. Conf. *Matth. XXII, 34-40, Marc. XII, 28-34. Cap. III v. 1* S. *Jacobus* novos Servatoris ex Judæis amicos cavere jubet, ne *multi* ex ipsis titulum magistri aut *Rabbi* affectent. Hæc nimirum affectatio ambitiosa, inter Judæos olim usitata, postea in civitatem Christianam invecta esse reperitur. Vid. *Clemens Romanus* in *Ep. ad Cor. §. 41 seq. 44, 47, 48 ad fin. §. 54 & 57 init.* Vult ergo legatus Christi, ne multi magistri & censores aliorum in Ecclesiam Christianam admittantur. Addit: cum sciamus, si quos nostrum, qui aliis præsumus, culpa ipsos redarguat, vitia tunc nostra auctum iri, & majorem tandem condemnationis gradum nobis *metuendum esse*. Pergit v. 2: *Omnes enim ad peccandum proclives* facile sumus. Quare in eo cauti simus ac providi, ne hujusmodi affectemus stationem, in qua ipsa nostra vitia redduntur graviora. *Quodsi quis in sermone nihil* offenderit, *is demum perfectus vir est, qui & totum corpus regere possit*. Ex hoc idoneo nexu ac vinculo perspicuum est, ὅλον τὸ σῶμα non *Christianam* significare *Ecclesiam*; in qua quidem opinione *Grotius* versatur. Sed manifestum esse, hoc sibi velle S. *Jacobum*: homo, qui linguam domare potest, totum quoque corpus suum regere potest; nihil enim lingua regitur difficilius. Et, qui tantum in sanctitate profecit Christiana, is demum dignus est, qui doctorem ac censorem se præbeat aliorum, quique Servatoris cœtui præsideat. *Cap. IV v. 1* hæc verba leguntur: πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; Vox πόλεμος significat *bellum*, μάχη vero *pugnam* & *conflictum particularem*, sed vox utraque pro *lite* & *contentione* sæpenumero ponitur. *Homerus* hæc vocabula cum voce ἔρις, *contentio*, conjunxit: Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε, *Il. A. v. 177*. Eadem potestas multis aliis & τῶν LXX, & Novi Testamenti, locis confirmatur. *V. 5*

Marginal page references (right margin): Pag. 70. (beside "Conf. Matth. XXII…"); 71. (beside "Vid. Clemens Romanus"); 72. (beside "Christianam significare Ecclesiam"); 82. (beside "Cap. IV v. 1"); 86. (beside "V. 5").

verba sic novus interpunxit interpres: ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει πρὸς φθόνον; Vult, in mente lectorem subaudire: οὐδαμῶς. Anne putatis, Scripturam vane & sine ratione dicere adversus invidiam? damnare invidiam? Minime gentium. Hæc est una quæstio. Altera: πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν; num spiritus, qui habitat in nobis, impellat nos ad invidiam? Respondetur: μηδαμῶς! *Nequaquam. V. 6: μείζονα δὲ δίδωσι χάριν, quin potius majorem dat gratiam.* Aliis jam hæc duplex quæstio in mentem venit. Sed, quid de ea, et item de tam contorta, ἐλλείψει & constructione statuendum videatur, varii jam literati viri planissimum fecerunt, quod *Jo. Christoph. Wolfius* in *Curis philol.* ad *loc. indic.* honoris causa nominavit. *Cap. V v. 2* hæc verba habentur: τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν. Egregie hic ex antiquitate docetur, veteres in vestium copia magnam divitiarum ac fortunarum partem posuisse. Vid. *Gen. XXXV, 2, XLI, 14, Josuæ VII, 21, Jud. XIV, 12, 13, 2 Sam. XII, 20, Jes. III, 22, Zach. III, 4.* Sic *Q. Curtius* autor est, cum *Alexander M.* ad *Persepolin* capiendam profectus esset, totius Asiæ divitias collectas esse, in quibus, præter aurum & argentum, *vestis ingens modus* fuerit, *Lib. VI Cap. 5.* Et *Horatius* refert, *Lucullum*, Romanum, interrogatum, num centum chlamydes in usum theatri suppeditare possit, respondisse, quinque millia se domi habere chlamydum,

> - - - *Chlamydes*, Lucullus, *ut ajunt*,
> *Si posset, centum scenæ præbere rogatus,*
> *Qui possim tot? ait: tamen & quæram, & quot habebo,*
> *Mittam: post paulo scribit, sibi millia quinque*
> *Esse domi chlamydum: partem, vel tolleret omnes.*

Pag. 100. 103 seq. *V. 3* per ἐσχάτας ἡμέρας interitum totius civitatis ac politiæ Judaicæ, una cum multis aliis, Vir doctus intelligit. At *v. 6* ὁ δίκαιος ei non est *Christus*, sed *justus quilibet alius.* Civis sui, Cl. *Bentleji*, qui, adscito *Phileleutheri Lipsiensis* nomine, *Remarks on a late discourse of freethinking* edidit, conjecturam, *Part. I pag. 74* propositam, qua ΟΥΚ in ΟΚΣ, id est, ὁ κύριος commutavit, minime recipit, sed, ingeniosam hanc esse, præ se fert. Sensus autem, quem Cl. *Bentlejus* adoptavit,

ur, commodus est, & valde concinnus. Idem vero manebit, si quæstio hæc admittatur: ὀυκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν; nonne is, ὁ κύριος ex *v. 7*, *resistat vobis*? Sic elegans erit inter *v. 6* & *7* connexio, in qua nihil desiderari poterit, si quidem Britannicum audiamus expositorem. Hæc quidem in medium protulisse specimina, satis habemus. Non ibimus inficias, nonnullis singularibus ipsum favisse divinationibus. Hoc vero etiam, nihil eum sine probabili ratione dixisse, vere prædicare possumus. Illud male nos habuit, quod sæpius puriores Græcas locutiones *Hebraismos* vocet. Quodsi proprietates Hebraicas, in Græca lingua vitiosas, eo intelligit nomine, hæc ejus sententia a vero abhorret. Græcus sermo, inprimis dialectus Attica, multas continet dicendi rationes, cum elegantia Hebræa congruentes, atque harum exempla in sanctioribus Nov. Test. tabulis etiam reperiuntur. Negamus autem, vitiosos Hebraismos in sacrosancto Nov. Test. usquam inveniri. Sic non capimus, quo jure locutio, κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν, *Cap. II v.* 4, *Hebraismus* vocari mereatur. *Sententia* ejus hæc est haud dubie: *Judices disceptationum malarum*, id est, *qui res & personas male disceptant.* Sic *Horatius Lib. II Serm. Sat. II v. 8*: Pag. 55.

– – Male verum examinat omnis
Corruptus judex.

Nonne hæ probatæ sint dictiones Græcis, qui munditiem amant: ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς, γυνὴ ἀχαλίνου στόματος, & aliæ similes? Sicut *Menander* ἀνὴρ πονηρὸς τοῖς τρόποις dixit; ita pure quoque hoc dicitur, ἀνὴρ πονηρῶν τρόπων. Cur Hebraismus sit ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς, *nomen, a quo cognominati estis*, *Cap. II v 7*, cum & optimi Græci ab hac formula non alieni sint? *Euripides Ione pag. 259*: Ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεών; *quomodo te cognominabimus?* Quo quidem loco σε pro ἐπὶ σε manifeste ponitur, ut φράσις sit, καλεῖν ὄνομα τινα, seu κατ' ἔλλειψιν ἐπὶ τινα. Pro *simplici* verbo compositum usurpavit *S. Jacobus*, ἐπικαλεῖν ὄνομα ἐπὶ τινα. Nimis acutus sit oportet, qui Hebraismum hic cernat. Nec formula, *Cap. V v. 17*, προσευχῇ προσηύξατο, in Hebraismis numeranda est. Nam elegantiores Græci eadem loquuntur ratione, ut 56. 121.

ut *Plato Lib. VII de Leg. pag. 901*, εὐχαῖς εὐχομένως, & *Lib. XIII pag. 263*, φυγῇ φεύγει. Consulent Philologi sacri honori ac reverentiæ, quam sacris Novi Fœderis literis debemus, earum si munditiem ac proprietatem cum cura tueantur.

Pag. 126 seq. Adjuncta est separata Dissertatio in *Jac. II, 14-20*, in qua duo Apostoli, *Paulus* & *Jacobus*, in argumento de *justificatione* inter se conciliantur. Exstant alia *Paulina* oracula, quæ falsis olim expositionibus patuerunt. Præcipuus autem locus,
130. qui *S. Jacobo* adversari videtur, est *Rom. III, 28.* Ubi quidem *opera legis* sunt *opera legis Mosaicæ*. *Justificatio* est status, in
132. quo quis divina fruitur gratia, aut justus ab eo habetur ac declaratur. *Fides* autem, & *fides Christi* est *Evangelium*, sive
133. *revelatio Christiana generatim ac universe* spectata. Hac autem sola justificantur & *Judæi* & *ethnici*, sed ea lege, ut opera bona, quæ illa ipsa requirit revelatio, colant. In priori dogmate consentiunt amice *Paulus* & *Jacobus*, sed, quoniam *Pauli* verba in malam partem interpretati recens credentes erant Judæi, *Jacobus* ea vindicat, dogma divinum rectius illustrat, & in sanctiores usus convertit. Intus sibi canit Vir do-
136. ctus, quod tam bellam exploraverit conciliationem, quæ a *scholasticis subtilitatibus* aliena sit. At enim vero confundit ille *fidem dogmaticam* cum *fide salvante*, & *justificante*, & *Evangelium late dictum* cum *Evangelio strictius nominato.* Non negamus, vocem *Evangelium* in latiori ambitu pro tota doctrina Christiana nonnunquam sumi. Istud vero in hoc nusquam fit argumento, ubi de causis & fundamento salutis agitur. In hac materia *Evangelium* strictius pro doctrina de gratia Dei, quam per Christum impetramus, accipi solet, ut *Rom. I, 16, 17.* *Obsequi* autem *Evangelio* est, bona per Christum parta, quæ hoc nuntiat Evangelium, vera vivaque fide recipere. Evangelium hoc est fides dogmatica, per quam fides salvans & justificans in animo homis efficitur. Illa fides est medium justificationis & salutis ex parte Dei, hæc autem ex parte hominis. De hac inprimis sermo est S. *Paulo* in eo, quem indicavimus, loco. Ut enim *opera legis* ab homine peraguntur; sic fides in ipso hominis animo inesse debet. Ad *justificationem*

quod

quod attinet, ea vel in *actu*, vel in *statu*, considerari potest. S. *Paulus* affirmat, in *actu* coram Dei tribunali hominem omnem sola fide justificari; cui rei historia controversiarum Apostolicarum argumento est. Hoc quidem in dogmate consentit etiam *S. Jacobus* cum socio suo. Idem vero urget præterea, *hominem* in *statu justificationis* spectatum *fidem suam*, per quam justum sese jam factum esse gloriatur, *Jac. II, 18, per bona opera*, in morum doctrina Christi præscripta, *declarare* debere. Hac nihil facilius ac descriptius est conciliatione; præsertim cum fundamentum & ordinem salutis servet illibatum, & neutrum ulla violet ratione.

LEZIONI SOPRA LA PASSIONE DI N. S. Jesu Cristo, &c.

hoc est,

LECTIONES IN HISTORIAM PERPESSIONUM Domini nostri Jesu Christi, recitatæ in Academia de Crusca a JOSEPHO AVERANIO, Prof. Ord. Legum Academiæ Pisanæ.

Urbini, per typographum ærarii, 1738, 12.

Plag. 13.

Cruci affigendum Romani primo flagellis verberarunt. Hinc exorditur Cel. Autor *Lectionem primam*. Lictorum, ῥαβδούχων, erat virgas & secures expedire. Ut virgis rei cæderentur, lictor eos ad palum deligabat, teste *Valerio Maximo Lib. VIII* & *Livio Lib. VIII*, infringebatque sæpius colaphos. *Lectione secunda* inquirit in numerum eorum, qui Christum virgis lacerarunt. Formula Romanorum solennis erat hæc: *I lictor, colliga manus, caput obnubito, virgis cædito.* Numerum existimat esse incertum. Discrimen deinde commemorat inter flagellationem mixti imperii, ac meri imperii. Si quid enim erat, quod majorem animadversionem exigeret, remittere Legatus ad Proconsulem debuit; nec enim ille jus habuit atrociter animadvertendi, coercendi, vel verberandi. Nec *Pilato* hoc juris fuisse, Vir consultissimus monet, licet *Barnabas Brissonius* distinctionem illam

Pag. 30.

32.

illam haud observaverit. Dictator solus potuit mero imperio
uti, ac atrocem decernere percussionem, reliqui magistratus hau
Pag. 34. æque. Nemo ab eis verberari aut condemnari poterat, nisi po-
45. puli Romani accedente autoritate. Alias *lictor proximus* arces-
sebatur ad sceleratum verberandum; alias sex lictores & paucio-
res leguntur jussi reum pulsare & virgis cædere, dummodo ipsi
50. haud esset civis Romanus. Suspicatur Autor, lictores quatuo
Christum virgis cecidisse; totidem enim ipsum in crucem sustu
lerunt. Dictatori ad manus erant 24, Consuli 12, Prætori 6
Procuratori fortassis 4 tantum. Spinam, e qua plexa fuit co
rona Christo imposita, fuisse *rhamnum plenam sentibus & heri*
77. *cio similem, spinosumque fruticem ac arbusculam sentibus unci*
nisque contextam, quæ teneat, quicquid attigerit, & retentur
vulneret, & vulneratorum sanguine delectetur, Autor credit æqu
85. ac *Hieronymus.* Quia rhamnus credita fuit planta, malorur
averrunca, Autor conjicit, eam in hortis *Pilati* fuisse præst
Horam tertiam judiciis agendis fuisse a Romanis addictam, pa
93. tescit ex illo *Martialis: Exercet raucos tertia causidicos.* Tun
Jesus cruci affixus, a tertia nempe usque ad sextam. Ob quatuo
vigilias diurnas nominari præcipue solebant prima, tertia, sext
nona, quæque trihorium complexa. Supplicium crucis fuiss
fugitivis servisque more Romano constitutum, Consultiss. Autc
125. variis veterum comprobat locis. *Tav Ezechielis* esse crucis signun
139. credit. Obscurationem solis, *Matth. XXVII* & *Luc. XXIII*, a
160. universum terrarum orbem pertinuisse judicat. At indubie nc
vit ipse, haud opus fuisse eclipsi in partibus terræ, nocti tu
immersis, nec ad eas deliquia solis extendi. Novit idem qui
sit *πᾶσα ἡ οἰκουμένη Luc. II, 1, Act. XI, 28,* siquidem *Lucæ* locu
priorem ipse recordatur *pag. 172. Antoninus* sese *mundi dom*
179. *num* dixit. *Romanos rerum dominos* dixit *Virgilius. Cicero* i
Or. II contra Rullum Romanos dixit *omnium gentium domino*
Tacitus Hist. Lib. III Imperatorem appellavit *generis humani d*
minum. Cassiodorus: Roma omnia possederat. Dionysius: ἡ Ῥω
μαίων πόλις ἁπάσης ἄρχει γῆς. *Philo Ebræus:* διὰ γῆς κα
θαλάττης ἄρχει τῶν τοῦ κόσμου περάτων. *Cedrenus* de Rom
πᾶσαν δουλωσαμένη τὴν οἰκουμένην. *Minutius Felix* de Romani

Eorum

Eorum potestas & autoritas totius orbis ambitum occupavit. Ammianus, *per omnes, quotquot sunt, partes terrarum*, Romanis tribuit dominatum. *Origenes* primus, ut Autor Cel. contendit, fuit, qui tenebras illas de densis nubibus, cœlo sese obtendentibus in Judæa ac terris confinibus, exposuit. Autori lubet id inficiari, negat tamen ipse, tenebras fuisse illas in superficie ac ipso ambitu solis. De interceptis radiis solaribus utique est sermo. Lunæ interpositu haud intercipi hi potuerunt in plenilunio. Nihil itaque restat, nisi nubibus densis eos fuisse impeditos ac interceptos. Si vero sol universus opacus ac tenebrosus fuit redditus, tum non orbis terrarum modo, sed simul universus planetarum complexus, omnis mundus, in caliginem conjectus fuit. Haud omisissent Evangelistæ magnitudinem miraculi tantam. Nihilo minus eam suffragio videtur Cel. Autor dignari suo. Veneratur testimonium *Phlegontis Trallia*ni, qui, *Adriani* libertus, *Olympiadum Lib. XIII* ita scripsit: Τῷ δ' τετάρτῳ ἔτει τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρα ϛ' τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. Σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο. Hieronymus verba in Latinum convertit. *Maximus*, *Eusebius* in Chronico, Fasti Siculi, *Philoponus Lib. II de Creatione mundi*, secum eum laudarunt. Terræ motum illum *Tacitus Ann. II*, 47, attigit, & ad annum æræ vulgaris 17 referendum ostendit. Juvat inspexisse recensiones Autoris, in enumeratis eclipsibus solis, quas vocant *totales*, occupatas. *Dionysii Areopagitæ* opera esse ab *Apollinari* quodam profecta Seculo IV, vel V, haud negat ipse. De maculis solaribus nonnihil intexit. Frigus æstatum extraordinarium ab affectione superficiei solis deducit, immo hiemale, quale exstitit A. 1709, 1716, & 1740. *Pilatum* haud fuisse sanguinis Jesu insontem, curate it comprobatum. Cognitionem controversiarum *Hyrcano* concessam fuisse a *Cajo Cæsare*, ostendit ex *Josephi Ant. Jud. Lib. XIV Cap. 18*, idque jus Pontifici Magno adhuc fuisse integrum Christo in crucem acto, sibi persuadet. Verba illa Judæorum: *non licet nobis quemquam interficere, Jo. XVIII, 31*, quorsum pertineant, haud definit.

Pag. 187. 195. 202. 212. 232. 244. 260.

C Credi-

quinque Capitibus quædam ſpecimina exempli gratia proferemus.
Pag. 32. *Cap. I v. 9, 10,* vocula δὲ bis ponitur, verum eadem prius poſita pro μὲν adhibetur; id quod in aliis Græcis Autoribus identidem accidere ſolet. Senſus verborum hic eſt: *ἀδελφὸς ὁ ταπεινὸς, frater,* id eſt, Chriſtianus, *quidem pauper & humilioris conditionis, καυχάσθω ἐν τῷ ὕψει αὐτοῦ, lætetur excellentia ſua,* id eſt, dignitate, honore, ac divitiis, quas a Chriſto impetravit. *Judæi* non niſi caduca in deliciis habebant, & Meſſiam, magnum orbis principem, præſtolabantur, a quo temporarios ſibi honores & divitias ſpondebant. Ab his terrenis rebus animos recens credentium Judæorum avocat & abducit *S. Jacobus.*
33. Ὁ δὲ πλούσιος, ſcilicet ἀδελφὸς, *dives* autem frater, καυχάσθω, ex *v. 9, lætetur* ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ, *humilitate & paupertate ſua,* ſi qua forte Chriſti cauſa ipſi toleranda ſit. In reliquis, quæ conſequuntur, verbis, ὅτι ὡς ἄνθος χόρτου παρελεύσεται, nemo eſt, quin ἔλλειψιν perſpiciat, hunc in modum ſupplendam: *nam,* ſi Chriſti cauſa fortunas ſuas perdere recuſat, *ſicut flos agri peribit.* Hæc profecto concinnam orationis connexionem *v. 11* & *12* egregie confirmant. Qua quidem occaſione divinus Domini orator vocabulum πειρασμὸς ad *vexationem* ſanctorum exprimendam uſurpaverat.
35. Hinc *v. 13* ejus vocis de medio tollit ambiguitatem, ne ex πειρασμῷ Deo tributo concludant, eum eſſe peccati autorem. Ejusmodi de Deo notionem ex falſa quorundam *S. Pauli* oraculorum interpretatione hauſerunt, ut videtur, Judæi. Quo-
37. circa S. *Jacobus* in eo multus eſt, ut eam ex animis credentium
38 ſeq. Judæorum eradicet. Hoc quidem loco phraſes, *tentari a Deo, cor obdurare,* quod *Deo* adſcribitur, erudite & copioſe Angli-
41 ſeq. cus enodavit interpres, qui & ad *v. 13, 14 ſeq.,* Deum mali cauſam haud eſſe, valide ſatis demonſtravit. *Cap. II v. 2* vox συνα-
52. γωγὴ *domum* deſignat *privatam,* in qua Chriſtiani conveniebant, exercitiis ſacris operam navaturi. Apoſtolus enim ad eos ſcribit, qui συναγωγὰς loca ſanctioribus conventibus dicata
57. nominabant. Ibidem *v. 8* νόμος βασιλικὸς *lex regia* diſciplina Chriſtiana vocatur, eo quidem ſenſu, quo nomen βασιλικὸς in Græcis monumentis *iſtud* dicitur, *quod in ſuo genere præſtans*
&

& eximium est. Sic βασιλικὸς βίος est *regia vita*, βασιλικὴ ἐσθὴς, regia vestis, βασιλικὸν συμπόσιον, regium epulum, βασιλικὸς ἀστὴρ, stella regia, & βασιλικὴ ἄμπελος, regia vites. Quam in sententiam, ante dies Apostolorum, eandem phrasin *Xenophon Oeconom. pag. 856 D. edit. Leunclav.* adhibuit, ubi leges Regis Persiæ, *Draconis* ac *Solonis* axonibus oppositæ, βασιλικοὶ νόμοι vocantur; ut locum hunc eleganter exposuit Autor. Conf. *Matth. XXII, 34-40, Marc. XII, 28-34. Cap. III v. 1 S. Jacobus* novos Servatoris ex Judæis amicos cavere jubet, ne *multi* ex ipsis titulum magistri aut *Rabbi* affectent. Hæc nimirum affectatio ambitiosa, inter Judæos olim usitata, postea in civitatem Christianam invecta esse reperitur. Vid. *Clemens Romanus* in *Ep. ad Cor. §. 41 seq. 44, 47, 48 ad fin. §. 54 & 57 init.* Vult ergo legatus Christi, ne multi magistri & censores aliorum in Ecclesiam Christianam admittantur. Addit: cum sciamus, si quos nostrum, qui aliis præsumus, culpa ipsos redarguat, vitia tunc nostra auctum iri, & majorem tandem condemnationis gradum nobis *metuendum esse.* Pergit *v. 2: Omnes enim ad peccandum proclives* facile sumus. Quare in eo cauti simus ac providi, ne hujusmodi affectemus stationem, in qua ipsa nostra vitia redduntur graviora. *Quodsi quis in sermone nihil* offendit, *is demum perfectus vir est, qui & totum corpus regere possit.* Ex hoc idoneo nexu ac vinculo perspicuum est, ὅλον τὸ σῶμα non *Christianam* significare *Ecclesiam*; in qua quidem opinione *Grotius* versatur. Sed manifestum esse, hoc sibi velle *S. Jacobum:* homo, qui linguam domare potest, totum quoque corpus suum regere potest; nihil enim lingua regitur difficilius. Et, qui tantum in sanctitate profecit Christiana, is demum dignus est, qui doctorem ac censorem se præbeat aliorum, quique Servatoris civitati præsideat. *Cap. IV v. 1* hæc verba leguntur: πόθεν πόλεμοι καὶ μάχαι ἐν ὑμῖν; Vox πόλεμος significat *bellum*, μάχη vero *pugnam* & *conflictum particularem*, sed vox utraque pro *lite* & *contentione* sæpenumero ponitur. *Homerus* hæc vocabula cum voce ἔρις, *contentio*, conjunxit: Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε, *Il. A. v. 177.* Eadem potestas multis aliis & τῶν LXX, & Novi Testamenti, locis confirmatur. *V. 5*

Marginal page references (right margin): Pag. 70. (beside "Conf. Matth. XXII…"), 71. (beside "Vid. Clemens Romanus"), 72. (beside "non Christianam significare Ecclesiam"), 82. (beside "civitati præsideat"), 86. (beside "multis aliis & τῶν LXX")

verba ſic novus interpunxit interpres: ἢ δοκεῖτε, ὅτι κενῶς ἡ γραφὴ λέγει πρὸς φθόνον; Vult, in mente lectorem ſubaudire: οὐδαμῶς. Anne putatis, Scripturam vane & ſine ratione dicere adverſus invidiam? damnare invidiam? Minime gentium. Hæc eſt una quæſtio. Altera: πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν; num ſpiritus, qui habitat in nobis, impellat nos ad invidiam? Reſpondetur: μηδαμῶς! *Nequaquam. V. 6:* μείζονα δὲ δίδωσι χάριν, *quin potius majorem dat gratiam.* Aliis jam hæc duplex quæſtio in mentem venit. Sed, quid de ea, et item de tam contorta, ἐλλείψει & conſtructione ſtatuendum videatur, varii jam literati viri planiſſimum fecerunt, quod *Jo. Chriſtoph. Wolfius* in *Curis philol.* ad *loc. indic.* honoris cauſa nominavit. *Cap. V v. 2* hæc verba habentur: τὰ ἱμάτια ὑμῶν σητόβρωτα γέγονεν. Egregie hic ex antiquitate docetur, veteres in veſtium copia magnam divitiarum ac fortunarum partem poſuiſſe. Vid. *Gen. XXXV, 2, XLI, 14, Joſuæ VII, 21, Jud. XIV, 12, 13, 2 Sam. XII, 20, Jeſ. III, 22, Zach. III, 4.* Sic *Q. Curtius* autor eſt, cum *Alexander M.* ad *Perſepolin* capiendam profectus eſſet, totius Aſiæ divitias collectas eſſe, in quibus, præter aurum & argentum, *veſtis ingens modus* fuerit, *Lib. VI Cap. 5.* Et *Horatius* refert, *Lucullum*, Romanum, interrogatum, num centum chlamydes in uſum theatri ſuppeditare poſſit, reſpondiſſe, quinque millia ſe domi habere chlamydum,

- - - Chlamydes, Lucullus, *ut ajunt*,
Si poſſet, centum ſcenæ præbere rogatus,
Qui poſſim tot? ait: tamen & quæram, & quot habebo,
Mittam: poſt paulo ſcribit, ſibi millia quinque
Eſſe domi chlamydum: partem, vel tolleret omnes.

Pag. 100. *V. 3* per ἐσχάτας ἡμέρας interitum totius civitatis ac politiæ Ju-
103 ſeq. daicæ, una cum multis aliis, Vir doctus intelligit. At *v. 6* ὁ δίκαιος ei non eſt *Chriſtus*, ſed *juſtus quilibet alius.* Civis ſui, Cl. *Bentleji*, qui, adſcito *Phileleutheri Lipſienſis* nomine, *Remarks on a late diſcourſe of freethinking* edidit, conjecturam, *Part. I pag. 74* propoſitam, qua OYK in OKΣ, id eſt, ὁ κύριος commutavit, minime recipit, ſed, ingenioſam hanc eſſe, præ ſe fert. Senſus autem, quem Cl. *Bentlejus* adoptavit,

rii, commodus est, & valde concinnus. Idem vero manebit, si quæstio hæc admittatur: ὀυκ ἀντιτάσσεται ὑμῖν; *nonne is*, ὁ κύριος ex *v. 7*, *resistat vobis*? Sic elegans erit inter *v. 6* & *7* connexio, in qua nihil desiderari poterit, si quidem Britannicum audiamus expositorem. Hæc quidem in medium protulisse specimina, satis habemus. Non ibimus inficias, nonnullis singularibus ipsum favisse divinationibus. Hoc vero etiam, nihil eum sine probabili ratione dixisse, vere prædicare possumus. Illud male nos habuit, quod sæpius puriores Græcas locutiones *Hebraismos* vocet. Quodsi proprietates Hebraicas, in Græca lingua vitiosas, eo intelligit nomine, hæc ejus sententia a vero abhorret. Græcus sermo, inprimis dialectus Attica, multas continet dicendi rationes, cum elegantia Hebræa congruentes, atque harum exempla in sanctioribus Nov. Test. tabulis etiam reperiuntur. Negamus autem, vitiosos Hebraismos in sacrosancto Nov. Test. usquam inveniri. Sic non capimus, quo jure locutio, κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν, *Cap. II v.* 4, *Hebraismus* vocari mereatur. Sententia ejus hæc est haud dubie: *Judices disceptationum malarum*, id est, *qui res & personas male disceptant*. Sic *Horatius Lib. II Serm. Sat. II v. 8*: Pag. 55.

– – Male verum examinat omnis
Corruptus judex.

Nonne hæ probatæ sint dictiones Græcis, qui munditiem amant: ἀνὴρ μεγάλης ἀρετῆς, γυνὴ ἀχαλίνου στόματος, & aliæ his similes? Sicut *Menander* ἀνὴρ πονηρὸς τοῖς τρόποις dixit; ita pure quoque hoc dicitur, ἀνὴρ πονηρῶν τρόπων. Cur Hebraismus sit ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ᾽ ὑμᾶς, *nomen, a quo cognominati estis*, *Cap. II v 7*, cum & optimi Græci ab hac formula non alieni sint? *Euripides Ione pag. 259*: Ὄνομα τί σε καλεῖν ἡμᾶς χρεών; *quomodo te cognominabimus?* Quo quidem loco σε pro ἐπὶ σε manifeste ponitur, ut φράσις sit, καλεῖν ὄνομα τινα, seu κατ᾽ ἔλλειψιν ἐπὶ τινα. Pro *simplici* verbo *compositum* usurpavit *S. Jacobus*, ἐπικαλεῖν ὄνομα ἐπὶ τινα. Nimis acutus sit oportet, qui Hebraismum hic cernat. Nec formula, *Cap. V v. 17*, προσευχῇ προσηύξατο, in Hebraismis numeranda est. Nam elegantiores Græci eadem loquuntur ratione, 56. 121.

 ut

ut *Plato Lib. VII de Leg. pag. 901*, ἐυχαῖς ἐυχομένυς, & *Lib. XIII pag. 263*, Φυγῇ Φεύγει. Consulent Philologi sacri honori ac reverentiæ, quam sacris Novi Fœderis literis debemus, earum si munditiem ac proprietatem cum cura tueantur.

Pag. 126 seq. Adjuncta est separata Dissertatio in *Jac. II, 14 - 20*, in qua duo Apostoli, *Paulus* & *Jacobus*, in argumento de *justificatione* inter se conciliantur. Exstant alia *Paulina* oracula, quæ falsis olim expositionibns patuerunt. Præcipuus autem locus,
130. qui *S. Jacobo* adversari videtur, est *Rom. III, 28.* Ubi quidem *opera legis* sunt *opera legis Mosaicæ*. *Justificatio* est status, in
132. quo quis divina fruitur gratia, aut justus ab eo habetur ac declaratur. *Fides* autem, & *fides Christi* est *Evangelium*, sive
133. *revelatio Christiana generatim ac universe* spectata. Hac autem sola justificantur & *Judæi* & *ethnici*, sed ea lege, ut opera bona, quæ illa ipsa requirit revelatio, colant. In priori dogmate consentiunt amice *Paulus* & *Jacobus*, sed, quoniam *Pauli* verba in malam partem interpretati recens credentes erant Judæi, *Jacobus* ea vindicat, dogma divinum rectius illustrat, & in sanctiores usus convertit. Intus sibi canit Vir do-
136. ctus, quod tam bellam exploraverit conciliationem, quæ a *scholasticis subtilitatibus* aliena sit. At enim vero confundit ille *fidem dogmaticam* cum *fide salvante*, & *justificante*, & *Evangelium late dictum* cum *Evangelio strictius nominato*. Non negamus, vocem *Evangelium* in latiori ambitu pro tota doctrina Christiana nonnunquam sumi. Istud vero in hoc nusquam fit argumento, ubi de causis & fundamento salutis agitur. In hac materia *Evangelium* strictius pro doctrina de gratia Dei, quam per Christum impetramus, accipi solet, ut *Rom. I, 16, 17. Obsequi* autem *Evangelio* est, bona per Christum parta, quæ hoc nuntiat Evangelium, vera vivaque fide recipere. Evangelium hoc est fides dogmatica, per quam fides salvans & justificans in animo homis efficitur. Illa fides est medium justificationis & salutis ex parte Dei, hæc autem ex parte hominis. De hac inprimis sermo est S. *Paulo* in eo, quem indicavimus, loco. Ut enim *opera legis* ab homine peraguntur; sic fides in ipso hominis animo inesse debet. Ad *justificationem*

quod

quod attinet, ea vel in *actu*, vel in *statu*, considerari potest. *S. Paulus* affirmat, in *actu* coram Dei tribunali hominem omnem sola fide justificari; cui rei historia controversiarum Apostolicarum argumento est. Hoc quidem in dogmate consentit etiam *S. Jacobus* cum socio suo. Idem vero urget praeterea, *hominem* in *statu justificationis* spectatum *fidem suam*, per quam justum sese jam factum esse gloriatur, *Jac. II, 18*, *per bona opera*, in morum doctrina Christi praescripta, *declarare* debere. Hac nihil facilius ac descriptius est conciliatione; praesertim cum fundamentum & ordinem salutis servet illibatum, & neutrum ulla violet ratione.

LEZIONI SOPRA LA PASSIONE DI N. S. Jesu Cristo, &c.

hoc est,

LECTIONES IN HISTORIAM PERPESSIONUM domini nostri Jesu Christi, recitatae in Academia de Crusca a JOSEPHO AVERANIO, Prof. Ord. Legum Academiae Pisanae.

Urbini, per typographum aerarii, 1738, 12.

Plag. 13.

Cruci affigendum Romani primo flagellis verberarunt. Hinc exorditur Cel. Autor *Lectionem primam*. Lictorum, ῥαβδούχων, erat virgas & secures expedire. Ut virgis rei caederentur, lictor eos ad palum deligabat, teste *Valerio Maximo Lib. VIII* & *Livio Lib. VIII*, infringebatque saepius colaphos. *Lectione secunda* inquirit in numerum eorum, qui Christum virgis lacerarunt.
Formula Romanorum solennis erat haec: *I lictor, colliga ma-* Pag. 30.
nus, caput obnubito, virgis caedito. Numerum existimat esse incertum. Discrimen deinde commemorat inter flagellationem
mixti *imperii*, ac meri imperii. Si quid enim erat, quod majo- 32.
rem animadversionem exigeret, remittere Legatus ad Proconsulem debuit; nec enim ille jus habuit atrociter animadvertendi, coercendi, vel verberandi. Nec *Pilato* hoc juris fuisse, Vir consultissimus monet, licet *Barnabas Brissonius* distinctionem illam

illam haud obſervaverit. Dictator ſolus potuit mero imperio
uti, ac atrocem decernere percuſſionem, reliqui magiſtratus haud
Pag. 34. æque. Nemo ab eis verberari aut condemnari poterat, niſi po-
45. puli Romani accedente autoritate. Alias *lictor proximus* arces-
ſebatur ad ſceleratum verberandum; alias ſex lictores & paucio-
res leguntur juſſi reum pulſare & virgis cædere, dummodo ipſe
50. haud eſſet civis Romanus. Suſpicatur Autor, lictores quatuor
Chriſtum virgis cecidiſſe; totidem enim ipſum in crucem ſuſtu-
lerunt. Dictatori ad manus erant 24, Conſuli 12, Prætori 6,
Procuratori fortaſſis 4 tantum. Spinam, e qua plexa fuit co-
rona Chriſto impoſita, fuiſſe *rhamnum plenam ſentibus & heri-*
77. *cio ſimilem, ſpinoſumque fruticem ac arbuſculam ſentibus unci-*
nisque contextam, quæ teneat, quicquid attigerit, & retentum
vulneret, & vulneratorum ſanguine delectetur, Autor credit æque
85. ac *Hieronymus*. Quia rhamnus credita fuit planta, malorum
averrunca, Autor conjicit, eam in hortis *Pilati* fuiſſe præſto.
Horam tertiam judiciis agendis fuiſſe a Romanis addictam, pa-
93. teſcit ex illo *Martialis: Exercet raucos tertia cauſidicos.* Tunc
Jeſus cruci affixus, a tertia nempe usque ad ſextam. Ob quatuor
vigilias diurnas nominari præcipue ſolebant prima, tertia, ſexta,
nona, quæque trihorium complexa. Supplicium crucis fuiſſe
fugitivis ſervisque more Romano conſtitutum, Conſultiſſ. Autor
125. variis veterum comprobat locis. *Tav Ezechielis* eſſe crucis ſignum
139. credit. Obſcurationem ſolis, *Matth. XXVII* & *Luc. XXIII*, ad
160. univerſum terrarum orbem pertinuiſſe judicat. At indubie no-
vit ipſe, haud opus fuiſſe eclipſi in partibus terræ, nocti tum
immerſis, nec ad eas deliquia ſolis extendi. Novit idem quid
ſit πᾶσα ἡ οἰκουμένη *Luc. II, 1, Act. XI, 28*, ſiquidem *Lucæ* locum
priorem ipſe recordatur *pag. 172. Antoninus* ſeſe *mundi domi-*
179. *num* dixit. *Romanos rerum dominos* dixit *Virgilius. Cicero* in
Or. II contra Rullum Romanos dixit *omnium gentium dominos*
Tacitus Hiſt. Lib. III Imperatorem appellavit *generis humani do-*
minum. Caſſiodorus: Roma omnia poſſederat. Dionyſius: ἡ Ῥω-
μαίων πόλις ἁπάσης ἄρχει γῆς. *Philo Ebræus:* διὰ γῆς καὶ
θαλάττης ἄρχει τῶν τοῦ κόσμου περάτων. *Cedrenus* de Roma
πᾶσαν δουλωσαμένη τὴν οἰκουμένην. *Minutius Felix* de Romanis

Eorum

Eorum potestas & autoritas totius orbis ambitum occupavit. Ammianus, *per omnes, quotquot sunt, partes terrarum*, Romanis tribuit dominatum. *Origenes* primus, ut Autor Cel. contendit, fuit, qui tenebras illas de densis nubibus, cœlo sese obtendentibus in Judæa ac terris confinibus, exposuit. Autori lubet id inficiari, negat tamen ipse, tenebras fuisse illas in superficie ac ipso ambitu solis. De interceptis radiis solaribus utique est [illegible]mo. Lunæ interpositu haud intercipi hi potuerunt in plenilunio. Nihil itaque restat, nisi nubibus densis eos fuisse impeditos ac interceptos. Si vero sol universus opacus ac tenebrosus fuit redditus, tum non orbis terrarum modo, sed simul universus planetarum complexus, omnis mundus, in caliginem conjectus fuit. Haud omisissent Evangelistæ magnitudinem miraculi tantam. Nihilo minus eam suffragio videtur Cel. Autor dignari suo. Veneratur testimonium *Phlegontis Trallia*-[illegible] qui, *Adriani* libertus, *Olympiadum Lib. XIII* ita scripsit: Τῷ δ' τετάρτῳ ἔτι τῆς σβ' Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίȣ μεγίστη τῶν ἐγνωρισμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρᾳ ς' τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥςε καὶ ἀςέρας ἐν ȣ̓ρανῷ φανῆσαι. Σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος τὰ πολλὰ Νικαίας κατεςρέψατο. *Hieronymus* verba in Latinum convertit. *Maximus*, *Eusebius* [in] Chronico, Fasti Siculi, *Philoponus Lib. II de Creatione mundi*, [il]lum eum laudarunt. Terræ motum illum *Tacitus Ann. II*, [illegible] attigit, & ad annum æræ vulgaris 17 referendum ostendit. Juvat inspexisse recensiones Autoris, in enumeratis eclipsibus solis, quas vocant *totales*, occupatas. *Dionysii Areopagitæ* opera esse ab *Apollinari* quodam profecta Seculo IV, vel [illegible] haud negat ipse. De maculis solaribus nonnihil intexit. [illegible] æstatum extraordinarium ab affectione superficiei solis [illegible], immo hiemale, quale exstitit A. 1709, 1716, & 1740. *Pilatum* haud fuisse sanguinis Jesu insontem, curate it compro[illegible]. Cognitionem controversiarum *Hyrcano* concessam fuisse [a] *Cajo Cæsare*, ostendit ex *Josephi Ant. Jud. Lib. XIV Cap. 18*, idque jus Pontifici Magno adhuc fuisse integrum Christo in crucem [illegible] sibi persuadet. Verba illa Judæorum: *non licet nobis quemquam interficere*, *Jo. XVIII, 31*, quorsum pertineant, haud definit:

Pag. 187. 195. 202. 212. 232. 244. 260.

C Credi-

Credimus, id sensisse Judæos: *Fas nobis non est, die festo ac solenni inchoato quemquam interficere*; siquidem ipsi tunc ne quidem prætorium *Pilati* ob rationem eandem fuerunt ingressi. Paulo ante bellum Judaicum Judæis haud propriam esse jurisdictionem capitalem, facile largitur. *Pilatum* violasse credit Senatusconsultum, *Tiberio* autore sancitum, quo erat cautum,

Pag. 277. ut per decendium damnatis prorogaretur spatium vitæ. Meditationes singulæ habent multum diligentiæ, antiquæ eruditionis, ac nonnunquam pietatis. Quare non possumus, quin suas illis laudes impertiamus.

TENTAMEN NOVÆ THEORIÆ MUSICÆ, EX certissimis Harmoniæ principiis dilucide expositæ, Autore LEONHARDO EULERO.

Petropoli, ex typographia Academiæ Scientiarum, 1739, 4 maj.

Alph. 1 plag. 10.

Præstantissima Musicæ ars, qua ad flectendos permulcendosque animos nihil hominibus a Deo datum est accommodatius, uti nostra ætate ad insigne perfectionis fastigium industria artificum excellentium est evecta; ita eo magis videtur mirandum, paucos admodum huc usque inter eruditos fuisse, qui in rimandis ejus regulis & rationibus reconditioribus, hoc est, in ipsa Musices *Theoria* excolenda, operam suam posuerint. Vulgato quidem sermone usurpatur, in Musica perinde ac in Architectura inesse θεῖόν τι, & nescio quid elegantiæ, quod in mentem ultro sese insinuet; quotus autem quisque est, qui quærenti distincte valeat explicare, quodnam sit illud, quod nobis tantopere placeat, multoque minus, cur placeat? Antiquissimis temporibus jam perspexerunt oculatiores, suavitatem musici concentus, & pulchritudinem ædificii, pendere ex concinnis sonorum partiumque proportionibus; hanc autem veritatem, utcunque cognitam, prænotionibus deinde ac præjudiciis quamplurimis fœdarunt. Plurimas accessiones scientiæ musicæ fecerunt recentiores; omnes autem circa eam partem potissimum occupati, quæ de proportionibus & intervallis sonorum

[...]norum agit. Quod in Theoria musica est physicum & mathematicum, e. g. structura organi auditus, natura sonorum in genere, vibrationes chordæ pulsatæ, &c. diligenter enucleare aggressi sunt viri præstantissimi, idque successu non infelici; de integro autem systemate Musico, quo nobilissima ars ad formam disciplinæ alicujus philosophicæ redigitur, nemo hactenus, quantum nobis quidem constat, cogitavit. Novi igitur quidquam hoc suo Tentamine aggressus est Cel. *Eulerus*, inter principes ætatis nostræ Geometras jam pridem referendus, novumque Musicæ arti splendorem attulit, dum eam insolenti prorsus & philosophico habitu indutam conspicuamque oculis nostris objecit. Constituit nimirum Musicam tali modo tradere, quali tradi oportet quamvis Philosophiæ partem, ita, ut fundamenta construantur solida, nihilque deinceps proponatur, quod ex antecedentibus non possit legitimo nexu deduci. Quo autem successu usus hac in re sit Vir Clarissimus, judicabunt, vel nobis tacentibus, Lectores nostri, ubi pleniorem de tota hujus Operis ratione notitiam hauserint, *idque vel* ex ipso fonte, vel saltem *ex nostra recensione*, quam ea diligentia conabimur pertexere, quam suo jure postulant, quæcunque in Republica literaria nova & egregia comparent.

Principium itaque Operis ab eo fit, quod in Theoria Musices physicum præcipue est, ac mathematicum; cui quidem doctrinæ integrum *Caput primum* destinatum est, quod de sono & auditu inscribitur. Licet autem, ceu modo diximus, in hanc Physices partem cum successu inquisitum sit a Viris tam Geometriæ, quam Anatomiæ, scientia præpollentibus, adeo tamen actum hic non egisse dicendus est doctissimus Autor, ut potius ea, quæ de argumento hoc sparsim tradita sunt, in unum aliquod corpus non magnæ molis compegerit, aliqua enucleaverit distinctius, &, quod palmarium est, hanc doctrinam ad ipsa *Musices* fundamenta struenda accommodaverit. Omnem sonum in motu particularum aeris tremulo seu vibratorio consistere, recepta est sententia. Hujus itaque motus *naturam* distincte explicat Cel. Autor, &, quomodo per *pulsus* a corpore sonante in aere circumfluo excitatos, & ad organon auditus

promotos, ipsa auditionis sensatio gignatur, ostendit. Motus vero aeris tremulus tribus potissimum modis produci potest; unde tria sonorum genera, si ad causam productricem respiciamus. Vel enim a corpore tremulo excitantur, quales sunt soni a chordis tensis, vel a campanis, editi; vel proficiscuntur ab elatere aeris valde compressi, seque subito restituentis, ceu fragor tormentorum, tonitru, &c. vel tandem a fistulis inflatis eduntur. Motum chordæ tensæ vibratorium ad calculum revocarunt *Jo. Bernoullius, Taylorus,* & *Hermannus,* numerumque vibrationum seu oscillationum, quas dato tempore chorda producit, determinarunt. Quodsi enim longitudo chordæ tensæ dicatur $= a$, ratio diametri ad peripheriam circuli $= \delta : \pi$, longitudo penduli, oscillationem uno secundo perficientis, $= l$, & pondus, quo chorda tenditur, se habeat ad pondus chordæ ipsius, ut n ad 1, erit numerus oscillationum, quas chorda uno minuto secundo absolvit, $= \frac{\delta}{\pi} \sqrt{\frac{ln}{a}}$. Quam regulam exemplo illustraturus Autor, sumsit chordam, cujus longitudo a erat 1, 510 ped. Rhen. quæque ponderabat $6\frac{1}{2}$ gran., eamque tetendit pondere 6 libr. seu 46080 gran. Qui valores si in regula substituantur, & $\delta : \pi$ explicetur per 113 : 355, prodibit numerus oscillationum uno minuto secundo $= 392$. Sono autem ea ratione producto congruere deprehendit in instrumento clavem per a signatam. A numero vibrationum dato tempore editarum pendet distinctio sonorum vulgatissima in graves & acutos: vel potius, gravitas aut acumen soni unum est idemque cum numero vibrationum, dato tempore productarum. Quam ob rem soni considerari debent ut quantitates, metiendæ per hos ipsos vibrationum dato tempore editarum numeros; id quod unum ex præcipuis Musicæ fundamentis est. Quod autem ad terminos gravitatis & acuminis attinet, in iis constituendis attendendum est præcipue, quousque facultas nostra audiendi exporrigatur. Cum sonus a uno min. sec. 392 vibrationes edere repertus sit, interim sonus C absolvet 118, & $\overset{\equiv}{c}$ 1888; jam ponit Autor, sonos duabus octavis acutiores & graviores audiri vix posse, unde habemus extremos sonos, qui percipi possunt,

possunt, numeris 30 & 7520 expressos, quod equidem intervallum jam tantæ est amplitudinis, ut instrumentorum nostrorum omnium ambitum longe exsuperet. Quod ad intensitatem & debilitatem sonorum attinet, satis constat, intensitatem esse reciproce ut quadratum distantiæ a corpore sonoro, vel, quod idem est, debilitatem esse directe ut quadratum distantiæ, posito nimirum, sonum sese quaquaversum æqualiter expandere, ceu radii e centro circuli egredientes. Secus autem pronuntiandum est eo casu, ubi sonus versus datam plagam fortius protruditur, veluti in Tubis Stentoreis. Æquabilitas soni, quem chorda pulsata edit, pendet a magnitudine excursionum vel oscillationum chordæ; hancque ob causam, ad sonos æquabiles gratosque producendos, necessum est, ut chordæ, quoad fieri potest, tendantur; chordæ enim nimis laxæ oscillationes justo majores sunt. Si pondus chordæ dicatur $= q$, ejus longitudo $= a$, erit crassities ejus ut $\frac{q}{a}$, cui proportionale quoque est pondus, chordam *ad disruptionem* usque tendens, quod dicatur p; igitur debet esse p ut $\frac{q}{a}$, adeoque $\frac{ap}{q}$ est quantitas constans. Præterea, quo soni proveniant æqualiter fortes, præter longitudinem chordæ pondusque tendens, ad vim quoque pulsantem attendere oportet. Vehementia autem soni pendet a celeritate, qua aeris particulæ ad quamvis chordæ vibrationem in aurem irruunt, hæcque ex maxima chordæ celeritate æstimanda est. Ea autem cum proportionalis sit radici quadratæ ex pondere tendente diviso per longitudinem chordæ, necesse est, ut pondus tendens semper sit ut chordæ longitudo. Retentis igitur symbolis præcedentibus, erit $\frac{p}{a}$ *constans*, cumque sit per modo dicta $\frac{ap}{q}$ constans, erit quoque $\frac{aa}{q}$ ejusdem semper magnitudinis, unde ratio $\frac{q}{a} : a$ *constans* quoque erit; cumque sonus editus sit ut $\sqrt{\frac{p}{aq}}$, *substitutis* loco p & q proportionalibus a & aa, erit *sonus* reciproce ut chordæ

dæ longitudo. Igitur & pondus tendens, & longitudo & pondus chordæ, erunt reciproce ut sonus edendus, seu ut numerus vibrationum dato tempore producendarum. Quæ quidem regula quanti in conficiendis instrumentis musicis momenti sit, nemo non videt. Quæ de aliis sonis, ad hoc genus pertinentibus, disserit Autor, v. g. de iis, qui a campanis eduntur, vel ab instrumentis, quæ baculis elasticis ex metallo lignove duriore instructa sunt, missa nunc facimus, præsertim cum ad Musicam proprie non pertineant. Secundi generis sonorum, qui a repentina aeris valde compressi restitutione producuntur, nullus pariter in Musica est usus. Ad tertium igitur sonorum genus curatius expendendum provehitur Autor, quod constituunt a tibiis inflatis excitati. Quorum ratio ut magis videtur abstrusa, nec publice huc usque satis cognita; ita majorem operam studiumque in rimanda eorum natura posuit Vir eximius. Phænomenis autem tibiarum pensitatis, causam sonorum, ab iis editorum, talem statuendam esse reperit, ut a sola tibiarum longitudine pendeat. Observatum enim est, fistulas cylindricas longitudine æquales, quantumvis amplitudine & materia differentes, æquales tamen sonos edere. Sed, omnia minutatim persequi cum nobis haud liceat, id præcipue notandum, Autorem phænomena tibiarum inflatarum ad motum chordarum vibrantium reducere. Ab aere enim, qui in tubum inflatur, comprimitur ille, qui capacitatem tubi antea occupavit, idque secundum longitudinem; quo facto, vi elateris sui sese relaxare, inflatumque retundere, nititur; qua quidem motus reciprocatione oscillationum aliqua species, quas vocare *longitudinales* liceat, producitur. Vis autem, quæ aerem in tubo contentum comprimit, ipse aer est, flatu per fistulam propulsus; ea autem, qua compressus sese restituere nititur, pondus est atmosphæræ ambientis, ex altitudine hydrargyri in tubo *Torricelliano* æstimanda. In oculos igitur incurrit, oscillationes hasce *longitudinales* eodem prorsus modo se habere in sonis producendis, quo se habent chordarum vibrantium *latitudinales*. Hinc problema de numero oscillationum, dato tempore a fistula inflata editarum, ab Autore eadem omnino ratione, ac in chordis

chordis vibrantibus, ſolvitur. Sit tibiæ longitudo $= a$, in ſcrup. ped. Rhenani expoſita, amplitudo $= bb$, gravitas ſpecifica aeris ad grav. ſpecif. ☿ i, ut $m : n$, altitudo ☿ i in tubo *Torricelliano* $= k$, in iisdem ſcrupulis. En igitur chordam longitudinis a ponderisque $mabb$, tenſam a pondere atmoſphæræ incumbentis, quod eſt $= nkbb$. Qui valores ſi in regula de chordis vibrantibus ſubſtituantur, erit numerus oſcillationum, uno min. ſec. editarum, $= \frac{355}{113} \sqrt{\frac{3166.\ nkbb}{a \cdot mabb}} = \frac{355}{113a} \sqrt{\frac{3166\ nk}{m}}$, cui ipſe ſonus erit æqualis, cum menſuram ſoni ſupra jam diximus eſſe numerum vibrationum, dato tempore genitarum. Ubi videre eſt, amplitudinem tubi bb in expreſſione ſoni non ineſſe, eamque adeo ad ipſum ſonum nihil conferre. Cave tamen, exinde inferas, amplitudinis fiſtulæ nullam plane rationem habendam eſſe. Vehementia enim & debilitas ſoni pendet tam a vi, qua inflatur tibia, quam a ratione amplitudinis ejus ad longitudinem; ex quo conſtat, amplitudinem in tibiis eodem modo ſe habere in *ſonis temperandis*, quo ſe habet craſſities chordæ agitatæ. *Quibus omnibus* quam probe cum experientia conveniat, fuſe ſatis & dilucide oſtendit Vir Celeberrimus, qui hac ſua explicandi ratione non contemnendam ſcientiæ naturali acceſſionem dicendus eſt feciſſe.

Miſſis jam, quæ ad naturam ſonorum pertinent, ad ea progreditur, quæ alterum Muſicæ ſcientiæ fundamentum conſtituunt; definiturus quippe, qui fiat, ut plures ſoni ſimul aut ſucceſſive percepti nobis placeant, diſpliceantve. In eo enim poni omnis ſuavitatis fontem, & totius harmoniæ principia, palam eſt. Quæſtio autem ex Metaphyſica, & Pſychologia inprimis, quæ animæ & ſpirituum naturam diſtincte evolvit, eſt nodanda. Voluptate tum dicitur animus affici, cum perfectionem in rebus obviam percipit & quaſi intuetur. Placent igitur, aut pulchra nobis illa videntur, quæ perfectionis aliquam ſpeciem præ ſe ferunt, omnia; diſplicent autem, quæcunque perfectionis quodam defectu nobis videntur laborare. Perfectionis autem characterem Philoſophi ponunt in conſenſu multorum, ad communem quendam ſcopum tendentium. Quo igitur plura,

plura, & quo magis, consentiunt, eo major elucet perfectio. Igitur cognoscemus distincte perfectionem in rebus obviam, si consensum, si ordinem, quo ad scopum obtinendum omnia sunt inter sese disposita connexaque, percipiamus. Concentus itaque musicus, tantum abest, ut temere nobis placeat, ut tum demum placeat, cum ordinem sonorum, qui ipsum constituunt, distincte percipimus. Diffitendum equidem non est, plurimum hac in re valere consuetudinem & opiniones præjudicatas; id vero genuinæ Musices rationi nihil officit, utpote quæ ex perversis hominum judiciis neutiquam pendet.

Cum sonus nihil aliud sit, quam determinatus pulsuum, in aere dato tempore productorum, numerus; ut duo pluresve soni percepti placeant, necessarium est, ut rationem pulsuum, eodem tempore editorum, percipiamus. Quod qua ratione fiat, expositurus Cel. *Eulerus*, alias rationes aliis multo difficilius percipi, animadvertit. E facultate autem animi, qua opus est ad rationem percipiendam, metiendus est *gradus suavitatis* sonorum, qui eam rationem tenent. Nova est, dignaque Philosopho, opera, facultatem percipiendi in suos gradus distinguere; neque nova solum, sed maximi quoque momenti in Musica non minus, quam in iis artibus, ubi venustatis habetur ratio, veluti in Architectura, cujus theoria multa habet cum hisce communia. Omnes igitur sonorum rationes, qui æquali facultate percipiuntur, ad eundem suavitatis gradum referendi sunt. Primum gradum constituit ratio æqualitatis, vel unisonus, $= 1 : 1$; secundum diapason vel octava, quæ est ratio dupla, $= 1 : 2$. Rationes autem $1 : 3$ & $1 : 4$ cum eadem facultate percipi videantur, gradum tertium constituunt. Itaque porro ratio $1 : 8$ ad quartum, & ratio $1 : 16$ ad quintum, refertur, & in genere ratio $1 : 2^n$ pertinet ad gradum, cujus index est $= n + 1$. De numeris vero primis sic ex inductione statuit Autor, cum $1 : 1$ det gradum primum, $1 : 2$ secundum, $1 : 3$ tertium, concludit, $1 : 5$ pertinere ad quintum, $1 : 7$ ad septimum, &c. His ita præstructis, regulam tradit Autor, cujus ope gradus suavitatis cujuscunque rationis propositæ explorari potest. Ratio debet vero expressa esse in numeris ratio-

rationalibus, integris, & primis inter se. Quo facto, numerorum propositorum quæratur minimus dividuus, hoc est, minimus numerorum, qui per propositos singulos possunt dividi. Deinde communis hic dividuus resolvatur in omnes factores suos simplices, qui sint a, b, c, d, &c. eorumque numerus $= n$; erit gradus suavitatis, ad quem ratio proposita pertinet, $= a + b + c + d + \cdots - n + 1$. E. g. sit ratio 2:3, quæ diapente, seu Quintam, vulgo sic dictam, exprimit. Communis minimus dividuus est $6 = 2 \times 3$: ergo $a = 2$, $b = 3$, & $n = 2$, quapropter gradus suavitatis erit $= a + b + 1 - n = 6 - 2 = 4$, hoc est, quartus. Igitur 2 : 3 æque facile percipitur ac 1 : 6 vel 1 : 8. Similiter rationis 3 : 4, quæ diatessaron, seu Quartam, exhibet, suavitatem inquisituri, sumamus numerorum 3 & 4 minimum communem dividuum, qui est $12 = 3 \times 4$, adeoque juxta regulam gradus suavitatis est $= 5$. Ita gradus suavitatis rationis 5 : 7 est undecimus; nam minimus dividuus est $35 = 7 \times 5$, quare $a + b - n + 1 = 13 - 2 = 11$. *Toni majoris*, ratione 8 : 9 expressi, suavitas pertinet ad gradum octavum. Nam 8 & 9 minimum communem dividuum habent $2^3 \times 3^2 = 72$, cujus factores simplices sunt 2, 2, 2, 3, 3, quare $a + b + c + d + e + 1 - n = 13 - 5 = 8$; et sic in aliis. Quem in finem Autor Tabulam exhibuit, cujus ope statim cognosci potest, ad quemnam suavitatis gradum quilibet communis dividuus perducturus sit.

Hisce igitur Harmoniæ principiis declaratis, de Musica in genere, idque eleganter, disseritur, sicque ad plenam ejus pertractationem acceditur. Musicam igitur Vir Cel. definit per scientiam varios sonos ita conjungendi, ut auditui gratam exhibeant harmoniam. Sermo hic autem de theoretica solum est; practica, quæ sonos præscriptos voce vel instrumentis edere docet, non attingitur, sed inter postulata refertur. Duæ autem præcipue partes sunt, quæ Musicæ gratiam & leporem conciliant; quarum altera discrimini inter acumen & gravitatem sonorum, altera autem sonorum durationi, innititur. Id autem jucunditatis, quod ex intentione & remissione sonorum, nec non ex ipsa instrumenti musici natura, redundat, licet non

exigui ſit momenti, regulis coercendum non eſt; variat enim pro genio canentis, & inſtrumenti. In hoc vero Opere ad eam præcipue ſuavitatem attenditur, quæ ex differentia gravitatis & acuminis oritur; alterum enim ſuavitatis genus tractatu non eſt difficile, ſed ex priori rite perſpecto conficitur. Quodſi ſoni exponantur per numeros durationibus proportionales, ad ſonos duratione differentes accommodari poterunt, quæ de gradibus perceptionum in ſonis acumine & gravitate diverſis antea fuere tradita. Ab intentione igitur & remiſſione ſonorum ſi animum abſtraxeris, triplici adhuc modo in ſonorum ſyſtemate ſuavitas ineſſe poterit. Aut enim a ſolo acuminis & gravitatis diſcrimine, aut a ſola duratione, aut ab utraque junctim, proficiſcetur. Poſterior hæc ſpecies perfectiſſimum ſuavitatis gradum conſtituit, quo hodierna Muſica maxime præcellit; non tamen nulli ſunt caſus, in quibus duæ priores uſu veniant. Primæ quidem exemplum ſubminiſtrant Muſica, quæ choralis audit, hymnique eccleſiaſtici; poſterioris autem tympana, quorum ſoni cum gravitate & acumine parum aut nihil differant, omnis eorum ſuavitas a pulſuum celeritate, atque adeo a ſola durationis varietate, pendet. Exinde conſequitur, ad plenam ſcientiæ muſicæ pertractationem omnino requiri, ut quælibet harum trium ſpecierum ſingulatim evolvatur, quam fieri poteſt, diſtincte, eaque methodo, qua Philoſophi & Geometræ utuntur; id quod a nemine eorum, qui de Muſica ſcripſerunt, præſtitum eſſe ad hunc diem conſtat.

Prima igitur Muſicæ ſpecies, ad quam reliquæ duæ exigendæ ſunt, eo abſolvitur, ut, nulla durationis habita ratione, diſcrimen inter gravitatem & acumen ſonorum duntaxat attendatur; itaque tota in ſucceſſione varii tenoris ſonorum conſiſtit. Quodſi plures ſoni ſimul audiantur; habebis id, quod nomine Conſonantiæ appellatur. De Conſonantiis igitur tractatio jam inſtituitur. Cum vero hoc nomine nil, niſi ſoni ſimul editi, intelligatur; evidens eſt, hoc vocabulo Diſſonantias quoque, quales vulgo audiunt, indigitari. Atque hac ſignificatione ſimplex ſonus ut infimus & ſimpliciſſimus conſonantiarum gradus poteſt conſiderari, ſicut inter numeros unitas collocari ſolet. Facile igitur Viro Doctiſſimo fuit, ex principiis ſuis harmonicis

monicis indagare, quidnam ad ſuavem conſonantiam conſtituendam requiratur, nec non ad quem ſuavitatis gradum quælibet revocanda ſit. Ruminanda nimirum regula eſt, quam ſupra adduximus. Numerorum ſcilicet, ſonos ſimplices exprimentium, & ad minimos terminos reductorum, opus eſt communi dividuo minimo, quem Autor vocat *Exponentem conſonantiæ*; quo invento, ſi ſumma factorum ſimplicium, a, b, c, d, &c. in quos reſolvitur, ſit $= s$, & numerus eorum $= n$, erit gradus ſuavitatis conſonantiæ per ſuperius adducta $= s - n + 1$. Poſſunt autem conſonantiæ dividi ſecundum numerum ſonorum ſimplicium, qui ipſas conſtituunt, v. g. in biſonas, triſonas, quadriſonas, &c. Gradus ſuavitatis, quæ in biſonis ineſt, ad decimum usque, Tabella complexus eſt Autor. Sed illæ conſonantiæ, quæ diſſonantiæ vulgo audiuntur, veluti ſeptima, tritonus, &c. peculiarem poſtulant conſiderationem. Nam e. g. tonus major, qui eſt $= 8:9$, diſſonantiis annumeratur, cum tamen ad eundem ſuavitatis gradum, qui eſt octavus, etiam pertineant $5:6$ & $5:8$, *hoc eſt, tertia* minor & ſexta *minor, quæ inter conſonantias referuntur.* Enimvero in conſonantiis & diſſonantiis non ſola perceptionis facilitas, ſed tota componendi ratio, ſpectanda eſt. Omnis adeo conſonantia diſſonantiæ nomine veniet, quæ in concentu minus commode adhibeatur, etſi forſan facilius percipiatur, quam alia, quæ inter conſonantias refertur. Veteres aliis omnino methodis uſi ſunt in dijudicandis conſonantiis & diſſonantiis, quæ naturæ rerum minus erant congruæ, & ex principiis precariis deductæ. Duæ autem potiſſimum ſectæ celebrantur: altera *Pythagoræorum*, eorum altera, qui *Ariſtoxenum* ſecuti ſunt. Priores equidem omnem ſonorum ſuavitatem ex numeris & proportionibus repetendam duxerunt; ſed, ignoratis veræ harmoniæ principiis, defecerunt in ipſa doctrinæ applicatione. Correxit errores aliquos *Ptolemæus* in Harmonicis, nec tamen principiis uſus eſt firmis ſatis & fœcundis, ut progredi ulterius ei licuiſſet. *Ariſtoxenus* autem acie prorſus oppoſita pugnat, dum numerorum & rationum vim omnem e Muſica eliminare eſt *anniſus*, & judicium de *conſonantiis* diſſonantiisve ſolis auribus relinquendum ſtatuit. Verum his opus non eſt diutius immorari. Appoſite etiam

consonantiæ a Cel. Autore dividuntur in completas & incompletas. Consonantia incompleta est, ad quam unum pluresve sonos adjicere licet, idque citra Exponentis multiplicationem; completa, ad quam non licet. Ita v. g. consonantiæ 1 : 2 : 3 exponens non fit major, licet sonus 6 addatur; quare incompleta est. Quodsi exponentis consonantiæ omnes divisores accipiantur, iisque totidem soni simplices exprimantur, prodibit consonantia completa illius exponentis; v. g. si exponens consonantiæ sit 12, consonantia completa constabit sonis 1 : 2 : 3 : 4 : 6 : 12; & sic in aliis. Generatim, si exponens fuerit $= a^m\ b^n\ p$, continebit consonantia completa $(m + 1)\ (n + 1)\ (p + 1)$ sonos, & pertinebit ad gradum suavitatis, cujus index est, $ma + nb + pc - m - n - p + 1$. Non piguit Autorem, Tabulam completarum consonantiarum omnium, quæ in duodecim primis gradibus continentur, adornare; ex qua ingentem illarum numerum videre est, utpote qui ad 84 assurgit. Licet autem completarum consonantiarum ea prærogativa sit, ut auditui multo distinctius sese offerant, quam incompletæ; ad usum tamen, nisi admodum sint simplices, non adhibentur. Ingens enim sonorum numerus, e quibus consonantia conflatur, confuso potius strepitu, quam distincta harmonia, aures obtunderet, nisi instrumenta musica, quod fieri tamen nunquam potest, sint accuratissime coaptata. Plurimi quoque soni, gravitatis acuminisve limites cum excedant, ne audiri quidem amplius possunt. Quoties enim consonantiæ soni extremi majorem inter se rationem habent, quam 250 : 1, auditus eos non amplius percipere valet, vi eorum, quæ supra adduximus.

Defunctus jam generali de Consonantiis tractatione Cel. Autor, ad successionem consonantiarum explicandam pedem profert. Quodsi consonantiæ, sibimet invicem succedentes, aurem demulcere debeant, non solum, ut quælibet seorsim placeat, opus est, sed ut peculiarem quælibet ad alias affectionem mutuamque relationem habeat. Considerandæ nimirum sunt duæ consonantiæ succedentes tanquam simul editæ, hujusque compositæ consonantiæ exponens, id est, minimus communis dividuus omnium numerorum, consonantiam constituentium,

tem, erit quoque ſucceſſionis exponens, & gradum ſuavitatis, ad quem pertinet, indicabit. Sed aliud quidpiam in hoc negotio adhuc eſt attendendum. Una quidem eademque conſonantia infinitis modis poteſt exhiberi; e. g. intervallum diapente exprimitur per 3 : 2, per 6 : 4, per 9 : 6, per 15 : 10, & in genere per 3 *a* : 2 *a*; ſed in ſucceſſione conſonantiarum non tam ad exponentem conſonantiæ, quam ad tenorem ſonorum, reſpiciendum eſt. Unus enim ſonus pro *baſi* reliquorum eſt aſſumendus. Igitur, ſi conſonantiam *a* : 2 *a*, quæ eſt diapaſon, & exponentem habet 2, ſequatur 2 *b* : 3 *b*, quæ eſt diapente, & exponentem habet 6, ex ſolis exponentibus 2 & 6 ſucceſſionis Exponens non poteſt deduci, ſed ratio quoque habenda eſt ſonorum *a* & *b*, qui conſonantiarum baſes ſunt, cum ſucceſſionis exponens ſit minimus dividuus numerorum *a*, 2 *a*, 2 *b*, 3 *b*. Igitur, ſi conſonantia, quæ conſtat numeris rationem inter ſe habentibus 1 : 2 : 3 : 6, debet conjungi cum alia, cujus baſis eſt 2, ea exprimenda eſt numeris 2 : 4 : 6 : 12. Cumque exponens conſonantiæ *propoſitæ ſit 6*, poterit illa, *reſpectu habito ad ſequentem*, exprimi per 6 (2). Pariter conſonantiæ 30 (3) deſignatio oſtendit, ejus in ſe ſpectatæ exponentem eſſe 30, & baſin alterius conſonantiæ, cum qua conjungitur, eſſe 3. In genere *A* (*a*) deſignabit conſonantiam, cujus exponens eſt *A*, & (*a*) baſis alterius conſonantiæ, quacum conjungitur. Igitur, ſi conſonantiarum *A* (*a*) & *B* (*b*) indices (*a*) & (*b*) ſint numeri inter ſe primi, per maximum nempe communem diviſorem, ſi quem habent, reducti; ſucceſſionis harum conſonantiarum exponens erit minimus communis dividuus numerorum *Aa* & *Bb*. Quodſi *D* ſit maximus communis diviſor horum numerorum, erit *ABab* diviſus per *D*, minimus communis dividuus numerorum *Aa* & *Bb*, ſimulque ſucceſſionis conſonantiarum exponens. De ſucceſſionum vero ordinibus quoque conſtituendis cogitavit Vir ingenioſus. Scilicet, ſi numerorum *A* & *B* minimus communis dividuus ſit *M*, ſuaviſſima erit ſucceſſio, adeoque ordinis primi, ſi *ABab* : *D* = *M*; ſecundi ſi *ABab* : *D* = 2 *M*, tertii, ſi *ABab* : *D* = 3 *M* &c. Cavendum autem ſedulo, ne ordines ſucceſſionum cum gradibus ſuavitatis confundantur; ſucceſſio enim ordinis primi eſt,

qua ſimplicior dari nequit, manentibus nimirum iisdem conſonantiarum exponentibus, etiamſi ſucceſſio ipſa ad multo ulteriorem ſuavitatis gradum referatur. Tabulam confecit Autor, ex qua uno velut obtutu ordines ſucceſſionum præcipuos cognoſcere licet, inde ab exponentibus conſonantiarum *A* & *A*, usque ad 16 *A* & *A*. Exinde perſpicuum eſt, quomodo, data quadam conſonantia, alia datæ ſpeciei aſſignanda ſit, quæ illam ſequens conſtituat ſucceſſionem dati ordinis. His ita enarratis, ulterius ad integras conſonantiarum ſeries evolvendas acceditur. Duabus enim conſonantiis ſibimet invicem ſuccedentibus, opus muſicum non conſit; ſed pluribus, iisque certa quadam lege inter ſe conjunctis & contemperatis, opus eſt, ut ſuavi harmonia aures demulceant; temere enim conjunctæ incondito potius ſtrepitu eas lacerarent. Ea Muſicæ pars, quæ conſonantias ita jungere docet, ut ſuavem concentum producant, vulgo dicitur Compoſitio ſimplex, quæ reliquarum omnium fundamentum eſt; in ea igitur penitius perſpicienda ante omnia laborandum eſt Muſico. Methodus autem, qua ad cognitionem ſuavitatis integræ conſonantiarum ſeriei perveniendum, eadem omnino eſt cum ea, quæ circa unam duasve ſolum conſonantias verſatur. Inquirendum ſcilicet eſt in totius conſonantiarum ſeriei Exponentem, qui eſt minimus communis dividuus numerorum, ſonos repræſentantium. Totum vero opus muſicum perfecte cogniturus, primo ſingularum conſonantiarum Exponentes debet percipere; ſecundo, binarum ſibi invicem ſuccedentium; tertio, ſingularum periodorum; quarto, periodorum binarum, ſeſe inſequentium; quinto denique, omnium periodorum, hoc eſt, totius operis muſici Exponentem, qui eſt minimus numerorum, totius operis ſonos exprimentium, communis dividuus. Perdifficilis utique & ultra limites intellectus humani poſita videri poſſit muſici operis plena ejusmodi cognitio. Exponens enim operis muſici plerumque numerus eſt perquam compoſitus, & tantum non infinitus. Omne igitur intellectus humani præſidium in eo eſt poſitum, ut cognitionem hancce per gradus acquirere ſtudeat, neque de felici ſucceſſu deſperandum eſſe judicabunt, qui regulas, quas hunc in finem proponit Vir Clariſſimus, attente penſitaverint. Unum afferre exem-

exemplum liceat, quomodo exponens datæ consonantiarum seriei sit investigandus. Sint propositæ consonantiæ sequentes:

8 : 12 : 16 : 24 : 32 : 48;
8 : 12 : 20 : 24 : 40 : 60;
9 : 12 : 18 : 27 : 36 : 54;
10 : 15 : 20 : 30 : 45 : 60;
9 : 15 : 30 : 36 : 45 : 60;

Cujuslibet soni dividantur per maximum communem divisorem, & quotorum minimus quæratur dividuus; qui erit, per jam dicta, Exponens consonantiæ, maximus vero divisor communis, Index. Quo facto, hæ consonantiæ exprimentur per 24 (4); 30 (4); 36 (3); 36 (5); 60 (3). Jam productorum 24 × 4, 30 × 4, 36 × 3, 36 × 5, 60 × 3, quæratur communis dividuus minimus, qui est 4320, hicque est Exponens seriei consonantiarum, & ad gradum suavitatis 16 pertinet. Sed de his satis.

Ad doctrinam de Consonantiis ea præcipue referenda est, quæ de *sonorum intervallis agit.* Ad hanc jam progressurus *Cel. Eulerus*, eorum non solum definitiones genuinas, rerumque naturæ congruas, tradit, sed eorum quoque veras mensuras exhibet. *Intervallum* concipitur esse distantia inter duos sonos gravitate aut acumine diversos. Sed aptius definietur per mensuram discriminis inter sonum acutiorem & graviorem. Exinde non difficulter perspicitur, intervalla exprimenda esse per mensuras rationum, quas soni tenent, hoc est, per eorum logarithmos. Nam e. g. sonus 8 : 1 triplo acutior est, quam 2 : 1, item 4 : 1 duplo; igitur, sonis ipsis in progressione geometrica progredientibus, eorum discrimina gravitatis & acuminis, hoc est, intervalla, tenebunt progressionem arithmeticam. Logarithmis igitur ad intervalla metienda opus esse, certum & a longo jam *tempore* cognitum est. Ita intervallum, quod Octava dicitur, vel *Diapason*, mensurabitur per log. 2; intervallum diapente *per log.* $\frac{3}{2}$ = *log.* 3 — log. 2; diatessaron *per log.* $\frac{4}{3}$ = log. 4 — log. 3, & sic porro. Ubi obiter *notandum*, intervalla diapason & diapente, ut plerorumque aliorum, esse inter se incommensurabilia. In *metiendis* igitur intervallis *vulgari systemate* Logarithmorum uti poterat Autor; sed magis expe-

expedire judicavit, logarithmos ejusmodi adhibere, in quibus logarithmus binarii ſtatuitur unitas, cum in deſignandis conſonantiis binarius frequentiſſime occurrat. In hoc igitur ſyſtemate eſt log. 1 = 0, 000000; log. 2 = 1, 000000; log. 3 = 1, 584962; log. 4 = 2, 000000; log. 5 = 2, 321928; log. 6 = 2, 584962; log. 7 = 2, 807356; log. 8 = 3, 000000. &c. quæ Tabula quomodo ſit continuanda, nemo eſt Mathematicorum, qui neſciat. En igitur Tabulam Intervallorum, huc transſcriptam, & in quatuor laterculos diſtinctam, quorum primus receptas intervallorum appellationes (ſunt autem ex diatonico potius genere, quam ex ipſa rei natura, derivatæ,) exhibet; ſecundus rationes ſonorum in numeris; tertius eorum menſuras, logarithmis, quos diximus, expreſſas; quartus denique gradum ſuavitatis, ad quem unumquodque pertinet.

Nomina Intervall.	Rationes ſonorum	Menſuræ	Grad. Suavit.
Diaſchiſma . .	2048:2025	0, 016295	XXVIII.
Comma . . .	81: 80	0, 017920	XVII.
Dieſis	128: 125	0, 034215	XX.
Hemiton. minus . .	25: 24	0, 058894	XIV.
Limma minus . . .	135: 128	0, 076814	XVIII.
Hemiton. majus . . .	16: 15	0, 093109	XI.
Limma majus . . .	27: 25	0, 111029	XV.
Tonus minor . .	10: 9	0, 152004	X.
Tonus major . . .	9: 8	0, 169924	VIII.
Tertia minor . . .	6: 5	0, 263034	VIII.
Tertia major . . .	5: 4	0, 321928	VII.
Quarta . . .	4: 3	0, 415037	V.
Tritonus . . .	25: 18	0, 473931	XIV.
	45: 32	0, 491851	XIV.
	64: 45	0, 508148	XV.
	36: 25	0, 526068	XV.
Quinta . . .	3: 2	0, 584962	IV.
Sexta minor . .	8: 5	0, 678071	VIII.
Sexta major . .	5: 3	0, 736965	VII.
Septima minor . .	16: 9	0, 830075	IX.
	9: 5	0, 847995	IX.
Septima major	50: 27	0, 888970	XVI.
	15: 8	0, 906890	X.
	256: 135	0, 923185	XIX.
	48: 25	0, 941105	XV.
Octava . . .	2: 1	1, 000000	II.

Inter-

Intervalla ergo ratione ſuavitatis ita progrediuntur: Octava, Quinta, Quarta, Tertia, & Sexta, majores; Tonus major; Tertia, Sexta, & utraque Septimarum, minores; Tonus minor & una Septimarum majorum, quæ ab Octava hemitonio majore deficit; hemitonia denique, & reliquæ Septimæ majores.

Reliqua hujus recenſionis in *Menſem* proximum differuntur.

CONSTRUCTION D'UN TELESCOPE par reflexion &c.

id eſt,

CONSTRUCTIO NEWTONIANI TELESCOPII per reflexionem, decem & ſex digitos longi, & parem præſtantis effectum cum tubo octo pedum vulgari; itemque complurium aliorum iſtiusmodi Teleſcopiorum, a ſeptem digitis usque ad ſex pedes & dimidium; una cum arte parandi & poliendi ſpecula & vitra, cum majora, tum minora, &c.

Amſtelodami, apud P. Mortier, 1741, 8.

Plag. 14, cum Tabula majori ænea.

Quantum Teleſcopiis vulgaribus *Newtoniana* præſtent, in quibus pro vitris objectivis ſpecula adhibentur, nemo hodie neſcit. Parva, vel certe mediocria, cum radiorum aberrationi parum loci relinquant, plus valent, quam alia ingentis molis; unde non exigua in Aſtronomiam potiſſimum & Geographiam redundare commoda neceſſe eſt. Cum vero utiliſſimarum harum machinarum conſtructio perquam difficilis huc usque viſa fuerit; magnopere certe commendandus eſt labor Autoris noſtri, a quo totum artificium nunc adeo luculenter expoſitum eſt, ut non ipſi modo Teleſcopiorum artifices, ſed & alii curioſi, propriis manibus, & parare iſtas res, &, ubi opus fuerit, reparare, poſſint. Singulas ille partes & particulas, earumque proportiones, præparationes, & inſertiones, minutatim & exacte perſequitur, oculisque, ope complurium ſchematiſmorum, ſubjicit. Diſtribuit autem Tractatum ſuum, qui, poſt

E Pari-

Parisiensem editionem, mox Amstelodami, forma minore, recusus est, in *Partes tres, quindecim Capita* conficientes. *Prima Pars* constructionem Telescopii demonstrat decem & sex digitos longi, & tubo vulgari octopedali non deterioris, docetque, quo pacto specula tum confici ex materia conveniente & poliri tum etiam applicari, debeant. In *altera Parte* de Telescopio agitur septem digitorum, cujus effectus non minor esse prædicatur, quam tubi ordinarii quatuor pedum; porroque de aliis Telescopiis, duorum, trium, quatuor, & sex pedum, cum dimidio, cujus postremi effectus cum effectu tubi comparatur centum & quinquaginta pedes in longitudinem extensi. In *tertia Parte* tractationem adjecit Autor, de arte elaborandi vitri cujuslibet magnitudinis, non pro Telescopiis modo, sed & pro Microscopiis. Omissis plerisque rebus, præclare in hoc libello pertractatis, duo saltem exempla afferemus, de compositione Telescopii sedecim pedum, & de miscenda fundendaque materia speculorum. TAB. I. Telescopii formam adjecta Figura exhibet. Tubus major longitudinem habet digitorum tredecim, & diametrum duorum; apertura 20 lineas non excedit. In fundo hujus tubi speculum concavum collocatum est, diametrum duorum, & focum novem pedum, in ipso autem medio foramen habens sex linearum. Applicatus hoc loco tubus minor 2 digitos longus, cujus diameter est 8 linearum, duo complectitur vitra ocularia, quorum alterum plano-convexum, pro foco trium digitorum, partem convexam speculo obvertit, alterum convexo-concavum, pro foco decem linearum, cava sua facie extrorsum spectat. Hunc tubum alius circumplectitur, cujus excavata ad oculum recipiendum extremitas parvum foramen habet, quartam lineæ partem non superans, & octo circiter linearum spatio a vitro proximo remotum. Circa medium orificium tubi majoris, cujus apertura 20 linearum definita est, exiguum hæret speculum cavum, diametrum habens 8, & focum 18 linearum, cujus cava & polita superficies majori speculo obversa est, spatio intercedente digitorum decem & dimidii. Hoc speculum eo artificio in loco suo firmatum est, ut, ope virgæ ferreæ versatilis, *ro*, extrinsecus ad dextrum tubi latus

TA

tus applicatæ, (cujus pars extrema formam cochleæ nacta, per matricem metallicam, *m*, transit, cui speculum adhæret,) adduci ab observatore versus speculum majus, vel inde etiam removeri aliquatenus, pro varia distantia rerum visarum, possit. De iis, quæ restant, ex inspecta Figura legentes judicabunt. Jam, quod ad materiam speculorum attinet, præcepta Autoris sunt hujusmodi: Crucibulo sensim excandefacto injiciuntur, pro speculo majore, 20 unciæ cupri optimi comminuti; quibus liquefactis, & ope cochlearis ferrei igniti despumatis, affunduntur 9 unciæ stanni Anglicani, separatim scilicet fusi, & antea in grana formati. Ubi satis hæc materia agitata & mixta est, octo unciæ arsenici albi, in duas vel etiam tres partes divisæ, & totidem schedulis involutæ, sigillatim adduntur, obtecto post quamque injectionem crucibulo, ad tempus circiter duorum scrupulorum. Postea, cum non amplius materia fumat, despumatur rursus & agitatur, ope cochlearis, de quo dictum est; interjectoque tempore 3 vel 4 scrupulorum, ab igne removetur, ac denuo despumata & agitata, in formam infunditur, inclinato situ firmatam, nec prius aperiendam, quam omnia per se satis refrigerata fuerint. De cetero, ne quid frigidi vel humidi in metalla fusa illabatur, neu pernicioso arsenici fumo homines afflentur, sedulo cavendum. Diximus, specula majora perforari, quo scilicet per ea, atque adeo per ipsos tubos, directus oculo transspectus pateat; sed exponit etiam præclarus Autor ejusmodi Telescopia, quæ integris speculis a latere inspiciuntur. Denique nec specula minora plana, eorumque usum, silet, neque illud docere intermittit, quo pacto rerum quarundam proportiones & dispositiones, ad molem tuborum adhuc magis minuendam, satis commode variari possint.

AN HISTORICAL, CRITICAL, AND PRACTICAL Treatise of the Gout, &c.

hoc est,

TRACTATUS HISTORICUS, CRITICUS, PRActicus, de Podagra, sistens non tantum lubricum fundamen-

 tum,

tum, sed etiam periculum & præconceptas sententias, omnium systematum philosophicorum & hypothesium medicarum, adhæc necessitatem eorum, quæ Medicus scire debet, quod morbos attinet, qui Podagram præcedunt, eandem concomitantur, & in quos tandem Podagra, incongruo remedio persanata, desinit, cum sermone, quo libellus dedicatur, de præsente statu Medicinæ per Europam. Autore THOMA THOMPSON, Med. D. quondam Prosyndico Universitatis Patavinæ.

Londini, sumtibus & typis Joannis Hughs, 1740, 4. Alph. 1 plag. 7.

Quantam Medicinæ noxam intulerit nimius hypothesium amor, & studium secundum præconceptas opiniones morborum curationes instituendi, docetur in Præfatione, nec tantum nocuisse pristinæ Medicinæ arbitrarias sententias de qualitatibus, de temperamentis, quantum nunc noceant mathematicæ declarationes rerum, quæ experientia, non ratione, constant. Quapropter satius esse ducitur, historias morborum rite nosse, & varios morborum status dijudicasse, & secum reputare, in quo corpore fuerit ægritudo, cum pauciores sint morbi, quos non sexus, ætas, corporum habitus, in diversis ægrotis diversos reddat. Comprobatur amplissima oratio illustri exemplo Podagræ. Hanc media latinitas guttam appellavit. Sic habet Pseudo-Ovidius Lib. II. de Vetula: *Tussiat æternum, juncturas gutta fatiget.* A parte corporis, quæ patitur, morbus dictus est Podagra. Græci ab impedimento vel retentione pedum nominant. Arthritis cunctorum articulorum, seu multorum, dolor est, sub qua Podagra est, generis sui species. Quodsi in pedibus & articulis dolor simul sit, Hamartritidem, dolorem articulorum & pedum simultaneum, compellant Græci. Arthritis genuum Gonagra, manuum Chiragra, tendinum Tenontagra, audit. Arthritidem, sive quæ pedum est, sive quæ omnium articulorum, salutarem esse, non tantum Medicorum scholæ, sed & plebeji, dictitant, nec desunt, qui eandem in optatis habeant, quo graviore morbo solvantur.

tur. Respondet opinioni experientia. Videas, quibus vertigo, nausea, vomitus, asthma, capitis dolor, cessat, superveniente articulorum dolore; id quod ideo evenit, quod magna pars hominum ad inflammatorios affectus proclivis, a causa eadem, in diversis tamen corporis locis, quiescentem & inflammatum abhinc cum dolore sanguinem concipiat. Quare mirum non est, in pedum articulis id evenire, quod paulo ante in variorum viscerum membranis evenerat, quorum sanguis tandem aliquando secundum circuli leges transfertur & quiescit in extremis, cum vitalium levamine. Hinc certum est, non tantum morbum inflammatorium esse podagram, omnesque affectus arthriticos, sed & febrem inflammatoriam podagræ indivulsum esse comitem, cujus eadem sint, quæ omnium, phænomena, signa, eventus, curatio. Inde consequitur, inflammationis arthriticæ gradus varios vario modo evenire posse, ut adeoque tantum absit, omnes podagricos dolores bene cedere, ut potius multi in præsens vitæ discrimen ægrum inducant, si scilicet summum inflammationis gradum acquisiverint, qui omnibus partibus corporis humani lethalis plerumque esse solet. Tales sunt illi dolores podagrici, qui, præter articulum pedis inflammatum, aliorum viscerum inflammationes, id est, inflammatoriam dispositionem totius, secum ferunt, ut sint, qui junctim habeant colicam podagricam, asthma podagricum, deliria podagrica, affectiones hystericas & podagricas. Qui morbi complicati raro bene cedunt. Est aliquid, quod dici nequit in morborum omnium permutationibus, ut superveniens quædam ægritudo priorem solvat, quod quotidiano rerum medicarum usu comprobatur. Propterea varii morbi, qui arthritide curantur, arthritide suppressa redeunt & increbrescunt. Qua ratione hæmorrhoidum anomalia podagram excitare possit, Autor erudite exponit. Hinc & aliorum exemplorum robore ad obfirmandam sententiam utitur. Non tamen una eademque est affectuum arthriticorum facies. Videas, qui parum inflammati, quin potius ad affectus lentos torpidosque proclives, non minus podagram habeant. Quidam toto corpore tument, quidam icterico colore flavent; alii stupent, & affectibus comatosis afficiuntur, hinc, superveniente pedum dolore, melius sese habent; sicut etiam symtomata variant,

riant, deliria, somnolentia, spasmi, asthma, vertigines, vomitus, alia. Præstantissimum est, si salutaris sit, typum servare podagram, statimque solvi sudore, urina turbida. Ast, erratica si qua est podagra, sæpe recurrens, diuturna, tandem nodosa vel suppurata, cui urinæ albent, aut lixivium referunt, partes extenuantur, nullam sane salutis spem ægro facere potest. Istis observationum diversitatibus ducti Autores, temperare sibi haud potuerunt, quin in varias sententias abirent. *Hippocrates* bilem & pituitam accusat; *Diocles* humores calidos & emaciantes affert; *Themison*, *Thessalus*, & alii dogmaticæ sectæ professores, laxum corporis habitum; *Cœlius Aurelianus*, methodicus, fibræ stricturam, habet; *Galenus* de pituitosi humoris defluxu ad articulos cogitat; *Trallianus* sanguinis in articulo stillicidium allegat; Arabes bilem criminantur; *Paracelsus* salia; nec eandem recentiores de difficili hoc argumento sententiam amplectuntur, dum suæ quilibet hypothesi famulatur. Sanguinem inflammari docet Autor; cui sententiæ curam ferocissimi morbi superstruit. Accusat temeritatis summo jure, quotquot in morbis inflammatoriis omnibus, variolis, pleuritide, nimium confidunt bezoardicis, alexipharmacis sudorificis acrioribus, quorum usu inflammatio ad summum caloris gradum, id est, sphacelum, perducitur. Hinc & parum prodesse, imo nocere, docet podagricis efficaciora remedia, quorum usu corpora intense calent. Contrario regimine utitur, & diætam ordinat; hinc accommodata uniuscujusque ægri conditionibus suadet remedia. Nec tamen omnino dissuadet aromatica sudorifica, quæ tonum fibræ roborant, siquidem corpora fuerint cachectica cacochymica, tumida, icterica, quorum viscera internæ substantiæ vitio laborant; laudatque inter alia remedium caryocostinum. In omnibus experientiam uberrimam, ratione confirmatam, commonstrat.

FRANCISCI RONCALLO-PAROLINI, ACADEmiæ Instituti Scientiarum, quæ Bononiæ est, Socii, Dissertationes quatuor.

Brixiæ, ex typographia Marci Vendrameni, 1740, 4 maj.
Plag. 19.

Quatuor

Quatuor hæ Dissertationes argumenta explicatu perdifficilia docte satis accurateque exponunt, atque, præter has internas dotes, chartæ etiam magnitudine atque densitate, typorumque grandiorum nitore, oculos oblectant. Haud dubie ea quoque ex causa aliquid ipsis dignitatis accedit, quod Bononiensi Scientiarum atque Artium Academiæ a Cel. Autore dedicatæ fuerunt. *Prima* doctrinam Medicinæ pragmaticæ *de usu Purgantium in aere Brixiano* pertractat. Doctiss. Autor usui remediorum catharcticorum non admodum patrocinatur, multo autem magis in frequentem ejusmodi medicamentorum apud Brixienses abusum, nec id immerito, invehitur, &, præter alia consideratu maxime digna, præcipue etiam aeris externarumque rerum omnium indolem & modum, quo corpus afficere solent, probe expendi debere monet. Quanquam enim aer Brixiensis subtilis est, ætherius, atque elasticus, & particulis plerumque siccis, hoc est, sale quodam volatili acidiusculo, abundat, qualis a *Lancisio* maxime salubris prædicatur; neutiquam tamen regnante aquilone, nec hiemis, nec æstatis, tempore, alvum purgare conducit. Ad noscendum hunc statum horoscopicas natalitias divinationes commendat, quæ desumantur ab eodem momento, quo cœli pars ab oriente, homo autem catharcticum sumturus ab utero, ortum traxerunt. Futura quoque aeris conditio, gravitas, vis elastica, humiditas, calor, & frigus, instrumentis idoneis exploretur. Deinde vero usu catharcticorum vehementiorum, quippe in agro Brixiensi perquam noxiorum, interdicit, atque ob eandem rationem emeticis rarissime uti permittit, præcipue vero etiam ab omnis generis medicinis, ex antimonio paratis, ut infidis, sibi cavere jubet cives suos, &, quæ tuta præ aliis atque innocentia prædicantur, cautissime tamen adhibenda esse inculcat. Denique, die isto, quo capietur catharcticum, ante omnia in accuratiorem venti observationem, qualis scilicet, & a quibus plagis profectus, aerem tunc agitet, incumbendum esse contendit, ne forte hujus etiam interventu purgatio magis in detrimentum corporis, quam salutem, convertatur. Atque profecto ita cautionibus suis catharcticorum usum circumscribit, ut vix commodum iis sumendis tempus fore videatur.

deatur. Altera Dissertatio *de homine invulnerabili*, *Italice Fatazione, vulgo Ingermadura*, disceptat. Persuasio ea omnibus motuum legibus repugnat. Ex causis quidem naturalibus fieri identidem solet, ut corpus objectum non violetur. Aliquando enim culpa sclopeti, tum ratione insinuationis & amplitudinis spiraculi, tum ratione proportionis & insinuationis ferrei tubi, impetus explosionis redditur debilis, ut irritus debilisque ictus ab hisce causis conjunctis, *per accidens*, ut vocant, eveniat. Neque minus ratione pulveris pyrii, atque aeris ipsius, subinde explosionum impetus impeditur. Ratione etiam corporis humani nonnunquam difficultates trajectioni glandis plumbeæ objiciuntur. Ipsa enim integumenta corporis constat mollia esse atque elastica, ita, ut ab impetu vindicentur, atque in pristinum redeant statum, ac proinde glans, cujus impetus jam alia ex causa fuit infirmatus, arte non penetret. Huc etiam pertinent vestimenta varii generis, quæ compressionem patiuntur, præcipue si variis plicis, aliquatenus a se invicem remotis, consuantur. Irretitur quoque impetus plumbei globi a cessione & receptu, quoties vulnerandus, ictum videns, fuga aut casu aliquantum recedit, idque eodem momento, quo glans plumbea indusium aut thoracem attingit. Præterea etiam prope tormentum plumbea glans facili adeo negotio a laneorum aut stupeorum obturaculorum amplexibus se extricare nequit. Interdum & peculiaris corporis positio, e. g. obliqua, ut plumbum, indumenti superficiem lambens, prolabatur, item carnes magis firmæ & consistentes, globi efficaciam impedire valent. Denique & *per accidens* singularis occurrere potest indumentorum cum carneis stramentis conjunctio, ita, ut subtilioris veluti anaclinterii, farturæ, aut tomenti, vices gerentibus, glandis plumbeæ impetus e vestigio exstinguatur. Præter hæc vero vix quidquam est in rerum natura, quod eo valere videatur. Quanquam enim alias astrorum influxu multum tribuit Autor, ab eodem tamen siderum atque planetarum influxu pariter atque a sigillis, fascinis, atque characteribus, fieri posse negat, ut corpus a vulnerationibus liberum atque immune conservetur. Neque etiam in

a rebus naturalibus quidquam esse existimat, quod idem præstet, quamvis pro summo arcano venditetur; quin imo nec a malis infernalis genii artibus id expectandum esse, sed, si quando contigit, ut corpus a plumbeæ glandis ictu evaserit liberum, id vel ex mechanicis rationibus, superius expositis, vel favente permittenteque Deo, evenisse. Dissertatio tertia *de ferreis multisque acubus anatomica inspectione repertis* disquirit. Initio Cl. Autor historiam morbi, longi & gravis, cum multis symtomatibus acerbis & inter se implicitis conjuncti, accurate enarrat, quo virgo sacra misere confecta fuit, in cujus corpore subobscuras aliquando, hinc inde sub extima cute apparentes, lineolas casu observavit, & digitorum pressione demum ferreas acus in externis præcipue coxarum lateribus infixas fuisse comperit, quibus varie conspersa caro distinguebatur. Vidit easdem post obitum quoque notas, &, instituta, quam fusius refert, sectione, incisa capitis cuticula & cute, vixque deprehenso superficitis pinguedinis vestigio, inter ejusdem filamenta & intercapedines, reperit *incarceratas delitescere* ferreas *acus, supra pericranium stratas*, quæ interventu viscidi atque acris glutinis coagulantis, ex sero, in adiposis membranis hydropicorum alias etiam observato, & ferrugine, orti, adeo continentibus membranis solidatæ connectebantur, ut post inceptam sectionem licet vassella apprehenderentur, sine laceratione tamen, aut profundiori repetita incisione, separari vix possent. Ex triginta, quæ probabiliter aderant, quatuor tantummodo extrahere ipsi licuit, unamquamque ferream, in crassiori extremitate perforatam, exiguos duos digitos transversales longam, ex earum numero, quibus vestes farciuntur, sanguine & rubigine tinctam, & capillorum radicibus, atque sectis exilium ligamentorum propaginibus & fibellarum villis, asperam adeo, ut, licet circumcirca fricaretur, nihil tamen ferrei in ea eluceret. Atque ejus generis plures acus ferreas, in variis aliis corporis partibus externis & musculosis, integrum quoque in musculis abdominis acicularum fasciculum, invenit. Tum vero de acicularum ortu, & quibus viis in ea loca venerit, nihil quidem disputat, difficile tamen fieri posse ostendit, ut ferrea in corpore animato acus sine cutis & solidorum vitio existat. Quoniam

 enim

enim omnes atque singulæ corporis nostri partes inter se conspirant, evenire solet, ut sanguis, in perpetuum orbem discurrens, vario laticum, ad fermentandum pronorum, concursu auctus & agitatus, ab aliqua licet miliari glandula, ab exiguo principio quandam infectionem recipiat, quæ neque in repetitis circuitibus subacta, neque per vias excretioni destinatas eliminata, totam liquidorum massam e vestigio inquinare valet, præsertim si acris quædam, aut quocunque alio modo elastica, accedat vis virulenta, quæ fermenti instar omnes succos conspurcet. Quod quidem non modo in majoribus nervorum fibrarumque læsionibus, verum in levissimis etiam & externis eorundem offensionibus, est pertimescendum. Difficilem proinde putat acuum existentiam, plana sanaque superstante cute, ut quæ subindicet, jam pridem eas fuisse introductas. Exquisitissimorum vero cruciatuum, omniumque symtomatum, rationes patent ex centenis & amplius inflictis vulneribus, quibus lacessita natura balsamico destituitur rore, non minus, quam ex ratione specificæ molis, scilicet ex tot morulis extraneorum corporum. Cum enim certo liquidorum circuitum impediant, nervorum appendices comprimant, atque rubros non minus, quam albos, vasorum ramos intercipiant, fieri aliter nequit, quin circumeuntes intersiti humores alio deriventur & influant, aut secus per aperta oscula diffundantur. Quod vel chirurgorum cautiones condocent, qui non curationi vulnerum, fistulæ, atque ulceris, manum admovent, quin confestim etiam peregrina corpora extrahant. Accedunt ad augenda symtomata peculiaris acuum figura, ex una parte in acutam cuspidem, ex altera in obtusam quidem, ad feriendum tamen idoneam, desinens, ferrugo earum contracta, ejusmodi vulnusculis perquam inimica, nervearum productionum læsiones, ægrotantis corpus tenerum, adstrictum, & exquisitissimo sensu præditum, stratum perdurum & incommodum, perpetua corporis commotio, totumque vitæ genus asperum, & ab omni mollitie ac quiete alienum. Dissertatio denique quarta *de Ægagropilis* Epistolam sistit, qua mentem suam de hoc medicamenti genere nonnemini Autor declarat. Queritur, incertum esse illorum ortum, ex quibus vegetabilibus præcipue in ventriculis suorum anima-

animalium generentur, &, cum inprimis ex Draconico nasci ferantur, hujus autem vires ab aliis venenatæ & mortiferæ, ab aliis autem medicamentosæ & salubres, prædicentur, plantas Doronici cum Aconitis & inprimis Pardalianche conferendas esse monet, ut diversitas utriusque eruatur. Neque minus de dubiis incertisque, quæ nonnulli his *Ægagropilis* tribuunt, effectis queritur, atque ægre admodum fert, Medicos adhuc in extollendis plerarumque rerum naturalium viribus medicamentosis nimium fuisse liberales. Quanquam initio statim elegantiæ & doctrinæ laudem his Commentationibus suo jure tribuimus, atque in ipso Cl. Autore exquisitam amplificandæ Medicinæ industriam, pro eo ac decet, extulimus; non tamen in ipsum nos credimus fore injurios, si & hoc ad extremum adjiciamus, nonnulla ab ipso prætermitti momenta, quæ ad argumentum, quod tractat, omnino pertinere nobis videntur, ordinem quoque interdum negligi, & scribendi genus verbosum nimis & circumductum, atque ejusmodi, esse, ut sensus persæpe implicetur, & obscurus evadat.

PETRI D'ORVILLII, JCTI, POEMATA.

Amstelodami, apud Adr. Wor et hæredes Gerardi Onder de Linden, 1740, 8.

Plag. 20.

Petrus Dorvillius, JCtus præstantissimus, frater *Jacobi Philippi* illius fuit, qui nunc vel maxime apud Batavos bonas literas ornat. Is præter ceteras ingenii dotes egregias habuit etiam hanc, cujus velut radicibus poetica facultas sustentatur. Quod cum ille sensisset, dignam se rem tanto tamque raro naturæ bono facturum existimavit, si, quicquid ad eam ingenii vim alendam valere putaretur, id omne studiose sibi diligenterque faciendum statueret. Itaque totus ad legendos imitandosque veteres Poetas conversus, perfecit, ut in præstantissimis nostri temporis, & dignis antiquo seculo, Poetis & haberetur & esset. Neque in uno tantum genere Poeseos excelluit, sed varia & diversa genera pari felicitate usurpavit. Nam neque *in* Elegiis ejus *facilitas*, neque in Odis vis, neque in *Hendecasyllabis* lepos & *venustas*, neque in Eclogis grata simplicitas, desideratur. Hic

 cum

cum immatura morte obiisset, non dignum minus, quam jucundum eruditis, monumentum pietatis suæ in fratrem fore putavit *Jacobus*, si, quicquid ab eo in omni genere carminis scriptum haberet, uno volumine comprehensum ederet. Atque hoc ille ita fieri curavit, ut ingenii fraterni splendori ipsius monumenti splendor respondeat. Operis descriptio hæc est. Primum locum occupant *Libri quinque Elegiarum*, in quibus agmen ducit elegantissimum Poema ad *Petrum Burmannum*, quod *Criticen* inscripsit. In eo per ingeniosam fabulam Criticæ artis leges & natura & fata, Criticorumque vitia & virtutes, explicantur. *Critice* Nympha fuit, sive *Mercurii*, sive *Jovis*, e *Mnemosyne* filia, cujus non procul Pindo sedes fuit. Ea invocata ab aliquo, qui ejus sacris initiari cupiebat, apparet, & ei leges sacrorum suorum commemorat. Inde redeuntem cum conspexisset *Apollo*, magno ejus amore incensus, primo æquitatis illius & acuminis periculum facit, modo recte canens, modo, data opera, vitiose. Perspecta ejus in judicando & subtilitate & æquitate, multo magis amare, suosque amores ipse canere, incipit; in quo cum ab Nympha laudatur, se redamari, suumque amorem probari, putat. Itaque non dubitat ei amorem suum confiteri. Sed Nympha fugam capit. Frustra. Nam *Apollo* eam insecutus prehendit, & bonis verbis mitigare studet. Nympha timens simulat se jam *Apollinem* amare, eaque simulatione efficit, ut Apollo per Styga juret, eam primam Musarum fore. Sed, animadversa fraude & fastidio ejus, etsi mutare, quod jurato promiserat, non potest, tamen eam ipse cum ceteris Musis relinquit, & contemtu pari ulciscitur. Eo contemtu Nympha incensa, animos suorum incitat, ut, quicquid ab *Apolline* & Musis profectum est, acerbe & inique reprehendant, mutent, corrumpant. Ea res facit, ut pœnitentia subeat *Apollinem*, & *Criticen* placet. Quo facto, ipsam quoque cœpit pœnitere facti. Itaque, quantum potest, reparare malefacta studet, benefaciendo per *Scaligeros*, *Valesios*, *Casaubonos*, *Salmasios*, *Victorios*, *Ursinos*, *Faernos*, *Erasmos*, *Gronovios*, *Grotios*, *Heinsios*, *Grævios*, aliosque. Reliquæ Elegiæ maximam partem amicorum sive lætis, sive tristibus, temporibus sunt tributæ. *Liber quintus* vero habet

Ana-

Anacreonticarum Odarum quarundam interpretationes, & Odas *Horatianas* quasdam elegiaco genere expressas. Sequitur deinde *Liber Carminum*, qui capit initium a bene longo Carmine, e *Jo. Vollenhovii* Belgico eleganter expresso, sub titulo *Christi triumphantis in cruce*. Ibi reperies etiam Eclogam & Hendecasyllabos ad *Franc. Oudendorpium*, oppido venustos & elegantes. His *Petri Dorvillii* Carminibus duo Libri Carminum subjecti sunt, quorum alter, qui *Adoptivorum Liber* inscribitur, continet Carmina, ad ipsum *Petrum Dorvillium* scripta, in quibus multa sunt egregia Virorum clarissimorum, *Hoogstratani*, *Sibersmæ*, *Oudendorpii*, *Jac. Snakenburgii*, sed plurima *Phil. Dorvillii*, Carmina, cujus insignis & par fraternæ facultas poetica jam aliunde nota est. Ultimum locum tenet *Liber Epicediorum*, in obitum *Petri Dorvillii* scriptorum a viris doctis, ex quo sane intelligitur, bonam adhuc in Batavis virorum doctorum copiam esse, qui Latinos versus, & eos quidem probabiles atque elegantes, possint scribere; quod sane bonum bonis literis signum putandum est, cum usu docti sciamus, cum Poetis bonis literas effloruisse & accidisse.

PHILOSOPHICA CHRISTIANI WOLFFII, Mathem. ac Philos. in Acad. Marburg. P. P. aliorumque recentiorum, DU-VIGIERII præsertim & LEIBNITII, de origine & præexistentia animarum, theologice discussa atque excussa, sententia.

Veronæ, 1738, 8.

Plag. 22 dimidiatæ.

Occasionem scribendi hunc Tractatum Autori doctissimo, *F. Th. Gundisalvo Carattini O. P.* nova dedit *Wolfianæ* Philosophiæ editio, quæ cœpta est *Veronæ*, typis *Dionysii Ramanzini*. Cum enim *prior Theologiæ naturalis Tomus*, antequam prelo subderetur, illi commissus esset examinandus, hoc potissimum dogma, de præexistentia tùm corporum humanorum, tum ipsarum etiam animarum, in primis parentibus, spongia dignum, & catholicis scholis minime invehendum, censuit. Quod cum ægre ferri intelligeret a nonnullis Celeberrimo *Wolfio* ad-

dictis, quibus aut minus aptus, aut certe morosus, censor vid retur, qui ea probare nollet, quæ & alii censores catholici a probassent, & catholici quoque scriptores, velut *Du-Vigieriu* statuissent, non tamen eo se adduci passus est, ut sententia mutaret; sed hoc promisit, se, quibus de causis isto moc censuerit, quamprimum ostensurum. Ita natus libellus es quem nunc in manibus habemus; in quo studiosissime colleg Autor omne genus argumentorum, quibus uti possit Theolo gus catholicus, ad sententiam illam de præexistentia hominu refellendam. Primum ex sacris literis & ex *Mosaica* creation historia illud urget, non homines universos ab initio creatos ess sed duos, per veras generationes deinceps multiplicandos. E etiam loca excitat, ubi de sterilitate piarum quarundam fœmi narum sermo est; itemque ea, ubi in utero divinitus forma homo dicitur; diemque suum natalem execrantem *Jobum* it affatur: *Quamobrem tam sero tempori maledicis, o bone Jobe, ab ipso mundi exordio efformatus es?* Post divinorum autorita tem oraculorum, autoritate quoque Ecclesiæ universæ, Conci lii Lateranensis V, Pontificum Romanorum, Patrum, Docto rum Scholasticorum, & Juris Pontificii peritorum, ipsorumqu Philosophorum, contra adversarios suos pugnat. Docere dein de conatur, nullam rationem naturalem novo systemati suffra gari, planeque enormia & absona esse, quæ inde sequantu Addit de virginitatis & continentiæ voto, de matrimonii inso lubilitate, & de monogamiæ lege, quas res haudquaquam pa ti arbitratur, ut singulos homines in mundi exordio creato cum *Adamo* statuamus. Denique & dogma peccati originali obscurari potius in adversariorum novo systemate, quam dilu cidari, contendit. Afferemus pauca quædam, ipsis Autoris ver bis, ex *Capite X* libri, ubi de ratione naturali agitur. *Prin cipium*, inquit, *illud*, *cui Philosophi recentiores*, *Poliporum a instar*, *super hac quæstione adhærescunt*, *est generationis sub stantialis impossibilitas. Quod principium adeo verum putant ut ejus probationem otiosi hominis esse velint, & in oppositum mussitare Peripateticorum delirium. Ex hoc principio, ipsis in concusso, inferunt statim, sapientissimum Numen creasse in mun di exordiis, quotquot sunt, fuerunt olim, & erunt deinceps, ho mines,*

num. Quæ argumentatio utroque pede claudicat. Primo enim, ...amus demus, impossibilem prorsus esse novarum substantiarum ...sin, quid inde? Ergone Deus initio mundi omnia & singula ...pora efformavit, omnes & singulas animas creavit? Hanc con-...tionem centum juga boum, si ducerentur, non traherent; ... & Cartesiani & Gassendistæ æque novas gigni substantias in-...antur, & tamen nec somniantur quidem id inferre. Deinde, ...r nova corpora fieri non possunt? &c. De Medicorum quo-...ndam & Philosophorum observationibus, ope microscopio-...um, circa vermiculos in semine animalium, factis, hæc apud Autorem nostrum leguntur: *Quoniam cum Medicis, qui vitæ & ...rtis nostræ arbitri sunt, contendere nolumus, quæcunque hi se ...disse narrant, pro visis habemus. At quid inde? Num animal-...la, quæ observarunt, ab initio mundi creata sunt? Num adeo ...ri archeismi sunt, ut omnes antiquitatis characteres, canos ...ines, corrugatamque frontem, deprehenderint? aut, quæcunque ...nceps nascitura sunt, ipsis inclusa observarunt? Minime gen-...um; etiamsi centum aut mille conspicilla naso imponant.* Sub ...nem *Capitis,* unum e multis se allaturum experimentum, con-...a animantium mundo coævorum patronos, profitetur doctissi-...us Autor, quod ut quis videat, nec microscopio opus sit, ...ec conspicillis, de asino videlicet, ex equa mulum generan-... *Quodsi enim,* inquit, *in primo asino Deus posuit omnes ...inos, qui fœminarum utero excepti in ea postea, quam a Deo ...buerunt, forma nascerentur, profecto ex asino non nisi asinus ...sci debet, sive asina, sive equa, sit fœmina, quæ parit: cur mu-...s equæ similior, quam asino? Muli, cui non est intellectus, quo-...dianum semperque uniforme experimentum satis docet, Deum ... posuisse in primis animantibus cuncta animantia, nec proinde in primo homine omnes & singulos homines.* Hæc Autor hujus ...belli, qui de cetero ipsum *Wolfium* nostrum, quod ultro de-...eri ex editione Philosophiæ suæ Veronensi jussit, quæ Censo-...ibus displicuissent, magnis extollit laudibus, eique, una cum Nestoreis annis, veram in Deum fidem apprecatur.

EXCERPTA EX LITERIS JACOBI MERRICK, Oxoniensis, ad F. O. M., quibus Nova quædam literaria continentur.

Frisch-

Frischliniana Tryphiodori editione, cujus usum mihi concessisti, me in Græco *Tryphiodori* contextu emaculando haud leviter adjutum, libens profiteor. Tota autem hujus mei Opusculi ratio hæc est. Primum locum obtinet Dissertatio, sermone Anglico scripta, in quam contuli, quicquid de *Tryphiodoro*, ejusque scriptis, hinc inde potui colligere. Huic succedit Versio Anglica, cum perpetuo Commentario, in quo e scriptoribus sacris & profanis ea congessi, quæ aut *Tryphiodorum* illustrare, aut ex eo illustrari, posse videbantur. Una cum his in lucem prodibit ipsum *Tryphiodori* Poema, variis Codicis MSti lectionibus & selectis Virorum doctorum notis emendatum, quibus meas qualescunque conjecturas adjunxi. Græco denique contextui metricam *Frischlini* Versionem, erroribus typographicis (quibus pessime conturpata est) repurgatam, subjeci. Longe quidem abest, ut multum utilitatis aut ornamenti ex his meis nugis Reipublicæ literariæ accessurum esse existimem; nec tamen operis suscepti prorsus pœnitet, dum mecum reputo, quot Viri ingenii & doctrinæ laude celeberrimi conatus meos adjuverint, & me favore suo honestarint. Cum autem me tibi significare velis, quid novi in re literaria apud nos geratur, visum est pauca hæc tibi, quæ votis tuis aliquatenus satisfactura spero, indicare. Prelo propediem subjicietur Liber *Jobi*, in versiculos metrice divisus, cum versione Latina Cl. *Alberti Schultens*, notisque, ex ejus Commentario excerptis; quibus suas etiam Annotationes, ad metrum præcipue spectantes, adjecit *Richardus Grey*, S. T. P. Idem Vir doctus A. 1738 Novam linguæ Hebraicæ methodum, Anglico sermone scriptam, evulgavit; cui adjunxit Proverbiorum librum, metrice divisum, & Notis criticis illustratum. Libri præcipue notandi, qui sub prelo Oxoniensi jam laborant, hi sunt: 1) Historia Muscorum, generibus XX absoluta, in qua species ad genera, varietates ad suas species, referuntur, & genera methodo naturali, a simplicioribus ad perfectiora progrediendo, disponuntur; ipsæ etiam species methodo quadam dispositæ sunt. Accedunt multæ noviter detectæ species, & ad finem Plantæ quædam aquaticæ rariores, muscis affines, describuntur. Cum Iconibus, ad viva naturæ exemplaria exacte factis, opera *Jo. Jac. Dillenii*, M. D. in Universitate Oxoniensi Botanices Professoris. 2) *Francisci Junii* F. F. Etymologicum Anglicanum, studio & opera Viri Rev. *Eduardi Lye* auctum & expolitum. 3) Scriptorum Ecclesiasticorum Historia literaria, Autore *Guilielmo Cave*. Editio novissima, ab Autore ipso ante obitum recognita & auctior facta. Prius hujus Operis Volumen jam in lucem prodiit, alterum prelo nuper commissum est. Anno fere abhinc literas accepi a Celeberrimo *Bernardo de Montfaucon* quibus mihi significavit, se *Eudociæ Macrembolitissæ* Opus ineditum quod ΙΩΝΙΑ inscribitur, in Lexico suo novo, quod sub finem hujus anni typis daturus erat, editurum. Huic Lexico se ab annis plus LV manum admovisse scribit Vir eruditissimus, & quater mille voces reperisse, quæ in Lexicis Græcis omnibus desiderentur.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis *Februarii* Anno MDCCXLII.

RERUM *MECLEBURGICARUM* LIBRI OCTO, *quibus, post brevem antiqui provinciæ sub Vandalis status expositionem, ea, quæ sub Divo Carolo Magno, ac ejus successoribus, domi forisque usque ad obitum Adolphi Friderici, primi Ducis Mecleburgici, gesta sunt, præterea origo, status, & forma Serenissimæ familiæ Mecleburgicæ, ejusque ditiones, jura sublimia, territorjalia, decora, Regalia, &c. tam ex Historia antiqua, quam recentiori, ex pactis hæreditariis Serenissimorum Ducum inter se & cum Ordinibus, ex Jure Saxonico veteri, Statutis & Ordinationibus Provinciæ, &c. summa, qua fieri potuit, fide recensentur & illustrantur a* MATTHIA JOANNE BEEHR, *Equite Mecleburgico. Ex MSto edidit, & Præfationem de ratione, qua Germani merita sua in studium historicum in posterum amplificare possunt, vitamque Autoris, præmisit,* JOANNES ERHARDUS KAPPIUS, *Eloquentiæ in Academia Lipsiensi Professor.*

Lipsiæ, impensis Joannis Christiani Martini, 1741, fol. Alph. 11 plag. 4.

Si qua laus eis, qui aliorum populorum rebus pervestigandis se totos dederunt, tribuitur; multo eum sane magis de nobis bene meritum esse existimare debemus, qui in explicandis patriis rebus accurate versatur. Horum autem in numero Illustrem *Beerium*, Equitem Mecleburgicum, merito ponimus, qui suasu Illustriss. Domini *a Plessen*, amici Regis Daniæ, & Ill. Baronis *de Bernsdorff*, Angliæ Regis a Consiliis, Historiam patriam a *Taciti* temporibus usque ad *Adolphum Fridericum*, primum Ducem Mecleburgicum, scribere est aggressus. Quo

 minus

minus autem Operis, finiti jam, natales videre potuit Autor, morte impeditus, eo plus Celeberrimo *Kappio*, Prof. Eloquentiæ in Acad. Lipf. Publico, debemus; qui posthumum illud, ab Ill. *Christ. Aug. de Berkenthien*, cui Autor id commendaverat moriens, per *Kortholtum*, Concionatorem Legationis Danicæ Vindobonensem, acceptum, in lucem edidit. Præfatus est Cel. *Kappius* de *ratione, qua Germani sua merita in studium patriæ historiæ amplificare possint*; ubi, Autoribus cujusvis ætatis optimis adductis, primum subsidia commemorat, quibus adhibendis Historia Germaniæ magis excoli possit; in quibus primo loco cognitionem scriptorum numerat. Et, quoniam vix sufficere ad justam eorum cognitionem putat, quæ jam in manibus sunt, *Eccardi, Heubelii, Struvii, Fabricii*, aliorumque, Bibliothecas; ut ad modum Bibliothecæ Gallicæ *Longianæ* perscribatur Scriptorum Germaniæ thesaurus, vehementer optat. Deinde Principes maxime rerum patriarum cognitioni consulturos existimat, si alendo præmiisque majoribus afficiendo Historiæ studiosos, eisque codices, documenta, actaque publica, subministrando, ceteris studium atque æmulationem incendant. Et, ut utilissimum patriæ historiæ censet fore, si consuetudines atque antiquitates Germaniæ, nec non Historia ecclesiastica, & literaria, majore studio coleretur, ita imitandos in ea re esse veteres docet, &, quæ *Polybius, Livius*, ac *Lucianus*, de utilitate Historiæ in vita civili, & republica administranda, disseruere, maximopere commendat. Pleraque commemorat veterum scripta, in Theotiscam linguam conversa; optatque, ut & in hoc genere diligentius laboretur. Harum rerum omnium ut utilitatem, ita etiam obstacula atque difficultates, & quomodo sint ea tollendæ, explicat. Fontes denique, ex quibus sua hauserat *Beerius*, & *Hubneri* Catalogum Scriptorum Mecleburgicorum, subjunxit.

Jam supra monuimus, ipsum *Beerium* Commentariorum a *Taciti* tempore initium facere. Hæc itaque tempora usque ad *Prebislaum II primo Libro* ita persequitur, ut de veteribus Mecleburgicæ terræ populis, locis, moribusque, exponat. Res gestas Ducum a *Prebislao* ad *Henricum X Libro II* complexus est, addito *tertio* de Herulorum Venedorumque Ducum serie, & *quarto* de statu harum regionum publico. Ad *Henricum X*

redit

redit sub initium *Libri V*, quo ceteros, qui eum secuti sunt, ad obitum *Ulrici IV* comprehendit, continuatque hanc enarrationem *sexto* & *septimo Libro* usque ad *Adolphi I* mortem, totumque Opus absolvit *octavo Libro*, in quo status provinciæ, qui nunc est, post pacem Westphalicam, accurate traditur. Hæc est totius Operis descriptio. Sed, ut melius, quid præstitum sit ab Autore, judicari queat, age, paulo plenius argumentum ejus commemorabimus.

Romani nihil certi de his regionibus, quas mare Balthicum alluit, propterea habebant, quod Albim nunquam transgressi, peregrina semper nitebantur autoritate, sed, quæ exercitus victores non cognoverant loca, ea cognita Romanis fecit simul & luxuria & avaritia, postquam succinum, quod ante in Pannoniam deferebatur, & per Venetos Romæ immenso pretio venibat, in illo littore legi per equitem Romanum *Neronis* Pag. 5.
tempore cognitum est; idque Romam navibus deferri cœptum. *Tacitus* itaque gentes, quæ hæc littora incolebant, scire, eorumque jam nomina commemorare, poterat. Hi populi coluerunt *Herthum*, cujus in quadam insula, autore *Tacito*, nemus fuit. Eam noster Rugiam potius cum *Cluverio*, quam *Hel-* 9.
genland cum *Pontano*, interpretatur. Vandali deinde, a *Stilicone* exciti, cum ob multitudinem veteres sedes relinquere cogerentur, has occupant terras. Quibus in Africam profectis, ductu *Gizerichi* (qui agros occupatos militibus divisit, &, millenis equitibus Comitem præficiendo, originem domaniis atque Comitibus dedit,) sedes eorum vacuas Heruli Venedique invaserunt, Slavica gens, cujus mores veramque rerum gestarum nar- 13.
rationem, refutatis *Annii Viterbiensis* anilibus fabulis, tradit nobis Autor. Geographiam deinde subjungens, limites austra- 39.
les atque occidentalium Slavorum definivit, & *Adamum Bremensem*, obscure hos limites ponentem, illustravit. Ad orien- 41.
talem Slaviam referebantur *Wagrii*, quorum metropolis *Altenburg* erat; *Polabingi*, quorum metropolis fuit *Racisburg; Obotriti*, quorum Deus *Radegast* in urbe *Gadebusch* colebatur, & in quorum ditione *Magnopolis* erat; *Warnabi*, *Linguones*, *Chizzini*, *Circipani*, *Tholosantes*, & *Rhedarii*. Occidentalem *Heruli* incolebant multique alii populi, quorum no-

 mina

mina in Historia vix celebrantur. Apud Slavos nullum erat signatum, sed permutatione rerum utebantur, signatam ve pecuniam si quis inter prædam sortitus erat, Diis vovebat. I
Pag. 50. ter ceteras animi dotes eorum pietas erga parentes, & liberalit in excipiendis hospitibus, quæ legibus etiam eis commendab tur, apud Autores veteres celebratur. Obotritis perpetua cu *Carolo M.* pax atque concordia erat, ipsique sub ductu *Witza* atque *Thrasiconis* suppetias tulere; in cujus beneficii memoria
52. *Carolus* eis *Nordalbingorum, Holsatorum, Stormarchorum*, & *The marchorum*, quos antea expulerat, incolendas tradidit terra Varia deinde Slavorum fata. Sub *Carolo M.* & *Ludovico P.* in Danorum veniunt potestatem, nec ita multo post a Norma nis vincuntur. *Henricus Auceps* eis, quod auxilium Hunn tulerant, victis Hunnis, annuum tributum imposuit. Danoru atque Obotritorum Reges eo tempore fidem Christianam pr
60. mum amplectuntur. Slavi ab *Hermanno* & *Thiaderico*, legati *Ottonis I*, victi, certam obsequii formulam accepere *Ottonis I* & *III* tempore. Turbis in his gentibus ortis, pleræque ad pristin sacra rediere. Sed, Ducum Slavorum usque ad *Prebislaum I* ge
96. stis recensitis, ad regiminis formam Autor transit. Fuere Slav priscis temporibus liberi, &, quamvis pleræque gentes suos ha berent Reges, legum tamen vi potius, quam Regum infinita po testate, regebantur. Quilibet autem Rex IV Duces, totidemqu Comites, Barones, & Castellanos, sub se habuit. Obotritis sul *Carolo M.* Duces fuere, ut & post ea tempora universis Slavis Horum imperium & Senatus, & optimatum atque nobilium, autoritate coercebatur, crebraque ipsis erant de re communi comitia. Rerum ecclesiasticarum brevibus mentio fit, adduntur que de Clericorum disciplina quædam. Postea, cum contendit, Duces
125. Mecleburgicos in Saxonum fuisse clientela, de tribus ordini-
128. bus Mecleburgici Ducatus differit, primoque loco Comite fuere, quibus belli gerendi, jurisque dicundi, cura erat deman data. His secundus suberat ordo militum, quorum unusquis
134. que quatuor jugera agri (mansos appellant) possidebat. Servo rum tertia & infima quidem classis, qui, ut *Helmoldus* explicat *Schildknappen* dicti, commeatus militibus afferebant.

His

His traditis, ad Ducum historiam *Libro secundo* redit *Beerius*, ubi primus *Prebislaus II* se offert. Alter ponitur *Henricus II*, qui, pace cum *Henrico Leone*, Saxonum Duce, adversus quem arma sumserat, inita, patriam, civilibus bellis dilaceratam, in ordinem redigere studet. Revocatis exulibus, exstructis, sive instauratis, urbibus, Senatui pristinam autoritatem restituit. Plures præterea Teutonicos in Slavorum civitates assumsit, & equitibus oppidi Parchim tutelam dedit, quos ab omni tributo & judicio municipali (*Marckgeding*) immunes fecit, & proprium Pag. 180. ipsis judicium constituit. Reliqui Duces operam inprimis in exstirpandis prædonibus navarunt. *Henricus Leo*, Dux Mecleburgicus, adversus Rugiam Insulam arma tulit, vastata omni Insula, pluribus captis urbibus, pacem iniit cum Rugiæ Principibus, ut 55000 marcarum argenti contentus, juri suo in hanc Insulam 303. renuntiaret. Qui *Leonem* secutus est *Albertus II*, varias irruptiones in Rugiam tentavit, sed irrito semper conatu domum rediit. Regem Sueciæ *Albertum III* ex suis Ducibus Mecleburgenses videre, infelicem tamen, captum a *Margaretha*, Daniæ *Regina*. *Abalienatis* deinde Suecorum animis, juri suo in borealia regna renuntiat. Academia Rostochiensis natales *Joanni* & *Alberto* Ducibus debent, quorum literæ publicæ, quæ de Academiæ institutione scripserant, ab Autore adducuntur, simulque solennia inaugurationis recensentur. *Henricus X*, quem prodigum fuisse Autores tradunt, omnes Principatus, qui post *Henricum I* suis Ducibus gaudebant, mascula deficiente stirpe, cum Mecleburgicis Ducibus conjunxit. Horum Ducum genus *tertio Libro* lectoribus sistit *Beerius*. Autorem 422. Principum Herulorum *Nicolaum V*, *Henrici II* nepotem, atque hujus stirpis ultimum *Guilielmum*, nuncupat. Dein ad Rostochiensem transit stirpem, cujus conditor *Burevinus*, ultimus 424. autem *Ulricus*, fuit. Adjuncta *Libro tertio* Suerinensium Comitum Genealogia, ad rempublicam Mecleburgicam *Libro quarto* illustrandam pergit. Hic non modo regiminis formam atque ecclesiasticam continet disciplinam, sed & de equestri ordine, de maritimis civitatibus, & rustica plebe, agit. Mecleburgicos Principes in Brandenburgicorum fide fuisse negat, nec id ex eo 502.

cum immatura morte obiisset, non dignum minus, quam jucundum eruditis, monumentum pietatis suæ in fratrem fore putavit *Jacobus*, si, quicquid ab eo in omni genere carminis scriptum haberet, uno volumine comprehensum ederet. Atque hoc ille ita fieri curavit, ut ingenii fraterni splendori ipsius monumenti splendor respondeat. Operis descriptio hæc est. Primum locum occupant *Libri quinque Elegiarum*, in quibus agmen ducit elegantissimum Poema ad *Petrum Burmannum*, quod *Criticen* inscripsit. In eo per ingeniosam fabulam Criticæ artis leges & natura & fata, Criticorumque vitia & virtutes, explicantur. *Critice* Nympha fuit, sive *Mercurii*, sive *Jovis*, e *Mnemosyne* filia, cujus non procul Pindo sedes fuit. Ea invocata ab aliquo, qui ejus sacris initiari cupiebat, apparet, & ei leges sacrorum suorum commemorat. Inde redeuntem cum conspexisset *Apollo*, magno ejus amore incensus, primo æquitatis illius & acuminis periculum facit, modo recte canens, modo, data opera, vitiose. Perspecta ejus in judicando & subtilitate & æquitate, multo magis amare, suosque amores ipse canere, incipit; in quo cum ab Nympha laudatur, se redamari, suumque amorem probari, putat. Itaque non dubitat ei amorem suum confiteri. Sed Nympha fugam capit. Frustra. Nam *Apollo* eam insecutus prehendit, & bonis verbis mitigare studet. Nympha timens simulat se jam *Apollinem* amare, eaque simulatione efficit, ut Apollo per Styga juret, eam primam Musarum fore. Sed, animadversa fraude & fastidio ejus, etsi mutare, quod jurato promiserat, non potest, tamen eam ipse cum ceteris Musis relinquit, & contemtu pari ulciscitur. Eo contemtu Nympha incensa, animos suorum incitat, ut, quicquid ab *Apolline* & Musis profectum est, acerbe & inique reprehendant, mutent, corrumpant. Ea res facit, ut pœnitentia subeat *Apollinem*, & *Criticen* placet. Quo facto, ipsam quoque cœpit pœnitere facti. Itaque, quantum potest, reparare malefacta studet, benefaciendo per *Scaligeros*, *Valesios*, *Casaubonos*, *Salmasios*, *Victorios*, *Ursinos*, *Faernos*, *Erasmos*, *Gronovios*, *Grotios*, *Heinsios*, *Grævios*, aliosque. Reliquæ Elegiæ maximam partem amicorum sive lætis, sive tristibus, temporibus sunt tributæ. *Liber quintus* vero habet

Ana-

Anacreonticarum Odarum quarundam interpretationes, & Odas *Horatianas* quasdam elegiaco genere expressas. Sequitur deinde *Liber Carminum*, qui capit initium a bene longo Carmine, e *Jo. Vollenhovii* Belgico eleganter expresso, sub titulo *Christi triumphantis in cruce*. Ibi reperies etiam Eclogam & Hendecasyllabos ad *Franc. Oudendorpium*, oppido venustos & elegantes. His *Petri Dorvillii* Carminibus duo Libri Carminum subjecti sunt, quorum alter, qui *Adoptivorum Liber* inscribitur, continet Carmina, ad ipsum *Petrum Dorvillium* scripta, in quibus multa sunt egregia Virorum clarissimorum, *Hoogstratani*, *Sibersmæ*, *Oudendorpii*, *Jac. Snakenburgii*, sed plurima *Phil. Dorvillii*, Carmina, cujus insignis & par fraternæ facultas poetica jam aliunde nota est. Ultimum locum tenet *Liber Epicediorum*, in obitum *Petri Dorvillii* scriptorum a viris doctis, ex quo sane intelligitur, bonam adhuc in Batavis virorum doctorum copiam esse, qui Latinos versus, & eos quidem probabiles atque elegantes, possint scribere; quod sane bonum bonis literis signum putandum est, cum usu docti sciamus, cum Poetis bonis literas effloruisse & occidisse.

PHILOSOPHICA CHRISTIANI WOLFFII, Mathem. ac Philos. in Acad. Marburg. P. P. aliorumque recentiorum, DU-VIGIERII præsertim & LEIBNITII, de origine & præexistentia animarum, theologice discussa atque excussa, sententia.

Veronæ, 1738, 8.
Plag. 22 dimidiatæ.

Occasionem scribendi hunc Tractatum Autori doctissimo, *F. Th. Gundisalvo Carattini O. P.* nova dedit *Wolfianæ* Philosophiæ editio, quæ cœpta est *Veronæ*, typis *Dionysii Ramanzini*. Cum enim *prior Theologiæ naturalis Tomus*, antequam prelo subderetur, illi commissus esset examinandus, hoc potissimum dogma, de præexistentia tum corporum humanorum, tum ipsarum etiam animarum, in primis parentibus, spongia dignum, & catholicis scholis minime inveliendum, censuit. Quod cum ægre ferri intelligeret a nonnullis Celeberrimo *Wolfio* ad-

dictis, quibus aut minus aptus, aut certe morosus, censor videretur, qui ea probare nollet, quæ & alii censores catholici approbassent, & catholici quoque scriptores, velut *Du-Vigierius* statuissent, non tamen eo se adduci passus est, ut sententiam mutaret; sed hoc promisit, se, quibus de causis isto modo censuerit, quamprimum ostensurum. Ita natus libellus est quem nunc in manibus habemus; in quo studiosissime collegit Autor omne genus argumentorum, quibus uti possit Theologus catholicus, ad sententiam illam de præexistentia hominum refellendam. Primum ex sacris literis & ex *Mosaica* creationis historia illud urget, non homines universos ab initio creatos esse sed duos, per veras generationes deinceps multiplicandos. Ea etiam loca excitat, ubi de sterilitate piarum quarundam fœminarum sermo est; itemque ea, ubi in utero divinitus formari homo dicitur; diemque suum natalem execrantem *Jobum* ita affatur: *Quamobrem tam sero tempori maledicis, o bone Jobe, si ab ipso mundi exordio efformatus es?* Post divinorum autoritatem oraculorum, autoritate quoque Ecclesiæ universæ, Concilii Lateranensis V, Pontificum Romanorum, Patrum, Doctorum Scholasticorum, & Juris Pontificii peritorum, ipsorumque Philosophorum, contra adversarios suos pugnat. Docere deinde conatur, nullam rationem naturalem novo systemati suffragari, planeque enormia & absona esse, quæ inde sequantur. Addit de virginitatis & continentiæ voto, de matrimonii insolubilitate, & de monogamiæ lege, quas res haudquaquam pati arbitratur, ut singulos homines in mundi exordio creatos cum *Adamo* statuamus. Denique & dogma peccati originalis obscurari potius in adversariorum novo systemate, quam dilucidari, contendit. Afferemus pauca quædam, ipsis Autoris verbis, ex *Capite X* libri, ubi de ratione naturali agitur. *Principium*, inquit, *illud*, *cui Philosophi recentiores*, *Poliporum ad instar*, *super hac quæstione adhærescunt*, *est generationis substantialis impossibilitas. Quod principium adeo verum putant*, *ut ejus probationem otiosi hominis esse velint*, *& in oppositum mussitare Peripateticorum delirium. Ex hoc principio*, *ipsis inconcusso*, *inferunt statim*, *sapientissimum Numen creasse in mundi exordiis*, *quotquot sunt*, *fuerunt olim*, *& erunt deinceps*, *homines*,

...rum. *Quæ argumentatio utroque pede claudicat. Primo enim, quamvis demus, impossibilem prorsus esse novarum substantiarum genesin, quid inde? Ergone Deus initio mundi omnia & singula corpora efformavit, omnes & singulas animas creavit? Hanc consecutionem centum juga boum, si ducerentur, non traherent; nam & Cartesiani & Gassendistæ æque novas gigni substantias inficiantur, & tamen nec somniantur quidem id inferre. Deinde, cur nova corpora fieri non possunt?* &c. De Medicorum quorundam & Philosophorum observationibus, ope microscopiorum, circa vermiculos in semine animalium, factis, hæc apud Autorem nostrum leguntur: *Quoniam cum Medicis, qui vitæ & mortis nostræ arbitri sunt, contendere nolumus, quæcunque hi se vidisse narrant, pro visis habemus. At quid inde? Num animalcula, quæ observarunt, ab initio mundi creata sunt? Num adeo grari archeismi sunt, ut omnes antiquitatis characteres, canos crines, corrugatamque frontem, deprehenderint? aut, quæcunque deinceps nascitura sunt, ipsis inclusa observarunt? Minime gentium; etiamsi centum aut mille conspicilla naso imponant.* Sub finem *Capitis*, unum e multis se allaturum experimentum, contra animantium mundo coævorum patronos, profitetur doctissimus Autor, quod ut quis videat, nec microscopio opus sit, nec conspicillis, de asino videlicet, ex equa mulum generante. *Quodsi enim*, inquit, *in primo asino Deus posuit omnes asinos, qui fœminarum utero excepti in ea postea, quam a Deo acceperunt, forma nascerentur, profecto ex asino non nisi asinus nasci debet, sive asina, sive equa, sit fœmina, quæ parit: cur mulus equæ similior, quam asino? Muli, cui non est intellectus, quotidianum semperque uniforme experimentum satis docet, Deum non posuisse in primis animantibus cuncta animantia, nec proinde in primo homine omnes & singulos homines.* Hæc Autor hujus libelli, qui de cetero ipsum *Wolfium* nostrum, quod ultro deleri ex editione Philosophiæ suæ Veronensi jussit, quæ Censoribus displicuissent, magnis extollit laudibus, eique, una cum Nestoreis annis, veram in Deum fidem apprecatur.

EXCERPTA EX LITERIS JACOBI MERRICK, Oxoniensis, ad F. O. M., quibus Nova quædam literaria continentur.

Frisch-

Frischliniana Tryphiodori editione, cujus usum mihi concessisti, me in Græco *Tryphiodori* contextu emaculando haud leviter adjutum, libens profiteor. Tota autem hujus mei Opusculi ratio hæc est. Primum locum obtinet Dissertatio, sermone Anglico scripta, in quam contuli, quicquid de *Tryphiodoro*, ejusque scriptis, hinc inde potui colligere. Huic succedit Versio Anglica, cum perpetuo Commentario in quo e scriptoribus sacris & profanis ea congessi, quæ aut *Tryphiodorum* illustrare, aut ex eo illustrari, posse videbantur. Una cum his in lucem prodibit ipsum *Tryphiodori* Poema, variis Codicis MSti lectionibus & selectis Virorum doctorum notis emendatum, quibus meas qualescunque conjecturas adjunxi. Græco denique contextui metricam *Frischlini* Versionem, erroribus typographicis (quibus pessime conturpata est) repurgatam, subjeci. Longe quidem abest, ut multum utilitatis aut ornamenti ex his meis nugis Reipublicæ literariæ accessurum esse existimem; nec tamen operis suscepti prorsus pœnitet, dum mecum reputo, quot Viri ingenii & doctrinæ laude celeberrimi conatus meos adjuverint, & me favore suo honestarint. Cum autem me tibi significare velis, quid novi in re literaria apud nos geratur, visum est pauca hæc tibi, quæ votis tuis aliquatenus satisfactura spero, indicare. Prelo propediem subjicietur Liber *Jobi*, in versiculos metrice divisus, cum versione Latina Cl. *Alberti Schultens*, notisque, ex ejus Commentario excerptis; quibus suas etiam Annotationes, ad metrum præcipue spectantes, adjecit *Richardus Grey*, S. T. P. Idem Vir doctus A. 1738 Novam linguæ Hebraicæ methodum, Anglico sermone scriptam, evulgavit; cui adjunxit Proverbiorum librum, metrice divisum, & Notis criticis illustratum. Libri præcipue notandi, qui sub prelo Oxoniensi jam laborant, hi sunt: 1) Historia Muscorum, generibus XX absoluta, in qua species ad genera, varietates ad suas species, referuntur, & genera methodo naturali, a simplicioribus ad perfectiora progrediendo, disponuntur; ipsæ etiam species methodo quadam dispositæ sunt. Accedunt multæ noviter detectæ species, & ad finem Plantæ quædam aquaticæ rariores, muscis affines, describuntur. Cum Iconibus, ad viva naturæ exemplaria exacte factis, opera *Jo. Jac. Dillenii*, M. D. in Universitate Oxoniensi Botanices Professoris. 2) *Francisci Junii* F. F. Etymologicum Anglicanum, studio & opera Viri Rev. *Eduardi Lye* auctum & expolitum. 3) Scriptorum Ecclesiasticorum Historia literaria, Autore *Guilielmo Cave*. Editio novissima, ab Autore ipso ante obitum recognita & auctior facta. Prius hujus Operis Volumen jam in lucem prodiit, alterum prelo nuper commissum est. Anno fere abhinc literas accepi a Celeberrimo *Bernardo de Montfaucon* quibus mihi significavit, se *Eudociæ Macrembolitissæ* Opus ineditum, quod ΙΩΝΙΑ inscribitur, in Lexico suo novo, quod sub finem hujus anni typis daturus erat, editurum. Huic Lexico se ab annis plus LV manum admovisse scribit Vir eruditissimus, & quater mille voces reperisse, quæ in Lexicis Græcis omnibus desiderentur.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Februarii Anno MDCCXLII.

RERUM *MECLEBURGICARUM LIBRI OCTO, quibus, post brevem antiqui provinciæ sub Vandalis status expositionem, ea, quæ sub Divo Carolo Magno, ac ejus successoribus, domi forisque usque ad obitum Adolphi Friderici, primi Ducis Mecleburgici, gesta sunt, præterea origo, status, & forma Serenissimæ familiæ Mecleburgicæ, ejusque ditiones, jura sublimia, territorialia, decora, Regalia, &c. tam ex Historia antiqua, quam recentiori, ex pactis hæreditariis Serenissimorum Ducum inter se & cum Ordinibus, ex Jure Saxonico veteri, Statutis & Ordinationibus Provinciæ, &c. summa, qua fieri potuit, fide recensentur & illustrantur a MATTHIA JOANNE BEEHR, Equite Mecleburgico. Ex MSto edidit, & Præfationem de ratione, qua Germani merita sua in studium historicum in posterum amplificare possunt, vitamque Autoris, præmisit, JOANNES ERHARDUS KAPPIUS, Eloquentiæ in Academia Lipsiensi Professor.*

Lipsiæ, impensis Joannis Christiani Martini, 1741, fol. Alph. 11 plag. 4.

Si qua laus eis, qui aliorum populorum rebus pervestigandis se totos dederunt, tribuitur; multo eum sane magis de nobis bene meritum esse existimare debemus, qui in explicandis patriis rebus accurate versatur. Horum autem in numero Illustrem *Beerium*, Equitem Mecleburgicum, merito ponimus, qui suasu Illustriss. Domini *a Plessen*, amici Regis Daniæ, & Ill. Baronis *de Bernsdorff*, Angliæ Regis a Consiliis, Historiam patriam a *Taciti* temporibus usque ad *Adolphum Fridericum*, primum Ducem Mecleburgicum, scribere est aggressus. Quo

minus autem Operis, finiti jam, natales videre potuit Autor, morte impeditus, eo plus Celeberrimo *Kappio*, Prof. Eloquentiæ in Acad. Lipſ. Publico, debemus; qui poſthumum illud, ab Ill. *Chriſt. Aug. de Berkenthien*, cui Autor id commendaverat moriens, per *Kortholtum*, Concionatorem Legationis Danicæ Vindobonenſem, acceptum, in lucem edidit. Præfatus eſt Cel. *Kappius* de *ratione, qua Germani ſua merita in ſtudium patriæ hiſtoriæ amplificare poſſint*; ubi, Autoribus cujusvis ætatis optimis adductis, primum ſubſidia commemorat, quibus adhibendis Hiſtoria Germaniæ magis excoli poſſit; in quibus primo loco cognitionem ſcriptorum numerat. Et, quoniam vix ſufficere ad juſtam eorum cognitionem putat, quæ jam in manibus ſunt, *Eccardi, Heubelii, Struvii, Fabricii*, aliorumque, Bibliothecas; ut ad modum Bibliothecæ Gallicæ *Longianæ* perſcribatur Scriptorum Germaniæ theſaurus, vehementer optat. Deinde Principes maxime rerum patriarum cognitioni conſulturos exiſtimat, ſi alendo præmiisque majoribus afficiendo Hiſtoriæ ſtudioſos, eisque codices, documenta, actaque publica, ſubminiſtrando, ceteris ſtudium atque æmulationem incendant. Et, ut utiliſſimum patriæ hiſtoriæ cenſet fore, ſi conſuetudines atque antiquitates Germaniæ, nec non Hiſtoria eccleſiaſtica, & literaria, majore ſtudio coleretur, ita imitandos in ea re eſſe veteres docet, &, quæ *Polybius, Livius*, ac *Lucianus*, de utilitate Hiſtoriæ in vita civili, & republica adminiſtranda, diſſeruere, maximopere commendat. Pleraque commemorat veterum ſcripta, in Theotiſcam linguam converſa; optatque, ut & in hoc genere diligentius laboretur. Harum rerum omnium ut utilitatem, ita etiam obſtacula atque difficultates, & quomodo ſint ex tollendæ, explicat. Fontes denique, ex quibus ſua hauſerat *Beerius*, & *Hubneri* Catalogum Scriptorum Mecleburgicorum, ſubjunxit.

Jam ſupra monuimus, ipſum *Beerium* Commentariorum a *Taciti* tempore initium facere. Hæc itaque tempora uſque ad *Prebislaum II primo Libro* ita perſequitur, ut de veteribus Mecleburgicæ terræ populis, locis, moribusque, exponat. Res geſtas Ducum a *Prebislao* ad *Henricum X Libro II* complexus eſt, addito *tertio* de Herulorum Venedorumque Ducum ſerie, & *quarto* de ſtatu harum regionum publico. Ad *Henricum X* redit

redit sub initium *Libri V*, quo ceteros, qui eum secuti sunt, ad obitum *Ulrici IV* comprehendit, continuatque hanc enarrationem *sexto* & *septimo Libro* usque ad *Adolphi I* mortem, totumque Opus absolvit *octavo Libro*, in quo status provinciæ, qui nunc est, post pacem Westphalicam, accurate traditur. Hæc est totius Operis descriptio. Sed, ut melius, quid præstitum sit ab Autore, judicari queat, age, paulo plenius argumentum ejus commemorabimus.

Romani nihil certi de his regionibus, quas mare Balthicum alluit, propterea habebant, quod Albim nunquam transgressi, peregrina semper nitebantur autoritate, sed, quæ exercitus victores non cognoverant loca, ea cognita Romanis fecit simul & luxuria & avaritia, postquam succinum, quod ante in Pannoniam deferebatur, & per Venetos Romæ immenso pretio venibat, in illo littore legi per equitem Romanum *Neronis* tempore cognitum est; idque Romam navibus deferri cœptum. Pag. 5.
Tacitus itaque gentes, quæ hæc littora incolebant, scire, eorumque jam nomina *commemorare*, poterat. Hi populi coluerunt *Herthum*, cujus in quadam insula, autore *Tacito*, nemus fuit. Eam noster Rugiam potius cum *Cluverio*, quam *Helgenland* cum *Pontano*, interpretatur. Vandali deinde, a *Stilicone* exciti, cum ob multitudinem veteres sedes relinquere cogerentur, has occupant terras. Quibus in Africam profectis, ductu *Gizerichi* (qui agros occupatos militibus divisit, &, millenis equitibus Comitem præficiendo, originem domaniis atque Comitibus dedit,) sedes eorum vacuas Heruli Venedique invaserunt, Slavica gens, cujus mores veramque rerum gestarum narrationem, refutatis *Annii Viterbiensis* anilibus fabulis, tradit nobis Autor. Geographiam deinde subjungens, limites australium atque occidentalium Slavorum definivit, & *Adamum Bremensem*, obscure hos limites ponentem, illustravit. Ad orientalem Slaviam referebantur *Wagrii*, quorum metropolis *Altenburg* erat; *Polabingi*, quorum metropolis fuit *Racisburg*; *Obotriti*, quorum Deus *Radegast* in urbe *Gadebusch* colebatur, & in quorum ditione *Magnopolis* erat; *Warnabi*, *Linguones*, *Chizzini*, *Circipani*, *Tholosantes*, & *Rhedarii*. Occidentalem *Heruli* incolebant multique alii populi, quorum nomina

(margin: 9. — beside "fuit. Eam noster"; 13. — beside "runt, Slavica gens"; 39. — beside "bis Autor"; 41. — beside "mensem, obscure")

mina in Historia vix celebrantur. Apud Slavos nullum erat æs
signatum, sed permutatione rerum utebantur, signatam vero
pecuniam si quis inter prædam sortitus erat, Diis vovebat. In-
Pag. 50. ter ceteras animi dotes eorum pietas erga parentes, & liberalitas
in excipiendis hospitibus, quæ legibus etiam eis commendaba-
tur, apud Autores veteres celebratur. Obotritis perpetua cum
Carolo M. pax atque concordia erat, ipsique sub ductu *Witzani*
atque *Thrasiconis* suppetias tulere; in cujus beneficii memoriam
52. *Carolus* eis *Nordalbingorum*, *Holsatorum*, *Stormarchorum*, & *Thet-*
marchorum, quos antea expulerat, incolendas tradidit terras.
Varia deinde Slavorum fata. Sub *Carolo M.* & *Ludovico Pio*
in Danorum veniunt potestatem, nec ita multo post a Norma-
nis vincuntur. *Henricus Auceps* eis, quod auxilium Hunnis
tulerant, victis Hunnis, annuum tributum imposuit. Danorum
atque Obotritorum Reges eo tempore fidem Christianam pri-
60. mum amplectuntur. Slavi ab *Hermanno* & *Thiaderico*, legatis
Ottonis I, victi, certam obsequii formulam accepere *Ottonis I*,
& *III* tempore. Turbis in his gentibus ortis, pleræque ad pristina
sacra rediere. Sed, Ducum Slavorum usque ad *Prebislaum I* ge-
96. stis recensitis, ad regiminis formam Autor transit. Fuere Slavi
priscis temporibus liberi, &, quamvis pleræque gentes suos ha-
berent Reges, legum tamen vi potius, quam Regum infinita po-
testate, regebantur. Quilibet autem Rex IV Duces, totidemque
Comites, Barones, & Castellanos, sub se habuit. Obotritis sub
Carolo M. Duces fuere, ut & post ea tempora universis Slavis.
Horum imperium & Senatus, & optimatum atque nobilium, au-
toritate coercebatur, crebraque ipsis erant de re communi comi-
tia. Rerum ecclesiasticarum brevibus mentio fit, adduntur que de
Clericorum disciplina quædam. Postea, cum contendit, Duces
125. Mecleburgicos in Saxonum fuisse clientela, de tribus ordini-
128. bus Mecleburgici Ducatus differit, primoque loco Comites
fuere, quibus belli gerendi, jurisque dicundi, cura erat deman-
data. His secundus suberat ordo militum, quorum unusquis-
134. que quatuor jugera agri (mansos appellant) possidebat. Servo-
rum tertia & infima quidem classis, qui, ut *Helmoldus* explicat,
Schildknappen dicti, commeatus militibus afferebant.

Hi

His traditis, ad Ducum historiam *Libro secundo* redit *Beerius*, ubi primus *Prebislaus II* se offert. Alter ponitur *Henricus II*, qui, pace cum *Henrico Leone*, Saxonum Duce, adversus quem arma sumserat, inita, patriam, civilibus bellis dilaceratam, in ordinem redigere studet. Revocatis exulibus, exstructis, sive instauratis, urbibus, Senatui pristinam autoritatem restituit. Plures praeterea Teutonicos in Slavorum civitates assumsit, & equitibus oppidi Parchim tutelam dedit, quos ab omni tributo & judicio municipali (*Marckgeding*) immunes fecit, & proprium ipsis judicium constituit. Pag. 180.
Reliqui Duces operam inprimis in exstirpandis praedonibus navarunt. *Henricus Leo*, Dux Mecleburgicus, adversus Rugiam Insulam arma tulit, vastata omni Insula, pluribus captis urbibus, pacem iniit cum Rugiae Principibus, ut 35000 marcarum argenti contentus, juri suo in hanc Insulam renuntiaret. 303.
Qui *Leonem* secutus est *Albertus II*, varias irruptiones in Rugiam tentavit, sed irrito semper conatu domum rediit. Regem Sueciae *Albertum III* ex suis Ducibus Mecleburgenses videre, infelicem tamen, captum a *Margaretha*, Daniae *Regina*. *Abalienatis* deinde Suecorum animis, juri suo in Borealia regna renuntiat. Academia Rostochiensis natales *Joanni* & *Alberto* Ducibus debent, quorum literae publicae, quae de Academiae institutione scripserant, ab Autore adducuntur, simulque solennia inaugurationis recensentur. *Henricus X*, quem prodigum fuisse Autores tradunt, omnes Principatus, qui post *Henricum I* suis Ducibus gaudebant, mascula deficiente stirpe, cum Mecleburgicis Ducibus conjunxit. Horum Ducum genus *tertio Libro* lectoribus sistit *Beerius*. Autorem 422.
Principum Herulorum *Nicolaum V*, *Henrici II* nepotem, atque hujus stirpis ultimum *Guilielmum*, nuncupat. Dein ad Rostochiensem transit stirpem, cujus conditor *Burevinus*, ultimus 424.
autem *Ulricus*, fuit. Adjuncta *Libro tertio* Suerinensium Comitum Genealogia, ad rempublicam Mecleburgicam *Libro quarto* illustrandam pergit. Hic non modo regiminis formam atque ecclesiasticam continet disciplinam, sed & de equestri ordine, de maritimis civitatibus, & rustica plebe, agit. Mecleburgicos Principes in Brandenburgicorum fide fuisse negat, nec id ex eo 502.

concludi posse contendit, quod *Nicolaus V* apud Brandenbur gicos Marchiones & aulica & castrensia meruerit stipendia Nam, si hæc ratio valeret, consequi, ut etiam *Rudolphus Habspur*
Pag. 534. *gicus*, *Ottocari* aulæ præfectus, in Bohemiæ clientela fuerit. Jan tum Episcopi Academici, omnisque Clericorum ordo secularis fori jurisdictioni non suberat, sed exceptionem privilegiati ha bebant. In tradendis Suerinensium Comitum insignibus *Spene rum* reprehendit, qui brachium, e nube porrectum, annulum que tenens, insigne Suerinense fuisse dicit, cum potius ad Star gardensem pertineat. Juribus deinde Mecleburgensium ex plicatis, quomodo cum Saxonicis vel conveniant, vel ab ii
598. discrepent, monstrat Cel. Autor, &, equitum virtute laudata eorum etiam jura circa prædia ex tabulis emtionis prædiorun *Struve* & *Gustekowe*, quæ fratres *de Plessen* Episcopo Lubecen vendiderunt, docet. In explicandis Hanseaticarum civitatun juribus *Jo. Ang. Werdenhagen* & *Joach. Hagemaierum* secutu est, omnesque earum leges ex *Korneri* Chronico novello ex plicavit. Multas immunitates, a Regibus iis concessas, brevem que rerum ab his urbibus gestarum enarrationem, annectit, & posteros *Henrici X Libro quinto* narrat. Eo tempore plerum que hoc servatum est, ut, si plures in Mecleburgensi Ducat essent fratres, communem inter se haberent rei publicæ admini strationem. Horum Ducum ab *Alberto VII*, *Magno III*, & *Bal thasare*, *Henrici X* filiis, usque ad *Ulricum IV* res gestæ cum e fide dignis scriptoribus explicantur, tum præsertim documen tis literisque publicis illustrantur. Primordia repurgatorun sacrorum in his terris in Episcopatu Suerinensi ac Rostochien
859. sub *Magno II* fuere, quæ postea latius propagabantur, cum Du *Albertus VIII*, quamvis Romano-Catholicis addictus sacris, Lu theranis tamen partibus faveret. *Joannis Alberti I* maxim tunc erat cura, ut, antiquatis Pontificiorum sacris, Augustan Confessionis formulæ omnis se Ducatus addiceret. Plura Cœno biorum bona fisco addixit, cetera piis causis sacravit. Ceterun Cel. Autor equestris ordinis conditionem atque privilegia, & inprimis de jure braxandi inter hunc & oppidanum ordinem sub hujus *Libri* finem exponit, & *sexto* ad res ab *Adolph*

Fride

Friderico I, & *Jo. Alberto II*, uſque ad pacem Weſtphalicam geſtus pergit. Nondum adulti Principes *Adolphus* & *Albertus II* a tutore *Carolo I* Lipſiam ſtudiorum cauſa mittuntur, ubi *Adolpho* Academiæ Rectoratus defertur. Domum cum reverſi eſſent Principes, in Comitiis Sternbergenſibus A. 1602 equites & oppidani de immenſis tributis & teloniis, huc uſque a Ducibus ipſis impoſitis, & de injuriis Principum ac Præfectorum, qui nimis moroſi operarum redituumque exactores fuerant, vehementer querebantur. *Adolphus Fridericus*, etſi tributorum magnitudini detrahere quidquam ſtuderet, impedire nullo modo poterat, quo minus A. 1620 alias adhuc querelas, præſertim de ſacris mutandis, proferrent. Præcipuæ erant de Eccleſia Cathedrali Guſtrovienſi controverſiæ, ne ea Duci *Alberto* traderetur. Tandem ſub iisdem Principibus pax conſecuta, datæque utrinque literæ reverſales. Diviſio deinde Mecleburgenſium terrarum in Suerinenſem, quem *Adolphus II* ſortitus erat, & Guſtrovienſem, quem *Albertus II* acceperat, Ducatum, eo tempore orta eſt. Utriusque *ditionis urbes* atque *jura* ab Autore definiuntur. *Interim bellum* illud tricennale oritur, in quo varia perpeſſi ſunt Duces Mecleburgici fata. Cum enim *Christianus IV*, Daniæ Rex, ab Ordinibus inferioris Saxoniæ ea lege dux belli deligeretur, ut pacem publicam in his terris ſuſtentaret; *Adolphus* & *Albertus*, celebratis Roſtochienſibus comitiis, ſubſidia eidem Regi ſubminiſtrarunt. Quamvis itaque *Ferdinandus* Imperator Duces Mecleburgenſes, miſſo ad eos *Henrico Hasſano*, ut a ſocietate cum Rege inita deſciſcerent, enixe hortaretur, a propoſito tamen nunquam receſſere, eorumque verba, quibus hanc ſocietatem excuſant, a Cel. Autore relata legimus. Interim omnia ad bellum parantur. *Christianus* Rex *Tyllio* cum ſuo & Saxoniæ inferioris exercitu occurſat, manum cum Cæſareanis apud *Lutheram* conſerit, ubi, Danicis copiis fugatis, *Wallenſteinius* in Mecleburgicas terras copias ducit, Ducibusque *Adolpho I* atque *Alberto* a Cæſare proſcriptis, hunc Ducatum occupat, & in clientelam a *Ferdinando* accipit. Duces legitimi ſuas ditiones non prius recuperare poterant, quam cum *Guſtavus Adolphus*, Sueciæ Rex, victo Cæſaris exercitu A. 1631, eos civibus

Pag. 982. 1014. 1068. 1070.

ſuis

ſuis reſtitueret. Ea, quæ ab his temporibus ad obitum uſque *Adolphi* Ducis geſta ſunt, *ſeptimo Libro* includit, &, cum omne bellum tricennale, ceterasque in Germania res geſtas, cum patria hiſtoria *quatuor* primis *Capitibus* conjunxiſſet, *quinto* ad ipſas pacis conditiones pergit. *Abrah. Kayſerus* ad hos conventus mittebatur, qui *Adolphi* nomine peteret, ut Lowenburgenſis Ducatus, exſtincta ſtirpe Saxonica, & Commendæ Ordinis Melitenſis *Mirow* & *Nemerow*, ad ſe pervenirent, eaque de re tabulæ publicæ fierent. Magnæ inde oriebantur diſceptationes, ſed tandem Articulo duodecimo pacis cautum, ut Duci-
1450. bus Suerinenſis & Razeburgenſis Epiſcopatus & Commenda ſupra nominatæ ea lege concederentur, ut *Mirow* Suerinenſi *Nemerow* vero Guſtrovienſi, adſcriberetur Ducatui. *Octavo Libro*, cum de hodierna reipublicæ Mecleburgenſis forma conſtituerit dicere, primum de ſitu, moribus, titulo, ac inſignibus diſſerit; deinde de juribus Ducum, cum privatis, tum publicis nec non de ſuffragiis eorum in Imperii Germanici comitiis ex-
1537. plicat. Tria enim eorum numerat ſuffragia, ob Guſtrovienſem & Suerinenſem Ducatum, ac denique Suerinenſem Epiſcopatum. Inde ad eorum jurisdictionem, & in rebus ſacris & politicis, pergit, additque de eorum curiis & reditibus fiſci quædam. Equeſtrium familiarum non tantum nomina, ſed & jura, tam realia, quam perſonalia, attulit, deque eorum ſubjectis & liberis, & glebæ addictis, agit. Porro, expoſitis juribus civitati Roſtochienſis, rationem litium in foro agendarum narrat, ultimoque loco de concordia & unione Ordinum Mecleburgenſium exponens, Opus ſuum abſolvit.

DISQUISITIO CHRONOLOGICA DE SUCCESſione antiquiſſima Epiſcoporum Romanorum inde a Petro uſque ad Victorem; ubi, occaſione data, de pluribus aliis, ad Hiſtoriam eccleſiaſticam ſpectantibus, agitur. Accedunt quatuor Diſſertationes: duæ de Conſtitutionibus, Apoſtolicis dictis, una de ſcriptis Dionyſii Pſeud-Areopagitæ, & una de annis Agrippæ junioris, Judæorum Regis. Autore

JO.

JO. PHILIPPO BARATTERIO, A. M. & Reg. Pruſſ. Societatis Sodali.

Ultrajecti, apud Stephanum Neaulme, 1740, 4. Alph. 1 plag. 19.

Ultimum fœtum Juvenis, ad miraculum docti, ſed in ipſis adoleſcentiæ primordiis immaturo fato oppreſſi, mœrentes nuntiamus, quem divini ingenii beneficio, ac ſingulari doctrina, qua puer adhucdum efflorescere cœperat, ad omnis generis literas promovendas amplificandasque plurimum collaturum eſſe, omnino confidebamus. Inerat ipſi mens prorſus egregia, quæ incredibili celeritate in abditos artium atque ſcientiarum receſſus ſe immittebat; inſatiabili quodam ſciendi deſiderio rapiebatur; paucis, ſed juſtis, conformatus præceptis, ad omnem eruditionem graſſabatur. At enim debili utebatur corpore, quod cum tantæ contentioni ſuſtinendæ par non eſſet, præcipitatum fatum, non ſine ingenti rei literariæ damno, ipſum oppreſſit. Patriam nactus erat Suobacum, urbem Franconiæ haud incelebrem, ubi loci tum temporis parens ipſius, Vir plurimum Reverendus, *Franciſcus Baratterius*, unicus, idemque feliciſſimus, eruditi hujus juvenis ſtudiorum moderator, Paſtorem cœtus Gallicani agebat, editus in hanc lucem d. 19 Jan. A. 1721. Admirabilis ingenii alacritate id conſecutus eſt, ut anno ætatis quarto Gallicam, Germanicam, Latinamque linguas expedite ſatis loqueretur. Anno quinto ad Græcas literas ſe accinxit, inde ad Hebraicam, Rabbinicam, Talmudicam, Syriacam, & Arabicam, linguas atque dialectos ſe convertit, ac in illis tantum profecit, ut *Benjaminis Tudelenſis Itinerarium* in ſermonem Gallicum transferret, doctis annotationibus paſſim illuſtraret, ac Diſſertationes, multa eruditione refertas, ſubjungeret; quod Opus evulgatum eſt Amſtelodami A. 1734, 8. Ab illo tempore doctorum Chriſtianorum, quos Patres appellare conſuevimus, ſcripta, tum Græco, tum Latino, ſermone conſignata, diligenti manu volvere ac revolvere eſt aggreſſus, hujusque ſuæ induſtriæ luculentum ſpecimen edere voluit, edito *Anti-Artemonio*, directo contra *Samuelem Crellium*, typis exſcripto Norimbergæ A. 1735, 8. Contigit interea

 temporis,

temporis, ut ipso hoc anno parens, jussu Augustissimi Borussiæ Regis *Friderici Wilhelmi*, accitus, Suobaco exiret, Sedinum, ut ibidem sacro ministerio fungeretur, petiturus. Hic igitur, filium unicum secum ducens, salutatis in itinere Academiis Jenensi ac Lipsiensi ad Fridericianam Halensem accessit. Ibi loci cum juvenis *Baratterius* ad Virum Perillustrem *de Ludewig*, Universitatis Cancellarium, deduceretur, is, ut est ingeniorum acerrimus cognitor & justus æstimator, perspecta stupenda ipsius in tanta ætatula doctrina, effecit, ut, cum ante eruditionem suam Philosophorum ordini comprobasset, ac Theses aliquot varii generis in confertissima Academiæ concione publico cum plausu propugnasset, 14 vix emensus annos, Philosophiæ Magister gratis renunciaretur. Hoc facto, Berolinum cum utroque parente perrexit, tantaque ipsum Rex, pariterque Regina, gratia sunt dignati ut aliquoties aditum ipsi fecerint, cum eo sermones miscuerint, jusserintque eum, præsentibus ipsis, cum viris summis eruditissimisque super variis argumentis sermonem instituere. Regina amore tanti ingenii adeo est capta, ut per pictorem suum imaginem illius accuratissime effingendam curaverit, repositam postea inter effigies illorum, quos Augustissima Princeps magni facit & æstimat. Ne autem occasio deesset *Baratterio*, doctrinam suam ad summum provehendi fastigium, Rex parentem Halam remisit, ut sacris publicis cœtus Gallicani præesset; filio præcepit, ut vel maxime Jurium disciplinæ, qua late patet, ac Historiæ animum adjiceret, decreto ipsi annuo stipendio, eumdemque Academiæ majorem in modum commendavit. Halam redux, assidua industria coluit Viros summos, *de Ludewig*, *Bœhmerum*, *Heineccium*, *Gasserum*, in Philosophia naturali ducem secutus *Jo. Joach. Langium*. Nec tamen vel sic quidem ab amore Historiæ priscæ, Chronologiæ; Matheseos, ac Astronomiæ se abstrahi est passus, ut non subinde ad illas diverteret, ex iisdemque aliquid in communem usum proferret. At vero malum, quocum a decimo ætatis anno conflictabatur, ita tandem invaluit, ut, vitiata omni sanguinis temperie, in languorem incideret, qui tandem d. 5 Oct. A. 1740 vitæ finem ipsi fecit, cujus exuvias, quo publice constaret omnibus, quanti ipsum faceret

su

suo monumento inferri curavit Perillustris *de Ludewig.* Dolendum sane est, virum juvenem tantæ eruditionis fama florentem, summamque de se spem ac exspectationem concitantem, illa tempestate decessisse, qua alii Academiæ spatia demum ingrediuntur, certe illa nondum sunt emensi, unaque spem tot aliorum insignium, quæ moliebatur, operum intercidisse, v. c. *Hæresiologiæ*, *Historiæ tricennalis belli*, *Examinis Dynastiarum Ægypti*, &c. quem ad modum etiam sententia ipsi stabat, præsentem, quam in manibus habemus, Disquisitionem prosequi, & eadem via ad reliquos Ecclesiæ Romanæ Præsules progredi.

Huic, quam B. Autor, annos 18 natus, prelo paravit, obstetricantes manus præbuit Vir Rev. *Jo. Henr. le Maitre*, qui eam *Phil. Pelissonio*, cœtus Gallicani apud Bremenses Pastori, inscripsit, rationem studiorum, scripta jamdum edita, &, quæ adhucdum molitur, enarrans. In Præfatione *Baratterius* noster indicat, se potissimum, ut manum huic argumento expediendo admoveret, inflammatum eo fuisse, quod Chronologia primorum Episcoporum Romanorum admodum sit turbata, nisi quod *rectiora hic præceperit Jo. Pearsonius*, Cestriensis, & *Dodwellus*, quos secutus est fere, ita tamen, ut passim quædam nova insereret. Opus ipsum absolvitur consideratione temporis ac ordinis, quo primi Episcopi Romani munus suum sunt auspicati, idemque illud morte sua vacuum reddiderunt, *Capitibus XVII*; cui adhærent Dissertationes IV argumenti historici. Singula breviter percurremus. *Cap. I* disserit Autor de *itinere Petri Romano*, quem Romæ fuisse, testimoniis, si non æqualium, saltem ætati illius proximorum, scriptorum scilicet Sec. I, II, III, illorum nullo contrarium asseverante, via demonstrationis, quæ ad ἀπόδειξιν quam proxime accedit, evincit. Quod autem vulgo dentur ipsi anni 25, quos Romæ sedisse dicitur, illius fontem inde repetit, quoniam *Eusebius* mortem Christi cum anno ætatis illius 32 conjungat, mortem *Petri* conjiciat in annum Christi 69, hinc intermedios annos 37 ita partiatur, ut illorum annos 12 assignet sedi Antiochenæ, quot secundum antiquam traditionem ex jussu Christi Hierosolymis intraque Judæam internuntii Domini commorari debuerint, reliquos 25 annos det prædicationi inter gentiles, & quidem in urbe Pag. 13.

principe

principe Roma. Romam venisse *Petrum*, docet, sub initiis imperii *Neronis*, quod ex *Lactantio*, *Leone M.*, aliis, it demonstratum. Ibi autem non diu substitisse, sed, antequam eo veniret *Paulus*, inde discessisse, qui ad urbem accesserit A. 56 circa Martium, vel Aprilem, cum *Petrus* eo concesserit A. 54 Octobri forte, ibidemque manserit per annum ac dimidium, ad ver usque A. 56. *Petrum* Romæ non fuisse, cum *Paulus* ad Romanos scriberet, inde probat, quia illum in Epistola sua non salutet, quæ exarata fuerit illo temporis articulo, quo iter in Judæam meditabatur
Pag. 19. *Cap. II* probat, *Petrum*, Roma abeuntem, sacrorum summum antistitem constituisse *Linum*, testibus *Irenæo*, *Tertulliano*, *Epiphanio*, *Optato*, *Augustino*, ac huic surrogatum esse *Cletum*, sive *Anacletum*, sive *Anencletum*, ex quibus non duo distincti homines faciendi; a qua recensione cum discedat Catalogus Romanus, qui *Lino Clementem* dat successorem, variis primorum Episcoporum Romanorum Catalogis invicem compositis, illum
31. Romanum scilicet, corruptum esse, pronuntiat. *Cap. III* docet, *Cleto* successisse *Clementem*, quem a *Petro* initiatum fuisse, ex *Recognitionibus Clementinis*, quas Sec. II medio priores fuisse arbitratur, *Constitutionibus*, sic dictis, *Apostolicis*, *Rufino*, *Catalogo Romano*, ipsa *Epistola Clementis Romani*, quam A. 68 consignatam esse tuetur, *Herma* Pastore, ipsaque Chronologiæ consecutione, probat, &, per tempus aliquod *Linum* atque *Cletum* simul Ecclesiam Romanam rexisse, contendit. Quam suam sententiam adversu
44. *Dodwelli* ac *Pearsonii* objectiones *Cap. IV* vindicat. Inde ad singu-
55. lorum Episcoporum annos strictius determinandos *Cap. V* progreditur. Docet autem, *Petrum* Ecclesiæ Romanæ tantum per annum unum & aliquot menses præfuisse, ipsi autem in Catalogo Romano duos tribui annos, quod fractiones in Chronologia fere negliguntur. *Petrum* & *Paulum* A. 68 Romæ violenta morte peremtos fuisse, cum *Pearsonio* statuit. *Linus* sedem Romanam tenuit annos 11 completos. Annos 12, quos alii ipsi adscribant, de inchoatis esse intelligendos, ab anno Christi 56 ineunte ad annum
65. usque 67, & quidem circa illius medium. Hoc fato functo *Clemens* ipso illo anno sacrum munus iniit, idemque illud ad A. usque 76 administravit, cui in omnibus Catalogis dantur anni 9 adeoque

adeoque *Dodwellus*, qui ipsi tribuit annos 14, & *Pearsonius*, qui fere 6 vel 7, audiendi non sunt. *Anencletus* ex aliorum sententia ad clavum ecclesiæ sedit annos 12, ex aliorum relatione annos 2, quæ diversitas ita tolli potest, ut 2 annos una cum *Lino*, ecclesiæ Judaicæ Episcopo, præfuerit, 10 annos ecclesiæ gentilium, quarum illa fundata a *Petro*, hæc a *Paulo*. *Cap. VI* inquirit in tempus mortis *Jacobi* justi, quam intentatam quidem existimat ab *Anano* Pontifice, ipso opere autem non longe ante excidium Hierosolymitanum effectui datam esse. *Joannes*, quem *Papiam* audivisse testatur *Eusebius Hist. Eccl. Lib. III Cap. ult.* non est *Joannes* Apostolus, sed Presbyter aliquis, quo nomine tantum venit, & quia cum *Aristione* conjungitur, imo huic postponitur. Autor Epistolæ ad *Diognetum*, quæ inter Opera *Justini Martyris* habetur, est *Clemens Romanus*, quod ex convenientia stili, ac aliis internis argumentis, demonstratur. *Cap. VII* ad Romanorum Episcoporum seriem regreditur. In *Evaristi*, *Clementis* successoris, annis definiendis dissentiunt admodum Autores. Nostro videtur in episcopali dignitate exegisse annos 9, ab A. *76 ad 85*. *Alexander*, proximus ab illo, præfectum Ecclesiæ egit annos 11, ab A. 85 exeunte ad A. 97 ineuntem; *Xystus*, vel *Sixtus*, annos 10 completos, ab A. 97 inchoato ad initium usque anni 107, quo generalis persecutio sub *Trajano* est grassata. Per reliquum anni tempus sedem Romanam vacasse, ex *Ignatii* Epistolis adstruit. In quem ipsum annum mors *Ignatii*, non autem 115, quod *Pearsonio* placuit, incidit. Occasione hac in initium belli, a *Trajano* in Armenos moti, & item tempus terræ motus Antiocheni, inquirit. *Telesphorus* Episcopi munere fuit per annos 11, ab A. 108 incipiente ad A. 118, quo ipso, jussu *Hadriani* Augusti, martyrii corona est donatus. *Hyginus* 4 annos in Episcopali sede traduxit, ab A. 118 ad A. 121, vel primordium anni 122. In nonnullis Catalogis ex confusione annorum *ipsius* & successoris *Aniceti* ipsi anni 12 adscribuntur. Cui anno cum res admodum illustres innectantur; *Cap. VIII* tempus scriptarum Apologiarum *Justini Martyris* determinat. *Urbicus*, autor persecutionis in Christianos, fuit Præfectus prætorio. Nomen, quod ipsi datur, est proprium. Munus suum est sortitus

Pag. 67.
69.
78.
94.

mina in Historia vix celebrantur. Apud Slavos nullum erat æs
signatum, sed permutatione rerum utebantur, signatam vero
pecuniam si quis inter prædam sortitus erat, Diis vovebat. In-
Pag. 50. ter ceteras animi dotes eorum pietas erga parentes, & liberalitas
in excipiendis hospitibus, quæ legibus etiam eis commendaba-
tur, apud Autores veteres celebratur. Obotritis perpetua cum
Carolo M. pax atque concordia erat, ipsique sub ductu *Witzani*
atque *Thrasiconis* suppetias tulere; in cujus beneficii memoriam
52. *Carolus* eis *Nordalbingorum*, *Holsatorum*, *Stormarchorum*, & *Thet-
marchorum*, quos antea expulerat, incolendas tradidit terras.
Varia deinde Slavorum fata. Sub *Carolo M.* & *Ludovico Pio*
in Danorum veniunt potestatem, nec ita multo post a Norma-
nis vincuntur. *Henricus Auceps* eis, quod auxilium Hunnis
tulerant, victis Hunnis, annuum tributum imposuit. Danorum
atque Obotritorum Reges eo tempore fidem Christianam pri-
60. mum amplectuntur. Slavi ab *Hermanno* & *Thiaderico*, legatis
Ottonis I, victi, certam obsequii formulam accepere *Ottonis II*
& *III* tempore. Turbis in his gentibus ortis, pleræque ad pristina
sacra rediere. Sed, Ducum Slavorum usque ad *Prebislaum I* ge-
96. stis recensitis, ad regiminis formam Autor transit. Fuere Slavi
priscis temporibus liberi, &, quamvis pleræque gentes suos ha-
berent Reges, legum tamen vi potius, quam Regum infinita po-
testate, regebantur. Quilibet autem Rex IV Duces, totidemque
Comites, Barones, & Castellanos, sub se habuit. Obotritis sub
Carolo M. Duces fuere, ut & post ea tempora universis Slavis.
Horum imperium & Senatus, & optimatum atque nobilium, au-
toritate coercebatur, crebraque ipsis erant de re communi comi-
tia. Rerum ecclesiasticarum brevibus mentio fit, adduntur que de
Clericorum disciplina quædam. Postea, cum contendit, Duces
125. Mecleburgicos in Saxonum fuisse clientela, de tribus ordini-
128. bus Mecleburgici Ducatus differit, primoque loco Comites
fuere, quibus belli gerendi, jurisque dicundi, cura erat deman-
data. His secundus suberat ordo militum, quorum unusquis-
134. que quatuor jugera agri (mansos appellant) possidebat. Servo-
rum tertia & infima quidem classis, qui, ut *Helmoldus* explicat,
Schildknappen dicti, commeatus militibus afferebant.

Hi

His traditis, ad Ducum historiam *Libro secundo* redit *Beerius*, ubi primus *Prebislaus II* se offert. Alter ponitur *Henricus II*, qui, pace cum *Henrico Leone*, Saxonum Duce, adversus quem arma sumserat, inita, patriam, civilibus bellis dilaceratam, in ordinem redigere studet. Revocatis exulibus, exstructis, sive instauratis, urbibus, Senatui pristinam autoritatem restituit. Plures præterea Teutonicos in Slavorum civitates assumsit, & equitibus oppidi Parchim tutelam dedit, quos ab omni tributo & judicio municipali (*Marckgeding*) immunes fecit, & proprium Pag. 180.
ipsis judicium constituit. Reliqui Duces operam inprimis in exstirpandis prædonibus navarunt. *Henricus Leo*, Dux Mecleburgicus, adversus Rugiam Insulam arma tulit, vastata omni Insula, pluribus captis urbibus, pacem iniit cum Rugiæ Principibus, ut 35000 marcarum argenti contentus, juri suo in hanc Insulam 303.
renuntiaret. Qui *Leonem* secutus est *Albertus II*, varias irruptiones in Rugiam tentavit, sed irrito semper conatu domum rediit. Regem Sueciæ *Albertum III* ex suis Ducibus Mecleburgenses videre, infelicem tamen, captum a *Margaretha*, Daniæ Regina. *Abalienatis* deinde Suecorum animis, juri suo in Borealia regna renuntiat. Academia Rostochiensis natales *Joanni* & *Alberto* Ducibus debent, quorum literæ publicæ, quæ de Academiæ institutione scripserant, ab Autore adducuntur, simulque solennia inaugurationis recensentur. *Henricus X*, quem prodigum fuisse Autores tradunt, omnes Principatus, qui post *Henricum I* suis Ducibus gaudebant, mascula deficiente stirpe, cum Mecleburgicis Ducibus conjunxit. Horum Ducum genus *tertio Libro* lectoribus sistit *Beerius*. Autorem 422.
Principum Herulorum *Nicolaum V*, *Henrici II* nepotem, atque hujus stirpis ultimum *Guilielmum*, nuncupat. Dein ad Rostochiensem transit stirpem, cujus conditor *Burevinus*, ultimus 424.
autem *Ulricus*, fuit. Adjuncta *Libro tertio* Suerinensium Comitum Genealogia, ad rempublicam Mecleburgicam *Libro quarto* illustrandam pergit. Hic non modo regiminis formam atque ecclesiasticam continet disciplinam, sed & de equestri ordine, de maritimis civitatibus, & rustica plebe, agit. Mecleburgicos Principes in Brandenburgicorum fide fuisse negat, nec id ex eo 502.

 con-

concludi posse contendit, quod *Nicolaus V* apud Brandenbur gicos Marchiones & aulica & castrensia meruerit stipendia Nam, si hæc ratio valeret, consequi, ut etiam *Rudolphus Habspur*
Pag. 534. *gicus*, *Ottocari* aulæ præfectus, in Bohemiæ clientela fuerit. Jan tum Episcopi Academici, omnisque Clericorum ordo secularis fori jurisdictioni non suberat, sed exceptionem privilegiati ha bebant. In tradendis Suerinensium Comitum insignibus *Spene rum* reprehendit, qui brachium, e nube porrectum, annulum que tenens, insigne Suerinense fuisse dicit, cum potius ad Star gardensem pertineat. Juribus deinde Mecleburgensium ex plicatis, quomodo cum Saxonicis vel conveniant, vel ab ii
598. discrepent, monstrat Cel. Autor, &, equitum virtute laudata eorum etiam jura circa prædia ex tabulis emtionis prædiorur *Struve* & *Gustekowe*, quæ fratres *de Plessen* Episcopo Lubecen vendiderunt, docet. In explicandis Hanseaticarum civitatur juribus *Jo. Ang. Werdenhagen* & *Joach. Hagemaierum* secutu est, omnesque earum leges ex *Korneri* Chronico novello ex plicavit. Multas immunitates, a Regibus iis concessas, brevem que rerum ab his urbibus gestarum enarrationem, annectit, & posteros *Henrici X Libro quinto* narrat. Eo tempore plerum que hoc servatum est, ut, si plures in Mecleburgensi Ducat essent fratres, communem inter se haberent rei publicæ admini strationem. Horum Ducum ab *Alberto VII*, *Magno III*, & *Bal thasare*, *Henrici X* filiis, usque ad *Ulricum IV* res gestæ cum e fide dignis scriptoribus explicantur, tum præsertim documen tis literisque publicis illustrantur. Primordia repurgatorur sacrorum in his terris in Episcopatu Suerinensi ac Rostochien
859. sub *Magno II* fuere, quæ postea latius propagabantur, cum Du *Albertus VIII*, quamvis Romano-Catholicis addictus sacris, Lu theranis tamen partibus faveret. *Joannis Alberti I* maxim tunc erat cura, ut, antiquatis Pontificiorum sacris, Augustan Confessionis formulæ omnis se Ducatus addiceret. Plura Cœno biorum bona fisco addixit, cetera piis causis sacravit. Ceterur Cel. Autor equestris ordinis conditionem atque privilegia, inprimis de jure braxandi inter hunc & oppidanum ordinen sub hujus *Libri* finem exponit, & *sexto* ad res ab *Adolph*
Frid

Friderico I, & *Jo. Alberto II*, usque ad pacem Westphalicam gestas pergit. Nondum adulti Principes *Adolphus* & *Albertus II* a tutore *Carolo I* Lipsiam studiorum causa mittuntur, ubi *Adolpho* Academiæ Rectoratus defertur. Domum cum reversi essent Principes, in Comitiis Sternbergensibus A. 1602 equites & oppidani de immensis tributis & teloniis, huc usque a Ducibus ipsis impositis, & de injuriis Principum ac Præfectorum, qui nimis morosi operarum redituumque exactores fuerant, vehementer querebantur. *Adolphus Fridericus*, etsi tributorum magnitudini detrahere quidquam studeret, impedire nullo modo poterat, quo minus A. 1620 alias adhuc querelas, præsertim de sacris mutandis, proferrent. Præcipuæ erant de Ecclesia Cathedrali Gustroviensi controversiæ, ne ea Duci *Alberto* traderetur. Tandem sub iisdem Principibus pax consecuta, datæque utrinque literæ reversales. Divisio deinde Mecleburgensium terrarum in Suerinensem, quem *Adolphus II* sortitus erat, & Gustroviensem, quem *Albertus II* acceperat, Ducatum, eo tempore orta est. Utriusque *ditionis urbes* atque *jura* ab Autore definiuntur. *Interim bellum* illud tricennale oritur, in quo varia perpessi sunt Duces Mecleburgici fata. Cum enim *Christianus IV*, Daniæ Rex, ab Ordinibus inferioris Saxoniæ ea lege dux belli deligeretur, ut pacem publicam in his terris sustentaret; *Adolphus* & *Albertus*, celebratis Rostochiensibus comitiis, subsidia eidem Regi subministrarunt. Quamvis itaque *Ferdinandus* Imperator Duces Mecleburgenses, misso ad eos *Henrico Husano*, ut a societate cum Rege inita descisscerent, enixe hortaretur, a proposito tamen nunquam recessere, eorumque verba, quibus hanc societatem excusant, a Cel. Autore relata legimus. Interim omnia ad bellum parantur. *Christianus* Rex *Tyllio* cum suo & Saxoniæ inferioris exercitu occursat, manum cum Cæsareanis apud *Lutheram* conserit, ubi, Danicis copiis fugatis, *Wallensteinius* in Mecleburgicas terras copias ducit, Ducibusque *Adolpho I* atque *Alberto* a Cæsare proscriptis, hunc Ducatum occupat, & in clientelam a *Ferdinando* accipit. Duces legitimi suas ditiones non prius recuperare poterant, quam cum *Gustavus Adolphus*, Sueciæ Rex, victo Cæsaris exercitu A. 1631, eos civibus

Pag. 982. 1014. 1068. 1070.

suis

ſuis reſtitueret. Ea, quæ ab his temporibus ad obitum uſque *Adolphi* Ducis geſta ſunt, *ſeptimo Libro* includit, &, cum omne bellum tricennale, ceterasque in Germania res geſtas, cum patria hiſtoria *quatuor* primis *Capitibus* conjunxiſſet, *quinto* ad ipſas pacis conditiones pergit. *Abrah. Kayſerus* ad hos conventus mittebatur, qui *Adolphi* nomine peteret, ut Lowenburgenſis Ducatus, exſtincta ſtirpe Saxonica, & Commendæ Ordinis Melitenſis *Mirow* & *Nemerow*, ad ſe pervenirent, eaque de re tabulæ publicæ fierent. Magnæ inde oriebantur diſceptationes, ſed tandem Articulo duodecimo pacis cautum, ut Duci-
1450. bus Suerinenſis & Razeburgenſis Epiſcopatus & Commenda ſupra nominatæ ea lege concederentur, ut *Mirow* Suerinenſi *Nemerow* vero Guſtrovienſi, adſcriberetur Ducatui. *Octavo Libro*, cum de hodierna reipublicæ Mecleburgenſis forma conſtituerit dicere, primum de ſitu, moribus, titulo, ac inſignibus diſſerit; deinde de juribus Ducum, cum privatis, tum publicis nec non de ſuffragiis eorum in Imperii Germanici comitiis ex-
1537. plicat. Tria enim eorum numerat ſuffragia, ob Guſtrovienſem & Suerinenſem Ducatum, ac denique Suerinenſem Epiſcopatum. Inde ad eorum jurisdictionem, & in rebus ſacris & politicis, pergit, additque de eorum curiis & reditibus fiſci quædam. Equeſtrium familiarum non tantum nomina, ſed & jura, tam realia, quam perſonalia, attulit, deque eorum ſubjectis & liberis, & glebæ addictis, agit. Porro, expoſitis juribus civitati Roſtochienſis, rationem litium in foro agendarum narrat, ultimoque loco de concordia & unione Ordinum Mecleburgenſium exponens, Opus ſuum abſolvit.

DISQUISITIO CHRONOLOGICA DE SUCCESſione antiquiſſima Epiſcoporum Romanorum inde a Petro uſque ad Victorem; ubi, occaſione data, de pluribus aliis ad Hiſtoriam eccleſiaſticam ſpectantibus, agitur. Accedunt quatuor Diſſertationes: duæ de Conſtitutionibus, Apoſtolicis dictis, una de ſcriptis Dionyſii Pſeud-Areopagitæ, & una de annis Agrippæ junioris, Judæorum Regis. Autore

JO.

JO. PHILIPPO BARATTERIO, A. M. & Reg. Pruss. Societatis Sodali.

Ultrajecti, apud Stephanum Neaulme, 1740, 4.
Alph. 1 plag. 19.

Ultimum foetum Juvenis, ad miraculum docti, sed in ipsis adolescentiæ primordiis immaturo fato oppressi, mœrentes nuntiamus, quem divini ingenii beneficio, ac singulari doctrina, qua puer adhucdum efflorescere cœperat, ad omnis generis literas promovendas amplificandasque plurimum collaturum esse, omnino confidebamus. Inerat ipsi mens prorsus egregia, quæ incredibili celeritate in abditos artium atque scientiarum recessus se immittebat; insatiabili quodam sciendi desiderio rapiebatur; paucis, sed justis, conformatus præceptis, ad omnem eruditionem grassabatur. At enim debili utebatur corpore, quod cum tantæ contentioni sustinendæ par non esset, præcipitatum fatum, non sine ingenti rei literariæ damno, ipsum oppressit. Patriam nactus erat Suobacum, urbem Franconiæ haud celebrem, *ubi loci tum temporis* parens ipsius, Vir plurimum Reverendus, *Franciscus Baratterius*, unicus, idemque felicissimus, eruditi hujus juvenis studiorum moderator, Pastorem cœtus Gallicani agebat, editus in hanc lucem d. 19 Jan. A. 1721. Admirabilis ingenii alacritate id consecutus est, ut anno ætatis quarto Gallicam, Germanicam, Latinamque linguas expedite satis loqueretur. Anno quinto ad Græcas literas se accinxit, inde ad Hebraicam, Rabbinicam, Talmudicam, Syriacam, & Arabicam, linguas atque dialectos se convertit, ac in illis tantum profecit, ut *Benjaminis Tudelensis Itinerarium* in sermonem Gallicum transferret, doctis annotationibus passim illustraret, ac Dissertationes multa eruditione refertas, subjungeret; quod Opus evulgatum est Amstelodami A. 1734, 8. Ab illo tempore doctorum Christianorum, quos Patres appellare consuevimus, scripta, tum Græco, tum Latino, sermone consignata, diligenti manu volvere ac revolvere est aggressus, hujusque suæ industriæ luculentum specimen exhibere voluit, edito *Anti-Artemonio*, directo contra *Samuelem Crellium*, typis exscripto Norimbergæ A. 1735, 8. Contigit interea

 temporis,

temporis, ut ipso hoc anno parens, jussu Augustissimi Borussiæ R gis *Friderici Wilhelmi*, accitus, Suobaco exiret, Sedinum, ut ibide sacro ministerio fungeretur, petiturus. Hic igitur, filium unicu secum ducens, salutatis in itinere Academiis Jenensi ac Lipsien ad Fridericianam Halensem accessit. Ibi loci cum juvenis *Bara terius* ad Virum Perillustrem *de Ludewig*, Universitatis Cancell rium, deduceretur, is, ut est ingeniorum acerrimus cognit & justus æstimator, perspecta stupenda ipsius in tanta ætatu doctrina, effecit, ut, cum ante eruditionem suam Philosoph rum ordini comprobasset, ac Theses aliquot varii generis in co fertissima Academiæ concione publico cum plausu propugna set, 14 vix emensus annos, Philosophiæ Magister gratis renu tiaretur. Hoc facto, Berolinum cum utroque parente perr xit, tantaque ipsum Rex, pariterque Regina, gratia sunt digna ut aliquoties aditum ipsi fecerint, cum eo sermones miscu rint, jusserintque eum, præsentibus ipsis, cum viris summis eruc tissimisque super variis argumentis sermonem instituere. R gina amore tanti ingenii adeo est capta, ut per pictorem suu imaginem illius accuratissime effingendam curaverit, reposita postea inter effigies illorum, quos Augustissima Princeps mag facit & æstimat. Ne autem occasio deesset *Baratterio*, doct nam suam ad summum provehendi fastigium, Rex parente Halam remisit, ut sacris publicis cœtus Gallicani præesset; fil præcepit, ut vel maxime Jurium disciplinæ, qua late patet, Historiæ animum adjiceret, decreto ipsi annuo stipendio, eu demque Academiæ majorem in modum commendavit. Hala redux, assidua industria coluit Viros summos, *de Ludewig*, *Ba merum*, *Heineccium*, *Gasserum*, in Philosophia naturali duce secutus *Jo. Joach. Langium*. Nec tamen vel sic quidem amore Historiæ priscæ, Chronologiæ; Matheseos, ac Astronomi se abstrahi est passus, ut non subinde ad illas diverteret, ex iisde que aliquid in communem usum proferret. At vero malu quocum a decimo ætatis anno conflictabatur, ita tandem invalu ut, vitiata omni sanguinis temperie, in languorem incidere qui tandem d. 5 Oct. A. 1740 vitæ finem ipsi fecit, cujus ex vias, quo publice constaret omnibus, quanti ipsum facere

si

suo monumento inferri curavit Perillustris *de Ludewig*. Dolendum sane est, virum juvenem tantæ eruditionis fama florentem, summamque de se spem ac exspectationem concitantem, ea tempestate decessisse, qua alii Academiæ spatia demum ingrediuntur, certe illa nondum sunt emensi, unaque spem tot illorum insignium, quæ moliebatur, operum intercidisse, v. c. *Hæresiologiæ*, *Historiæ tricennalis belli*, *Examinis Dynastiarum Ægypti*, &c. quem ad modum etiam sententia ipsi stabat, præsentem, quam in manibus habemus, Disquisitionem prosequi, & eadem via ad reliquos Ecclesiæ Romanæ Præsules progredi.

Huic, quam B. Autor, annos 18 natus, prelo paravit, obstetricantes manus præbuit Vir Rev. *Jo. Henr. le Maitre*, qui eam *Phil. Pelissonio*, cœtus Gallicani apud Bremenses Pastori, inscripsit, rationem studiorum, scripta jamdum edita, &, quæ adhucdum molitur, enarrans. In Præfatione *Baratterius* noster indicat, se potissimum, ut manum huic argumento expediendo admoveret, inflammatum eo fuisse, quod Chronologia primorum Episcoporum Romanorum admodum sit turbata, nisi quod rectiora hic præceperit *Jo. Pearsonius*, Cestriensis, & *Dodwellus*, quos secutus est fere, ita tamen, ut passim quædam nova insereret. Opus ipsum absolvitur consideratione temporis ac ordinis, quo primi Episcopi Romani munus suum sunt auspicati, idemque illud morte sua vacuum reddiderunt, *Capitibus XVII*; cui adhærent Dissertationes IV argumenti historici. Singula breviter percurremus. *Cap. I* disserit Autor de *itinere Petri Romano*, quem Romæ fuisse, testimoniis, si non æqualium, saltem ætati illius proximorum, scriptorum scilicet Sec. I, II, III, illorum nullo contrarium asseverante, via demonstrationis, quæ ad ἀπόδειξιν quam proxime accedit, evincit. Quod autem vulgo dentur ipsi anni 25, quos Romæ sedisse dicitur, illius fontem inde repetit, quoniam *Eusebius* mortem Christi cum anno ætatis illius 32 conjungat, mortem *Petri* conjiciat in annum Christi 69, hinc intermedios annos 37 ita partiatur, ut illorum annos 12 assignet sedi Antiochenæ, quot secundum antiquam traditionem ex jussu Christi Hierosolymis intraque Judæam internuntii Domini commorari debuerint, reliquos 25 annos det prædicationi inter gentiles, & quidem in urbe Pag. 13.

principe Rōma. Romam venisse *Petrum*, docet, sub initiis imperii *Neronis*, quod ex *Lactantio*, *Leone M.*, aliis, it demonstratum. Ibi autem non diu substitisse, sed, antequam eo veniret *Paulus*, inde discessisse, qui ad urbem accesserit A. 56 circa Martium, vel Aprilem, cum *Petrus* eo concesserit A. 54 Octobri forte, ibidemque manserit per annum ac dimidium, ad ver usque A. 56. *Petrum* Romæ non fuisse, cum *Paulus* ad Romanos scriberet, inde probat, quia illum in Epistola sua non salutet, quæ exarata fuerit illo temporis articulo, quo iter in Judæam meditabatur.
Pag. 19. *Cap. II* probat, *Petrum*, Roma abeuntem, sacrorum summum antistitem constituisse *Linum*, testibus *Irenæo*, *Tertulliano*, *Epiphanio*, *Optato*, *Augustino*, ac huic surrogatum esse *Cletum*, sive *Anacletum*, sive *Anencletum*, ex quibus non duo distincti homines faciendi; a qua recensione cum discedat Catalogus Romanus, qui *Lino Clementem* dat successorem, variis primorum Episcoporum Romanorum Catalogis invicem compositis, illum
31. Romanum scilicet, corruptum esse, pronuntiat. *Cap. III* docet, *Cleto* successisse *Clementem*, quem a *Petro* initiatum fuisse, ex *Recognitionibus Clementinis*, quas Sec. II medio priores fuisse arbitratur, *Constitutionibus*, sic dictis, *Apostolicis*, *Rufino*, *Catalogo Romano* ipsa *Epistola Clementis Romani*, quam A. 68 consignatam esse tuetur, *Herma* Pastore, ipsaque Chronologiæ consecutione, probat, &, per tempus aliquod *Linum* atque *Cletum* simul Ecclesiam Romanam rexisse, contendit. Quam suam sententiam adversu
44. *Dodwelli* ac *Pearsonii* objectiones *Cap. IV* vindicat. Inde ad singu-
55. lorum Episcoporum annos strictius determinandos *Cap. V* progreditur. Docet autem, *Petrum* Ecclesiæ Romanæ tantum per annum unum & aliquot menses præfuisse, ipsi autem in Catalogo Romano duos tribui annos, quod fractiones in Chronologia fere negligantur. *Petrum* & *Paulum* A. 68 Romæ violenta morte peremtos fuisse, cum *Pearsonio* statuit. *Linus* sedem Romanam tenuit annos 11 completos. Annos 12, quos alii ipsi adscribant, de inchoatis esse intelligendos, ab anno Christi 56 ineunte ad annum
65. usque 67, & quidem circa illius medium. Hoc fato functo *Clemens* ipso illo anno sacrum munus iniit, idemque illud ad A. usque 76 administravit, cui in omnibus Catalogis dantur anni 9 adeoque

alioque *Dodwellus*, qui ipsi tribuit annos 14, & *Pearsonius*, qui fere 6 vel 7, audiendi non sunt. *Anencletus* ex aliorum sententia ad clavum ecclesiæ sedit annos 12, ex aliorum relatione annos 2, quæ diversitas ita tolli potest, ut 2 annos una cum *Lino*, ecclesiæ Judaicæ Episcopo, præfuerit, 10 annos ecclesiæ gentilium, quarum illa fundata a *Petro*, hæc a *Paulo*. *Cap. VI* inquirit in tempus mortis *Jacobi justi*, quam intentatam quidem existimat ab *Anano* Pontifice, ipso opere autem non longe ante excidium Hierosolymitanum effectui datam esse. *Joannes*, quem *Papiam* audivisse testatur *Eusebius Hist. Eccl. Lib. III Cap. ult.* non est *Joannes* Apostolus, sed Presbyter aliquis, quo nomine tantum venit, & quia cum *Aristione* conjungitur, imo huic postponitur. Autor Epistolæ ad *Diognetum*, quæ inter Opera *Justini Martyris* habetur, est *Clemens Romanus*, quod ex convenientia stili, ac aliis internis argumentis, demonstratur. *Cap. VII* ad Romanorum Episcoporum seriem regreditur. In *Evaristi*, *Clementis* successoris, annis definiendis dissentiunt admodum Autores. Nostro videtur in episcopali dignitate exegisse annos 9, ab A. 76 ad 85. *Alexander*, proximus ab illo, præfectum Ecclesiæ egit annos 11, ab A. 85 exeunte ad A. 97 ineuntem; *Xystus*, vel *Sixtus*, annos 10 completos, ab A. 97 inchoato ad initium usque anni 107, quo generalis persecutio sub *Trajano* est grassata. Per reliquum anni tempus sedem Romanam vacasse, ex *Ignatii* Epistolis adstruit. In quem ipsum annum mors *Ignatii*, non autem 115, quod *Pearsonio* placuit, incidit. Occasione hac in initium belli, a *Trajano* in Armenos moti, & item tempus terræ motus Antiocheni, inquirit. *Telesphorus* Episcopi munere functus per annos 11, ab A. 108 incipiente ad A. 118, quo ipso, jussu *Hadriani* Augusti, martyrii corona est donatus. *Hyginus* 4 annos in Episcopali sede traduxit, ab A. 118 ad A. 121, vel primordium anni 122. In nonnullis Catalogis ex confusione annorum *ipsius* & successoris *Aniceti* ipsi anni 12 adscribuntur. Cui anno cum res admodum illustres innectantur; *Cap. VIII* tempus scriptarum Apologiarum *Justini Martyris* determinat. *Urbicus*, autor persecutionis in Christianos, fuit Præfectus prætorio. Nomen, quod ipsi datur, est proprium. *Munus* suum est sortitus

Pag. 67. 69. 78. 94.

titus A. 159 labente, vel 160 inchoato. *Justini* martyrium
Pag. 110. locat in A. 161, *M. Aurelio* imperante. *Cap. X* differit de tempore ortæ hæreseos *Marcionitarum*, quorum conditor *Marcion* statim post mortem *Hygini* A. 121 Romam venerit, ibidemque tandem circa A. 161 fato cesserit. Ἐν παρόδῳ difficultatem, quæ apud *Clementem Alexandrinum Strom. Lib. VII Cap. 17*, itemque *Tertullianum adv. Marcion. Lib. I Cap. 19*, occurrit, expedit. *Valentinum, Hygino* Episcopatum tenente, A. 120 Romam venisse affirmat, ante tamen jamdum hæresin suam disseminasse. Ante hunc, adeoque ante *Hygini* Episcopatum, quem adiit A. 118, ortus est *Basilides*, qua ipsa ætate in vivis fuit
131. *Carpocrates*, quo mortuo, in scenam prodiit *Marcellina*, *Carpocratianæ* sectæ addicta. De hæreticis generatim monet, ad Sec. III usque non illico ecclesiæ societate ejectos fuisse, sed in illa diu perstitisse, donec, cum tandem de ipsorum opinionibus ultro citroque disputatum esset, succumberent, sicque ec-
134. clesiæ consortio exturbarentur. *Cap. XI* occupatus est, ut initium hæreseos *Montanistarum* in apricum proferat, qui non statim errores suos propalarint, sed in apertum demum prodie-
150. rint A. 136, sedente *Pio*. *Cap. XII* redit ad Antistites Romanos. *Pio, Hygini* successori, dat annos 19, ab anno Christi 122, sede per aliquot menses a morte *Hygini* vacante, ad A. 141 cujus successor *Anicetus* munere suo est functus annos 12, ab A.
163. 141 ad 152. Quare non accedit sententiæ *Pearsonii*, qui huic largitur annos 18. Et, quoniam *Pearsonius* ex tempore *Aniceti* rationem sibi reperisse visus est, qua martyrii tempus *Polycarpi* determinare posset, de eo anquirit a *Cap. XIII* ad *XVI*, demonstrans, illud non A. 147, sed potius A. 161, innectendum esse, quo
203. ipso *Antoninus Pius* & *M. Aurelius* edictum in gratiam Christianorum promulgarunt. Hinc, ubi in viam redierat, seriem Episcoporum Romanorum *Cap. XVII* pertexit. *Sotero* communi fere consensu tribuuntur anni 9. Liber pontificalis, qui habet annos 19, manifesto errore se prodit. Præfuit ab A. 152 ad A. 161. De *Eleuthero* successore pariter consentiunt, in Episcopatu vixisse annos 15, ab A. 161 ad A. 176. Qua occasione in tempus motuum Alexandrinorum in Judæos, item persecutionis Lugdunensis, in-

quirit,

ceperit, quam A. 171 eveniſſe conjectat. *Cap. XVIII* agit de annis *Victoris*, cui in plerisque Catalogis aſſignantur anni 10, ut ſic Pag. 218.
eccleſiam rexerit ab A. 176 ad A. 186. Sub hujus nomine circumferuntur Epiſtolæ duæ, ex Bibliotheca Floriacenſi a *Jo. a Boſco* & *Baronio* publicatæ, conſcriptæ de celebratione Paſchatos, quæ nonnullis ſuſpectæ videntur. Contra ea Cl. Autor pertendit, Epiſtolas has omnes ſimplicitatis ac integritatis notas præ ſe ferre. 222.

Sequuntur *Diſſertationes*, quæ adhærent, *quatuor*; quarum *prima de Conſtitutionibus Apoſtolicis* agit, quas, tanquam ab Arianis corruptas, Synodus Trullana, habita A. 691, notavit. Sed ab hac labe illas immunes præſtat Autor teſtimonio *Epiphanii Hæreſ. 70 n. 10.* Igitur, qua corruptio eisdem ſupervenerit, dicendum eſſe, illam illatam eſſe a tempore *Epiphanii*, poſt id tempus fieri non potuiſſe, quoniam, *Valente* Imp. mortuo, res Arianorum inſigniter fuerint labefactatæ, quin edicto *Gratiani* prorſus proſtratæ, &, ſi quidem Ariani tale quid tentaſſent, fraus facile animadverti potuiſſet. Simile fatum cum Epiſtolæ *Ignatianæ* expertæ 230.
fuiſſe dicantur, *quæſtionis hujus* diſcuſſionem inſtituit, ac illas *ab interpolatione immunes* præſtat. Quod illarum aliæ ſint longiores, breviores aliæ, inde repetit: *Policarpum* rogaſſe *Ignatium*, ut Epiſtolas ſuas ſecum communicaret, quas, cum integras non haberet, vel ex memoria repetiverit, vel ex primo quodam, eoque nondum digeſto, conceptu a ſuorum aliquo deſcribi curaverit. Quare vero breviores IV & V Seculis ſint citatæ, longiores contra neglectæ, inde proveniſſe, quod longiores Arianis favere crederentur. Sequentibus Seculis, cum novis quibusdam opinionibus uſibusve firmandis longiores illæ magis idoneæ viderentur, ad illas rediiſſe, brevioribus prætermiſſis. Qui, Conſtitutiones labem aliquam paſſas fuiſſe, contendunt, excitant loca quædam duriora. Quare profert loca Pa- 233.
trum Ante-Nicænorum æque dura, qui tamen orthodoxi ab omnibus habeantur. Objectionem, ab *Epiphanii* ætate corruptionem aliquam illatam eſſe, cum ritus quidam injungantur *Epiphanii* tempore poſteriores, & quod apud illum quædam aliter legantur, ac hodie in illis deprehendatur, ita diluit: Si mutatio aliqua ſuſcepta fuiſſet, procul dubio etiam mutata

fuiſſent,

fuissent, quæ recentiori praxi adversabantur. In lectione, quod ad diem *Epiphanias*, quem ad 5 Jan. refert *Epiphanius*, cum contra in Constitutionibus dies 6 Jan. celebrandus præcipiatur, observat mendum aliquod, quod inde probat, quoniam per 8 iduum Januarii explicatur, hunc autem non quinto, sed sexto, Januarii respondere. Porro nominat 2 Tybi Ægyptiorum & 6 Audynæi Syrorum & Græcorum, sed & hunc convenire diei 6 Jan. Tandem idem *Epiphanius n. 16 Hæres.* a baptismo Christi, d. 8 Nov. peracto, ad *Epiphanias* 60 dies plenos putat, quo-
Pag. 243. rum terminus in 6 Jan. incidat. Quod *Epiphanius* in Constitutionibus reperit, pascha cum Judæis celebrandum esse, quod in *Constit. Lib. V Cap. 16* prorsus negatur, id ita solvit: diversitatem quidem exemplarium non corruptionem inferre, quæ inde profecta, quoniam Constitutiones Sec. II ex variis Apostolorum vel scriptis, vel pseudepigraphis, vel traditionibus, sint consarcinatæ. Constitutiones a Sec. IV notissimas fuisse, ex illisque aliqua vel verbo tenus, vel quod ad sensum, prolata esse, testimoniis præstantiorum Ecclesiæ doctorum probat. Si igitur fœtus recentioris inventionis fuissent, non ita subito tantam
258. autoritatem consequi potuisse. *Dissertatione secunda* ætas vera Constitutionibus his asseritur. Primum Autor examinat loca, quæ, Sec. IV inferius scriptas esse, indicare queant. Sec. III jamdum exstitisse probat, 1) quoniam ritus memorentur, qui Seculo illo viguerunt, sed quarto in usu esse desierunt, v. c. observatio Sabbathi cum die Dominico conjungenda; 2) ex doctrina e. c. Trinitatis, quæ eodem in illis modo proponitur, quo ante-Nicæni Patres solebant; 3) ex ordinatione Episcoporum a duobus tribusve, ac hujus generis aliis; 4) quia ad illas respiciant scriptores Seculi III. Quin imo Seculo II, eoque ineunte, jamdum exstitisse probat, quoniam Episcopi a Presbyteris non æque distinguantur, ex precum formulis, antiquissimis precibus conformibus quotidianis conventibus matutinis ac vespertinis, observatione Sabbathi injuncta, administratione Baptismi ac Cœnæ, quæ nihil differat ab illa, quam *Justinus Martyr* ac *Plinius* describant. Citari, saltem ad illas respici, a *Clemente Alexandrino*, *Irenæo*, Au-
281. tore Recognitionum, *Luciano* in *Philopatride*, in Epistolis *Ignati*

ni minoribus. De compositione harum Constitutionum hoc sentit: Apostolos omnino quædam scripto consignata reliquisse de externa forma atque regimine ecclesiæ, quæ omnia in his Constitutionibus collecta sint, a compilatore vero multa connexionis ergo, vel etiam ut major autoritas Apostolis conciliaretur, ficta scilicet miracula, addita esse, ut, si quis curate singula ponderare velit, spuria a genuinis facile distinguere possit. Quæ, Pag. 284.
quoniam mera nituntur conjectura, non omnibus probabuntur. In *Diss. III* Autorem librorum, qui nomen *Dionysii Areopagitæ* mentiuntur, ex tenebris in lucem protrahere conatur. Illorum *Dionysium* aliquem, sed *Alexandrinum*, parentem esse conjectat, quod ex stilo, doctrina, aliisque criteriis, confici posse opinatur. Sub illius finem monet, Illustrem *la Croze* fictionem horum Operum conjicere in Seculum IV, ac illorum conditorem allegare *Synesium*, Ptolemaidis Episcopum, judicium vero suum non interponit. *Dissertatio IV* destinata est inquisitioni anni emortualis *Herodis Agrippæ*, quem cum plerique imperante *Vespasiano* fato functum esse velint, *ipse potius demonstrat*, A. 91, imperante *Domitiano*, *in vivis esse desiisse*, ejusque regna inde in provinciarum Romanarum formam redacta esse. Subjungit tabulam 296.
chronologicam, annorum potissimum *Herodis*, ex *Josepho* atque numis confectam. 314.

LUDOVICI CASPARI VALCKENAER SPECIMINA Academica: 1) Dissertatio de Byrsa, Phœnicio arcis Carthaginiensium nomine, &c. 2) Schediasma de Herodotea urbe Cadyti, quo asseritur, diversas urbes ab Herodoto binis in locis fuisse designatas; 3) Glossæ sacræ, ex Hesychio decerptæ.

Franequeræ, apud Martinum van der Veen, 1737, 4.

Plag. 16½.

Non ingratum, speramus, accidet rerum philologicarum studiosis, Virum Clarissimum, qui non ita dudum ad Academiam Franequeranam fuit evocatus, eruditas hasce lucubratio-

nes, quæ ante, ſeparatim editæ, paucorum uſibus cedebant, conjunctim typis iteratas exhibere voluiſſe, quo illæ plurimorum manibus tererentur. *Diſſertationi I de Byrſa* conſignandæ occaſionem præbuit Abbatis *Pinartii* Commentatio de hoc ipſo argumento, inſerta *Hiſtoriæ Academiæ Inſcriptionum Tom. I pag. 191-194 edit. Hag.* inde Latine repetita in *Obſ. miſcell. in Aut. vet. & recent. Vol. I Tom. III pag. 306 ſeq. Capite I* vulgarem relationem de agro, a *Didone* redêmto, eodemque corio bubulo contecto, in medium affert, quam & ipſe & omnes eruditi rejiciunt, uno *Petavio* excepto, cum Syriacum ܒܘܪܣܝܐ *βυρσεὺς Act. IX, 43*, & Chaldaicum בורסי ex Græco ſermone ſerioribus temporibus in linguam Phœniciam immigraſſe videatur. *Moſen* a Græcis *Alpha* fuiſſe dictum, non ob *vitiliginem*, ſed ab אלוף, *dux, doctor*, quod *Huetium Demonſtr. evang. Propoſ. IV Cap.*
Pag. 7. *2 §. 50* non obſervaſſe miratur. *Caput V Palæphati* de Orione non ab ipſius manu profectum, ſed vel ex *Euphorione*, vel
8. vetere explanatore *Homeri*, transſumtum eſſe obſervat, quod ipſum tamen jamdum monuit erudītiſſimus *Galeus*. *Ottonis Sperlingii* ſententiam de agro, numis, ex corio paratis, acquiſito, a *Pi-*
[illegible] *nartio* refutatam eſſe indicat, ipſum autem minus recte pro illa allegare *Donatum*, addit. *Cap. II* inquirit in illorum opinionem, qui nomen *Byrſa* a בצרה, *arx*, arceſſunt, quæ vox de munimento Moabitarum *Jer. XLVIII, 24*, & Idumæorum *Jeſ. XXXIV, 6, Amos I, 12*, ſumitur; inde transpoſitis literis *Byrſam* enatam eſſe, cum Græci concurſum literarum *r* & *ſ* evitent, viri illi eruditi contendunt. Sed contrarium probat Eruditiſſ. Autor exemplis, docens, Ἰεσρὶ pro יצרי *1 Chron. XXV, 11*, pro חצרון legi Ἀσρὼν *Gen. XLVI, 9*, Ἐσρὼν *v. 12*, Ἐσρὼμ *1 Chron. II, 9, 18*,
18. Ἀσρὼμ *1 Chron. V, 3*; nomen certæ urbis בצרה a Græcis non Βύρσαν, ſed Βόσρα, fuiſſe enuntiatum. Adhæc Ebræos nomen בצרה dare certæ urbi ſive regioni, *Jer. XLIX, 3*, regionem Idumæorum hac ipſa indicari, metropolin Idumæorum *Jeſ. XXXIV, 6, LXIII, 1, Amos I, 12*, urbem Moabitarum *Jer. XLVIII, 24, Mich. II, 12*, arcem deſignare vocibus טירה, ארמון, בצרה. Voci בצרה notionem *rubedinis* adhærere ex *Jeſ. LXIII, 1*, quoniam Idumæa uvis dives fuerit, quæ calcatæ veſtes tinxerint, obſer-

observaverat *Hobeiselius* in *Obs. in Jes. pag. 329*, *Jacobus* item *Hasaus* in *Bibl. Brem. Class. III Fasc. 2*; sed, illius radicis primarium
significatum fuisse *demendi*, *præcidendi*, *detrahendi*, unde postea
vindemiandi notio fluxerit, Noster arbitratur, quia, judice
Varrone de L. L. Lib. IV col. 7, 17, *vindemia* sit quasi *vini demia*, *vindemiator*, quod *de vite demat*; quoniam autem vineæ
contra prædones fuerint septæ *Ps. LXXX, 14*, *Matth. XXI, 33*,
muniendi significatum huic ipsi datum esse. Vult igitur, vocem Pag. 23.
Byrsa ortum traxisse ex בירה, *palatium*, *arx*, quod Chaldæi &
Syri בירתא pronuntiant, *s* inserto, quod Græcis in vocibus peregrinis non insolens putandum, quandoquidem ex עקרה Ἄσκρα,
ex אשתרח Σέστραχος, amnis Cypri nomen, judice *Bocharto*, di- 25.
manavit. *Cap. III* de voce בירה disserit, quam, licet alicui videri
possit Chaldæis propria, quoniam in scriptis, post exilium Babylonicum exaratis, tantum reperiatur, Ebræis tamen usu tritam
fuisse, probabile habet. Hanc non repetit a ביר, quæ vox *puteum*
notat, nec, cum *Lud. de Dieu Crit. sacr. pag. 199*, a [illegible],
significante non solum *palatium*, *arcem*, verum etiam *terram incultam* ac *serendis frugibus ineptam*, sed cum *Bocharto* ab אביר,
validus, א excidente. Descendit illud ab אבר, quod validitatem
ac robur suo significatu involvit, unde אבר alam denotat, quæ
avium robur est, אביר autem de bove adhibetur, *Jes. X, 13*, & probabiliter pro arce ac munimento sumitur; quoniam autem in hoc
loco א circulo critico notatur, adeoque forsitan abundat, ex illo
nihil effici potest. *Altitudinis* porro notionem eidem inesse
ostendit; hinc אבירי לב *Ps. LXXVI, 6*, ὑπερηφάνοι τὴν καρδίαν, uti *Symmachus* interpretatur, turres in altum exstructæ
Chaldæis dicuntur אברונין, vox *Abila*, sive *Abyla*, non, uti
Bochartus hariolatur, ex אב עילאה, sed ex אביר, fluxisse conjectat, ר & ל locum permutantibus; א radicale autem in linguis etiam orientalibus aliquando abjici, Cl. *Vriemoet de Schiloh Cap. 1* probatum dedit. Idem in aliis linguis obtinet. Sic
Ἀπαυσὸς, notante *Stephano*, dicitur etiam παυσὸς; *Stura* pronun- 31.
tiatur quoque *Astura*; quibus alia exempla subjiciuntur. Hanc
ipsam vim voci טירה inesse Autor judicat, unde nomen Τέρμεδα
apud *Stephanum*, quod sit ex טירה מרח, *arx tributi*, forsitan

etiam latere in Δέρα, urbis Mesopotamiæ nomine. Altitudinis significatum eidem adscribi debere, inde apparere, quia Chaldæis & Syris mons dicatur טור, unde *Taurus*, observante *Fullero Miscell. sacr. Lib. II Cap. 1*, nomen sortitus, & mons Atlas
Pag. 32. indigenis *Dyris* appellatus est. Igitur בירה vi vocis denotat *locum validum* ac *munitam arcem*, quæ ipsa significatio etiam voci *arx* apud scriptores Latinos tribuitur. Veteribus quippe in more positum erat, arces in excelsis excitare locis, tum quo ipsi ab hostium impetu tuti essent, tum quo eo, si quando aquæ de-
35. pressiora loca inundarent, confugere possent. Hinc concludit, vocem בירה ab אביר apte repeti posse, indeque etiam natales suos trahere nomen *βάρις*, speciatim montem Armeniæ Βάρις, ad quem, memorante *Josepho Ant. Jud. Lib. I Cap. 4* arca
37. *Noachi* appulit. Quoniam autem vocis בירה in libello *Esther* aliquoties mentio injicitur, & שושן הבירה nominatur, *Esth. I, 2, II, 8, III, 15, VIII, 9, IX, 6, 11, 12*, de illa quærit *Cap. IV*. Per שושן הבירה ex interpretum sententia urbem Susa propterea intelligi non posse putat, quia העיר שושן a שושן הבירה *Cap. III v. 15* distinguatur. Judæorum interpretes *Aben-Esra* & R. *Sal. Isacides* hic de *arce* cogitant, cui sententiæ ipse pollicem premit, observans, urbem Susa in duas divisam fuisse partes, quas ab invicem disjunxerit Choaspes, (vid. *Herodotus Lib. I Cap. 188*) ut hinc dici possit, aliam partem urbem, aliam שושן הבירה *ἀκρόπολιν*, constituisse. Eadem intelligenda *Dan. VIII, 2*, & *Neh. I, 1*. Ubi autem apud *Danielem arx* sita fuisse dicitur בעילם המדינה, de urbe Susa accipiendum esse judicat, cum, quod ex *Benjamine Tudelensi* notat *Drusius Animadv. Lib. II Cap. 54*, Elam, latiori sensu sumta, & urbem Susa, & palatium *Assueri*, incluserit. Vox מדינה accipi potest de civitate pariter ac regione. Syris certe ܡܕܝܢܬܐ & Arabibus مدينة urbem significat.
42. Porro vocem בירה significatu *arcis* venire *1 Chron. XXIX, 1, 18*, & *Neh. II, 8*, בירניות *arces* distingui ab urbibus munitis *2 Chron. XVII, 12*, quod formatum a בירה, cujus singularis בירנית. Inde, vel potius ex Syriaco ܒܝܪܢܬܐ, urbi Πρεαινέτω, judice *Bocharto*,
43. nomen impositum, pariterque *Perinthus*, urbs ad Propontidem sita, ex Nostri sententia, nomen tulit. Per אחמתא *Esr. VI, 2*,

nom

non *arcam*, sive *cistam*, sed urbem *Ecbatanam*, intelligendam
esse, evincit. Vox *Birta* Chaldaica superest in *Virta* apud *Am-* Pag. 46.
mianum Marcellinum Lib. XX Cap. 7, & in Βίρθα *Ptolemai*; Ara-
bes hoc ipso nomine arces insigniunt; Judæi בירה & בירתא
per ארמון interpretantur. *Cap. V* originem vocis βάρις in- 48.
vestigat. Ex Oriente deducendam esse, Viri docti censent; igi-
tur *Phavorinus* non audiendus, qui ex Græco βάρος derivat.
Rectius Scholiastes ad *Amos I, 12*, sentit, vocabulum Syriacum esse,
ac notare μεγάλην οἰκίαν. Interpretes Græci vertunt *domum am-*
plam, arcem, palatium; *Hesychius* & *Suidas murum, porticum,*
turrim, palatium, munimentum, urbem. Primarium illius signi- 51.
ficatum pressius sequi existimat *Ephorum* ac *Posidippum*, quo-
rum hic per *domum*, ille *plures domos* in unum *collectas*, reddit.
Urbem Italiæ Οὐερῆτον olim *Barin* dictam esse, testantur Geo-
graphi. *Festus* memorat *Barium*, quæ, ipso judice, est *Barium*,
Horatio memoratum *Serm. Lib. I Satyr. V v. 97*. Adhæc signi- 52.
ficat aliquando *navem*, uti passim explicant *Suidas* ac *Hesychius*,
cujus posterioris verba βαρπύργος, πορμεῖο περὶ ἀμφόδων ita
legi posse suspicatur: βάρις, πύργος, πορθμεῖον παρ' Αἰγυπτί-
οις, quoniam, quod exemplis ex *Herodoto* confirmat, Ægy-
ptiis naves nuncupabantur πορθμεῖα, naves Persicæ *Æschylo*
appellantur βαρίδες, cymba Charontis apud *Suidam* hac ipsa vo-
ce venit. Quare, cum ita sit frequens nomen hoc apud orientales 54.
populos, illius rationem ex illorum idiomate reddere allabo-
rarunt. Est, qui ad vocem ביר, *fovea, puteus, sepulcrum*, se re-
cipiat. *Nic. Fullerus* ex בירה, *domo alta* ac *turrita*, ob simili-
tudinem cum altis ædificiis, *Miscell. sacr. Lib. II Cap. 1* formatam
esse pronuntiat. Apud *Hyginum Fab. 89* in verbis: *si Trojanorum*
virgines Ceto *religatæ fuissent*, pro *ceto* vult legi *cauti*, quia se-
quitur, *cum complures - - - & petris religata esset*. Conf. *Ovi-*
dium Metam. IV, 671. His tamen disceptatis, se vestigium vocis
בירה in βάρις deprehendere non posse, fatetur, nec, *Phavo-*
rini etiam opinioni aliqua opponi posse, negat; igitur nil quid-
quam hic definit. Illius tamen aliquid superesse putat in Μαριάβα 58.
apud *Stephanum*, quam *Plinius Hist. Nat. Lib. VI Cap. 28 Barama-*
lacum exponit, ex בירת מלכא, *palatium regium*. Idem af-

firmat de *Μαριάμμια*, quæ, uti *Stephanus* habet, fuit *πόλις Φοινίκων*, *Ptolemæo* Μαριάμη dicta, quasi בירה אם *Biriam, Buriam, arx vetasta & princeps*, quo sensu vox أم apud Arabas, imo Ebræos *2 Sam. XX, 19*, gaudeat, nec minus Epigrammate Thessalonicensis *Antipatri*, evulgati a *Boivinio* juniore in *Memoires de Litterature de l'Academie Roy. des Inscript. Tom. II Part. I pag. 398.* Addit aliqua de arce Orientis munita, dicta *Barbalissus Stephano*, *Ptolemæo* *βαρβαλισσός*. Ex numo nomen gentile *βιρζανατηνῶν* affertur, pro quo *βαρβαλισσήνων* sculptum fuisse conjecit *Holstenius*. Ex hisce invicem collatis conficit, verum nomen fuisse *βαραλίσσος*, sive potius *βιρζαρισσός*. Priorem lectionem esse posse ex בירה לזה, sive *Buralissa*, illiusque veram interpretationem ex mente *Stephani* esse *Φρούριον τετειχισμένον*, *arcem munitam*, ex antiquo verbo לזז, hodiedum apud Arabes superstite, quibus لز habet significatum *compingendi*, *colligandi*, ac *firmandi*. Posteriorem esse quasi בירה רצה, *burarissa*, id est, *arx munita*. Posterius horum verborum est ex رص, quod firmandi habet significatum, cujus
Pag. 60. derivatum superest in רסה, Ῥῆσσα, *Num. XXXIII, 21.*

Altera Dissertatio agit de *Herodotea urbe Cadyti, & prælio Josiæ Regis, in campo Megiddo cum Ægyptiis commisso. Cadytis* urbis duobus locis mentionem facit *Herodotus*, *Lib. II Cap. 159*, & *Lib. III Cap. 5.* Per illam alii intellexerunt *Cadesch*, urbem Palæstinæ, quos inter nomen suum profitentur *Jos. Scaliger*, *Jac. Palmerius* in *Exerc. in opt. Aut. Græc. pag. 13*, hisque plures; alii *Hierosolymam* intellectam volunt, quæ dicatur קדושה, quam sententiam suam fecerunt *Petr. Wesselingius*, & ante hunc *Conringius*, aliique. Qui in utroque loco *Hierosolymam* sibi deprehendisse visi sunt, illos multum errare judicat, quoniam, quæ
3. in posteriori loco dicuntur, eidem prorsus applicari nequeant. Sed, num in priori *Hierosolyma* indigitetur, cùm id nondum ad liquidum sit perductum, de eo disquisitionem instituere consultum duxit. Quam refert historiam *Herodotus*, nihil differre putat ab illa, quam describunt scriptores sacri *2 Reg. XXIII, 29*, & *2 Chron. XXXV, 20, 24*, quamque ipsam tangit Autor libri *Esræ Cap. I v. 25-31*, itemque *Patricius Alexandrinus Annal. Tom. I pag. 241*, qui tamen aliquantulum ab Historia sacra alienus abit.

Nomina-

Nominatur idem Rex *Necbo*, *Syri* sunt *Palæstini* una cum rege *Josia*. Quoniam autem scriptores sacri appellant *Megiddo*, *Herodotus Magdolum*, inde diversæ eruditorum hariolationes emerserunt. Cogitant hic alii de *Magdolo*, oppido in Ægypti finibus posito, quam sententiam tuitus est *Bochartus*; alii de urbe in finibus regni Judææ versus Ægyptum sita, quæ est sententia *Perizonii*; alii respiciunt ad urbem aliquam tribus Manassitarum in valle *Megiddo*, quod faciunt *Marshamus*, *Heinius*, *Jac. Palmerius*, *Hadr. Relandus*; alii aliter sentiunt. *Magdolus* in sacris dicitur מגדול *Ezech. XXIX, 10*, quæ vi vocis fuisse videtur (מגדל quippe Ebræis arcem notat,) *arx munita*, & ad regionem tutandam loco opportuno structa. Igitur longissime abfuit a *Megiddo*, quæ videtur in monte excitata fuisse; quare *Apoc. XVI, 16*, memoratur ἁρμαγεδδὼν, quæ nihil differt a הר מגד; in hujus jam subjecta valle Ægyptii cum Israelitis arma contulisse dicuntur. Quare *Magdolus* Ægyptiaca hic intelligi nequit, 1) quia *Josias* eo temeritatis prolapsus fuisse non videtur, ut ipsam *Ægyptum* adire, ac *Nechonem* bello lacessere, voluerit; 2) quia probabile non est, *Manasse* Babylonem deportato, ejus nepotem tantas opes colligere potuisse, quibus Ægyptum impeteret; 3) scriptor sacer, *Nechoni* adscendenti *Josiam* obviam exivisse, testatur *2 Chron. XXXV, 20*; igitur ille *Magdolum* jamdum prætermiserat; adhæc Ægyptius rem omnem in pace ante transigere voluit *v. 21*; quod minus fecisset, si in ipsam Ægyptum *Josias* impressionem molitus esset; 4) credibile non est, scriptores sacros urbem מגדול, quam ubi nominant, hic מגדל appellare, sicque confusioni occasionem dare voluisse. Cogitatu autem perfacile esse putat Autor, *Herodotum*, ubi in monumentis Ægyptiacis nomen מגדו reperiret, illud in *Megiddo* convertisse, sicque inde finxisse *Magdolus*. His constitutis, difficile haud esse conjectatu censet, quæ urbs per Cadytin intelligenda sit, modo definiri possit, quam urbem, felici hoc prælio decertato, occuparit *Necbo*. Illam autem *Hierosolymam* fuisse, ex *2 Chron. XXXVI, 3, 4*, apparere judicat, ubi loci dicitur, *Eliakimum* loco *Joachasi Hierosolymis* constituisse Regem, quod suscipere minus potuisset, nisi urbe ante potitus

Pag. 6.

7.

9.

12.

13.

potitus fuisset: illud vero non illico post prælium evenisse, sec cum ex expeditione in Assyriam rediisset, & forte *Joachasus* parentis mortem ulturus, obviam ipsi venisset. Hanc appellar
Pag. 17. Cadytin a קדושה, atque ita, non adjecta voce עיר, dic posse, contra *Relandum* & *Heinium* docet, variisque exempli
21. probat, ש in ח, more Syro-Chaldæis usitato, converso. I altero loco *Herodoti* non *Hierosolymam*, sed *Gath*, exhiberi; il quippe insolens non esse, affinia sibi & incognita nomina confun dere, nisi forte librarius aliquis ex Κάδτιος fecerit Καδύτιος, quan quoniam Sardibus magnitudine comparat, ab ipso visam fuisse ex dictionis *Herodoteæ* παραλληλίᾳ monstrat, *Hierosolymai* non æque, & hinc in utroque non eandem urbem repræsentar

24. *Tertio* loco comparent *Glossæ sacræ ex Hesychio.* Ob servaverat Eruditiss. *Valckenaerius* cum aliis viris doctis, in *Hesy chii* Lexicon ab hominibus Christianis plurima esse illata. Quo cum librariorum culpa passim inquinatissimum sit factum, loca cor rupta ope priscorum interpretum Græcorum divinorum oracu lorum emendare, illisque lucem inferre, multa industria & do ctrina est aggressus. Hæc ex elegantissimis hisce Exercitation bus delibare est visum, in quibus licet aliqua sint, potissimu quæ primas vocum origines, earundemque genuinos natale spectant, de quibus ex aliis fontibus eadem verisimilitudir disputari potest, ubique tamen Cl. Autoris intimior optimarui literarum, linguarum, doctrinæ antiquæ, cognitio, sagacitas judicium criticum, elucent, ut res literaria, optimo Numir conatus ipsius fortunante, sibi ab illo haud parum subsidii a præsidii in posterum promittere possit.

THEORIÆ MUSICES EULERIANÆ RECEN sio continuata & finita.

Vid. *Nova Acta A. 1742 Mens. Jan. pag. 18.*

Expositis itaque, quæ ad naturam sonorum, in se spectatan & ad consonantias penitius perspiciendas, pertinent, in e jam est Cel. *Eulerus*, de Generibus musicis ut accuratius, quar vulgo fieri quidem solet, disserat. Generis autem musici vo cabulo complexus indigitatur sonorum variorum, qui ad produ cendar

cendam harmoniam idonei sunt. Paulo latior hic est vocis significatus eo, qui apud Musicos vulgo receptus est; id enim nominis tribuunt numero sonorum, in quos una Octava dispe-titur. Strictiore igitur hoc significatu uti convenit, ubi de divisione Octavæ sermo est. Cum soni omnes, qui harmoniam constituunt, vel viva voce, vel instrumentis musicis, edendi ..; facile perspicitur, instrumenta musica, modumque ea .. attemperandi, hic loci inprimis consideranda esse. Ad Ex-ponentium vero contemplationem tota hæc res reducitur. Pro-posito enim Exponente operis musici, (quem, diximus supra, esse minimum commumem dividuum numerorum, sonos operis musici exprimentium,) instrumenta musica ita sunt adaptanda, ut sonos, qui in exponente insunt, omnes contineant, iis exceptis, qui propter nimiam gravitatem vel acumen distincte percipi non amplius possunt. Hinc intelligitur, cuilibet quoque instrumento musico suum esse Exponentem, qui nimirum, ut hactenus, est communis minimus dividuus sonorum, in in-strumento contentorum. Ad majorem vero instrumenti per-fectionem *alios sonos uniformitatis* gratia addere decet, ut so-ni in *singulis octavis contenti*, fiant numeri æquales. Posito igi-tur Exponente instrumenti $= A$, cujus divisores sint $1, a, b, c,$ $d,$ &c. præter sonos, his divisoribus designatos, etiam soni $2,$ $2a, 2b, 2c,$ &c. aut $4, 4a, 4b, 4c,$ &c. quin etiam $\frac{1}{2}, \frac{1}{2}a, \frac{1}{2}b,$ $\frac{1}{2}c,$ &c. aut $\frac{1}{4}, \frac{1}{4}a, \frac{1}{4}b, \frac{1}{4}c,$ &c. in instrumentum induci debebunt. Adeoque perspicitur, sonos in tali instrumento esse $2^m, 2_m a,$ $2^m b, 2^m c, 2^m d \ldots\ldots 2_m A,$ existente nimirum m numero quovis integro affirmativo aut negativo, tam magno aut parvo, quoad soni adhuc percipi possint. Instrumentum itaque accommodatum erit ad omnia opera musica edenda, quorum exponentes in $2_m A$ includuntur. Convenit autem, pro A numeros tantum impares assumere, ob binarios in 2^m jamjam contentos, *ne labor* superfluus suscipiendus sit. Quivis autem exponentis $2^m A$ valor peculiarem quoque octavæ divisionem, tam quoad sonorum numerum, quam quoad intervalla, suppeditat, hoc est, genus musicum, sensu nimirum, quem diximus, paulo strictiore. Tria potissimum ejusmodi genera *jam inde* ab antiquis temporibus celebrari constat, *Diatonicum* nempe, *Chromaticum,*

ticum, & *Enharmonicum*. Sed, ut methodus perſpiciatur, qu ex $2^m A$ diviſio octavæ derivanda eſt, probe notandum, ſi gra viſſimus ſonus octavæ, cujus diviſio quæritur, ſit e. g. $= E$ acutiſſimum fore $= 2E$, omnes itaque ſonos, octavam conſtitu entes, intra cancellos E & $2E$ coerceri. Ad eos igitur elicien dos, ſinguli diviſores ipſius A per tales binarii poteſtates mul tiplicare oportet, ut facta majora ſint, quam E, & minora, quan $2E$. Hinc patet, in octava tot contineri ſonos, quot diviſore habet A, cum quivis diviſor hac ratione multiplicatus ſonun aliquem in octavam inferat. Quare, ſi exponens inſtrumenti (quem exponentem generis muſici quoque nominare convenit cum is ſtatuatur $2^m A$:) ſit $= 2^m a^p$, exiſtente a numero pri mo; in octava continebuntur ſoni numero $p + 1$. Sin fuerit ex ponens $= 2^m a^p b^q$, numerus ſonorum octavæ erit $= (p + 1$ $(q + 1)$; pariter, ſi exponens ſit $= 2^m a^p b^q c^r$, numerus ſo norum octavæ erit $= (p+1)(q+1)(r+1)$. Tot enim dan tur ipſius A vel $a^p b^q c^r$ diviſores, modo a, b, c, ſint nume primi, iique inæquales.

Hiſce igitur præſidiis inſtructo Autori Clariſſimo ad enu meranda ordine genera muſica, inde a ſimpliciſſimo uſque valde compoſita, pedem proferre licuit. Nos autem, qu ſingula libare brevitatis ſtudium prohibet, ea ſolum exinde d cerpemus, quæ peculiari præ reliquis attentione digna videntu Illud Muſices genus, quod inter hic enarrata quartum l cum obtinet, nihil differt ab illo, quod a *Mercurio* inve tum, & antiquiſſimis jam temporibus uſu tritum fuiſſe, pe hibetur. Eſt autem in eo $A = 3^2$, adeoque exponens huj generis eſt $2^m. 3^2$. Cumque ipſius A vel 3^2 diviſores ſint 3,9; octava continet ſonos 8 : 9 : 12 : 16, habetque intervall tonum majorem, & duas quartas. Hoſce ſonos cum totidem cho dis expreſſiſſet *Mercurius*, inſtrumentum *Tetrachordi* nomen ad ptum eſt. *Duodecimum* ordine genus, quod exponente $2^m. 3^3$ determinatur, in octava continet ſonos octo, nempe 128 135 : 144 : 160 : 180 : 192 : 216 : 240 : 256. Hocque pro xime abeſt a genere veterum *Diatonico*. Omiſſo enim ſon 135, apprime congruit cum genere Diatonico ſyntono *Ptol*

m.

mui, in quo octava in duo tetrachorda dividitur, quorum utrumque intervallum diatessaron complectitur, & in tria intervalla dividitur, ut infimum sit hemitonium majus, sequens, tonus major, & tertium, tonus minor. Addito igitur octavæ sono 135, genus habebitur, quod *Diatonicum correctum* jure dici possit.

Decimi tertii generis exponens est $2^m. 3^2. 5^2$, cujus octavam complent soni 128 : 144 : 150 : 160 : 180 : 192 : 200 : 225 : 240 : 256. Hocque genus suo jure *Chromaticum correctum* appellari potest.

Genus *decimum quartum* exponente gaudet $2^m. 3. 5^3$, & octavam complent soni 256 : 300 : 320 : 375 : 384 : 400 : 480 : 500 : 512. Potest vocari genus *enharmonicum correctum*, cum ad veterum genus *enharmonicum* accedere quodammodo videatur.

Decimum & octavum genus exponentem habet $2^m. 3^3. 5^2$, neque ab eo differt, quod *Diatonico-Chromaticum* appellatur. Exponens enim est minimus communis dividuus exponentium generis diatonici $2^m. 3^3. 5$, & chromatici, $2^m. 3^2. 5^2$, ideoque genera hæc conjunctim exhibet. Hoc autem genus, cum usu hodie adeo receptum sit, ut omnes in eo modulationes fiant, peculiari opera pertractandum sibi sumsit Autor. En igitur divisionem octavæ hujus generis veram & ex theoria correctam:

Nomina sonor.	Soni	Intervalla	Nomina Intervallorum	
C	$2^7. 3 = 384$			Genus Diatonico-Chromaticum hodiernum correctum.
Cs	$2^4. 5^2 = 400$	24 : 25	Hemitonium minus	
D	$2^4. 3^3 = 432$	25 : 27	Limma majus	
Ds	$2. 3^2. 5^2 = 450$	24 : 25	Hemitonium minus	
E	$2^5. 3. 5 = 480$	15 : 16	Hemitonium majus	
F	$2^9 = 512$	15 : 16	Hemitonium majus	
Fs	$2^2. 3^3. 5 = 540$	128 : 135	Limma minus	
G	$2^6. 3^2 = 576$	15 : 16	Hemitonium majus	
Gs	$2^3. 3. 5^2 = 600$	24 : 25	Hemitonium minus	
A	$2^7. 5 = 640$	15 : 16	Hemitonium majus	
B	$3^3. 5^2 = 675$	128 : 135	Limma minus	
H	$2^4. 3^2. 5 = 720$	15 : 16	Hemitonium majus	
c	$2^8. 3 = 768$	15 : 16	Hemitonium majus	

 Quod

Quod autem notatu maxime dignum est, isthæc per theoriam inventa octavæ divisio adeo amice cum ea conspirat, quæ a Musicis recepta est, ut unico sono *B*, adeoque duobus tantum intervallis, scilicet *A*:*B* & *B*:*H*, ab ea dissideat, quantus quidem consensus a solo auditu & experientia vix sperari potuisset. In recepto enim genere intervallum *A*:*B* est Limma majus, & *B*:*H* Hemitonium minus; reliqua autem intervalla recte se habent omnia. Non igitur alia re opus est in correctione generis usitati, quam ut sonus *B* diesi gravior efficiatur; quo facto, perfectissimus obtinebitur consensus, & musicum genus ad harmoniam producendam aptissimum. Explorari quoque ope numerorum adscriptorum quantitates quorumvis intervallorum possunt. E. g. sit determinandum intervallum *D*:*F*, cum sit $F = 2^9 = 512$, & $D = 2^4 . 3^3 = 432$, erit $D:F = 2^4 . 3^3 : 2^9 = 3^3 : 2^5 = 27 : 32$. Cumque ratio 27 : 32 deficiat a 5 : 6 ratione 80 : 81, quæ comma exprimit; perspicuum est, intervallum *D*:*F* esse tertiam minorem commate minutam, cum tertia minor perfecta sit 5 : 6. Pariter examinaturo intervallum *E*:*H* pro sonis substituendi sunt numeri, $2^5 . 3 . 5$ & $2^4 3^2 . 5$, ergo $E:H = 2^5 . 3 . 5 : 2^4 . 3^2 . 5 = 2 : 3$, ergo Quinta vel Diapente perfecta est. Ita quoque intervallum *Gs*:*c* est $= 2^3 . 3 . 5^2 : 2^8 . 3 = 5^2 : 2^5 = 25 : 32$, cumque hæc ratio componatur ex rationibus, $2^2 : 5$ vel $4 : 5$, quæ tertiam majorem perfectam exprimit, & $2^7 : 5^3$ seu $128 : 125$, quæ diesin exprimit, evidens est, intervallum *Gs*:*c* esse tertiam majorem diesi auctam. Et sic in ceteris. Examen vero commodissime per Logarithmos institui poterit.

Ex hisce autem non difficulter colligi quoque poterit, quid sentiendum sit de illo Musicorum quorundam molimine, quo genus quodpiam *æquabile*, hoc est, octavæ distributionem in partes æquales, introducere conati sunt, suavitatem Musices rati æqualitate potius, quam simplicitate, intervallorum metiendam esse. Rem ad examen & mensuras cum revocasset Cel. Autor differentiam inter sonos ejusdem generis commate majorem esse passim, deprehendit. In Quintis error quidem vix percipi potest, sed eo magis excrescit in utraque tertiarum. Et, quod præci-

præcipuum est, omnia intervalla, si a sola octava discesseris, rationibus surdis vel incommensurabilibus exprimuntur; tale igitur genus harmoniæ tam contrarium est, quam quod maxime. Præstat igitur in temperandis instrumentis, qualia nunc quidem usu valent, veluti Clavecymbalis, genus diatonico-chromaticum presso pede sequi, quam de alia quadam temperationis specie, harmoniam turbatura potius, quam promotura, laborare, donec in ipsa instrumenta major perfectionis gradus fuerit illatus.

Hisce igitur omnibus docte & copiose expositis, de aliis quibusdam generibus, magis adhuc compositis, disserit Vir eximius. Ad examen ergo vocat illud, cujus exponens est $2^m. 3^2. 5^3$, quod jure suo *Chromatico-Enharmonicum* dici potest, cum exponens ejus sit minimus communis dividuus exponentium generum Chromatici & Enharmonici. Quodsi exponentes trium generum antiquorum in unum coalescere intelligantur, proveniet $2^m. 3^3. 5^3$, exponens nempe generis, quod *Diatonico-Chromatico-Enharmonicum*, idque correctum & genuinum, *dici meretur*. *Hujus* generis octava conflabitur ex 16 sonis, & quatuor novi erunt *D** inter *Cs* & *D*, *F** inter *E* & *F*, *G** inter *Fs* & *G*, & *c** inter *H* & *c*, qui a primariis *D*, *F*, *G*, *c*, diesi, vel intervallo 125 : 128, dissident, quod quidem inter minima maximum est. Quodsi autem error hic videatur nimio major, convenit adhibere genera, quorum exponentes continentur in $2^m. 3^n. 5^2$, ubi n ternario major est. E. g. si $n = 7$ erit exponens generis $2^m. 3^7. 5^2$, in quo ad duodecim sonos generis diatonico-chromatici accedunt alii duodecim, qui vero a primariis non nisi commate aut diaschismate differunt, adeoque in instrumentis absque errore notabili omitti posse videntur. Quæ cum ita sint, & in substitutione loco n ultra septenarium progredi liceat, manifestum est, genus Diatonico-Chromaticum *in praxi* latissime patere, & inservire pro quovis exponente $2^m. 3^n. 5^2$, quantumvis magnus sit numerus n. Sed minus feliciter rem succedere comperit Cel. Autor, cum alias quoque quinarii potestates in exponentem introduceret. Stricte tamen loquendo, soni recepti non sufficiunt,

 fatente

fatente ipso peritiorum Musicorum choro; neminemque fugit, id sollicite observari in ipsa Musices *Semeiotica*, ubi e. g. soni *Gs* & *bA*, vel *Cs* & *bD*, licet in Clavichordio unus idemque sint, sollicite a se invicem distinguuntur. Nihil igitur magis est optandum, quam ut Clavichordia vel Clavecymbala, quæ in directione musici concentus primas fere tenent, ad eam perfectionem evehantur, ut intervalla ista minora, qualia sunt *Dieses Enharmonicæ*, contineant, & tamen tractatu non multo difficiliora sint consuetis. Nunquam sane error in sensus magis incurrit, quam ubi *Clavichordio* & *Violino* (venia sit vocibus minus Latinis) simul canitur, cum in posteriori instrumento intervalla etiam minima a perito artifice exacte possint exprimi. Licet autem dixerimus, si minora intervalla, qualia sunt Dieses, Commata, & Diaschismata, insuper habeantur, genus diatonico-chromaticum extendi ad exponentem generalem, $2^m. 3^n. 5^2$; in exponente tamen $2^m. 3^7. 5^2$ subsistendum, cum ipsæ harmoniæ leges opera musica conficere vetent, quorum exponens magis esset compositus. Igitur, cum omnium operum musicorum exponentes conflentur ex numeris 2, 3, 5, eorumque dignitatibus, perspicitur veritas effati *Leibnitiani*, quo in Musica ultra quinarium numerari non solere, asseruit Vir illustris. Periculum tamen suæ methodi facturus Autor, numerum 7 quoque introduxit, & divisionem octavæ ejus generis, cujus exponens est $2^m. 3^3. 5^2. 7$, expiscatus est. Talis autem octava sonis *quinque & viginti* constat, novis forsan & huc usque inauditis operibus musicis ansam olim præbitura. Ex quo specimine, quantæ adhuc amplificationis capax sit Musica, luculenter colligi poterit.

Reversus jam Cel. Autor ad genus Diatonico-Chromaticum, ad ipsas Consonantias, quæ in eo locum habent, distincte enarrandas, accedit, & generalia præcepta, superius jam de Consonantiis data, ad usum applicat. Consonantiarum vero speciem vocat sonorum similium congeriem; sonosque similes, qui una pluribusve octavis a se invicem discrepant. Ita v. g. $2^m. 3. 5$ constituit speciem quandam consonantiarum, quarum singulæ determinantur, ubi m per numeros definitos explica-

explicatur. Cum vero omnes ejusmodi Consonantiæ similes sint; gradu tamen suavitatis inter se differunt. Quo enim major numerus loco *m* substituatur reliquis omnibus salvis, eo magis composita fit & perceptu difficilis consonantia. Quis vero figendus sit ultimus suavitatis gradus, experientia Musicorum definiendum, qui consonantias, gradum XII transgredientes, rarissime usurpant. Hunc itaque gradum XII ceu limitem statuit Autor, omnesque Consonantias, eum excedentes, e Musica exterminandas pronuntiat. In genere igitur *Diatonico-Chromatico*, cujus exponens est $2^m. 3^3. 5^2$, habentur duodecim consonantiarum species, nimirum:

I.	2^m	V.	$2^m. 3. 5$	IX.	$2^m. 3. 5^2$.
II.	$2^m. 3$	VI.	$2^m. 5^2$	X.	$2^m. 3^3. 5$
III.	$2^m. 5$	VII.	$2^m. 3^3$	XI.	$2^m. 3^2. 5^2$
IV.	$2^m, 3^2$	VIII.	$2^m. 3^2. 5$	XII.	$2^m. 3^3. 5^2$

Quæ quidem consonantiæ, si adhuc Indices adjungantur, pluribus formis occurrere possunt; id quod autem hic loci negligitur, *quoniam consonantiæ in se* spectatæ solum considerantur, *adeoque index* earum communis est unitas. Cujusque igitur speciei consonantias secundum ordinem suavitatis, tam numeris, quam *notis musicis*, more consueto descripsit Vir Clarissimus, &, qua ratione quælibet suavissime sit efferenda, ostendere contendit. Ubi notandum, specierum sextæ, nonæ, & decimæ, consonantias adeo duras & incomtas esse, ut non nisi rarissime, & summa circumspectione adhibita, iis uti conveniat; duarum vero reliquarum omnes gradum suavitatis XII transcendunt, dissonantiis igitur re vera talibus jure annumerandæ.

Nec minori diligentia circa modos generis Diatonico-Chromatici versatur Doctissimus *Eulerus*, quos in species & systemata divisit, eamque adeo doctrinam majori accuratione, quam quidem factum est ad hunc diem, pertractat, qua ratione compositioni musicæ non parum lucis affudisse videtur. Modus autem musicus nihil aliud est, quam exponens seriei consonantiarum; igitur exponentes singularum consonantiarum amplitudine sua complectitur. Ad obtinendam vero majorem in consonantiis

varieta-

varietatem, modi exponentem non nimis simplicem esse oportet; a magis compositis igitur initio facto, sex modos in genere Diatonico-Chromatico numerat Autor, quorum exponentes sunt

I.	$2^m. 3^3$	IV.	$2^m. 3^3. 5$
II.	$2^m. 3^2. 5$	V.	$2^m\ 3^2. 5^2$
III.	$2^m. 3. 5^2$	VI.	$2^m. 3^3. 5^2$

Quoniam vero in operibus musicis modi subinde mutantur, & ex uno in alium fit transitus, exponens integri operis magis esse compositus & ad $2^m. 3^7. 5^2$ exsurgere poterit. Quamobrem pro operibus musicis conficiendis hanc legem stabilit Autor, ut quisque modus in exponente $2_m. 3^3. 5^2$ contineatur, totius vero operis exponens non magis sit compositus, quam $2^m. 3^7. 5_2$. Tres quidem priores modorum adductorum ob simplicitatem in usu non sunt; in posterioribus autem universa Musica hodierna comprehenditur. Cumque transpositiones seu variationes modorum in Musica frequentissimæ sint; de iis quoque tractatio perquam accurata instituitur. Pendet autem variatio modi a solo indice, quippe qui, ceu in superioribus declaratum fuit, basin designat, ad quam modus refertur. Variationes dividuntur in puras & impuras. Puræ sunt, quando exponens modi cum Indice conjunctus adhuc in exponente generis Diatonico-Chromatici continetur; sin magis compositus sit, ita tamen, ut adhuc in $2^m. 3^7. 5^2$ contineatur, variationes impuræ prodeunt. Omnes ejusmodi modorum variationes in Tabula dispositæ sunt, uno quasi oculi obtutu deprehendendæ. Porro de systematis cujuslibet modorum speciei agitur. Est autem systema nihil aliud, quam congeries sonorum alicujus speciei intra limites fixos (e. g. quatuor octavas, ut in Clavichordiis usu venit,) inclusorum. Sæpenumero accidit, ut eadem species plura habeat systemata, quæ variis sonorum congeriebus constant. Hujusmodi autem systema idem est, quod *ambitum* dicere Musici consueverunt. Igitur, contra quam Musicis videtur, quilibet modus & quælibet modi species plura systemata, seu ambitus, admittit, quo ipso Musica rursus mirifice variari potest. Ad pleniorem vero modorum notitiam Tabulam luculentissimam

tissimam subdidit Autor, in qua non solum modi cujusvis omnes species, quæ quidem intra quatuor octavas locum habent, sed omnia quoque systemata, notis sonorum consuetis, designata sunt, numero omnino 229. Hisce igitur expositis, de ipsa tandem compositionis ratione in dato modo & systemate, ac de modorum & systematum permutatione, disserit Vir acutissimus, ipsamque componendi artis theoriam & naturam intrinsecam ante oculos lectorum ponit; quibus tamen in compendium redigendis non amplius immorabimur, nimiam recensionis longitudinem evitaturi, cum quod ex illis, quæ attulimus, de his etiam aliqua ex parte existimari possit, tum quod adeo breviter ea exhibere non liceat, quin obscuri fiamus. Habes igitur conspectum & speciem quandam Operis *Euleriani*, novitate æque ac elegantia commendabilis, cujus præcepta si in dies magis excolantur perpolianturque, nullum est dubium, quin consummatissima aliquando Musices theoria concinnari, ipsaque proinde praxis etiam mirifice amplificari perficique, possit. Finem itaque recensionis facturi, vehementer optamus, ut peritissimi *artifices, exquisito non* minus gustu, quam dexteritate, in conficiendis edendisque operibus musicis pollentes, theoriam cum praxi consocient, & in numerorum rationumque natura, quam cachinnis non raro, dum usum ignorant, excipere sueverunt, penitius perspicienda, & ad perfectionem nobilissimæ scientiæ adhibenda, omni studio & contentione laborare occipiant.

THREE LECTURES ON THE ORGANS of respiration, &c.

id est,

PRÆLECTIONES TRES DE ORGANIS RESPIRATIONIS, in Collegio medico Regio Londinensi, ex instituto Gulstoniano, habitæ a BENJAMINO HOADLY, *Med. D. Collegii Medicorum & Regiæ Societatis Socio.*

Londini, apud Jo. Roberts, 1740, 4.

Plag. 18, Tabb. æn. 3.

L Ob

Ob evidentem respirationis, semel inchoatæ, ad conservandam vitam necessitatem, dignum censuit argumentum Cl. Autor, de quo *tribus Prælectionibus* copiosius dissereret, partiumque, ad respirationem exercendam destinatarum, mechanismum, usum, quem illa in œconomia animali præstat, denique morbos, quibus ea impeditur, curatius exponeret. In tradendo partium, respirationi servientium, mechanismo, copiosam fabricæ costarum, sterni, vertebrarum dorsi & diaphragmatis, quibus thoracis cavum circumscribitur, expositionem eo minus necessariam fore credidit, quo plenius illa ab aliis jamdum tradita fuit; alternantis vero dilatationis & angustationis, quas inspirationis & exspirationis tempore se excipere, & a costarum sternique elevatione & depressione pendere, inter omnes constat, instrumenta silentio prætermittere non potuit, cum in illorum officio designando non omnes inter se consentiant. Varii quidem musculi costis inseruntur, qui in difficili respiratione ad illarum motum juvandum subinde concurrunt, quorum tamen auxilio in placida respiratione non indigere animalia, institutis experimentis perspectum est, ut solæ fere intercostales carnes ad motum costarum sufficere videantur. Bini sunt carnium in interstitiis quarumlibet costarum ordines: externus, cujus fibræ oblique descendunt, & a postica costarum parte versus anteriora pergunt, atque una ex parte inferiori & exteriori margini superioris, ex altera superiori & exteriori margini inferioris, costæ inseruntur, & internus, cujus fibræ contraria directione oblique adscendunt, ab anteriore cartilaginum sterni parte versus posteriora pergunt, atque uno extremo superiori & interno inferioris, altero inferiori & interno margini superioris, costæ insiguntur. Plurimi Autores cum *Borello* utrumque musculum elevandis costis conjunctim inservire censent; Clariss. tamen Autor ab eorum partibus stat, qui cum *Willisio* cuique peculiare officium assignant, atque, uno contracto, alterum relaxari, & sic alternatim costas elevari ac deprimi, censent. Priorem quidem sententiam veram credit, si binæ duntaxat costæ cum intermediis carnibus considerentur; at contrarium apparere, si tres costas conjunctim intuearis, ubi statim ex contraria directione musculorum, mediæ costæ insertorum, appareat, alterum contrahi non posse, nisi alter relaxetur, &, si uterque agat, costam mediam immobilem

mobilem reddi; quæ ſi omnibus coſtis applicentur, intelligi externos muſculos, conjunctim agentes, coſtas elevare, excepta prima, internos vero ſimul contractos easdem deprimere, præter inferiores, a ſerrato poſtico inferiore deorſum ducendas. Præter hunc coſtarum motum abdominis in inſpiratione tumor, in expiratione verſus interiora retractio, obſervatur, a diaphragmatis deſcenſu & adſcenſu pendens. Dum enim coſtæ elevantur, fibræ diaphragmatis, illis inſertæ, ſimul inſurgunt, &, concurrente propria actione, ſuperficies ejus plana redditur, unde abdominis contenta verſus exteriora urgentur, & cavitas thoracis ampliatur. Quamprimum vero coſtæ iterum deſcendunt, fibræ diaphragmatis denuo relaxantur; unde aer externus, cum muſculis abdominis contractis, ejus contenta verſus diaphragma, illudque in cavum thoracis, urgent, atque adeo illud inſigniter imminuitur. Ampliato thorace, aerem per aſperam arteriam in bronchia irruere, totumque pulmonem expandere, extra dubium eſt; an vero in ipſo thoracis cavo aer exterius pulmones ambiat, adhuc diſceptatur. *Plurimi, omnem* aerem *inde penitus excludi, cenſent, cum omnes aditus*, per quos eo penetrare poſſit, ſollicite *oſſibus, membranis*, carnibus, obtecti ſint; unde manifeſto patere putant, quamprimum coſtæ cum ſterno eleventur, ſicque preſſio in externam pulmonum ſuperficiem minuatur, aerem proprio pondere in pulmones penetrare, eosque tam diu inflare, donec iterum pleuræ fiant contigui. At vero Cl. Autor aëris præſentiam in cavo thoracis omnino concedendam credit, eidemque per ipſam pulmonum texturam, raram admodum, introitum patere putat, adeoque reſpirationis phænomena ita explicat: quamprimum coſtæ elevantur, aer, inter pleuram & pulmones hærens, expanditur & rareſcit, ſicque, preſſione in eorum ſuperficiem internam imminuta, vis aeris externi major intrat aſperam arteriam, pulmonesque replet, donec æquilibrium inter aerem, eos ambientem, & in bronchiis detentum, reſtitutum fuerit; coſtis vero iterum ſubſidentibus, aer, pulmones intra thoracem ambiens, condenſatur, & majori vi eorundem ſuperficiem premens, aerem, in bronchiis hærentem, per patulum laryngem expellit. Quam hypotheſin variis experimentis, ab

Halesio in Hæmostatica allatis, aliisque, a se ipso in animalibus viventibus institutis, confirmare studet, quorum thoracem nunc amplo, nunc angustiore, vulnere aperuit, ubi, ab amplo vulnere brevi respirationem cessare, animalque mori, observatum est, quod aer, nimia copia irruens, omnem pulmonum expansionem impedivit. Thoracis vero utroque etiam latere angusta apertura, qualis ab acu paracenthesi destinata fieri solet, patefacto, respirationem, etsi paulo difficiliorem, per notabile tempus continuatam vidit, quoniam hæc orificia, angustiora, quam laryngis apertura esse solet, viam quidem aeris transitui concedunt, sed non tanta copia, quanta per laryngem intrat et expellitur, ut adeo aliqua tamen mutatio æquilibrii inter aerem, pulmones ambientem, & internum fieri possit, quæ ad continuandam utcunque respirationem sufficit, etsi illa necessario impeditior esse debet, quam si clauso undique thorace aer, in illo contentus, nullum cum externo commercium habet. In Appendice, his *Prælectionibus* annexa, alia *Houstoni* experimenta, e quibus contrarium colligendum videbatur, adducit, & cum suis conciliare studet, quæ brevitatis gratia omittimus, & lectoribus harum rerum curiosis in ipso libro indaganda relinquimus. *Altera Prælectio* usui, quem respiratio vitæ nostræ conservandæ præstat, explicando destinata est, quem in sanguinis circuitu conservando potissimum consistere, inter omnes convenit; qua vero ratione huic inserviat, diversa subinde ratione exponitur. Sanguis omnis, toto ex corpore reductus, antequam denuo ad partes deferatur, pulmones subit, &, ex illis iterum profluens, demum aortæ redditur; sanguis, per venam cavam utramque ad dextrum ventriculum tendens, humorem maxime heterogeneum, inæqualiter mixtum, & serosis partibus abundantem, refert, quod cum a particularum maxime elasticarum jactura in variis visceribus, secretioni destinatis, omnibusque partibus, nutritias particulas retinentibus, tum a venarum laxiore textura, amplioreque diametro, sanguinem minus comprimente, & denique a novi chyli successiva in vena subclavia affusione, dependere videtur. Postquam vero pulmones transiit, humorem magis homogeneum, elasticum, nutritiis particulis imprægnatum,

pur-

purpureo colore rutilantem, prodire animadvertimus; quam mutationem Cl. Autor neque a divisione sanguinis in minutissimos rivulos derivandam censet, utpote quæ in aliis pariter visceribus contingat, contrario tamen effectu in sanguine observato, neque a pressione ejus inter vesiculas pulmonales, modo expansas, modo subsidentes, deduci permittit, utpote quæ in placida respiratione admodum exigua sit, & in vehementissima etiam major esse nequeat, quam in vasis musculorum, valide contractorum, neque demum a majori impetu, qui cum sanguine in pulmonibus communicetur, pendere credit, utpote quem in visceribus a motu eorum peristaltico eundem fore appareat. Insignem igitur hanc mutationem produci demonstrat partim a copioso particularum aquosarum abundantium per vesiculas pulmonales transitu, &, sub specie vaporis, cum aere ex corpore exhalatione, partim a nutritiarum partium cum reliquis unione, dum chylus in minimis vasculis cum sanguine subigitur, & frequentibus anastomosibus denique in homogeneum liquorem mutatur, partim etiam ab aeris admistione, qui, cum aqueis intra vesiculas unitus, *poros vasorum subeat*, & ad condensandum sanguinem symbolam conferat, adeoque demum a mutua partium aeris, sanguinis, & chyli, actione in se invicem, ad perfectionem humoris vitalis summe necessaria. Qua occasione erudite de summa necessitate aerem recentem perpetuo hauriendi disserit; siquidem experimentis constet, non solum aerem, crassioribus, acidis, aliisque, corpori infestis, exhalationibus repletum, suffocationem minari, sed eundem etiam effectum metuendum esse, si per aliquot tantum minuta idem aer, quem animal sub initium commode recepit, & exspiratione reddidit, sine recentis accessione hauriri debeat, prout id experimentis, ab *Halesio* institutis, evincitur; quod ipsum non spiritui cuipiam vivificanti, in aere reperiundo, cum aliis tribuit, sed elasticis ejus particulis, quæ a copiosis pulmonum exhalationibus brevi destruantur, unde, si his jam repletus aer sæpius intra pulmones recipi debeat, vesiculis expandendis minus sufficiat, hæque brevi collabantur, adeoque sanguinis per pulmones circuitum sistant; quamdiu vero recens aer in inspiratione per laryngem & bronchia reci-

piatur, illum, qui antea in veſiculis hæſerat, & vaporibus impraegnatus, ſicque minus elaſticus, fuerat, a calore rarefactum, adſcendere, ſicque recenti intra ipſas veſiculas aditum concedere, oſtendit. *Tertia* denique *Prælectione* morbos, reſpirationem impedientes, conſiderat Cl. Autor, qui nunc exteriores tantum partes, motui thoracis inſervientes, nunc pleuram & diaphragma, afficiunt, interdum vero ipſos pulmones lædunt. Si vel intercoſtales carnes, vel abdominis muſculi, debilitati, tumore affecti, aut quacunque ex cauſa ad contrahendum nunc in uno, nunc in altero, latere inepti fuerint facti, ſemper motum a reliquis integris tantum majori molimine continuari videmus, ut, dextro latere morbido, motus fere in ſiniſtro tantum percipiatur, intercoſtalibus læſis, ille in abdominalibus ſolum vigeat, his contra ab officio remittentibus, carnes, coſtas moventes, tanto validius agant; ex quibus ſignis ſedem propriam mali judicari debere, Autor oſtendit. Si pleura, interius thoracem inveſtiens, inflammata fuerit, motum coſtarum non minus, quam diaphragmatis, cujus ſuperiorem ſuperficiem pariter obducit, ſummo cum dolore fieri, aut penitus ſiſti, neceſſe eſt, quod & de peritonæi, alterum diaphragmatis latus, abdomen reſpiciens, cingentis, inflammatione intelligendum. Pulmones ſubinde pleuræ cohærere, in cadaverum ſectionibus ſæpius reperitur; quæ, ſi levior ſit, & paucis tantum in locis, pulmonibus, ceteroquin ſanis, vix aliquod reſpirationis impedimentum afferet, ſin vero alia ex cauſa pulmones laborent, graviorem ſtatim morbum reddet. Quo latius vero illa cohæſio expanditur, eo magis reſpirationem ſufflaminari neceſſe eſt, ita, ut, ſi undique cum pleura coaluerint pulmones, ſpiritum penitus intercipi, ſit neceſſe, quod potiſſimum ab aere, ſic ex cavo thoracis excluſo, Autor deducit, utpote cujus præſentiam ad expandendos contrahendosque pulmones neceſſariam eſſe, *priore Prælectione* fuſius expoſuerat. Quam in rem bina exempla notatu digna ex cohæſione pulmonum perfecta defunctorum cum hiſtoria morbi, & phænomenis, in ſectione deprehenſis, copioſe commemorat. Si ipſi vero pulmones inflammati ſuppurati, ſcirrhoſi, aut ſpaſmo affecti, fuerint, motum pulmonum, & ſanguinis per eos circuitum, potiſſimum turbari, luculenter oſtendit

dit, hac occasione docens, has affectiones necessario febrim sequi debere, uti etiam a febri quacunque ipsam respirationem lædi necesse sit, cum sanguis omnis, febrili motu agitatus, per pulmones majori celeritate & impetu transeat; ubi simul signa ostendit, ex quibus Medicus intelligere possit, utrum febris ejusmodi inflammatoria a pulmonibus primario affectis dependeat, an vero pulmones symtomatice solum patiantur, ut inde indicationes convenientes formare liceat, siquidem e. g. venæsectio, quæ in febre inflammatoria pulmonum primaria iterata etiam vice instituta maxime conveniat, subinde ab alterius febris indole, venæsectionem non admittente, prohibeatur, aliamque his medendi methodum, ex instituto a Cl. Autore expositam, desideret.

LA METAPHYSIQUE DE NEUTON, OU PARALLELE des sentimens de Neuton & de Leibnitz, &c.

hoc est,

METAPHYSICA NEUTONI, SEU COLLATIO sententiarum Neutoni ac Leibnitii, opera Domini DE VOLTAIRE.

Amstelodami apud Stephanum Ledet & Societatem, 1740, 8. Plag. 5½.

Vergleichung der Leibnitzischen und Neutonischen Metaphysik, wie auch verschiedener anderer philosophischer und mathematischer Lehren beyder Weltweisen, &c.

id est,

COMPARATIO LEIBNITIANÆ ET NEUTONIANÆ Metaphysices, nec non diversarum aliarum philosophicarum atque mathematicarum doctrinarum Philosophi utriusque, instituta, ac Domino DE VOLTAIRE opposita a LUD. MART. KAHLEN, P. P. O. & Decano Ordinis philosophici Gottingensis.

Gottingæ, impensis officinæ librariæ Academicæ, 1740, 8. Plag. 11.

Edidit

fatente ipso peritiorum Musicorum choro; neminemque fugit, id sollicite observari in ipsa Musices *Semeiotica*, ubi e. g. soni *Gs* & *bA*, vel *Cs* & *bD*, licet in Clavichordio unus idemque sint, sollicite a se invicem distinguuntur. Nihil igitur magis est optandum, quam ut Clavichordia vel Clavecymbala, quæ in directione musici concentus primas fere tenent, ad eam perfectionem evehantur, ut intervalla ista minora, qualia sunt *Dieses Enharmonicæ*, contineant, & tamen tractatu non multo difficiliora sint consuetis. Nunquam sane error in sensus magis incurrit, quam ubi *Clavichordio* & *Violino* (venia sit vocibus minus Latinis) simul canitur, cum in posteriori instrumento intervalla etiam minima a perito artifice exacte possint exprimi. Licet autem dixerimus, si minora intervalla, qualia sunt Dieses, Commata, & Diaschismata, insuper habeantur, genus diatonico-chromaticum extendi ad exponentem generalem, $2^m. 3^n. 5^2$; in exponente tamen $2^m. 3^7. 5^2$ subsistendum, cum ipsæ harmoniæ leges opera musica conficere vetent, quorum exponens magis esset compositus. Igitur, cum omnium operum musicorum exponentes conflentur ex numeris 2, 3, 5, eorumque dignitatibus, perspicitur veritas effati *Leibnitiani*, quo in Musica ultra quinarium numerari non solere, asseruit Vir illustris. Periculum tamen suæ methodi facturus Autor, numerum 7 quoque introduxit, & divisionem octavæ ejus generis, cujus exponens est $2^m. 3^3. 5^2. 7$, expiscatus est. Talis autem octava sonis *quinque & viginti* constat, novis forsan & huc usque inauditis operibus musicis ansam olim præbitura. Ex quo specimine, quantæ adhuc amplificationis capax sit Musica, luculenter colligi poterit.

Reversus jam Cel. Autor ad genus Diatonico-Chromaticum, ad ipsas Consonantias, quæ in eo locum habent, distincte enarrandas, accedit, & generalia præcepta, superius jam de Consonantiis data, ad usum applicat. Consonantiarum vero speciem vocat sonorum similium congeriem; sonosque similes, qui una pluribusve octavis a se invicem discrepant. Ita v. g. $2^m. 3. 5$ constituit speciem quandam consonantiarum, quarum singulæ determinantur, ubi *m* per numeros definitos explica-

explicatur. Cum vero omnes ejusmodi Consonantiæ similes sint; gradu tamen suavitatis inter se differunt. Quo enim major numerus loco *m* substituatur reliquis omnibus salvis, eo magis composita fit & perceptu difficilis consonantia. Quis vero figendus sit ultimus suavitatis gradus, experientia Musicorum definiendum, qui consonantias, gradum XII transgredientes, rarissime usurpant. Hunc itaque gradum XII ceu limitem statuit Autor, omnesque Consonantias, eum excedentes, e Musica exterminandas pronuntiat. In genere igitur *Diatonico-Chromatico*, cujus exponens est $2^m . 3^3 . 5^2$, habentur duodecim consonantiarum species, nimirum:

I.	2^m	V.	$2^m . 3 . 5$	IX.	$2^m . 3 . 5^2$.
II.	$2^m\ 3$	VI.	$2^m . 5^2$	X.	$2^m . 3^3 . 5$
III.	$2^m . 5$	VII.	$2^m .\ 3^3$	XI.	$2^m . 3^2 . 5^2$
IV.	$2^m , 3^2$	VIII.	$2^m . 3^2 . 5$	XII.	$2^m . 3^3 . 5^2$

Quæ quidem consonantiæ, si adhuc Indices adjungantur, pluribus formis occurrere possunt; id quod autem hic loci negligitur, *quoniam consonantiæ in* se spectatæ solum considerantur, adeoque index earum communis est unitas. Cujusque igitur speciei consonantias secundum ordinem suavitatis, tam numeris, quam notis musicis, more consueto descripsit Vir Clarissimus, &, qua ratione quælibet suavissime sit efferenda, ostendere contendit. Ubi notandum, specierum sextæ, nonæ, & decimæ, consonantias adeo duras & incomtas esse, ut non nisi rarissime, & summa circumspectione adhibita, iis uti conveniat; duarum vero reliquarum omnes gradum suavitatis XII transcendunt, dissonantiis igitur re vera talibus jure annumerandæ.

Nec minori diligentia circa modos generis Diatonico-Chromatici versatur Doctissimus *Eulerus*, quos in species & systemata divisit, eamque adeo doctrinam majori accuratione, quam quidem factum est ad hunc diem, pertractat, qua ratione compositioni musicæ non parum lucis affudisse videtur. Modus autem musicus nihil aliud est, quam exponens seriei consonantiarum; igitur exponentes singularum consonantiarum amplitudine sua complectitur. Ad obtinendam vero majorem in consonantiis varieta-

varietatem, modi exponentem non nimis ſimplicem eſſe oportet; a magis compoſitis igitur initio facto, ſex modos in genere Diatonico-Chromatico numerat Autor, quorum exponentes ſunt

I.	$2^m. 3^3$	IV.	$2^m. 3^3. 5$
II.	$2^m. 3^2. 5$	V.	$2^m\ 3^2. 5^2$
III.	$2^m. 3. 5^2$	VI.	$2^m. 3^3. 5^2$

Quoniam vero in operibus muſicis modi ſubinde mutantur, & ex uno in alium fit tranſitus, exponens integri operis magis eſſe compoſitus & ad $2^m. 3^7. 5^2$ exſurgere poterit. Quamobrem pro operibus muſicis conficiendis hanc legem ſtabilit Autor, ut quisque modus in exponente $2_m. 3^3. 5^2$ contineatur, totius vero operis exponens non magis ſit compoſitus, quam $2^m. 3^7; 5_2$. Tres quidem priores modorum adductorum ob ſimplicitatem in uſu non ſunt; in poſterioribus autem univerſa Muſica hodierna comprehenditur. Cumque transpoſitiones ſeu variationes modorum in Muſica frequentiſſimæ ſint; de iis quoque tractatio perquam accurata inſtituitur. Pendet autem variatio modi a ſolo indice, quippe qui, ceu in ſuperioribus declaratum fuit, baſin deſignat, ad quam modus refertur. Variationes dividuntur in puras & impuras. Puræ ſunt, quando exponens modi cum Indice conjunctus adhuc in exponente generis Diatonico-Chromatici continetur; ſin magis compoſitus ſit, ita tamen, ut adhuc in $2^m. 3^7. 5^2$ contineatur, variationes impuræ prodeunt. Omnes ejusmodi modorum variationes in Tabula diſpoſitæ ſunt, uno quaſi oculi obtutu deprehendendæ. Porro de ſyſtematis cujuslibet modorum ſpeciei agitur. Eſt autem ſyſtema nihil aliud, quam congeries ſonorum alicujus ſpeciei intra limites fixos (e. g. quatuor octavas, ut in Clavichordiis uſu venit,) incluſorum. Sæpenumero accidit, ut eadem ſpecies plura habeat ſyſtemata, quæ variis ſonorum congeriebus conſtant. Hujusmodi autem ſyſtema idem eſt, quod *ambitum* dicere Muſici conſueverunt. Igitur, contra quam Muſicis videtur, quilibet modus & quælibet modi ſpecies plura ſyſtemata, ſeu ambitus, admittit, quo ipſo Muſica rurſus mirifice variari poteſt. Ad pleniorem vero modorum notitiam Tabulam luculentiſſimam

tissimam subdidit Autor, in qua non solum modi cujusvis omnes species, quæ quidem intra quatuor octavas locum habent, sed omnia quoque systemata, notis sonorum consuetis, designata sunt, numero omnino 229. Hisce igitur expositis, de ipsa tandem compositionis ratione in dato modo & systemate, ac de modorum & systematum permutatione, disserit Vir acutissimus, ipsamque componendi artis theoriam & naturam intrinsecam ante oculos lectorum ponit; quibus tamen in compendium redigendis non amplius immorabimur, nimiam recensionis longitudinem evitaturi, cum quod ex illis, quæ attulimus, de his etiam aliqua ex parte existimari possit, tum quod adeo breviter ea exhibere non liceat, quin obscuri fiamus. Habes igitur conspectum & speciem quandam Operis *Euleriani*, novitate æque ac elegantia commendabilis, cujus præcepta si in dies magis excolantur perpolianturque, nullum est dubium, quin consummatissima aliquando Musices theoria concinnari, ipsaque proinde praxis etiam mirifice amplificari perficique, possit. Finem itaque recensionis facturi, vehementer optamus, ut peritissimi *artifices, exquisito* non minus gustu, quam dexteritate, in conficiendis edendisque operibus musicis pollentes, theoriam cum praxi consocient, & in numerorum rationumque natura, quam cachinnis non raro, dum usum ignorant, excipere sueverunt, penitius perspicienda, & ad perfectionem nobilissimæ scientiæ adhibenda, omni studio & contentione laborare occipiant.

THREE LECTURES ON THE ORGANS of respiration, &c.

id est,

PRÆLECTIONES TRES DE ORGANIS RESPIrationis, in Collegio medico Regio Londinensi, ex instituto Gulstoniano, habitæ a BENJAMINO HOADLY, *Med. D. Collegii Medicorum & Regiæ Societatis Socio.*

Londini, apud Jo. Roberts, 1740, 4.

Plag. 18, Tabb. æn. 3.

Ob evidentem respirationis, semel inchoatæ, ad conservandam vitam necessitatem, dignum censuit argumentum Cl. Autor, de quo *tribus Prælectionibus* copiosius dissereret, partiumque, ad respirationem exercendam destinatarum, mechanismum, usum, quem illa in œconomia animali præstat, denique morbos, quibus ea impeditur, curatius exponeret. In tradendo partium, respirationi servientium, mechanismo, copiosam fabricæ costarum, sterni, vertebrarum dorsi & diaphragmatis, quibus thoracis cavum circumscribitur, expositionem eo minus necessariam fore credidit, quo plenius illa ab aliis jamdum tradita fuit; alternantis vero dilatationis & angustationis, quas inspirationis & exspirationis tempore se excipere, & a costarum sternique elevatione & depressione pendere, inter omnes constat, instrumenta silentio prætermittere non potuit, cum in illorum officio designando non omnes inter se consentiant. Varii quidem musculi costis inseruntur, qui in difficili respiratione ad illarum motum juvandum subinde concurrunt, quorum tamen auxilio in placida respiratione non indigere animalia, institutis experimentis perspectum est, ut solæ fere intercostales carnes ad motum costarum sufficere videantur. Bini sunt carnium in interstitiis quarumlibet costarum ordines: externus, cujus fibræ oblique descendunt, & a postica costarum parte versus anteriora pergunt, atque una ex parte inferiori & exteriori margini superioris, ex altera superiori & exteriori margini inferioris, costæ inseruntur, & internus, cujus fibræ contraria directione oblique adscendunt, ab anteriore cartilaginum sterni parte versus posteriora pergunt, atque uno extremo superiori & interno inferioris, altero inferiori & interno margini superioris, costæ insiguntur. Plurimi Autores cum *Borello* utrumque musculum elevandis costis conjunctim inservire censent; Clariss. tamen Autor ab eorum partibus stat, qui cum *Willisio* cuique peculiare officium assignant, atque, uno contracto, alterum relaxari, & sic alternatim costas elevari ac deprimi, censent. Priorem quidem sententiam veram credit, si binæ duntaxat costæ cum intermediis carnibus considerentur; at contrarium apparere, si tres costas conjunctim intuearis, ubi statim ex contraria directione musculorum, mediæ costæ insertorum, appareat, alterum contrahi non posse, nisi alter relaxetur, &, si uterque agat, costam mediam im-

mobilem

mobilem reddi; quæ si omnibus costis applicentur, intelligi externos musculos, conjunctim agentes, costas elevare, excepta prima, internos vero simul contractos easdem deprimere, præter inferiores, a serrato postico inferiore deorsum ducendas. Præter hunc costarum motum abdominis in inspiratione tumor, in exspiratione versus interiora retractio, observatur, a diaphragmatis descensu & adscensu pendens. Dum enim costæ elevantur, fibræ diaphragmatis, illis insertæ, simul insurgunt, &, concurrente propria actione, superficies ejus plana redditur, unde abdominis contenta versus exteriora urgentur, & cavitas thoracis ampliatur. Quamprimum vero costæ iterum descendunt, fibræ diaphragmatis denuo relaxantur; unde aer externus, cum musculis abdominis contractis, ejus contenta versus diaphragma, illudque in cavum thoracis, urgent, atque adeo illud insigniter imminuitur. Ampliato thorace, aerem per asperam arteriam in bronchia irruere, totumque pulmonem expandere, extra dubium est; an vero in ipso thoracis cavo aer exterius pulmones ambiat, adhuc disceptatur. *Plurimi, omnem* aerem *inde penitus excludi, censent, cum omnes aditus,* per quos eo penetrare possit, sollicite ossibus, membranis, carnibus, obtecti sint; unde manifesto patere putant, quamprimum costæ cum sterno eleventur, sicque pressio in externam pulmonum superficiem minuatur, aerem proprio pondere in pulmones penetrare, eosque tam diu inflare, donec iterum pleuræ fiant contigui. At vero Cl. Autor aëris præsentiam in cavo thoracis omnino concedendam credit, eidemque per ipsam pulmonum texturam, raram admodum, introitum patere putat, adeoque respirationis phænomena ita explicat: quamprimum costæ elevantur, aer, inter pleuram & pulmones hærens, expanditur & rarescit, sicque, pressione in eorum superficiem internam imminuta, vis aeris externi major intrat asperam arteriam, pulmonesque replet, donec æquilibrium inter aerem, eos ambientem, & in bronchiis detentum, restitutum fuerit; costis vero iterum subsidentibus, aer, pulmones intra thoracem ambiens, condensatur, & majori vi eorundem superficiem premens, aerem, in bronchiis hærentem, per patulam laryngem expellit. Quam hypothesin variis experimentis, ab

Halesio in Hæmostatica allatis, aliisque, a se ipso in animalibus viventibus institutis, confirmare studet, quorum thoracem nunc amplo, nunc angustiore, vulnere aperuit, ubi, ab amplo vulnere brevi respirationem cessare, animalque mori, observatum est, quod aer, nimia copia irruens, omnem pulmonum expansionem impedivit. Thoracis vero utroque etiam latere angusta apertura, qualis ab acu paracenthesi destinata fieri solet, patefacto, respirationem, etsi paulo difficiliorem, per notabile tempus continuatam vidit, quoniam hæc orificia, angustiora, quam laryngis apertura esse solet, viam quidem aeris transitui concedunt, sed non tanta copia, quanta per laryngem intrat et expellitur, ut adeo aliqua tamen mutatio æquilibrii inter aerem, pulmones ambientem, & internum fieri possit, quæ ad continuandam utcunque respirationem sufficit, etsi illa necessario impeditior esse debet, quam si clauso undique thorace aer, in illo contentus, nullum cum externo commercium habet. In Appendice, his *Prælectionibus* annexa, alia *Houstoni* experimenta, e quibus contrarium colligendum videbatur, adducit, & cum suis conciliare studet, quæ brevitatis gratia omittimus, & lectoribus harum rerum curiosis in ipso libro indaganda relinquimus. *Altera Prælectio* usui, quem respiratio vitæ nostræ conservandæ præstat, explicando destinata est, quem in sanguinis circuitu conservando potissimum consistere, inter omnes convenit; qua vero ratione huic inserviat, diversa subinde ratione exponitur. Sanguis omnis, toto ex corpore reductus, antequam denuo ad partes deferatur, pulmones subit, &, ex illis iterum profluens, demum aortæ redditur; sanguis, per venam cavam utramque ad dextrum ventriculum tendens, humorem maxime heterogeneum, inæqualiter mixtum, & serosis partibus abundantem, refert, quod cum a particularum maxime elasticarum jactura in variis visceribus, secretioni destinatis, omnibusque partibus, nutritias particulas retinentibus, tum a venarum laxiore textura, amplioreque diametro, sanguinem minus comprimente, & denique a novi chyli successiva in vena subclavia affusione, dependere videtur. Postquam vero pulmones transiit, humorem magis homogeneum, elasticum, nutritiis particulis impragnatum, pur-

purpureo colore rutilantem, prodire animadvertimus; quam mutationem Cl. Autor neque a divisione sanguinis in minutissimos rivulos derivandam censet, utpote quæ in aliis pariter visceribus contingat, contrario tamen effectu in sanguine observato, neque a pressione ejus inter vesiculas pulmonales, modo expansas, modo subsidentes, deduci permittit, utpote quæ in placida respiratione admodum exigua sit, & in vehementissima etiam major esse nequeat, quam in vasis musculorum, valide contractorum, neque demum a majori impetu, qui cum sanguine in pulmonibus communicetur, pendere credit, utpote quem in visceribus a motu eorum peristaltico eundem fore appareat. Insignem igitur hanc mutationem produci demonstrat partim a copioso particularum aquosarum abundantium per vesiculas pulmonales transitu, &, sub specie vaporis, cum aere ex corpore exhalatione, partim a nutritiarum partium cum reliquis unione, dum chylus in minimis vasculis cum sanguine subigitur, & frequentibus anastomosibus denique in homogeneum liquorem mutatur, partim etiam ab aeris admistione, qui, cum aqueis intra vesiculas unitus, poros vasorum subeat, & ad condensandum sanguinem symbolam conferat, adeoque demum a mutua partium aeris, sanguinis, & chyli, actione in se invicem, ad perfectionem humoris vitalis summe necessaria. Qua occasione erudite de summa necessitate aerem recentem perpetuo hauriendi differit; siquidem experimentis constet, non solum aerem, crassioribus, acidis, aliisque, corpori infestis, exhalationibus repletum, suffocationem minari, sed eundem etiam effectum metuendum esse, si per aliquot tantum minuta idem aer, quem animal sub initium commode recepit, & exspiratione reddidit, sine recentis accessione hauriri debeat, prout id experimentis, ab *Halesio* institutis, evincitur; quod ipsum non spiritui cuipiam vivificanti, in aere reperiundo, cum aliis tribuit, sed elasticis ejus particulis, quæ a copiosis pulmonum exhalationibus brevi destruantur, unde, si his jam repletus aer sæpius intra pulmones recipi debeat, vesiculis expandendis minus sufficiat, hæque brevi collabantur, adeoque sanguinis per pulmones circuitum sistant; quamdiu vero recens aer in inspiratione per laryngem & bronchia reci-

piatur, illum, qui antea in veſiculis hæſerat, & vaporibus impregnatus, ſicque minus elaſticus, fuerat, a calore rarefactum, adſcendere, ſicque recenti intra ipſas veſiculas aditum concedere, oſtendit. *Tertia* denique *Prælectione* morbos, reſpirationem impedientes, conſiderat Cl. Autor, qui nunc exteriores tantum partes, motui thoracis inſervientes, nunc pleuram & diaphragma, afficiunt, interdum vero ipſos pulmones lædunt. Si vel intercoſtales carnes, vel abdominis muſculi, debilitati, tumore affecti, aut quacunque ex cauſa ad contrahendum nunc in uno, nunc in altero, latere inepti fuerint facti, ſemper motum a reliquis integris tantum majori molimine continuari videmus, ut, dextro latere morbido, motus fere in ſiniſtro tantum percipiatur, intercoſtalibus læſis, ille in abdominalibus ſolum vigeat, his contra ab officio remittentibus, carnes, coſtas moventes, tanto validius agant; ex quibus ſignis ſedem propriam mali judicari debere, Autor oſtendit. Si pleura, interius thoracem inveſtiens, inflammata fuerit, motum coſtarum non minus, quam diaphragmatis, cujus ſuperiorem ſuperficiem pariter obducit, ſummo cum dolore fieri, aut penitus ſiſti, neceſſe eſt, quod & de peritonæi, alterum diaphragmatis latus, abdomen reſpiciens, cingentis, inflammatione intelligendum. Pulmones ſubinde pleuræ cohærere, in cadaverum ſectionibus ſæpius reperitur; quæ, ſi levior ſit, & paucis tantum in locis, pulmonibus, ceteroquin ſanis, vix aliquod reſpirationis impedimentum afferet, ſin vero alia ex cauſa pulmones laborent, graviorem ſtatim morbum reddet. Quo latius vero illa cohæſio expanditur, eo magis reſpirationem ſufflaminari neceſſe eſt, ita, ut, ſi undique cum pleura coaluerint pulmones, ſpiritum penitus intercipi, ſit neceſſe, quod potiſſimum ab aere, ſic ex cavo thoracis excluſo, Autor deducit, utpote cujus præſentiam ad expandendos contrahendosque pulmones neceſſariam eſſe, *priore Prælectione* fuſius expoſuerat. Quam in rem bina exempla notatu digna ex cohæſione pulmonum perfecta defunctorum, cum hiſtoria morbi, & phænomenis, in ſectione deprehenſis, copioſe commemorat. Si ipſi vero pulmones inflammati ſuppurati, ſcirrhoſi, aut ſpaſmo affecti, fuerint, motum pulmonum, & ſanguinis per eos circuitum, potiſſimum turbari, luculenter oſtendit,

dit, hac occasione docens, has affectiones necessario febrim sequi debere, uti etiam a febri quacunque ipsam respirationem lædi necesse sit, cum sanguis omnis, febrili motu agitatus, per pulmones majori celeritate & impetu transeat; ubi simul signa ostendit, ex quibus Medicus intelligere possit, utrum febris ejusmodi inflammatoria a pulmonibus primario affectis dependeat, an vero pulmones symtomatice solum patiantur, ut inde indicationes convenientes formare liceat, siquidem e. g. venæsectio, quæ in febre inflammatoria pulmonum primaria iterata etiam vice instituta maxime conveniat, subinde ab alterius febris indole, venæsectionem non admittente, prohibeatur, aliamque his medendi methodum, ex instituto a Cl. Autore expositam, desideret.

LA METAPHYSIQUE DE NEUTON, OU PARALLELE des sentimens de Neuton & de Leibnitz, &c.

hoc est,

METAPHYSICA NEUTONI, SEU COLLATIO sententiarum Neutoni ac Leibnitii, opera Domini DE VOLTAIRE.

Amstelodami apud Stephanum Ledet & Societatem, 1740, 8. Plag. 5½.

Vergleichung der Leibnitzischen und Neutonischen Metaphysik, wie auch verschiedener anderer philosophischer und mathematischer Lehren beyder Weltweisen, ꝛc.

id est,

COMPARATIO LEIBNITIANÆ ET NEUTONIANÆ Metaphysices, nec non diversarum aliarum philosophicarum atque mathematicarum doctrinarum Philosophi utriusque, instituta, ac Domino DE VOLTAIRE opposita a LUD. MART. KAHLEN, P. P. O. & Decano Ordinis philosophici Gottingensis.

Gottingæ, impensis officinæ librariæ Academicæ, 1740, 8. Plag. 11.

Edidit

fatente ipso peritiorum Musicorum choro; neminemque fugit, id sollicite observari in ipsa Musices *Semeiotica*, ubi e. g. soni *Gs* & *bA*, vel *Cs* & *bD*, licet in Clavichordio unus idemque sint, sollicite a se invicem distinguuntur. Nihil igitur magis est optandum, quam ut Clavichordia vel Clavecymbala, quæ in directione musici concentus primas fere tenent, ad eam perfectionem evehantur, ut intervalla ista minora, qualia sunt *Dieses Enharmonicæ*, contineant, & tamen tractatu non multo difficiliora sint consuetis. Nunquam sane error in sensus magis incurrit, quam ubi *Clavichordio* & *Violino* (venia sit vocibus minus Latinis) simul canitur, cum in posteriori instrumento intervalla etiam minima a perito artifice exacte possint exprimi. Licet autem dixerimus, si minora intervalla, qualia sunt Dieses, Commata, & Diaschismata, insuper habeantur, genus diatonico-chromaticum extendi ad exponentem generalem, $2^m. 3^n. 5^2$; in exponente tamen $2^m. 3^7. 5^2$ subsistendum, cum ipsæ harmoniæ leges opera musica conficere vetent, quorum exponens magis esset compositus. Igitur, cum omnium operum musicorum exponentes conflentur ex numeris 2, 3, 5, eorumque dignitatibus, perspicitur veritas effati *Leibnitiani*, quo in Musica ultra quinarium numerari non solere, asseruit Vir illustris. Periculum tamen suæ methodi facturus Autor, numerum 7 quoque introduxit, & divisionem octavæ ejus generis, cujus exponens est $2^m. 3^3. 5^2. 7$, expiscatus est. Talis autem octava sonis *quinque & viginti* constat, novis forsan & huc usque inauditis operibus musicis ansam olim præbitura. Ex quo specimine, quantæ adhuc amplificationis capax sit Musica, luculenter colligi poterit.

Reversus jam Cel. Autor ad genus Diatonico-Chromaticum, ad ipsas Consonantias, quæ in eo locum habent, distincte enarrandas, accedit, & generalia præcepta, superius jam de Consonantiis data, ad usum applicat. Consonantiarum vero speciem vocat sonorum similium congeriem; sonosque similes, qui una pluribusve octavis a se invicem discrepant. Ita v. g. $2^m. 3. 5$ constituit speciem quandam consonantiarum, quarum singulæ determinantur, ubi *m* per numeros definitos explica-

explicatur. Cum vero omnes ejusmodi Consonantiæ similes sint; gradu tamen suavitatis inter se differunt. Quo enim major numerus loco *m* substituatur reliquis omnibus salvis, eo magis composita fit & perceptu difficilis consonantia. Quis vero figendus sit ultimus suavitatis gradus, experientia Musicorum definiendum, qui consonantias, gradum XII transgredientes, rarissime usurpant. Hunc itaque gradum XII ceu limitem statuit Autor, omnesque Consonantias, eum excedentes, e Musica exterminandas pronuntiat. In genere igitur *Diatonico-Chromatico*, cujus exponens est $2^m. 3^3. 5^2$, habentur duodecim consonantiarum species, nimirum:

I.	2^m	V.	$2^m. 3. 5$	IX.	$2^m. 3. 5^2$.
II.	$2^m. 3$	VI.	$2^m. 5^2$	X.	$2^m. 3^3. 5$
III.	$2^m. 5$	VII.	$2^m. 3^3$	XI.	$2^m. 3^2. 5^2$
IV.	$2^m, 3^2$	VIII.	$2^m. 3^2. 5$	XII.	$2^m. 3^3. 5^2$

Quæ quidem consonantiæ, si adhuc Indices adjungantur, pluribus formis occurrere possunt; id quod autem hic loci negligitur, *quoniam consonantiæ in* se spectatæ solum considerantur, adeoque *index earum* communis est unitas. Cujusque igitur speciei consonantias secundum ordinem suavitatis, tam numeris, quam *notis musicis*, more consueto descripsit Vir Clarissimus, &, qua ratione quælibet suavissime sit efferenda, ostendere contendit. Ubi notandum, specierum sextæ, nonæ, & decimæ, consonantias adeo duras & incomtas esse, ut non nisi rarissime, & summa circumspectione adhibita, iis uti conveniat; duarum vero reliquarum omnes gradum suavitatis XII transcendunt, dissonantiis igitur re vera talibus jure annumerandæ.

Nec minori diligentia circa modos generis Diatonico-Chromatici versatur Doctissimus *Eulerus*, quos in species & systemata divisit, eamque adeo doctrinam majori accuratione, quam quidem factum est ad hunc diem, pertractat, qua ratione compositioni musicæ non parum lucis affudisse videtur. Modus autem musicus nihil aliud est, quam exponens seriei consonantiarum; igitur exponentes singularum consonantiarum amplitudine sua complectitur. Ad obtinendam vero majorem in consonantiis

varieta-

varietatem, modi exponentem non nimis ſimplicem eſſe oportet; a magis compoſitis igitur initio facto, ſex modos in genere Diatonico-Chromatico numerat Autor, quorum exponentes ſunt

I.	$2^m . 3^3$	IV.	$2^m . 3^3 . 5$
II.	$2^m . 3^2 . 5$	V.	$2^m\ 3^2 . 5^2$
III.	$2^m . 3 . 5^2$	VI.	$2^m . 3^3 . 5^2$

Quoniam vero in operibus muſicis modi ſubinde mutantur, & ex uno in alium fit tranſitus, exponens integri operis magis eſſe compoſitus & ad $2^m . 3^7 . 5^2$ exſurgere poterit. Quamobrem pro operibus muſicis conficiendis hanc legem ſtabilit Autor, ut quisque modus in exponente $2_m . 3^3 . 5^2$ contineatur, totius vero operis exponens non magis ſit compoſitus, quam $2^m . 3^7 . 5_2$. Tres quidem priores modorum adductorum ob ſimplicitatem in uſu non ſunt; in poſterioribus autem univerſa Muſica hodierna comprehenditur. Cumque transpoſitiones ſeu variationes modorum in Muſica frequentiſſimæ ſint; de iis quoque tractatio perquam accurata inſtituitur. Pendet autem variatio modi a ſolo indice, quippe qui, ceu in ſuperioribus declaratum fuit, baſin deſignat, ad quam modus refertur. Variationes dividuntur in puras & impuras. Puræ ſunt, quando exponens modi cum Indice conjunctus adhuc in exponente generis Diatonico-Chromatici continetur; ſin magis compoſitus ſit, ita tamen, ut adhuc in $2^m . 3^7 . 5^2$ contineatur, variationes impuræ prodeunt. Omnes ejusmodi modorum variationes in Tabula diſpoſitæ ſunt, uno quaſi oculi obtutu deprehendendæ. Porro de ſyſtematis cujuslibet modorum ſpeciei agitur. Eſt autem ſyſtema nihil aliud, quam congeries ſonorum alicujus ſpeciei intra limites fixos (e. g. quatuor octavas, ut in Clavichordiis uſu venit,) incluſorum. Sæpenumero accidit, ut eadem ſpecies plura habeat ſyſtemata, quæ variis ſonorum congeriebus conſtant. Hujusmodi autem ſyſtema idem eſt, quod *ambitum* dicere Muſici conſueverunt. Igitur, contra quam Muſicis videtur, quilibet modus & qualibet modi ſpecies plura ſyſtemata, ſeu ambitus, admittit, quo ipſo Muſica rurſus mirifice variari poteſt. Ad pleniorem vero modorum notitiam Tabulam luculentiſſimam

tissimam subdidit Autor, in qua non solum modi cujusvis omnes species, quæ quidem intra quatuor octavas locum habent, sed omnia quoque systemata, notis sonorum consuetis, designata sunt, numero omnino 229. Hisce igitur expositis, de ipsa tandem compositionis ratione in dato modo & systemate, ac de modorum & systematum permutatione, disserit Vir acutissimus, ipsamque componendi artis theoriam & naturam intrinsecam ante oculos lectorum ponit; quibus tamen in compendium redigendis non amplius immorabimur, nimiam recensionis longitudinem evitaturi, cum quod ex illis, quæ attulimus, de his etiam aliqua ex parte existimari possit, tum quod adeo breviter ea exhibere non liceat, quin obscuri fiamus. Habes igitur conspectum & speciem quandam Operis *Euleriani*, novitate æque ac elegantia commendabilis, cujus præcepta si in dies magis excolantur perpoliunturque, nullum est dubium, quin consummatissima aliquando Musices theoria concinnari, ipsaque proinde praxis etiam mirifice amplificari perficique, possit. Finem itaque recensionis facturi, vehementer optamus, ut peritissimi *artifices, exquisito non* minus gustu, quam dexteritate, in conficiendis edendisque operibus musicis pollentes, theoriam cum praxi consocient, & in numerorum rationumque natura, quam cachinnis non raro, dum usum ignorant, excipere sueverunt, penitius perspicienda, & ad perfectionem nobilissimæ scientiæ adhibenda, omni studio & contentione laborare occipiant.

THREE LECTURES ON THE ORGANS of respiration, &c.

id est,

PRÆLECTIONES TRES DE ORGANIS RESPIRATIONIS, in Collegio medico Regio Londinensi, ex instituto Gulstoniano, habitæ a BENJAMINO HOADLY, *Med. D. Collegii Medicorum & Regiæ Societatis Socio.*

Londini, apud Jo. Roberts, 1740, 4.

Plag. 18, Tabb. æn. 3.

Ob evidentem respirationis, semel inchoatæ, ad conservandam vitam necessitatem, dignum censuit argumentum Cl. Autor, de quo *tribus Prælectionibus* copiosius dissereret, partiumque, ad respirationem exercendam destinatarum, mechanismum, usum, quem illa in œconomia animali præstat, denique morbos, quibus ea impeditur, curatius exponeret. In tradendo partium, respirationi servientium, mechanismo, copiosam fabricæ costarum, sterni, vertebrarum dorsi & diaphragmatis, quibus thoracis cavum circumscribitur, expositionem eo minus necessariam fore credidit, quo plenius illa ab aliis jamdum tradita fuit; alternantis vero dilatationis & angustationis, quas inspirationis & exspirationis tempore se excipere, & a costarum sternique elevatione & depressione pendere, inter omnes constat, instrumenta silentio prætermittere non potuit, cum in illorum officio designando non omnes inter se consentiant. Varii quidem musculi costis inseruntur, qui in difficili respiratione ad illarum motum juvandum subinde concurrunt, quorum tamen auxilio in placida respiratione non indigere animalia, institutis experimentis perspectum est, ut solæ fere intercostales carnes ad motum costarum sufficere videantur. Bini sunt carnium in interstitiis quarumlibet costarum ordines: externus, cujus fibræ oblique descendunt, & a postica costarum parte versus anteriora pergunt, atque una ex parte inferiori & exteriori margini superioris, ex altera superiori & exteriori margini inferioris, costæ inseruntur, & internus, cujus fibræ contraria directione oblique adscendunt, ab anteriore cartilaginum sterni parte versus posteriora pergunt, atque uno extremo superiori & interno inferioris, altero inferiori & interno margini superioris, costæ infiguntur. Plurimi Autores cum *Borello* utrumque musculum elevandis costis conjunctim inservire censent; Clariss. tamen Autor ab eorum partibus stat, qui cum *Willisio* cuique peculiare officium assignant, atque, uno contracto, alterum relaxari, & sic alternatim costas elevari ac deprimi, censent. Priorem quidem sententiam veram credit, si binæ duntaxat costæ cum intermediis carnibus considerentur; at contrarium apparere, si tres costas conjunctim intuearis, ubi statim ex contraria directione musculorum, mediæ costæ insertorum, appareat, alterum contrahi non posse, nisi alter relaxetur, &, si uterque agat, costam mediam immobilem

mobilem reddi; quæ si omnibus costis applicentur, intelligi externos musculos, conjunctim agentes, costas elevare, excepta prima, internos vero simul contractos easdem deprimere, præter inferiores, a serrato postico inferiore deorsum ducendas. Præter hunc costarum motum abdominis in inspiratione tumor, in exspiratione versus interiora retractio, observatur, a diaphragmatis descensu & adscensu pendens. Dum enim costæ elevantur, fibræ diaphragmatis, illis insertæ, simul insurgunt, &, concurrente propria actione, superficies ejus plana redditur, unde abdominis contenta versus exteriora urgentur, & cavitas thoracis ampliatur. Quamprimum vero costæ iterum descendunt, fibræ diaphragmatis denuo relaxantur; unde aer externus, cum musculis abdominis contractis, ejus contenta versus diaphragma, illudque in cavum thoracis, urgent, atque adeo illud insigniter imminuitur. Ampliato thorace, aerem per asperam arteriam in bronchia irruere, totumque pulmonem expandere, extra dubium est; an vero in ipso thoracis cavo aer exterius pulmones ambiat, adhuc disceptatur. *Plurimi, omnem* aerem *inde penitus excludi, censent, cum omnes aditus*, per quos eo penetrare possit, sollicite *ossibus, membranis*, carnibus, obtecti sint; unde manifesto patere putant, quamprimum costæ cum sterno eleventur, sicque pressio *in* externam pulmonum superficiem minuatur, aerem proprio pondere in pulmones penetrare, eosque tam diu inflare, donec iterum pleuræ fiant contigui. At vero Cl. Autor aëris præsentiam in cavo thoracis omnino concedendam credit, eidemque per ipsam pulmonum texturam, raram admodum, introitum patere putat, adeoque respirationis phænomena ita explicat: quamprimum costæ elevantur, aer, inter pleuram & pulmones hærens, expanditur & rarescit, sicque, pressione in eorum superficiem internam imminuta, vis aeris externi major intrat asperam arteriam, pulmonesque replet, donec æquilibrium inter aerem, eos ambientem, & in bronchiis detentum, restitutum fuerit; costis vero iterum subsidentibus, aer, pulmones intra thoracem ambiens, condensatur, & majori vi eorundem superficiem premens, aerem, in bronchiis hærentem, per patulum laryngem expellit. Quam hypothesin variis experimentis, ab

Halesio in Hæmostatica allatis, aliisque, a se ipso in animalibus viventibus institutis, confirmare studet, quorum thoracem nunc amplo, nunc angustiore, vulnere aperuit, ubi, ab amplo vulnere brevi respirationem cessare, animalque mori, observatum est, quod aer, nimia copia irruens, omnem pulmonum expansionem impedivit. Thoracis vero utroque etiam latere angusta apertura, qualis ab acu paracenthesi destinata fieri solet, patefacto, respirationem, etsi paulo difficiliorem, per notabile tempus continuatam vidit, quoniam hæc orificia, angustiora, quam laryngis apertura esse solet, viam quidem aeris transitui concedunt, sed non tanta copia, quanta per laryngem intrat et expellitur, ut adeo aliqua tamen mutatio æquilibrii inter aerem, pulmones ambientem, & internum fieri possit, quæ ad continuandam utcunque respirationem sufficit, etsi illa necessario impeditior esse debet, quam si clauso undique thorace aer, in illo contentus, nullum cum externo commercium habet. In Appendice, his *Prælectionibus* annexa, alia *Houstoni* experimenta, e quibus contrarium colligendum videbatur, adducit, & cum suis conciliare studet, quæ brevitatis gratia omittimus, & lectoribus harum rerum curiosis in ipso libro indaganda relinquimus. *Altera Prælectio* usui, quem respiratio vitæ nostræ conservandæ præstat, explicando destinata est, quem in sanguinis circuitu conservando potissimum consistere, inter omnes convenit; qua vero ratione huic inserviat, diversa subinde ratione exponitur. Sanguis omnis, toto ex corpore reductus, antequam denuo ad partes deferatur, pulmones subit, &, ex illis iterum profluens, demum aortæ redditur; sanguis, per venam cavam utramque ad dextrum ventriculum tendens, humorem maxime heterogeneum, inæqualiter mixtum, & serosis partibus abundantem, refert, quod cum a particularum maxime elasticarum jactura in variis visceribus, secretioni destinatis, omnibusque partibus, nutritias particulas retinentibus, tum a venarum laxiore textura, amplioreque diametro, sanguinem minus comprimente, & denique a novi chyli successiva in vena subclavia affusione, dependere videtur. Postquam vero pulmones transiit, humorem magis homogeneum, elasticum, nutritiis particulis imprægnatum, pur-

purpureo colore rutilantem, prodire animadvertimus; quam mutationem Cl. Autor neque a divisione ſanguinis in minutiſſimos rivulos derivandam cenſet, utpote quæ in aliis pariter viſceribus contingat, contrario tamen effectu in ſanguine obſervato, neque a preſſione ejus inter veſiculas pulmonales, modo expanſas, modo ſubſidentes, deduci permittit, utpote quæ in placida reſpiratione admodum exigua ſit, & in vehementiſſima etiam major eſſe nequeat, quam in vaſis muſculorum, valide contractorum, neque demum a majori impetu, qui cum ſanguine in pulmonibus communicetur, pendere credit, utpote quem in viſceribus a motu eorum periſtaltico eundem fore appareat. Inſignem igitur hanc mutationem produci demonſtrat partim a copioſo particularum aquoſarum abundantium per veſiculas pulmonales tranſitu, &, ſub ſpecie vaporis, cum aere ex corpore exhalatione, partim a nutritiarum partium cum reliquis unione, dum chylus in minimis vaſculis cum ſanguine ſubigitur, & frequentibus anaſtomoſibus denique in homogeneum liquorem mutatur, partim etiam ab aeris admiſtione, qui, cum aqueis intra veſiculas unitus, poros vaſorum ſubeat, & ad condenſandum ſanguinem ſymbolam conferat, adeoque demum a mutua partium aeris, ſanguinis, & chyli, actione in ſe invicem, ad perfectionem humoris vitalis ſumme neceſſaria. Qua occaſione erudite de ſumma neceſſitate aerem recentem perpetuo hauriendi diſſerit; ſiquidem experimentis conſtet, non ſolum aerem, craſſioribus, acidis, aliisque, corpori infeſtis, exhalationibus repletum, ſuffocationem minari, ſed eundem etiam effectum metuendum eſſe, ſi per aliquot tantum minuta idem aer, quem animal ſub initium commode recepit, & exſpiratione reddidit, ſine recentis acceſſione hauriri debeat, prout id experimentis, ab *Haleſio* inſtitutis, evincitur; quod ipſum non ſpiritui cuipiam vivificanti, in aere reperiundo, cum aliis tribuit, ſed elaſticis ejus particulis, quæ a copioſis pulmonum exhalationibus brevi deſtruantur, unde, ſi his jam repletus aer ſæpius intra pulmones recipi debeat, veſiculis expandendis minus ſufficiat, hæque brevi collabantur, adeoque ſanguinis per pulmones circuitum ſiſtant; quamdiu vero recens aer in inſpiratione per laryngem & bronchia recipiatur,

piatur, illum, qui antea in veſiculis hæſerat, & vaporibus impraegnatus, ſicque minus elaſticus, fuerat, a calore rarefactum, adſcendere, ſicque recenti intra ipſas veſiculas aditum concedere, oſtendit. *Tertia* denique *Prælectione* morbos, reſpirationem impedientes, conſiderat Cl. Autor, qui nunc exteriores tantum partes, motui thoracis inſervientes, nunc pleuram & diaphragma, afficiunt, interdum vero ipſos pulmones lædunt. Si vel intercoſtales carnes, vel abdominis muſculi, debilitati, tumore affecti, aut quacunque ex cauſa ad contrahendum nunc in uno, nunc in altero, latere inepti fuerint facti, ſemper motum a reliquis integris tantum majori molimine continuari videmus, ut, dextro latere morbido, motus fere in ſiniſtro tantum percipiatur, intercoſtalibus læſis, ille in abdominalibus ſolum vigeat, his contra ab officio remittentibus, carnes, coſtas moventes, tanto validius agant; ex quibus ſignis ſedem propriam mali judicari debere, Autor oſtendit. Si pleura, interius thoracem inveſtiens, inflammata fuerit, motum coſtarum non minus, quam diaphragmatis, cujus ſuperiorem ſuperficiem pariter obducit, ſummo cum dolore fieri, aut penitus ſiſti, neceſſe eſt, quod & de peritonæi, alterum diaphragmatis latus, abdomen reſpiciens, cingentis, inflammatione intelligendum. Pulmones ſubinde pleuræ cohærere, in cadaverum ſectionibus ſæpius reperitur; quæ, ſi levior ſit, & paucis tantum in locis, pulmonibus, ceteroquin ſanis, vix aliquod reſpirationis impedimentum afferet, ſin vero alia ex cauſa pulmones laborent, graviorem ſtatim morbum reddet. Quo latius vero illa cohæſio expanditur, eo magis reſpirationem ſufflaminari neceſſe eſt, ita, ut, ſi undique cum pleura coaluerint pulmones, ſpiritum penitus intercipi, ſit neceſſe, quod potiſſimum ab aere, ſic ex cavo thoracis excluſo, Autor deducit, utpote cujus præſentiam ad expandendos contrahendosque pulmones neceſſariam eſſe, *priore Prælectione* fuſius expoſuerat. Quam in rem bina exempla notatu digna ex cohæſione pulmonum perfecta defunctorum, cum hiſtoria morbi, & phænomenis, in ſectione deprehenſis, copioſe commemorat. Si ipſi vero pulmones inflammati ſuppurati, ſcirrhoſi, aut ſpaſmo affecti, fuerint, motum pulmonum, & ſanguinis per eos circuitum, potiſſimum turbari, luculenter oſtendit,

dit, hac occasione docens, has affectiones necessario febrim sequi debere, uti etiam a febri quacunque ipsam respirationem lædi necesse sit, cum sanguis omnis, febrili motu agitatus, per pulmones majori celeritate & impetu transeat; ubi simul signa ostendit, ex quibus Medicus intelligere possit, utrum febris ejusmodi inflammatoria a pulmonibus primario affectis dependeat, an vero pulmones symtomatice solum patiantur, ut inde indicationes convenientes formare liceat, siquidem e. g. venæsectio, quæ in febre inflammatoria pulmonum primaria iterata etiam vice instituta maxime conveniat, subinde ab alterius febris indole, venæsectionem non admittente, prohibeatur, aliamque his medendi methodum, ex instituto a Cl. Autore expositam, desideret.

LA METAPHYSIQUE DE NEUTON, OU PARALLELE des sentimens de Neuton & de Leibnitz, &c.

hoc est,

METAPHYSICA NEUTONI, SEU COLLATIO sententiarum Neutoni ac Leibnitii, opera Domini DE VOLTAIRE.

Amstelodami apud Stephanum Ledet & Societatem, 1740, 8.
Plag. $5\frac{1}{2}$.

Vergleichung der Leibnitzischen und Neutonischen Metaphysik, wie auch verschiedener anderer philosophischer und mathematischer Lehren beyder Weltweisen, &c.

id est,

COMPARATIO LEIBNITIANÆ ET NEUTONIANÆ Metaphysices, nec non diversarum aliarum philosophicarum atque mathematicarum doctrinarum Philosophi utriusque, instituta, ac Domino DE VOLTAIRE opposita a LUD. MART. KAHLEN, P. P. O. & Decano Ordinis philosophici Gottingensis.

Gottingæ, impensis officinæ librariæ Academicæ, 1740, 8.
Plag. 11.

Edidit

Edidit Cel. *Voltærius Elementa Philosophiæ Neutonianæ*, æque ibi immemor veritatum ac doctrinarum metaphysicarum, ac *Neutonus* olim in adornandis scriptis mathematicis atque physicis. Ne quid tamen præcipui tribuendum videretur *G. G. Leibnitio*, Germaniæ quondam sideri lucidissimo, providere voluit hoc scripto *Voltærius*, telæ subtilioris elementa, seu subtegmen metaphysicum, hic moliens, quod nomini *Neutoniano* supponat. Cupiditate flagramus videndi testimonia ac ipsa verba *Neutoni*, viri sane magni, quibus hoc Compendium metaphysicum, ejusque propositiones, reddi possint *Neutono*. Ea enim antequam proferantur, Metaphysicam hic nobis suppeditatam esse non tam *Neutoni*, quam ipsius *Voltærii*, existimabimus constanter. Opportune autem in manus nostras incidit Cel. *Kahlii* Opusculum, quo *Voltærii* pronuntiata examinantur. Una fidelia hic lubet parietes duos dealbare. Dabimus *Voltærii* scita sic, ut simul annotationum *Kahlianarum* eis adjungamus stricturas. In Præfatione *Kahlius* illico negat, *Neutonum* disciplinis ex reformata Metaphysica lucem ivisse accensum; ipsum scripsisse Metaphysicen; ipsius in hanc merita insigniora exstare: *Neutonum* ac *Leibnitium* respectu scientiæ metaphysicæ in contentionem adduci posse. *Voltærium* Poetam esse patriæ suæ præstantissimum, lubenter ipse largitur, & nos cum eo. Quantæ autem ipsi insint vires, ad excolendam Metaphysicam & Philosophiæ reliquam partem accommodatæ, id non ex hac Collatione, sed ex opere limatiori, atque ordinem apodicticum servante magis, discemus. Monet *Kahlius* in ipso limine, doctrinas, quas *Voltærius Neutono* tribuit, esse tritissimas, jamque ab ævo Evandri notissimas maximam partem. Metaphysicen *Neutoni* hic inchoat perhibens, *Neutonum* in eo semper fuisse, ut, Deum existere, rerum creatarum curatorem, doceret, quasi is confestim appellandus sit Metaphysicus, qui, Deum existere, haud negat. *Voltærius* credit, virtuti eum haud studere, qui, Deum dari inficietur. Respondet *Kahlius*, dari virtutem ex moralitate actionum interna, quam & illi vix adhibeant, qui religiosos maxime se fingant, Deique plenissimos, ut patronis imponere, bonis invidiari, sibique commoda creare possint ad votum. Rari quippe

su

sunt illi, qui cognitionem de Deo adhibent in invitamenta perpetua bene agendi, legique naturæ convenienter vivendi. Dantur nempe gradus virtutis pro diversitate invitamenti, quo ipsius exercitium nititur. Virtus perfecta est illa, quam viva de Deo cognitio gignit ac conservat. Hæc sola reddit beatos. Ut, Deum mundo originem dedisse, doceat *Voltærius*, doctrinam de vacuo in medium affert. Vacuum enim extramundanum, si quod datur, indicio est, mundum esse finitum, materiam haud necessario existere, ideoque dari Deum. Nexus in hisce haud pellucet: *Datur vacuum, ergo materia necessario haud existit.* Ostendatur, necesse est, vacuum illud & finitudinem mundi aliter aliterque contingere & fieri potuisse, antequam nexus ille redditur illustris. Vis cogitandi in anima est finita. At ideo illa non potest ab ea abesse. Vacuum sane est nihilum. Qui vero inde comprobari potest mundi contingentia? Si datur substantia, a materia discrepans, tum quoque Deus datur. Sic *Voltærius.* At admittunt quoque Atheorum nonnulli prius illud, licet hoc posterius haud largiantur. *Voltærius* ita argumentatur: *Materiæ per sese haud inest vis gravitandi, ergo hæc a Deo insita illi fuit.* At omittit demonstrare, cur vim gravitandi ab essentia materiæ separet, cur eam non ab alia re, ac a Deo, derivet. Ex complexu dogmatum philosophicorum *Cartesii* enatum fuisse systema *Spinozæ, Voltærius* contendit. *Spinoza* secus sensit, fassus, se illud ex Cabbala Judæorum hausisse. Mundum carere terminis, probabile putat *Kablius*, eo quod mundus ejusmodi est Deo dignus, & fieri potuit. Infinitus est Deus, quia vires quascunque compossibiles supra gradus omnes tenet. Hoc sensu mundus nequit esse infinitus. Causæ finales suppeditant argumentum optimum, quo, Deum existere, patescit, judice *Voltærio.* At posuit ipse, fines dari mundo propositos, a substantia cogitante, satisque potente, sciente, & sapiente, intentos, antequam demonstravit, existere Deum. Ut doceat, existere Deum, ponit aliquid, in quo id jam inest & præmittitur, quod postea demum erat ostensurus. Circulatur hic *Voltærius.* Per inductionem sane haud ostendi potest, mundum universum, ratione & spatii & temporis consideratum, finalibus causis esse foecundum. *Kablius* subjungit argumentum, a contingentia ductum, quo, Deum dari, solet evinci, accu-

Pag. 3.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
12.

Pag. 18. rate docens, progreſſum, nec rectilineum, nec circularem, in
infinitum dari poſſe. *Voltærius* porro, Deum exiſtere, eo
contendit, quod datur in mundi complexu ſuus ordo. At
ipſius fuiſſet, prius demonſtrare, ordinem hunc eſſe contingen-
21. tem. Ordinum enim neceſſariorum theorias cogitari poſſe, no-
runt & illi, qui primoribus tantum labris Philoſophiam attigerunt.
Addit eorum argumenta Cenſor, qui in ordine mundi multa car-
punt notantque. Monet, neminem mortalium omnem mundi
compagem perſpicere, ideoque ineptos nos eſſe, ut de ordine
totius mundi ex experientia judicium feramus. Ipſe *Voltærius*
queritur, nos mundi vix particulam cognoſcere. Unde ſcilicet
ipſi erat colligendum, ex parte de toto non eſſe judicandum.
27. Theologiam naturalem, qualem *Voltærius Neutono* ſuppoſuit,
mancam eſſe, defectibusque laborare, Cenſor demonſtrare haud
omittit. Idem, notiones *Neutoni* de ſpatio, duratione, & tem-
pore, recenſet, expendit, ac refellit. In notione *Neutoni* ſpa-
29. tium eſt ſibi quaquaverſus æquale & ſimile, nec cum principio
rationis ſufficientis ſtare, vel in concordiam redigi, poteſt. Con-
ſenſionem inter *Spinozæ* doctrinam de ſpatio & *Neutoni* illam af-
32. fert Cenſor. Inſulſum omnino eſt, cum *Neutono* ſpatium habere
35. pro Dei attributo. *Sam. Clarkius* tribuit ſpatio partes, at quæ divi-
di haud poſſint. Cum vero inde pateſcit, Deum ipſum ex
partibus conſiſtere, notio illa non poteſt non eſſe minus ſolida,
37. quia ſpatium exiſtimat eſſe compoſitum ex partibus ſimilaribus,
quæ ſententia principio indiſcernibilium obſtat. Compoſitio ab-
eſt a perfectionibus & eſſentia Dei, quippe qui eſt ſimpliciſſi-
38. mus. Sententia de ſpatio, Dei ſenſorio, peccat in Dei omni-
ſcientiam. Præſentiam Cenſor exponit per exactiſſimam relatio-
nem rei exiſtentis unius ad alteram, & omnipræſentiam per
40. ſtatum, per quem Deus ſibi omnes res repræſentat, & concurſu
ſuo eas conformat, regit, & ad bonum dirigit. Spatium, ſi eſt
42. aliquid re vera exiſtens, a Deo creatum ſit oportet. *Leib-*
44. *nitii* ideam, de ſpatio conceptam, Cenſor laudat & firmat, ne-
gans, dari ſpatium extra mundum reale. Tempus eſſe ordinem
ſucceſſivorum in ſerie continua, demonſtrat. Durationem ex-
50. ponit per exiſtentiæ continuationem. *Voltærius* putat, *Car-
teſium*, quia, dari vacuum, negaverit, per ſyſtema ſuum docere
haud potuiſſe, exiſtere Deum. Grande poſtulatum! Cenſor
elidit

elidit merito illam ratiocinationem. Libertatem Dei ut vindicet *Volterius*, ipse principium rationis sufficientis it eversum, Deumque, quia vult, velle, largitur. Monet Censor, male eos de Metaphysica mereri, qui putent, libertatem esse facultatem agendi citra ullam rationem. Hæc enim notio erronea efficit, ut corporibus & brutis, ratione vacuis, tribui possit libertas. Quin potius libertas in sese spectata est facultas eligendi cum ratione ex pluribus æque possibilibus hoc vel illud, quod melius apparet. Qui cognitionem & sapientiam Dei summam venerantur, ii nunquam pronuntiabunt, Deum ideo libertate gaudere, quod vult, quia velit. Facultas agendi pro arbitrio, id est, cæco & mechanico impetu, nunquam libertatis nomine fuit digna, nec in Deum cadit, cui tamen nemo libertatem detrahet, nisi malit quis in sacri Codicis veritatem & sapientiam, cognitionemque Dei summam, peccare. Negat Censor, dari in mundo æqualia extra imaginationem, rationesque pro *Leibnitio* tuendo, æqualia illa improbante, profert. Dari *in abstracto* posse æqualia, ideoque ea a Deo cognosci, negat nemo. At *in concreto* illa nec existunt, nec existere queunt. Argumenta Censoris expendant, si qui hærent & fluctuantur. Voluntatem, invitamenta & rationes sequentem, a necessitate esse immunem, ostendit Censor, exploditque, ut par est, libertatem indifferentiæ, seu cæcum impetum mentis, quantum ad applicationem attinet, immo indifferentiam æquilibrii. Æqualitas certe circumstantiarum, quæ animam afficiunt, haud datur re ipsa. Voluntas certe est facultas, naturaliter ad bonum, sive verum, sive apparens, ferri solita. De spontaneitate *Volterium* notionem fovere minus distinctam, demonstrat Censor, solide monens, Deum haud addiscere in dies. Vires in mundo perire nonnullas, negat idem, licet quantitas motus haud semper maneat eadem. Vires ideo imminui, quia substantia aliunde dependet, nemo cum *Neutono* facile affirmabit, siquidem hac ratione spirituum finitorum quoque vires in dies decrescent, quod sanus nemo prædicare ausit. In nihilum per se recidit nihil. Cum vero elementa mundi prima vim contineant semper constantem & fixam & determinatam, vires mundi omnino nunquam hoc pacto imminuuntur. Per destructionem partium machinæ non intereunt ipsæ partes, novis conflandis machinis

Pag. 58. 60. 62. 64. 72. 76. 80.

Pag. 84. potius aptæ. Mundum in nihil esse recasurum per Dei poten-
tiam, negat Censor, pronuntians, sapientia Dei digniorem esse
mundum illum, in quo vires haud ullæ fatiscunt pereuntve.
Neutoni & *Lockii* opinionem, qui, universa mentis phænomena
extrinsecus inferri in eam, statuerunt, expendit Censor, viresque
91. animis innatas vindicat. Mentium vis ut hac vel illa ratione
finiatur & determinetur, repræsentatio rerum in organo senso-
rio obvia efficit; vis vero cogitandi, ac ideas producendi, inest
naturæ & essentiæ mentis. Qui eadem sensibus usurparunt, non
eadem cogitant. Unde fit planum, sensiones externas non esse
96. effectrices idearum mentis. *Voltærius*, *Lockium* & *Neutonum*,
ait, tribuisse animalibus brutis mensuram & idem, quod no-
bis, judicandi præsidium. At vage hic disseruit Poeta Phi-
losophus, nec definivit, qualis & quanta illa sit facul-
tas sentiendi, & ideas formandi. *Lockius* & *Neutonus* credide-
runt, Deum corporibus materiæve potuisse attribuere vim cogi-
101. tandi. Censor e contrario it demonstratum, in essentia materiæ
nihil inesse, unde cogitatio possit existere, immo facultatem co-
gitandi repugnare corporum essentiæ, eamque ob rationem nec
Deum vim cogitandi corporibus impertiisse, nec conferre potuis-
se. Et cur, obsecramus, anima corpori est juncta, si corpus ipsum
106. potest cogitare? Ea, quæ respectu essentiæ sunt necessaria, simul a
nemine amplius pendere, existimavit *Voltærius*, haud perpendens,
quantum intersit inter essentiam & existentiam. Essentias ipse
admittit per posticum, quas dudum Philosophi foras ejecerunt.
Itane malefacta induere possunt essentiam virtutum? An triangu-
lum induere potest essentiam quadranguli? Nihilo minus Cel.
Voltærius moralitatem internam & essentias æternas defendit, to-
107. tus a se ipse dissidens. Quæ pro harmonia præstabilita Censor
attulit, legi sunt digna. Principia materiæ prima & individua
idem vindicat adversus antagonistas. De vi actuosa solidissime
disserit. Primo ostendit, dari vim inertiæ, provocans ad ex-
perientiam. Materiam vi motrice esse præditam, deinde demon-
strat. Perpetuo eandem vim inesse naturæ, porro exponit,
usus demonstratione dynamica, quæ solet in Mechanica alge-
braica adhiberi, atque tum ab Ill. *Christiano Wolffio* in *Commen-*
157. *tariis Academiæ Scientiarum Imperialis Petropolitanæ Tom. I pag.*
217 seq. tum a B. *Hermanno* ibidem *pag. 1 seq.* allata fuit.
Monuit

Monuit jam Ill. *Wolffius Tomo V Elementorum Matheseos universe Cap. 9 pag. 474, & Cap. 5 pag. 414 seq.*, quid de Philosophia *Newtoniana* sit pronuntiandum. Nostrum fuit, compendiariam exhibere ex libello utroque epitomen, orantes quemcunque, ut, si Philosophiam *Leibnitianam* evertendi pruritu laborat, eam prius curate intelligat discatque, quam ei noctem & nubem objicere annitatur. Si *Kahlius Voltærium* paulo honorificentius habuisset, ac ejus verba transtulisset in Germanicum, fautoribus quoque illius plusculum indulsisset, magis certe sese approbasset. Pag. 158.

JO. FRIDERICI JUGLERI, ART. LIB. MAG. Ἀνδραποδοκαπηλεῖον, *sive de Nundinatione servorum apud veteres Liber singularis historico-juridicus, ex quo lucem capere possunt Autorum loca complura. Accedit Medicus Romanus servus, sexaginta solidis æstimatus, rarissimum nostris in oris Opusculum.*

Lipsiæ, apud Jo. Georg. Lœwium, 1741, 8.
Plag. $11\frac{1}{2}$.

Ad ritum vendendi servos & emendi passim respiciunt Græciæ pariter Latiique veteris scriptores. Movit hoc Autorem doctissimum, ut variis ista loca observationibus illustraret, quas præsenti libello cum harum rerum amatoribus communicavit. Exemplo inductus *Guilielmi a Loon*, qui cultissimis *de Manumissione servorum* libris τῆς ἐλευθερίας vocabulum præfixit, Græca usus est in titulo voce: Ἀνδραποδοκαπηλεῖον. Præter Procemium in *decem Capita* dispertitus est hunc suum laborem. *Primo* quæstionem paucis examinat, *an homo jure naturali sit in commercio.* Respondet hoc neganti *Casp. Zieglero*, &, qui plenum in servos dominium reddere dubium voluerat olim, *Samueli a Pufendorf. Caput alterum de nundinatione servorum apud Ebræos* inscriptum est. Monet hic Autor, servos apud Ebræos duplicis generis, singularia tamen servorum, Ebræorum natione, jura, fuisse; tribus modis illorum esse venditionem peractam; fœminas Ebræas, ex instituto gentis, nec emi, nec vendi, potuisse; nec licuisse his ipsis comparare sibi servos: cujus ritus indicat rationem. Subjungit deinceps, servos, qui gentibus erant oriundi, longe fuisse deterioris conditionis, & eorum in pretium inquirit. *Tertio Capite* Cl. Autor *de venditione servorum apud Græcos* disserit. Illi, qui manci-

mancipiorum negotiationi erant intenti, dicebantur ἀνδραποδοκάπηλοι, & Athenarum præcipue, urbis Epheſi, inſularumque Sami & Cypri, nundinas frequentabant. Apud Athenienſes ſervi in Circo, ſeu Κύκλῳ, venum expoſiti, & voce præconis, lapidi, cui πρατὴρ λίθος nomen erat, inſiſtentis, proclamati fuerunt. Hunc etiam lapidem, qui locum reddebat editiorem, conſcendere venalium quilibet debebat, quod *Ariſtophanes* τράπεζαν dixit. Mangonum autem calliditas incredibilis erat, quandoquidem e. g. ſervis, ut ſpecioſiores apparerent, vel novas dabant veſtes, vel inter formoſos per ſe ſervos maxime collocabant deformem, ut pulchritudo citius in oculos incurreret, quod Cl. Autor exemplo illuſtrat *Æſopi*, cui quippe inſignem *Planudes* tribuit deformitatem, nondum argumentis ſole meridiano clarioribus a Viris quibusdam eruditis hac in re confutatus. Emtores igitur cauti, ne deciperentur facile, ſeduſo interrogabant mancipium, quænam illi patria; quid didicerit; in quanam potiſſimum familia fuerit; an ſatis ſalvus. Quam quidem ob rem, detractis veſtibus, inſpiciebant membra, & nonnunquam etiam ire, redire viam, ſervos jubebant. Antiquiſſimis temporibus ſervorum emtio venditio mera fuit permutatio. Primi ſervos pecunia emiſſe perhibentur Chii. Quod autem commune fuerit ſervorum apud Græcos pretium, haud adeo liquet. Suſpicatur Autor, mancipium deforme, vel nullius pæne utilitatis, ad obolos vix centum acceſſiſſe, quingentas contra drachmas frequens admodum ſervorum fuiſſe pretium, ſi eſſent vel literati, vel muſici, vel palæſtrici doctores, vel arte quadam alia, virtuteve, conſpicui. Soli evnuchi æſtimari longe pluris ſolebant. Judices atque inſpectores, ſervorum nundinationi præfectos, Græci ἀγορανόμους vocabant. Quod ſequitur *Caput quartum, venditiones mancipiorum apud Romanos in genere, & homines, qui illis ſunt negotiati*, exponit. Aſſidua & quotidiana ſervorum comparatio erat in republica Romana. Qui negotiari conſueverant iisdem, hos variis inſignitos nominibus intelligimus. Frequentiſſime vocati *mangones*. Nec tamen incognitæ etiam ſunt voces *venalitius, venalitiarius*, & *mancipiorum negotiator*. Quæ vox ultima, tantum abeſt, ut mercatorem hic ſignificet, ut certum exploratumque ſit, his longe inferiores habitos eſſe mangones. Imo vilis erant conditionis, & ad

omnem

omnem fraudem compositi æternas existimationi suæ maculas inurebant. Ab his differebant nonnihil lenones, Jure Romano infamia notati, quorum turpissimo negotio primus obicem *Hadrianus* posuerat. Lanistæ quoque servos coemebant, & bene in arte gladiatoria exercitatos ad spectaculum triste populo exhibendum vendebant, donec *Hadrianus* & huic malo injiceret frenum, tandemque *Constantinus M.* ludos gladiatorios plane prohiberet. *Capite quinto* disquirit Cl. Autor, *ubi, quot modis, & quo ritu, hæc sit venditio instituta.* Multa hic disputata leguntur de Catasta, veroque sensu verborum *Petronii Cap. 29: venalitium titulis pictum;* de præconibus, qui vendiderunt mancipia; de servis nudis, vel gypsatis, pedibus adstantibus; de titulis, a servorum collo pendulis; de servorum denudatione, modisque explorandi eorum valetudinem, de venditione sub corona, & sub hasta; de servis pileatis; de servo sua pecunia emto. *Sexti Capitis* summa est *de iis, quæ jure observanda erant in venditione servorum.* Agitur in hoc de portorio atque vectigali mancipiorum causa solvendo; de publicanis, pœna commissi, atque εἰκονισμῷ; de autore & quantitate vectigalis; emtorne, an venditor, solverit; de natione servi indicanda; de servis novitiis & veteratoribus; de commendatione mancipiorum; de præcipuis corporis vitiis emtori significandis, pariterque de vitiis animi, &c. In *septimo Capite, de pretio servorum,* docet Autor præstantissimus, servos varii generis atque conditionis, ideoque varii etiam fuisse pretii. Meliora mancipia sæpe reliquum viliorem gregem reddere vendibiliorem debebant. Inde ortum est proverbium, *familiam ducere.* Nonnunquam etiam rejicula mancipia, quasi appendix, pretiosioribus accedebant. Erant autem Romani in servis emendis haud raro ultra modum prodigi. Ma[illegible] faciebant evnuchos, de quibus Autor complura tradidit. His subjungebantur Medici, & deinceps Grammatici, literas Græcas docti, Poetæ, librarii, Bibliothecarii, pædagogi, notarii, anagnostæ. Inter artium illiberalium peritos multum statuebatur pretii pictoribus, comœdis, musicis, gladiatoribus, funambulis, palæstritis, negotiatoribus, calculatoribus, topiariis, pocillatoribus, & coquis. Denique moriones etiam, pueri formosi, servi bonæ frugis, novitii, & peculio instructi, itemque puellæ formosæ, vel teneræ ætatis, obstetrices, puellæ fides doctæ, lanificii, telæ, texturæque, peritæ, fœcundæ gravidæque & ornatrices, sat grandi æris summa vendi sæpiuscule solebant. [illegible] *Caput* recenset *varias conditiones, venditioni servorum adjectas.* [illegible] hoc & a venditore, & ab emtore, poterat. Debebant tamen conditiones esse bonæ, ideoque prohibita erat venditio mancipii, ut cum [illegible] pugnaret, vel ad ludum gladiatorium adhiberetur, idque ex Constitutione

piatur, illum, qui antea in vesiculis hæserat, & vaporibus imprægnatus, sicque minus elasticus, fuerat, a calore rarefactum, adscendere, sicque recenti intra ipsas vesiculas aditum concedere, ostendit. *Tertia* denique *Prælectione* morbos, respirationem impedientes, considerat Cl. Autor, qui nunc exteriores tantum partes, motui thoracis inservientes, nunc pleuram & diaphragma, afficiunt, interdum vero ipsos pulmones lædunt. Si vel intercostales carnes, vel abdominis musculi, debilitati, tumore affecti, aut quacunque ex causa ad contrahendum nunc in uno, nunc in altero, latere inepti fuerint facti, semper motum a reliquis integris tantum majori molimine continuari videmus, ut, dextro latere morbido, motus fere in sinistro tantum percipiatur, intercostalibus læsis, ille in abdominalibus solum vigeat, his contra ab officio remittentibus, carnes, costas moventes, tanto validius agant; ex quibus signis sedem propriam mali judicari debere, Autor ostendit. Si pleura, interius thoracem investiens, inflammata fuerit, motum costarum non minus, quam diaphragmatis, cujus superiorem superficiem pariter obducit, summo cum dolore fieri, aut penitus sisti, necesse est, quod & de peritonæi, alterum diaphragmatis latus, abdomen respiciens, cingentis, inflammatione intelligendum. Pulmones subinde pleuræ cohærere, in cadaverum sectionibus sæpius reperitur; quæ, si levior fit, & paucis tantum in locis, pulmonibus, ceteroquin sanis, vix aliquod respirationis impedimentum afferet, sin vero alia ex causa pulmones laborent, graviorem statim morbum reddet. Quo latius vero illa cohæsio expanditur, eo magis respirationem sufflaminari necesse est, ita, ut, si undique cum pleura coaluerint pulmones, spiritum penitus intercipi, sit necesse, quod potissimum ab aere, sic ex cavo thoracis excluso, Autor deducit, utpote cujus præsentiam ad expandendos contrahendosque pulmones necessariam esse, *priore Prælectione* fusius exposuerat. Quam in rem bina exempla notatu digna ex cohæsione pulmonum perfecta defunctorum, cum historia morbi, & phænomenis, in sectione deprehensis, copiose commemorat. Si ipsi vero pulmones inflammati suppurati, scirrhosi, aut spasmo affecti, fuerint, motum pulmonum, & sanguinis per eos circuitum, potissimum turbari, luculenter ostendit,

dit, hac occasione docens, has affectiones necessario febrim sequi debere, uti etiam a febri quacunque ipsam respirationem lædi necesse sit, cum sanguis omnis, febrili motu agitatus, per pulmones majori celeritate & impetu transeat; ubi simul signa ostendit, ex quibus Medicus intelligere possit, utrum febris ejusmodi inflammatoria a pulmonibus primario affectis dependeat, an vero pulmones symtomatice solum patiantur, ut inde indicationes convenientes formare liceat, siquidem e. g. venæsectio, quæ in febre inflammatoria pulmonum primaria iterata etiam vice instituta maxime conveniat, subinde ab alterius febris indole, venæsectionem non admittente, prohibeatur, aliamque his medendi methodum, ex instituto a Cl. Autore expositam, desideret.

LA METAPHYSIQUE DE NEUTON, OU PARALLELE des sentimens de Neuton & de Leibnitz, &c.

hoc est,

METAPHYSICA NEUTONI, SEU COLLATIO sententiarum Neutoni ac Leibnitii, opera Domini DE VOLTAIRE.

Amstelodami apud Stephanum Ledet & Societatem, 1740, 8. Plag. 5½.

Vergleichung der Leibnitzischen und Neutonischen Metaphysik, wie auch verschiedener anderer philosophischer und mathematischer Lehren beyder Weltweisen, &c.

id est,

COMPARATIO LEIBNITIANÆ ET NEUTONIANÆ Metaphysices, nec non diversarum aliarum philosophicarum atque mathematicarum doctrinarum Philosophi utriusque, instituta, ac Domino DE VOLTAIRE opposita a LUD. MART. KAHLEN, P. P. O. & Decano Ordinis philosophici Gottingensis.

Gottingæ, impensis officinæ librariæ Academicæ, 1740, 8. Plag. 11.

Edidit

Edidit Cel. *Voltærius Elementa Philoſophiæ Neutonianæ*, æque ibi immemor veritatum ac doctrinarum metaphyſicarum, ac *Neutonus* olim in adornandis ſcriptis mathematicis atque phyſicis. Ne quid tamen præcipui tribuendum videretur *G. G. Leibnitio*, Germaniæ quondam ſideri luciđiſſimo, providere voluit hoc ſcripto *Voltærius*, telæ ſubtilioris elementa, ſeu ſubtegmen metaphyſicum, hic moliens, quod nomini *Neutoniano* ſupponat. Cupiditate flagramus videndi teſtimonia ac ipſa verba *Neutoni*, viri ſane magni, quibus hoc Compendium metaphyſicum, ejusque propoſitiones, reddi poſſint *Neutono*. Ea enim antequam proferantur, Metaphyſicam hic nobis ſuppeditatam eſſe non tam *Neutoni*, quam ipſius *Voltærii*, exiſtimabimus conſtanter. Opportune autem in manus noſtras incidit Cel. *Kahlii* Opuſculum, quo *Voltærii* pronuntiata examinantur. Una fidelia hic lubet parietes duos dealbare. Dabimus *Voltærii* ſcita ſic, ut ſimul annotationum *Kahlianarum* eis adjungamus ſtricturas. In Præfatione *Kahlius* illico negat, *Neutonum* diſciplinis ex reformata Metaphyſica lucem iviſſe accenſum; ipſum ſcripſiſſe Metaphyſicen; ipſius in hanc merita inſigniora exſtare; *Neutonum* ac *Leibnitium* reſpectu ſcientiæ metaphyſicæ in contentionem adduci poſſe. *Voltærium* Poetam eſſe patriæ ſuæ præſtantiſſimum, lubenter ipſe largitur, & nos cum eo. Quantæ autem ipſi inſint vires, ad excolendam Metaphyſicam & Philoſophiæ reliquam partem accommodatæ, id non ex hac Collatione, ſed ex opere limatiori, atque ordinem apodicticum ſervante magis, diſcemus. Monet *Kahlius* in ipſo limine, doctrinas, quas *Voltærius Neutono* tribuit, eſſe tritiſſimas, jamque ab ævo Evandri notiſſimas maximam partem. Metaphyſicen *Neutoni* hic inchoat, perhibens, *Neutonum* in eo ſemper fuiſſe, ut, Deum exiſtere, rerum creatarum curatorem, doceret, quaſi is confeſtim appellandus ſit Metaphyſicus, qui, Deum exiſtere, haud negat. *Voltærius* credit, virtuti eum haud ſtudere, qui, Deum dari, inficietur. Reſpondet *Kahlius*, dari virtutem ex moralitate actionum interna, quam & illi vix adhibeant, qui religioſos maxime ſeſe fingant, Deique pleniſſimos, ut patronis imponere, bonis inſidiari, ſibique commoda creare poſſint ad votum. Rari quippe

ſunt

sunt illi, qui cognitionem de Deo adhibent in invitamenta perpetua bene agendi, legique naturæ convenienter vivendi. Dan- Pag. 3.
tur nempe gradus virtutis pro diversitate invitamenti, quo ipsius exercitium nititur. Virtus perfecta est illa, quam viva de Deo cognitio gignit ac conservat. Hæc sola reddit beatos. Ut, Deum mundo originem dedisse, doceat *Voltærius*, doctrinam de vacuo in medium affert. Vacuum enim extramundanum, si quod datur, indicio est, mundum esse finitum, materiam
haud necessario existere, ideoque dari Deum. Nexus in hisce 5.
haud pellucet: *Datur vacuum, ergo materia necessario haud existit.* Ostendatur, necesse est, vacuum illud & finitudinem mundi aliter aliterque contingere & fieri potuisse, antequam nexus ille redditur illustris. Vis cogitandi in anima est finita.
At ideo illa non potest ab ea abesse. Vacuum sane est nihi- 6.
lum. Qui vero inde comprobari potest mundi contingentia? Si datur substantia, a materia discrepans, tum quoque Deus datur. *Sic Voltærius.* At admittunt quoque Atheorum nonnulli prius
illud, licet hoc posterius haud largiantur. *Voltærius* ita argumen- 7.
tatur: *Materiæ per sese haud inest vis gravitandi*, ergo hæc a Deo insita illi fuit. At omittit demonstrare, cur vim gravitandi ab essentia materiæ separet, cur eam non ab alia re, ac a
Deo, derivet. Ex complexu dogmatum philosophicorum *Car-* 8.
tesii enatum fuisse systema *Spinozæ, Voltærius* contendit. *Spinoza* secus sensit, fassus, se illud ex Cabbala Judæorum hausisse.
Mundum carere terminis, probabile putat *Kablius*, eo quod 9.
mundus ejusmodi est Deo dignus, & fieri potuit. Infinitus est 10.
Deus, quia vires quascunque compossibiles supra gradus o-
mnes tenet. Hoc sensu mundus nequit esse infinitus. Causæ 12.
finales suppeditant argumentum optimum, quo, Deum existere, patescit, judice *Voltærio*. At posuit ipse, fines dari mundo propositos, a substantia cogitante, satisque potente, sciente, & sapiente, intentos, antequam demonstravit, existere Deum. Ut doceat, existere Deum, ponit aliquid, in quo id jam inest & præmittitur, quod postea demum erat ostensurus. Circulatur hic *Voltærius*. Per inductionem sane haud ostendi potest, mundum universum, ratione & spatii & temporis consideratum, finalibus causis esse foecundum. *Kablius* subjungit argumentum, a contingentia ductum, quo, Deum dari, solet evinci, accu-

Pag. 18. rate docens, progressum, nec rectilineum, nec circularem, in
infinitum dari posse. *Voltærius* porro, Deum existere, eo
contendit, quod datur in mundi complexu suus ordo. At
ipsius fuisset, prius demonstrare, ordinem hunc esse contingen-
21. tem. Ordinum enim necessariorum theorias cogitari posse, no-
runt & illi, qui primoribus tantum labris Philosophiam attigerunt.
Addit eorum argumenta Censor, qui in ordine mundi multa car-
punt notantque. Monet, neminem mortalium omnem mundi
compagem perspicere, ideoque ineptos nos esse, ut de ordine
totius mundi ex experientia judicium feramus. Ipse *Voltærius*
queritur, nos mundi vix particulam cognoscere. Unde scilicet
ipsi erat colligendum, ex parte de toto non esse judicandum.
27. Theologiam naturalem, qualem *Voltærius Neutono* supposuit,
mancam esse, defectibusque laborare, Censor demonstrare haud
omittit. Idem, notiones *Neutoni* de spatio, duratione, & tem-
pore, recenset, expendit, ac refellit. In notione *Neutoni* spa-
29. tium est sibi quaquaversus æquale & simile, nec cum principio
rationis sufficientis stare, vel in concordiam redigi, potest. Con-
sensionem inter *Spinozæ* doctrinam de spatio & *Neutoni* illam af-
32. fert Censor. Insulsum omnino est, cum *Neutono* spatium habere
35. pro Dei attributo. *Sam. Clarkius* tribuit spatio partes, at quæ divi-
di haud possint. Cum vero inde patescit, Deum ipsum ex
partibus consistere, notio illa non potest non esse minus solida,
37. quia spatium existimat esse compositum ex partibus similaribus,
quæ sententia principio indiscernibilium obstat. Compositio ab-
est a perfectionibus & essentia Dei, quippe qui est simplicissi-
38. mus. Sententia de spatio, Dei sensorio, peccat in Dei omni-
scientiam. Præsentiam Censor exponit per exactissimam relatio-
nem rei existentis unius ad alteram, & omnipræsentiam per
40. statum, per quem Deus sibi omnes res repræsentat, & concursu
suo eas conformat, regit, & ad bonum dirigit. Spatium, si est
42. aliquid re vera existens, a Deo creatum sit oportet. *Leib-*
44. *nitii* ideam, de spatio conceptam, Censor laudat & firmat, ne-
gans, dari spatium extra mundum reale. Tempus esse ordinem
successivorum in serie continua, demonstrat. Durationem ex-
50. ponit per existentiæ continuationem. *Voltærius* putat, *Car-
tesium*, quia, dari vacuum, negaverit, per systema suum docere
haud potuisse, existere Deum. Grande postulatum! Censor
elidit

elidit merito illam ratiocinationem. Libertatem Dei ut vindicet *Voltærius*, ipse principium rationis sufficientis it eversum, Deumque, quia vult, velle, largitur. Monet Censor, male eos de Metaphysica mereri, qui putent, libertatem esse facultatem agendi citra ullam rationem. Hæc enim notio erronea efficit, ut corporibus & brutis, ratione vacuis, tribui possit libertas. Quin potius libertas in sese spectata est facultas eligendi cum ratione ex pluribus æque possibilibus hoc vel illud, quod melius apparet. Qui cognitionem & sapientiam Dei summam venerantur, ii nunquam pronuntiabunt, Deum ideo libertate gaudere, quod vult, quia velit. Facultas agendi pro arbitrio, id est, cæco & mechanico impetu, nunquam libertatis nomine fuit digna, nec in Deum cadit, cui tamen nemo libertatem detrahet, nisi malit quis in sacri Codicis veritatem & sapientiam, cognitionemque Dei summam, peccare. Negat Censor, dari in mundo æqualia extra imaginationem, rationesque pro *Leibnitio* tuendo, æqualia illa improbante, profert. Dari *in abstracto* posse æqualia, ideoque ea a Deo cognosci, negat nemo. *At in concreto* illa nec existunt, nec existere queunt. Argumenta Censoris expendant, si qui hærent & fluctuantur. Voluntatem, invitamenta & rationes sequentem, a necessitate esse immunem, ostendit Censor, exploditque, ut par est, libertatem indifferentiæ, seu cæcum impetum mentis, quantum ad applicationem attinet, immo indifferentiam æquilibrii. Æqualitas certe circumstantiarum, quæ animam afficiunt, haud datur re ipsa. Voluntas certe est facultas, naturaliter ad bonum, sive verum, sive apparens, ferri solita. De spontaneitate *Voltærium* notionem fovere minus distinctam, demonstrat Censor, solide monens, Deum haud addiscere in dies. Vires in mundo perire nonnullas, negat idem, licet quantitas motus haud semper maneat eadem. Vires ideo imminui, quia substantia aliunde dependet, nemo cum *Neutono* facile affirmabit, siquidem hac ratione spirituum finitorum quoque vires in dies decrescent, quod sanus nemo prædicare ausit. In nihilum per se recidit nihil. Cum vero elementa mundi prima vim contineant semper constantem & fixam & determinatam, vires mundi omnino nunquam hoc pacto imminuuntur. Per destructionem partium machinæ non intereunt ipsæ partes, novis conflandis machinis

Pag. 58. 60. 62. 64. 72. 76. 80.

 potius

Pag. 84. potius aptæ. Mundum in nihil esse recasurum per Dei potentiam, negat Censor, pronuntians, sapientia Dei digniorem esse mundum illum, in quo vires haud ullæ fatiscunt pereuntve. *Neutoni* & *Lockii* opinionem, qui, universa mentis phænomena extrinsecus inferri in eam, statuerunt, expendit Censor, viresque
91. animis innatas vindicat. Mentium vis ut hac vel illa ratione finiatur & determinetur, repræsentatio rerum in organo sensorio obvia efficit; vis vero cogitandi, ac ideas producendi, inest naturæ & essentiæ mentis. Qui eadem sensibus usurparunt, non eadem cogitant. Unde fit planum, sensiones externas non esse
96. effectrices idearum mentis. *Voltærius*, *Lockium* & *Neutonum*, ait, tribuisse animalibus brutis mensuram & idem, quod nobis, judicandi præsidium. At vage hic disseruit Poeta Philosophus, nec definivit, qualis & quanta illa sit facultas sentiendi, & ideas formandi. *Lockius* & *Neutonus* crediderunt, Deum corporibus materiæve potuisse attribuere vim cogi-
101. tandi. Censor e contrario it demonstratum, in essentia materiæ nihil inesse, unde cogitatio possit existere, immo facultatem cogitandi repugnare corporum essentiæ, eamque ob rationem nec Deum vim cogitandi corporibus impertiisse, nec conferre potuisse. Et cur, obsecramus, anima corpori est juncta, si corpus ipsum
106. potest cogitare? Ea, quæ respectu essentiæ sunt necessaria, simul a nemine amplius pendere, existimavit *Voltærius*, haud perpendens, quantum intersit inter essentiam & existentiam. Essentias ipse admittit per posticum, quas dudum Philosophi foras ejecerunt. Itane malefacta induere possunt essentiam virtutum? An triangulum induere potest essentiam quadranguli? Nihilo minus Cel. *Voltærius* moralitatem internam & essentias æternas defendit, to-
107. tus a se ipse dissidens. Quæ pro harmonia præstabilita Censor attulit, legi sunt digna. Principia materiæ prima & individua idem vindicat adversus antagonistas. De vi actuosa solidissime differit. Primo ostendit, dari vim inertiæ, provocans ad experientiam. Materiam vi motrice esse præditam, deinde demonstrat. Perpetuo eandem vim inesse naturæ, porro exponit, usus demonstratione dynamica, quæ solet in Mechanica algebraica adhiberi, atque tum ab Ill. *Christiano Wolffio* in *Commen-*
157. *tariis Academiæ Scientiarum Imperialis Petropolitanæ Tom. I pag. 217 seq.* tum a B. *Hermanno* ibidem *pag. 1 seq.* allata fuit.

Monuit

Monuit jam Ill. *Wolffius Tomo V Elementorum Matheseos universæ Cap. 9 pag. 474, & Cap. 5 pag. 414 seq.*, quid de Philosophia *Newtoniana* sit pronuntiandum. Nostrum fuit, compendiariam exhibere ex libello utroque epitomen, orantes quemcunque, ut, si Philosophiam *Leibnitianam* evertendi pruritu laborat, eam prius curate intelligat discatque, quam ei noctem & nubem objicere annitatur. Si *Kahlius Voltærium* paulo honorificentius habuisset, ac ejus verba transtulisset in Germanicum, fautoribus quoque illius plusculum indulsisset, magis certe sese approbasset. Pag. 158.

JO. FRIDERICI JUGLERI, ART. LIB. MAG. Ἀνδραποδοκαπηλεῖον, *sive de Nundinatione servorum apud veteres Liber singularis historico-juridicus, ex quo lucem capere possunt Autorum loca complura. Accedit Medicus Romanus servus, sexaginta solidis æstimatus, rarissimum nostris in oris Opusculum.*

Lipsiæ, apud Jo. Georg. Lœwium, 1741, 8.
Plag. $11\frac{1}{2}$.

Ad *ritum vendendi servos* & emendi passim respiciunt Græciæ pariter Latiique veteris scriptores. Movit hoc Autorem doctissimum, ut variis ista loca observationibus illustraret, quas præsenti libello cum harum rerum amatoribus communicavit. Exemplo inductus *Guilielmi a Loon*, qui cultissimis *de Manumissione servorum* libris τῆς ἐλευθερίας vocabulum præfixit, Græca usus est in titulo voce: Ἀνδραποδοκαπηλεῖον. Præter Procœmium in *decem Capita* dispertitus est hunc suum laborem. *Primo* quæstionem paucis examinat, *an homo jure naturali sit in commercio.* Respondet hoc neganti *Casp. Zieglero*, &, qui plenum in servos dominium reddere dubium voluerat olim, *Samueli a Pufendorf. Caput alterum de nundinatione servorum apud Ebræos* inscriptum est. Monet hic Autor, servos apud Ebræos duplicis generis, singularis tamen servorum, Ebræorum natione, jura, fuisse; tribus modis illorum esse venditionem peractam; fœminas Ebræas, ex instituto gentis, nec emi, nec vendi, potuisse; nec licuisse his ipsis comparare sibi servos: cujus ritus indicat rationem. Subjungit deinceps, servos, qui gentibus erant oriundi, longe fuisse deterioris conditionis, & eorum in pretium inquirit. *Tertio Capite* Cl. Autor *de venditione servorum apud Græcos* disserit. Illi, qui manci-

mancipiorum negotiationi erant intenti, dicebantur *ἀνδραποδοκάπηλοι*, & Athenarum præcipue, urbis Ephesi, insularumque Sami & Cypri, nundinas frequentabant. Apud Athenienses servi in Circo, seu Κύκλῳ, venum expositi, & voce præconis, lapidi, cui *πρατὴρ λίθος* nomen erat, insistentis, proclamati fuerunt. Hunc etiam lapidem, qui locum reddebat editiorem, conscendere venalium quilibet debebat, quod *Aristophanes τράπεζαν* dixit. Mangonum autem calliditas incredibilis erat, quandoquidem e. g. servis, ut speciosiores apparerent, vel novas dabant vestes, vel inter formosos per se servos maxime collocabant deformem, ut pulchritudo citius in oculos incurreret, quod Cl. Autor exemplo illustrat *Æsopi*, cui quippe insignem *Planudes* tribuit deformitatem, nondum argumentis sole meridiano clarioribus a Viris quibusdam eruditis hac in re confutatus. Emtores igitur cauti, ne deciperentur facile, sedulo interrogabant mancipium, quænam illi patria; quid didicerit; in quanam potissimum familia fuerit; an satis salvus. Quam quidem ob rem, detractis vestibus, inspiciebant membra, & nonnunquam etiam ire, redire viam, servos jubebant. Antiquissimis temporibus servorum emtio venditio mera fuit permutatio. Primi servos pecunia emisse perhibentur Chii. Quod autem commune fuerit servorum apud Græcos pretium, haud adeo liquet. Suspicatur Autor, mancipium deforme, vel nullius pæne utilitatis, ad obolos vix centum accessisse, quingentas contra drachmas frequens admodum servorum fuisse pretium, si essent vel literati, vel musici, vel palæstrici doctores, vel arte quadam alia, virtuteve, conspicui. Soli evnuchi æstimari longe pluris solebant. Judices atque inspectores, servorum nundinationi præfectos, Græci *ἀγορανόμους* vocabant. Quod sequitur *Caput quartum, venditiones mancipiorum apud Romanos in genere, & homines, qui illis sunt negotiati*, exponit. Assidua & quotidiana servorum comparatio erat in republica Romana. Qui negotiari consueverant iisdem, hos variis insignitos nominibus intelligimus. Frequentissime vocati *mangones*. Nec tamen incognitæ etiam sunt voces *venalitius*, *venalitiarius*, & *mancipiorum negotiator*. Quæ vox ultima, tantum abest, ut mercatorem hic significet, ut certum exploratumque sit, his longe inferiores habitos esse mangones. Imo vilis erant conditionis, & ad omnem

omnem fraudem compositi æternas existimationi suæ maculas inurebant. Ab his differebant nonnihil lenones, Jure Romano infamia notati, quorum turpissimo negotio primus obicem *Hadrianus* posuerat. Lanistæ quoque servos coemebant, & bene in arte gladiatoria exercitatos ad spectaculum triste populo exhibendum vendebant, donec *Hadrianus* & huic malo injiceret frenum, tandemque *Constantinus M.* ludos gladiatorios plane prohiberet. *Capite quinto* disquirit Cl. Autor, *ubi, quot modis, & quo ritu, hæc sit venditio instituta.* Multa hic disputata leguntur de Catasta, veroque sensu verborum *Petronii Cap. 29: venalitium titulis pictum;* de præconibus, qui vendiderunt mancipia; de servis nudis, vel gypsatis, pedibus adstantibus; de titulis, a servorum collo pendulis; de servorum denudatione, modisque explorandi eorum valetudinem, de venditione sub corona, & sub hasta; de servis pileatis; de servo sua pecunia emto. *Sexti Capitis* summa est *de iis, quæ jure observanda erant in venditione servorum.* Agitur in hoc de portorio atque vectigali mancipiorum causa solvendo; de publicanis, pœna commissi, atque εἰκονισμῷ; de autore & quantitate vectigalis; emtorne, an venditor, solverit; de natione servi indicanda; de servis novitiis & veteratoribus; de commendatione mancipiorum; de præcipuis corporis vitiis emtori significandis, pariterque de vitiis animi, &c. In *septimo Capite, de pretio servorum,* docet Autor præstantissimus, servos varii generis atque conditionis, ideoque varii etiam fuisse pretii. Meliora mancipia sæpe reliquum viliorem gregem reddere vendibiliorem debebant. Inde ortum est proverbium, *familiam ducere.* Nonnunquam etiam rejicula mancipia, quasi appendix, pretiosioribus accedebant. Erant autem Romani in servis emendis haud raro ultra modum prodigi. Maximi faciebant evnuchos, de quibus Autor complura tradidit. His subjungebantur Medici, & deinceps Grammatici, literas Græcas docti, Poetæ, librarii, Bibliothecarii, pædagogi, notarii, anagnostæ. Inter artium illiberalium peritos multum statuebatur pretii pictoribus, comœdis, musicis, gladiatoribus, funambulis, palæstritis, negotiatoribus, calculatoribus, topiariis, pocillatoribus, & coquis. Denique motiones etiam, pueri formosi, servi bonæ frugis, novitii, & peculio instructi, itemque puellæ formosæ, vel teneræ ætatis, obstetrices, puellæ fides doctæ, lanificii, telæ, texturæque, peritæ, fœcundæ gravidæque, & ornatrices, sat grandi æris summa vendi sæpiuscule solebant. *Octavum Caput* recenset *varias conditiones, venditioni servorum adjectas.* Fieri hoc & a venditore, & ab emtore, poterat. Debebant tamen conditiones esse bonæ, ideoque prohibita erat venditio mancipii, ut cum bestiis pugnaret, vel ad ludum gladiatorium adhiberetur, idque ex Constitutione

ſtitutione *Hadriani.* Prioribus enim temporibus id licuiſſe omnino, *Suetonius* in *Vitell. Cap.* 12 confirmat, qui locus occaſionem ſuppeditavit Cl. Autori, ut quæſtionem, celebrem ſatis, excuteret nonnihil, an liberti reciderint in ſervitutem. Ad illicitarum conditionum claſſem non pertinebant illæ: ne mancipium plane manumittatur; ne aliquo loco moretur, neve intra certum tempus ad libertatem perveniat; ut intra certum tempus manumittatur; ut uni tantum ſerviat domino, eóque mortuo liberum ſit; ut exportetur; ut in perpetuis vinculis maneat; ne proſtituatur, &, ſi hoc factum, ut liberum eſſet, vel manus injectio locum haberet, vel emtor certam aureorum ſummam daret; ut ſuo periculo emeret mancipium emtor; ut, niſi placeret mancipium, intra præfinitum tempus redhiberetur; ut nihil exciperetur. *Caput nonum* eſt *de actionibus, propter nundinationem mancipiorum conſtitutis, deque magiſtratu, huic negotio præfecto.* Binæ ſunt actiones, quibus emtor contra venditorem poterat experiri. Uni redhibitoriæ nomen eſt, altera quanti minoris, ſeu æſtimatoria, dicitur. Utraque qua ratione inter ſe differat, quando locum habuerit, quo tempore exſpiraverit, an integra manſerit mortuo mancipio, an & variare his actionibus licuerit, quid in evictione juris fuerit, cur Ædiles, legitimi harum rerum judices, Edictum de mancipiis venalibus propoſuerint, & quæ *Thomaſii* de hoc ipſo ſententia ſit, luculenter exponere ſtuduit Autor. *Decimi Capitis* inſcriptio eſt *de venditione ſervorum apud Germanos, uſuque hodierno.* Fuerunt etiam apud Germanos ſervi, quorum alii lautioris, alii vilioris, erant conditionis. Hi comparari commode cum ſervis Romanis poſſunt. Duplex autem apud Germanos veteres erat ſervorum venditio, ſcilicet cum prædiis, vel ſine iisdem. Neque tamen ſervi extra regni fines, neque paganis Judæisve, debebant vendi. Non perfecta habebatur venditio, niſi, eam in teſtium conſpectu, vel interveniente ſcriptura, fuiſſe peractam, probari poſſet. Utque omnes ceſſarent discordiæ, ex moribus Francorum obſtrictus erat venditor ad indicandum emtori, ſi fur, vel fugitivus, vel cadivus, forſitan ſervus eſſet. Quibus traditis, Autori noſtro ſermo eſt ac diſputatio de redhibitione mancipii; quid juris fuerit, ſi aufugiſſet ſervus ex domo emtoris; de pretio ſervorum; ſolidus quid jure veteri ſit; quomodo æſtimati apud Longobardos Maſnadi fuerint; an etiam peculium cum ſervo Germani vendiderint; & an hodie adhuc in Germania vigeat ſervos vendendi ritus. Negat hoc merito elegantis doctrinæ Autor noſter; apud Turcas vero, Sinenſes, atque Æthiopes, veteris veſtigia juris exſtare, ait, eamque in rem complura, hæc non parum illuſtrantia, protulit. Adjecit præterea Exercitationi ſuæ libellum, ſatis doctum & politum, *Medicum Romanum ſervum, ſexaginta ſolidis æſtimatum.* Perhibent verum Opuſculi, nondum trium plagularum, parentem *Jo. Frid. Bœckelmannum*, celebrem olim apud Batavos JCtum. Prodiit Leidæ primum A. 1671, & deinceps decennio poſt A. 1681, forma minori. Rariſſimum autem nunc temporis libellum dignum judicavit Cl. Editor, qui tertium typis imprimeretur. Quod ut accuratius fieret, in tollendis typographorum vitiis omnem collocavit operam, &, quantum licuit, falſo prolata Autorum loca correxit. Colophonem libro, omnibus elegantiorum literarum ſtudioſis de meliori nota commendando, imponit duplex Index, alter Autorum, alter rerum præcipuarum.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Martii Anno MDCCXLII.

Pars I.

GRÆCA D. MARCI BIBLIOTHECA CODICUM *manu scriptorum, per titulos digesta, præside & moderatore* LAURENTIO THEUPOLO, *Equite, ac D. Marci Procuratore, jussu Senatus.*

Venetiis, apud Simonem Occhi, 1740, fol. Alph. 3 plag. 18.

Bibliothecam hanc Codicum manuscriptorum, auspiciis & sapienti consilio Illustrissimi Viri, *Laurentii Theupoli*, collectam, studiis debemus *Antonii M. Zanetti, Alex.* fil. Bibliothecæ custodis, & *Antonii Bongiovanni*, J. U. D. qui, doctissimus uterque Vir, in præmissa Præfatione, hanc sibi curam demandatam fuisse, confitentur. Congregavit olim hos Codices, congregatosque Reipublicæ Venetæ dono dedit, *Bessario*, Cardinalis; quibus Appendicis loco accesserunt Codices, quos *Jacobus Contarenus* & *Joannes Baptista Recanati*, Patricii Veneti, aliique, Reipublicæ legarunt, quorum numerus ad 625 se extendit. Omnes hos Codices Clarissimi Editores in *XII Classes* diviserunt, & Codicis cujusque magnitudinem, foliorum numerum, materiam, atque ornamenta, si qua fuerunt, ac ætatem, notaverunt, & denique variantium lectionum specimina, de quibus mox plura dicemus, ex *Historicis* præcipue antiquis exhibuerunt, adjecto indice Autorum generali, quo suo quisque loco evolvi possit. Nec levem gratiam ab harum literarum studiosis inierunt Viri doctissimi, quod specimina characterum Græcorum a Seculo X ad XV æri incisa lectoribus suis exposuerunt. Nos, instituti nostri memores, speciminum variantium lectionum, tam in Græca antiqui Fœderis inter-

 pretatione,

pretatione, quam in Hiſtoricis antiquis, datarum, adducemus. Itaque *Codex I*, in folio, membranaceus, foliorum 164, majoribus literis exaratus, Seculi VIII, aut IX, exhibet Teſtamenti Veteris partem, continens ſcilicet fragmentum *Jobi a Capite XXX, Proverbia Salomonis, Eccleſiaſten, Canticum canticorum, Sapientiam, Eccleſiaſticum,* Prophetas *Hoſeam, Amoſum, Joelem, Abdiam, Jonam, Micham, Nahum, Habacuc, Sophoniam, Haggæum, Zachariam, Malachiam, Eſaiam, Jeremiam, Baruch, Lamentationes Jeremiæ, Ezechielem, Danielem, Hiſtoriam Suſannæ, Beli, & Draconis, Tobiam, Judith, Maccabæorum Libros tres.* Exhibent nobis Clariſſimi Editores ſpecimina variarum ex hoc Codice lectionum, ad uniuscujusque, quem continet, *Libri Caput primum* pertinentium. Ex quibus diſcimus, hunc ipſum Codicem non tantum in multis cum *Alexandrino*, rarius cum *Vaticano*, facere, verum etiam quasdam legendi rationes ſuppeditare, quas ne in præſtantiſſima quidem Cel. *Breitingeri* editione LXX Interpretum reperire licet. Cui rei ut fidem faciamus, quædam hic in medium afferre non erit alienum. *Jobi Cap. XXX, comm. 9, Alexandrinus* habet νυνὶ δὲ κιθάρα αὐτῶν ἐγώ εἰμι, & *Vaticanus*, transpoſitis tantum vocibus, νυνὶ δὲ κιθάρα ἐγώ εἰμι αὐτῶν, a quibus ita recedit Codex *Beſſarionis*, ut pro ἐγώ εἰμι legat ἐγενόμην, hoc modo, νυνὶ δὲ κιθάρα αὐτῶν ἐγενόμην. *Comm. 13* uterque vulgatus Codex exhibet βέλεσιν αὐτοῦ κατηκόντισέ με, pro quo hic ineditus, βέλεσιν γὰρ αὐτοῦ κ. τ. λ. *Comm. 18* uterque pariter περιέσχε με, pro quo hic Codex περιέσχον με. *Comm. 25* pro ἀδυνάτῳ ἔκλαυσα in noſtro eſt δυνατῷ ἔκλαυσα. *Proverbiorum Capite I* hæ fere lectiones ab *Alexandrino* & *Vaticano* diverſæ reperiuntur. *Comm. 6* pro καὶ αἰνίγματα. Ἀρχὴ, hic eſt, καὶ αἰνίγματα αὐτῶν. Ἀρχὴ. *Comm. 7* pro Φόβος κυρίου eſt Φόβος Θεοῦ, & pro εἰς Θεὸν ἀρχὴ, quod habet *Vaticanus*, vel ἀρετὴ ſecundum *Alexandrinum*, αἰσθήσεως, in noſtro eſt, εἰς Θεὸν Φόβος κυρίου ἀρχὴ αἰσθήσεως. *Comm. 12* pro ἐκ γῆς exhibet ἀπὸ τῆς γῆς. *Comm. 14* pro τὸν δὲ σὸν κλῆρον βάλε ἐν ἡμῖν, hic eſt, τὸν δὲ κλῆρόν σου βάλε ἐν μέσῳ ἡμῶν. Verba autem hujus *commatis* ultima, καὶ μαρσίππιον ἓν γενηθήτω ἡμῖν, plane non agnoſcit. *Comm. 15* pro μὴ πορευθῇς legit, υἱέ μου μὴ πορευθῇς, quod ad Ebraicum proxime

xime accedit. Ibidem pro ἐκ τῶν τρίβων αὐτῶν habet ἐκ τῶν ποδῶν αὐτῶν. *Comma 16*, quod in editione Romana plane deest, in a Cel. *Breitingero* editum est: οἱ γὰρ πόδες αὐτῶν εἰς κακίαν τρέχουσι, καὶ ταχινοὶ εἰσι τοῦ ἐκχέαι αἷμα, a quibus non parum discrepat Codex noster, hæc verba continens: οἱ γὰρ πόδες αὐτῶν εἰς κακίαν τρέχουσι, καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. *Comm. 18* pro αὐτοὶ γὰρ οἱ φόνου μετέχοντες habet αὐτοὶ γὰρ αἱμάτων μετέχοντες. *Comm. 26* pro καταχαροῦμαι δὲ ἡνίκα ἂν ἔρχηται, vel, ut *Vaticanus*, ἡνίκα ἔρχηται, hic Codex dat, ἐπιχαροῦμαι δὲ ἡνίκα ἂν ἐπέρχηται. *Comm. 29* pro τὸν δὲ λόγον Κυρίου Cel. *Breitingerus* ex conjectura exprimi curavit, τὸν δὲ φόβον Κυρίου. Atque ita diserte habet Codex, de quo agimus, *Bessarionis*, quod ipsum præstantiam Codicis satis superque testatur. *Comm. 31* pro τῆς ἑαυτῶν ἀσεβείας idem Codex exhibet τῆς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας. In *Ecclesiastæ Capite primo* has animadvertimus varietates legendi, ab utroque scilicet Codice, ex quo Græca antiqui Fœderis interpretatio prodiit, discrepantes. *Comm. 7* pro εἰς τόπον secundum *Alexandrinum*, vel εἰς τὸν τόπον secundum *Vaticanum*, hic Codex legit πρὸς τόπον. *Comm. 8* pro καὶ οὐ πληρωθήσεται οὖς ἀπὸ ἀκροάσεως, legitur, καὶ οὐ πλησθήσεται οὖς τοῦ ἀκοῦσαι. *Comm. 10* pro ἤδη γέγονεν refert αὐτὸ ἤδη γέγονεν. *Comm. 11* Cel. *Breitingerus* pro οὐκ ἔσται αὐτῶν μνήμη, quod habet uterque, reposuit ex ingenio, οὐκ ἔσται αὐτοῖς μνήμη. Hic iterum Viri doctissimi conjectura, quod ad αὐτοῖς attinet, a Codice nostro firmatur, qui legit, οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μνήμη. *Comm. 13* pro ὑπὸ τὸν οὐρανὸν in Codice est ὑπὸ τὸν ἥλιον. *Comm. 16* pro τῷ λέγειν habet ἐν τῷ λέγειν, & pro ἐπὶ πᾶσιν, οἳ ἐγένοντο, refert, ἐπὶ πᾶσι τοῖς γενομένοις. *Cantici Canticorum Caput I* has continet variantes lectiones. *Comm. 4* pro δραμοῦμεν hic est δραμέμεθα, & pro ὑπὲρ οἶνον Codex legit ὑπὲρ ἥλιον. *Comm. 9* pro ὡμοίωσά σε hic legitur ὁμοίως δέ. *Comm. 13* pro τῆς στακτῆς ἀδελφιδός μου ἐμοί, ἀναμέσον τῶν μαστῶν μου in Codice reperitur τῆς στακτῆς ἀδελφιδοῦς μου ἐμοί, ἀναμέσον τῶν μαθητῶν μου. Sic etiam *comm. 14* & *16* pro ἀδελφιδός μου est ἀδελφιδοῦς μου. *Comm. 17* pro δοκοὶ οἴκων legitur δοκοὶ οἴκου. *Abdiæ Capite I*

 hæc

hæc legendi diverſitas obſervatur. *Comm.* 5 pro ἐπιφυλλίδα habet ἐπιφυλλίδας, & in verbo ὑπελείποντο conſentit *Alexandrino*, pro quo habet *Vaticanus* ἐπελείποντο. *Comm.* 7 & 8 habemus ἄνδρες εἰρηνικοί σου ἔθηκαν ἔνεδρα ὑποκάτω σου, οὐκ ἔστι σοι σύνεσις ἐν αὐτοῖς, (vel, ut *Vaticanus*, οὐκ ἔστι σύνεσις αὐτοῖς,) ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, (pro quo iterum *Vaticanus*, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ,) λέγει Κύριος, ἀπολῶ σοφοὺς ἐκ τῆς Ἰδουμαίας. In his non parum diſſentit Codex, qui ita legit: ἄνδρες εἰρηνικοί σου, οἱ συνεσθίοντές σοι ἔθηκαν ἔνεδρα ὑποκάτω σου, οὐκ ἔστιν σύνεσις ἐν αὐτῷ. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει κύριος, ἀπολέσω σοφοὺς ἐκ γῆς Ἰδουμαίας. *Comm.* 11 pro σὺ ἦς ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν, hic legitur, ὑμεῖς ἐστὲ ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν. *Comm.* 14 pro διεκβολὰς αὐτῶν habet διεκβολὰς αὐτοῦ & pro ἀνασωζομένους αὐτῶν refert ἀνασωζομένους αὐτοῦ. *Comm.* 17 pro ἔσται ἡ σωτηρία reperimus ἔσται ἡ κατοικία. *Comm.* 18 pro ὁ δὲ οἶκος Ἰωσὴφ φλὸξ, ὁ δὲ οἶκος Ἡσαῦ εἰς καλάμην, Codex legit, καὶ ὁ οἶκος Ἰωσὴφ, ὁ δὲ οἶκος Ἡσαῦ ὡς καλάμην. Ibidem pro διότι κύριος ἐλάλησε exhibet ὅτι κύριος ἐλάλησε. *Comm.* 19 pro τῇ Σεφηλᾷ in Codice eſt τῇ Σεφηλαι. *Comm.* 20 *Vaticanus* & *Alexandrinus* habent ἕως Εφραθὰ; quibus relictis, Cel. *Breitingerus* dedit ἕως Σεφραθά. A quibus omnibus diſcrepat Codex Venetus, qui præfert ἕως Βηθλεέμ. *Comm.* 21 pro τὸ ὄρος Ἡσαῦ eſt τὸ ὄρος τὸ Ἡσαῦ. Ex *Jonæ Capite primo* ſequentes excerpere lectiones juvabit. *Comm.* 4 pro καὶ Κύριος hic habemus ὁ δὲ κύριος. *Comm.* 5 pro Ἰωνᾶς δὲ legimus καὶ Ἰωνᾶς. *Comm.* 9 pro ἐγὼ σέβομαι reperimus ἐγὼ φοβοῦμαι. *Comm.* 11 pro κοπάσει eſt κοπιάσει. In *Capite primo Michæ comm.* 1 pro Μωραθεὶ, quod habuerunt Codices, Cel. *Breitingerus* edidit Μωρασθεί. At Codex hic legit τὸν Μωραθίτην, & ibidem pro ὑπὲρ ὧν habet περὶ ὧν. *Comm.* 2 pro λαοὶ λόγους animadvertimus λαοὶ πάντες, & pro κύριος κύριος habemus κύριος ὁ θεός. *Comm.* 3 pro ἰδοὺ κύριος Codex legit ἰδοὺ κύριος κύριος. *Comm.* 7 pro τὰ μισθώματα eſt τὰ μιάσματα. *Comm.* 8 pro θρηνήσει reperitur πενθήσει. *Comm.* 12 pro κατοικούσῃ habemus κατοικοῦσα. *Zachariæ Capite primo comm.* 16 pro ἐπιστρέψω ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ in Codice legimus ἐπιστρέψατε ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, & *comm.* 21 pro τὰ ἐπαιρόμενα reperimus τὰ ἐπερχόμενα. *Malachiæ*

Capite

Capite primo comm. 7 Cel. *Breitingerus* edidit καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα βρώματα ἐξουδενωμένα. *Vaticana* editio habet καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα ἐξουδενώσατε. Hæc non tantum alia ratione Codex exhibet, sed & nonnulla addit hunc in modum: καὶ τὰ ἐπιτιθέμενα βρώματα ἐξουθένωται, καὶ εἴπατε ταῦτα ἐκ κακοπαθείας ἐστὶν, καὶ ἐξεφύσησα αὐτὰ, λέγει κύριος παντοκράτωρ. *Comm.* 8 pro εἰς θυσίας οὐ κακὸν Codex exhibet εἰς θυσίαν οὐ καλὸν, & ibidem pro οὐ κακὸν iterum οὐ καλόν. *Comm.* 13 pro καὶ ἐὰν φέρητε τὴν θυσίαν hic cernitur καὶ προσεφέρετε τὴν θυσίαν. *Esaiæ Capite primo comm.* 4 Cel. *Breitingerus* ex ingenio, ni fallimur, supplevit ἀπηλλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω. Quibus suffragatur quodam modo Codex noster, qui habet, ἠλλοτριώθησαν ὀπίσω. *Comm.* 13 pro βδέλυγμά μοι ἐστί· τὰς νουμηνίας, hic legimus, βδέλυγμά μου ἐστίν· τὰς νεομηνίας. *Comm.* 15 ὅταν ἐκτείνητε τὰς χεῖρας ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμοὺς μου ἀφ' ὑμῶν legit *Vaticanus*. At Cel. *Breitingerus* ita edidit: ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμοὺς μου ἀφ' ὑμῶν. Ab utroque hic recedit Codex, cujus hæc est lectio: ὅταν τὰς χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀφ' ὑμῶν. Idem Codex eodem *commate* pro τὴν δέησιν refert τὴν δέησιν ὑμῶν. *Comm.* 27 pro ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς, καὶ μετὰ ἐλεημοσύνης, Codex legit, ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς, καὶ ἡ ἀποστροφὴ καὶ μετὰ ἐλεημοσύνης. *Comm.* 29 pro ἠβούλοντο est ἐβούλοντο. Sed hæc quidem sufficere possunt præstantiæ Codicis in hac Bibliotheca primi ostendendæ, cujus lectiones non omnino indignæ sunt, quæ in nova LXX Interpretum editione diligentius consulantur. Sacris igitur literis relictis, ad exteros Scriptores pergimus, & varias lectiones *Codicis 364*, qui est Seculi XV, & cum aliis *Herodoti Libros novem* complectitur, perlustrabimus, quæ non tantum vulgatam, & a *Gronovio* relictam, *Herodoti* lectionem stabiliunt, sed & nonnulla habent, a *Gronovio* plane non commemorata. Sic *pag.* 2 *verf.* 12 vulgata antea legit ἴσα σφι πρὸς ἴσα, a Codice hoc confirmata, pro qua ex Codice suo *Gronovius* dedit ἴσα πρὸς ἴσα σφι. *Verf.* 16 vulgarem lectionem τῶν εἵνεκεν ἀπίκοιτο probat Codex, qua relicta, *Gronoviana* editio exhibet τῶν εἵνεκεν ἀπίκατο. *Verf.* 34

rurſus cum vulgata Codex legit, *μέχρι μὲν ὧν τέτων*, pro eo, quod *Gronovius* reddidit, *μέχρι μὲν ὧν τέτε*. *Verſ. 39* *ἔργον νομίζειν εἶναι* etiam in hoc Codice exſtat, & ita ante *Gronovium Salvinius* legit, qui nobis ordinem, ut ſcribit ipſe, priſtinum dedit, *νομίζειν ἔργον εἶναι*. *Verſ. 44* vulgatum *ἁρπαζομένων*, a *Gronovio* in *ἁρπαζομενέων* mutatum, Codex hic quoque tuetur. *Pag. 3 verſ. 6* Πέρσησιν ἔτω cum editis, pro quo *Gronovius* Πέρσησι ἔτως, & mox *verſ. 7* λέγεσιν ἄγειν, non tantum Codex illud vulgatum λέγεσιν, ut etiam ſequenti *verſu 13*, defendit, ſed & pro *ἀγαγεῖν*, quod *Gronovius* & alii referunt, legit *ἄγειν*. *Pag. 3 verſ. 44* & *47* Ἄργων cum vulgatis exhibet, pro quo ex ſuo *Gronovius* Ἄγρων. *Pag. 4 verſ. 2* *τέτων δὲ Ἡρακλεῖδαι*, adverſativam particulam tuetur, a *Gronovio* proſcriptam. Contra *verſ. 4* particulas omittit, iterum cum vulgatis *ἄρξαντες ἐπὶ δύο καὶ*, pro quibus *Gronovianus* Codex exhibuit *ἄρξαντες μὲν ἐπὶ δύο τε καὶ*. *Verſ. 21* *ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας*, pro *Gronoviano* *ὁ δ᾽ ἀμβώσας*, qui, licet *Herodotus* ſemel atque iterum uſurpaverit *μέγα ἀμβώσας*, tamen maluit lectionem Codicis ſui contextui inferre, quam vulgatam, a noſtro Codice quoque ſtabilitam, retinere. *Verſ. 27* *τινὰ σκοπέειν*, pro *Gronoviano* *σκοπέειν τινὰ*, & *verſ. 34* *πειρώμενον λόγον*, pro *πειρώμενον λέγω λόγον* quod *Gronovio* placuit. *Verſ. 40* *κοιτῶνα*, *Gronovius* autem dedit *κοῖτον*. Sed hic pro *κοῖτον* ſine dubio in *Gronoviana* legendum *κοίτην*, quod Codices & *Dionyſius*, teſte *Galeo*, referunt nec ipſe *Gronovius* declarat, ſe *κοῖτον* ex Codice ſuo aut aliunde repetiiſſe, nobisque reddidiſſe. *Verſ. 46* *μή σε ὄψεται ἰόντα διὰ τῶν θυρέων*, ubi *Gronovio*, præeunte Codice, viſum eſt mitius, *μή ἐσόψεται ἰόντα διὰ θυρέων*. *Verſ. 49* *ἐδόκεεν*, pro *Gronoviano* *ἐδόκεε*. Et ſic in plerisque locis hic Codex lectionem, a *Gronovio*, ſuum Codicem deamante, relictam, etiam atque etiam confirmat, certiſſimo argumento, id quod a Viris doctiſſimis jam demonſtratum eſt, non ſane fuiſſe, quod *Gronovius*, unico fretus Codice, vulgatam *Herodoti* lectionem ſine ratione idonea relinqueret. Sed, ne actum jam agere videamur, his, quæ vulgatam *Herodoti* ſcripturam contra *Gronovii* mutationes defendunt, miſſis, ad eas nobis potius pergendum eſſe exiſtimamus

lectio

lectiones, quas hic Codex & a *Gronoviana*, & aliis editionibus, diverſas nobis demonſtrat. *Pag. 2 verſ. 6* pro vulgata adhuc, ἐκ ὡς Ἕλληνες, Codex refert ἐκ ὡς Φοίνικες, quæ vero varietas non tam *Herodoti* menti, quam ſcribentis potius errori, tribuenda videtur, qui, mentione Phœnicum paulo ante facta deceptus, Phœnices exiſtimavit de Ius in Ægyptum adventu non convenire cum Perſis, cum *Herodotus* id de Græcis, ſuffragantibus aliis ſcriptoribus, commemoret. *Pag. 2 verſ. 30* vulgati libri legunt, τὲς δὲ, προϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν. Quam lectionem a conjectura *Stephani* προϊσχομένοις, *Galeo* quodam modo ſe probante, *Gronovius* defendit. Sed ab utraque lectione hic Codex Venetus diſcedit, qui dat τὲς δὲ προϊσχομένες, id quod narrationis ſeries non admittere videtur. *Pag. 3 verſ. 17* προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τῦ λόγυ cum aliis legit *Gronovius*, a quibus, omiſſis duabus voculis, Codex hic differt, legendo, προβήσομαι πρόσω τῦ λόγυ. Quo jure, quave fide, hæc ſit lectionis varietas cenſenda, quilibet per ſe Lector intelliget. Ibidem *verſ. 44 ſeq.* ſine ulla varietate vocum adhuc legimus, Ἄγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνυ, τῦ Βήλυ, τῦ Ἀλκαίυ, πρῶτος Ἡρακλειδέων, βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων. Quæ verba, quoniam *Ninum, Beli* filium, unum ex poſteris *Herculis* fuiſſe, qui annis mille ut minimum *Nino, Beli* filio, poſterior fuit, commemorant, *Scaligerum* adduxerunt, ut, aut *Herodoti*, aut librariorum, errorem iis ineſſe, contenderet; quem vero *Gronovius* reliquit, ratus, ſicut *Ninos* & *Belos* jactavit Aſia major, ita videri & ſuos narraſſe Lydiam. Sed his omnibus facili negotio ſuperſedere poſſumus, ſi recipimus lectionem Codicis hujus, qui, omiſſis plane nominibus *Nini, Beli, & Alcæi*, ita verba exhibet: Ἄγρων μὲν γὰρ πρῶτος Ἡρακλειδέων βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων. Sic & *Scaligero* fiet ſatis, nec *Ninis* ac *Belis* Lydiæ, a *Gronovio* laudatis, opus erit. *Pag. 4 verſ. 39* vulgatæ habent, ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης θήσω, nec quiſquam adhuc ſcripturæ hic varietatem deprehendit, quam tamen hic Codex ſuppeditat, quando pro ultimo verbo θήσω refert στήσω. Et ſane, ſi rem, de qua agitur, diligentius conſideramus, hoc verbum aliquid habere videtur, quod

quod se magis vulgari probet. *Pag. 5 vers. 49* τῦ καὶ Ἀρχίλογος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. Sic *Gronovius*, & reliqui. Sed Codex, omissis non paucis verbis, ita: τῦ καὶ Ἀρχίλογος ὁ Πάριος ἐπεμνήσθη, vulgata quidem haud melius. *Pag. 6 vers. 45 seq.* ἀπικέατο ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ Σάρδις πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἷλον. Ita editi sine ulla varietatis mentione. At Codex hic primo pro ἀπικέατο legit ἀπίκοντο, deinde pro πλὴν exhibet πρίν. Ubi illud quidem parum refert, hoc alienam omnino sententiam a vulgatis profert, *Cimmerios scilicet Sardes prius, quam arcem, cepisse.* Sed vulgatam bene se habere putamus, quamvis paulo post πρὶν cum indicativo, πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσουσι, in vulgatis ante *Gronovium*, qui ἀνορθώσωσι dedit, a Codice hoc ipso firmatis, etiam occurrat. *Pag. 8 vers. 9* pro πυθόμενον Codex legit πευθόμενον, & *vers. 24* pro προηγόρευε dat προσηγόρευε, ac *vers. 30* pro ἀπῆλθεν habet ὑπῆλθεν, quæ vero varietas hic exigui esse momenti videtur. *Pag. 11 vers. 31* constans est lectio, quod scimus, νῦν ὦν ἵμερος ἐπείρεσθαί με ἐπῆλθέ σε, nisi quod hic demum Codex sic habet: ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθεν. Utraque lectio respondet constructioni ἐπέρχεσθαι, qua modo cum Dativo, modo cum Accusativo, in Autoribus reperitur; vulgata tamen *Herodoto* non indigna videtur. *Pag. 12 vers. 40* sic editi legunt: ὁ δὲ εἶπεν, ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηΐων πρηγμάτων πέρι. Hic Codex, qui in hac ipsa Bibliotheca est numero 365, mirum quantum ab editis discedit, legendo, ὁ δὲ εἶπεν, ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με τὸ ἀνθρώπινον πᾶν ἐδαμᾶ ἐν τωυτῷ μένον, ἐπειρωτᾷς τῶν σεωυτῦ πρηγμάτων πέρι, quæ sane lectio *Crœsi* studio, *Solonem* interrogandi de suis maxime rebus, apprime convenit, nec vulgata tamen, veterum opinione de invidia Deorum stabilita, facile movenda. Idem Codex etiam continet *Thucydidis Libros VIII*; cujus specimen has fere nobis varietates legendi suppeditat, quas in Cel. *Dukeri* editione omnium præstantissima nondum annotatas deprehendimus. *Pag. 3 vers. 17* sine ulla varietate legitur, παρ' Ἀθηναίοις οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὄν, ἀνεχώρουν, ubi Codicis

hujus

hujus lectio paulo est diversa, παρ' Ἀθηναίοις διὰ ταῦτα οἱ δυνατώτατοι κ. τ. λ. Sed scribendi generi *Thucydideo* magis convenire existimamus vulgatam, nec hic τὸ διὰ ταῦτα ita necessarium, ut sine eo sententia Autoris percipi non possit. *Pag.* 4 *vers.* 15 pro vulgato ἠδύνατο hic legitur ἐδύνατο, atque sic etiam *pag.* 5 *vers.* 13, & *pag.* 14 *vers.* 23. Sic *pag.* 8 *vers.* 5 pro καθαιρομένης ὑπὸ Ἀθηναίων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ, Codex hic exhibet, καθαιρουμένους ἐν τῷδε, quæ sane lectio a vulgata multum discrepat, ita tamen, ut palmam ipsi vix præripere videatur. Ibidem *vers.* 13 in verbis καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν κατῴκιζε nullam repetimus varietatem a Cel. *Dukero* aliisque traditam. Quando igitur Codex noster pro πόλεις habet πόλεις, id eo magis attendi debet, quod sensum commodum præbet. Quo ipso tamen vulgatam nolumus rejectam. *Pag.* 9 *vers.* 20 pro vulgata lectione ἦν, ἢ εἴ τι in Codice invenitur ἢ, καὶ εἴ τι. *Pag.* 11 *vers.* 16 editio Cel. *Dukeri* habet ὡς ἐπιπολὺ ἐγίγνοντο, ubi alii Codices ὡς ἐπὶ πολὺ ἐγένοντο, alii ὡς ἐπιπολὺ ἐγίγνοντο, alii ἐγίνοντο. Sed ab his *in verbo* discedit Codex, qui habet ὡς ἐπιτεπολὺ ἐγίνετο. Qui vero verbi numerus non respondet nomini adjecto plurali στάσεις. *Pag.* 13 *vers.* 5 pro ὀλίγαις, quod *Dukerus* exprimendum etiam curavit, quidam Codices legunt ὀλίγα, qui tamen non magis audiendi sunt, quam hic Codex noster, qui ὀλίγοις exhibet. Et, quando ibidem pro πεντηκοντόροις refert πεντηκοντέροις, pariter improbandus videtur, quamvis ita etiam legat *vers.* 13 ejusdem *paginæ*. Sed longius huic Codici immorari non licet, quem tamen in plerisque legendi rationibus cum Codice convenire observavimus *Clarendoniano*, quem jam *Hudsonus* ad *Thucydidem* comparavit. Ceterum dignus omnino etiam fuisset Codex 389 *Herodiani*, cujus variæ lectiones, speciminis loco hic exhibitæ, a nobis data opera perlustrarentur. Cum eas autem tanti momenti judicaverimus, ut de iisdem pro instituti nostri ratione breviter agi vix possit, satius duximus has cuique harum literarum studioso in ipso Opere cognoscendas relinquere, sperantes, Lectores nostros his speciminibus acquieturos esse.

T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM AB

O *Urbe*

Urbe condita Libri, qui supersunt, XXXV, cum Supplementis FREINSHEMII. *Recensuit, & Notis illustravit, J. B. L.* CREVIER.

Tomus II, III, & IV.

Parisiis, apud Gabr. Franc. Quillau & Jo. de Saint, 1736, 1738, & 1739, 4 maj.

T. II Alph. 4 plag. 2, T. III Alph. 4 plag. 10, T. IV Alph. 4 plag. 9

Quo consilio *Crevierius*, Vir Clarissimus, in concinnanda nova *Livii* editione usus sit, quæque sit Operis ipsius ratio, dictum est a nobis tum, cum de *primo Volumine* exponeremus. Itaque nihil nisi hoc nobis jam agendum videtur, cum de his *tribus Voluminibus* dicere instituimus, ut primo, quos quisque *Tomus Libros* complectatur, indicemus, deinde ex observationibus Viri Cl. quædam proferamus, quæ Lectoribus non injucunda putemus fore.

Et *Tomus secundus* quidem continet *Supplementa Libri XVI*, cum quatuor sequentibus, & *Livianos Libros decem; Tomus tertius* reliquos omnes habet, & *quartus* denique *Supplementa Freinshemiana* reliqua omnia. *Lib. XXI Cap. 10 Annibal* ait: *Vicerunt ergo Dii hominesque, & id, de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit.* Sensus patet, sed constructio verborum grammatica non satis constat. *Crevierius* dicit, posse quidem verba sic ordinari: *Eventus belli . . . ei victoriam dedit, unde jus stabat, id de quo* (seu, quæ res erat, de qua) *verbis ambigebatur*, nempe *uter populus fœdus rupisset*. Sed veretur, ne, dum velimus *Livium* grammatice loqui, parum Latine loquentem faciamus. Itaque potius credit, eum brevitate & licentia quadam, extra consuetas leges evagante, captasse elegantiam, &, quando sensus satis apertus erat, parum curasse de verbis ad grammaticam normam exigendis. Sic ergo hunc locum exponendum ducit: *id, de quo verbis ambigebatur*, nempe, *uter populus fœdus rupisset*, *eventus belli* decrevit, dum *ei, unde jus stabat, victoriam dedit.* Non absimilem anomaliam invenit *Lib. XXVIII Cap. 27.* Eodem *Libro Cap. 44 Annibal*, in concione ad milites ostendens, quæ indignitas sit, quod

Romani

Romani imperiose & inique terminos Pœnis ponant, sic inquit: *Ne transieris Iberum; ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. Ad Iberum est Saguntum; nusquam te vestigio moveris.* Cl. *Crevierius* hic vult legi: *cis Iberum*, quod Saguntum, ipso *Livio* teste, ultra Iberum situm est, ita ut hæc verba: *cis Iberum est Saguntum*, dicantur e persona Pœnorum, seu *Annibalis*, & responsionis loco subjiciantur verbis, e persona Romanorum ante prolatis: *ne transieris Iberum.* Romanus vetat transire Iberum, *Annibal* respondet: atqui ego Iberum non transeo, cum Saguntum oppugno. Nam, si spectes ulteriorem Hispaniam & Pœnos, *cis Iberum est Saguntum.* Romanus deinde, nihil motus hac responsione, subjicit pro imperio: *nusquam te vestigio moveris.* Hac levi mutatione facta, etiam illud commodi consequi Vir Clariss. dicit, quod sic intelligatur, quomodo Romani eos, quos ipsi statuerint, terminos non observent, quod ipsis jam ante ab *Annibale* objectum est. Terminum statuunt Iberum, & illum tamen ipsum transscendunt, dum Pœnos vetant urbem cis Iberum respectu Pœnorum sitam oppugnare. *Lib. XXII Cap. 38 init.* hæserunt viri doctissimi. *Livii* verba hæc sunt: *Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, jurejurando ab Tribunis militum adacti, jussu Consulum conventuros, neque injussu abituros.* Hæsit olim *Lipsius*, neque se satis expedire potuit. Postea *Schelius* ad *Hyginum* de hoc loco egit. Existimat nempe, jam antea duplex jusjurandum præstitum: primum statim a delectu, cum juberentur milites jurare, se jussu Consulum conventuros, nec injussu abituros; alterum spontaneum, cum centuriarentur, aut decuriarentur. In utroque jurejurando hoc tempore aliquid mutatum *Schelius* dicit, & non solum priori, sed & posteriori spontaneo, aliud jusjurandum substitutum, in quod legitime, a Tribunis militum adacti, jurarent. Sed, hac sumta sententia, necesse est, ut reliqua illa verba: *nam ad eam diem nil præter sacramentum fuerat*, superioribus verbis adjungenda, & a sequentibus separanda sint. Huic autem sententiæ illud, recte judicante Cel. *Drakenborchio*, obstat, quod post hæc tempora adhuc sacramenti militaris mentio fit. Cl. *Crevierius* primo ostendit, sacramentum illud militum, jussu Consulum conven-

 turos,

turos, neque injussu abituros, antiquissimum esse, ejusque formulam jam *Lib. III Cap. 20* a *Livio* commemoratam; deinde non intelligi, quid sibi velint verba hæc: *nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat;* neque enim ostendi posse, quodnam sit illud sacramentum, ab antiqua illa formula diversum; denique, cum primo dicantur milites jurejurando a Tribunis militum adacti, *jussu Consulum conventuros, neque injussu abituros*, postea, ubi res explicatur, aliud jusjurandum subjici, nempe *fugæ & formidinis ergo non abituros.* His tot incommodis ita medetur *Crevierius*, ut illa verba: *jussu abituros*, male trajecta a librariis, justo loco ponat, nempe post verba: *sacramentum fuerat.* Præterea in sequentibus pro *& ubi* reponendum censet *at ubi.* Ita omnia clara & expedita videntur. Olim nihil exigebatur a militibus, nisi solenne illud militiæ sacramentum *jussu Consulum* &c. At ipsi milites, ubi in decurias centuriasque redacti erant, voluntario jurejurando se obstringebant, se fugæ & formidinis causa non abituros. Atque hoc est, illud jusjurandum, quod ab hoc tempore, hoc est, a Consulatu *Terentii Varronis* & *Æmilii Pauli*, e voluntario necessarium factum est, exigentibus id Tribunis militum. Jam, quod ad illam transpositionem attinet, ea etiam Cel. *Drakenborchio* in mentem venit, & non modo his Autoribus, sed sua sponte, se commendat. *Lib. XXV Cap. 18*, ubi de comitiis, quibus proconsulare in Hispania imperium *P. Scipioni* delatum est, agitur, hæc verba occurrunt: *Jussi deinde inire confusum suffragium, ad unum omnes, non centuriæ modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt.* *J. F. Gronovius* in omnibus libris veteribus dixit esse *consisum suffragium*, aut *confusum.* Id quoniam non concoquebatur, quia, antequam inibant suffragia, jubebantur discedere, ne confusi essent, *Aldus confusum* omisit, quem *Junta* & *Frobenius* secuti sunt. Una vetus, nempe *Campani*, habebat *confestim.* Quæsitum igitur, quid sit *confusum suffragium.* Cl. *Crevierius* ait, posse aliquem intelligere suffragium, per clamorem universæ concionis latum. Sed, ei sententiæ repugnare, dicit, illud, quod paulo post *omnes centuriæ* imperium *Scipioni* dedisse dicantur, unde intelligatur, suffragia centuriatim data. Repugnare

gnare sane etiam illud, quod *jubentur inire suffragium*. Non autem est verosimile, Consules jussisse per clamorem confusum creare Proconsulem, cum clamor universi populi sit potius ab impetu quodam populi & voluntarius, ut fuit in comitiis iis, quibus *Cicero* Consul creatus est. Jam, quod *Gronovius* conjicit, *confusum suffragium* esse comitiorum non centuriatorum, ei repugnare Vir Clariss. dicit, quod centuriarum diserta mentio fiat, & hæc interpretatio nulla veterum autoritate nitatur. Quodsi quis ita interpretetur, hic *confusa suffragia*, ut *Manutius* apud *Ciceronem confusionem suffragiorum*, ut centuriatim quidem data sint, sed non numerata centuriatim, sed omnia omnium centuriarum suffragia in unum confusa & dein numerata, nullum hujus quoque sententiæ testimonium e veteribus afferri posse. Sane, si vel maxime ejusmodi quid ambitus coercendi causa constitui voluit aliquando *Sulpicius*, ut e *Cicerone* constat, tamen id nunquam lege constitutum est, neque Consulibus licuit id jubere sine lege. In hac difficultate Vir Clariss. decurrit eo, ut aut *confusum* omittatur, aut cum *Campano confestim legatur*. Sed illud magis ei placet, cum verbum *confusum* neque in *Puteano* Codice, neque in optimo regio, compareat. *Lib. XXVII Cap. 2* narrat *Livius*, quomodo *Marcellus*, nihil territus clade, quam ab *Annibale Cn. Fulvius* ad Herdoneam acceperat, adversus *Annibalem* pugnarit. In ejus pugnæ descriptione duo sunt, quæ lectorem satis attentum morari possunt. Primo enim non potest intelligi, quæ in hoc prælio prima acies Romanorum fuerit. Nam primæ aciei dicitur successisse prima legio & dextra ala, primæ autem legioni secunda legio & sinistra ala. Itaque distinguitur prima acies a duabus legionibus & alis. Atqui *Marcellus* nihil habebat præter has duas legiones & alas & sociorum duas alas. Deinde, cum *prima* acies usque ad noctem pugnasse dicatur, haud sane tempus fuisse primæ legioni videtur ad resistendum Pœnis ita, ut neutro inclinata acies steterit, & postea alteri legioni & alæ ad novum & atrox prælium, cui nox finem imposuerit. Hanc utramque difficultatem Vir Clariss. tolli censet transpositione. Sic igitur hunc locum legi posse putat: *Diu pugna neutro inclinata*

clinata stetit. *Ab hora tertia cum ad noctem extendissent pugnam, fessæque pugnando primæ acies essent*, quæ quidem primæ acies erant *ab Romanis*, id est, ab Romanorum parte, *prima legio & dextra ala ab Annibale*, id est, ab *Annibalis* parte, *Hispani milites & funditor Balearis & elephanti quoque*, qui, *commisso jam certamine, in prælium acti* fuerant; *primæ legioni tertia, & dexteræ alæ sinistra, subiit, & apud hostes integri a fessis pugnam accepere.* Similem medicinam pluribus locis *Livii* Vir Clariss. adhibuit, atque, ut adhuc unum commemoremus, eodem *Libro Cap. 36* verba *Livii* hæc sunt: *Eo anno primum, ex quo Annibal in Italiam venisset; Comitium tectum esse, memoria proditum est, & ludos R.* &c. Nempe illa verba, *primum, ex quo venisset*, non satis apta sunt huic loco. Videntur enim indicare, comitium aliquoties tectum esse, ex quo *Annibal* in Italiam venisset, quod esse absurdum, omnes vident. Sed ea verba egregie videntur Viro Clariss. convenire in id, quod ante narratum est de lustro condito; ut sic legatur: *Eo anno primum, ex quo Annibal in Italiam venisset, lustrum conditum est a Censoribus - - - - quam qui ante bellum fuerat. Hoc eodem anno & comitium tectum esse* &c. Nam primum sane tum ab orto bello Punico in Italia lustrum conditum est. Ter quidem Censores creati, at superiores Censores, hoc est, secunda & prima vice creati, lustrum non condidere. Vid. *Lib. XXIV Cap. 11, 43, Lib. XXVII Cap. 6.* Sæpe etiam Vir Clariss. non modo lucem, verum etiam medicinam, *Livio* attulit e *Polybio*. Posterioris generis exemplum hoc esto, *Lib. XXXIII Cap. 35* dicuntur Ætolorum principes *interquesti* esse, quod non idem animus Romanorum adversus suam gentem esset post victoriam, qui in bello fuisset. Hic vocabulum *interquesti*, quod primus *Livio* intulit e primigenii exemplo *Gelenius*, offendit insolentia sua. Itaque Vir Clariss. cum apud *Polybium* reperisset de eadem re hæc verba: τῶν μὲν πρᾴως καὶ πολιτικῶς μεμψιμοιρούντων αὐτοῖς, legendum censet potius *leniter questi sunt*. Cui emendationi, egregiæ sane & valde probabili, propter *Polybianam* autoritatem, illud quoque majorem fidem facit, quod *Livius* statim subjicit: *alii ferocius incusarunt, exprobraruntque*; quod sane manifeste opponitur

princ

principibus, qui leniter conquerebantur. Unum adhuc exemplum κρίσεως & interpretationis *Crevierianæ* adjiciemus. Id sumemus e *Lib. XLI Cap. 9*, ubi, post commemoratam legem *C. Claudii* de sociis latinis, edictumque *L. Mummii* Prætoris, cui quæstio in eos decreta erat, qui non in suam civitatem ex lege rediissent, refertur etiam SCtum, quod ad legem edictumque accessit. Id in vulgatis libris sic se habet: *At Dictator, Consul, Interrex, Censor, Prætor, qui nunc esset, apud forum quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret: qui eum manumitteret, civitatis mutandæ causa non manumittere: qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt.* Hoc SCtum, corruptum sine dubio & propterea obscurum, ita constituit Vir Clariss. ut primo pro, *qui nunc esset apud forum, quem manumitteretur*, legat: *qui tunc esset, apud eorum quem, qui manumitteretur*; *tunc* e mente *Gronovii*, *eorum* e Codice unico Vindobonensi, e quo hanc lectionem protulit *Lambecius* in *Commentariis*, *qui* e suo ipsius ingenio. Sensum autem hujus SCti putat esse hunc, *ut is*, qui manumitteretur, vel in libertatem vindicaretur, apud aliquem magistratum, ut Dictatorem, Consulem, &c. qui tunc esset, cum manumissio vel assertio fieret, ut is, inquam, juraret, non esse hoc manumittentis consilium, ut ipse, qui manumittatur, civitatem mutet. Ordo itaque verborum grammaticus hic est: *Ut, qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, jusjurandum daret apud eorum quem, qui tunc esset Dictator, Consul,* &c.

LEONARDI OFFERHAUS SPICILEGIORUM historico-chronologicorum Libri tres, quibus Chronologia sacra, origines & fata regnorum per Orientem, ut & Græcorum migrationes, exhibentur. Accedunt Dissertationes duæ de Ptolemæo Aulete, & vita Salvatoris publica & privata; nec non Dissertatio, in Epistola instituta a Viro Clarissimo, GERHARDO TEN CATE, *qua dubiorum & difficilium quorundam e Prophetis locorum explicatio, Evangelicæ historiæ congruens, traditur.*

Groningæ,

rursus cum vulgata Codex legit, *μέχρι μὲν ὧν τέτων*, pro eo, quod *Gronovius* reddidit, *μέχρι μὶν ὧν τέτε*. *Verſ. 39* *ἔργον νομίζειν εἶναι* etiam in hoc Codice exſtat, & ita ante *Gronovium Salvinius* legit, qui nobis ordinem, ut ſcribit ipſe, priſtinum dedit, *νομίζειν ἔργον εἶναι*. *Verſ. 44* vulgatum *ἁρπαζομένων*, a *Gronovio* in *ἁρπαζομενέων* mutatum, Codex hic quoque tuetur. *Pag. 3 verſ. 6* Πέρσησιν ὅτω cum editis, pro quo *Gronovius* Πέρσησι ὅτως, & mox *verſ. 7* *λέγεσιν ἄγειν*, non tantum Codex illud vulgatum *λέγεσιν*, ut etiam ſequenti *verſu 13*, defendit, ſed & pro *ἀγαγεῖν*, quod *Gronovius* & alii referunt, legit *ἄγειν*. *Pag. 3 verſ. 44* & *47* Ἄργων cum vulgatis exhibet, pro quo ex ſuo *Gronovius* Ἄγρων. *Pag. 4 verſ. 2* *τέτων δὲ* Ἡρακλεῖδαι, adverſativam particulam tuetur, a *Gronovio* proſcriptam. Contra *verſ. 4* particulas omittit, iterum cum vulgatis *ἄρξαντες ἐπὶ δύο καὶ*, pro quibus *Gronovianus* Codex exhibuit *ἄρξαντες μὲν ἐπὶ δύο τε καί*. *Verſ. 21* *ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας*, pro *Gronoviano*, *ὁ δ' ἀμβώσας*, qui, licet *Herodotus* ſemel atque iterum uſurpaverit *μέγα ἀμβώσας*, tamen maluit lectionem Codicis ſui contextui inferre, quam vulgatam, a noſtro Codice quoque ſtabilitam, retinere. *Verſ. 27* *τινὰ σκοπέυειν*, pro *Gronoviano* *σκοπέειν τινὰ*, & *verſ. 34* *πειρώμενον λόγον*, pro *πειρώμενον λέγω λόγον*, quod *Gronovio* placuit. *Verſ. 40* *κοιτῶνα*, *Gronovius* autem dedit *κοῖτον*. Sed hic pro *κοῖτον* ſine dubio in *Gronoviana* legendum *κοίτην*, quod Codices & *Dionyſius*, teſte *Galeo*, referunt, nec ipſe *Gronovius* declarat, ſe *κοῖτον* ex Codice ſuo aut aliunde repetiiſſe, nobisque reddidiſſe. *Verſ. 46* *μή σε ὄψεται ἰόντα διὰ τῶν θυρέων*, ubi *Gronovio*, præeunte Codice, viſum eſt mitius, *μή ἐσόψεται ἰόντα διὰ θυρέων*. *Verſ. 49* *ἐδόκεεν*, pro *Gronoviano* *ἐδόκεε*. Et ſic in pleriſque locis hic Codex lectionem, a *Gronovio*, ſuum Codicem deamante, relictam, etiam atque etiam confirmat, certiſſimo argumento, id quod a Viris doctiſſimis jam demonſtratum eſt, non ſane fuiſſe, quod *Gronovius*, unico fretus Codice, vulgatam *Herodoti* lectionem ſine ratione idonea relinqueret. Sed, ne actum jam agere videamur, his, quæ vulgatam *Herodoti* ſcripturam contra *Gronovii* mutationes defendunt, miſſis, ad eas nobis potius pergendum eſſe exiſtimamus lectio-

lectiones, quas hic Codex & a *Gronoviana*, & aliis editionibus, diversas nobis demonstrat. *Pag. 2 vers. 6* pro vulgata adhuc, ὡς ὡς Ἕλληνες, Codex refert ὡς ὡς Φοίνικες, quæ vero varietas non tam *Herodoti* menti, quam scribentis potius errori, tribuenda videtur, qui, mentione Phœnicum paulo ante facta deceptus, Phœnicas existimavit de Ius in Ægyptum adventu non convenire cum Persis, cum *Herodotus* id de Græcis, suffragantibus aliis scriptoribus, commemoret. *Pag. 2 vers. 30* vulgati libri legunt, τοὺς δὲ, προϊσχομένων ταῦτα, προσφέρειν σφι Μηδέης τὴν ἁρπαγήν. Quam lectionem a conjectura *Stephani* προϊσχομένοις, *Galeo* quodam modo se probante, *Gronovius* defendit. Sed ab utraque lectione hic Codex Venetus discedit, qui dat τοὺς δὲ προϊσχομένους, id quod narrationis series non admittere videtur. *Pag. 3 vers. 17* προσβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου cum aliis legit *Gronovius*, a quibus, omissis duabus voculis, Codex hic differt, legendo, προσβήσομαι πρόσω τοῦ λόγου. Quo jure, quave fide, hæc sit lectionis varietas censenda, quilibet per se Lector intelliget. Ibidem *vers. 44 seq.* sine ulla varietate vocum adhuc legimus, Ἄγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ Ἀλκαίου, πρῶτος Ἡρακλειδέων, βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων. Quæ verba, quoniam *Ninum, Beli* filium, unum ex posteris *Herculis* fuisse, qui annis mille ut minimum *Nino, Beli* filio, posterior fuit, commemorant, *Scaligerum* adduxerunt, ut, aut *Herodoti*, aut librariorum, errorem iis inesse, contenderet; quem vero *Gronovius* reliquit, ratus, sicut *Ninos* & *Belos* jactavit Asia major, ita videri & suos narravisse Lydiam. Sed his omnibus facili negotio supersedere possumus, si recipimus lectionem Codicis hujus, qui, omissis plane nominibus *Nini, Beli, & Alcæi*, ita verba exhibet: Ἄγρων μὲν γὰρ πρῶτος Ἡρακλειδέων βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων. Sic & *Scaligero* fiet satis, nec *Ninis* ac *Belis* Lydiæ, a *Gronovio* laudatis, opus erit. *Pag. 4 vers. 39* vulgatæ habent, ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης θήσω, nec quisquam adhuc scripturæ hic varietatem deprehendit, quam tamen hic Codex suppeditat, quando pro ultimo verbo θήσω refert στήσω. Et sane, si rem, de qua agitur, diligentius consideramus, hoc verbum aliquid habere videtur,

quod

quod se magis vulgari probet. *Pag. 5 verf. 49* τῦ καὶ Ἀρχίλογος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. Sic *Gronovius*, & reliqui. Sed Codex, omissis non paucis verbis, ita: τῦ καὶ Ἀρχίλογος ὁ Πάριος ἐπεμνήσθη, vulgata quidem haud melius. *Pag. 6 verf. 45 seq.* ἀπικέατο ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ Σάρδις πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἷλον. Ita editi sine ulla varietatis mentione. At Codex hic primo pro ἀπικέατο legit ἀπίκοντο, deinde pro πλὴν exhibet πρίν. Ubi illud quidem parum refert, hoc alienam omnino sententiam a vulgatis profert, *Cimmerios scilicet Sardes prius, quam arcem, cepisse.* Sed vulgatam bene se habere putamus, quamvis paulo post πρὶν cum indicativo, πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσυσι, in vulgatis ante *Gronovium*, qui ἀνορθώσωσι dedit, a Codice hoc ipso firmatis, etiam occurrat. *Pag. 8 verf. 9* pro πυθόμενον Codex legit πευθόμενον, & *verf. 24* pro προηγόρευε dat προσηγόρευε, ac *verf. 30* pro ἀπῆλθεν habet ὑπῆλθεν, quæ vero varietas hic exigui esse momenti videtur. *Pag. 11 verf. 31* constans est lectio, quod scimus, νῦν ὦν ἵμερος ἐπείρεσθαί με ἐπῆλθέ σε, nisi quod hic demum Codex sic habet: ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθεν. Utraque lectio respondet constructioni ἐπέρχεσθαι, qua modo cum Dativo, modo cum Accusativo, in Autoribus reperitur; vulgata tamen *Herodoto* non indigna videtur. *Pag. 12 verf. 40* sic editi legunt: ὁ δὲ εἶπεν, ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηίων πρηγμάτων πέρι. Hic Codex, qui in hac ipsa Bibliotheca est numero 365, mirum quantum ab editis discedit, legendo, ὁ δὲ εἶπεν, ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με τὸ ἀνθρώπινον πᾶν ὑδαμᾶ ἐν τωυτῷ μένον, ἐπειρωτᾷς τῶν σεωυτῦ πρηγμάτων πέρι, quæ sane lectio *Crœsi* studio, *Solonem* interrogandi de suis maxime rebus, apprime convenit, nec vulgata tamen, veterum opinione de invidia Deorum stabilita, facile movenda. Idem Codex etiam continet *Thucydidis Libros VIII*; cujus specimen has fere nobis varietates legendi suppeditat, quas in Cel. *Dukeri* editione omnium præstantissima nondum annotatas deprehendimus. *Pag. 3 verf. 17* sine ulla varietate legitur, παρ᾽ Ἀθηναίυς οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὄν, ἀνεχώρυν, ubi Codicis hujus

hujus lectio paulo est diversa, παρ' Ἀθηναίοις διὰ ταῦτα οἱ δυνατώτατοι κ. τ. λ. Sed scribendi generi *Thucydideo* magis convenire existimamus vulgatam, nec hic τὸ διὰ ταῦτα ita necessarium, ut sine eo sententia Autoris percipi non possit. *Pag. 4 vers. 15* pro vulgato ἠδύνατο hic legitur ἐδύνατο, atque sic etiam *pag. 5 vers. 13*, & *pag. 14 vers. 23*. Sic *pag. 8 vers. 5* pro καθαιρομένης ὑπὸ Ἀθηναίων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ, Codex hic exhibet, καθαιρουμένους ἐν τῷδε, quæ sane lectio a vulgata multum discrepat, ita tamen, ut palmam ipsi vix præripere videatur. Ibidem *vers. 13* in verbis καὶ τὰς πολλὰς αὐτῶν κατῴκιζε nullam reperimus varietatem a Cel. *Dukero* aliisque traditam. Quando igitur Codex noster pro πολλὰς habet πόλεις, id eo magis attendi debet, quod sensum commodum præbet. Quo ipso tamen vulgatam nolumus rejectam. *Pag. 9 vers. 20* pro vulgata lectione ἦν, ἢ εἴ τι in Codice invenitur ἢ, καὶ εἴ τι. *Pag. 11 vers. 16* editio Cel. *Dukeri* habet ὡς ἐπιπολὺ ἐγίγνοντο, ubi alii Codices ὡς ἐπὶ πολὺ ἐγένοντο, alii ὡς ἐπιπολὺ ἐγίγνοντο, alii ἐγίνοντο. Sed ab his in verbo discedit Codex, qui habet ὡς ἐπιτοπολὺ ἐγίνετο. Qui vero verbi numerus non respondet nomini adjecto plurali στάσεις. *Pag. 13 vers. 5* pro ὀλίγαις, quod *Dukerus* exprimendum etiam curavit, quidam Codices legunt ὀλίγα, qui tamen non magis audiendi sunt, quam hic Codex noster, qui ὀλίγοις exhibet. Et, quando ibidem pro πεντηκοντόροις refert πεντηκοντέροις, pariter improbandus videtur, quamvis ita etiam legat *vers. 13* ejusdem *paginæ*. Sed longius huic Codici immorari non licet, quem tamen in plerisque legendi rationibus cum Codice convenire observavimus *Clarendoniano*, quem jam *Hudsonus* ad *Thucydidem* comparavit. Ceterum dignus omnino etiam fuisset Codex 389 *Herodiani*, cujus variæ lectiones, speciminis loco hic exhibitæ, a nobis data opera perlustrarentur. Cum eas autem tanti momenti judicaverimus, ut de iisdem pro instituti nostri ratione breviter agi vix possit, satius duximus has cuique harum literarum studioso in ipso Opere cognoscendas relinquere, sperantes, Lectores nostros his speciminibus acquieturos esse.

T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM AB

O *Urbe*

Urbe condita Libri, qui supersunt, XXXV, cum Supplementis FREINSHEMII. Recensuit, & Notis illustravit, J. B. L. CREVIER.

Tomus II, III, & IV.

Parisiis, apud Gabr. Franc. Quillau & Jo. de Saint, 1736, 1738, & 1739, 4 maj.

T. II Alph. 4 plag. 2, T. III Alph. 4 plag. 10, T. IV Alph. 4 plag. 9

Quo consilio *Crevierius*, Vir Clarissimus, in concinnanda nova *Livii* editione usus sit, quæque sit Operis ipsius ratio, dictum est a nobis tum, cum de *primo Volumine* exponeremus. Itaque nihil nisi hoc nobis jam agendum videtur, cum de his *tribus Voluminibus* dicere instituimus, ut primo, quos quisque *Tomus Libros* complectatur, indicemus, deinde ex observationibus Viri Cl. quædam proferamus, quæ Lectoribus non injucunda putemus fore.

Et *Tomus secundus* quidem continet *Supplementa Libri XVI*, cum quatuor sequentibus, & *Livianos Libros decem; Tomus tertius* reliquos omnes habet, & *quartus* denique *Supplementa Freinshemiana* reliqua omnia. *Lib. XXI Cap. 10 Annibal* ait: *Vicerunt ergo Dii hominesque, & id, de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit.* Sensus patet, sed constructio verborum grammatica non satis constat. *Crevierius* dicit, posse quidem verba sic ordinari: *Eventus belli . . . ei victoriam dedit, unde jus stabat, id de quo* (seu, quæ res erat, de qua) *verbis ambigebatur*, nempe *uter populus fœdus rupisset.* Sed veretur, ne, dum velimus *Livium* grammatice loqui, parum Latine loquentem faciamus. Itaque potius credit, eum brevitate & licentia quadam, extra consuetas leges evagante, captasse elegantiam, &, quando sensus satis apertus erat, parum curasse de verbis ad grammaticam normam exigendis. Sic ergo hunc locum exponendum ducit: *id, de quo verbis ambigebatur*, nempe, *uter populus fœdus rupisset*, *eventus belli* decrevit, dum *ei, unde jus stabat, victoriam dedit.* Non absimilem anomaliam invenit *Lib. XXVIII Cap. 27.* Eodem *Libro Cap. 44 Annibal*, in concione ad milites ostendens, quæ indignitas sit, quod

Romani

Romani imperiose & inique terminos Pœnis ponant, sic inquit: *Ne transieris Iberum; ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. Ad Iberum est Saguntum; nusquam te vestigio moveris.* Cl. *Crevierius* hic vult legi: *cis Iberum*, quod Saguntum, ipso *Livio* teste, ultra Iberum situm est, ita ut hæc verba: *cis Iberum est Saguntum*, dicantur e persona Pœnorum, seu *Annibalis*, & responsionis loco subjiciantur verbis, e persona Romanorum ante prolatis: *ne transieris Iberum.* Romanus vetat transire Iberum, *Annibal* respondet: atqui ego Iberum non transeo, cum Saguntum oppugno. Nam, si spectes ulteriorem Hispaniam & Pœnos, *cis Iberum est Saguntum.* Romanus deinde, nihil motus hac responsione, subjicit pro imperio: *nusquam te vestigio moveris.* Hac levi mutatione facta, etiam illud commodi consequi Vir Clariss. dicit, quod sic intelligatur, quomodo Romani eos, quos ipsi statuerint, terminos non observent, quod ipsis jam ante ab *Annibale* objectum est. Terminum statuunt Iberum, & illum tamen ipsum transscendunt, dum Pœnos vetant urbem cis Iberum respectu Pœnorum sitam oppugnare. *Lib. XXII Cap. 38 init.* hæserunt viri doctissimi. *Livii* verba hæc sunt: *Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, jurejurando ab Tribunis militum adacti, jussu Consulum conventuros, neque injussu abituros.* Hæsit olim *Lipsius*, neque se satis expedire potuit. Postea *Schelius* ad *Hyginum* de hoc loco egit. Existimat nempe, jam antea duplex jusjurandum præstitum: primum statim a delectu, cum juberentur milites jurare, se jussu Consulum conventuros, nec injussu abituros; alterum spontaneum, cum centuriarentur, aut decuriarentur. In utroque jurejurando hoc tempore aliquid mutatum *Schelius* dicit, & non solum priori, sed & posteriori spontaneo, aliud jusjurandum substitutum, in quod legitime, a Tribunis militum adacti, jurarent. Sed, hac sumta sententia, necesse est, ut reliqua illa verba: *nam ad eam diem nil preter sacramentum fuerat*, superioribus verbis adjungenda, & a sequentibus separanda sint. Huic autem sententiæ illud, recte judicante Cel. *Drakenborchio*, obstat, quod post hæc tempora adhuc sacramenti militaris mentio fit. Cl. *Crevierius* primo ostendit, sacramentum illud militum, jussu Consulum conven-

 turos,

turos, neque injussu abituros, antiquissimum esse, ejusque formulam jam *Lib. III Cap. 20* a *Livio* commemoratam; deinde non intelligi, quid sibi velint verba hæc: *nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat*; neque enim ostendi posse, quodnam sit illud sacramentum, ab antiqua illa formula diversum; denique, cum primo dicantur milites jurejurando a Tribunis militum adacti, *jussu Consulum conventuros, neque injussu abituros*, postea, ubi res explicatur, aliud jusjurandum subjici, nempe *fugæ & formidinis ergo non abituros.* His tot incommodis ita medetur *Crevierius*, ut illa verba: *jussu abituros*, male trajecta a librariis, justo loco ponat, nempe post verba: *sacramentum fuerat.* Præterea in sequentibus pro *& ubi* reponendum censet *at ubi.* Ita omnia clara & expedita videntur. Olim nihil exigebatur a militibus, nisi solenne illud militiæ sacramentum *jussu Consulum* &c. At ipsi milites, ubi in decurias centuriasque redacti erant, voluntario jurejurando se obstringebant, se fugæ & formidinis causa non abituros. Atque hoc est, illud jusjurandum, quod ab hoc tempore, hoc est, a Consulatu *Terentii Varronis* & *Æmilii Pauli*, e voluntario necessarium factum est, exigentibus id Tribunis militum. Jam, quod ad illam transpositionem attinet, ea etiam Cel. *Drakenborchio* in mentem venit, & non modo his Autoribus, sed sua sponte, se commendat. *Lib. XXV Cap. 18*, ubi de comitiis, quibus proconsulare in Hispania imperium *P. Scipioni* delatum est, agitur, hæc verba occurrunt: *Jussi deinde inire confusum suffragium, ad unum omnes, non centuriæ modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt.* *J. F. Gronovius* in omnibus libris veteribus dixit esse *consisum suffragium*, aut *confusum.* Id quoniam non concoquebatur, quia, antequam inibant suffragia, jubebantur discedere, ne confusi essent, *Aldus confusum* omisit, quem *Junta* & *Frobenius* secuti sunt. Una vetus, nempe *Campani*, habebat *confestim.* Quæsitum igitur, quid sit *confusum suffragium.* Cl. *Crevierius* ait, posse aliquem intelligere suffragium, per clamorem universæ concionis latum. Sed, ei sententiæ repugnare, dicit, illud, quod paulo post *omnes centuriæ* imperium *Scipioni* dedisse dicantur, unde intelligatur, suffragia centuriatim data. Repugnare

grare sane etiam illud, quod *jubentur inire suffragium.* Non autem est verosimile, Consules jussisse per clamorem confusum creare Proconsulem, cum clamor universi populi sit potius ab impetu quodam populi & voluntarius, ut fuit in comitiis iis, quibus *Cicero* Consul creatus est. Jam, quod *Gronovius* conjicit, *confusum suffragium* esse comitiorum non centuriatorum, ei repugnare Vir Clariss. dicit, quod centuriarum diserta mentio fiat, & hæc interpretatio nulla veterum autoritate nitatur. Quodsi quis ita interpretetur, hic *confusa suffragia*, ut *Manutius* apud *Ciceronem confusionem suffragiorum*, ut centuriatim quidem data sint, sed non numerata centuriatim, sed omnia omnium centuriarum suffragia in unum confusa & dein numerata, nullum hujus quoque sententiæ testimonium e veteribus afferri posse. Sane, si vel maxime ejusmodi quid ambitus coercendi causa constitui voluit aliquando *Sulpicius*, ut e *Cicerone* constat, tamen id nunquam lege constitutum est, neque Consulibus licuit id jubere sine lege. In hac difficultate Vir Clariss. decurrit eo, ut aut *confusum* omittatur, aut cum *Campano confestim* legatur. Sed illud magis ei placet, cum verbum *confusum* neque in *Puteano* Codice, neque in optimo regio, compareat. *Lib. XXVII Cap. 2* narrat *Livius*, quomodo *Marcellus*, nihil territus clade, quam ab *Annibale Cn. Fulvius* ad Herdeoneam acceperat, adversus *Annibalem* pugnarit. In ejus pugnæ descriptione duo sunt, quæ lectorem satis attentum morari possunt. Primo enim non potest intelligi, quæ in hoc prælio prima acies Romanorum fuerit. Nam primæ aciei dicitur successisse prima legio & dextra ala, primæ autem legioni secunda legio & sinistra ala. Itaque distinguitur prima acies a duabus legionibus & alis. Atqui *Marcellus* nihil habebat præter has duas legiones & alas & sociorum duas alas. Deinde, cum prima acies usque ad noctem pugnasse dicatur, haud sane tempus fuisse primæ legioni videtur ad resistendum Pœnis ita, ut neutro inclinata acies steterit, & postea alteri legioni & alæ ad novum & atrox prælium, cui nox finem imposuerit. Hanc utramque difficultatem Vir Clariss. tolli censet transpositione. Sic igitur hunc locum legi posse putat: *Diu pugna neutro inclinata*

rursus cum vulgata Codex legit, *μέχρι μὲν ὧν τούτων*, pro eo, quod *Gronovius* reddidit, *μέχρι μὲν ὦν τούτου*. *Vers. 39* ἔργον νομίζειν εἶναι etiam in hoc Codice exstat, & ita ante *Gronovium Salvinius* legit, qui nobis ordinem, ut scribit ipse, pristinum dedit, νομίζειν ἔργον εἶναι. *Vers. 44* vulgatum ἁρπαζομένων, a *Gronovio* in ἁρπαζομενέων mutatum, Codex hic quoque tuetur. *Pag. 3 vers. 6* Πέρσησιν οὕτω cum editis, pro quo *Gronovius* Πέρσησι οὕτως, & mox *vers. 7* λέγουσιν ἄγειν, non tantum Codex illud vulgatum λέγουσιν, ut etiam sequenti *versu 13*, defendit, sed & pro ἀγαγεῖν, quod *Gronovius* & alii referunt, legit ἄγειν. *Pag. 3 vers. 44* & *47* Ἄργων cum vulgatis exhibet, pro quo ex suo *Gronovius* Ἀγρων. *Pag. 4 vers. 2* τούτων δὲ Ἡρακλεῖδαι, adversativam particulam tuetur, a *Gronovio* proscriptam. Contra *vers. 4* particulas omittit, iterum cum vulgatis ἄρξαντες ἐπὶ δύο καὶ, pro quibus *Gronovianus* Codex exhibuit ἄρξαντες μὲν ἐπὶ δύο τε καί. *Vers. 21* ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας, pro *Gronoviano*, ὁ δ' ἀμβώσας, qui, licet *Herodotus* semel atque iterum usurpaverit μέγα ἀμβώσας, tamen maluit lectionem Codicis sui contextui inferre, quam vulgatam, a nostro Codice quoque stabilitam, retinere. *Vers. 27* τινὰ σκοπεύειν, pro *Gronoviano* σκοπέειν τινὰ, & *vers. 34* πειρώμενον λόγον, pro πειρώμενον λέγω λόγον, quod *Gronovio* placuit. *Vers. 40* κοιτῶνα, *Gronovius* autem dedit κοῖτον. Sed hic pro κοῖτον sine dubio in *Gronoviana* legendum κοίτην, quod Codices & *Dionysius*, teste *Galeo*, referunt, nec ipse *Gronovius* declarat, se κοῖτον ex Codice suo aut aliunde repetiisse, nobisque reddidisse. *Vers. 46* μή σε ὄψεται ἰόντα διὰ τῶν θυρέων, ubi *Gronovio*, præeunte Codice, visum est mitius, μή ἐσόψεται ἰόντα διὰ θυρέων. *Vers. 49* ἐδόκεεν, pro *Gronoviano* ἐδόκεε. Et sic in plerisque locis hic Codex lectionem, a *Gronovio*, suum Codicem deamante, relictam, etiam atque etiam confirmat, certissimo argumento, id quod a Viris doctissimis jam demonstratum est, non sane fuisse, quod *Gronovius*, unico fretus Codice, vulgatam *Herodoti* lectionem sine ratione idonea relinqueret. Sed, ne actum jam agere videamur, his, quæ vulgatam *Herodoti* scripturam contra *Gronovii* mutationes defendunt, missis, ad eas nobis potius pergendum esse existimamus

lectio-

lectiones, quas hic Codex & a *Gronoviana*, & aliis editionibus, diversas nobis demonstrat. *Pag. 2 vers. 6* pro vulgata adhuc, οὐκ ὡς Ἕλληνες, Codex refert οὐκ ὡς Φοίνικες, quæ vero varietas non tam *Herodoti* menti, quam scribentis potius errori, tribuenda videtur, qui, mentione Phœnicum paulo ante facta deceptus, Phœnicas existimavit de Ius in Ægyptum adventu non convenire cum Persis, cum *Herodotus* id de Græcis, suffragantibus aliis scriptoribus, commemoret. *Pag. 2 vers. 30* vulgati libri legunt, τοὺς δὲ, περιϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν. Quam lectionem a conjectura *Stephani* περιϊσχομένοις, *Galeo* quodam modo se probante, *Gronovius* defendit. Sed ab utraque lectione hic Codex Venetus discedit, qui dat τοὺς δὲ περιϊσχομένους, id quod narrationis series non admittere videtur. *Pag. 3 vers. 17* προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ λόγου cum aliis legit *Gronovius*, a quibus, omissis duabus voculis, Codex hic differt, legendo, προβήσομαι πρόσω τοῦ λόγου. Quo jure, quave fide, hæc sit lectionis varietas censenda, quilibet per se Lector intelliget. Ibidem *vers. 44 seq.* sine ulla varietate vocum adhuc legimus, Ἄγρων μὲν γὰρ ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ Ἀλκαίου, πρῶτος Ἡρακλειδέων, βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων. Quæ verba, quoniam *Ninum*, *Beli* filium, unum ex posteris *Herculis* fuisse, qui annis mille ut minimum *Nino*, *Beli* filio, posterior fuit, commemorant, *Scaligerum* adduxerunt, ut, aut *Herodoti*, aut librariorum, errorem iis inesse, contenderet; quem vero *Gronovius* reliquit, ratus, sicut *Ninos* & *Belos* jactavit Asia major, ita videri & suos narrasse Lydiam. Sed his omnibus facili negotio supersedere possumus, si recipimus lectionem Codicis hujus, qui, omissis plane nominibus *Nini*, *Beli*, & *Alcæi*, ita verba exhibet: Ἄγρων μὲν γὰρ πρῶτος Ἡρακλειδέων βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων. Sic & *Scaligero* fiet satis, nec *Ninis* ac *Belis* Lydiæ, a *Gronovio* laudatis, opus erit. *Pag. 4 vers. 39* vulgatæ habent, ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε τῆς ἀνοιγομένης θύρης θήσω, nec quisquam adhuc scripturæ hic varietatem deprehendit, quam tamen hic Codex suppeditat, quando pro ultimo verbo θήσω refert στήσω. Et sane, si rem, de qua agitur, diligentius consideramus, hoc verbum aliquid habere videtur, quod

quod se magis vulgari probet. *Pag. 5 verſ. 49* τ8 καὶ Ἀρχίλογος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γενόμενος, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. Sic *Gronovius*, & reliqui. Sed Codex, omiſſis non paucis verbis, ita: τ8 καὶ Ἀρχίλογος ὁ Πάριος ἐπεμνήσθη, vulgata quidem haud melius. *Pag. 6 verſ. 45 ſeq.* ἀπικέατο ἐς τὴν Ασίην, καὶ Σάρδις πλὴν τῆς ἀκροπόλιος εἷλον. Ita editi ſine ulla varietatis mentione. At Codex hic primo pro ἀπικέατο legit ἀπίκοντο, deinde pro πλὴν exhibet πρὶν. Ubi illud quidem parum refert, hoc alienam omnino ſententiam a vulgatis profert, *Cimmerios ſcilicet Sardes prius, quam arcem, cepiſſe.* Sed vulgatam bene ſe habere putamus, quamvis paulo poſt πρὶν cum indicativo, πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσ8σι, in vulgatis ante *Gronovium*, qui ἀνορθώσωσι dedit, a Codice hoc ipſo firmatis, etiam occurrat. *Pag. 8 verſ. 9* pro πυθόμενον Codex legit πευθόμενον, & *verſ. 24* pro προηγόρευε dat προσηγόρευε, ac *verſ. 30* pro ἀπῆλθεν habet ὑπῆλθεν, quæ vero varietas hic exigui eſſe momenti videtur. *Pag. 11 verſ. 31* conſtans eſt lectio, quod ſcimus, νῦν ὦν ἵμερος ἐπείρεσθαί με ἐπῆλθέ σε, niſi quod hic demum Codex ſic habet: ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθεν. Utraque lectio reſpondet conſtructioni ἐπέρχεσθαι, qua modo cum Dativo, modo cum Accuſativo, in Autoribus reperitur; vulgata tamen *Herodoto* non indigna videtur. *Pag. 12 verſ. 40* ſic editi legunt: ὁ δὲ εἶπεν, ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με τὸ θεῖον πᾶν ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηΐων πρηγμάτων πέρι. Hic Codex, qui in hac ipſa Bibliotheca eſt numero 365, mirum quantum ab editis diſcedit, legendo, ὁ δὲ εἶπεν, ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με τὸ ἀνθρώπινον πᾶν 8δαμᾶ ἐν τωυτῷ μένον, ἐπειρωτᾷς τῶν σεωυτ8 πρηγμάτων πέρι, quæ ſane lectio *Crœſi* ſtudio, *Solonem* interrogandi de ſuis maxime rebus, apprime convenit, nec vulgata tamen, veterum opinione de invidia Deorum ſtabilita, facile movenda. Idem Codex etiam continet *Thucydidis Libros VIII*; cujus ſpecimen has fere nobis varietates legendi ſuppeditat, quas in Cel. *Dukeri* editione omnium præſtantiſſima nondum annotatas deprehendimus. *Pag. 3 verſ. 17* ſine ulla varietate legitur, παρ' Ἀθηναίοις οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὄν, ἀνεχώρουν, ubi Codicis hujus

hujus lectio paulo est diversa, παρ' Ἀθηναίοις διὰ ταῦτα οἱ δυνατώτατοι κ. τ. λ. Sed scribendi generi *Thucydideo* magis convenire existimamus vulgatam, nec hic τὸ διὰ ταῦτα ita necessarium, ut sine eo sententia Autoris percipi non possit. *Pag. 4 vers. 15* pro vulgato ἠδύνατο hic legitur ἐδύνατο, atque sic etiam *pag. 5 vers. 13, & pag. 14 vers. 23.* Sic *pag. 8 vers. 5* pro καθαιρομένης ὑπὸ Ἀθηναίων ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ, Codex hic exhibet, καθαιρουμένοις ἐν τῷδε, quæ sane lectio a vulgata multum discrepat, ita tamen, ut palmam ipsi vix præripere videatur. Ibidem *vers. 13* in verbis καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν κατῴκιζε nullam reperimus varietatem a Cel. *Dukero* aliisque traditam. Quando igitur Codex noster pro πόλεις habet πόλεις, id eo magis attendi debet, quod sensum commodum præbet. Quo ipso tamen vulgatam nolumus rejectam. *Pag. 9 vers. 20* pro vulgata lectione ἦν, ἢ εἴ τι in Codice invenitur ἢ, καὶ εἴ τι. *Pag. 11 vers. 16* editio Cel. *Dukeri* habet ὡς ἐπιπολὺ ἐγίγνοντο, ubi alii Codices ὡς ἐπὶ πολὺ ἐγένοντο, alii ὡς ἐπιπολὺ ἐγίγνοντο, alii ἐγίνοντο. Sed ab his in *verbo* discedit Codex, qui habet ὡς ἐπιτοπολὺ ἐγίνετο. Qui vero verbi numerus non respondet nomini adjecto plurali στάσεις. *Pag. 13 vers. 5* pro ὀλίγαις, quod *Dukerus* exprimendum etiam curavit, quidam Codices legunt ὀλίγα, qui tamen non magis audiendi sunt, quam hic Codex noster, qui ὀλίγοις exhibet. Et, quando ibidem pro πεντηκοντόροις refert πεντηκοντέροις, pariter improbandus videtur, quamvis ita etiam legat *vers. 13* ejusdem *paginæ*. Sed longius huic Codici immorari non licet, quem tamen in plerisque legendi rationibus cum Codice convenire observavimus *Clarendoniano*, quem jam *Hudsonus* ad *Thucydidem* comparavit. Ceterum dignus omnino etiam fuisset Codex 389 *Herodiani*, cujus variæ lectiones, speciminis loco hic exhibitæ, a nobis data opera perlustrarentur. Cum eas autem tanti momenti judicaverimus, ut de iisdem pro instituti nostri ratione breviter agi vix possit, satius duximus has cuique harum literarum studioso in ipso Opere cognoscendas relinquere, sperantes, Lectores nostros his speciminibus acquieturos esse.

T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM AB

Urbe condita Libri, qui supersunt, XXXV, cum Supplementis FREINSHEMII. Recensuit, & Notis illustravit, J. B. L. CREVIER.

Tomus II, III, & IV.

Parisiis, apud Gabr. Franc. Quillau & Jo. de Saint, 1736, 1738, & 1739, 4 maj.

T. II Alph. 4 plag. 2, T. III Alph. 4 plag. 10, T. IV Alph. 4 plag. 9

Quo consilio *Crevierius*, Vir Clarissimus, in concinnanda nova *Livii* editione usus sit, quæque sit Operis ipsius ratio, dictum est a nobis tum, cum de *primo Volumine* exponeremus. Itaque nihil nisi hoc nobis jam agendum videtur, cum de his *tribus Voluminibus* dicere instituimus, ut primo, quos quisque *Tomus Libros* complectatur, indicemus, deinde ex observationibus Viri Cl. quædam proferamus, quæ Lectoribus non injucunda putemus fore.

Et *Tomus secundus* quidem continet *Supplementa Libri XVI*, cum quatuor sequentibus, & *Livianos Libros decem; Tomus tertius* reliquos omnes habet, & *quartus* denique *Supplementa Freinsbemiana* reliqua omnia. *Lib. XXI Cap. 10 Annibal* ait: *Vicerunt ergo Dii hominesque, & id, de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit.* Sensus patet, sed constructio verborum grammatica non satis constat. *Crevierius* dicit, posse quidem verba sic ordinari: *Eventus belli . . . ei victoriam dedit, unde jus stabat, id de quo* (seu, quæ res erat, de qua) *verbis ambigebatur*, nempe *uter populus fœdus rupisset.* Sed veretur, ne, dum velimus *Livium* grammatice loqui, parum Latine loquentem faciamus. Itaque potius credit, eum brevitate & licentia quadam, extra consuetas leges evagante, captasse elegantiam, &, quando sensus satis apertus erat, parum curasse de verbis ad grammaticam normam exigendis. Sic ergo hunc locum exponendum ducit: *id, de quo verbis ambigebatur*, nempe, *uter populus fœdus rupisset*, *eventus belli* decrevit, dum *ei, unde jus stabat, victoriam dedit.* Non absimilem anomaliam invenit *Lib. XXVIII Cap. 27.* Eodem *Libro Cap. 44 Annibal*, in concione ad milites ostendens, quæ indignitas sit, quod

Romani

Romani imperiose & inique terminos Pœnis ponant, sic inquit: *Ne transieris Iberum; ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. Ad Iberum est Saguntum; nusquam te vestigio moveris.* Cl. *Crevierius* hic vult legi: *cis Iberum*, quod Saguntum, ipso *Livio* teste, ultra Iberum situm est, ita ut hæc verba: *cis Iberum est Saguntum*, dicantur e persona Pœnorum, seu *Annibalis*, & responsionis loco subjiciantur verbis, e persona Romanorum ante prolatis: *ne transieris Iberum.* Romanus vetat transire Iberum, *Annibal* respondet: atqui ego Iberum non transeo, cum Saguntum oppugno. Nam, si spectes ulteriorem Hispaniam & Pœnos, *cis Iberum est Saguntum.* Romanus deinde, nihil motus hac responsione, subjicit pro imperio: *nusquam te vestigio moveris.* Hac levi mutatione facta, etiam illud commodi consequi Vir Clariss. dicit, quod sic intelligatur, quomodo Romani eos, quos ipsi statuerint, terminos non observent, quod ipsis jam ante ab *Annibale* objectum est. Terminum statuunt Iberum, & illum tamen ipsum transscendunt, dum Pœnos vetant urbem cis Iberum respectu Pœnorum sitam oppugnare. *Lib. XXII Cap. 38 init.* hæserunt viri doctissimi. *Livii* verba hæc sunt: *Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, jurejurando ab Tribunis militum adacti, jussu Consulum conventuros, neque injussu abituros.* Hæsit olim *Lipsius*, neque se satis expedire potuit. Postea *Schelius* ad *Hyginum* de hoc loco egit. Existimat nempe, jam antea duplex jusjurandum præstitum: primum statim a delectu, cum juberentur milites jurare, se jussu Consulum conventuros, nec injussu abituros; alterum spontaneum, cum centuriarentur, aut decuriarentur. In utroque jurejurando hoc tempore aliquid mutatum *Schelius* dicit, & non solum priori, sed & posteriori spontaneo, aliud jusjurandum substitutum, in quod legitime, a Tribunis militum adacti, jurarent. Sed, hac sumta sententia, necesse est, ut reliqua illa verba: *nam ad eam diem nil præter sacramentum fuerat*, superioribus verbis adjungenda, & a sequentibus separanda sint. Huic autem sententiæ illud, recte judicante Cel. *Drakenborchio*, obstat, quod post hæc tempora adhuc sacramenti militaris mentio fit. Cl. *Crevierius* primo ostendit, sacramentum illud militum, jussu Consulum conven-

turos, neque injussu abituros, antiquissimum esse, ejusque formulam jam *Lib. III Cap. 20* a *Livio* commemoratam; deinde non intelligi, quid sibi velint verba hæc: *nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat;* neque enim ostendi posse, quodnam sit illud sacramentum, ab antiqua illa formula diversum; denique, cum primo dicantur milites jurejurando a Tribunis militum adacti, *jussu Consulum conventuros, neque injussu abituros*, postea, ubi res explicatur, aliud jusjurandum subjici, nempe *fugæ & formidinis ergo non abituros.* His tot incommodis ita medetur *Crevierius*, ut illa verba: *jussu abituros*, male trajecta a librariis, justo loco ponat, nempe post verba: *sacramentum fuerat.* Præterea in sequentibus pro *& ubi* reponendum censet *at ubi.* Ita omnia clara & expedita videntur. Olim nihil exigebatur a militibus, nisi solenne illud militiæ sacramentum *jussu Consulum* &c. At ipsi milites, ubi in decurias centuriasque redacti erant, voluntario jurejurando se obstringebant, se fugæ & formidinis causa non abituros. Atque hoc est, illud jusjurandum, quod ab hoc tempore, hoc est, a Consulatu *Terentii Varronis & Æmilii Pauli*, e voluntario necessarium factum est, exigentibus id Tribunis militum. Jam, quod ad illam transpositionem attinet, ea etiam Cel. *Drakenborchio* in mentem venit, & non modo his Autoribus, sed sua sponte, se commendat. *Lib. XXV Cap. 18*, ubi de comitiis, quibus proconsulare in Hispania imperium *P. Scipioni* delatum est, agitur, hæc verba occurrunt: *Jussi deinde inire confusum suffragium, ad unum omnes, non centuriæ modo, sed etiam homines, P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt.* *J. F. Gronovius* in omnibus libris veteribus dixit esse *confisum suffragium*, aut *confusum.* Id quoniam non concoquebatur, quia, antequam inibant suffragia, jubebantur discedere, ne confusi essent, *Aldus confusum* omisit, quem *Junta & Frobenius* secuti sunt. Una vetus, nempe *Campani*, habebat *confestim.* Quæsitum igitur, quid sit *confusum suffragium.* Cl. *Crevierius* ait, posse aliquem intelligere suffragium, per clamorem universæ concionis latum. Sed, ei sententiæ repugnare, dicit, illud, quod paulo post *omnes centuriæ* imperium *Scipioni* dedisse dicantur, unde intelligatur, suffragia centuriatim data. Repugnare

gnare sane etiam illud, quod *jubentur inire suffragium.* Non autem est verosimile, Consules jussisse per clamorem confusum creare Proconsulem, cum clamor universi populi sit potius ab impetu quodam populi & voluntarius, ut fuit in comitiis iis, quibus *Cicero* Consul creatus est. Jam, quod *Gronovius* conjicit, *confusum suffragium* esse comitiorum non centuriatorum, ei repugnare Vir Clariss. dicit, quod centuriarum diserta mentio fiat, & hæc interpretatio nulla veterum autoritate nitatur. Quodsi quis ita interpretetur, hic *confusa suffragia*, ut *Manutius* apud *Ciceronem confusionem suffragiorum*, ut centuriatim quidem data sint, sed non numerata centuriatim, sed omnia omnium centuriarum suffragia in unum confusa & dein numerata, nullum hujus quoque sententiæ testimonium e veteribus afferri posse. Sane, si vel maxime ejusmodi quid ambitus coercendi causa constitui voluit aliquando *Sulpicius*, ut e *Cicerone* constat, tamen id nunquam lege constitutum est, neque Consulibus licuit id jubere sine lege. In hac difficultate Vir Clariss. decurrit eo, ut aut *confusum* omittatur, aut cum *Campano confestim* legatur. Sed illud magis ei placet, cum verbum *confusum* neque in *Puteano* Codice, neque in optimo regio, compareat. *Lib. XXVII Cap. 2* narrat *Livius*, quomodo *Marcellus*, nihil territus clade, quam ab *Annibale Cn. Fulvius* ad Herdeoneam acceperat, adversus *Annibalem* pugnarit. In ejus pugnæ descriptione duo sunt, quæ lectorem satis attentum morari possunt. Primo enim non potest intelligi, quæ in hoc prælio prima acies Romanorum fuerit. Nam primæ aciei dicitur successisse prima legio & dextra ala, primæ autem legioni secunda legio & sinistra ala. Itaque distinguitur prima acies a duabus legionibus & alis. Atqui *Marcellus* nihil habebat præter has duas legiones & alas & sociorum duas alas. Deinde, cum *prima* acies usque ad noctem pugnasse dicatur, haud sane tempus fuisse primæ legioni videtur ad resistendum Pœnis ita, ut neutro inclinata acies steterit, & postea alteri legioni & alæ ad novum & atrox prælium, cui nox finem imposuerit. Hanc utramque difficultatem Vir Clariss. tolli censet transpositione. Sic igitur hunc locum legi posse putat: *Diu pugna neutro in-*

clinata stetit. Ab hora tertia cum ad noctem extendissent pugnam, fessaeque pugnando primae acies essent, quae quidem primae acies erant *ab Romanis*, id est, ab Romanorum parte, *prima legio & dextra ala ab Annibale*, id est, ab *Annibalis* parte, *Hispani milites & funditor Balearis & elephanti quoque*, qui, *commisso jam certamine, in praelium acti* fuerant; *primae legioni tertia, & dexterae alae sinistra, subiit, & apud hostes integri a fessis pugnam accepere.* Similem medicinam pluribus locis *Livii* Vir Clariss. adhibuit, atque, ut adhuc unum commemoremus, eodem *Libro Cap. 36* verba *Livii* haec sunt: *Eo anno primum, ex quo Annibal in Italiam venisset; Comitium tectum esse, memoriae proditum est, & ludos R.* &c. Nempe illa verba, *primum, ex quo venisset*, non satis apta sunt huic loco. Videntur enim indicare, comitium aliquoties tectum esse, ex quo *Annibal* in Italiam venisset, quod esse absurdum, omnes vident. Sed ea verba egregie videntur Viro Clariss. convenire in id, quod ante narratum est de lustro condito; ut sic legatur: *Eo anno primum, ex quo Annibal in Italiam venisset, lustrum conditum est a Censoribus - - - quam qui ante bellum fuerat. Hoc eodem anno & comitium tectum esse* &c. Nam primum sane tum ab orto bello Punico in Italia lustrum conditum est. Ter quidem Censores creati, at superiores Censores, hoc est, secunda & prima vice creati, lustrum non condidere. Vid. *Lib. XXIV Cap. 11, 43, Lib. XXVII Cap. 6.* Saepe etiam Vir Clariss. non modo lucem, verum etiam medicinam, *Livio* attulit e *Polybio*. Posterioris generis exemplum hoc esto, *Lib. XXXIII Cap. 35* dicuntur Aetolorum principes *interquesti* esse, quod non idem animus Romanorum adversus suam gentem esset post victoriam, qui in bello fuisset. Hic vocabulum *interquesti*, quod primus *Livio* intulit e primigenio exemplo *Gelenius*, offendit insolentia sua. Itaque Vir Clariss. cum apud *Polybium* reperisset de eadem re haec verba: τῶν μὲν πρᾴως καὶ πολιτικῶς μεμψιμοιρούντων αὐτοῖς, legendum censet potius: *leniter questi sunt.* Cui emendationi, egregiae sane & valde probabili, propter *Polybianam* autoritatem, illud quoque majorem fidem facit, quod *Livius* statim subjicit: *alii ferocius incusarunt, exprobraruntque*; quod sane manifeste opponitur

princi-

principibus, qui leniter conquerebantur. Unum adhuc exemplum κρίσεως & interpretationis *Crevierianæ* adjiciemus. Id sumemus e *Lib. XLI Cap. 9*, ubi, post commemoratam legem *C. Claudii* de sociis latinis, edictumque *L. Mummii* Prætoris, cui quæstio in eos decreta erat, qui non in suam civitatem ex lege rediissent, refertur etiam SCtum, quod ad legem edictumque accessit. Id in vulgatis libris sic se habet: *At Dictator, Consul, Interrex, Censor, Prætor, qui nunc esset, apud forum quem manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut jusjurandum daret: qui eum manumitteret, civitatis mutandæ causa non manumittere: qui id non juraret, eum manumittendum non censuerunt.* Hoc SCtum, corruptum sine dubio & propterea obscurum, ita constituit Vir Clariss. ut primo pro, *qui nunc esset apud forum, quem manumitteretur*, legat: *qui tunc esset, apud eorum quem, qui manumitteretur*; *tunc* e mente *Gronovii*, *eorum* e Codice unico Vindobonensi, e quo hanc lectionem protulit *Lambecius* in *Commentariis*, *qui* e suo ipsius ingenio. Sensum autem hujus SCti putat esse hunc, ut *is*, qui manumitteretur, vel in libertatem vindicaretur, apud aliquem magistratum, ut Dictatorem, Consulem, &c. qui tunc esset, cum manumissio vel assertio fieret, ut is, inquam, juraret, non esse hoc manumittentis consilium, ut ipse, qui manumittatur, civitatem mutet. Ordo itaque verborum grammaticus hic est: *Ut, qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, jusjurandum daret apud eorum quem, qui tunc esset Dictator, Consul,* &c.

LEONARDI OFFERHAUS SPICILEGIORUM historico-chronologicorum Libri tres, quibus Chronologia sacra, origines & fata regnorum per Orientem, ut & Græcorum migrationes, exhibentur. Accedunt Dissertationes duæ de Ptolemæo Aulete, & vita Salvatoris publica & privata; nec non Dissertatio, in Epistola instituta a Viro Clarissimo, GERHARDO TEN CATE, *qua dubiorum & difficilium quorundam e Prophetis locorum explicatio, Evangelicæ historiæ congruens, traditur.*

Groningæ,

Groningæ, apud Hajonem Spandaw, 1739, 4.
Alph. 5 plag. 6.

Cum infiniti fere laboris ſit Chronologia, atque ejus tam ignarus haud quisquam, ut, poſt magnos illos *Scaligeros*, *Petavios*, *Calviſios*, *Uſſerios*, *Simſonios*, *Conringios*, *Marshamos*, *Perizonios*, &c. fines ſcientiæ proferri non poſſe, ſibi perſuadeat; ſuus certe iis eſt honor habendus, qui impeditiſſimo huic ſcientiarum generi vacant, tantisque difficultatibus minime deterriti, vacuas ab reliquis laboribus horas in ea ponunt cum cognoſcenda, tum ingenio inprimis jam aliis artibus ſubacto dijudicanda. Hinc facile poſſumus conjectura aſſequi, Cl. Autoris, cujus jam informare animus eſt Chronologiæ Syſtema, labores non ingratos fore orbi literato. Hic enim, impoſito ſibi munere publice docendi Hiſtoriam, negotium ſibi datum putavit, ut, quæ fuſius ſint accuratiusque hinc inde diſputata ab aliis, in ordinem cogeret, veritatem, omnibus peregrinis nudam ornamentis, ante oculos exponeret, &, quem vulgo Synchronismum dicunt, temporum concentum, neglectum a plurimis, conſtitueret, veterisque ævi hiſtoriam omnem, diviſam ſuis temporibus, ſiſteret brevi oratione adumbratam. Magni profecto auſus: quibus, ſi vel maxime exciderit interdum Cl. Autor, tamen plauſum non denegabunt lectorum multi. In eo recte ab eo factum, quod, uti in Præfatione fatentem legimus, atque re ipſa vidimus comprobantem; quod, inquam, in temporum compoſitione ita ſolitus eſt verſari, ut ſummum pretium ſemper ſtatuerit Scripturæ ſacræ, ejusque de mendo nunquam auſus ſit cogitare, ratus, ejusmodi conatus, ut temerarios, ſic erroris locupletes dici teſtes debere. Quin imo, Autores ſacros, putat, nemini profanorum Hiſtoricorum de accurata temporum deſcriptione concedere. Solet, uti inter harum rerum prudentes conſtat exiſtimatores, quæ in rerum temporumque compoſitione unice verſatur Chronologia, ſi divulſo temporis nexu, atque hinc inde collectis utcunque temporum particulis, ſummo etiam labore adhibito, inſtituatur, vix perſpicue tradi. Idcirco non nudas dat, & ſine calce, obſervationes Cl. Autor, ſed adornare tentat ipſum aliquod, ut loquitur, temporum ſyſtema. Nos,

Nos, per singulas eundo partes hujus corporis, ea modo, in quibus præ reliquis versata est cum aliqua laude Cl. Autoris diligentia, delibabimus; posthabitis tralatitiis rebus, ne centies milliesque dicta ad nauseam usque Lectoribus propinare videamur. Descripta vero est a Cl. Autore omnis de antiquissimorum temporum ordine constituendo disputatio *tribus Partibus*, quarum *prima* sistit Hebræorum tempora, inde a rerum origine adusque *Cyrum*, insignem Orientis rectorem, secundæque, quam vulgus fert, Monarchiæ autorem; post cujus fata cum generatim omnis Chronologia solutior est, iisque fere, quibus anterior ætas abundat, salebris liberior, tum sigillatim Judaicarum rerum ordo in meliori quasi lumine cernitur collocatus. Extremo hoc *primo Libro* quinque tabulis sub adspectum lectorum ponit, veluti nitido expressam speculo, Chronologiam sacram, atque adeo latercula exhibet Patriarcharum, tum antediluvianorum, quos dicunt, tum postdiluvianorum; rursus Judicum, & denique utriusque Hebræorum regni. In *altero Libro* Babyloniorum, *Assyriorum*, *Medorum*, & Persarum, origines præcipuaque fata ad mortem *Cyri* majoris amplum aperiunt Cl. Autori campum, in quo ex tenebris quædam adhuc incognita acri ingenio eruit, omniaque rursus Tabulis quinque complectitur, multo studio elaboratis. *Tertii* denique *Libri* argumentum versatur in originibus Græcorum figendis, maxime eorum, qui ab *Inacho* oriundi ad excidium usque Trojæ floruerunt. Additæ sunt & huic Tabulæ duæ. His de Chronologia antiquissima disputationibus alias *tres* adjunxit quasi comites, quæ, etsi in dissimili paulum argumento versantur, tamen eodem studio ac superiores elaboratæ sunt. *Prima* agit de *Alexandro* eo, qui Ægypti Cyprique Rex fuit, populumque Romanum testamento hæredem fecit; & plurimas simul res exhibet successoris ejus, *Ptolemæi Auletis*. *Altera* de vita & gestis rebus Servatoris nostri exponit. *Tertia* denique amplissima est Epistola Viri Clariss. *Gerhardi ten Cate*, Philosophi Daventriensis, missa ad ipsum Autorem, in qua difficillima e vatum Vet. Test. libris loca deprompta ad normam librorum Novi Testamenti exponere laborat. Sed age, jam quædam adducamus, ut faciamus dictis no-

P stris

ſtris fidem. Primum omnium ſe ſatis nobis probarunt, quas ſibi ipſe rogat, leges; easque ipſius Autoris, quam noſtris, verbis exponere malumus. *Tres mihi*, inquit, *leges dico: primo, ut nuſquam contra ratiocinia, quantumvis magnam præ ſe ferentia ſpeciem, diſputem, ubi diſertum in contrarium exſtat fide digni ſcriptoris teſtimonium; ſecundo, ut quam rariſſime congrediar cum mortuis; tertio denique, ut in iis, quæ ex ſacris hauriri poſſunt, ducem unice ſequar textum Hebræum.* In *Partis primæ Libro I*, qui tempora aduſque exitum populi Dei ex Ægypto ducit, nihil impediti ſibi occurriſſe dicit Cl. Autor, tamque expeditam putavit horum temporum rationem, ut accelerato gradu ad annos commorationis Hebræorum in Ægypto venerit, ubi cum *Uſſerio*, *Calviſio*, *Manaſſe ben Iſrael*, multisque aliis, eum compleſſe 210 annos putat. Quam vero vellemus, ut Cl. Autor cum Cel. *Vignolii*, tum Anglorum quorundam, vidiſſet Chronologicos labores. *Vignolius* eandem hanc periodum tam difficilem putavit, imo vero plane inenodabilem, ut, licet in audendo minime ſit timidus, tamen de compoſitione horum temporum plane deſperaverit, malueritque initium ponere laborum ſuorum, quibus magna ſubminiſtravit Chronologiæ adjumenta, in exitu populi Dei ex Ægypto, tanquam epocha temporum prima, quæ characteres chronologicos habeat. Societas vero illa eruditiſſimorum hominum, quæ in Anglia jam ante decennium incomparabili ſtudio univerſam cœpit Commentariis ſuis illuſtrare Hiſtoriam, etſi non putat inexplicabilem hanc temporum rationem, tamen Hebræi Codicis, quo jam utimur, numeros incuria ſcribarum tam infuſcatos exiſtimat, ut Samaritanum Codicem, qui ter centum & uno annis ſuperat calculum Hebræum, unice ducem in Chronologia antiquiſſima ſequatur. Cl. Autoris *Liber ſecundus* in ordinem cogit annos, qui interfluxere inter exitum Hebræorum ex Ægypto & templum a *Salomone* ſtructum, eosque putandos dicit ad computum *1 Reg. VI, 1.* Hinc, collectis in unam ſummam annis *Moſis*, *Joſuæ*, Judicum, ſex ſervitutum, *Saulis*, *Davidis*, & quatuor *Salomonis*, cum ad ſex centum annos computus ſurgat, redundantes annos beneficio Synchroniſmi tollit; quod

quod ter ab eo factum observavimus. Primum ponit temporibus servitutis secundæ sub Moabitis, & tertiæ sub Cananitis, in quo adornando *Marshami*, Angli, vestigia pressisse videtur; proinde ab iisdem se defendere cogitur, quibus Anglum petiit doctissimus *Vignolius*, telis. Alter Synchronismus comparat ætatem *Tholæ* & *Jairi*, in quo præeuntem Autor habuit nostrum olim *Carpzovium*, qui ecclesiam Lubecensem insigni jam cum emolumento regit, quemadmodum ex *Introductione* ejus *ad Libros Canon. Vet. Test. P. I pag. 183 seq.* constat. *Tertius* denique componit quintam Ammonitarum, & sextam Philistæorum, servitutem, ubi *Marshami* vestigia iterum legisse videtur Autor, non tamen ut qui scrinia aliena compilat, sed ut qui emendat & auget. In *tertio* denique *Partis primæ Libro* ducit annos inde a quarto *Rehabeami* adusque *Cyrum* majorem, qui temporum computus Autori epocha est annorum iniquitatis, ex sua sententia a Propheta *Ezechiele Cap. IV* & *V* indicata, &, cum hunc vatem videret per 390 & 40 dies portantem peccata domus *Judæ* atque *Israelis*, Æram hanc putat contineri 430 annis. Atque hæc illa est temporum series, quam jure pomum eridos Chronologorum dixeris, utpote quorum ingenia maximo cum labore consumta sunt in ea componenda. Celeberrimus *Vignolius*, cujus *Chronologiam* superioribus annis adumbratam dedimus in his *Actis*, tam difficilem expertus est ejus rationem, ut plus vicies Scripturæ sacræ numeros, ad eam pertinentes, scribarum incuria putaverit corruptos esse. Cl. Autor autem alia rem aggreditur via. Ut integritati, quæ ipsi prima est, Scripturæ sacræ consulat, hæc tria sibi dari postulat, quibus numeros, quasi transilientes metam, in gyrum reducat. Scilicet annos incompletos interdum esse pro completis habendos; filium sæpius cum patre commune habuisse imperium; & interregnis in fulciendo labascente computo utendum. Altera regula ipsi omnium princeps est, eamque ad literam subjiciemus: *Sollicite est observandum, utrum regni anni, qui singulis Regibus dantur, ipsi absolute, & quasi ex abrupto, sine nexu & relatione ad decessorem, vindicentur; an vero solennis formula addatur: & mortuus est pater, & regnavit filius loco ejus, annis, verbi causa,*

 sedecim.

ſedecim. Priori caſu indicatur, vivo adhuc patre regnare cœpiſſe, adeoque aliquid temporis coordinandum; poſteriori vero, annos, qui ei tribuantur, incipere a morte patris, vel deceſſoris. Hujus regulæ beneficio ad duodecim conſociationes ponit in regno *Judæ* & *Iſraelis.* Superiore anno Cl. *Jo. Georgius Waltherus*, A. M. cum primas lineas voluminis alicujus, *de Æris Hebræorum*, & inprimis *de Æra legum Iſraelitarum*, conſcribendi aliquando, communicaret cum orbe literato, hanc inprimis regulam, & alia quædam capita Æræ hujus, a Cl. Autore adornatæ, in controverſiam diſceptationemque, non tamen ſine inſigni humanitatis ſignificatione, & juſtis Cl. *Offerhauſio* laudibus ſolutis, vocavit. Non alienum putamus, ſi & *Waltheriana* hujus diſputationis adumbratam hic exhibeamus rationem; præſertim cum ea continere haud pauca videatur, quibus rectius formari ſyſtema *Offerhauſianum* poſſit. Et ita ſane eſt. Chronologia, majoribus noſtris agreſtior paulum Muſa, ſe noſtris temporibus in manſuetiorem induit, & tanta ſcientia digniorem, formam. Cum Cl. *Waltherus* a plurimis & Chronologis & Lexicographis confuſam animadvertiſſet Æræ & Epochæ rationem; primum omnium Æræ vocabulum ab Epocha ſejunxit, Æramque dixit annorum inde a re memorabili continuationem ſeriemque, ut certa ſit aptaque temporis deſcriptio; Epocham vero initium hujus ſeriei, ſive primum annum, quo tota ſeries ducatur. Diſcriminis hujus documentum aliquod invenit in Ægyptiorum Æthiopumque computo; ſed pluribus eam rem promittit ſuis in locis expoſiturum, & idoneis autoritatibus firmaturum. Ipſa vero templi Æra ipſi eſt annorum, qui a poſitis *Salamonei* templi fundamentis ducuntur, ſeries, in excidio ejuſdem templi, *Nabuchodonoſari* ætate, terminanda. Annos vero 430 *Ezechielis*, qui duces ſunt Cl. *Offerhauſio* in Æra Regum componenda, mavult de futuro tempore, quam de præterito, ſumi. Ad ipſam autem regulam *Offerhauſianam* quod attinet, Babylonios, concedit, Perſas, Romanos, Germanos, Polonos, aliosque Reges, interdum, ſed raro, inprimis in bellum proficiſcentes, ante conſtituiſſe,

ſtituiſſe, quem Regem, ſi forte in prælio cecidiſſent, poſt ſe eſſe vellent; utrum vero idem mos perpetuo fere obtinuerit in regnis Hebræorum, eaque res *Oſſerhauſiana* lege, cujus vis in voce תחתיו nitatur, effici poſſit, merito dubitat. Ejusmodi enim legem hanc eſſe docet, ut tot exempla fere, quæ tollant eam, quot quæ confirment, poſſint inveniri. Octo inprimis affert Scripturæ ſacræ, ab *Oſſerhauſio* de conſociatione explicata, loca, in quibus tamen omnibus dicitur filius poſt patrem regnaſſe. Et, cum videatur Cl. *Oſſerhauſius*, ut ſibi detur, poſtulare, tunc demum תחתיו additum indicare ſucceſſionem, quando poſt mortem patris commemoratam non tantum addatur, ſed etiam anni imperii ſucceſſoris adjungantur; Cl. *Waltherus* pluribus Scripturæ S. teſtimoniis docere laborat, & hac ratione conſociationes, ut exitum non habentes fabulas, ſe minime explicare. Exempli cauſa unum afferamus locum. *Ahaz*, qui per tres annos paterni imperii ſocius fuit, dicitur tamen *2 Reg. XV*, *38*, mortuo patre imperium obtinuiſſe loco patris, & *2 Reg. XVI*, *1*, *2*, adduntur imperii anni ſedecim. *Capitum* enim diſtinctio in Codice Hebræo, quod recentius inventum eſt, & haud dubie R. *Mordecai Nathanis*, qui Seculo XV floruit, non divellit extremum *Capitis* præcedentis *verſum*, quem dicunt, a *primo Capitis* ſequentis, ad quod haud dubie reſpexit Cl. *Waltherus*, licet ob anguſtiam Epiſtolæ hæc pluribus diſputare non potuerit. Hac occaſione quoque docet, eſſe quædam verba, quæ in noſtra B. *Lutheri* translatione non exſtent, & quæ tamen in omnibus Codicibus Hebræis, antiquisſimisque interpretationibus, inveniantur, nimirum *2 Reg. VIII*, *16*, & *1 Reg. XIV*, *21*, quæ, miramur, non jam dudum eſſe revocata in noſtram translationem. Cum porro Cl. *Oſſerhauſius* in ea ſit ſententia, ut, nullum eſſe, exiſtimet, in Scriptura ſacra, tam difficiles habentem explicatus, locum, quo nimirum temporis alicujus fiat mentio, qui non poſſit ſatis commode exponi; quatuor affert ſummæ difficultatis loca, eaque tantum ad contextum hujus Æræ pertinentia, atque prætermiſſa a *Spicilegiorum* Autore, in quibus nulla detur, niſi conjecturalis, conſtitutio. Sed ea longiora ſunt, quam ut hic afferri poſſint. Viſum eſt

denique doctissimo disputationis Autori adjicere tres regulas, quibus in Tractatu suo usurus est ad contextum hujus Æræ. Primaria est: Ultimus cujuscunque Regis defuncti, & primus in illius locum suffecti, unus idemque annus est. Tria attulit, quibus hanc regulam confirmet. Primo, similia exempla, ex Græcorum Latinorumque libris depromta; deinde, testimonium ipsorum Judæorum; tertium denique, insignem & pæne incredibilem regulæ usum in Æra templi. In hac lege adornanda secutus est Talmudicos, & inprimis *Rosch Haschana*; qui liber ab initio multus est in hoc more exponendo, interim propterea ab Autore non adductus est, quod ῥῆσις, huc spectans, longior sit, quam quæ paucis plagellis possit comprehendi, & *Mischnæ* illius *Gemaram*, nondum latinitate donatam, constituerit, ut nos docuit, una cum interpretatione sua præmittere Tractatui *de Æris Hebræorum*. Cum porro aliæ Æræ gentium sint publicæ, aliæ privatæ, duas fuisse docet ex *Avoda sara* Æras publicas apud Hebræos, unam ante captivitatem Babylonicam, למלכים dictam, alteram post eandem, nomine לשנים. Non addidit quidem Cl. Autor discrepantiam suæ & *Offerbausianæ* primæ regulæ; sed ea facillime patet. Nam longe aliud est, semel aut bis in integra aliqua Æra annum incompletum pro completo habere, nulla allata idonea autoritate, ut *Offerhausius* fecisse videtur; aliud in singulis Æræ alicujus Regibus idem facere, atque id non ex conjecturali constitutione, sed clarissimo testimonio Mischnicorum doctorum. Interim, cum sola hac regula negotium confici non possit, & Cel. *Vignolius*, qui hujus regulæ usum aliquem jam præ se tulit, rem ita instituerit, ut Cl. *Waltherus* ad 25 loca Scripturæ S. collegerit, quæ *Vignolius* putavit corrupta; duas apponit alias leges, nimirum: Si quando post diligenter adhibitam Talmudicorum traditionem nihilo minus non staret numerorum ratio, debere, si res facultatem habeat, redundantes tolli communi patris cum filio imperio, deficientes vero suppleri interregnis. Deinde, sufficere in eorum datorum, quæ characteribus chronologicis primariis destituta sint, Epochis figendis, si quis probabile modo initium annorum, quo ducendi sint, vincat. Harum vero dua-

rum

rum regularum luxuriantem quasi usum in aliis Chronologis notat, eumque ultra bina exempla haud excurrere docet, idque ipsis suadentibus literis sacris. Sed e diverticulo in viam. *Secundus Liber Spicilegiorum* exhibet Babyloniorum, Assyriorum, Medorum, & Persarum, origines, ac præcipua fata ad mortem *Cyri* majoris, sigillatim vero *Cap. I* origines ponderantur Babyloniorum & Assyriorum. Rejecta primum *Marshami* de Babylone conjectura, contendit, fieri mentionem apud antiquos ante *Nabonassori* ætatem cum regni Babylonici, tum oppidi quoque; licet recte addubitaverit, an ipsa Babel protinus post linguarum confusionem culta, atque adeo *Nimrodis* regia, fuerit. Deinde arma movet in *Ctesiam Cnidium*, cujus fabulas recte una Pag. 90-
cum aliis doctissimis viris, præsertim *Conringio* & *Cellario*, con- 93.
futavit. Quanquam nollemus, inter *ἀδύνατα Ctesiæ*, ut loquitur Autor, relatum esse usum falcatorum curruum, quem *Ctesias* ad Assyrium *Ninum* autorem retulerat, & quem *Cyro* anteriorem non esse, ex *Xenophonte* collegerat. Nam vel ex *Jos. XVII, 16,* & *Jud. IV, 3, constat,* originem eorum fere Trojana 102-107.
superare *tempora*. Porro in figendis Assyriorum Babyloniorumque originibus neque *Usserii*, neque *Perizonii*, rationes sequitur, qui nostra ætate prope soli videntur in Chronologia hac dominari, literatosque quamplurimos ad suas traxisse partes. *Nimrodum* locat circiter 220 annos post gentium, facta linguarum Babele confusione, dispersionem, regnumque ejus vocari posse dicit Sabiorum; quam sententiam, quæ se verisimilitudine non omnino nulla probat, communem habet cum *Casparo Abelio* nostro. Hinc *Genes. XXV, 3, Assurem* habet 108.
non pro *Semi* filio, sed cum *Schrædero* potius pro *Abrahami* ex *Ketura* pronepote. *Capite II* de rebus Assyriacis a *Nino* ad Medorum & Babyloniorum defectionem disserit. *Nini* epocham figit quarto anno ante Gideonem mundi 2760, ante Trojam eversam 50, atque ejus regnum ponit cum *Herodoto* in superiori Asia, ut maxime in ortum & septentriones spectaverit; ad austrum vero non ultra Babelem processisse, quod & de *Semiramidis, Ninyæ,* & posteriorum Regum, imperio contendit, ut adeo hic pulchre consentiat sacra historia, & inprimis *Davidis*

&

& *Salomonis* res gestæ, quorum regnum adusque Euphratem pertinuit. In *Phulis* rebus, in Scriptura S. commemorati, & sequentium fere omnium, temporibus suis distribuendis ab omnibus Chronologis dissentit. Eum, ait, diu desertam Babylonem instaurasse, ibique fecisse *Nabonassarem* Proregem, quod idem jam comprobarat magnus noster *Conringius* in *Adversf. chronologicis Cap. 11.* His temporibus innectit res *Tiglatpilesaris*; Medorum vero defectionem rejicit in annum *Nabonassari* 34, quo *Sennacheribum* interemtum putat a filiis suis, anno imperii Assyriaci 521, de *Herodoti* sententia. *Cap. III* agit de Assyriorum decrementis post Medorum & Babyloniorum defe-
Pag. 141, ctionem. *Esarhaddonem* primum habet Regem Assyriorum, &
147, 151. *Merodach-Baladanum*, quem Canon *Ptolemæus Mardocempadum* dixit, Babyloniorum, & post quinque annorum ἀναρχίαν *Dejocem*, Medorum Regem. Expositis horum Regum rebus, tanquam aliud agendo, de *Arphaxado* in libro *Judithæ* sententiam dicit, fabulisque adscribit totius libri apocryphi argumentum, sed piis, iisque *Antiochi Epiphanis* ætate factis, ut Judæi spe divinæ liberationis confirmarentur. Sed forte erunt, qui nihilo minus cum *Prideauxio* & *Montefalconio* pro veritate militabunt, præsertim cum omnia reliqua concordent, exceptis octoginta annis, quibus Palæstina dicitur post *Juditham* quiete usa. Nam hic annorum numerus repugnat, & forte scribarum incuria infuscatus est. Cum porro, *Usserio* duce, magna Chronologorum pars contendat, *Esarhaddonem* junxisse Assyrio Babylonium imperium; tribuit id *Chiniladano*, tertio post eum Regi. Nimirum ita contextum rerum, quantum nobis licuit conjectura assequi, ponit. *Phraorte* victo occisoque, occupat Babyloniam *Chiniladanus*, qui brevi post, cum *Cyaxari*, filio *Phraortis*, justas dedisset pœnas, a *Nabopalassaro*, tunc temporis privato, tota Babylonia, anno *Cyaxaris* nono, exuitur; *Cyaxares* vero ipse, pulsis ex Asia Scythis, qui per viginti annos Medis imperitarant, eum Regem, qui in *Chiniladani* locum suffectus erat, & quem celeberrimum Assyriæ Regem *Sardanapalum* putat, privat regno Assyrio; utrumque vero regnum in *Nebucadnezare* demum conjungitur. Hæc, etsi plane nova sunt,

tamen

tamen non contemnendis muniuntur a Cl. Autore argumentis. Pergit contra *Scaligerum* ſcite aſſerere, locum *Ezech. I, 1*, ad ini- Pag. 156. tium regni Babylonici indagandum nihil facere, ubi inter alia de *Nabonaſſari* Æra monet, jam eam his *Ezechielis* temporibus publice receptam fuiſſe apud Babylonios; quod quibus argumentis comprobari velit, libenter nos ignorare fatemur; quandoquidem ea demum *Hipparchi* ætate ſub tertium bellum Punicum frequentari cœpit. *Neronis* vero, Ægyptii Regis, ex- 163-169. peditionem non contra Babylonios, ut plurimi contendunt, ſed contra Aſſyrios, fuiſſe, æquis rerum arbitris omnino probaſſe eum putamus; licet eandem fortunam ipſi haud promittamus, cum *Cyaxarem* arma in *Alyatten*, Lydorum Regem, moviſſe dicit medio illo annorum ſpatio, quibus vaſtarunt Scythæ Mediam. *Capite IV* de Babyloniorum monarchia exponere ag- 170-172. greditur, & initium imperii *Nebucadnezaris* triplex fuiſſe putat: primum, quando a patre dux copiarum cum regia poteſtate contra *Neronem* miſſus, Prorex eſt appellatus; deinde, 175. quando a patre in ſocietatem imperii adſcitus anno quarto *Jebojakimi*, quorſum ſpectant loca *Jeremiæ*; tertium, quando, mortuo patre, ſolus rerum eſt potitus, quo reſpicere ipſi videtur *Daniel Cap. II v. 1*, Canon *Ptolemaicus*, & *Beroſus*. Noſter igitur, cum *Daniel Cap. I v. 1* tertium *Jebojakimi*, & *Jeremias Cap. XXVI v. 1* quartum ejusdem, annum cum primo *Nebucadnezaris* compararunt, duplex exin colligit initium Regis Babylonii, quod non neceſſarium multi putabunt, cum diverſum fuerit & utriusque Regis auſpicandi regni tempus, & ipſius Epochæ, cum Judaicæ, tum Babylonicæ, auſpicium. Interim juvabit ipſum legiſſe Autorem, inprimis quæ de tertio initio, mortuo jam patre *Nabopolaſſaro*, diſſerit. Computum annorum LXX Servitutis Babylonicæ ex *Jeremia* & *Beroſo* apud *Joſephum* contra *Apionem* ſiſtit. Deinde in claro ponit lumine inſigne aliquod *Beroſi* monumentum, quod nobis *Flav. Joſephus* ſervavit. Id ita ſe habet: Ἀκέσας δὲ ὁ πατὴρ αὐτῦ (Ναβεχοδονοσόρυ) ὅτι ὁ τεταγμένος Σατράπης ἐν τ' Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν κοίλην Συρίαν τόποις ἀποςάτης αὐτῦ γέγονεν, (Cl. Autor legit & diſtinguit ita: ὅτι ὁ τεταγμένος Σατράπης, ἀποςάτης αὐτῦ, ἐπ' Αἰγύ-

πτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν κοίλην Συρίαν τόποις, γέγονεν) ἐ δυνάμενος αὐτός ετι κακοπαθεῖν, συστήσας τῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τίνα τῆς δυνάμεως ἔπεμψεν ἐπ᾽ αὐτόν. Ex qua textus emendatione conſtat, *Nabopolaſſari* Satrapam non Ægypto & Cœloſyriæ præfuiſſe, quod omnes exiſtimarunt Chronologi recentiores, & tamen nullo modo cum temporum ratione conciliari poſſe videtur; ſed in Ægyptiis & Cœloſyris fiduciam ſuam collocaſſe. Nam antiquiſſimis temporibus ἐπὶ τινι γίγνεσθαι ſignificat ἐν τινι ἔχειν τὰς ἐλπίδας, ut Scholiaſtes habet ad *Thucydidem pag. 393 ed. Duckeri.* Recte igitur comprobat ex *Beroſi* loco Cl. Autor, *Nechone*, Ægypti Rege, jam Charmiſi occupata, & late imperium in Cœloſyros & Phœnices tenente, Regem Babyloniæ partem imperii filio *Nebucadnezari* demandaſſe, ut pœnas ſumeret de Satrapa, novis rebus ſtudente, & Ægyptiorum, Syrorum, Phœnicumque, auxiliis fidente. De
Pag. 188. primo ſervitutis Babylonicæ anno diſputat cum Cl. *Godof. Kohlreifio*, & illum figit ſtatim rebus ad Euphratem contra *Neronem* geſtis, & prima vice occupatis Hieroſolymis, hoc eſt, primo *Nebucadnezaris* anno. Locum *2 Chron. XXXVI, 8, 9,* ita interpretatur: & regnavit *Jehojacin*, filius ejus, loco ejus, anno vertente octavo ſervitutis *Jehojacini* regnare cœpit, & regnavit menſes tres, dies decem. Cum porro Chronologorum nullus, quod tamen præfiſcine dicit Cl. Autor, de ſua ſententia
200 ſeq. rem acu tetigiſſet in tempore conſtituendo everſæ regiæ Ninives, oſtendit, Niniven everſam eſſe anno *Zedekiæ* tertio; ipſius
204. autem *Zedekiæ* duplex eſſe regni initium. Hac occaſione ſimul varia explicat impedita Scripturæ S. loca, inprimis quæ de
216 ſeq. utraque Tyro, in continenti atque in inſula, & apud *Eſaiam*, & apud *Ezechielem*, occurrunt, & ad ſpeciem inter ſe pugnant. *Ne-*
219. *bucadnezaris* deliquium mentis & vitam agreſtem rejicit in illud tempus, quo per tredecim annos Tyrus obſidebatur. Et, cum *Jeremias Cap. XXIV v. 25* Medos quoque poteſtati ſubfuiſſe Regis Babylonici, haud obſcure aſſerat, commodiſſime locari poſſe, pu-
224. tat, hanc de Medis victoriam, reportatam in extremis vitæ *Ne-*
229, 230. *bucadnezaris* annis, *Herodoto* & *Xenophonte* in alia omnia abeuntibus, *Cap. V*, cauſis, cur *Herodoto Xenophon* ſit præferendus, expo-

expoſitis, quædam in *Xenophonte* παραχρονιστικὰ annotat, & iis quindecim annis, quibus *Cyrus* redux ex Media apud patrem Pag. 232.
commoratur, includit victoriam *Nebucadnezaris* de Medis Perſisque: obtruncato, addit, a ſuis *Evilmerodacho*, in ſpem libertatis erectos Medos Perſasque, Babyloniorum jugum excuſſiſſe, idque bellum viginti & unum annum duraſſe. Traditis dein 237.
quam breviſſime rebus a *Cyro* geſtis, inquirit in numerum Babyloniorum Regum poſt *Nebucadnezarem*, ubi *Xenophontem*, qui tres tantum agnoſcit, aliquid humani paſſum putat, quod ultimum Aſſyriorum Regem cæſi Regis filium appellaverit, cum reapſe *Evilmerodachi* ex *Nitocride* filius fuerit. Vid. *Herodotus Lib. I Cap. 188.* De Scripturæ ſacræ loco, quo *Nebucadnezaris* filius & nepos dicuntur imperium aduſque Perſas tenuiſſe, ponderatis doctorum virorum ſententiis, ita exponit, ut *Nabonedum* quartum poſt *Nebucadnezarem* hujus nepotem exiſtimet, & *Evilmerodachum* filium; interjectos autem Reges medios, *Neriglissanem* & *Naboroſoarchadum*, quod per vim imperium ad ſe rapuiſſent, a Scriptura ſacra non adductos fuiſſe. Dedita opera 246-249.
deinde probat contra *Petavium* & *Schræerum*, *Balthaſarem*, quem nepotem exiſtimat *Nebucadnezaris*, fuiſſe *Nabonnidum*. Recte quoque inter alteram *Cyri* expeditionem in regionem Babylonicam & bellum cum *Crœſo* geſtum ſex vel ſeptem annos ponit, quibus expugnandis munitis urbibus operam dediſſet, premente hæc omnia ſilentio *Xenophonte*, ita, ut videatur nullum ejusmodi temporis ſpatium hoc in loco agnoſcere. Tempus Sardium expugnatarum vel maxime dubium eſt Chronologis. Noſter locum apud *Diogenem Laertium* in *Periandro Lib. I Cap. 59*, ſed meliori ratione a ſe interpunctum, ſequitur, ubi *Soſicrates* teſtatur, factum hoc eſſe anno ultimo Olympiadis 58. *Crœſum* porro, autor eſt, rogo non addictum fuiſſe. Neque ad locum *Je-* 257.
rem. LI, 31, vindicandum neceſſe fuiſſe, ut interpretes *Nabonnedum* Regem urbis tempore a *Cyro* captæ abfuiſſe dicerent, & Borſipporum munitionibus incluſum; erraſſe *Beroſum* & *Mega-* 263.
ſthenem, qui dicerent, hunc ultimum Babyloniæ Regem a *Cyro* Carmanniæ Principem conſtitutum. *Cyaxarem*, avunculum *Cyri*, *Darium Medum* eſſe, cum *Perizonio* inter alia ex numis *Daricis* 266.

comprobat, rationibusque rite subductis colligit, eundem bien-
Pag. 273. nio post captam Babylonem mortuum esse, licet id nullo diserto constet testimonio. Inter alia etiam hic contra *Hutchinsonum* disputat, qui, *Cyrum* septem annos capta Babylone regnasse,
295. negabat. *Libro III* exhibet origines Græcorum, maxime eorum, qui ex *Inachi* stirpe orti ad Trojam usque eversam floruerunt. *Cap. I* disserit de *Inachi* antiquitate contra *Perizonium*, & ostendit, non omnia & singula, quæ Iliaca tempora antevertunt, ad suum quæque annum revocari posse, neque annorum aliquod spatium minus recte descriptum fraudi esse posse, cum tantum inter se ipsi Græci discrepent. Cum *Perizonio* propterea disputat, quod hic, ad Patrum mentem, *Inachum* & *Phoroneum*, antiquissimos Græciæ Reges, vix *Mosis* ætatem, contenderat, æquare. Duo attulerat *Perizonius*: primum, Patres hoc non ex conjectura, sed ex scriptoribus antiquissimis & Ægyptiacis, hausisse; temporum vero seriem contexendam esse magis ex synchronismis historicis, quam ex numeris annorum, qui antiquissimis temporibus sæpius corrupti sint. Noster opponit primum Patrum oscitationem in synchronismis condendis, & in exemplum affert *Julium Africanum* apud *Eusebium*; deinde testimonia omnia Patrum de *Inacho* suppeditat, nimirum *Justini Martyris*, *Tatiani*, *Clementis Alexandrini*, *Africani*, *Josephi*, ex quibus colligit, omnes hos Patres unice niti *Polemonis* & *Ptolemæi Mendesii* autoritate, qui scriptores, nulla *Mosis* injecta mentione, nulla Israelitarum, nulla exitus, tantum ostendunt, *Amasin*, *Inacho* æqualem, evertisse Avarin urbem, qua pastores *Manetho* retulit ejectos esse. Hos pastores Christiani habuerunt pro Hebræis, *Mose* duce migrantibus ex Ægypto; quibus solenne fuisse, quis ignorat, gentilium dicta suis interpretationibus juvare, nec liquidum est, utrum pastores, Ægypto ejecti, Judæi fuerint. Idcirco inclinat Cl. Autor, ut sibi, hanc pastorum expulsionem jam ante *Jacobi* ætatem factam esse, *Genes. XLVI, 34*, persuadeat. Erroris, quo abrepti Patres in Scriptura sacra justo plures numerassent annos, aperit fontem; remque *Julii Africani*, *Clementis Alexandrini*, *Theophili Antiocheni*, exemplo comprobat; quibus addit *Fl. Josephum*. Et

satis

satis constat, omnes Patres Græcos in eodem hæsisse luto. Cl. Autor, Patres, putat, cum apud profanos scriptores ad 1200 annos *Cyrum* post *Inachum* floruisse invenissent, nec hunc *Inachum* anteriorem *Mose* esse voluissent, tum tempora ante *Cyrum* ampliasse; hinc consequens esse, ut Patres omnes pro antiquitate *Inachi* militarint, & sibi adversati fuerint vehementer. Genealogias porro asserit iis repugnare, qui *Mosen* & *Inachum* Pag. 313.
æquales contendant; posse quoque ex *Genes. X*, 5, vinci, jam ante *Mosis*, imo *Abrahami*, temporibus occupatas fuisse insulas 314.
maris mediterranei. Hinc concludit, tutius esse, sequi numeros, ab *Eusebio* traditos. *Cap. II* exhibet contextum rerum Græcarum inde ab *Inacho* ad bellum Trojanum. De ejus sententia ab *Oceano* & *Japeto* omne Græcum nomen originem duxit; Peloponnesi incolæ ab *Oceano*, reliqui Græci a *Japheto*, orti. 317.
Expositis deinde variis sententiis de *Inacho*, quem filium *Oceani* dicit, eum locat in anno Per. Julianæ 2855, mundi vero 2135, diluvii 479, *Isaaci* 27. Pergit ad celebres ejus liberos, 322.
inprimisque multus est de *Io*, *Phoronei* sorore, de hujus *Phoronei* liberis, *Api* & *Niobe*, & de *Niobis* filiis, *Argo* & *Pelasgo*. 323. 325.
Componit hic data occasione *Argum* & *Josephum*, *Jacobi* filium. De *Pelasgo* etiam, qui variis originem dedit gentibus, haud 326-333.
tralatitia repetit ex antiquitate, quemadmodum etiam de *Argo*, *Triopa*, *Prometheo*, *Cecrope*, *Deucalione*, *Crotopo*, *Sthenelo*, *Hellene*, & hujus filiis, *Cadmo* & *Danao*. Suspicatur, *Busiridem*, Ægyptium Regem, mandatum de Israelitarum pueris mergendis promulgasse, atque inde nomen eius mansisse ad posteros infame; neque refragari tempora. Hic *Busiris* fuit frater aut 345.
consobrinus *Beli* Ægyptii, qui duos reliquit filios, *Sesostrem*, seu *Ægyptum*, & *Danaum*. Disceptatur etiam, quo tempore per Græciam diffundi cœperit per *Dorum* & *Xuthum Hellenis* genus; ubi etiam constituit synchronismum rerum Atticarum 356.
ab *Erichthonio* ad *Menestheum*. Cum vero ad *Perseum* pervenisset, varias res Chronologiæ impeditas expedit ad mentem *Eusebii*, quem & hic ducem solum sequitur, quanquam ab eo 363.
sit omissus in Canone *Perseus*. Tandem in tempus expeditionis Argonautarum inquirit, & omnia bella, a Græcis ante & post 380-384.

 expedi-

ſedecim. *Priori caſu indicatur, vivo adhuc patre regnare cœpiſſe, adeoque aliquid temporis coordinandum; poſteriori vero, annos, qui ei tribuantur, incipere a morte patris, vel deceſſoris.* Hujus regulæ beneficio ad duodecim conſociationes ponit in regno *Judæ* & *Iſraelis.* Superiore anno Cl. *Jo. Georgius Waltherus*, A. M. cum primas lineas voluminis alicujus, *de Æris Hebræorum*, & inprimis *de Æra legum Iſraelitarum*, conſcribendi aliquando, communicaret cum orbe literato, hanc inprimis regulam, & alia quædam capita Æræ hujus, a Cl. Autore adornatæ, in controverſiam diſceptationemque, non tamen ſine inſigni humanitatis ſignificatione, & juſtis Cl. *Offerhauſio* laudibus ſolutis, vocavit. Non alienum putamus, ſi & *Waltherianæ* hujus diſputationis adumbratam hic exhibeamus rationem; præſertim cum ea continere haud pauca videatur, quibus rectius formari ſyſtema *Offerhauſianum* poſſit. Et ita ſane eſt. Chronologia, majoribus noſtris agreſtior paulum Muſa, ſe noſtris temporibus in manſuetiorem induit, & tanta ſcientia digniorem, formam. Cum Cl. *Waltherus* a plurimis & Chronologis & Lexicographis confuſam animadvertiſſet Æræ & Epochæ rationem; primum omnium Æræ vocabulum ab Epocha ſejunxit, Æramque dixit annorum inde a re memorabili continuationem ſeriemque, ut certa ſit aptaque temporis deſcriptio; Epocham vero initium hujus ſeriei, ſive primum annum, quo tota ſeries ducatur. Diſcriminis hujus documentum aliquod invenit in Ægyptiorum Æthiopumque computo; ſed pluribus eam rem promittit ſuis in locis expoſiturum, & idoneis autoritatibus firmaturum. Ipſa vero templi Æra ipſi eſt annorum, qui a poſitis *Salamonei* templi fundamentis ducuntur, ſeries, in excidio ejuſdem templi, *Nabuchodonoſari* ætate, terminanda. Annos vero 430 *Ezechielis*, qui duces ſunt Cl. *Offerhauſio* in Æra Regum componenda, mavult de futuro tempore, quam de præterito, ſumi. Ad ipſam autem regulam *Offerhauſianam* quod attinet, Babylonios, concedit, Perſas, Romanos, Germanos, Polonos, aliosque Reges, interdum, ſed raro, inprimis in bellum proficiſcentes, ante conſtituiſſe,

ſtituiſſe, quem Regem, ſi forte in prælio cecidiſſent, poſt ſe eſſe vellent; utrum vero idem mos perpetuo fere obtinuerit in regnis Hebræorum, eaque res *Oſſerhauſiana* lege, cujus vis in voce תחתיו nitatur, effici poſſit, merito dubitat. Ejusmodi enim legem hanc eſſe docet, ut tot exempla fere, quæ tollant eam, quot quæ confirment, poſſint inveniri. Octo inprimis affert Scripturæ ſacræ, ab *Oſſerhauſio* de conſociatione explicata, loca, in quibus tamen omnibus dicitur filius poſt patrem regnaſſe. Et, cum videatur Cl. *Oſſerhauſius*, ut ſibi detur, poſtulare, tunc demum תחתיו additum indicare ſucceſſionem, quando poſt mortem patris commemoratam non tantum addatur, ſed etiam anni imperii ſucceſſoris adjungantur; Cl. *Waltherus* pluribus Scripturæ S. teſtimoniis docere laborat, & hac ratione conſociationes, ut exitum non habentes fabulas, ſe minime explicare. Exempli cauſa unum afferamus locum. *Ahaz*, qui per tres annos paterni imperii ſocius fuit, dicitur tamen *2 Reg. XV, 38*, mortuo patre imperium obtinuiſſe loco patris, & *2 Reg. XVI, 1, 2*, adduntur imperii anni ſedecim. *Capitum* enim diſtinctio in Codice Hebræo, quod recentius inventum eſt, & haud dubie R. *Mordecai Nathanis*, qui Seculo XV floruit, non divellit extremum *Capitis* præcedentis *verſum*, quem dicunt, a *primo Capitis* ſequentis, ad quod haud dubie reſpexit Cl. *Waltherus*, licet ob anguſtiam Epiſtolæ hæc pluribus diſputare non potuerit. Hac occaſione quoque docet, eſſe quædam verba, quæ in noſtra B. *Lutheri* translatione non exſtent, & quæ tamen in omnibus Codicibus Hebræis, antiquiſſimisque interpretationibus, inveniantur, nimirum *2 Reg. VIII, 16*, & *1 Reg. XIV, 21*, quæ, miramur, non jam dudum eſſe revocata in noſtram translationem. Cum porro Cl. *Oſſerhauſius* in ea ſit ſententia, ut, nullum eſſe, exiſtimet, in Scriptura ſacra, tam difficiles habentem explicatus, locum, quo nimirum temporis alicujus fiat mentio, qui non poſſit ſatis commode exponi; quatuor affert ſummæ difficultatis loca, eaque tantum ad contextum hujus Æræ pertinentia, atque prætermiſſa a *Spicilegiorum* Autore, in quibus nulla detur, niſi conjecturalis, conſtitutio. Sed ea longiora ſunt, quam ut hic afferri poſſint. Viſum eſt

denique doctissimo disputationis Autori adjicere tres regulas, quibus in Tractatu suo usurus est ad contextum hujus Æræ. Primaria est: Ultimus cujuscunque Regis defuncti, & primus in illius locum suffecti, unus idemque annus est. Tria attulit, quibus hanc regulam confirmet. Primo, similia exempla, ex Græcorum Latinorumque libris depromta; deinde, testimonium ipsorum Judæorum; tertium denique, insignem & pæne incredibilem regulæ usum in Æra templi. In hac lege adornanda secutus est Talmudicos, & inprimis *Rosch Haschana;* qui liber ab initio multus est in hoc more exponendo, interim propterea ab Autore non adductus est, quod ῥῆσις, huc spectans, longior sit, quam quæ paucis plagellis possit comprehendi, & *Mischnæ* illius *Gemaram*, nondum latinitate donatam, constituerit, ut nos docuit, una cum interpretatione sua præmittere Tractatui *de Æris Hebræorum.* Cum porro aliæ Æræ gentium sint publicæ, aliæ privatæ, duas fuisse docet ex *Avoda sara* Æras publicas apud Hebræos, unam ante captivitatem Babylonicam, למלכים dictam, alteram post eandem, nomine לשנים. Non addidit quidem Cl. Autor discrepantiam suæ & *Offerbausianæ* primæ regulæ; sed ea facillime patet. Nam longe aliud est, semel aut bis in integra aliqua Æra annum incompletum pro completo habere, nulla allata idonea autoritate, ut *Offerbausius* fecisse videtur; aliud in singulis Æræ alicujus Regibus idem facere, atque id non ex conjecturali constitutione, sed clarissimo testimonio Mischnicorum doctorum. Interim, cum sola hac regula negotium confici non possit, & Cel. *Vignolius*, qui hujus regulæ usum aliquem jam præ se tulit, rem ita instituerit, ut Cl. *Waltherus* ad 25 loca Scripturæ S. collegerit, quæ *Vignolius* putavit corrupta; duas apponit alias leges, nimirum: Si quando post diligenter adhibitam Talmudicorum traditionem nihilo minus non staret numerorum ratio, debere, si res facultatem habeat, redundantes tolli communi patris cum filio imperio, deficientes vero suppleri interregnis. Deinde, sufficere in eorum datorum, quæ characteribus chronologicis primariis destituta sint, Epochis figendis, si quis probabile modo initium annorum, quo ducendi sint, vincat. Harum vero duarum

rum regularum luxuriantem quasi usum in aliis Chronologis notat, eumque ultra bina exempla haud excurrere docet, idque ipsis suadentibus literis sacris. Sed e diverticulo in viam. *Secundus Liber Spicilegiorum* exhibet Babyloniorum, Assyriorum, Medorum, & Persarum, origines, ac præcipua fata ad mortem *Cyri* majoris, sigillatim vero *Cap. I* origines ponderantur Babyloniorum & Assyriorum. Rejecta primum *Marshami* de Babylone conjectura, contendit, fieri mentionem apud antiquos ante *Nabonassori* ætatem cum regni Babylonici, tum oppidi quoque; licet recte addubitaverit, an ipsa Babel protinus post linguarum confusionem culta, atque adeo *Nimrodis* regia, fuerit. Deinde arma movet in *Ctesiam Cnidium*, cujus fabulas recte una Pag. 90-
cum aliis doctissimis viris, præsertim *Conringio* & *Cellario*, confutavit. 93.
Quanquam nollemus, inter ἀδύνατα *Ctesiæ*, ut loquitur Autor, relatum esse usum falcatorum curruum, quem *Ctesias* ad Assyrium *Ninum* autorem retulerat, & quem *Cyro* anteriorem non esse, ex *Xenophonte* collegerat. Nam vel ex *Jos.* *XVII, 16,* & *Jud. IV, 3,* constat, originem eorum fere Trojana 102-107.
superare tempora. Porro in figendis Assyriorum Babyloniorumque originibus neque *Usserii*, neque *Perizonii*, rationes sequitur, qui nostra ætate prope soli videntur in Chronologia hac dominari, literatosque quamplurimos ad suas traxisse partes. *Nimrodum* locat circiter 220 annos post gentium, facta linguarum Babele confusione, dispersionem, regnumque ejus vocari posse dicit Sabiorum; quam sententiam, quæ se verisimilitudine non omnino nulla probat, communem habet cum *Casparo Abelio* nostro. Hinc *Genes. XXV, 3,* *Assurem* habet 108.
non pro *Semi* filio, sed cum *Schrædero* potius pro *Abrahami* ex *Ketura* pronepote. *Capite II* de rebus Assyriacis a *Nino* ad Medorum & Babyloniorum defectionem disserit. *Nini* epocham figit quarto anno ante Gideonem mundi 2760, ante Trojam eversam 50, atque ejus regnum ponit cum *Herodoto* in superiori Asia, ut maxime in ortum & septentriones spectaverit; ad austrum vero non ultra Babelem processisse, quod & de *Semiramidis*, *Ninyæ*, & posteriorum Regum, imperio contendit, ut adeo hic pulchre consentiat sacra historia, & inprimis *Davidis*

&

& *Salomonis* res geſtæ, quorum regnum adusque Euphratem pertinuit. In *Phulis* rebus, in Scriptura S. commemorati, & ſequentium fere omnium, temporibus ſuis diſtribuendis ab omnibus Chronologis diſſentit. Eum, ait, diu deſertam Babylonem inſtauraſſe, ibique feciſſe *Nabonaſſarem* Proregem, quod idem jam comprobarat magnus noſter *Conringius* in *Adverſ. chronologicis Cap. II.* His temporibus innectit res *Tiglatpileſaris;* Medorum vero defectionem rejicit in annum *Nabonaſſari* 34, quo *Sennacheribum* interemtum putat a filiis ſuis, anno imperii Aſſyriaci 521, de *Herodoti* ſententia. *Cap. III* agit de Aſſyriorum decrementis poſt Medorum & Babyloniorum defe-

Pag. 141, ctionem. *Eſarhaddonem* primum habet Regem Aſſyriorum, &

147, 151. *Merodach-Baladanum*, quem Canon *Ptolemæus Mardocempadum* dixit, Babyloniorum, & poſt quinque annorum ἀναρχίαν *Dejocem*, Medorum Regem. Expoſitis horum Regum rebus, tanquam aliud agendo, de *Arphaxado* in libro *Judithæ* ſententiam dicit, fabuliſque adſcribit totius libri apocryphi argumentum, ſed piis, iisque *Antiochi Epiphanis* ætate factis, ut Judæi ſpe divinæ liberationis confirmarentur. Sed forte erunt, qui nihilo minus cum *Prideauxio* & *Montefalconio* pro veritate militabunt, præſertim cum omnia reliqua concordent, exceptis octoginta annis, quibus Palæſtina dicitur poſt *Judithaam* quiete uſa. Nam hic annorum numerus repugnat, & forte ſcribarum incuria infuſcatus eſt. Cum porro, *Uſſerio* duce, magna Chronologorum pars contendat, *Eſarhaddonem* junxiſſe Aſſyrio Babylonium imperium; tribuit id *Chiniladano*, tertio poſt eum Regi. Nimirum ita contextum rerum, quantum nobis licuit conjectura aſſequi, ponit. *Phraorte* victo occiſoque, occupat Babyloniam *Chiniladanus*, qui brevi poſt, cum *Cyaxari*, filio *Phraortis*, juſtas dediſſet pœnas, a *Nabopalaſſaro*, tunc temporis privato, tota Babylonia, anno *Cyaxaris* nono, exuitur; *Cyaxares* vero ipſe, pulſis ex Aſia Scythis, qui per viginti annos Medis imperitarant, eum Regem, qui in *Chiniladani* locum ſuffectus erat, & quem celeberrimum Aſſyriæ Regem *Sardanapalum* putat, privat regno Aſſyrio; utrumque vero regnum in *Nebucadnezare* demum conjungitur. Hæc, etſi plane nova ſunt, tamen

tamen non contemnendis muniuntur a Cl. Autore argumentis. Pergit contra *Scaligerum* ſcite aſſerere, locum *Ezech. I, 1*, ad ini- Pag. 156.
tium regni Babylonici indagandum nihil facere, ubi inter alia de *Nabonaſſari* Æra monet, jam eam his *Ezechielis* temporibus publice receptam fuiſſe apud Babylonios; quod quibus argumentis comprobari velit, libenter nos ignorare fatemur; quandoquidem ea demum *Hipparchi* ætate ſub tertium bellum Punicum frequentari cœpit. *Neronis* vero, Ægyptii Regis, ex- 163-169.
peditionem non contra Babylonios, ut plurimi contendunt, ſed contra Aſſyrios, fuiſſe, æquis rerum arbitris omnino probaſſe eum putamus; licet eandem fortunam ipſi haud promittamus, cum *Cyaxarem* arma in *Alyatten*, Lydorum Regem, moviſſe dicit medio illo annorum ſpatio, quibus vaſtarunt Scythæ Mediam. *Capite IV* de Babyloniorum monarchia exponere ag- 170-172.
greditur, & initium imperii *Nebucadnezaris* triplex fuiſſe putat: primum, quando a patre dux copiarum cum regia poteſtate contra *Neronem* miſſus, Prorex eſt appellatus; deinde, 175.
quando a patre in *ſocietatem imperii* adſcitus anno quarto *Jehojakimi, quorſum ſpectant loca Jeremiæ*; tertium, quando, mortuo patre, ſolus rerum eſt potitus, quo reſpicere ipſi videtur *Daniel Cap. II v. 1*, Canon *Ptolemaicus*, & *Beroſus*. Noſter igitur, cum *Daniel Cap. I v. 1* tertium *Jehojakimi*, & *Jeremias Cap. XXVI v. 1* quartum ejuſdem, annum cum primo *Nebucadnezaris* compararunt, duplex exin colligit initium Regis Babylonii, quod non neceſſarium multi putabunt, cum diverſum fuerit & utriusque Regis auſpicandi regni tempus, & ipſius Epochæ, cum Judaicæ, tum Babylonicæ, auſpicium. Interim juvabit ipſum legiſſe Autorem, inprimis quæ de tertio initio, mortuo jam patre *Nabopolaſſaro*, diſſerit. Computum annorum LXX Servitutis Babylonicæ ex *Jeremia* & *Beroſo* apud *Joſephum* contra *Apionem* ſiſtit. Deinde in claro ponit lumine inſigne aliquod *Beroſi* monumentum, quod nobis *Flav. Joſephus* ſervavit. Id ita ſe habet: Ἀκούσας δὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ (Ναβουχοδονοσόρου) ὅτι ὁ τεταγμένος Σατράπης ἐν τ' Αἰγύπτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν κοίλην Συρίαν τόποις ἀποστάτης αὐτοῦ γέγονεν, (Cl. Autor legit & diſtinguit ita: ὅτι ὁ τεταγμένος Σατράπης, ἀποστάτης αὐτοῦ, ἐπ' Αἰγύ-

πτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν κοίλην Συρίαν τόποις, γέγονεν) οὐ δυνάμενος αὐτὸς ετι κακοπαθεῖν, συςήσας τῷ Ναβεχοδονοσόρῳ ὄντι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινα τῆς δυνάμεως ἔπεμψεν ἐπ' αὐτόν. Ex qua textus emendatione constat, *Nabopolassari* Satrapam non Ægypto & Cœlosyriæ præfuisse, quod omnes existimarunt Chronologi recentiores, & tamen nullo modo cum temporum ratione conciliari posse videtur; sed in Ægyptiis & Cœlosyris fiduciam suam collocasse. Nam antiquissimis temporibus *ἐπὶ τινι γίγνεσθαι* significat *ἐν τινι ἔχειν τὰς ἐλπίδας*, ut Scholiastes habet ad *Thucydidem pag. 393 ed. Duckeri.* Recte igitur comprobat ex *Berosi* loco Cl. Autor, *Nechone*, Ægypti Rege, jam Charmisi occupata, & late imperium in Cœlosyros & Phœnices tenente, Regem Babyloniæ partem imperii filio *Nebucadnezari* demandasse, ut pœnas sumeret de Satrapa, novis rebus studente, & Ægyptiorum, Syrorum, Phœnicumque, auxiliis fidente. De
Pag. 188. primo servitutis Babylonicæ anno disputat cum Cl. *Godof. Kohlreifio*, & illum figit statim rebus ad Euphratem contra *Neronem* gestis, & prima vice occupatis Hierosolymis, hoc est, primo *Nebucadnezaris* anno. Locum *2 Chron. XXXVI, 8, 9,* ita interpretatur: & regnavit *Jebojacia*, filius ejus, loco ejus, anno vertente octavo servitutis *Jebojacini* regnare cœpit, & regnavit menses tres, dies decem. Cum porro Chronologorum nullus, quod tamen præfiscine dicit Cl. Autor, de sua sententia
200 seq. rem acu tetigisset in tempore constituendo eversæ regiæ Ninives, ostendit, Niniven eversam esse anno *Zedekiæ* tertio; ipsius
204. autem *Zedekiæ* duplex esse regni initium. Hac occasione simul varia explicat impedita Scripturæ S. loca, inprimis quæ de
216 seq. utraque Tyro, in continenti atque in insula, & apud *Esaiam*, & apud *Ezechielem*, occurrunt, & ad speciem inter se pugnant. *Ne-*
219. *bucadnezaris* deliquium mentis & vitam agrestem rejicit in illud tempus, quo per tredecim annos Tyrus obsidebatur. Et, cum *Jeremias Cap. XXIV v. 25* Medos quoque potestati subfuisse Regis Babylonici, haud obscure asserat, commodissime locari posse, pu-
224. tat, hanc de Medis victoriam, reportatam in extremis vitæ *Ne-*
229, 230. *bucadnezaris* annis, *Herodoto* & *Xenophonte* in alia omnia abeuntibus. *Cap. V*, causis, cur *Herodoto Xenophon* sit præferendus, expo-

expositis, quædam in *Xenophonte* παραχρονισμὰ annotat, & iis quindecim annis, quibus *Cyrus* redux ex Media apud patrem Pag. 232.
commoratur, includit victoriam *Nebucadnezaris* de Medis Persisque: obtruncato, addit, a suis *Evilmerodacho*, in spem libertatis erectos Medos Persasque, Babyloniorum jugum excussisse, idque bellum viginti & unum annum durasse. Traditis dein 237.
quam brevissime rebus a *Cyro* gestis, inquirit in numerum Babyloniorum Regum post *Nebucadnezarem*, ubi *Xenophontem*, qui tres tantum agnoscit, aliquid humani passum putat, quod ultimum Assyriorum Regem cæsi Regis filium appellaverit, cum reapse *Evilmerodachi* ex *Nitocride* filius fuerit. Vid. *Herodotus Lib. I Cap. 188.* De Scripturæ sacræ loco, quo *Nebucadnezaris* filius & nepos dicuntur imperium adusque Persas tenuisse, ponderatis doctorum virorum sententiis, ita exponit, ut *Nabonedum* quartum post *Nebucadnezarem* hujus nepotem existimet, & *Evilmerodachum* filium; interjectos autem Reges medios, *Neriglissarem* & *Naborosoarchadum*, quod per vim imperium ad se rapuissent, a Scriptura sacra non adductos fuisse. Dedita opera 246-249.
deinde probat contra *Petavium* & *Schræerum*, *Balthasarem*, quem nepotem existimat *Nebucadnezaris*, fuisse *Nabonnidum*. Recte quoque inter alteram *Cyri* expeditionem in regionem Babylonicam & bellum cum *Cræso* gestum sex vel septem annos ponit, quibus expugnandis munitis urbibus operam dedisset, premente hæc omnia silentio *Xenophonte*, ita, ut videatur nullum ejusmodi temporis spatium hoc in loco agnoscere. Tempus Sardium expugnatarum vel maxime dubium est Chronologis. Noster locum apud *Diogenem Laertium* in *Periandro Lib. I Cap. 59*, sed meliori ratione a se interpunctum, sequitur, ubi *Sosicrates* testatur, factum hoc esse anno ultimo Olympiadis 58. *Cræsum* porro, autor est, rogo non addictum fuisse. Neque ad locum *Jerem. LI, 31*, vindicandum necesse fuisse, ut interpretes *Nabonnedum* Regem urbis tempore a *Cyro* captæ abfuisse dicerent, & 257.
Borsipporum munitionibus inclusum; errasse *Berosum* & *Megasthenem*, qui dicerent, hunc ultimum Babyloniæ Regem a *Cyro* Carmanniæ Principem constitutum. *Cyaxarem*, avunculum *Cyri*, 263.
Darium Medum esse, cum *Perizonio* inter alia ex numis *Daricis* 266.

comprobat, rationibusque rite subductis colligit, eundem bien-
Pag. 273. nio post captam Babylonem mortuum esse, licet id nullo diserto constet testimonio. Inter alia etiam hic contra *Hutchinsonum* disputat, qui, *Cyrum* septem annos capta Babylone regnasse, negabat.
295. *Libro III* exhibet origines Græcorum, maxime eorum, qui ex *Inachi* stirpe orti ad Trojam usque eversam floruerunt. *Cap. I* differit de *Inachi* antiquitate contra *Perizonium*, & ostendit, non omnia & singula, quæ Iliaca tempora antevertunt, ad suum quæque annum revocari posse, neque annorum aliquod spatium minus recte descriptum fraudi esse posse, cum tantum inter se ipsi Græci discrepent. Cum *Perizonio* propterea disputat, quod hic, ad Patrum mentem, *Inachum* & *Phoroneum*, antiquissimos Græciæ Reges, vix *Mosis* ætatem, contenderat, æquare. Duo attulerat *Perizonius*: primum, Patres hoc non ex conjectura, sed ex scriptoribus antiquissimis & Ægyptiacis, hausisse; temporum vero seriem contexendam esse magis ex synchronismis historicis, quam ex numeris annorum, qui antiquissimis temporibus sæpius corrupti sint. Noster opponit primum Patrum oscitationem in synchronismis condendis, & in exemplum affert *Julium Africanum* apud *Eusebium;* deinde testimonia omnia Patrum de *Inacho* suppeditat, nimirum *Justini Martyris*, *Tatiani*, *Clementis Alexandrini*, *Africani*, *Josephi*, ex quibus colligit, omnes hos Patres unice niti *Polemonis* & *Ptolemæi Mendesii* autoritate, qui scriptores, nulla *Mosis* injecta mentione, nulla Israelitarum, nulla exitus, tantum ostendunt, *Amasin*, *Inacho* æqualem, evertisse Avarin urbem, qua pastores *Manetho* retulit ejectos esse. Hos pastores Christiani habuerunt pro Hebræis, *Mose* duce migrantibus ex Ægypto; quibus solenne fuisse, quis ignorat, gentilium dicta suis interpretationibus juvare, nec liquidum est, utrum pastores, Ægypto ejecti, Judæi fuerint. Idcirco inclinat Cl. Autor, ut sibi, hanc pastorum expulsionem jam ante *Jacobi* ætatem factam esse, *Genes. XLVI, 34*, persuadeat. Erroris, quo abrepti Patres in Scriptura sacra justo plures numerassent annos, aperit fontem; remque *Julii Africani*, *Clementis Alexandrini*, *Theophili Antiocheni*, exemplo comprobat; quibus addit *Fl. Josephum*. Et

satis

satis constat, omnes Patres Græcos in eodem hæsisse luto. Cl. Autor, Patres, putat, cum apud profanos scriptores ad 1200 annos *Cyrum* post *Inachum* floruisse invenissent, nec hunc *Inachum* anteriorem *Mose* esse voluissent, tum tempora ante *Cyrum* ampliasse; hinc consequens esse, ut Patres omnes pro antiquitate *Inachi* militarint, & sibi adversati fuerint vehementer. Genealogias porro asserit iis repugnare, qui *Mosen* & *Inachum* Pag. 313.
æquales contendant; posse quoque ex *Genes. X*, 5, vinci, jam ante *Mosis*, imo *Abrahami*, temporibus occupatas fuisse insulas 314.
maris mediterranei. Hinc concludit, tutius esse, sequi numeros, ab *Eusebio* traditos. *Cap. II* exhibet contextum rerum Græcarum inde ab *Inacho* ad bellum Trojanum. De ejus sententia ab *Oceano* & *Japeto* omne Græcum nomen originem duxit; Peloponnesi incolæ ab *Oceano*, reliqui Græci a *Japheto*, orti. 317.
Expositis deinde variis sententiis de *Inacho*, quem filium *Oceani* dicit, eum locat in anno Per. Julianæ 2855, mundi vero 2135, diluvii 479, *Isaaci* 27. Pergit ad celebres ejus liberos, 322.
inprimisque multus est de *Io*, *Phoronei* sorore, de hujus *Phoronei* liberis, *Api* & *Niobe*, & de *Niobis* filiis, *Argo* & *Pelasgo*. 323. 325.
Componit hic data occasione *Argum* & *Josephum*, *Jacobi* filium. De *Pelasgo* etiam, qui variis originem dedit gentibus, haud 326-333.
tralatitia repetit ex antiquitate, quemadmodum etiam de *Argo*, *Triopa*, *Prometheo*, *Cecrope*, *Deucalione*, *Crotopo*, *Sthenelo*, *Hellene*, & hujus filiis, *Cadmo* & *Danao*. Suspicatur, *Busiridem*, Ægyptium Regem, mandatum de Israelitarum pueris mergendis promulgasse, atque inde nomen eius mansisse ad posteros infame; neque refragari tempora. Hic *Busiris* fuit frater aut 345.
consobrinus *Beli* Ægyptii, qui duos reliquit filios, *Sesostrem*, seu *Ægyptum*, & *Danaum*. Disceptatur etiam, quo tempore per Græciam diffundi cœperit per *Dorum* & *Xuthum Hellenis* genus; ubi etiam constituit synchronismum rerum Atticarum 356.
ab *Erichthonio* ad *Menestheum*. Cum vero ad *Perseum* pervenisset, varias res Chronologiæ impeditas expedit ad mentem *Eusebii*, quem & hic ducem solum sequitur, quanquam ab eo 363.
est omissus in Canone *Perseus*. Tandem in tempus expeditionis Argonautarum inquirit, & omnia bella, a Græcis ante & post 380-384.

 expedi-

expeditionem Trojanam gesta, adumbrat, & suis utcunque temporibus alligat. Atque hæc potissimum sunt, quæ ex ipso Opere chronologico in exemplum afferre nobis visum est. Jam nostrum esset, eadem ratione adumbrare reliquas doctissimi Autoris disputationes, additas Operi chronologico, quæ vel maxime ob argumenti dignitatem se æquis rerum arbitris pro-
Pag. 394. babunt. In disputatione de *Alexandro* & *Ptolemæo Aulete* id primum agit, ut & Regem Ægyptium ostendat, qui testamento, vero an simulato, populum Romanum hæredem fecerit, & tempus donationis, &, quæ inde secutæ fuerint, Romanorum contra Ægyptios molitiones, nondum satis enodatas, e te-
395-397. nebris eruat. Rejecta eorum sententia, qui vel *Physconis* filium nothum, vel *Ptolemæum Lathurum*, vel *Alexandrum*, *Physconis* filium, vel hujus fratrem, aut filium, ferunt eum *Alexandrum*, qui *Ciceroni* in *Or. I in Rull. Cap. 1* dicitur testamento Ægypti regnum populi Romani fecisse, ipse *Alexander*, *Berenices* maritus, qui dies tantum regnavit 19, atque tum propter uxoris cædem pulsus, vindictæ studio populum Romanum hæredem scripsisse vi-
398. detur. Et sane hæc non tantum videntur, sed unice veritati consentanea sunt. Rex enim, qui liberos non susceperat, qui Romanorum potissimum autoritate regnum obtinuerat, in quo legitima Regum progenies exstinguebatur, facile adduci poterat, ut Ægyptios, sibi invisos, Romanis donaret. Imo dicta *Appiani de Bello civ. Lib. I pag. 414*, & *Porphyrii* in *Græcis Eusebianis Scaligeri pag. 60*, cum *Trogo Pompejo* in *Prol. Lib. XXXIX*, commode conciliantur. Cum enim illi ostendere videantur, Regem *Alexandrum* ab *Alexandrinis* in Gymnasio interemtum esse; *Trogus* liquido confirmat, filium *Alexandri*, qui post *Lathurum* regnaverat, expulsum esse, eoque ejecto, suffectum *Ptolemæum Notham*. Ut adeo *Alexander* quidem propter parricidium ab armatis *Alexandrinis* in Gymnasio pressus, & ad mortem vulneratus, fuga tamen elapsus, Tyrum venerit, populumque Romanum hæredem esse jusserit. Accedit, quod, regnante *Aulete*, sæpius de Ægypto Cyproque lis a Romanis intentata fuit, & aliquamdiu ante *Ciceronis* Consulatum Romani, legatis Tyrum missis, qui pecuniam, ab *Alexandro* Rege depo-

depositam, recuperarent, hæreditatem adiisse videntur. Proinde putamus satis bene Cl. Autorem pertractasse quæstionem de *Alexandro* illo, & in ipsa rerum huc spectantium disceptatione ita versatum, ut, paucis exceptis, de quibus nonnihil monendum esset, plurimas sustulerit in hac Historiæ Romanæ parte salebras. Sed cogimur, ne justo longiores simus, nos ad alia conferre, & pauca verba facere de harmonia Evangelistarum, quam post tot infinitos eruditorum labores tentavit Cl. Autor. Primum vero omnium, sibi, ait, nunquam placuisse Pag. 422.
eorum placita, qui S. *Matthæum*, inde a *v. 12 Cap. IV* usque ad *Cap. XIV*, neglecto temporis ordine, ea tantum, quasi per saturam, collegisse dicunt, quibus ostenderet, Jesum esse Messiam, dudum patribus promissum. Minime ipsi probabile visum, *Matthæum*, qui primus omnium historiam vitæ Domini scribere instituisset, id quod in historia primum, neglexisse tempus, ut *Marco*, ceu epitomatore, opus sit ad ea, quæ dixisset *Matthæus*, in ordinem redigenda. Hinc ubique inhæret literæ textus, & *Matthæum* ducem sequitur; eamque in rem excitat testes nostræ ecclesiæ celeberrimos Viros, *Martinum Chemnitium* & *Abrahamum Calovium*. Hoc itaque cum haberet cum animo suo constitutum, & vidisset, nullo modo trium aut quatuor Paschatum intervallo includi posse res a Sospitatore gestas post initum ministerium suum, eas per quinque Paschata distribuit, atque ipsum Servatorem non trigesimo tertio ætatis anno supplicio affectum putat, sed trigesimo septimo. Primum 461.
Pascha commemorat *Jo. Cap. II*, & alterum *Cap. V*, ut plurimi consentiunt. Sed, quod attinet ad tertium, obvium, de Cl. Au- 475.
toris sententia, *Luc. VI*, 1, & *Marc. II*, 23, ubi dicitur Christus in Sabbatho δευτεροπρώτῳ, illo, quod, monente Nostro, proxime antecessit diem secundum post Pascha, sive diem primitiarum, atque adeo quotannis in 15 Nisan incidisse, cum *Burmanno* putat, per sata transiens, discipulos esurientes, & spicas vellentes, ab iniqua Pharisæorum censura vindicasse; hoc, inquam, veremur, ut omnibus sit probaturus. Interim, si ejus rei ratio ad liquidum possit deduci, impeditissimæ possent, fatemur, difficultates plurimæ expediri; etsi de omnibus id affirmare

mare

mare non audeamus. Exempli causa afferamus inter eruditos
quæstionem motam de tempore dati *Joannis* Baptistæ in custo-
diam. Plurimi id post primum Pascha locant: & *Lamius*, bis,
existimat, *Joannem* conjectum in vincula, subinde confutatus
tribus Dissertationibus a *Salamone van Till*. Orta vero dissi-
dii occasio, quod omnes tres Evangelistæ bis vinculorum *Joan-
nis* mentionem injecerunt. Sed potuisset concentus Evangeli-
starum sine pulvere componi, cum in posterioribus locis vincu-
lorum *Joannis* mentio fiat non ex instituto, & serie tempo-
rum ita suadente, sed data ab *Herode* Tetrarcha occasione, qui,
auditis rebus a Servatore gestis, in vitam, putarat, *Joannem*
Baptistam rediisse. Interim temporis ipsius, quo in vincula
Pag. 468. conjectus est, difficultas manet. Cl. *Osserhausius* id post se-
cundum Pascha dicit factum. Sed omnes Evangelistæ, *Matthæus
IV*, *12*, *Marcus I*, *14*, *Lucas III*, *19*, qui nimirum ejus rei memine-
runt, cum sacro illo lavacro, quo Sospitator usus est *Joannis*
interventu, ita conjungunt, ut aut brevi post ponant, aut bre-
492. vi ante. Quartum Pascha ipsi est *Jo. VI*, *4*, & quintum, quo
Sospitator cruci affixus est. Res ipsas, quemadmodum suis tem-
poribus distributæ sint per quinque Paschata, nec licet per in-
stituti nostri rationem adumbrare, & melius ex ipso libro co-
gnoscuntur. Interim speciminis loco aliquid afferemus. Ponit
438. Autor conjecturam de anno natali Sospitatoris, eamque ex die
mortis *Herodis M.*, a Judæis annotato, ductam, qua putat, Chri-
stum natum esse ea nocte, quæ intercedit inter 20 & 21 diem
Octobris; quam conjecturam etsi propius existimet a veritate
abesse, tamen ipse vitæ Sospitatoris descriptionem dirigit ad nor-
mam traditionis antiquæ, qua Sospitator se in humanam natu-
ram induisse fertur die 25 Decembris. Sumto igitur hoc, per-
git, eum d. 1 Jan. esse circumcisum; Magos ex Oriente advenisse
Hierosolymis d. 6 Jan. & sequente die sub vesperum, stella duce,
properasse Bethlehemum. Porro d. 8 Jan. se fuga contulisse *Jo-
sephum*, adhortante Deo, in Ægyptum; & d. 11 Jan. insecu-
tam cædem puerorum Bethlehemiticorum. Die 12 Jan. existimat
in Ægyptum pervenisse *Josephum*, & filium *Herodis* occisum d. 25
ejusdem mensis. Cum quatuor tantum dies inter filii patrisque
mortem

mortem interponantur ab horum temporum ſcriptoribus, eam patris mortem nocte dicit inſecutam inter d. 29 & 30 Jan. & *Joſephum* rediiſſe in Canaan, purificationisque ſacra commode ex lege in templo interea peregiſſe, dum *Archelaus*, in funere patris procurando occupatus, Hierichunte commoratus eſſet. Uno nuntio deinde auditam eſſe Romæ & cædem puerorum Bethlehemiticorum, & filii *Herodis*, nomine *Antipatri*. Hanc de vita & geſtis Soſpitatoris noſtri Commentationem excipit elegans doctiſſimaque Epiſtola Viri Clariſſimi, *Gerhardi ten Cate*, Philoſophi Daventrienſis, ad *Leonardum Offerhaus*, in qua dubiorum Pag. 557. & difficilium quorundam e Prophetis locorum explicatio Evangelicæ hiſtoriæ conſentanea ratione traditur. Inprimis autem egregio lumine perfunduntur loca, quæ de Meſſia agunt in Vet. 590. Teſtamento, & de reliquis Soſpitatoris noſtri nominibus, inprimis de nomine σωτῆρος, docte diſputat; ubi mirati ſumus, eum præter notionem a ſcriptoribus ſacris ſuppeditatam non attuliſſe eam, quam huic voci profani ſubjecerunt. Certe *Cicero Lib. II in Verr. Cap. 2* tam magnum exiſtimavit hoc nomen, ut Latino unico *verbo exprimi non poſſit.* Tentavit vero rem *Tertullianus*, quando σωτῆρα interpretatus eſt *ſalutificatorem*, quemadmodum Latini dicunt *pacificatorem.* Sed, hæc pluribus diſputare, hujus non eſt loci. Interim juvabit vehementer Scripturæ Sacræ interpretes, una cum Cl. *Offerhauſii* Opere hanc perlegiſſe Epiſtolam.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΟΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ *VINDICIÆ adverſus Sycophantas Juvavienſes. Operta quæ fuere, aperta ſunt, patent præſtigiæ. Plautus Capt. Act. III Sc. 3 pag. 8.*

Coloniæ, apud Pet. Marteau, 1741, 4 maj.

Alph. 1 plag. 2.

Quid occaſionem dederit eruditiſſimo Autori, quem *Jo. Caſperium*, Archiepiſcopi Salisburgenſis Hiſtoriographum, eſſe accepimus, ut his *Vindiciis* ſcribendis animum admoveret, ipſe principio Operis exponit. Juvenes nonnulli, tum

antiquitate generis, tum ingenii præstantia, illustres, ab Italica peregrinatione Salisburgum redierant, & conventus, in quibus de antiquitatibus ecclesiasticis & criticis rebus disquirerent, instituerant. Perculsi novitate rei Benedictini, qui docendis literis in Salisburgensi Academia operam navant, ægre hoc ferebant, religioni scilicet, si critica ars, ipso nomine exosa, antiquis fabulis confutandis adhiberetur, & simul ignorantiæ suæ, metuentes. Eruditi contra monebant eos, desisterent adversari bonis studiis, eisque *Muratorii* librum *de Ingeniorum moderatione* commendabant. Furere illi & movere omnia, quod *Muratorius* scholasticorum vitia & inanem arrogantiam, cum incredibili inscitia conjunctam, acriter perstringeret. Inprimis *Eurybatès*, homo impudentissimus, cum se in illo libro ad vivum expressum cerneret, eruditos conventus *Sodalitatis Murariorum* nomine traduxit, aliis quoque in societatem sceleris allectis; e quibus *Antisthenes* pro concione dixit, divisum esse inter Deum & *Mariam* justitiæ & miserationis regnum, non sine gravi doctorum quorundam offensa. Interea accidit, ut Romæ *Raym. Cecchettus* in Illustrissimi Comitis, *Ern. Harrachii*, funere, Salisburgi nobilis quidam adolescens, in docendi rationem, quæ in Academia obtineret, graviter inveherentur; quod commotos animos magis exacerbavit. Non multo enim post *Phrynondas*, seu vero nomine P. *Placidus Bæckhn*, Academiæ Procancellarius, seditiosa Oratione vindicias *Antisthenis* egit, adeo, ut plebs & stolidæ aniculæ, cultum Beatæ Virgini ab impia *Murariorum* societate negari, per plateas & compita creparent. Re ad Principem delata, *Phrynondæ* Oratio, jam typis exscripta, jussu ejus suppressa est. Tunc ille & socii, favere Principem fidei catholicæ hostibus, aulæ proceres & generosam juventutem fœda impietatis macula infectam esse, clamarunt, &, famosis libellis in vulgus sparsis, missisque per omnem Germaniam literis, de religionis adversariis conquesti sunt. Quare Princeps, cum nullum motibus finem fore provideret, contentionis autores partim Academico senatu movit, partim, ut a turbulentis abstinerent sermonibus, hortatus est. Ejus rumor seditionis percrebuit per Germaniam, & ad Cæsaris, Novemvirorum, & Purpuratorum quorun-

quorundam, aures pervenit, ringentibus barbaris, eruditis vero ſycophantarum temeritatem graviter execrantibus.

Phrynondæ ergo Orationem, cum præcipua turbarum cauſa exſtiterit, doctiſſimus Autor ſub examen vocat. Dixerat ille, non tantum bonum ac utile, verum etiam neceſſarium ac præceptum, eſſe, Sanctos, inprimis B. Virginem, colere ac venerari; quam ſententiam probantes Socii, ipſam Orationem, inſcio Principe, ediderant. Cum autem ruri, coram imperita multitudine, non tam inſtruendi cauſa, quam odio in *Muratorium* & eos, qui veræ ſapientiæ ſtudio ardebant, habita eſſet, legem, quæ, de difficilioribus rebus nullam in ſuggeſtu mentionem fieri, nec hæreticis ſtatim accenſeri, debere, qui tantum in ſuſpicionem adducti ſint, prohibet, non uno modo Autor violavit. Fruſtra ſe Concilii Tridentini autoritate tuetur, in quo nullum de Sanctis invocandis præceptum exſtat, ſed eam tantum invocationem bonam & utilem eſſe docetur. Conſentiunt Commentatores, & Lutheranis, verba Concilii de præcepto interpretantibus, fortiter ſe opponunt. Neque aliter fere voces, *venerandus, invocandus,* a præſtantiſſimis ſcriptoribus ſæpe accipi, quam pro eo, quod decet, *Horatii* & aliorum locis oſtenditur; Theologis autem nulla legum ferendarum facultas conceſſa eſt. Et de malis, quæ ex dialecticis eorum concertationibus proveniunt, Patres Eccleſiæ omni ætate conqueſti ſunt. Deſtitutus ergo ſacræ Scripturæ & Tridentini Concilii præſidio *Phrynondas*, ex *Thomæ Aquinatis* verbis: *Deus vult, & oportet invocare*, legem de Sanctis invocandis conficit, eamque eſſe Eccleſiæ mentem, ex precibus, tum in Miſſa, tum in laudibus divinis, a Clero perſolvi ſolitis, præcipue vero ex Symboli Apoſtolici Capite de communione Sanctorum, probare annititur. Quæ quidem argumenta admodum infirma ſunt. Non aliunde enim, quam a *Platonicis*, qui varios dæmones, Deum inter ac homines intermedios, commenti ſunt, Sanctorum cultus originem ducit. Cui pernicioſæ doctrinæ S. *Auguſtinus* ſe oppoſuit, unicum Chriſtum Dei ac hominum mediatorem eſſe, declarans. In quo conſentientes habet *Hilarium*, *Chryſoſtomum*, *Bernardum*, alios, licet Pſeudo-*Dionyſius*, *Platonicis* commentis

πτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν κοίλην Συρίαν τόποις, γέγονεν) ὁ δυνά-
μενος αὐτός ετι κακοπαθεῖν, συςήσας τῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι
ἐν ἡλικίᾳ μέρη τινὰ τῆς δυνάμεως ἔπεμψεν ἐπ᾽ αὐτόν. Ex qua
textus emendatione constat, *Nabopolassari* Satrapam non Ægy-
pto & Cœlosyriæ præfuisse, quod omnes existimarunt Chrono-
logi recentiores, & tamen nullo modo cum temporum ratione
conciliari posse videtur; sed in Ægyptiis & Cœlosyris fiduciam
suam collocasse. Nam antiquissimis temporibus ἐπὶ τινι γίγνε-
σθαι significat ἐν τινι ἔχειν τὰς ἐλπίδας, ut Scholiastes habet
ad *Thucydidem pag. 393 ed. Duckeri.* Recte igitur comprobat
ex *Berosi* loco Cl. Autor, *Nechone*, Ægypti Rege, jam Charmisi
occupata, & late imperium in Cœlosyros & Phœnices tenen-
te, Regem Babyloniæ partem imperii filio *Nebucadnezari* de-
mandasse, ut pœnas sumeret de Satrapa, novis rebus studente,
& Ægyptiorum, Syrorum, Phœnicumque, auxiliis fidente. De
Pag. 188. primo servitutis Babylonicæ anno disputat cum Cl. *Godof. Kohl-
reifio*, & illum figit statim rebus ad Euphratem contra *Nero-
nem* gestis, & prima vice occupatis Hierosolymis, hoc est, pri-
mo *Nebucadnezaris* anno. Locum *2 Chron. XXXVI, 8, 9,* ita
interpretatur: & regnavit *Jebojacia*, filius ejus, loco ejus, anno
vertente octavo servitutis *Jebojacini* regnare cœpit, & regna-
vit menses tres, dies decem. Cum porro Chronologorum nul-
lus, quod tamen præfiscine dicit Cl. Autor, de sua sententia
200 seq. rem acu tetigisset in tempore constituendo eversæ regiæ Nini-
ves, ostendit, Niniven eversam esse anno *Zedekiæ* tertio; ipsius
204. autem *Zedekiæ* duplex esse regni initium. Hac occasione simul
varia explicat impedita Scripturæ S. loca, inprimis quæ de
216 seq. utraque Tyro, in continenti atque in insula, & apud *Esaiam*, &
apud *Ezechielem*, occurrunt, & ad speciem inter se pugnant. *Ne-
219. bucadnezaris* deliquium mentis & vitam agrestem rejicit in illud
tempus, quo per tredecim annos Tyrus obsidebatur. Et, cum *Je-
remias Cap. XXIV v. 25* Medos quoque potestati subfuisse Regis
Babylonici, haud obscure asserat, commodissime locari posse, pu-
224. tat, hanc de Medis victoriam, reportatam in extremis vitæ *Ne-
229.230. bucadnezaris* annis, *Herodoto & Xenophonte* in alia omnia abeun-
tibus. *Cap. V*, causis, cur *Herodoto Xenophon* sit præferendus,
expo-

expositis, quædam in *Xenophonte* παραχρονισμὰ annotat, & iis quindecim annis, quibus *Cyrus* redux ex Media apud patrem commoratur, includit victoriam *Nebucadnezaris* de Medis Persisque: obtruncato, addit, a suis *Evilmerodacho*, in spem libertatis erectos Medos Persasque, Babyloniorum jugum excussisse, idque bellum viginti & unum annum durasse. Traditis dein quam brevissime rebus a *Cyro* gestis, inquirit in numerum Babyloniorum Regum post *Nebucadnezarem*, ubi *Xenophontem*, qui tres tantum agnoscit, aliquid humani passum putat, quod ultimum Assyriorum Regem cæsi Regis filium appellaverit, cum reapse *Evilmerodachi* ex *Nitocride* filius fuerit. Vid. *Herodotus Lib. I Cap. 188.* De Scripturæ sacræ loco, quo *Nebucadnezaris* filius & nepos dicuntur imperium adusque Persas tenuisse, ponderatis doctorum virorum sententiis, ita exponit, ut *Nabonedum* quartum post *Nebucadnezarem* hujus nepotem existimet, & *Evilmerodachum* filium; interjectos autem Reges medios, *Neriglissarem* & *Naborosoarchadum*, quod per vim imperium ad se rapuissent, a Scriptura sacra non adductos fuisse. Dedita opera deinde probat contra *Petavium* & *Schræerum*, *Balthasarem*, quem nepotem existimat *Nebucadnezaris*, fuisse *Nabonnidum*. Recte quoque inter alteram *Cyri* expeditionem in regionem Babylonicam & bellum cum *Crœso* gestum sex vel septem annos ponit, quibus expugnandis munitis urbibus operam dedisset, premente hæc omnia silentio *Xenophonte*, ita, ut videatur nullum ejusmodi temporis spatium hoc in loco agnoscere. Tempus Sardium expugnatarum vel maxime dubium est Chronologis. Noster locum apud *Diogenem Laertium* in *Periandro Lib. I Cap. 59*, sed meliori ratione a se interpunctum, sequitur, ubi *Sosicrates* testatur, factum hoc esse anno ultimo Olympiadis 58. *Crœsum* porro, autor est, rogo non addictum fuisse. Neque ad locum *Jerem. LI, 31*, vindicandum necesse fuisse, ut interpretes *Nabonnedum* Regem urbis tempore a *Cyro* captæ abfuisse dicerent, & Borsipporum munitionibus inclusum; errasse *Berosum* & *Megasthenem*, qui dicerent, hunc ultimum Babyloniæ Regem a *Cyro* Carmaniæ Principem constitutum. *Cyaxarem*, avunculum *Cyri*, *Darium Medum* esse, cum *Perizonio* inter alia ex numis *Daricis*

Pag. 232.
237.
246-249.
257.
263.
266.

comprobat, rationibusque rite ſubductis colligit, eundem bien-
Pag. 273. nio poſt captam Babylonem mortuum eſſe, licet id nullo diſerto conſtet teſtimonio. Inter alia etiam hic contra *Hutchinſonum* diſputat, qui, *Cyrum* ſeptem annos capta Babylone regnaſſe,
295. negabat. *Libro III* exhibet origines Græcorum, maxime eorum, qui ex *Inachi* ſtirpe orti ad Trojam uſque everſam floruerunt. *Cap. I* diſſerit de *Inachi* antiquitate contra *Perizonium*, & oſtendit, non omnia & ſingula, quæ Iliaca tempora antevertunt, ad ſuum quæque annum revocari poſſe, neque annorum aliquod ſpatium minus recte deſcriptum fraudi eſſe poſſe, cum tantum inter ſe ipſi Græci diſcrepent. Cum *Perizonio* propterea diſputat, quod hic, ad Patrum mentem, *Inachum* & *Phoroneum*, antiquiſſimos Græciæ Reges, vix *Moſis* ætatem, contenderat, æquare. Duo attulerat *Perizonius*: primum, Patres hoc non ex conjectura, ſed ex ſcriptoribus antiquiſſimis & Ægyptiacis, hauſiſſe; temporum vero ſeriem contexendam eſſe magis ex ſynchroniſmis hiſtoricis, quam ex numeris annorum, qui antiquiſſimis temporibus ſæpius corrupti ſint. Noſter opponit primum Patrum oſcitationem in ſynchroniſmis condendis, & in exemplum affert *Julium Africanum* apud *Euſebium;* deinde teſtimonia omnia Patrum de *Inacho* ſuppeditat, nimirum *Juſtini Martyris*, *Tatiani*, *Clementis Alexandrini*, *Africani*, *Joſephi*, ex quibus colligit, omnes hos Patres unice niti *Polemonis* & *Ptolemæi Mendeſii* autoritate, qui ſcriptores, nulla *Moſis* injecta mentione, nulla Iſraelitarum, nulla exitus, tantum oſtendunt, *Amaſin*, *Inacho* æqualem, evertiſſe Avarin urbem, qua paſtores *Manetho* retulit ejectos eſſe. Hos paſtores Chriſtiani habuerunt pro Hebræis, *Moſe* duce migrantibus ex Ægypto; quibus ſolenne fuiſſe, quis ignorat, gentilium dicta ſuis interpretationibus juvare, nec liquidum eſt, utrum paſtores, Ægypto ejecti, Judæi fuerint. Idcirco inclinat Cl. Autor, ut ſibi, hanc paſtorum expulſionem jam ante *Jacobi* ætatem factam eſſe, *Geneſ. XLVI, 34*, perſuadeat. Erroris, quo abrepti Patres in Scriptura ſacra juſto plures numeraſſent annos, aperit fontem; remque *Julii Africani*, *Clementis Alexandrini*, *Theophili Antiocheni*, exemplo comprobat; quibus addit *Fl. Joſephum*. Et ſatis

satis constat, omnes Patres Græcos in eodem hæsisse luto. Cl. Autor, Patres, putat, cum apud profanos scriptores ad 1200 annos *Cyrum* post *Inachum* floruisse invenissent, nec hunc *Inachum* anteriorem *Mose* esse voluissent, tum tempora ante *Cyrum* ampliasse; hinc consequens esse, ut Patres omnes pro antiquitate *Inachi* militarint, & sibi adversati fuerint vehementer. Genealogias porro asserit iis repugnare, qui *Mosen* & *Inachum* Pag. 313.
æquales contendant; posse quoque ex *Genes. X, 5*, vinci, jam ante *Mosis*, imo *Abrahami*, temporibus occupatas fuisse insulas 314.
maris mediterranei. Hinc concludit, tutius esse, sequi numeros, ab *Eusebio* traditos. *Cap. II* exhibet contextum rerum Græcarum inde ab *Inacho* ad bellum Trojanum. De ejus sententia ab *Oceano* & *Japeto* omne Græcum nomen originem duxit; Peloponnesi incolæ ab *Oceano*, reliqui Græci a *Japheto*, orti. 317.
Expositis deinde variis sententiis de *Inacho*, quem filium *Oceani* dicit, eum locat in anno Per. Julianæ 2855, mundi vero 2135, diluvii 479, *Isaaci* 27. Pergit ad celebres ejus liberos, 322.
inprimisque multus est de *Io*, *Phoronei* sorore, de hujus *Phoronei* liberis, *Api* & *Niobe*, & de *Niobis* filiis, *Argo* & *Pelasgo*. 323. 325.
Componit hic data occasione *Argum* & *Josephum*, *Jacobi* filium. De *Pelasgo* etiam, qui variis originem dedit gentibus, haud 326-333.
tralatitia repetit ex antiquitate, quemadmodum etiam de *Argo*, *Triopa*, *Prometheo*, *Cecrope*, *Deucalione*, *Crotopo*, *Sthenelo*, *Helline*, & hujus filiis, *Cadmo* & *Danao*. Suspicatur, *Busiridem*, Ægyptium Regem, mandatum de Israelitarum pueris mergendis promulgasse, atque inde nomen ejus mansisse ad posteros infame; neque refragari tempora. Hic *Busiris* fuit frater aut 345.
consobrinus *Beli* Ægyptii, qui duos reliquit filios, *Sesostrem*, seu *Ægyptum*, & *Danaum*. Disceptatur etiam, quo tempore per Græciam diffundi cœperit per *Dorum* & *Xuthum Hellenis* genus; ubi etiam constituit synchronismum rerum Atticarum 356.
ab *Erichthonio* ad *Menestheum*. Cum vero ad *Perseum* pervenisset, varias res Chronologiæ impeditas expedit ad mentem *Eusebii*, quem & hic ducem solum sequitur, quanquam ab eo 363.
sit omissus in Canone *Perseus*. Tandem in tempus expeditionis Argonautarum inquirit, & omnia bella, a Græcis ante & post 380-384.

 expedi-

expeditionem Trojanam gesta, adumbrat, & suis utcunque temporibus alligat. Atque hæc potissimum sunt, quæ ex ipso Opere chronologico in exemplum afferre nobis visum est. Jam nostrum esset, eadem ratione adumbrare reliquas doctissimi Autoris disputationes, additas Operi chronologico, quæ vel maxime ob argumenti dignitatem se æquis rerum arbitris pro-
Pag. 394. babunt. In disputatione de *Alexandro* & *Ptolemæo Aulete* id primum agit, ut & Regem Ægyptium ostendat, qui testamento, vero an simulato, populum Romanum hæredem fecerit, & tempus donationis, &, quæ inde secutæ fuerint, Romanorum contra Ægyptios molitiones, nondum satis enodatas, e te-
395-397. nebris eruat. Rejecta eorum sententia, qui vel *Physconis* filium nothum, vel *Ptolemæum Lathurum*, vel *Alexandrum*, *Physconis* filium, vel hujus fratrem, aut filium, ferunt eum *Alexandrum*, qui *Ciceroni* in *Or. I in Rull. Cap. 1* dicitur testamento Ægypti regnum populi Romani fecisse, ipse *Alexander*, *Berenices* maritus, qui dies tantum regnavit 19, atque tum propter uxoris cædem pulsus, vindictæ studio populum Romanum hæredem scripsisse vi-
398. detur. Et sane hæc non tantum videntur, sed unice veritati consentanea sunt. Rex enim, qui liberos non susceperat, qui Romanorum potissimum autoritate regnum obtinuerat, in quo legitima Regum progenies exstinguebatur, facile adduci poterat, ut Ægyptios, sibi invisos, Romanis donaret. Imo dicta *Appiani de Bello civ. Lib. I pag. 414*, & *Porphyrii* in *Græcis Eusebianis Scaligeri pag. 60*, cum *Trogo Pompejo* in *Prol. Lib. XXXIX*, commode conciliantur. Cum enim illi ostendere videantur, Regem *Alexandrum* ab *Alexandrinis* in Gymnasio interemtum esse; *Trogus* liquido confirmat, filium *Alexandri*, qui post *Lathurum* regnaverat, expulsum esse, eoque ejecto, suffectum *Ptolemæum Notham*. Ut adeo *Alexander* quidem propter parricidium ab armatis *Alexandrinis* in Gymnasio pressus, & ad mortem vulneratus, fuga tamen elapsus, Tyrum venerit, populumque Romanum hæredem esse jusserit. Accedit, quod, regnante *Aulete*, sæpius de Ægypto Cyproque lis a Romanis intentata fuit, & aliquamdiu ante *Ciceronis* Consulatum Romani, legatis Tyrum missis, qui pecuniam, ab *Alexandro* Rege depo-

depositam, recuperarent, hæreditatem adiisse videntur. Proinde putamus satis bene Cl. Autorem pertractasse quæstionem de *Alexandro* illo, & in ipsa rerum huc spectantium disceptatione ita versatum, ut, paucis exceptis, de quibus nonnihil monendum esset, plurimas sustulerit in hac Historiæ Romanæ parte salebras. Sed cogimur, ne justo longiores simus, nos ad alia conferre, & pauca verba facere de harmonia Evangelistarum, quam post tot infinitos eruditorum labores tentavit Cl. Autor. Primum vero omnium, sibi, ait, nunquam placuisse Pag. 422.
torum placita, qui S. *Matthæum*, inde a *v. 12 Cap. IV* usque ad *Cap. XIV*, neglecto temporis ordine, ea tantum, quasi per saturam, collegisse dicunt, quibus ostenderet, Jesum esse Messiam, dudum patribus promissum. Minime ipsi probabile visum, *Matthæum*, qui primus omnium historiam vitæ Domini scribere instituisset, id quod in historia primum, neglexisse tempus, ut *Marco*, ceu epitomatore, opus sit ad ea, quæ dixisset *Matthæus*, in ordinem redigenda. Hinc ubique inhæret literæ textus, & *Matthæum* ducem sequitur; eamque in rem excitat testes *nostræ* ecclesiæ celeberrimos Viros, *Martinum Chemnitium* & *Abrahamum Calovium*. Hoc itaque cum haberet cum animo suo constitutum, & vidisset, nullo modo trium aut quatuor Paschatum intervallo includi posse res a Sospitatore gestas post initum ministerium suum, eas per quinque Paschata distribuit, atque ipsum Servatorem non trigesimo tertio ætatis anno supplicio affectum putat, sed trigesimo septimo. Primum 461.
Pascha commemorat *Jo. Cap. II*, & alterum *Cap. V*, ut plurimi consentiunt. Sed, quod attinet ad tertium, obvium, de Cl. Au- 475.
toris sententia, *Luc. VI, 1*, & *Marc. II, 23*, ubi dicitur Christus in Sabbatho δευτεροπρώτῳ, illo, quod, monente Nostro, proxime antecessit diem secundum post Pascha, sive diem primitiarum, atque adeo quotannis in 15 Nisan incidisse, cum *Burmanno* putat, per sata transiens, discipulos esurientes, & spicas vellentes, ab iniqua Pharisæorum censura vindicasse; hoc, inquam, veremur, ut omnibus sit probaturus. Interim, si ejus rei ratio ad liquidum possit deduci, impeditissimæ possent, fatemur, difficultates plurimæ expediri; etsi de omnibus id affirmare

mare non audeamus. Exempli causa afferamus inter eruditos
quæstionem motam de tempore dati *Joannis* Baptistæ in custo-
diam. Plurimi id post primum Pascha locant: & *Lamius*, bis,
existimat, *Joannem* conjectum in vincula, subinde confutatus
tribus Dissertationibus a *Salamone van Till*. Orta vero dissi-
dii occasio, quod omnes tres Evangelistæ bis vinculorum *Joan-
nis* mentionem injecerunt. Sed potuisset concentus Evangeli-
starum sine pulvere componi, cum in posterioribus locis vincu-
lorum *Joannis* mentio fiat non ex instituto, & serie tempo-
rum ita suadente, sed data ab *Herode* Tetrarcha occasione, qui,
auditis rebus a Servatore gestis, in vitam, putarat, *Joannem*
Baptistam rediisse. Interim temporis ipsius, quo in vincula
Pag. 468. conjectus est, difficultas manet. Cl. *Offerhausius* id post se-
cundum Pascha dicit factum. Sed omnes Evangelistæ, *Matthæus
IV, 12, Marcus I, 14, Lucas III, 19*, qui nimirum ejus rei meminе-
runt, cum sacro illo lavacro, quo Sospitator usus est *Joannis*
interventu, ita conjungunt, ut aut brevi post ponant, aut bre-
492. vi ante. Quartum Pascha ipsi est *Jo. VI, 4*, & quintum, quo
Sospitator cruci affixus est. Res ipsas, quemadmodum suis tem-
poribus distributæ sint per quinque Paschata, nec licet per in-
stituti nostri rationem adumbrare, & melius ex ipso libro co-
gnoscuntur. Interim speciminis loco aliquid afferemus. Ponit
438. Autor conjecturam de anno natali Sospitatoris, eamque ex die
mortis *Herodis M.*, a Judæis annotato, ductam, qua putat, Chri-
stum natum esse ea nocte, quæ intercedit inter 20 & 21 diem
Octobris; quam conjecturam etsi propius existimet a veritate
abesse, tamen ipse vitæ Sospitatoris descriptionem dirigit ad nor-
mam traditionis antiquæ, qua Sospitator se in humanam natu-
ram induisse fertur die 25 Decembris. Sumto igitur hoc, per-
git, eum d. 1 Jan. esse circumcisum; Magos ex Oriente advenisse
Hierosolymis d. 6 Jan. & sequente die sub vesperum, stella duce,
properasse Bethlehemum. Porro d. 8 Jan. se fuga contulisse *Jo-
sephum*, adhortante Deo, in Ægyptum; & d. 11 Jan. insecu-
tam cædem puerorum Bethlehemiticorum. Die 12 Jan. existimat
in Ægyptum pervenisse *Josephum*, & filium *Herodis* occisum d. 25
ejusdem mensis. Cum quatuor tantum dies inter filii patrisque
mortem

mortem interponantur ab horum temporum ſcriptoribus, eam patris mortem nocte dicit inſecutam inter d. 29 & 30 Jan. & *Joſephum* rediiſſe in Canaan, purificationisque ſacra commode ex lege in templo interea peregiſſe, dum *Archelaus*, in funere patris procurando occupatus, Hierichunte commoratus eſſet. Uno nuntio deinde auditam eſſe Romæ & cædem puerorum Bethlehemiticorum, & filii *Herodis*, nomine *Antipatri*. Hanc de vita & geſtis Soſpitatoris noſtri Commentationem excipit elegans doctiſſimaque Epiſtola Viri Clariſſimi, *Gerbardi ten Cate*, Philoſophi Daventrienſis, ad *Leonardum Offerhaus*, in qua dubiorum Pag. 557.
& difficilium quorundam e Prophetis locorum explicatio Evangelicæ hiſtoriæ conſentanea ratione traditur. Inprimis autem egregio lumine perfunduntur loca, quæ de Meſſia agunt in Vet. 590.
Teſtamento, & de reliquis Soſpitatoris noſtri nominibus, inprimis de nomine σωτῆρος, docte diſputat; ubi mirati ſumus, eum præter notionem a ſcriptoribus ſacris ſuppeditatam non attuliſſe eam, quam huic voci profani ſubjecerunt. Certe *Cicero Lib. II in Verr. Cap. 2* tam magnum exiſtimavit hoc nomen, ut Latino unico *verbo exprimi non poſſit*. Tentavit vero rem *Tertullianus*, quando σωτῆρα interpretatus eſt *ſalutificatorem*, quemadmodum Latini dicunt *pacificatorem*. Sed, hæc pluribus diſputare, hujus non eſt loci. Interim juvabit vehementer Scripturæ Sacræ interpretes, una cum Cl. *Offerhauſii* Opere hanc perlegiſſe Epiſtolam.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΟΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ *VINDICIÆ adverſus Sycophantas Juvavienſes. Operta quæ fuere, aperta ſunt, patent præſtigiæ. Plautus Capt. Act. III Sc. 3 pag. 8.*

Coloniæ, apud Pet. Marteau, 1741, 4 maj.
Alph. 1 plag. 2.

Quid occaſionem dederit eruditiſſimo Autori, quem *Jo. Caſperium*, Archiepiſcopi Salisburgenſis Hiſtoriographum, eſſe accepimus, ut his *Vindiciis* ſcribendis animum admoveret, ipſe principio Operis exponit. Juvenes nonnulli, tum

 antiqui-

antiquitate generis, tum ingenii præstantia, illustres, ab Italica peregrinatione Salisburgum redierant, & conventus, in quibus de antiquitatibus ecclesiasticis & criticis rebus disquirerent, instituerant. Perculsi novitate rei Benedictini, qui docendis literis in Salisburgensi Academia operam navant, ægre hoc ferebant, religioni scilicet, si critica ars, ipso nomine exosa, antiquis fabulis confutandis adhiberetur, & simul ignorantiæ suæ, metuentes. Eruditi contra monebant eos, desisterent adversari bonis studiis, eisque *Muratorii* librum *de Ingeniorum moderatione* commendabant. Furere illi & movere omnia, quod *Muratorius* scholasticorum vitia & inanem arrogantiam, cum incredibili inscitia conjunctam, acriter perstringeret. Inprimis *Eurybatès*, homo impudentissimus, cum se in illo libro ad vivum expressum cerneret, eruditos conventus *Sodalitatis Murariorum* nomine traduxit, aliis quoque in societatem sceleris allectis; e quibus *Antisthenes* pro concione dixit, divisum esse inter Deum & *Mariam* justitiæ & miserationis regnum, non sine gravi doctorum quorundam offensa. Interea accidit, ut Romæ *Raym. Cecchettus* in Illustrissimi Comitis, *Ern. Harrachii*, funere, Salisburgi nobilis quidam adolescens, in docendi rationem, quæ in Academia obtineret, graviter inveherentur; quod commotos animos magis exacerbavit. Non multo enim post *Phrynondas*, seu vero nomine P. *Placidus Bæckhn*, Academiæ Procancellarius, seditiosa Oratione vindicias *Antisthenis* egit, adeo, ut plebs & stolidæ aniculæ, cultum Beatæ Virgini ab impia *Murariorum* societate negari, per plateas & compita creparent. Re ad Principem delata, *Phrynondæ* Oratio, jam typis exscripta, jussu ejus suppressa est. Tunc ille & socii, favere Principem fidei catholicæ hostibus, aulæ proceres & generosam juventutem fœda impietatis macula infectam esse, clamarunt, &, famosis libellis in vulgus sparsis, missisque per omnem Germaniam literis, de religionis adversariis conquesti sunt. Quare Princeps, cum nullum motibus finem fore provideret, contentionis autores partim Academico senatu movit, partim, ut a turbulentis abstinerent sermonibus, hortatus est. Ejus rumor seditionis percrebuit per Germaniam, & ad Cæsaris, Novemvirorum, & Purpuratorum quorun-

quorundam, aures pervenit, ringentibus barbaris, eruditis vero sycophantarum temeritatem graviter execrantibus.

Phrynondæ ergo Orationem, cum præcipua turbarum causa exstiterit, doctissimus Autor sub examen vocat. Dixerat ille, non tantum bonum ac utile, verum etiam necessarium ac preceptum, esse, Sanctos, inprimis B. Virginem, colere ac venerari; quam sententiam probantes Socii, ipsam Orationem, inscio Principe, ediderant. Cum autem ruri, coram imperita multitudine, non tam instruendi causa, quam odio in *Muratorium* & eos, qui veræ sapientiæ studio ardebant, habita esset, legem, quæ, de difficilioribus rebus nullam in suggestu mentionem fieri, nec hæreticis statim accenseri, debere, qui tantum in suspicionem adducti sint, prohibet, non uno modo Autor violavit. Frustra se Concilii Tridentini autoritate tuetur, in quo nullum de Sanctis invocandis præceptum exstat, sed eam tantum invocationem bonam & utilem esse docetur. Consentiunt Commentatores, & Lutheranis, verba Concilii de præcepto interpretantibus, fortiter se *opponunt*. Neque aliter fere voces, *venerandus, invocandus*, a præstantissimis scriptoribus sæpe accipi, quam pro eo, quod decet, *Horatii* & aliorum locis ostenditur; Theologis autem nulla legum ferendarum facultas concessa est. Et de malis, quæ ex dialecticis eorum concertationibus proveniunt, Patres Ecclesiæ omni ætate conquesti sunt. Destitutus ergo sacræ Scripturæ & Tridentini Concilii præsidio *Phrynondas*, ex *Thomæ Aquinatis* verbis: *Deus vult, & oportet invocare*, legem de Sanctis invocandis conficit, eamque esse Ecclesiæ mentem, ex precibus, tum in Missa, tum in laudibus divinis, a Clero persolvi solitis, præcipue vero ex Symboli Apostolici Capite de communione Sanctorum, probare annititur. Quæ quidem argumenta admodum infirma sunt. Non aliunde enim, quam a *Platonicis*, qui varios dæmones, Deum inter ac homines intermedios, commenti sunt, Sanctorum cultus originem ducit. Cui perniciosæ doctrinæ S. *Augustinus* se opposuit, unicum Christum Dei ac hominum mediatorem esse, declarans. In quo consentientes habet *Hilarium*, *Chrysostomum*, *Bernardum*, alios, licet Pseudo-*Dionysius*, *Platonicis* commentis

refertus, in diversa abeat, quem, ut in multis aliis, secutus est Divus *Thomas.* Maxima autem *Phrynondæ* blasphemia est, dum dicit, adesse Sanctos, ne nimis familiariter cum Deo ageremus. Porro ex Festorum in honorem Sanctorum institutione cultus, non vero necessitas, probatur. Haud magis feliciter in Patrum, de necessaria *Mariæ* invocatione, consensu ostendendo versatur Auctor, quorum testimonia, eundo per Seculorum ordinem, adducit. Primum *Dionysio Areopagitæ* in *S. Brigittæ revelationibus* tribuitur, non sine maxima fraudis suspicione. *Mariam mediatricem* appellat, quod aliter accipi nequit, quam pro ea, quæ in vita spirituali nobis adjutorio est. Justum autem discrimen inter Deos ac homines, tum in ipsa colendi ratione, tum in honorum titulis, statuendum, cavendumque est, ne creatis rebus nomina, soli Deo debita, tribuantur, multo minus monstra illa opinionum, *Mariam* posse cultu latriæ adorari, eamque unicam, & maxime compendiosam, ad salutem viam esse, dudum explosa, renoventur. Quod nec *Origenes* inficiatur, qui, creata honore digna esse, non cultu & adoratione, in libris contra *Celsum* profitetur. Urget adversarius *Irenæi* locum, quo *Maria Evæ advocata* dicitur. Sed verba ejus aliter intelligi non debent, quam quod *Maria* preces pro nobis ad filium effundat, nobis subinde id non orantibus; quemadmodum Christus pro nobis apud patrem intercedit, quamvis eum prius non precati simus. Quare ex imperfecta *Evæ* & *Mariæ* comparatione nihil concludi potest. Adscribitur primis Seculis nostra salus *Mariæ*, sed, cum Deus ad complenda sua consilia tantum usus sit rerum creatarum ministerio, ea tantum ut instrumenta consideranda sunt, nec ad ea referendum, quod soli Deo convenit. Ex quarto Seculo non nisi spurios scriptores *Phrynondas* adducit, ut *Athanasii* Sermonem de Deipara, *Basilii* Liturgiam, *Epiphanium* de laudibus Deiparæ, & *Hieronymi* Sermonem de ejus assumtione, quam illa ætas plane ignorabat. Ex quinto Seculo *Augustini* Sermo 35 *de Sanctis*, in quo *porta paradisi & scala cœlestis Maria* audit, allegatur, quem Benedictini ex sua editione, ut spurium, rejecerunt. Seculo sexto *Andreas Cretensis* adscribitur, qui tamen ad octavum

vum pertinet. Patres, qui insecutis temporibus scripserunt, quamvis religionis summa veteribus nihil concedant, eruditione certe multo inferiores fuerunt. Ea occasione præstantissimus Vindiciarum Autor canones aliquot de usu & interpretatione Patrum, ex D. *Thoma*, *Melch. Cano*, *Sixto Senensi*, *Petavio*, *Mabillonio*, *Dupinio*, & *Muratorio*, addit. Et primo quidem, præcipuam, ait, sacri Codicis autoritatem esse, cui si repugnent Patres, nullam eorum habendam rationem esse. Deinde, locutiones Patrum quorundam improprias, vel incautas, non arripiendas contra receptam catholicorum opinionem. Porro, lapsus Patrum benigne excusandos, non ad confirmanda dogmata adhibendos esse. Quando idem scriptor diversis in locis pugnantia docere videatur, dispiciendum esse, ubi controversiam illam data opera pertractet. Postea animadvertendum esse, scriptores non solum post sextum Seculum, sed etiam antiquiores, loca quædam Scripturæ pro arbitrio interpretari. Postremus canon est, id demum firmum ac ratum esse, quod ubique & ab omnibus tradatur. Ex quibus omnibus apparet, non ita *inhærendum esse iis, quæ* in fervore disputandi prolata sunt, ut inconsiderate arripiantur; quare etiam *Baronius* & *Bellarminus* reprehenderunt in Patribus, quod dignum reprehensione videbatur. Ad reliqua deinde testimonia examinanda Autor pergit, &, locum *Gregorii*, quo *arcam sanctificationis Mariam* appellat, ex supposito scripto allegatum esse, ostendit. Et, quanquam, *Mariam* pie & allegorice ita vocari posse, concedat, non tamen quidquam inde præsidii pro stabilienda assertione accedere. Queritur de iis, qui maximam vim locis inferunt, dum, quæ unice ad Christum mediatorem spectant, licentia plane non ferenda, ad *Mariam* referunt; quod tamen non ita accipi vult, quasi preces, ab ecclesia institutas, aut inter Missæ solennia recitatas, improbet. Deinde *Martini I* verba, tacito autoris nomine a *Phrynonda* adducta, ex Monothelitarum historia, & Concilii Lateranensis actis, erudite illustrantur. Eo enim perventum erat fraude & insidiis inimicorum, ut *Martinus* accusaretur, non, quod *Mariæ* opem haud necessarium putaret implorari, sed quod eam non crederet Dei genitricem esse. Quibus respondit

R 3

comprobat, rationibusque rite subductis colligit, eundem bien-
Pag. 273. nio post captam Babylonem mortuum esse, licet id nullo diserto constet testimonio. Inter alia etiam hic contra *Hutchinsonum* disputat, qui, *Cyrum* septem annos capta Babylone regnasse,
295. negabat. *Libro III* exhibet origines Græcorum, maxime eorum, qui ex *Inachi* stirpe orti ad Trojam usque eversam floruerunt. *Cap. I* disserit de *Inachi* antiquitate contra *Perizonium*, & ostendit, non omnia & singula, quæ Iliaca tempora antevertunt, ad suum quæque annum revocari posse, neque annorum aliquod spatium minus recte descriptum fraudi esse posse, cum tantum inter se ipsi Græci discrepent. Cum *Perizonio* propterea disputat, quod hic, ad Patrum mentem, *Inachum* & *Phoroneum*, antiquissimos Græciæ Reges, vix *Mosis* ætatem, contenderat, æquare. Duo attulerat *Perizonius*: primum, Patres hoc non ex conjectura, sed ex scriptoribus antiquissimis & Ægyptiacis, hausisse; temporum vero seriem contexendam esse magis ex synchronismis historicis, quam ex numeris annorum, qui antiquissimis temporibus sæpius corrupti sint. Noster opponit primum Patrum oscitationem in synchronismis condendis, & in exemplum affert *Julium Africanum* apud *Eusebium*; deinde testimonia omnia Patrum de *Inacho* suppeditat, nimirum *Justini Martyris*, *Tatiani*, *Clementis Alexandrini*, *Africani*, *Josephi*, ex quibus colligit, omnes hos Patres unice niti *Polemonis* & *Ptolemæi Mendesii* autoritate, qui scriptores, nulla *Mosis* injecta mentione, nulla Israelitarum, nulla exitus, tantum ostendunt, *Amasin*, *Inacho* æqualem, evertisse Avarin urbem, qua pastores *Manetho* retulit ejectos esse. Hos pastores Christiani habuerunt pro Hebræis, *Mose* duce migrantibus ex Ægypto; quibus solenne fuisse, quis ignorat, gentilium dicta suis interpretationibus juvare, nec liquidum est, utrum pastores, Ægypto ejecti, Judæi fuerint. Idcirco inclinat Cl. Autor, ut sibi, hanc pastorum expulsionem jam ante *Jacobi* ætatem factam esse, *Genes. XLVI, 34*, persuadeat. Erroris, quo abrepti Patres in Scriptura sacra justo plures numerassent annos, aperit fontem; remque *Julii Africani*, *Clementis Alexandrini*, *Theophili Antiocheni*, exemplo comprobat; quibus addit *Fl. Josephum*. Et

satis

satis constat, omnes Patres Græcos in eodem hæsisse luto. Cl. Autor, Patres, putat, cum apud profanos scriptores ad 1200 annos *Cyrum* post *Inachum* floruisse invenissent, nec hunc *Inachum* anteriorem *Mose* esse voluissent, tum tempora ante *Cyrum* ampliasse; hinc consequens esse, ut Patres omnes pro antiquitate *Inachi* militarint, & sibi adversati fuerint vehementer. Genealogias porro asserit iis repugnare, qui *Mosen* & *Inachum* Pag. 313.
æquales contendant; posse quoque ex *Genes.* X, 5, vinci, jam ante *Mosis*, imo *Abrahami*, temporibus occupatas fuisse insulas 314.
maris mediterranei. Hinc concludit, tutius esse, sequi numeros, ab *Eusebio* traditos. *Cap. II* exhibet contextum rerum Græcarum inde ab *Inacho* ad bellum Trojanum. De ejus sententia ab *Oceano* & *Japeto* omne Græcum nomen originem duxit; Peloponnesi incolæ ab *Oceano*, reliqui Græci a *Japheto*, orti. 317.
Expositis deinde variis sententiis de *Inacho*, quem filium *Oceani* dicit, eum locat in anno Per. Julianæ 2855, mundi vero 2135, diluvii 479, *Isaaci* 27. Pergit ad celebres ejus liberos, 322.
inprimisque multus est de *Io*, *Phoronei* sorore, de hujus *Phoronei* 323.
liberis, *Api* & *Niobe*, & de *Niobis* filiis, *Argo* & *Pelasgo*. 325.
Componit hic data occasione *Argum* & *Josephum*, *Jacobi* filium. De *Pelasgo* etiam, qui variis originem dedit gentibus, haud 326-333.
tralatitia repetit ex antiquitate, quemadmodum etiam de *Argo*, *Triopa*, *Prometheo*, *Cecrope*, *Deucalione*, *Crotopo*, *Sthenelo*, *Hellene*, & hujus filiis, *Cadmo* & *Danao*. Suspicatur, *Busiridem*, Ægyptium Regem, mandatum de Israelitarum pueris mergendis promulgasse, atque inde nomen ejus mansisse ad posteros infame; neque refragari tempora. Hic *Busiris* fuit frater aut 345.
consobrinus *Beli* Ægyptii, qui duos reliquit filios, *Sesostrem*, seu *Ægyptum*, & *Danaum*. Disceptatur etiam, quo tempore per Græciam diffundi cœperit per *Dorum* & *Xuthum Hellenis* genus; ubi etiam constituit synchronismum rerum Atticarum 356.
ab *Erichthonio* ad *Menestheum*. Cum vero ad *Perseum* pervenisset, 363.
varias res Chronologiæ impeditas expedit ad mentem *Eusebii*, quem & hic ducem solum sequitur, quanquam ab eo sit omissus in Canone *Perseus*. Tandem in tempus expeditio- 380-384.
nis Argonautarum inquirit, & omnia bella, a Græcis ante & post

 expedi-

expeditionem Trojanam gesta, adumbrat, & suis utcunque temporibus alligat. Atque hæc potissimum sunt, quæ ex ipso Opere chronologico in exemplum afferre nobis visum est. Jam nostrum esset, eadem ratione adumbrare reliquas doctissimi Autoris disputationes, additas Operi chronologico, quæ vel maxime ob argumenti dignitatem se æquis rerum arbitris pro-
Pag. 394. babunt. In disputatione de *Alexandro* & *Ptolemæo Aulete* id primum agit, ut & Regem Ægyptium ostendat, qui testamento, vero an simulato, populum Romanum hæredem fecerit, & tempus donationis, &, quæ inde secutæ fuerint, Romanorum contra Ægyptios molitiones, nondum satis enodatas, e te-
395-397. nebris eruat. Rejecta eorum sententia, qui vel *Physconis* filium nothum, vel *Ptolemæum Lathurum*, vel *Alexandrum*, *Physconis* filium, vel hujus fratrem, aut filium, ferunt eum *Alexandrum*, qui *Ciceroni* in *Or. I in Rull. Cap. 1* dicitur testamento Ægypti regnum populi Romani fecisse, ipse *Alexander*, *Berenices* maritus, qui dies tantum regnavit 19, atque tum propter uxoris cædem pulsus, vindictæ studio populum Romanum hæredem scripsisse vi-
398. detur. Et sane hæc non tantum videntur, sed unice veritati consentanea sunt. Rex enim, qui liberos non susceperat, qui Romanorum potissimum autoritate regnum obtinuerat, in quo legitima Regum progenies exstinguebatur, facile adduci poterat, ut Ægyptios, sibi invisos, Romanis donaret. Imo dicta *Appiani de Bello civ. Lib. I pag. 414*, & *Porphyrii* in *Græcis Eusebianis Scaligeri pag. 60*, cum *Trogo Pompejo* in *Prol. Lib. XXXIX*, commode conciliantur. Cum enim illi ostendere videantur, Regem *Alexandrum* ab *Alexandrinis* in Gymnasio interemtum esse; *Trogus* liquido confirmat, filium *Alexandri*, qui post *Lathurum* regnaverat, expulsum esse, eoque ejecto, suffectum *Ptolemæum Notham*. Ut adeo *Alexander* quidem propter parricidium ab armatis *Alexandrinis* in Gymnasio pressus, & ad mortem vulneratus, fuga tamen elapsus, Tyrum venerit, populumque Romanum hæredem esse jusserit. Accedit, quod, regnante *Aulete*, sæpius de Ægypto Cyproque lis a Romanis intentata fuit, & aliquamdiu ante *Ciceronis* Consulatum Romani, legatis Tyrum missis, qui pecuniam, ab *Alexandro* Rege depo-

depoſitam, recuperarent, hæreditatem adiiſſe videntur. Proinde putamus ſatis bene Cl. Autorem pertractaſſe quæſtionem de *Alexandro* illo, & in ipſa rerum huc ſpectantium diſceptatione ita verſatum, ut, paucis exceptis, de quibus nonnihil monendum eſſet, plurimas ſuſtulerit in hac Hiſtoriæ Romanæ parte ſalebras. Sed cogimur, ne juſto longiores ſimus, nos ad alia conferre, & pauca verba facere de harmonia Evangeliſtarum, quam poſt tot infinitos eruditorum labores tentavit Cl. Autor. Primum vero omnium, ſibi, ait, nunquam placuiſſe Pag. 422.
eorum placita, qui S. *Matthæum*, inde a *v. 12 Cap. IV* uſque ad *Cap. XIV*, neglecto temporis ordine, ea tantum, quaſi per ſaturam, collegiſſe dicunt, quibus oſtenderet, Jeſum eſſe Meſſiam, dudum patribus promiſſum. Minime ipſi probabile viſum, *Matthæum*, qui primus omnium hiſtoriam vitæ Domini ſcribere inſtituiſſet, id quod in hiſtoria primum, neglexiſſe tempus, ut *Marco*, ceu epitomatore, opus ſit ad ea, quæ dixiſſet *Matthæus*, in ordinem redigenda. Hinc ubique inhæret literæ textus, & *Matthæum* ducem ſequitur; eamque in rem excitat *teſtes noſtræ eccleſiæ* celeberrimos Viros, *Martinum Chemnitium* & *Abrahamum Calovium*. Hoc itaque cum haberet cum animo ſuo conſtitutum, & vidiſſet, nullo modo trium aut quatuor Paſchatum intervallo includi poſſe res a Soſpitatore geſtas poſt initum miniſterium ſuum, eas per quinque Paſchata diſtribuit, atque ipſum Servatorem non trigeſimo tertio ætatis anno ſupplicio affectum putat, ſed trigeſimo ſeptimo. Primum 461.
Paſcha commemorat *Jo. Cap. II*, & alterum *Cap. V*, ut plurimi conſentiunt. Sed, quod attinet ad tertium, obvium, de Cl. Autoris ſententia, *Luc. VI, 1*, & *Marc. II, 23*, ubi dicitur Chriſtus 475.
in Sabbatho δευτεροπρώτῳ, illo, quod, monente Noſtro, proxime anteceſſit diem ſecundum poſt Paſcha, ſive diem primitiarum, atque adeo quotannis in 15 Niſan incidiſſe, cum *Burmanno* putat, per ſata tranſiens, diſcipulos eſurientes, & ſpicas vellentes, ab iniqua *Phariſæorum* cenſura vindicaſſe; hoc, inquam, veremur, ut omnibus ſit probaturus. Interim, ſi ejus rei ratio ad liquidum poſſit deduci, impeditiſſimæ poſſent, fatemur, difficultates plurimæ expediri; etſi de omnibus id affirmare

mare non audeamus. Exempli causa afferamus inter eruditos quæstionem motam de tempore dati *Joannis* Baptistæ in custodiam. Plurimi id post primum Pascha locant: & *Lamius*, bis, existimat, *Joannem* conjectum in vincula, subinde confutatus *tribus Dissertationibus* a *Salamone van Till*. Orta vero dissidii occasio, quod omnes tres Evangelistæ bis vinculorum *Joannis* mentionem injecerunt. Sed potuisset concentus Evangelistarum sine pulvere componi, cum in posterioribus locis vinculorum *Joannis* mentio fiat non ex instituto, & serie temporum ita suadente, sed data ab *Herode* Tetrarcha occasione, qui, auditis rebus a Servatore gestis, in vitam, putarat, *Joannem* Baptistam rediisse. Interim temporis ipsius, quo in vincula
Pag. 468. conjectus est, difficultas manet. Cl. *Osserhausius* id post secundum Pascha dicit factum. Sed omnes Evangelistæ, *Matthæus IV, 12, Marcus I, 14, Lucas III, 19*, qui nimirum ejus rei meminerunt, cum sacro illo lavacro, quo Sospitator usus est *Joannis* interventu, ita conjungunt, ut aut brevi post ponant, aut bre-
492. vi ante. Quartum Pascha ipsi est *Jo. VI, 4*, & quintum, quo Sospitator cruci affixus est. Res ipsas, quemadmodum suis temporibus distributæ sint per quinque Paschata, nec licet per instituti nostri rationem adumbrare, & melius ex ipso libro cognoscuntur. Interim speciminis loco aliquid afferemus. Ponit
438. Autor conjecturam de anno natali Sospitatoris, eamque ex die mortis *Herodis M.*, a Judæis annotato, ductam, qua putat, Christum natum esse ea nocte, quæ intercedit inter 20 & 21 diem Octobris; quam conjecturam etsi propius existimet a veritate abesse, tamen ipse vitæ Sospitatoris descriptionem dirigit ad normam traditionis antiquæ, qua Sospitator se in humanam naturam induisse fertur die 25 Decembris. Sumto igitur hoc, pergit, eum d. 1 Jan. esse circumcisum; Magos ex Oriente advenisse Hierosolymis d. 6 Jan. & sequente die sub vesperum, stella duce, properasse Bethlehemum. Porro d. 8 Jan. se fuga contulisse *Josephum*, adhortante Deo, in Ægyptum; & d. 11 Jan. insecutam cædem puerorum Bethlehemiticorum. Die 12 Jan. existimat in Ægyptum pervenisse *Josephum*, & filium *Herodis* occisum d. 25 ejusdem mensis. Cum quatuor tantum dies inter filii patrisque mortem

mortem interponantur ab horum temporum ſcriptoribus, eam patris mortem nocte dicit inſecutam inter d. 29 & 30 Jan. & *Joſephum* rediiſſe in Canaan, purificationisque ſacra commode ex lege in templo interea peregiſſe, dum *Archelaus*, in funere patris procurando occupatus, Hierichunte commoratus eſſet. Uno nuntio deinde auditam eſſe Romæ & cædem puerorum Bethlehemiticorum, & filii *Herodis*, nomine *Antipatri*. Hanc de vita & geſtis Soſpitatoris noſtri Commentationem excipit elegans doctiſſimaque Epiſtola Viri Clariſſimi, *Gerhardi ten Cate*, Philoſophi Daventrienſis, ad *Leonardum Offerhaus*, in qua dubiorum Pag. 551.
& difficilium quorundam e Prophetis locorum explicatio Evangelicæ hiſtoriæ conſentanea ratione traditur. Inprimis autem egregio lumine perfunduntur loca, quæ de Meſſia agunt in Vet. 590.
Teſtamento, & de reliquis Soſpitatoris noſtri nominibus, inprimis de nomine σωτῆρος, docte diſputat; ubi mirati ſumus, eum præter notionem a ſcriptoribus ſacris ſuppeditatam non attuliſſe eam, quam huic voci profani ſubjecerunt. Certe *Cicero Lib. II in Verr. Cap. 2* tam magnum exiſtimavit hoc nomen, ut Latino unico verbo exprimi non poſſit. Tentavit vero rem *Tertullianus*, quando σωτῆρα interpretatus eſt *ſalutificatorem*, quemadmodum Latini dicunt *pacificatorem*. Sed, hæc pluribus diſputare, hujus non eſt loci. Interim juvabit vehementer Scripturæ Sacræ interpretes, una cum Cl. *Offerhauſii* Opere hanc perlegiſſe Epiſtolam.

ΑΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΟΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ *VINDICIÆ adverſus Sycophantas Juvavienſes. Operta quæ fuere, aperta ſunt, patent præſtigiæ. Plautus Capt. Act. III Sc. 3 pag. 8.*

Coloniæ, apud Pet. Marteau, 1741, 4 maj.

Alph. 1 plag. 2.

Quid occaſionem dederit eruditiſſimo Autori, quem *Jo. Caſperium*, Archiepiſcopi Salisburgenſis Hiſtoriographum, eſſe accepimus, ut his *Vindiciis* ſcribendis animum admoveret, ipſe principio Operis exponit. Juvenes nonnulli, tum

antiquitate generis, tum ingenii præstantia, illustres, ab Italica peregrinatione Salisburgum redierant, & conventus, in quibus de antiquitatibus ecclesiasticis & criticis rebus disquirerent, instituerant. Perculsi novitate rei Benedictini, qui docendis literis in Salisburgensi Academia operam navant, ægre hoc ferebant, religioni scilicet, si critica ars, ipso nomine exosa, antiquis fabulis confutandis adhiberetur, & simul ignorantiæ suæ, metuentes. Eruditi contra monebant eos, desisterent adversari bonis studiis, eisque *Muratorii* librum *de Ingeniorum moderatione* commendabant. Furere illi & movere omnia, quod *Muratorius* scholasticorum vitia & inanem arrogantiam, cum incredibili inscitia conjunctam, acriter perstringeret. Inprimis *Eurybatès*, homo impudentissimus, cum se in illo libro ad vivum expressum cerneret, eruditos conventus *Sodalitatis Murariorum* nomine traduxit, aliis quoque in societatem sceleris allectis; e quibus *Antisthenes* pro concione dixit, divisum esse inter Deum & *Mariam* justitiæ & miserationis regnum, non sine gravi doctorum quorundam offensa. Interea accidit, ut Romæ *Raym. Cecchettus* in Illustrissimi Comitis, *Ern. Harrachii*, funere, Salisburgi nobilis quidam adolescens, in docendi rationem, quæ in Academia obtineret, graviter inveherentur; quod commotos animos magis exacerbavit. Non multo enim post *Phrynondas*, seu vero nomine P. *Placidus Bæckhn*, Academiæ Procancellarius, seditiosa Oratione vindicias *Antisthenis* egit, adeo, ut plebs & stolidæ aniculæ, cultum Beatæ Virgini ab impia *Murariorum* societate negari, per plateas & compita creparent. Re ad Principem delata, *Phrynondæ* Oratio, jam typis exscripta, jussu ejus suppressa est. Tunc ille & socii, favere Principem fidei catholicæ hostibus, aulæ proceres & generosam juventutem fœda impietatis macula infectam esse, clamarunt, &, famosis libellis in vulgus sparsis, missisque per omnem Germaniam literis, de religionis adversariis conquesti sunt. Quare Princeps, cum nullum motibus finem fore provideret, contentionis autores partim Academico senatu movit, partim, ut a turbulentis abstinerent sermonibus, hortatus est. Ejus rumor seditionis percrebuit per Germaniam, & ad Cæsaris, Novemvirorum, & Purpuratorum quorun-

quorundam, aures pervenit, ringentibus barbaris, eruditis vero sycophantarum temeritatem graviter execrantibus.

Phrynondæ ergo Orationem, cum præcipua turbarum causa exstiterit, doctissimus Autor sub examen vocat. Dixerat ille, non tantum bonum ac utile, verum etiam necessarium ac præceptum, esse, Sanctos, inprimis B. Virginem, colere ac venerari; quam sententiam probantes Socii, ipsam Orationem, inscio Principe, ediderant. Cum autem ruri, coram imperita multitudine, non tam instruendi causa, quam odio in *Muratorium* & eos, qui veræ sapientiæ studio ardebant, habita esset, legem, quæ, de difficilioribus rebus nullam in suggestu mentionem fieri, nec hæreticis statim accenseri, debere, qui tantum in suspicionem adducti sint, prohibet, non uno modo Autor violavit. Frustra se Concilii Tridentini autoritate tuetur, in quo nullum de Sanctis invocandis præceptum exstat, sed eam tantum invocationem bonam & utilem esse docetur. Consentiunt Commentatores, & Lutheranis, verba Concilii de præcepto interpretantibus, fortiter se opponunt. Neque aliter fere voces, *venerandus, invocandus*, a præstantissimis scriptoribus sæpe accipi, quam pro eo, quod decet, *Horatii* & aliorum locis ostenditur; Theologis autem nulla legum ferendarum facultas concessa est. Et de malis, quæ ex dialecticis eorum concertationibus proveniunt, Patres Ecclesiæ omni ætate conquesti sunt. Destitutus ergo sacræ Scripturæ & Tridentini Concilii præsidio *Phrynondas*, ex *Thomæ Aquinatis* verbis: *Deus vult, & oportet invocare*, legem de Sanctis invocandis conficit, eamque esse Ecclesiæ mentem, ex precibus, tum in Missa, tum in laudibus divinis, a Clero persolvi solitis, præcipue vero ex Symboli Apostolici Capite de communione Sanctorum, probare annititur. Quæ quidem argumenta admodum infirma sunt. Non aliunde enim, quam a *Platonicis*, qui varios dæmones, Deum inter ac homines intermedios, commenti sunt, Sanctorum cultus originem ducit. Cui perniciosæ doctrinæ S. *Augustinus* se opposuit, unicum Christum Dei ac hominum mediatorem esse, declarans. In quo consentientes habet *Hilarium*, *Chrysostomum*, *Bernardum*, alios, licet Pseudo-*Dionysius*, *Platonicis* commentis

 refertus,

refertus, in diversa abeat, quem, ut in multis aliis, secutus est Divus *Thomas*. Maxima autem *Phrynondæ* blasphemia est, dum dicit, adesse Sanctos, ne nimis familiariter cum Deo ageremus. Porro ex Festorum in honorem Sanctorum institutione cultus, non vero necessitas, probatur. Haud magis feliciter in Patrum, de necessaria *Mariæ* invocatione, consensu ostendendo versatur Auctor, quorum testimonia, eundo per Seculorum ordinem, adducit. Primum *Dionysio Areopagitæ* in *S. Brigittæ revelationibus* tribuitur, non sine maxima fraudis suspicione. *Mariam mediatricem* appellat, quod aliter accipi nequit, quam pro ea, quæ in vita spirituali nobis adjutorio est. Justum autem discrimen inter Deos ac homines, tum in ipsa colendi ratione, tum in honorum titulis, statuendum, cavendumque est, ne creatis rebus nomina, soli Deo debita, tribuantur, multo minus monstra illa opinionum, *Mariam* posse cultu latriæ adorari, eamque unicam, & maxime compendiosam, ad salutem viam esse, dudum explosa, renoventur. Quod nec *Origenes* inficiatur, qui, creata honore digna esse, non cultu & adoratione, in libris contra *Celsum* profitetur. Urget adversarius *Irenæi* locum, quo *Maria Evæ advocata* dicitur. Sed verba ejus aliter intelligi non debent, quam quod *Maria* preces pro nobis ad filium effundat, nobis subinde id non orantibus; quemadmodum Christus pro nobis apud patrem intercedit, quamvis eum prius non precati simus. Quare ex imperfecta *Evæ* & *Mariæ* comparatione nihil concludi potest. Adscribitur primis Seculis nostra salus *Mariæ*, sed, cum Deus ad complenda sua consilia tantum usus sit rerum creatarum ministerio, ea tantum ut instrumenta consideranda sunt, nec ad ea referendum, quod soli Deo convenit. Ex quarto Seculo non nisi spurios scriptores *Phrynondas* adducit, ut *Athanasii* Sermonem de Deipara, *Basilii* Liturgiam, *Epiphanium* de laudibus Deiparæ, & *Hieronymi* Sermonem de ejus assumtione, quam illa ætas plane ignorabat. Ex quinto Seculo *Augustini* Sermo 35 *de Sanctis*, in quo *porta paradisi & scala cœlestis Maria* audit, allegatur, quem Benedictini ex sua editione, ut spurium, rejecerunt. Seculo sexto *Andreas Cretensis* adscribitur, qui tamen ad octa-

vum

vum pertinet. Patres, qui insecutis temporibus scripserunt, quamvis religionis summa veteribus nihil concedant, eruditione certe multo inferiores fuerunt. Ea occasione præstantissimus Vindiciarum Autor canones aliquot de usu & interpretatione Patrum, ex D. *Thoma*, *Melch. Cano*, *Sixto Senensi*, *Petavio*, *Mabillonio*, *Dupinio*, & *Muratorio*, addit. Et primo quidem, præcipuam, ait, sacri Codicis autoritatem esse, cui si repugnent Patres, nullam eorum habendam rationem esse. Deinde, locutiones Patrum quorundam improprias, vel incautas, non arripiendas contra receptam catholicorum opinionem. Porro, lapsus Patrum benigne excusandos, non ad confirmanda dogmata adhibendos esse. Quando idem scriptor diversis in locis pugnantia docere videatur, dispiciendum esse, ubi controversiam illam data opera pertractet. Postea animadvertendum esse, scriptores non solum post sextum Seculum, sed etiam antiquiores, loca quædam Scripturæ pro arbitrio interpretari. Postremus canon est, id demum firmum ac ratum esse, quod ubique & ab omnibus tradatur. *Ex quibus omnibus apparet*, non ita in*hærendum esse iis, quæ* in fervore disputandi prolata sunt, ut inconsiderate arripiantur; quare etiam *Baronius* & *Bellarminus* reprehenderunt in Patribus, quod dignum reprehensione videbatur. Ad reliqua deinde testimonia examinanda Autor pergit, &c, locum *Gregorii*, quo *arcam sanctificationis Mariam* appellat, ex supposito scripto allegatum esse, ostendit. Et, quanquam, *Mariam* pie & allegorice ita vocari posse, concedat, non tamen quidquam inde præsidii pro stabilienda assertione accedere. Queritur de iis, qui maximam vim locis inferunt, dum, quæ unice ad Christum mediatorem spectant, licentia plane non ferenda, ad *Mariam* referunt; quod tamen non ita accipi vult, quasi preces, ab ecclesia institutas, aut inter Missæ solennia recitatas, improbet. Deinde *Martini I* verba, tacito autoris nomine a *Phrynonda* adducta, ex Monothelitarum historia, & Concilii Lateranensis actis, erudite illustrantur. Eo enim perventum erat fraude & insidiis inimicorum, ut *Martinus* accusaretur, non, quod *Mariæ* opem haud necessarium putaret implorari, sed quod eam non crederet Dei genitricem esse. Quibus re-

 spondit

comprobat, rationibusque rite ſubductis colligit, eundem bien-
Pag. 273. nio poſt captam Babylonem mortuum eſſe, licet id nullo diſerto conſtet teſtimonio. Inter alia etiam hic contra *Hutchinſonum* diſputat, qui, *Cyrum* ſeptem annos capta Babylone regnaſſe,
295. negabat. *Libro III* exhibet origines Græcorum, maxime eorum, qui ex *Inachi* ſtirpe orti ad Trojam uſque everſam floruerunt. *Cap. I* diſſerit de *Inachi* antiquitate contra *Perizonium*, & oſtendit, non omnia & ſingula, quæ Iliaca tempora antevertunt, ad ſuum quæque annum revocari poſſe, neque annorum aliquod ſpatium minus recte deſcriptum fraudi eſſe poſſe, cum tantum inter ſe ipſi Græci diſcrepent. Cum *Perizonio* propterea diſputat, quod hic, ad Patrum mentem, *Inachum* & *Phoroneum*, antiquiſſimos Græciæ Reges, vix *Moſis* ætatem, contenderat, æquare. Duo attulerat *Perizonius*: primum, Patres hoc non ex conjectura, ſed ex ſcriptoribus antiquiſſimis & Ægyptiacis, hauſiſſe; temporum vero ſeriem contexendam eſſe magis ex ſynchroniſmis hiſtoricis, quam ex numeris annorum, qui antiquiſſimis temporibus ſæpius corrupti ſint. Noſter opponit primum Patrum oſcitationem in ſynchroniſmis condendis, & in exemplum affert *Julium Africanum* apud *Euſebium;* deinde teſtimonia omnia Patrum de *Inacho* ſuppeditat, nimirum *Juſtini Martyris*, *Tatiani*, *Clementis Alexandrini*, *Africani*, *Joſephi*, ex quibus colligit, omnes hos Patres unice niti *Polemonis* & *Ptolemæi Mendeſii* autoritate, qui ſcriptores, nulla *Moſis* injecta mentione, nulla Iſraelitarum, nulla exitus, tantum oſtendunt, *Amaſin*, *Inacho* æqualem, evertiſſe Avarin urbem, qua paſtores *Manetho* retulit ejectos eſſe. Hos paſtores Chriſtiani habuerunt pro Hebræis, *Moſe* duce migrantibus ex Ægypto; quibus ſolenne fuiſſe, quis ignorat, gentilium dicta ſuis interpretationibus juvare, nec liquidum eſt, utrum paſtores, Ægypto ejecti, Judæi fuerint. Idcirco inclinat Cl. Autor, ut ſibi, hanc paſtorum expulſionem jam ante *Jacobi* ætatem factam eſſe, *Geneſ. XLVI, 34*, perſuadeat. Erroris, quo abrepti Patres in Scriptura ſacra juſto plures numeraſſent annos, aperit fontem; remque *Julii Africani*, *Clementis Alexandrini*, *Theophili Antiocheni*, exemplo comprobat; quibus addit *Fl. Joſephum*. Et

ſatis

ſatis conſtat, omnes Patres Græcos in eodem hæſiſſe luto. Cl. Autor, Patres, putat, cum apud profanos ſcriptores ad 1200 annos *Cyrum* poſt *Inachum* floruiſſe inveniſſent, nec hunc *Inachum* anteriorem *Moſe* eſſe voluiſſent, tum tempora ante *Cyrum* ampliaſſe; hinc conſequens eſſe, ut Patres omnes pro antiquitate *Inachi* militarint, & ſibi adverſati fuerint vehementer. Genealogias porro aſſerit iis repugnare, qui *Moſen* & *Inachum* Pag. 313.
æquales contendant; poſſe quoque ex *Geneſ. X, 5*, vinci, jam ante *Moſis*, imo *Abrahami*, temporibus occupatas fuiſſe inſulas 314.
maris mediterranei. Hinc concludit, tutius eſſe, ſequi numeros, ab *Euſebio* traditos. *Cap. II* exhibet contextum rerum Græcarum inde ab *Inacho* ad bellum Trojanum. De ejus ſententia ab *Oceano* & *Japeto* omne Græcum nomen originem duxit; Peloponneſi incolæ ab *Oceano*, reliqui Græci a *Japheto*, orti. 317.
Expoſitis deinde variis ſententiis de *Inacho*, quem filium *Oceani* dicit, eum locat in anno Per. Julianæ 2855, mundi vero 2135, diluvii 479, *Iſaaci* 27. Pergit ad celebres ejus liberos, 322.
inprimisque multus eſt de *Io*, *Phoronei* ſorore, de hujus *Pho-* 323.
ronei liberis, *Api* & *Niobe*, & de *Niobis* filiis, *Argo* & *Pelasgo*. 325.
Componit hic data occaſione *Argum* & *Joſephum*, *Jacobi* filium. De *Pelasgo* etiam, qui variis originem dedit gentibus, haud 326-333.
tralatitia repetit ex antiquitate, quemadmodum etiam de *Argo*, *Triopa*, *Prometheo*, *Cecrope*, *Deucalione*, *Crotopo*, *Sthenelo*, *Hellene*, & hujus filiis, *Cadmo* & *Danao*. Suſpicatur, *Buſiridem*, Ægyptium Regem, mandatum de Iſraelitarum pueris mergendis promulgaſſe, atque inde nomen ejus manſiſſe ad poſteros infame; neque refragari tempora. Hic *Buſiris* fuit frater aut 345.
conſobrinus *Beli* Ægyptii, qui duos reliquit filios, *Seſoſtrem*, ſeu *Ægyptum*, & *Danaum*. Diſceptatur etiam, quo tempore per Græciam diffundi cœperit per *Dorum* & *Xuthum Hellenis* genus; ubi etiam conſtituit ſynchroniſmum rerum Atticarum 356.
ab *Erichthonio* ad *Meneſtheum*. Cum vero ad *Perſeum* perveniſ- 363.
ſet, varias res Chronologiæ impeditas expedit ad mentem *Euſebii*, quem & hic ducem ſolum ſequitur, quanquam ab eo ſit omiſſus in Canone *Perſeus*. Tandem in tempus expeditio- 380-384.
nis Argonautarum inquirit, & omnia bella, a Græcis ante & poſt

 expedi-

expeditionem Trojanam gesta, adumbrat, & suis utcunque temporibus alligat. Atque hæc potissimum sunt, quæ ex ipso Opere chronologico in exemplum afferre nobis visum est. Jam nostrum esset, eadem ratione adumbrare reliquas doctissimi Autoris disputationes, additas Operi chronologico, quæ vel maxime ob argumenti dignitatem se æquis rerum arbitris pro-
Pag. 394. babunt. In disputatione de *Alexandro* & *Ptolemæo Aulete* id primum agit, ut & Regem Ægyptium ostendat, qui testamento, vero an simulato, populum Romanum hæredem fecerit, & tempus donationis, &, quæ inde secutæ fuerint, Romanorum contra Ægyptios molitiones, nondum satis enodatas, e te-
395-397. nebris eruat. Rejecta eorum sententia, qui vel *Physconis* filium nothum, vel *Ptolemæum Lathurum*, vel *Alexandrum*, *Physconis* filium, vel hujus fratrem, aut filium, ferunt eum *Alexandrum*, qui *Ciceroni* in *Or. I in Rull. Cap. 1* dicitur testamento Ægypti regnum populi Romani fecisse, ipse *Alexander*, *Berenices* maritus, qui dies tantum regnavit 19, atque tum propter uxoris cædem pulsus, vindictæ studio populum Romanum hæredem scripsisse vi-
398. detur. Et sane hæc non tantum videntur, sed unice veritati consentanea sunt. Rex enim, qui liberos non susceperat, qui Romanorum potissimum autoritate regnum obtinuerat, in quo legitima Regum progenies exstinguebatur, facile adduci poterat, ut Ægyptios, sibi invisos, Romanis donaret. Imo dicta *Appiani de Bello civ. Lib. I pag. 414*, & *Porphyrii* in *Græcis Eusebianis Scaligeri pag. 60*, cum *Trogo Pompejo* in *Prol. Lib. XXXIX*, commode conciliantur. Cum enim illi ostendere videantur, Regem *Alexandrum* ab *Alexandrinis* in Gymnasio interemtum esse; *Trogus* liquido confirmat, filium *Alexandri*, qui post *Lathurum* regnaverat, expulsum esse, eoque ejecto, suffectum *Ptolemæum Notham*. Ut adeo *Alexander* quidem propter parricidium ab armatis *Alexandrinis* in Gymnasio pressus, & ad mortem vulneratus, fuga tamen elapsus, Tyrum venerit, populumque Romanum hæredem esse jusserit. Accedit, quod, regnante *Aulete*, sæpius de Ægypto Cyproque lis a Romanis intentata fuit, & aliquamdiu ante *Ciceronis* Consulatum Romani, legatis Tyrum missis, qui pecuniam, ab *Alexandro* Rege depo-

depositam, recuperarent, hæreditatem adiisse videntur. Proinde putamus satis bene Cl. Autorem pertractasse quæstionem de *Alexandro* illo, & in ipsa rerum huc spectantium disceptatione ita versatum, ut, paucis exceptis, de quibus nonnihil monendum esset, plurimas sustulerit in hac Historiæ Romanæ parte salebras. Sed cogimur, ne justo longiores simus, nos ad alia conferre, & pauca verba facere de harmonia Evangelistarum, quam post tot infinitos eruditorum labores tentavit Cl. Autor. Primum vero omnium, sibi, ait, nunquam placuisse Pag. 422.
eorum placita, qui S. *Matthæum*, inde a *v. 12 Cap. IV* usque ad *Cap. XIV*, neglecto temporis ordine, ea tantum, quasi per saturam, collegisse dicunt, quibus ostenderet, Jesum esse Messiam, dudum patribus promissum. Minime ipsi probabile visum, *Matthæum*, qui primus omnium historiam vitæ Domini scribere instituisset, id quod in historia primum, neglexisse tempus, ut *Marco*, ceu epitomatore, opus sit ad ea, quæ dixisset *Matthæus*, in ordinem redigenda. Hinc ubique inhæret literæ textus, & *Matthæum ducem sequitur*; eamque in rem excitat *testes nostræ ecclesiæ celeberrimos* Viros, *Martinum Chemnitium* & *Abrahamum Calovium*. Hoc itaque cum haberet cum animo suo constitutum, & vidisset, nullo modo trium aut quatuor Paschatum intervallo includi posse res a Sospitatore gestas post initum ministerium suum, eas per quinque Paschata distribuit, atque ipsum Servatorem non trigesimo tertio ætatis anno supplicio affectum putat, sed trigesimo septimo. Primum 461.
Pascha commemorat *Jo. Cap. II*, & alterum *Cap. V*, ut plurimi consentiunt. Sed, quod attinet ad tertium, obvium, de Cl. Au- 475.
toris sententia, *Luc. VI, 1*, & *Marc. II, 23*, ubi dicitur Christus in Sabbatho δευτεροπρώτῳ, illo, quod, monente Nostro, proxime antecessit diem secundum post Pascha, sive diem primitiarum, atque adeo quotannis in 15 Nisan incidisse, cum *Burmanno* putat, per sata transiens, discipulos esurientes, & spicas vellentes, ab iniqua Pharisæorum censura vindicasse; hoc, inquam, veremur, ut omnibus sit probaturus. Interim, si ejus rei ratio ad liquidum possit deduci, impeditissimæ possent, fatemur, difficultates plurimæ expediri; etsi de omnibus id affirmare

mare non audeamus. Exempli causa afferamus inter eruditos
quæstionem motam de tempore dati *Joannis* Baptistæ in custo-
diam. Plurimi id post primum Pascha locant: & *Lamius*, bis,
existimat, *Joannem* conjectum in vincula, subinde confutatus
tribus Dissertationibus a *Salamone van Till*. Orta vero dissi-
dii occasio, quod omnes tres Evangelistæ bis vinculorum *Joan-
nis* mentionem injecerunt. Sed potuisset concentus Evangeli-
starum sine pulvere componi, cum in posterioribus locis vincu-
lorum *Joannis* mentio fiat non ex instituto, & serie tempo-
rum ita suadente, sed data ab *Herode* Tetrarcha occasione, qui,
auditis rebus a Servatore gestis, in vitam, putarat, *Joannem*
Baptistam rediisse. Interim temporis ipsius, quo in vincula
Pag. 468. conjectus est, difficultas manet. Cl. *Osterhausius* id post se-
cundum Pascha dicit factum. Sed omnes Evangelistæ, *Matthæus
IV, 12, Marcus I, 14, Lucas III, 19,* qui nimirum ejus rei meminе-
runt, cum sacro illo lavacro, quo Sospitator usus est *Joannis*
interventu, ita conjungunt, ut aut brevi post ponant, aut bre-
492. vi ante. Quartum Pascha ipsi est *Jo. VI, 4,* & quintum, quo
Sospitator cruci affixus est. Res ipsas, quemadmodum suis tem-
poribus distributæ sint per quinque Paschata, nec licet per in-
stituti nostri rationem adumbrare, & melius ex ipso libro co-
gnoscuntur. Interim speciminis loco aliquid afferemus. Ponit
438. Autor conjecturam de anno natali Sospitatoris, eamque ex die
mortis *Herodis M.*, a Judæis annotato, ductam, qua putat, Chri-
stum natum esse ea nocte, quæ intercedit inter 20 & 21 diem
Octobris; quam conjecturam etsi propius existimet a veritate
abesse, tamen ipse vitæ Sospitatoris descriptionem dirigit ad nor-
mam traditionis antiquæ, qua Sospitator se in humanam natu-
ram induisse fertur die 25 Decembris. Sumto igitur hoc, per-
git, eum d. 1 Jan. esse circumcisum; Magos ex Oriente advenisse
Hierosolymis d. 6 Jan. & sequente die sub vesperum, stella duce,
properasse Bethlehemum. Porro d. 8 Jan. se fuga contulisse *Jo-
sephum*, adhortante Deo, in Ægyptum; & d. 11 Jan. insecu-
tam cædem puerorum Bethlehemiticorum. Die 12 Jan. existimat
in Ægyptum pervenisse *Josephum*, & filium *Herodis* occisum d. 25
ejusdem mensis. Cum quatuor tantum dies inter filii patrisque
mortem

mortem interponantur ab horum temporum scriptoribus, eam patris mortem nocte dicit insecutam inter d. 29 & 30 Jan. & *Josephum* rediisse in Canaan, purificationisque sacra commode ex lege in templo interea peregisse, dum *Archelaus*, in funere patris procurando occupatus, Hierichunte commoratus esset. Uno nuntio deinde auditam esse Romæ & cædem puerorum Bethlehemiticorum, & filii *Herodis*, nomine *Antipatri*. Hanc de vita & gestis Sospitatoris nostri Commentationem excipit elegans doctissimaque Epistola Viri Clarissimi, *Gerhardi ten Cate*, Philosophi Daventriensis, ad *Leonardum Offerhaus*, in qua dubiorum Pag. 551. & difficilium quorundam e Prophetis locorum explicatio Evangelicæ historiæ consentanea ratione traditur. Inprimis autem egregio lumine perfunduntur loca, quæ de Messia agunt in Vet. 590. Testamento, & de reliquis Sospitatoris nostri nominibus, inprimis de nomine σωτῆρος, docte disputat; ubi mirati sumus, eum præter notionem a scriptoribus sacris suppeditatam non attulisse eam, quam huic voci profani subjecerunt. Certe *Cicero Lib. II in Verr. Cap. 2* tam magnum existimavit hoc nomen, ut Latino unico *verbo exprimi non possit.* Tentavit vero rem *Tertullianus*, quando σωτῆρα interpretatus est *salutificatorem*, quemadmodum Latini dicunt *pacificatorem.* Sed, hæc pluribus disputare, hujus non est loci. Interim juvabit vehementer Scripturæ Sacræ interpretes, una cum Cl. *Offerhausii* Opere hanc perlegisse Epistolam.

ΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΟΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ *VINDICIÆ adversus Sycophantas Juvavienses. Operta quæ fuere, aperta sunt, patent præstigiæ. Plautus Capt. Act. III Sc. 3 pag. 8.*

Coloniæ, apud Pet. Marteau, 1741, 4 maj.
Alph. 1 plag. 2.

Quid occasionem dederit eruditissimo Autori, quem *Jo. Casperium*, Archiepiscopi Salisburgensis Historiographum, esse accepimus, ut his *Vindiciis* scribendis animum admoveret, ipse principio Operis exponit. Juvenes nonnulli, tum

 antiqui-

antiquitate generis, tum ingenii præstantia, illustres, ab Italica peregrinatione Salisburgum redierant, & conventus, in quibus de antiquitatibus ecclesiasticis & criticis rebus disquirerent, instituerant. Perculsi novitate rei Benedictini, qui docendis literis in Salisburgensi Academia operam navant, ægre hoc ferebant, religioni scilicet, si critica ars, ipso nomine exosa, antiquis fabulis confutandis adhiberetur, & simul ignorantiæ suæ, metuentes. Eruditi contra monebant eos, desisterent adversari bonis studiis, eisque *Muratorii* librum *de Ingeniorum moderatione* commendabant. Furere illi & movere omnia, quod *Muratorius* scholasticorum vitia & inanem arrogantiam, cum incredibili inscitia conjunctam, acriter perstringeret. Inprimis *Eurybatès*, homo impudentissimus, cum se in illo libro ad vivum expressum cerneret, eruditos conventus *Sodalitatis Murariorum* nomine traduxit, aliis quoque in societatem sceleris allectis; e quibus *Antisthenes* pro concione dixit, divisum esse inter Deum & *Mariam* justitiæ & miserationis regnum, non sine gravi doctorum quorundam offensa. Interea accidit, ut Romæ *Raym. Cecchettus* in Illustrissimi Comitis, *Ern. Harrachii*, funere, Salisburgi nobilis quidam adolescens, in docendi rationem, quæ in Academia obtineret, graviter inveherentur; quod commotos animos magis exacerbavit. Non multo enim post *Phrynondas*, seu vero nomine P. *Placidus Bæckhn*, Academiæ Procancellarius, seditiosa Oratione vindicias *Antisthenis* egit, adeo, ut plebs & stolidæ aniculæ, cultum Beatæ Virgini ab impia *Murariorum* societate negari, per plateas & compita creparent. Re ad Principem delata, *Phrynondæ* Oratio, jam typis exscripta, jussu ejus suppressa est. Tunc ille & socii, favere Principem fidei catholicæ hostibus, aulæ proceres & generosam juventutem fœda impietatis macula infectam esse, clamarunt, &, famosis libellis in vulgus sparsis, missisque per omnem Germaniam literis, de religionis adversariis conquesti sunt. Quare Princeps, cum nullum motibus finem fore provideret, contentionis autores partim Academico senatu movit, partim, ut a turbulentis abstinerent sermonibus, hortatus est. Ejus rumor seditionis percrebuit per Germaniam, & ad Cæsaris, Novemvirorum, & Purpuratorum quorun-

quorundam, aures pervenit, ringentibus barbaris, eruditis vero sycophantarum temeritatem graviter execrantibus.

Phrynondæ ergo Orationem, cum præcipua turbarum causa exstiterit, doctissimus Autor sub examen vocat. Dixerat ille, non tantum bonum ac utile, verum etiam necessarium ac preceptum, esse, Sanctos, inprimis B. Virginem, colere ac venerari; quam sententiam probantes Socii, ipsam Orationem, inscio Principe, ediderant. Cum autem ruri, coram imperita multitudine, non tam instruendi causa, quam odio in *Muratorium* & eos, qui veræ sapientiæ studio ardebant, habita esset, legem, quæ, de difficilioribus rebus nullam in suggestu mentionem fieri, nec hæreticis statim accenseri, debere, qui tantum in suspicionem adducti sint, prohibet, non uno modo Autor violavit. Frustra se Concilii Tridentini autoritate tuetur, in quo nullum de Sanctis invocandis præceptum exstat, sed eam tantum invocationem bonam & utilem esse docetur. Consentiunt Commentatores, & Lutheranis, verba Concilii de præcepto interpretantibus, fortiter se opponunt. Neque aliter fere voces, *venerandus, invocandus*, a præstantissimis scriptoribus sæpe accipi, quam pro eo, quod decet, *Horatii* & aliorum locis ostenditur; Theologis autem nulla legum ferendarum facultas concessa est. Et de malis, quæ ex dialecticis eorum concertationibus proveniunt, Patres Ecclesiæ omni ætate conquesti sunt. Destitutus ergo sacræ Scripturæ & Tridentini Concilii præsidio *Phrynondas*, ex *Thomæ Aquinatis* verbis: *Deus vult, & oportet invocare*, legem de Sanctis invocandis conficit, eamque esse Ecclesiæ mentem, ex precibus, tum in Missa, tum in laudibus divinis, a Clero persolvi solitis, præcipue vero ex Symboli Apostolici Capite de communione Sanctorum, probare annititur. Quæ quidem argumenta admodum infirma sunt. Non aliunde enim, quam a *Platonicis*, qui varios dæmones, Deum inter ac homines intermedios, commenti sunt, Sanctorum cultus originem ducit. Cui perniciosæ doctrinæ S. *Augustinus* se opposuit, unicum Christum Dei ac hominum mediatorem esse, declarans. In quo consentientes habet *Hilarium*, *Chrysostomum*, *Bernardum*, alios, licet Pseudo-*Dionysius*, *Platonicis* commentis

πτῳ καὶ τοῖς περὶ τὴν κοίλην Συρίαν τόποις, γέγονεν) οὐ δυνάμενος αὐτός ετι κακοπαθεῖν, συςήσας τῷ Ναβουχοδονοσόρῳ ὄντι ἐν ἡλικίᾳ μέρη τίνα τῆς δυνάμεως ἔπεμψεν ἐπ᾽ αὐτόν. Ex qua textus emendatione constat, *Nabopolassari* Satrapam non Ægypto & Cœlosyriæ præfuisse, quod omnes existimarunt Chronologi recentiores, & tamen nullo modo cum temporum ratione conciliari posse videtur; sed in Ægyptiis & Cœlosyris fiduciam suam collocasse. Nam antiquissimis temporibus *ἐπὶ τινι γίγνεσθαι* significat *ἐν τινι ἔχειν τὰς ἐλπίδας*, ut Scholiastes habet ad *Thucydidem pag. 393 ed. Duckeri.* Recte igitur comprobat ex *Berosi* loco Cl. Autor, *Nechone*, Ægypti Rege, jam Charmisi occupata, & late imperium in Cœlosyros & Phœnices tenente, Regem Babyloniæ partem imperii filio *Nebucadnezari* demandasse, ut pœnas sumeret de Satrapa, novis rebus studente, & Ægyptiorum, Syrorum, Phœnicumque, auxiliis fidente. De
Pag. 188. primo servitutis Babylonicæ anno disputat cum Cl. *Godof. Kohlreisio*, & illum figit statim rebus ad Euphratem contra *Neronem* gestis, & prima vice occupatis Hierosolymis, hoc est, primo *Nebucadnezaris* anno. Locum *2 Chron. XXXVI, 8, 9*, ita interpretatur: & regnavit *Jebojacia*, filius ejus, loco ejus, anno vertente octavo servitutis *Jebojacini* regnare cœpit, & regnavit menses tres, dies decem. Cum porro Chronologorum nullus, quod tamen præfiscine dicit Cl. Autor, de sua sententia
200 seq. rem acu tetigisset in tempore constituendo eversæ regiæ Niniives, ostendit, Niniven eversam esse anno *Zedekiæ* tertio; ipsius
204. autem *Zedekiæ* duplex esse regni initium. Hac occasione simul varia explicat impedita Scripturæ S. loca, inprimis quæ de
216 seq. utraque Tyro, in continenti atque in insula, & apud *Esaiam*, & apud *Ezechielem*, occurrunt, & ad speciem inter se pugnant. *Ne-*
219. *bucadnezaris* deliquium mentis & vitam agrestem rejicit in illud tempus, quo per tredecim annos Tyrus obsidebatur. Et, cum *Jeremias Cap. XXIV v. 25* Medos quoque potestati subfuisse Regis Babylonici, haud obscure asserat, commodissime locari posse, pu-
224. tat, hanc de Medis victoriam, reportatam in extremis vitæ *Ne-*
229, 230. *bucadnezaris* annis, *Herodoto* & *Xenophonte* in alia omnia abeuntibus. *Cap. V*, causis, cur *Herodoto Xenophon* sit præferendus, expo-

expositis, quædam in *Xenophonte* παραχρονισμὰ annotat, & iis quindecim annis, quibus *Cyrus* redux ex Media apud patrem Pag. 232. commoratur, includit victoriam *Nebucadnezaris* de Medis Persisque: obtruncato, addit, a suis *Evilmerodacho*, in spem libertatis erectos Medos Persasque, Babyloniorum jugum excussisse, idque bellum viginti & unum annum durasse. Traditis dein 237. quam brevissime rebus a *Cyro* gestis, inquirit in numerum Babyloniorum Regum post *Nebucadnezarem*, ubi *Xenophontem*, qui tres tantum agnoscit, aliquid humani passum putat, quod ultimum Assyriorum Regem cæsi Regis filium appellaverit, cum reapse *Evilmerodachi* ex *Nitocride* filius fuerit. Vid. *Herodotus Lib. I Cap.* 188. De Scripturæ sacræ loco, quo *Nebucadnezaris* filius & nepos dicuntur imperium adusque Persas tenuisse, ponderatis doctorum virorum sententiis, ita exponit, ut *Nabonedum* quartum post *Nebucadnezarem* hujus nepotem existimet, & *Evilmerodachum* filium; interjectos autem Reges medios, *Neriglissarem* & *Naborosoarchadum*, quod per vim imperium ad se rapuissent, a Scriptura sacra non adductos fuisse. Dedita opera 246-249. deinde probat contra *Petavium* & *Schræerum*, *Balthasarem*, quem nepotem existimat *Nebucadnezaris*, fuisse *Nabonnidum*. Recte quoque inter alteram *Cyri* expeditionem in regionem Babylonicam & bellum cum *Cræso* gestum sex vel septem annos ponit, quibus expugnandis munitis urbibus operam dedisset, premente hæc omnia silentio *Xenophonte*, ita, ut videatur nullum ejusmodi temporis spatium hoc in loco agnoscere. Tempus Sardium expugnatarum vel maxime dubium est Chronologis. Noster locum apud *Diogenem Laertium* in *Periandro Lib. I Cap.* 59, sed meliori ratione a se interpunctum, sequitur, ubi *Sosicrates* testatur, factum hoc esse anno ultimo Olympiadis 58. *Cræsum* porro, autor est, rogo non addictum fuisse. Neque ad locum *Je-* 257. *rem. LI*, 31, vindicandum necesse fuisse, ut interpretes *Nabonnedum* Regem urbis tempore a *Cyro* captæ abfuisse dicerent, & Borsipporum munitionibus inclusum; errasse *Berosum* & *Mega-* 263. *sthenem*, qui dicerent, hunc ultimum Babyloniæ Regem a *Cyro* Carmanniæ Principem constitutum. *Cyaxarem*, avunculum *Cyri*, *Darium Medum* esse, cum *Perizonio* inter alia ex numis *Daricis* 266.

comprobat, rationibusque rite subductis colligit, eundem bien-
Pag. 273. nio post captam Babylonem mortuum esse, licet id nullo diserto constet testimonio. Inter alia etiam hic contra *Hutchinsonum* disputat, qui, *Cyrum* septem annos capta Babylone regnasse,
295. negabat. *Libro III* exhibet origines Græcorum, maxime eorum, qui ex *Inachi* stirpe orti ad Trojam usque eversam floruerunt. *Cap. I* disserit de *Inachi* antiquitate contra *Perizonium*, & ostendit, non omnia & singula, quæ Iliaca tempora antevertunt, ad suum quæque annum revocari posse, neque annorum aliquod spatium minus recte descriptum fraudi esse posse, cum tantum inter se ipsi Græci discrepent. Cum *Perizonio* propterea disputat, quod hic, ad Patrum mentem, *Inachum* & *Phoroneum*, antiquissimos Græciæ Reges, vix *Mosis* ætatem, contenderat, æquare. Duo attulerat *Perizonius*: primum, Patres hoc non ex conjectura, sed ex scriptoribus antiquissimis & Ægyptiacis, hausisse; temporum vero seriem contexendam esse magis ex synchronismis historicis, quam ex numeris annorum, qui antiquissimis temporibus sæpius corrupti sint. Noster opponit primum Patrum oscitationem in synchronismis condendis, & in exemplum affert *Julium Africanum* apud *Eusebium;* deinde testimonia omnia Patrum de *Inacho* suppeditat, nimirum *Justini Martyris*, *Tatiani*, *Clementis Alexandrini*, *Africani*, *Josephi*, ex quibus colligit, omnes hos Patres unice niti *Polemonis* & *Ptolemæi Mendesii* autoritate, qui scriptores, nulla *Mosis* injecta mentione, nulla Israelitarum, nulla exitus, tantum ostendunt, *Amasin*, *Inacho* æqualem, evertisse Avarin urbem, qua pastores *Manetho* retulit ejectos esse. Hos pastores Christiani habuerunt pro Hebræis, *Mose* duce migrantibus ex Ægypto; quibus solenne fuisse, quis ignorat, gentilium dicta suis interpretationibus juvare, nec liquidum est, utrum pastores, Ægypto ejecti, Judæi fuerint. Idcirco inclinat Cl. Autor, ut sibi, hanc pastorum expulsionem jam ante *Jacobi* ætatem factam esse, *Genes. XLVI, 34*, persuadeat. Erroris, quo abrepti Patres in Scriptura sacra justo plures numerassent annos, aperit fontem; remque *Julii Africani*, *Clementis Alexandrini*, *Theophili Antiocheni*, exemplo comprobat; quibus addit *Fl. Josephum*. Et satis

satis constat, omnes Patres Græcos in eodem hæsisse luto. Cl. Autor, Patres, putat, cum apud profanos scriptores ad 1200 annos *Cyrum* post *Inachum* floruisse invenissent, nec hunc *Inachum* anteriorem *Mose* esse voluissent, tum tempora ante *Cyrum* ampliasse; hinc consequens esse, ut Patres omnes pro antiquitate *Inachi* militarint, & sibi adversati fuerint vehementer. Genealogias porro asserit iis repugnare, qui *Mosen* & *Inachum* Pag. 313.
æquales contendant; posse quoque ex *Genes. X, 5*, vinci, jam ante *Mosis*, imo *Abrahami*, temporibus occupatas fuisse insulas 314.
maris mediterranei. Hinc concludit, tutius esse, sequi numeros, ab *Eusebio* traditos. *Cap. II* exhibet contextum rerum Græcarum inde ab *Inacho* ad bellum Trojanum. De ejus sententia ab *Oceano* & *Japeto* omne Græcum nomen originem duxit; Peloponnesi incolæ ab *Oceano*, reliqui Græci a *Japheto*, orti. 317.
Expositis deinde variis sententiis de *Inacho*, quem filium *Oceani* dicit, eum locat in anno Per. Julianæ 2855, mundi vero 2135, diluvii 479, *Isaaci* 27. Pergit ad celebres ejus liberos, 322.
inprimisque multus est de *Io*, *Phoronei* sorore, de hujus *Phoronei liberis*, *Api* & *Niobe*, & de *Niobis* filiis, *Argo* & *Pelasgo*. 323. 325.
Componit hic data occasione *Argum* & *Josephum*, *Jacobi* filium. De *Pelasgo* etiam, qui variis originem dedit gentibus, haud 326-333.
tralatitia repetit ex antiquitate, quemadmodum etiam de *Argo*, *Triopa*, *Prometheo*, *Cecrope*, *Deucalione*, *Crotopo*, *Sthenelo*, *Hellene*, & hujus filiis, *Cadmo* & *Danao*. Suspicatur, *Busiridem*, Ægyptium Regem, mandatum de Israelitarum pueris mergendis promulgasse, atque inde nomen eius mansisse ad posteros infame; neque refragari tempora. Hic *Busiris* fuit frater aut 345.
consobrinus *Beli* Ægyptii, qui duos reliquit filios, *Sesostrem*, seu *Ægyptum*, & *Danaum*. Disceptatur etiam, quo tempore per Græciam diffundi cœperit per *Dorum* & *Xuthum Hellenis* genus; ubi etiam constituit synchronismum rerum Atticarum 356.
ab *Erichthonio* ad *Menestheum*. Cum vero ad *Perseum* pervenisset, varias res Chronologiæ impeditas expedit ad mentem *Eusebii*, quem & hic ducem solum sequitur, quanquam ab eo 363.
sit omissus in Canone *Perseus*. Tandem in tempus expeditionis Argonautarum inquirit, & omnia bella, a Græcis ante & post 380-384.

 expedi-

expeditionem Trojanam gesta, adumbrat, & suis utcunque temporibus alligat. Atque hæc potissimum sunt, quæ ex ipso Opere chronologico in exemplum afferre nobis visum est. Jam nostrum esset, eadem ratione adumbrare reliquas doctissimi Autoris disputationes, additas Operi chronologico, quæ vel maxime ob argumenti dignitatem se æquis rerum arbitris pro-
Pag. 394. babunt. In disputatione de *Alexandro* & *Ptolemæo Aulete* id primum agit, ut & Regem Ægyptium ostendat, qui testamento, vero an simulato, populum Romanum hæredem fecerit, & tempus donationis, &, quæ inde secutæ fuerint, Romanorum contra Ægyptios molitiones, nondum satis enodatas, e te-
395-397. nebris eruat. Rejecta eorum sententia, qui vel *Physconis* filium nothum, vel *Ptolemæum Lathurum*, vel *Alexandrum*, *Physconis* filium, vel hujus fratrem, aut filium, ferunt eum *Alexandrum*, qui *Ciceroni* in *Or. I in Rull. Cap. 1* dicitur testamento Ægypti regnum populi Romani fecisse, ipse *Alexander*, *Berenices* maritus, qui dies tantum regnavit 19, atque tum propter uxoris cædem pulsus, vindictæ studio populum Romanum hæredem scripsisse vi-
398. detur. Et sane hæc non tantum videntur, sed unice veritati consentanea sunt. Rex enim, qui liberos non susceperat, qui Romanorum potissimum autoritate regnum obtinuerat, in quo legitima Regum progenies exstinguebatur, facile adduci poterat, ut Ægyptios, sibi invisos, Romanis donaret. Imo dicta *Appiani de Bello civ. Lib. I pag. 414*, & *Porphyrii* in *Græcis Eusebianis Scaligeri pag. 60*, cum *Trogo Pompejo* in *Prol. Lib. XXXIX*, commode conciliantur. Cum enim illi ostendere videantur, Regem *Alexandrum* ab *Alexandrinis* in Gymnasio interemtum esse; *Trogus* liquido confirmat, filium *Alexandri*, qui post *Lathurum* regnaverat, expulsum esse, eoque ejecto, suffectum *Ptolemæum Notham*. Ut adeo *Alexander* quidem propter parricidium ab armatis *Alexandrinis* in Gymnasio pressus, & ad mortem vulneratus, fuga tamen elapsus, Tyrum venerit, populumque Romanum hæredem esse jusserit. Accedit, quod, regnante *Aulete*, sæpius de Ægypto Cyproque lis a Romanis intentata fuit, & aliquamdiu ante *Ciceronis* Consulatum Romani, legatis Tyrum missis, qui pecuniam, ab *Alexandro* Rege depo-

depositam, recuperarent, hæreditatem adiisse videntur. Proinde putamus satis bene Cl. Autorem pertractasse quæstionem de *Alexandro* illo, & in ipsa rerum huc spectantium disceptatione ita versatum, ut, paucis exceptis, de quibus nonnihil monendum esset, plurimas sustulerit in hac Historiæ Romanæ parte salebras. Sed cogimur, ne justo longiores simus, nos ad alia conferre, & pauca verba facere de harmonia Evangelistarum, quam post tot infinitos eruditorum labores tentavit Cl. Autor. Primum vero omnium, sibi, ait, nunquam placuisse Pag. 422.
eorum placita, qui S. *Matthæum*, inde a *v. 12 Cap. IV* usque ad *Cap. XIV*, neglecto temporis ordine, ea tantum, quasi per saturam, collegisse dicunt, quibus ostenderet, Jesum esse Messiam, dudum patribus promissum. Minime ipsi probabile visum, *Matthæum*, qui primus omnium historiam vitæ Domini scribere instituisset, id quod in historia primum, neglexisse tempus, ut *Marco*, ceu epitomatore, opus sit ad ea, quæ dixisset *Matthæus*, in ordinem redigenda. Hinc ubique inhæret literæ textus, & *Matthæum* ducem sequitur; eamque in rem excitat testes nostræ ecclesiæ celeberrimos Viros, *Martinum Chemnitium* & *Abrahamum Calovium*. Hoc itaque cum haberet cum animo suo constitutum, & vidisset, nullo modo trium aut quatuor Paschatum intervallo includi posse res a Sospitatore gestas post initum ministerium suum, eas per quinque Paschata distribuit, atque ipsum Servatorem non trigesimo tertio ætatis anno supplicio affectum putat, sed trigesimo septimo. Primum 461.
Pascha commemorat *Jo. Cap. II*, & alterum *Cap. V*, ut plurimi consentiunt. Sed, quod attinet ad tertium, obvium, de Cl. Au- 475.
toris sententia, *Luc. VI, 1*, & *Marc. II, 23*, ubi dicitur Christus in Sabbatho δευτεροπρώτῳ, illo, quod, monente Nostro, proxime antecessit diem secundum post Pascha, sive diem primitiarum, atque adeo quotannis in 15 Nisan incidisse, cum *Burmanno* putat, per sata transiens, discipulos esurientes, & spicas vellentes, ab iniqua Pharisæorum censura vindicasse; hoc, inquam, veremur, ut omnibus sit probaturus. Interim, si ejus rei ratio ad liquidum possit deduci, impeditissimæ possent, fatemur, difficultates plurimæ expediri; etsi de omnibus id affirmare

mare non audeamus. Exempli cauſa afferamus inter eruditos
quæſtionem motam de tempore dati *Joannis* Baptiſtæ in custo-
diam. Plurimi id poſt primum Paſcha locant: & *Lamius*, bis,
exiſtimat, *Joannem* conjectum in vincula, ſubinde confutatus
tribus Diſſertationibus a *Salamone van Till*. Orta vero diſſi-
dii occaſio, quod omnes tres Evangeliſtæ bis vinculorum *Joan-
nis* mentionem injecerunt. Sed potuiſſet concentus Evangeli-
ſtarum ſine pulvere componi, cum in poſterioribus locis vincu-
lorum *Joannis* mentio fiat non ex inſtituto, & ſerie tempo-
rum ita ſuadente, ſed data ab *Herode* Tetrarcha occaſione, qui,
auditis rebus a Servatore geſtis, in vitam, putarat, *Joannem*
Baptiſtam rediiſſe. Interim temporis ipſius, quo in vincula
Pag. 468. conjectus eſt, difficultas manet. Cl. *Offerhauſius* id poſt ſe-
cundum Paſcha dicit factum. Sed omnes Evangeliſtæ, *Matthæus
IV, 12*, *Marcus I, 14*, *Lucas III, 19*, qui nimirum ejus rei memine-
runt, cum ſacro illo lavacro, quo Soſpitator uſus eſt *Joannis*
interventu, ita conjungunt, ut aut brevi poſt ponant, aut bre-
492. vi ante. Quartum Paſcha ipſi eſt *Jo. VI, 4*, & quintum, quo
Soſpitator cruci affixus eſt. Res ipſas, quemadmodum ſuis tem-
poribus diſtributæ ſint per quinque Paſchata, nec licet per in-
ſtituti noſtri rationem adumbrare, & melius ex ipſo libro co-
gnoſcuntur. Interim ſpeciminis loco aliquid afferemus. Ponit
438. Autor conjecturam de anno natali Soſpitatoris, eamque ex die
mortis *Herodis M.*, a Judæis annotato, ductam, qua putat, Chri-
ſtum natum eſſe ea nocte, quæ intercedit inter 20 & 21 diem
Octobris; quam conjecturam etſi propius exiſtimet a veritate
abeſſe, tamen ipſe vitæ Soſpitatoris deſcriptionem dirigit ad nor-
mam traditionis antiquæ, qua Soſpitator ſe in humanam natu-
ram induiſſe fertur die 25 Decembris. Sumto igitur hoc, per-
git, eum d. 1 Jan. eſſe circumciſum; Magos ex Oriente adveniſſe
Hieroſolymis d. 6 Jan. & ſequente die ſub veſperum, ſtella duce,
properaſſe Bethlehemum. Porro d. 8 Jan. ſe fuga contuliſſe *Jo-
ſephum*, adhortante Deo, in Ægyptum; & d. 11 Jan. inſecu-
tam cædem puerorum Bethlehemiticorum. Die 12 Jan. exiſtimat
in Ægyptum perveniſſe *Joſephum*, & filium *Herodis* occiſum d. 25
ejusdem menſis. Cum quatuor tantum dies inter filii patrisque
mortem

mortem interponantur ab horum temporum ſcriptoribus, eam patris mortem nocte dicit inſecutam inter d. 29 & 30 Jan. & *Joſephum* rediiſſe in Canaan, purificationisque ſacra commode ex lege in templo interea peregiſſe, dum *Archelaus*, in funere patris procurando occupatus, Hierichunte commoratus eſſet. Uno nuntio deinde auditam eſſe Romæ & cædem puerorum Bethlehemiticorum, & filii *Herodis*, nomine *Antipatri*. Hanc de vita & geſtis Soſpitatoris noſtri Commentationem excipit elegans doctiſſimaque Epiſtola Viri Clariſſimi, *Gerbardi ten Cate*, Philoſophi Daventrienſis, ad *Leonardum Offerbaus*, in qua dubiorum Pag. 551.
& difficilium quorundam e Prophetis locorum explicatio Evangelicæ hiſtoriæ conſentanea ratione traditur. Inprimis autem egregio lumine perfunduntur loca, quæ de Meſſia agunt in Vet. 590.
Teſtamento, & de reliquis Soſpitatoris noſtri nominibus, inprimis de nomine σωτῆρος, docte diſputat; ubi mirati ſumus, eum præter notionem a ſcriptoribus ſacris ſuppeditatam non attuliſſe eam, quam huic voci profani ſubjecerunt. Certe *Cicero Lib. II in Verr. Cap. 2* tam magnum exiſtimavit hoc nomen, ut Latino unico *verbo exprimi non poſſit.* Tentavit vero rem *Tertullianus*, quando σωτῆρα interpretatus eſt *ſalutificatorem*, quemadmodum Latini dicunt *pacificatorem*. Sed, hæc pluribus diſputare, hujus non eſt loci. Interim juvabit vehementer Scripturæ Sacræ interpretes, una cum Cl. *Offerbauſii* Opere hanc perlegiſſe Epiſtolam.

ΑΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΟΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ *VINDICIÆ adverſus Sycophantas Juvavienſes. Operta quæ fuere, aperta ſunt, patent præſtigiæ. Plautus Capt. Act. III Sc. 3 pag. 8.*

Coloniæ, apud Pet. Marteau, 1741, 4 maj.
Alph. 1 plag. 2.

Quid occaſionem dederit eruditiſſimo Autori, quem *Jo. Caſperium*, Archiepiſcopi Salisburgenſis Hiſtoriographum, eſſe accepimus, ut his *Vindiciis* ſcribendis animum admoveret, ipſe principio Operis exponit. Juvenes nonnulli, tum

 antiqui-

antiquitate generis, tum ingenii præstantia, illustres, ab Italica peregrinatione Salisburgum redierant, & conventus, in quibus de antiquitatibus ecclesiasticis & criticis rebus disquirerent, instituerant. Perculsi novitate rei Benedictini, qui docendis literis in Salisburgensi Academia operam navant, ægre hoc ferebant, religioni scilicet, si critica ars, ipso nomine exosa, antiquis fabulis confutandis adhiberetur, & simul ignorantiæ suæ, metuentes. Eruditi contra monebant eos, desisterent adversari bonis studiis, eisque *Muratorii* librum *de Ingeniorum moderatione* commendabant. Furere illi & movere omnia, quod *Muratorius* scholasticorum vitia & inanem arrogantiam, cum incredibili inscitia conjunctam, acriter perstringeret. Inprimis *Eurybates*, homo impudentissimus, cum se in illo libro ad vivum expressum cerneret, eruditos conventus *Sodalitatis Murariorum* nomine traduxit, aliis quoque in societatem sceleris allectis; e quibus *Antisthenes* pro concione dixit, divisum esse inter Deum & *Mariam* justitiæ & miserationis regnum, non sine gravi doctorum quorundam offensa. Interea accidit, ut Romæ *Raym. Ceccbettus* in Illustrissimi Comitis, *Ern. Harrachii*, funere, Salisburgi nobilis quidam adolescens, in docendi rationem, quæ in Academia obtineret, graviter inveherentur; quod commotos animos magis exacerbavit. Non multo enim post *Phrynondas*, seu vero nomine P. *Placidus Bæckhn*, Academiæ Procancellarius, seditiosa Oratione vindicias *Antisthenis* egit, adeo, ut plebs & stolidæ aniculæ, cultum Beatæ Virgini ab impia *Murariorum* societate negari, per plateas & compita creparent. Re ad Principem delata, *Phrynondæ* Oratio, jam typis exscripta, jussu ejus suppressa est. Tunc ille & socii, favere Principem fidei catholicæ hostibus, aulæ proceres & generosam juventutem fœda impietatis macula infectam esse, clamarunt, &, famosis libellis in vulgus sparsis, missisque per omnem Germaniam literis, de religionis adversariis conquesti sunt. Quare Princeps, cum nullum motibus finem fore provideret, contentionis autores partim Academico senatu movit, partim, ut a turbulentis abstinerent sermonibus, hortatus est. Ejus rumor seditionis percrebuit per Germaniam, & ad Cæsaris, Novemvirorum, & Purpuratorum

quorun-

quorundam, aures pervenit, ringentibus barbaris, eruditis vero sycophantarum temeritatem graviter execrantibus.

Phrynondæ ergo Orationem, cum præcipua turbarum causa exstiterit, doctissimus Autor sub examen vocat. Dixerat ille, non tantum bonum ac utile, verum etiam necessarium ac preceptum, esse, Sanctos, inprimis B. Virginem, colere ac venerari; quam sententiam probantes Socii, ipsam Orationem, inscio Principe, ediderant. Cum autem ruri, coram imperita multitudine, non tam instruendi causa, quam odio in *Muratorium* & eos, qui veræ sapientiæ studio ardebant, habita esset, legem, quæ, de difficilioribus rebus nullam in suggestu mentionem fieri, nec hæreticis statim accenseri, debere, qui tantum in suspicionem adducti sint, prohibet, non uno modo Autor violavit. Frustra se Concilii Tridentini autoritate tuetur, in quo nullum de Sanctis invocandis præceptum exstat, sed eam tantum invocationem bonam & utilem esse docetur. Consentiunt Commentatores, & Lutheranis, verba Concilii de præcepto interpretantibus, fortiter se *opponunt*. Neque aliter fere voces, *venerandus, invocandus*, a præstantissimis scriptoribus sæpe accipi, quam pro eo, quod decet, *Horatii* & aliorum locis ostenditur; Theologis autem nulla legum ferendarum facultas concessa est. Et de malis, quæ ex dialecticis eorum concertationibus proveniunt, Patres Ecclesiæ omni ætate conquesti sunt. Destitutus ergo sacræ Scripturæ & Tridentini Concilii præsidio *Phrynondas*, ex *Thomæ Aquinatis* verbis: *Deus vult, & oportet invocare*, legem de Sanctis invocandis conficit, eamque esse Ecclesiæ mentem, ex precibus, tum in Missa, tum in laudibus divinis, a Clero persolvi solitis, præcipue vero ex Symboli Apostolici Capite de communione Sanctorum, probare annititur. Quæ quidem argumenta admodum infirma sunt. Non aliunde enim, quam a *Platonicis*, qui varios dæmones, Deum inter ac homines intermedios, commenti sunt, Sanctorum cultus originem ducit. Cui perniciosæ doctrinæ S. *Augustinus* se opposuit, unicum Christum Dei ac hominum mediatorem esse, declarans. In quo consentientes habet *Hilarium*, *Chrysostomum*, *Bernardum*, alios, licet Pseudo-*Dionysius*, *Platonicis* commentis

 refertus,

refertus, in diversa abeat, quem, ut in multis aliis, secutus est Divus *Thomas*. Maxima autem *Phrynondæ* blasphemia est, dum dicit, adesse Sanctos, ne nimis familiariter cum Deo ageremus. Porro ex Festorum in honorem Sanctorum institutione cultus, non vero necessitas, probatur. Haud magis feliciter in Patrum, de necessaria *Mariæ* invocatione, consensu ostendendo versatur Auctor, quorum testimonia, eundo per Seculorum ordinem, adducit. Primum *Dionysio Areopagitæ* in *S. Brigittæ revelationibus* tribuitur, non sine maxima fraudis suspicione. *Mariam mediatricem* appellat, quod aliter accipi nequit, quam pro ea, quæ in vita spirituali nobis adjutorio est. Justum autem discrimen inter Deos ac homines, tum in ipsa colendi ratione, tum in honorum titulis, statuendum, cavendumque est, ne creatis rebus nomina, soli Deo debita, tribuantur, multo minus monstra illa opinionum, *Mariam* posse cultu latriæ adorari, eamque unicam, & maxime compendiosam, ad salutem viam esse, dudum explosa, renoventur. Quod nec *Origenes* inficiatur, qui, creata honore digna esse, non cultu & adoratione, in libris contra *Celsum* profitetur. Urget adversarius *Irenæi* locum, quo *Maria Evæ advocata* dicitur. Sed verba ejus aliter intelligi non debent, quam quod *Maria* preces pro nobis ad filium effundat, nobis subinde id non orantibus; quemadmodum Christus pro nobis apud patrem intercedit, quamvis eum prius non precati simus. Quare ex imperfecta *Evæ* & *Mariæ* comparatione nihil concludi potest. Adscribitur primis Seculis nostra salus *Mariæ*, sed, cum Deus ad complenda sua consilia tantum usus sit rerum creatarum ministerio, ea tantum ut instrumenta consideranda sunt, nec ad ea referendum, quod soli Deo convenit. Ex quarto Seculo non nisi spurios scriptores *Phrynondas* adducit, ut *Athanasii* Sermonem de Deipara, *Basilii* Liturgiam, *Epiphanium* de laudibus Deiparæ, & *Hieronymi* Sermonem de ejus assumtione, quam illa ætas plane ignorabat. Ex quinto Seculo *Augustini* Sermo 35 *de Sanctis*, in quo *porta paradisi & scala cœlestis Maria* audit, allegatur, quem Benedictini ex sua editione, ut spurium, rejecerunt. Seculo sexto *Andreas Cretensis* adscribitur, qui tamen ad octa-

vum

vum pertinet. Patres, qui insecutis temporibus scripserunt, quamvis religionis summa veteribus nihil concedant, eruditione certe multo inferiores fuerunt. Ea occasione præstantissimus Vindiciarum Autor canones aliquot de usu & interpretatione Patrum, ex D. *Thoma*, *Melch. Cano*, *Sixto Senensi*, *Petavio*, *Mabillonio*, *Dupinio*, & *Muratorio*, addit. Et primo quidem, præcipuam, ait, sacri Codicis autoritatem esse, cui si repugnent Patres, nullam eorum habendam rationem esse. Deinde, locutiones Patrum quorundam improprias, vel incautas, non arripiendas contra receptam catholicorum opinionem. Porro, lapsus Patrum benigne excusandos, non ad confirmanda dogmata adhibendos esse. Quando idem scriptor diversis in locis pugnantia docere videatur, dispiciendum esse, ubi controversiam illam data opera pertractet. Postea animadvertendum esse, scriptores non solum post sextum Seculum, sed etiam antiquiores, loca quædam Scripturæ pro arbitrio interpretari. Postremus canon est, id demum firmum ac ratum esse, quod ubique & ab omnibus tradatur. Ex quibus omnibus apparet, non ita in*hærendum esse iis, quæ* in fervore disputandi prolata sunt, ut inconsiderate arripiantur; quare etiam *Baronius* & *Bellarminus* reprehenderunt in Patribus, quod dignum reprehensione videbatur. Ad reliqua deinde testimonia examinanda Autor pergit, &, locum *Gregorii*, quo *arcam sanctificationis Mariam* appellat, ex supposito scripto allegatum esse, ostendit. Et, quanquam, *Mariam* pie & allegorice ita vocari posse, concedat, non tamen quidquam inde præsidii pro stabilienda assertione accedere. Queritur de iis, qui maximam vim locis inferunt, dum, quæ unice ad Christum mediatorem spectant, licentia plane non ferenda, ad *Mariam* referunt; quod tamen non ita accipi vult, quasi preces, ab ecclesia institutas, aut inter Missæ solennia recitatas, improbet. Deinde *Martini I* verba, tacito autoris nomine a *Phrynonda* adducta, ex Monothelitarum historia, & Concilii Lateranensis actis, erudite illustrantur. Eo enim perventum erat fraude & insidiis inimicorum, ut *Martinus* accusaretur, non, quod *Mariæ* opem haud necessarium putaret implorari, sed quod eam non crederet Dei genitricem esse. Quibus re-

 spondit

ſpondit Pontifex, ſe Dei genitrici debitum honorem nunquam negaſſe, de invocatione nec verbo meminit. *Ildephonſi Toletani*, quem *Benedicti* regulæ addictum *Phrynondas* vulgari errore putat, verba: *Mariam in omnibus auxiliatricem eſſe*, ipſi minime favent; uti nec illa, quæ ex *Germani* junioris *de Zona* Sermone producit: *nullum eſſe, qui ſalvus fiat, niſi per Mariam.* Non alium enim ſenſum habent, quam *Mariam* univerſorum ſaluti, tanquam Chriſti matrem, conſuluiſſe. Ad *Jo. Damaſceni*, quem etiam pro Benedictino habet, locum: *Mariam tanquam reginam veriſſimo dominatu potiri*, reſpondet, eum ex ſpurio ſcripto excitatum eſſe, & neminem tam mente captum fore, ut exiſtimet, Deum, quem ſacræ literæ dignitatis ſuæ zeloten appellant, alium regem ſeu reginam in ſuo regno paſſurum eſſe, & honoris tantum cauſa *Mariam* reginam appellari. Neque majoris momenti ſunt *Petri Damiani* & *Bernardi* verba; *Alberti* autem & *Bonaventuræ*, niſi ad eccleſiæ mentem explicentur, veniam potius, quam laudem, merentur. Verum quidem eſt, Patrum nonnullos *Mariam matrem omnium* appellaſſe: neque immerito. Nam, cum Chriſti mater fuerit, Chriſtus autem ſe noſtrum fratrem dicat, ſane conſequitur, eam noſtram quoque matrem eſſe, minime autem lex de ea neceſſario invocanda. Et ita *Gregorii VII* verba accipi debent, qui *Mariam* omni matre carnali mitiorem & promtiorem ad nos juvandos dicit. Ex iis, quæ a nobis hactenus adducta ſunt, apparet, quam ſæpe *Phrynondas* legem, ne quis in concione nominatim traducatur, violaverit, &, quod pejus eſt, quanta ignorantiæ ſuæ in Grammatica, Dialectica, Critice, verbo, ſcientiis omnibus, teſtimonia ediderit. Quare etiam ipſius Oratio nulli eruditorum Benedictinorum probata fuit, quippe qui facile intelligunt, eum & ſocios ſceleris, ſycophantas reliquos, catholicæ religionis & Romanæ eccleſiæ gloriam obſcuraſſe. Eos Autor hortatur, ut, rejectis barbaris ſtudiis, majorem in poſterum honorem criticæ arti & eccleſiaſticis antiquitatibus habeant, & præclaros familiæ Benedictinæ Socios imitentur, quorum opera effectum eſt, ut maxima univerſæ eruditioni incrementa acceſſerint. Eſt ſane hoc *Vindiciarum* Opus præſtantiſſimum & plane eximium, tum

tum argumenti dignitate, quippe quod cultum B. Virginis ex monumentis ecclesiasticis egregie illustrat, tum nitore verborum, & luminibus dictionis, quæ elegantissima, & ad normam veterum scriptorum feliciter expressa est. Non frustra auguramur, fore, ut Benedictini Salisburgenses, excusso torpore, ad bona studia, tanti Viri monitis & exemplo, aliquando excitentur. Certe maximi viri, & literarum per Germaniam instauratores, non aliis olim armis inveteratam barbariem aggressi sunt, nec alia ratione nomina sua famæ & immortalitati commendarunt, quam abominandam ignorantiæ faciem, simul vero quid pulchrum in humanioribus studiis ac fere divinum sit, demonstrantes.

Subjuncta his *Vindiciis* est Sylloge testimoniorum ex scriptis catholicis, tum Latinis, tum vernaculis, e quibus, cultum Sanctorum non necessarium, nec præceptum, esse, apparet; quam *Phrynondæ*, seu P. *Placidi Bæckhn*, Oratio Germanica cum Latina versione excipit.

ANTI-MACHIAVEL, OU ESSAI DE CRITIQUE SUR le Prince de Machiavel, &c.

id est,

ANTI-MACHIAVELLUS, SEU SPECIMEN CRITicum in Principem Machiavelli, editum opera Domini DE VOLTAIRE, formis publicis descriptum secundum editionem authenticam Editoris.

Gottingæ, impensis Abrahami van den Hœck, librarii & typographi Academici, 1741, 8.

Plag. 15.

Mentionem injicimus libelli auro contra cari, ac multis nominibus eximii. Autor ipsius mensuram mentis illustrissimæ maximæque implet, quam Deus ipse raro exemplo formavit, ac in theatrum orbis, quaqua patet, universi produxit ad genus humanum virtuti jungendum & præceptis & exemplis. Conjecit Heros tantus, alter *Antoninus Philosophus*, paucis abhinc annis cogitata sua in chartam, quæ magna & lucidissima ipsi

ipsi mens dictaverat. Annos tunc habebat haud adeo multos, totus tamen in eo excubans, ut sapientiæ ac virtuti soli assuesceret. Constituerat, & apud sese deliberatum habebat, instillare sibimet præceptiones sapientiæ plenas. At hæ sic sunt comparatæ, ut dignæ sint, quæ existant speculum Regum omnium, & scaturigo salutis felicitatisque, ad universum genus humanum profluentis. Communicavit idem id manuscripti cum *Voltairio*, qui, permissu Serenissimi Autoris, illud in dias luminis auras exire jussit. Venenum *Machiavelli* publice dudum prostat. Merito itaque antidotum ejus publicam in lucem exit. Mirum sane est, Autorem summum, in Gallia nec natum, nec educatum, in sermone Gallico scriptura tam nobili, tantæque energiæ plena, sæpiusque purissima, libellum hunc concinnasse. *Amelotus de la Houssaye*, cujus in *Machiavelli* Principem metaphrasis & annotationes Gallicæ hic denuo comparent, inferior est Autore, sive scripturam, sive philosophiam respicias practicam. Interest generis humani, virtutem hic ornatius delineatam esse, quam vitium vitiorumque compagem, a *Machiavello* admissorum. Non ubique *Machiavellus* agit *Spinozam* politicum; sed dantur etiam loca, quæ elogio non prorsus sunt indigna. Quare passim ei non est opposita hic refutatio, sed elegantissimæ meditationis illi appositæ sunt dapes. Peccavit *Amelotus* in eo, quod *Machiavello*, doctrinam generi humano funestam professo, frigidam ubique suffudit, & *Justi Lipsii* autoritate suffragioque cum præmunivit, cujus tamen hoc de *Machiavelli* Principe est judicium: *Utinam Principem suum recta duxisset ad templum virtutis & honoris.* Quæ verba *Amelotus* ex industria suppressit. Irritæ sunt *Ameloti* pro *Machiavello* vindiciæ, quemadmodum *Voltairius* in Præfatione sua ostendit. *Princeps Machiavelli* circa annum 1515 fuit editus, ac *Laurentio de Medicis* inscriptus, *Leone*, cujus *Laurentius* ille erat nepos, Romanæ Ecclesiæ præsidente, anno demum 87 damnatus, ex quo fuerat editus in lucem. *Clemens VII* Papa A. 1531 instruxit Opera *Machiavelli* universa privilegio eximio & singulari. Jesuita *Possevinus* Romæ classicum cecinit in hunc librum A. 1592, quem tamen haud legerat. Ex eo factum, ut *Innocentius IX* scripta *Machiavelli*

chiavelli carbone existimaret notanda. Et sane Princeps *Machiavelli* aptus est ad Politicam corrumpendam, & ad præcepta salubrioris Ethices destruenda. Non potest ille non incidere in manus Principum ac eorum, qui Principum sunt a consiliis. Inundationes, fulmina, ac pestes, hominibus haud æque nocent, ac *Machiavelli* Princeps. Mala enim illa sunt temporaria, venenum vero *Machiavelli* diuturnum, qui, exempla Principum ætatis suæ teterrima secutus, doctrinas suas ad ea conformavit. Essent in Historia conservandæ duntaxat egregiorum Principum vitæ, ut illibata tantum virtutis exstarent exempla, & meritorum egregiorum merces ejusmodi imitatores redderet bene multos. Peccavit utique *Machiavellus* in prudentiam, justitiam, & bonitatem, Principum ornamenta. Quibus causis Illustrissima Autoris mens adducta & impulsa fuit ad splendorem virtutum in thronos reducendum, fuco & veneno *Machiavelli* ad Acheronta deturbato. Latius id ipsum exponitur in prologo, quem *Ameloti* excipit Præfatio, quam attingere nec necessarium est, nec consultum. Editiones hujus *Anti-Machiavelli* pæne obliti fuissemus. Minus genuinæ prodierunt in lucem A. 1740 Londini ac Hagæ Comitum. Hæc genuina formis publicis descripta exiit Hagæ Comitum, exeunte anno eodem, ac denuo Gottingæ fuit A. 1741 repetita. Dolendum tamen merito, in hac quarta nævos nonnullos apparere typotheticos, vel inconsiderantiæ cujusdam humanæ testes. Non est, quod hic de Gottingensi Germanica faciamus verba. *Princeps* ipse constat *Capitibus sex & viginti. Primo* ostenditur differentia gubernationum, & modus ad principatum perveniendi. Demonstrat Maximus Autor, propelli homines atque adspirare ad Principatum suscipiendum ac administrandum vel successione, vel electione, vel bello juste facto. Populi vero Principibus sese subjecerunt, eodem docente, ob quietem suam & salutem, ne careant judice in controversiis, ne tutela ipsis desit adversus hostes, & ut salus publica contineat singulorum salutem. Justitia itaque esto prora ac puppis actionum Principis, ne ipse excedat modulos magistratus supremi, neve degeneret in usurpatorem. *Capite secundo* exponitur de Statibus hæreditariis. Commentatur hic Autor Maximus nonnihil de ipso eorum fundamento

Pag. 3.

mento ac ſecuritate. Vinculo Princeps hæreditarius col-
ligatus eſt intimo cum ſerie familiarum potentiorum, quarum
pars maxima ipſi debet bona atque amplitudinem. Securitatem
publicam Principatui conciliat miles potens ac perpetuus, am-
Pag. 5. bitioni vicinorum oppoſitus. Rebellionem excitat tyrannis &
rigida dominandi ratio. Principem, qui felicitatem ſuorum
ſerio curæ cordique habet, amant univerſi, tantum abeſt, ut
ſubjecti de rebellando ſuſcipiant cogitationes. Duces ipſos Lo-
tharingiæ nuper Lotharingi admodum inviti valedicturos deſide-
rabant, acquieſcentes quippe diutiſſime in ſinu Ducum opti-
morum. *Capite tertio* diſſeritur de Statibus mixtis. Autor
Maximus, hic longe utiliſſima ediſſerens, oſtendit graphice in-
convenientiam & turpitudinem dominorum, qui alieni nun-
quam non ſunt appetentes, ac ob vanas cupiditates homines, in
quos poteſtatem uſurpant, reddunt infelices. Delineat mo-
leſtam imperiorum, late ſeſe diffundentium, molem, & ambitio-
11. ſorum Principum, aliena involantium, eventus funeſtos. Su-
ſpicatur, eruditos ac Philoſophos, qui Europam perpolivere,
eſſe in cauſa, ut regnorum ac imperiorum poſſeſſiones noſtra
ætate inter Chriſtianos ſint ſtabiles minusque incertæ. Sedem
a Principe in meditullio regionis ſubjectæ commodiſſime eligi,
monet. Colonos ac colonias prædicat *Machiavellus* in terras recens
ſubactas mittendos. Quod conſilium minus probatur Autori Sum-
mo, ſatius eſſe rato, copias eo infundi, diſciplinæ ordinisque
14. tenaces, quas, tempore pacis ali ſolitas, ignoravit ætas *Machia-
velli*. Negat ipſe, diſcordias prudenter diſſeminari inter
Principes circumvicinos. Probitatem ac defenſionem oppres-
ſorum potius commendat, a patre ſapiente profectam. Uſur-
pationes deteſtatur, credens, gladium, tuendo ſeſe datum,
haud eſſe adhibendum ad violandas humanitatis ac virtutis le-
ges. *Capite quarto* exponitur de modo thronum conſervandi.
Machiavellus artem parta tuendi collocat in deſpotiſmo. Di-
ſtinguendum inter ſtabilitatem regni ac Regum. Hanc Oriens
26. ſæpius ſenſit turbari, illam haud æque, ob conſtantiam popu-
lorum. Galliæ Regum ſtabilitas pendet a copiarum multitu-
dine, ac munimentis ubique collocatis. *Capite quinto* de terris
diſſeritur recens acquiſitis. *Machiavellus* conſultum duxit, re-
gionem

gionem recens ditioni submissam exuere juribus ac viribus, ut secure ipsam possidere liceat. At monet Autor Maximus, vim regni haud consistere in dilatatis finibus, sed in multitudine ac opibus incolarum. Illustrat hoc ipsum potentia Batavorum, Pag. 29.
cum terris Russorum collata. Gens Russorum, ipso judice, impotentior est copiis Batavorum, terra marique rem gerentibus, divitiis, & affluentia. Ipse credit, illum, qui rempublicam devicit bello juste suscepto, posse eam pœnis defunctam reddere libertati, vel, si secus senserit, præsidiis instruere loca munitiora, & libertatis fructus relinquere devictis inviolatos.
Capite sexto agitur de Statibus novis, quos Princeps fortitudine 31.
sua armisque ditioni suæ adjecit. Autor Maximus abhorret ab ambitione, modum excedente, ac desiderio gloriæ effictæ. Cele- 33.
brat *Machiavellus* exempla *Mosis*, *Cyri*, *Romuli*, *Thesei*, ac *Hieronis*, qui imperia vi summa stabiliverint nova. At omittit exempla ambitiosorum regiæ potestatis ac regni procorum, *Joannis Leidensis*, *Richardi*, ex *Cromwellio* nati, Pseudomessiarum, &c. *Mosen* perperam, judicante Summo Autore, *Machiavellus* inseruit classi *Cyrorum*, *Romulorum*, *Theseorum*. Ipse enim fuit 35.
singulare providentiæ divinæ exemplum, qui sibi acquisivit nec regnum, nec opes, sed præscriptum Dei effectui dedit. Acroamatum instar Autor confutationem suam exponit. En exem- 36.
plum unicum e plurimis: *Generatim & ingenue fateor, opus esse indole erectiori, animoso pectore, & promta agendi ratione, ad æquiparandum Theseis, Cyris, Romulis, ac Mahumetis. At nescio, an illos virtutis cultores dicere fas sit. Fortitudo & promta agendi ratio æque deprehenditur inter latrones vasti itineris, ac apud Heroas. Hoc eos intercedit discrimen, quod occupator novi imperii violentus est latro illustris, & alter est obscurus; ille accipit laureas & thura in mercedem violentarum actionum, hic vero funem. Quicunque sibi vult subjicere sibi æquales, nunquam non est sanguinarius, & fraudum architectus. Principes fanaticorum Cevennensium venditabant sese a Spiritu sancto afflatos, & extemplo contrucidabant eos, quos Spiritus ille condemnaverat. Scelerati hi, qui intra montium juga eludebant Deum ho-* 37.
minesque, fortissimi erant, habendi pæne pro Diis temporum Fohis ac Zoroastris. Hieronis artem politicam criminis convincit

 Autor,

Autor, monens, virtutem a *Machiavello* appellari, quæ vo-
canda erat *perfidia.* Privato licere, credit, regale solium
conscendere, nato in regno electivo, vel patriam liberanti. Huc
refert *Sobiescium* Poloniæ, *Gustavum Wasam* Sueciæ, & *Antoni-
nos* Romæ, repudians *Cæsarem Borgiam*, *Machiavelli* heroem. *Ca-*
Pag. 38. *put septimum* de gubernatione Principatus, recens parti, inscribi-
tur. *Cæsaris Borgiæ* indoles & actiones hic delineantur, Princi-
pes Italiæ eversuri. *Capite octavo* recensentur ii, qui per crimi-
49. na Principes evaserunt. Repudiat Autor Maximus exempla *Aga-
thoclis* & *Olivieri Fermiensis*, a *Machiavello* laudata. Ostendit epi-
demicum malum, quod e lectione librorum male sanorum le-
51. ctoribus instillatur. *Vitam Alexandri*, a *Curtio* scriptam, *Ca-
rolo XII*, Suecorum Regi, fuisse peccandi illecebram, prudenter
54. significat. Addit egregie: *Non est id in essentia nostra situm,
ut ullus sceleratorum sit felix.* Crudelem hominem ad vivum
ipse depingit. *Capite nono* exponitur de Principatu civili. Rem-
publicam lubenti animo Regi sese submittere, adversus *Machia-*
57. *vellum* negat Summus Autor, ominatus, respublicas tandem sin-
gulas recisuras sub despotismi habenas. Quod nisi metuerent saga-
ciores rerum publicarum custodes, ipsi certe potentiam suorum
63. excellentiorem haud suspectarent. *Caput decimum* de viribus Prin-
cipatuum ac rerum publicarum inscribitur. Comparat Maxi-
mus Annotator indolem rei bellicæ temporum *Ludovici XII* cum
præsenti bella gerendi ratione. *Machiavellus* vires Principis, mo-
dumque eas tuendi, exegit ad perpendiculum rationis guber-
nandi, qualis sua exstitit ætate, & qualem tempora abhorrent
65. nostra. Si quis a fœderatis sit nudus, hostibus circumvicinis re-
sistere haud valet. Contrarium tenuit *Machiavellus.* Sunt, qui
sibi persuadent, fœdera, de mutuo auxilio inita, haud serva-
66. ri. At, licet nonnihil eorum violetur, fœderatus tamen fœde-
rato haud nocebit palam, & ad minimum neutri parti erit ad-
dictus. Quid e re Principum sit exiguorum, Autor Maximus
sollicite ostendit. Urbium Germaniæ imperialium faciem &
68. conditionem nitide depingit. *Capite undecimo* de Principati-
bus ecclesiasticis exponitur. Rationem, cur prisci mortales bella
ob religionem haud gesserint, recenset Autor perpulchre, non
minus investigans rationem, cur incolarum plerique in terris
Epi-

Episcoporum ac Clericorum sint mortalium pauperrimi. *Alexandrum VI* ac *Leonem X* a *Machiavello* laudari, Autor Summus non miratur, ratus, heroas tam flagitiosos præcone tali esse omnino dignos. Nec omittit monere, religionem retinere populos in Pag. 73.
obedientia, quam ipsi Regibus ægre essent præstituri. Ad *Caput duodecimum* egregie prorsus commentatur de militibus, quibus potentia Principum & conservatur, & crescit. Ut Princeps præsto 80.
sit exercitui præliisque dirigendis, solide docet, e re esse sua. *Capite tertio decimo* de auxiliis agit. Præcipit ibi, ut Princeps pro- 85.
missa fœderatis data diligenter exequatur, laudatque hanc regulam: *Ita te gere, ut nec ab inimicis, nec ab amicis, tibi sit metuendum.* Auxiliis esse renuntiandum, *Machiavello* haud largitur. Extraneo enim milite Galli Batavique & aliæ gentes copias suas ita instruunt, ut polleant viribus, alias desiderandis. Ad *Caput quartum decimum* Autor Maximus solidissime de usu venationum modico, Principibus non dissuadendo, disserit, abusum egregie repræsentat & dissuadet. Addit nobilissimam hanc doctrinam: *Si feræ co-* 91.
piosiores noceant agricolis, cura eas destruendi optime demandatur venatoribus, eapropter stipendio ali solitis. Principum est curare, ut recte observent ea, quæ scire oportet, & subjectos regant, eum in finem, ut eo plus cognitionis & virium jungendi ideas adipiscantur. Ipsorum est recte cogitare, & congruenter fini proposito agere. Capite quinto decimo, quo significantur ea, quæ 95.
sunt in causa, ut homines vel laudentur, vel vituperentur, Autor ad ætatem omnem commemorabilis integritatem seu probitatem prudentiamque commendat imis summisque, virtutes, ad quas sceleratorum quoque trepidat turba. *Capite sexto decimo* de 101.
bona œconomica prudentia, & liberalitate, exponit idem tam præclare, ut nihil solidius possit excogitari. Et, cum *Machiavel-* 106.
lus crudelitatis, quam clementiæ, sit studiosior buccinator, *Capite septimo decimo* in omnia alia discedit, moderationem & severitatem necessitati rerum accommodatam laudans, crudelitate procul habita. *Capite octavo decimo* idem refellit merito *Machiavellum*, qui Principes artem fallendi promissa & dissimulandi docuit, meliora hic longe & nobiliora regnandi præsidia proponens. An Princeps debeat esse hypocrita, quæritur. *Machiavellus* affirmat. Autor inclytissimus vero sic sentit: *Populi amant* 120.

 Prin-

Principem scepticum magis, sed virum honestum & felicitatis ipsorum amplificatorem, quam orthodoxum sceleratum & maleficum. Non cogitationes Principum, sed ipsorum actiones, in causa sunt, ut homines ipsis subjecti reddantur felices. Fanaticismum esse aptum ad conjurationes & cædes in Principes faciendas,
Pag. 125. idem *Capite nono decimo* monet, laudans formam, regendæ Angliæ præscriptam, quæ Regi indulget vires bene faciendi, at per pri-
127. morum ordines, ne male agere possit, cavet. Admiramur Autoris Maximi dexteritatem, in judicando splendentem; veneramur pretium virtutis ipso arbitro perquam auctum; suspicimus Heroem Philosophum, meritis proborum sese oblectantem; prædicamus jure summo diligentiam ejus, soliditati junctam, qua monstrosum *Machiavelli* systema evertit; gratulamur generi humano, quod in Autore Summo tantum vindicem ac felicitatis amplificatorem invenit; nec dubitamus, quin ex lectione hujus libri universus orbis reparationem & instaurationem seculi sit felicissime consecuturus. Simul ac librum attente ad calcem usque percurrimus, & sæpius repetita lectione dignum, Diisque commendabilem, librum revolvimus, incidimus in illa *Plinii* ad *Trajanum* verba: *Unum ille se ex nobis, & hoc magis excellit atque eminet, quod unum ex nobis putat: nec minus hominem se, quam hominibus, præesse meminit.*

PHILOSOPHIÆ NATURALIS PRINCIPIA Mathematica, Autore ISAACO NEWTONO, Equite Aurato; perpetuis Commentariis illustrata, communi studio P. P. THOMÆ LE SEUR & FRANCISCI JACQUIER, ex Gallicana Minimorum familia, Matheseos Professorum.

Tomus I.

Genevæ, typis Barrillot & filii, 1739, 4.

Alph. 3 plag. 3, cum aliquot Figuris, in æs incisis.

Si quod aliud humani ingenii monumentum, hoc certe æternum magni *Neutoni* Opus, vel maxime mereri ac postulare videtur, ut, luculentissimis Commentariis illustratum, pluribus familiare fiat. Cujus laboris aliquam partem quanquam jam antea

antea nonnulli occuparunt, editis introductionibus, variisque aliis scriptis, ad quædam Philosophiæ *Neutonianæ* capita, pro mediocrium ingeniorum, ipsiusque vulgi ac tenerioris sexus & ætatis, captu, perspicue exponenda; nemo tamen huc usque integros *Neutoni* libros scholiis perpetuis, ad dignitatem rerum accommodatis, interpretari ausus est. Quo magis collaudare debemus egregiam operam doctissimorum P. P. *le Seur* & *Jacquier*, Romæ in Regio Conventu S. S. Trin. Matheseos Professorum, qui, nulla rei difficultate deterriti, *Neutoniana* Philosophiæ naturalis Principia mathematica annotationibus perամplis, & Commentariis perpetuis, explanare nuper instituerunt. Quanquam enim, quod nunc in manibus habemus, *Volumen* solam *Partem primam* Operis, sive *primum Neutoni Librum*, complectitur, minime tamen dubitare licet, quin etiam reliqui *duo Libri*, pari cura elaborati, propediem prodituri sint. Sed juvat ipsis Autorum doctissimorum verbis rationem reddere instituti, de quo ad rerum mathematicarum studiosos hoc modo præfantur: "Quam recondita sint simul & utilia *Philosophiæ naturalis* "*principia mathematica*, norunt ii omnes, qui vel ipsum clarissimi" Autoris nomen audierunt. Tanta est rerum dignitas atque sub-" limitas, tanta sermonis plus quam geometrica brevitas, ut præ-" stantissimum illud Opus paucissimis duntaxat Geometris factum" videatur. Eas ob causas viris Matheseos cultiorisque Physices" studiosis gratissimam fore putavimus eo modo comparatam in-" terpretationem, ut omnes tam utilis Philosophiæ propositiones," corollaria omnia atque scholia, inoffenso pede possint decur-" rere, qui vel ipsis Geometriæ & vulgaris Algebræ elementis" probe imbuti sunt. Quod ut præstaremus, Mechanices & cal-" culi infinitorum principia, quantum instituti nostri ratio postu-" lat, *Neutoni* vestigiis insistentes, demonstravimus. Perbrevem," sed theorematum fœcunditate plenum, nostris Commentariis" inseruimus Tractatum sectionum conicarum. Quæ vel minimum," nimia obscuritate, lectori negotium parere possent, ea omnia" exponere, & in bono lumine collocare, conati sumus. Quæ in" scholiis, corollariis, propositionumque serie, prætermissa de-" monstratione, pronuntiat *Neutonus*, præmissis vel interjectis" lemmatis, scrupulose demonstrata invenient, qui in sola doctis-"

simi"

"ſimi Autoris verba jurare nolunt. Eximia, quæ in *Neutoni* "propoſitionibus latent, inventa deteximus atque evolvimus. "Tandem, cum præſtantiſſima illa ſummi Viri Principia non ſo-"lum intelligere, ſed & illam, quam ſibi aperuit, ad inventionem "viam explorare, plurimum delectationis habeat & utilitatis, diſ-"perſa huc & illuc generalia quædam Problemata Lector repe-"riet." Hæc doctiſſimi noſtri Interpretes; qui proinde operam ſe deſtinaſſe ſuam profitentur, nec præſtantiſſimis Mathematicis, neque imperito Philoſophorum vulgo, ſed iis, qui & primis Matheſeos elementis probe inſtructi ſint, & tali polleant mentis acie, ut longioris demonſtrationis vim atque ſeriem ſtudioſe perſequi, & animo comprehendere, poſſint. Cum vero nullum paulo difficiliorem *Neutoni* locum intactum relinquant, tum inprimis diligenter & copioſe in hoc *primo Volumine* agunt de colliſionibus corporum, tam perfecte, quam minus perfecte, elaſticorum, de deſcenſu gravium, de potentiis mechanicis, de viribus centralibus, de oſcillationibus pendulorum, de methodo fluxionum, de ſectionibus conicis, & de invenienda planetarum anomalia coæquata, ex data anomalia media; quo loco non ſolum methodum *Wardi* & *Caſſini* exponunt, ſed & eam, quæ *Neutono* magis propria eſt, *Gregorio* & *Keillio* intactam, ſtudioſe perſequuntur. Laudant paſſim, atque honoris cauſa nominant, viros doctos, quorum ipſis labor utilis exſtitit, *Dav. Gregorium*, *Varignonium*, *Hermannum*, *Bernoullium*, *Wolffium*, *Bulſingerum*, & alios. Tandem etiam publicum grati animi teſtimonium perhibent Viro Clariſſimo, *J. L. Calandrino*, in Academia Genevenſi Profeſſori, rerum mathematicarum peritiſſimo, qui hanc ipſam *Neutoni* editionem adornari curavit ad normam illius, quæ Londini prodiit A. 1726. Atque is (ut Commentatores noſtri fateri non dubitant,) non ſolum id ſibi laboris aſſumſit, ut ſchemata incidi ac diſponi, & typographica menda corrigi, ſedulo curaret, ſed etiam ea, quæ ſupra laudata ſunt, ſectionum conicarum elementa compoſuit, &, quæ ab illis non ſatis perſpicue videbantur expoſita, propriis notis illuſtravit. De quo ſuo labore, & maxime de propriis annotationibus, quæ aſteriſco (ut ſuſpicamur) a reliquis diſtinguuntur, cur ipſe ne verbo quidem lectores monuerit, non liquet.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Martii Anno MDCCXLII.

Pars II.

DE SERVORUM DEI BEATIFICATIONE ET Beatorum Canonizatione Liber quartus & ultimus, Autore PROSPERO DE LAMBERTINIS, *S. R. E. Cardinali tit. S. Crucis in Hierusalem, Anconæ primum Episcopo, postea Archiepiscopo Bononiæ.*

Bononiæ, formis Longhi, Excusoris Archiepiscopalis, 1738, fol.

Alph. 8 plag. 18.

Accedimus tandem felicibus auspiciis ad enarrandum *Tomum* Operis copiosi & doctissimi *postremum*, Eminentissimis Cardinalibus, sacrorum rituum Congregationi præpositis, & Reverendissimis ejusdem Congregationis Consultoribus, inscriptum. Hæc enim ea est Congregatio, cui Summus Pontifex *Sixtus V* non modo causas Beatificationis & Canonizationis universas, sed cetera etiam ejusdem generis momenta, ad cultum servorum Dei, Beatorum, Sanctorum, quomodocunque pertinentia, demandavit, & deferri mandavit. Autor Maximus ipse, dum Advocati Consistorialis munere functus fuit, & scribendo & dicendo præstitit huic operam suam non solum in causis Bononiensium civium, *Pii V* & *Catharinæ Vigriæ*, quæ ipsius patrocinio fauste cesserunt, sed etiam in aliis permultis, quæ scriptis ejus publicis declarantur. Idem, amplissimo *Clementis XI* beneficio ad eximium Promotoris fidei munus evectus, quæcunque a sese per integrum viginti annorum spatium in causas

mento ac securitate. Vinculo Princeps hæreditarius colligatus est intimo cum serie familiarum potentiorum, quarum pars maxima ipsi debet bona atque amplitudinem. Securitatem publicam Principatui conciliat miles potens ac perpetuus, am-
Pag. 5. bitioni vicinorum oppositus. Rebellionem excitat tyrannis & rigida dominandi ratio. Principem, qui felicitatem suorum serio curæ cordique habet, amant universi, tantum abest, ut subjecti de rebellando suscipiant cogitationes. Duces ipsos Lotharingiæ nuper Lotharingi admodum inviti valedicturos desiderabant, acquiescentes quippe diutissime in sinu Ducum optimorum. *Capite tertio* disseritur de Statibus mixtis. Autor Maximus, hic longe utilissima edisserens, ostendit graphice inconvenientiam & turpitudinem dominorum, qui alieni nunquam non sunt appetentes, ac ob vanas cupiditates homines, in quos potestatem usurpant, reddunt infelices. Delineat molestam imperiorum, late sese diffundentium, molem, & ambitio-
11. sorum Principum, aliena involantium, eventus funestos. Suspicatur, eruditos ac Philosophos, qui Europam perpolivere, esse in causa, ut regnorum ac imperiorum possessiones nostra ætate inter Christianos sint stabiles minusque incertæ. Sedem a Principe in meditullio regionis subjectæ commodissime eligi, monet. Colonos ac colonias prædicat *Machiavellus* in terras recens subactas mittendos. Quod consilium minus probatur Autori Summo, satius esse rato, copias eo infundi, disciplinæ ordinisque
14. tenaces, quas, tempore pacis ali solitas, ignoravit ætas *Machiavelli*. Negat ipse, discordias prudenter disseminari inter Principes circumvicinos. Probitatem ac defensionem oppressorum potius commendat, a patre sapiente profectam. Usurpationes detestatur, credens, gladium, tuendo sese datum, haud esse adhibendum ad violandas humanitatis ac virtutis leges. *Capite quarto* exponitur de modo thronum conservandi. *Machiavellus* artem parta tuendi collocat in despotismo. Distinguendum inter stabilitatem regni ac Regum. Hanc Oriens
26. sæpius sensit turbari, illam haud æque, ob constantiam populorum. Galliæ Regum stabilitas pendet a copiarum multitudine, ac munimentis ubique collocatis. *Capite quinto* de terris disseritur recens acquisitis. *Machiavellus* consultum duxit, regionem

gionem recens ditioni submissam exuere juribus ac viribus, ut secure ipsam possidere liceat. At monet Autor Maximus, vim regni haud consistere in dilatatis finibus, sed in multitudine ac opibus incolarum. Illustrat hoc ipsum potentia Batavorum, Pag. 29.
cum terris Russorum collata. Gens Russorum, ipso judice, impotentior est copiis Batavorum, terra marique rem gerentibus, divitiis, & affluentia. Ipse credit, illum, qui rempublicam devicit bello juste suscepto, posse eam pœnis defunctam reddere libertati, vel, si secus senserit, præsidiis instruere loca munitiora, & libertatis fructus relinquere devictis inviolatos.
Capite sexto agitur de Statibus novis, quos Princeps fortitudine 31.
sua armisque ditioni suæ adjecit. Autor Maximus abhorret ab ambitione, modum excedente, ac desiderio gloriæ effictæ. Celebrat 33.
Machiavellus exempla *Mosis*, *Cyri*, *Romuli*, *Thesei*, ac *Hieronis*, qui imperia vi summa stabiliverint nova. At omittit exempla ambitiosorum regiæ potestatis ac regni procorum, *Joannis Leidensis*, *Richardi*, ex *Cromwellio* nati, Pseudomessiarum, &c. *Mosen* perperam, judicante Summo Autore, *Machiavellus* inseruit classi *Cyrorum*, *Romulorum*, *Theseorum*. Ipse enim fuit 35.
singulare providentiæ divinæ exemplum, qui sibi acquisivit nec regnum, nec opes, sed præscriptum Dei effectui dedit. Acroamatum instar Autor confutationem suam exponit. En exem- 36.
plum unicum e plurimis: *Generatim & ingenue fateor, opus esse indole erectiori, animoso pectore, & promta agendi ratione, ad æquiparandum Theseis, Cyris, Romulis, ac Mahumetis. At nescio, an illos virtutis cultores dicere fas sit. Fortitudo & promta agendi ratio æque deprehenditur inter latrones vasti itineris, ac apud Heroas. Hoc eos intercedit discrimen, quod occupator novi imperii violentus est latro illustris, & alter est obscurus; ille accipit laureas & thura in mercedem violentarum actionum, hic vero funem. Quicunque sibi vult subjicere sibi æquales, nunquam non est sanguinarius, & fraudum architectus. Principes fanaticorum Cevennensium venditabant sese a Spiritu sancto afflatos, & extemplo contrucidabant eos, quos Spiritus ille condemnaverat. Sceleratı hi, qui intra montium juga eludebant Deum ho-* 37.
minesque, fortissimi erant, habendi pæne pro Diis temporum Fohi ac Zoroastris. *Hieronis* artem politicam criminis convincit

Autor, monens, virtutem a *Machiavello* appellari, quæ vocanda erat *perfidia*. Privato licere, credit, regale solium conscendere, nato in regno electivo, vel patriam liberanti. Huc refert *Sobiescium* Poloniæ, *Gustavum Wasam* Sueciæ, & *Antoninos* Romæ, repudians *Cæsarem Borgiam*, *Machiavelli* heroem. *Ca-*
Pag. 38. *put septimum* de gubernatione Principatus, recens parti, inscribitur. *Cæsaris Borgiæ* indoles & actiones hic delineantur, Principes Italiæ eversuri. *Capite octavo* recensentur ii, qui per crimi-
49. na Principes evaserunt. Repudiat Autor Maximus exempla *Agathoclis* & *Olivieri Fermiensis*, a *Machiavello* laudata. Ostendit epidemicum malum, quod e lectione librorum male sanorum le-
51. ctoribus instillatur. *Vitam Alexandri*, a *Curtio* scriptam, *Carolo XII*, Suecorum Regi, fuisse peccandi illecebram, prudenter
54. significat. Addit egregie: *Non est id in essentia nostra situm, ut ullus sceleratorum sit felix.* Crudelem hominem ad vivum ipse depingit. *Capite nono* exponitur de Principatu civili. Rempublicam lubenti animo Regi sese submittere, adversus *Machia-*
57. *vellum* negat Summus Autor, ominatus, respublicas tandem singulas recisuras sub despotismi habenas. Quod nisi metuerent sagaciores rerum publicarum custodes, ipsi certe potentiam suorum
63. excellentiorem haud suspectarent. *Caput decimum* de viribus Principatuum ac rerum publicarum inscribitur. Comparat Maximus Annotator indolem rei bellicæ temporum *Ludovici XII* cum præsenti bella gerendi ratione. *Machiavellus* vires Principis, modumque eas tuendi, exegit ad perpendiculum rationis gubernandi, qualis sua exstitit ætate, & qualem tempora abhorrent
65. nostra. Si quis a fœderatis sit nudus, hostibus circumvicinis resistere haud valet. Contrarium tenuit *Machiavellus*. Sunt, qui sibi persuadent, fœdera, de mutuo auxilio inita, haud serva-
66. ri. At, licet nonnihil eorum violetur, fœderatus tamen fœderato haud nocebit palam, & ad minimum neutri parti erit addictus. Quid e re Principum sit exiguorum, Autor Maximus sollicite ostendit. Urbium Germaniæ imperialium faciem &
68. conditionem nitide depingit. *Capite undecimo* de Principatibus ecclesiasticis exponitur. Rationem, cur prisci mortales bella ob religionem haud gesserint, recenset Autor perpulchre, non minus investigans rationem, cur incolarum plerique in terris Epi-

Episcoporum ac Clericorum sint mortalium pauperrimi. *Alexan-
drum VI* ac *Leonem X* a *Machiavello* laudari, Autor Summus non
miratur, ratus, heroas tam flagitiosos præcone tali esse omnino
dignos. Nec omittit monere, religionem retinere populos in Pag. 73.
obedientia, quam ipsi Regibus ægre essent præstituri. Ad *Caput
duodecimum* egregie prorsus commentatur de militibus, quibus
potentia Principum & conservatur, & crescit. Ut Princeps præsto 80.
sit exercitui præliisque dirigendis, solide docet, e re esse sua.
Capite tertio decimo de auxiliis agit. Præcipit ibi, ut Princeps pro- 85.
missa fœderatis data diligenter exequatur, laudatque hanc regu-
lam: *Ita te gere, ut nec ab inimicis, nec ab amicis, tibi sit metuen-
dum.* Auxiliis esse renuntiandum, *Machiavello* haud largitur. Ex-
traneo enim milite Galli Batavique & aliæ gentes copias suas ita
instruunt, ut polleant viribus, alias desiderandis. Ad *Caput quartum
decimum* Autor Maximus solidissime de usu venationum modico,
Principibus non dissuadendo, disserit, abusum egregie repræsen-
tat & dissuadet. Addit nobilissimam hanc doctrinam: *Si feræ co-* 91.
*piosiores noceant agricolis, cura eas destruendi optime demanda-
tur venatoribus, eapropter stipendio ali solitis. Principum est
curare, ut recte observent ea, quæ scire oportet, & subjectos re-
gant, eum in finem, ut eo plus cognitionis & virium jungendi
ideas adipiscantur. Ipsorum est recte cogitare, & congruenter fini pro-
posito agere. Capite quinto decimo*, quo significantur ea, quæ 95.
sunt in causa, ut homines vel laudentur, vel vituperentur, Autor
ad ætatem omnem commemorabilis integritatem seu probitatem
prudentiamque commendat imis summisque, virtutes, ad quas
sceleratorum quoque trepidat turba. *Capite sexto decimo* de 101.
luxu, œconomica prudentia, & liberalitate, exponit idem tam præ-
clare, ut nihil solidius possit excogitari. Et, cum *Machiavel-* 106.
lus crudelitatis, quam clementiæ, sit studiosior buccinator,
Capite septimo decimo in omnia alia discedit, moderationem &
severitatem necessitati rerum accommodatam laudans, crudelitate
procul habita. *Capite octavo decimo* idem refellit merito *Machia-
vellum*, qui Principes artem fallendi promissa & dissimulandi do-
cuit, meliora hic longe & nobiliora regnandi præsidia propo-
nens. An Princeps debeat esse hypocrita, quæritur. *Machia-
vellus* affirmat. Autor inclytissimus vero sic sentit: *Populi amant* 120.

Principem scepticum magis, sed virum honestum & felicitatis ipsorum amplificatorem, quam orthodoxum sceleratum & maleficum. Non cogitationes Principum, sed ipsorum actiones, in causa sunt, ut homines ipsis subjecti reddantur felices. Fanaticismum esse aptum ad conjurationes & cædes in Principes faciendas,
Pag. 125. idem *Capite nono decimo* monet, laudans formam, regendæ Angliæ præscriptam, quæ Regi indulget vires bene faciendi, at per primorum ordines, ne male agere possit, cavet. Admiramur Au-
127. toris Maximi dexteritatem, in judicando splendentem; veneramur pretium virtutis ipso arbitro perquam auctum; suspicimus Heroem Philosophum, meritis proborum sese oblectantem; prædicamus jure summo diligentiam ejus, soliditati junctam, qua monstrosum *Machiavelli* systema evertit; gratulamur generi humano, quod in Autore Summo tantum vindicem ac felicitatis amplificatorem invenit; nec dubitamus, quin ex lectione hujus libri universus orbis reparationem & instaurationem seculi sit felicissime consecuturus. Simul ac librum attente ad calcem usque percurrimus, & sæpius repetita lectione dignum, Diisque commendabilem, librum revolvimus, incidimus in illa *Plinii* ad *Trajanum* verba: *Unum ille se ex nobis, & hoc magis excellit atque eminet, quod unum ex nobis putat: nec minus hominem se, quam hominibus, præesse meminit.*

PHILOSOPHIÆ NATURALIS PRINCIPIA Mathematica, Autore ISAACO NEWTONO, Equite Aurato; perpetuis Commentariis illustrata, communi studio P. P. THOMÆ LE SEUR & FRANCISCI JACQUIER, ex Gallicana Minimorum familia, Matheseos Professorum.

Tomus I.

Genevæ, typis Barrillot & filii, 1739, 4.

Alph. 3 plag. 3, cum aliquot Figuris, in æs incisis.

Si quod aliud humani ingenii monumentum, hoc certe æternum magni *Neutoni* Opus, vel maxime mereri ac postulare videtur, ut, luculentissimis Commentariis illustratum, pluribus familiare fiat. Cujus laboris aliquam partem quanquam jam antea

antea nonnulli occuparunt, editis introductionibus, variisque aliis scriptis, ad quædam Philosophiæ *Neutonianæ* capita, pro mediocrium ingeniorum, ipsiusque vulgi ac tenerioris sexus & ætatis, captu, perspicue exponenda; nemo tamen huc usque integros *Neutoni* libros scholiis perpetuis, ad dignitatem rerum accommodatis, interpretari ausus est. Quo magis collaudare debemus egregiam operam doctissimorum P. P. *le Seur* & *Jacquier*, Romæ in Regio Conventu S. S. Trin. Matheseos Professorum, qui, nulla rei difficultate deterriti, *Neutoniana* Philosophiæ naturalis Principia mathematica annotationibus peramplis, & Commentariis perpetuis, explanare nuper instituerunt. Quanquam enim, quod nunc in manibus habemus, *Volumen* solam *Partem primam* Operis, sive *primum Neutoni Librum*, complectitur, minime tamen dubitare licet, quin etiam reliqui *duo Libri*, pari cura elaborati, propediem prodituri sint. Sed juvat ipsis Autorum doctissimorum verbis rationem reddere instituti, de quo ad rerum mathematicarum studiosos hoc modo præfantur: "Quam recondita sint simul & utilia *Philosophiæ naturalis* " *Principia mathematica*, norunt ii omnes, qui vel ipsum clarissimi " Autoris nomen audierunt. Tanta est rerum dignitas atque sub- " limitas, tanta sermonis plus quam geometrica brevitas, ut præ- " stantissimum illud Opus paucissimis duntaxat Geometris factum " videatur. Eas ob causas viris Matheseos cultiorisque Physices " studiosis gratissimam fore putavimus eo modo comparatam in- " terpretationem, ut omnes tam utilis Philosophiæ propositiones, " corollaria omnia atque scholia, inoffenso pede possint decur- " rere, qui vel ipsis Geometriæ & vulgaris Algebræ elementis " probe imbuti sunt. Quod ut præstaremus, Mechanices & cal- " culi infinitorum principia, quantum instituti nostri ratio postu- " lat, *Neutoni* vestigiis insistentes, demonstravimus. Perbrevem, " sed theorematum fœcunditate plenum, nostris Commentariis " inseruimus Tractatum sectionum conicarum. Quæ vel minimum, " nimia obscuritate, lectori negotium parere possent, ea omnia " exponere, & in bono lumine collocare, conati sumus. Quæ in " scholiis, corollariis, propositionumque serie, prætermissa de- " monstratione, pronuntiat *Neutonus*, præmissis vel interjectis " lemmatis, scrupulose demonstrata invenient, qui in sola doctis- "

simi "

"ſimi Autoris verba jurare nolunt. Eximia, quæ in *Neutoni* "propoſitionibus latent, inventa deteximus atque evolvimus. "Tandem, cum præſtantiſſima illa ſummi Viri Principia non ſo-"lum intelligere, ſed & illam, quam ſibi aperuit, ad inventionem "viam explorare, plurimum delectationis habeat & utilitatis, diſ-"perſa huc & illuc generalia quædam Problemata Lector repe-"riet." Hæc doctiſſimi noſtri Interpretes; qui proinde operam ſe deſtinaſſe ſuam profitentur, nec præſtantiſſimis Mathematicis, neque imperito Philoſophorum vulgo, ſed iis, qui & primis Matheſeos elementis probe inſtructi ſint, & tali polleant mentis acie, ut longioris demonſtrationis vim atque ſeriem ſtudioſe perſequi, & animo comprehendere, poſſint. Cum vero nullum paulo difficiliorem *Neutoni* locum intactum relinquant, tum inprimis diligenter & copioſe in hoc *primo Volumine* agunt de colliſionibus corporum, tam perfecte, quam minus perfecte, elaſticorum, de deſcenſu gravium, de potentiis mechanicis, de viribus centralibus, de oſcillationibus pendulorum, de methodo fluxionum, de ſectionibus conicis, & de invenienda planetarum anomalia coæquata, ex data anomalia media; quo loco non ſolum methodum *Wardi* & *Caſſini* exponunt, ſed & eam, quæ *Neutono* magis propria eſt, *Gregorio* & *Keillio* intactam, ſtudioſe perſequuntur. Laudant paſſim, atque honoris cauſa nominant, viros doctos, quorum ipſis labor utilis exſtitit, *Dav. Gregorium*, *Varignonium*, *Hermannum*, *Bernoullium*, *Wolfſium*, *Bulfingerum*, & alios. Tandem etiam publicum grati animi teſtimonium perhibent Viro Clariſſimo, *J. L. Calandrino*, in Academia Genevenſi Profeſſori, rerum mathematicarum peritiſſimo, qui hanc ipſam *Neutoni* editionem adornari curavit ad normam illius, quæ Londini prodiit A. 1726. Atque is (ut Commentatores noſtri fateri non dubitant,) non ſolum id ſibi laboris aſſumſit, ut ſchemata incidi ac diſponi, & typographica menda corrigi, ſedulo curaret, ſed etiam ea, quæ ſupra laudata ſunt, ſectionum conicarum elementa compoſuit, &, quæ ab illis non ſatis perſpicue videbantur expoſita, propriis notis illuſtravit. De quo ſuo labore, & maxime de propriis annotationibus, quæ aſteriſco (ut ſuſpicamur) a reliquis diſtinguuntur, cur ipſe ne verbo quidem lectores monuerit, non liquet.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Martii Anno MDCCXLII.

Pars II.

DE SERVORUM DEI BEATIFICATIONE ET Beatorum Canonizatione Liber quartus & ultimus, Autore PROSPERO DE LAMBERTINIS, *S. R. E. Cardinali tit. S. Crucis in Hierusalem, Anconæ primum Episcopo, postea Archiepiscopo Bononiæ.*

Bononiæ, formis Longhi, Excusoris Archiepiscopalis, 1738, fol.

Alph. 8 plag. 18.

Accedimus tandem felicibus auspiciis ad enarrandum *Tomum* Operis copiosi & doctissimi *postremum*, Eminentissimis Cardinalibus, sacrorum rituum Congregationi præpositis, & Reverendissimis ejusdem Congregationis Consultoribus, inscriptum. Hæc enim ea est Congregatio, cui Summus Pontifex *Sixtus V* non modo causas Beatificationis & Canonizationis universas, sed cetera etiam ejusdem generis momenta, ad cultum servorum Dei, Beatorum, Sanctorum, quomodocunque pertinentia, demandavit, & deferri mandavit. Autor Maximus ipse, dum Advocati Consistorialis munere functus fuit, & scribendo & dicendo præstitit huic operam suam non solum in causis Bononiensium civium, *Pii V* & *Catharinæ Vigriæ*, quæ ipsius patrocinio fauste cesserunt, sed etiam in aliis permultis, quæ scriptis ejus publicis declarantur. Idem, amplissimo *Clementis XI* beneficio ad eximium Promotoris fidei munus evectus, quæcunque a sese per integrum viginti annorum spatium in causas

Beatificationis & Canonizationis, & in Beatorum Sanctorumque cultum, animadversa sunt, hujusmet Congregationis judicio credidit omnia atque subjecit. *Primæ Partis* hæc sunt capita. Differitur hic 1) de miraculis, & miraculorum gradibus, 2) de causa miraculorum efficiente, 3) de causa eorum finali, ac differentiis vera inter & falsa miracula, 4) de malis angelis, infidelibus, hæreticis, & Antichristo, qua ad miraculorum materiem res attinet, 5) de miraculorum necessitate in causis Beatificationis & Canonizationis, 6) de miraculorum numero & qualitate, in causis Beatificationis & Canonizationis requisita, 7) de scriptis Gallorum, quibus isthæc confirmantur, 8) de miraculosa sanatione a morbis & infirmitatibus, 9) de miraculosa cæcorum illuminatione, 10) de mutis surdisque miraculo restitutis, 11) de claudorum gibberumque sanatione miraculosa, 12) de paralyticorum, 13) epilepticorum, & hysterica imbecillitate laborantium, 14) mania & hydrophobia conflictantium, ac 15) hydrope, empyemate, & hernia, laborantium, miraculosa sanatione. Tum oratio sese convertit 16) ad miraculosam liberationem a fluxu sanguinis, & generatim ab hæmorrhagiis, & vulnerum curationem miraculosam, 17) sanationem a lepra, cancro, gangræna, aliisque morbis, 18) a febri, 19) a variis infirmitatibus, 20) immo ad partum miraculosum, & ad revocationem mortuorum in vitam. Porro differitur 22) de miraculis negativis, 23) de rerum multiplicatione, & rerum in alias res conversione, 24) de miraculis, respicientibus dominatum in elementa & res creatas, destitutas ratione, simulque animatas, 25) de quibusdam miraculis, quæ in cœlis ac terra contingunt, 26) de sudore sanguineo & lachrymis sanguineis, a corpore & oculis servorum Dei manantibus, & de lumine ac splendore, quo eorum facies aliquando refulget, ac 27) de longa abstinentia a cibo & potu. Tandem exponitur 28) de quibusdam spiritualibus miraculis, 29) de ejectione dæmonum a corporibus obsessis, 30) de cadaverum ἀφθαρσίᾳ, 31) de nonnullis cadaverum qualitatibus, sanguine, liquore, & odore, 32) de Beatorum & Sanctorum apparitionibus, qua inter miracula recensendis, atque 33) de imaginatione, ejusque viribus.

Pag. 50. 162. 207. 325. 356. 392. 450.

ribus. Succincte jam Autor Maximus dixerat de miraculis *Libro* & *primo* & *tertio*; at nunc longius latiusque hoc argumentum suscepit pertractandum. Ipse opera sublimiori, quam naturæ ordine fieri solita, refert in miraculorum classem, e. g. Pag. 2.
pii justificationem. Miraculo, ipsius judicio, proprium est, esse arduum, insolitum, & admirandum, excedere facultatem naturæ & ordinem rerum naturalem, dum Deus producit effectus causarum secundarum sine ipsis, aut producit aliquos effe- 3.
ctus, ad quos causæ secundæ sese non extendunt. Creationem respectu Dei esse miraculum, rigide loquendo esse negandum credit. *Thomam Aquinatem* in hac doctrina sequitur, & veram miraculi indolem constituit in eventus excessu supra vires & facultatem naturæ, ratus, excessum illum esse triplicem, unde alia miracula sint supra naturam, alia contra naturam, & alia præter naturam. Qui triplex miraculorum gradus ab ipsis Ro- 5.
tæ Auditoribus assensu roborantur. Hostes *Josuæ* non grandine, sed lapidibus, per angelos fuisse percussos, quorum *Josuæ Cap. X* fit mentio, Autor Summus arbitratur. Idem admittit 9.
connexionem causarum secundarum, earum subordinationem, & partium universi inter se dispositionem fixam & constantem, a Deo libere dirigi solitam, ita tamen, ut miracula & prodigia sint opus liberæ Dei voluntatis. Largitur ac fatetur præterea, 1) non omnem naturæ creatæ virtutem nobis esse notam, 2) miraculum, respectu ad nos habito, esse, cum aliquid fiat præter ordinem naturæ creatæ, 3) a spiritibus edi posse nonnulla, 12.
quæ vires vel hujus vel illius partis mundi excedant, 4) ac dari quædam vera miracula, quæ vires totius naturæ creatæ non superent. Deus omnino solus edere potest miracula genuina. 15.
A Christo vera, eaque non una, edita fuisse miracula, Autor Summus contra *Thomam Woolstonum* & empæctas tum ex sacris literis, tum ex *Josephi* & *Juliani Apostatæ* testimoniis, docet. Ab Angelis bonis posse fieri miracula generis secundi *virtute propria*, sed jussu Dei, docet idem. Adjungit deinceps hæc: 19.
Ab hominibus quoque sanctis, sive dum viverent, sive post eorum obitum, miracula edita fuisse, undequaque exploratum est. Fidem huis veritati faciunt sancti Patres, testes oculati, Irenæus

 videlicet

videlicet II, 66, Chryſoſtomus Tom. V Serm. 67, Hilarius in libro adverſus Conſtantium Imperatorem, Gregorius Nazianzenus Orat. 18, Auguſtinus de Civ. Dei XXII, 8, Hieronymus in Libro contra Vigilantium, & Theodoretus Orat. 8 adverſus gentes. Pollicitus eſt Chriſtus Cap. ult. Marci, donum miraculorum in Eccleſia ſua eſſe perſeveraturum. Teſtimoniis deinde *Gregorii Magni* ac *Auguſtini* fultus, docet, miracula, poſtquam tyranni eccleſiam ve-
Pag. 20. xare intermiſerunt, eſſe minus crebra, nec tamen nulla. Miracula eſſe ſignum eccleſiæ veræ ac eorum, qui cœlitibus adorandis adſcribuntur, addit idem. Controverſiæ, an Chriſtus homo, angeli boni, & homines, ſint cauſa miraculorum vel phyſica, vel potius moralis, recenſet argumenta in utramque par-
22. tem, nec tamen eam decidit. Subdit potius tandem: *Docere ſufficiet, Deum ſolum eſſe veram cauſam efficientem, independentem, autoritativam, miraculorum, & creaturas in operatione miraculorum eſſe divinæ potentiæ inſtrumenta, ſive id referatur ad cauſam moralem, ſive ad phyſicam. Etenim, etiamſi ſententia admittatur, quæ creaturam agnoſcit tanquam cauſam cooperatricem phyſicam miraculorum, id porro tamen ſupremæ divinæ majeſtati nullum affert præjudicium, eo modo, quo vera remanet idea Dei, uti autoris gratiæ, in Sacramentis, licet dicatur, Sacramenta eſſe cauſas phyſicas gratiæ.* Quæri ſolet, an cacodæmones patrare poſſint miracula. *Thomas*, ea ab illis pro-
23. pria virtute edi poſſe, negavit; poſſe tamen ab eis nonnihil fieri, affirmavit, quod humanam facultatem & conſiderationem excedat, quodque large & improprie miraculum poſſit dici. Redit tamen ſemper quæſtio, quænam homini ſuppetant ſigna, quibus inſtructus hæc miracula improprie dicta a divinis & genuinis poſſit diſcernere. Prodigia, a Magis Ægypti edita, *Cal-*
26. *metus* pro offuciis & illuſionibus oculorum reputat. *Thomas* autem vere ſerpentes ranasque exiſtimat ab eis fuiſſe productas. Autori Maximo haud lubuit, alterutri ſententiæ deferre prin-
28. cipatum. Id vero contendit, vera miracula a dæmone fieri haud poſſe, licet ab eo nonnunquam ea ſint facta, quæ vires excedant facultatemque naturæ viſibilis atque corporeæ. Receptam eſſe & veram ſententiam, exiſtimat, uxorem *Loti* quæ

dictitat

dictitat vere in saxum, sive in lapideum salem, fuisse conversam & immutatam, qui non modo pluviis liquefactus non sit, verum etiam æmulans duritiem cujuslibet durissimi lapidis adhuc superstet. Incertum esse pronuntiat, an Christus Dominus a Satana fuerit per aera translatus, siquidem Jesus assumserit tres discipulos, & duxerit in montem altum, *Matth. XVII, 1*, licet id de deportatione intelligi nequeat. Miracula vera a falsis internoscere docet ex efficacia, duratione, utilitate, modo, & fine. Scopum certe malum præstigiarum & prodigiorum cacodæmonis declarant ejus mendacia, pravitas, intentata veritati clades, degener mens, statim patefieri solita, veritas, firmissimis Dei miraculis innixa. Diabolum per serpentem ad *Evam* locutum, largitur. Addit tamen: *Quomodocunque res sese habuerit, dæmonis locutio per serpentem fuit aliquid excedens vires & facultatem naturæ corporeæ ac sensibilis, sed, deficientibus circumstantiis utilitatis & finis, ea locutio verum miraculum dici non potest. Uno verbo, nec Angelus bonus, nec Angelus malus, sua naturali virtute possunt miracula facere, quæ excedant vires & facultatem cujuscunque naturæ creatæ. Angelus bonus naturalem & integram habet facultatem plura faciendi, quæ excedant vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ, &, cum obsequens Deo ea utatur, si id, quod efficit, supra vires & facultatem naturæ corporeæ & visibilis, arduum, insolitum, & ab unoquoque admirandum est, hoc utique classi miraculorum minorum, sed quæ vera sunt miracula, erit adscribendum, & potissime, cum efficacia, duratio, utilitas, modus, & finis, in eo numquam desint, hujusque effectio miraculi erit in Deum referenda, tanquam in causam efficientem principalem miraculorum, qui Angelo, sibi obsequenti, imperavit, ut sua naturali facultate, vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ excedente, uteretur. Angelus malus sua naturali virtute plura facere posset, quæ excederent vires naturæ visibilis & corporeæ ad instar Angeli boni. At, cum Deus ei interdixerit in pœnam peccati, & ne ob suam malitiam totum mundum perderet, prædicta uti facultate, necesse est, interdictum relaxari, ut ea uti valeat. Cum autem, relaxato interdicto, & effectis a dæmone nonnullis excedentibus vires naturæ*

Pag. 29.

30.

 visibilis

visibilis & corporea, semper in eis deficiant veri miraculi characteres, modo recensiti, hinc est, quod effecta nunquam vera miracula dici poterunt, & etiam locus erit præsumtioni, quod facta fuerint per modum artis, quæ obstat miraculo. Miracula enim sunt testimonium divinæ virtutis & veritatis; & divinam bonitatem non decet ea dæmoni permittere secundum doctrinam Divi Thomæ. Operæ pretium est, nosse sententiam Ecclesiæ Romanæ
Pag. 31. ratione hujus dogmatis. Addit Summus Autor, ordinem universi, semel a Deo institutum, non posse ab ulla particulari causa immutari; nec non illud *Augustini de Trinitate III, 9*, difficile
33. admodum esse, quin & impossibile, scire, quid dæmones per naturam facere, & quid per Dei interdictum non facere, possint. Miracula, ab hæreticis & infidelibus patrata, reputat fere pro meris dæmonum ludibriis. Pendet itaque fere miraculorum veritas, ipso judice, ab ecclesiæ notione, &, hac in hunc vel illum sensum accepta, variare etiam debet dijudicatio de miraculi hujus vel illius veritate. Affert Summus Autor has ratio-
34. nes: 1) gratiam miraculorum dari membris Christi; 2) ad ea edenda necessariam esse fidem supernaturalem; qua utraque careant hæretici & infideles. *Estius* tamen in *Lib. II Sent. Dist. 7 §. 19* largitur, Deum uti posse paganis, hæreticis, & schismaticis, tanquam instrumentis in patratione miraculorum, ut per ea veritas aliqua, ad fidem aut ad mores pertinens, approbetur. Huc referri solent loca *Marc. IX, 38, Luc. IX, 49. Castaldi* hæc sunt: *Possibile est, Deum supernaturaliter concurrere ad miracula patrata ab hæretico vel idololatra ad justam defensionem, vel ad comprobandam veritatem catholicam.* Negat vero Maximus Autor, Hæreticos vel Schismaticos posse a Deo assumi tanquam instrumenta miraculorum patrandorum. Eadem est sententia *Thomæ Quolibet II Quæst. 4 Art. 6.* Noster ita: *Gratia miraculorum fere semper confertur membris Christi.* Laudat tamen illa *Baronii ad A. 765 n. 1* verba: *Quid aliud vera miracula, quam vox Dei, cœlitus clamans, & comprobans ex eis fidem, cum ejusmodi gratia negata sit semper hæreticis, ut vera mi-*
37. *racula possent edere.* Miracula, quæ *Apollonio Thyanensi, Vespasiano, & Hadriano*, tribuuntur, esse fictiones, arbitratur, testes-

testesque probatissimos sibi adjungit. De Antichristi miraculis, *Matth. XXIV*, in *Apocalypsi*, & *2 Thess. II*, memoratis, sedulo exponit, ea existimans fore ludibria & fallaces præstigias. Miracula vera fieri ad Dei gloriam, & confirmationem doctrinæ fidei, copiose demonstrat. Canonistæ quidem transsubstantiationem e numero miraculorum eximunt; attamen Pontifex Ecclesiæ Romanæ Maximus subdit hæc: *Eucharistiæ Sacramentum est memoriale omnium miraculorum*, provocans demonstrationis loco ad *Ps. CXI, 4*. De differentiis vera inter & falsa miracula varias Doctorum sententias producit, acquiescens in *Thomæ* pronuntiato, qui miracula bonorum hominum ac magorum differre tradidit efficacia, duratione, utilitate, modo, ac fine. Dubitationes addit, quæ de miraculis oriri possunt, respectu 1) testium, quorum fides potest esse sublesta, 2) rei ipsius ac facti, an vires naturæ id superet, an sit verum, vel laboret contradictione. Omittimus reliqua, eo quod intra angustos conclusa est oratio nostra cancellos. Lectio multijuga, *ordo*, *mascula* & argumento dignissima dictio, doctrina admodum vasta, eruditio ex omni parte diffusa, atque peritia *Historiæ*, Philosophiæ, Theologiæ, Jurisque Canonici, amplissima, hic adeo emicant lucemque spargunt, ut, licet hoc Opus a Pontifice Romanæ Ecclesiæ haud fuisset literis commendatum, universi tamen rerum literariarum æstimatores haud iniqui aperte fateri debeant, libro huic in suo genere ac argumento ab Ecclesia Romana principatum esse deferendum, huncque illis ipsis, qui vel plusculum, vel nonnihil, ab ea dissident, summam ingerere admirationem posse, multamque discendi materiam suppeditare universis.

Pag. 38. 45. 47

Progrediendum nunc est ad *Partem secundam*, seu *posteriorem*. *Triginta & uno Capitibus* constat tractatio universa. *Primo* quidem exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum Beatificatione formali. *Secundo* agitur de nonnullis quæstionibus, quæ fiunt a doctoribus ratione momentorum eorundem. *Tertium* tractat de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum per Beatificationem æquipollentem & signanter per cultum, memoria hominum antiquiorem. *Quarto* disse- 16.

differitur de causa eadem, quantum ad eos attinet, qui tales habentur per Indulta Apostolica & per Patrum virorumque
Pag. 28. sanctorum scripta, immo quantum ad omnes. *Capite quinto* agitur de concessione Officii & Missæ in honorem nonnullorum Beatorum, qui sunt in antiqua cultus possessione, vel antiqua habent venerationis Indulta, licet in eorum causis nunquam confectus fuerit processus super casu excepto. *Sexto* exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Sanctorum ca-
50. nonizatorum. *Septimum* inscriptum est nonnullis aliis Officiorum concessionibus, in gratiam locorum quorundam particularium promulgatis. *Octavo* argumentum continuatur idem. *Nono* agitur de Officiorum concessione, ex iisdem titulis facta, pro ecclesia universali. *Decimo* repræsentatur concessio
75. Officiorum propriorum. *Undecimo* exponitur de Titulis Apostoli aut Doctoris, quibus nonnulli Sancti appellantur in Officiis divinis, aut in ecclesiis particularibus, aut in Ecclesia Romana omni. *Duodecimo* alia adduntur de titulo Doctoris, alia vero exponuntur de titulo Martyris, & de titulo Virginis. *Ter-*
110. *tio ac decimo* agitur de Breviario Romano, & ejus autoritate, aliisque nonnullis rebus, quæ ad Officia divina pertinent. *Decimo quarto* exponitur de electione Sanctorum in Patronos. *Decimo quinto* differitur de cultu, Sanctis, in Patronos electis, exhibendo. *Sequenti* agitur de Martyrologio Romano. *Deci-*
145. *mum septimum* exhibet nominum descriptionem in eodem Martyrologio. *Duodevicesimo* agitur de elogiis, quæ in Martyrologio Romano nominibus Sanctorum, in eo descriptis, adduntur, & de nonnullis decretis sacræ Congregationis, ad idem Martyrologium pertinentibus. *Undevicesimo* differitur de nominum sanctorum additione in Litaniis. *Vicesimo* exponitur de sacris ima-
186. ginibus, ac nonnullis controversiis, ad eas referendis. *Sequenti* agitur de translatione corporum. *Vicesimo secundo* tractatur de modo, quo fieri debeant sanctorum corporum translationes. *Vicesimum tertium* perpendit identitatem sanctorum cor-
216. porum & reliquiarum. *Vicesimum quartum* inscribitur de nonnullis quæstionibus, pertractatis in sacrorum rituum Congregatione, quantum ad sanctorum corporum identitatem pertinet.

Sequenti

Sequenti exponitur de loco, in quo sancta corpora sacræque Pag. 248.
reliquiæ debeant conservari, ac de momentis aliis, ad corpora & reliquias Sanctorum pertinentibus. *Vicesimo sexto* agitur de Sanctis baptizatis. *Vicesimo septimo* suppeditatur commentarius de extractione, custodia, & distributione, sanctorum corporum ac reliquiarum, quæ extrahuntur ex cœmeteriis urbis,
& de cultu illis debito. *Duodetricesimo* exponitur de cultu San- 273.
ctorum Veteris Testamenti. *Undetricesimo* exponitur de Angelis, & eorum cultu. *Tricesimum* inscribitur de nonnullis piis, sed periculi plenis, petitionibus, a sacrorum rituum Congre-
gatione plerumque non admissis. *Ultimo* tandem disseritur de 299.
examine nonnullorum miraculorum, quod aliquando peragitur in sacrorum rituum ordinaria Congregatione. *Priori Parti* accessit Appendicis loco Dissertatio Academicorum instituti Bononiensis de longis jejuniis. Quæstiones ea excutiuntur duæ: una, an abstinentia longa ab omni cibo potuque, in plures non solum dies, sed etiam menses atque annos, possit solis naturæ viribus produci; altera vero, an nonnullorum, qui & id *fieri posse affirmant*, &, quomodo possit, exponere conantur, opiniones firmæ stabilesque permansuræ sint, si a veterum doctrinis, unde ab Autoribus suis depromtæ fuerunt, ad recentium Medicorum dogmata transferantur. Philosophemata Ill. *Christiani Wolfii* hic fundamenti loco inserviunt. Recensentur observationes & rationes passim *Bœrhaavii, Hoffmanni*, ac Medicorum nostræ ætatis florentissimorum. Demorsos hic o-
mnia sapiunt ungues. Quantum ad Martyrologii lectionem at- 135
tinet, ea a Canonicis, in Capitulum, aut in Chorum, convenientibus, prima finita, dudum fuit peracta. Martyrologium Romanum *Gregorius XIII* correctum autoritate instruxit. Antiquissimum tribuitur *Hieronymo*. Exemplar ejus extraxit *Bollandus* e monasterio Epternacensi S. *Willebrordi*, illuc ab hoc ex Anglia allatum. Alterum exemplar Lucæ inventum. Edidit illud *Franc. Maria Florentinius* A. 1668. Martyrologio, quod vulgo tribuitur *Ven. Bedæ*, correctores Romani, ut Romanum emendarent, usi sunt. Genuinum *Bedæ* Martyrologium ab *Henschenio A. 1618 Tom. II Mens. Martii* publicatum est. *Florus* id nomini-

bus auxerat. Contexuerunt quoque Martyrologia *Rabanus Maurus*, *Wandelbertus Diaconus*, *Ado Viennensis*, *Usuardus*, Benedictinus, Seculi IX medii Monachus, B. *Notkerus*. Postremum autoritatis summæ erat in fine Seculi XV, ejusque multiplex ex-
Pag. 137. stat editio. Eo correctores usi sunt quoque *Silvius Antonianus*, *Rob. Bellarminus*, *Cæsar Baronius*, *Ludovicus de Torres*, aliique. Triplex facta est editio novi Martyrologii correcti. Sed, cum prima & secunda erroribus scateret, purior & sincerior habita est illa, quæ A. 1584 in lucem exiit, teste *Baronio* in *Præf. ad Martyrol. Rom. Cap. 8.* Denuo eam emendavit, notisque ac Præfatione instruxit, idem *Baronius*, ediditque Romæ A. 1586. *Clemens VIII* id denuo A. 1602 edendum curavit, adjectis ad 6 Augusti *Stephani, Abbatis, & aliorum 200 Monachorum, nominibus.* Exemplaria omnia recentissimæ hujus editionis in Hispaniam missa. *Philippus Ferrarius*, Servita, hortante *Federico* Cardinali *Borromæo*, Archiepiscopo Mediolanensi, Cata-
139. logum generalem Sanctorum, qui in *Martyrologio Romano* descripti non sunt, edidit A. 1625, & *Urbano VIII*, Papæ, inscripsit. Eodem Pontifice recognita fuit editio *Baroniana*, ac addita fuerunt nomina posthæc cœlitibus adscriptorum, expunctusque est *Sulpicius Severus*. *Innocentius XI* A. 1681 edi jussit typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ *Martyrologium Romanum*, denuo recognitum, & consecratis nominibus auctum. Addenda sunt paucula de erroribus *Martyrologii Romani*, vel veris, vel fictis. Accurate hosce percenset & dijudicat Autor Summus. Operæ pretium fuerit, in gratiam eorum, qui pretioso hoc Opere carere debebunt, potiora huc transferre. Ad d. 25
140. Jan. fiebat in *Martyrologio Romano* commemoratio Sanctæ *Xynoridis*, Martyris. *Xynoris* hæc fuerat inducta ex loco *Chrysostomi Hom. XIV de Lazaro*, male intellecto, ubi *Xynoris* par Martyrum designat, *Juventinum* scilicet & *Maximum*, qui Antiochiæ coronam martyrii invenerunt, imperante *Juliano*. Monuerunt *Baronium* de errato *Petrus Pithæus*, *Nicolaus Faber*, & *Petrus Ducæus*. Quapropter correxit errorem. Ad d. 31 Julii ibidem injicitur mentio S. *Firmi*, Episcopi Tagastensis. *Bollandiani* videntur *Tom. VII Julii ad d. 31 Jul. pag. 120* appositionem

hujus

hujus nominis improbasse. Verum *Firmus* ille stat & vindicatur autoritate *Augustini Lib. XIII de Mendacio*. Ad diem 2 Novembris in *Martyrologio Romano* hæc habentur: *Laodiceæ in Syria S. Theodoti, Episcopi, qui non solum verbis, sed etiam rebus & virtutibus, fuit ornatus.* Fit quoque ejus commemoratio in *Martyrologio*, edito a *Rosweydo*, in illo *Adonis*, ac *Usuardi*. *Theodotum* vero Ariana labe infectum fuisse, existimant, qui eum volunt expunctum, *Valesius* in *Notis ad Eusebium pag. 317*, *Florentinius* in *Notis ad Martyrologium Hieronymi pag. 497* & *948*, *Pagi ad A. 318 n. 17, 18*, & *Continuatores Bollandiani Tom: VI Junii pag. 24*, & *Tom. VII Part. II pag. 645*, præcipue quod ipse *Baronius* in *Annalibus ad A. 318 n. 48, 50*, & *ad A. 325 n. 40*, *Theodotum* fuisse Arianum, aperte demonstravit. Respondent alii, fautorem illum *Arii* appellatum esse non *Theodotum*, sed *Theodorum*, nominatim *Philippus Labbeus*, *Gabriel Cossartius*, & *Harduinus*. Obiit certe *Theodotus*, antequam hæresis Ariana pullularet, teste *Eusebio Hist. Eccl. VII, 32*. Ad diem 25 Aug. legitur in *Martyrologio*, sacrum corpus S. *Bartholomæi* primo ad *Liparam Insulam*, deinde Beneventum, postremo Romam ad *Insulam* Tiberinam, translatum. Postrema hæc translatio usquequaque impugnatur a Cardinali *Vincentio Maria Ursino*, primum Archiepiscopo Beneventano, deinde Pontifice Summo, cui nomen novum fuit *Benedicti XIII*, in Dissertatione, typis impressa inter Concilia provincialia Romana. Alteruter certe Pontificum in hoc momento est corrigendus, ut quibusdam videtur. At ostendit Autor Summus, *Gregorium XIII* non affirmasse, omnes & singulos errores jussu suo in *Martyrologio* fuisse sublatos. Ipse sic judicat: *Etsi aliqua in Martyrologio occurrunt correctione digna, non tamen est cujusque, agere censorem; sed Ecclesiæ Romanæ judicium est exspectandum.* Distinguit præterea appositionem nominis in Martyrologium a Canonizationis judicio, ratus, in hoc errari haud posse, si vel maxime in illa aliquid humani evenerit. Decretum *Gratiani Trithemius* ab *Eugenio III* approbatum credidit. Sed, errasse eum, ostendit *Florens* in *Præfatione methodi & de autoritate Collectionis Gratiani pag. 44*. Successu temporis animadversum fuit, Opus *Gratiani*

Pag. 141.
142.
143.

tiani mendis ſcatere, quare *Antonius Democrates* & *Antonius Contius* ejus emendationem fuere aggreſſi. Ipſe etiam *Antonius Auguſtinus* ſuos edidit Libros *de Emendatione Gratiani*, de qua jam ſcribere cœperat *Didacus Covaruvias*, uti ſignificavit *Lib. IV variar. Reſolut. Cap. 11.* Admoverunt ab hiſce excitati manum operi Pontifices per viros peritiſſimos, *Pius IV*, *Pius V*, & *Gregorius XIII.* Nihilo minus docti viri multa adhuc alia poſt *Gregorianam* illam correctionem & editionem emendanda cenſuere in Opere *Gratiani*, e. g. *Doujatius* in *Prænotionibus canonicis IV, 13, n. 3*, *Schelſtratenius* in *Antiquitate illuſtrata Diſſ. II Cap. 13 n. 238*, Cardinalis *Bellarminus de Scriptoribus eccleſiaſticis*, ac fratres *Pithœi*, *Petrus* & *Franciſcus*, qui ſcrupuloſe ſingula loca recognoverunt, & plurima emendarunt. Reſtant quo-
Pag. 144. que in *Martyrologio Romano* nævi typothetarum, ac additamenta privata, quibus tamen maximam partem tollendis jam operam dedit Congregatio rituum ſacrorum. Enumerat nonnulla ejus decreta, eum in finem ab eo ordine edita, Autor Summus. Intelligitur ex hoc limbo, quanta in Opere tanto paſſim recondita ſit rerum hiſtoricarum & eccleſiaſticarum ſupellex. Ac-
329. ceſſit quoque *Parti poſteriori* Appendix, quæ exhibet nonnullas literas Apoſtolicas Summorum Pontificum, in quibus, Poſtulatoribus exorantibus, confirmarunt ſacræ Congregationis Reſponſa, quibus indulta fuit conceſſio Officii & Miſſæ in honorem Beatorum Beatificatione æquipollenti. Excipiunt eam additiones ad univerſum Opus, & inprimis Bulla Canonizationis B.
363. *Vincentii a S. Paulo*, fundatoris Presbyterorum Secularium Congregationis a Miſſione dictæ, & Societatis Puellarum, quæ Charitatis vocatur, a *Clemente XII* promulgata. Index condecorat Opus ampliſſimum geminus, quod ad amuſſim Concilii Tridentini, & inſtitutorum curiæ Romanæ, eſt conſcriptum. Reſtant complura inde decerpenda. At brevitatis nos admonet ratio inſtituti. Delibavimus univerſa, Lectoribus cetera permittentes, & laudantes ſummopere Opus univerſum, omni laudum genere digniſſimum, aut, quod verius dici poteſt, laude omni majus.

IMAGO ANTIQUÆ HUNGARIÆ, REPRÆ-

ſentans

ſentans terras, adventus, & res geſtas, gentis Hunnicæ; hiſtorico genere ſtrictim perſcripta a SAMUELE TIMON, de Soc. Jeſu Sacerdote.

Caſſoviæ, typis Academicis Soc. Jeſu, per Jo. Henr. Frauenheim, 1733, 8.

Alph. 1 plag. 4.

Non ita eſt rerum ſuarum negligens antiqua illa & illuſtris gens Pannonum, neque ita inhabilis literata Hungaria, ut non novis ſubinde ſpeciminibus haud poſtremam in illuſtranda patriæ, & veteris & recentioris, conditione induſtriam erudito orbi teſtatam relinquat. Poterat omnino carere, magno ſuo commodo, infinitis illis exterorum, quorum alter alterum deſcripſit, de regione ſua Commentationibus, quæ, tantum abeſt, ut lectori faciant ſatis, ut ei Utopiam aliquam, non Hungariam, ſiſtant ob oculos; ita ſunt erroribus atque futilibus plerumque conjectationibus plena omnia. His ſane, quod *Megabyſo*, imperito picturæ, nihilo tamen ſecius de pictura diſſerenti, *inculcarat Apelles*, revocari in animum debet: *tace, ne pueri, qui melidem terunt, te rideant, loqui orſum de rebus, quas non didiciſti.* Sapiamus potius e domeſticis Hungariæ ſcriptoribus, qui certe ſuppetunt regioni, excitatorum ingeniorum non plane ſterili. *Prudentum eſt*, ut recte *Gellius, nil dare, niſi coctum;* atque inde, cur rariora ſint in literaria Hiſtoria Hungarorum nomina, facile conjicias. Famam alii habent, alii merentur. Scriptillare in vanum, non eſt res omnium; pauca dare, eaque limata, præſtat. Id certe de Hungaria affirmari poteſt, majori in literarum amoris exiſtimatione eam futuram, ſi, poſita inveterata illa opinione, nihil e Nazareth, quod ferat ætatem, prodire poſſe, diligentius in literarios Hungarorum labores exteri inquirerent. Ipſi ſe turpiter dant, ſuæque ſe reos agunt ſocordiæ, quando eruditos Hungaros, non ſecus ac raras remotiſſimarum gentium aviculas, ignorant. Inſigne rei hujus documentum eſt ignotum prorſus *Samuelis Timonis*, clariſſimi Hungarorum Hiſtorici, nomen, atque elegans in illuſtranda antiqua

visibilis & corporeæ, semper in eis deficiant veri miraculi characteres, modo recensiti, hinc est, quod effecta nunquam vera miracula dici poterunt, & etiam locus erit præsumtioni, quod facta fuerint per modum artis, quæ obstat miraculo. Miracula enim sunt testimonium divinæ virtutis & veritatis; & divinam bonitatem non decet ea dæmoni permittere secundum doctrinam Divi Thomæ. Operæ pretium est, nosse sententiam Ecclesiæ Romanæ
Pag. 31. ratione hujus dogmatis. Addit Summus Autor, ordinem universi, semel a Deo institutum, non posse ab ulla particulari causa immutari; nec non illud *Augustini de Trinitate III, 9,* difficile
33. admodum esse, quin & impossibile, scire, quid dæmones per naturam facere, & quid per Dei interdictum non facere, possint. Miracula, ab hæreticis & infidelibus patrata, reputat fere pro meris dæmonum ludibriis. Pendet itaque fere miraculorum veritas, ipso judice, ab ecclesiæ notione, &, hac in hunc vel illum sensum accepta, variare etiam debet dijudicatio de miraculi hujus vel illius veritate. Affert Summus Autor has ratio-
34. nes: 1) gratiam miraculorum dari membris Christi; 2) ad ea edenda necessariam esse fidem supernaturalem; qua utraque careant hæretici & infideles. *Estius* tamen in *Lib. II Sent. Dist. 7 §. 19* largitur, Deum uti posse paganis, hæreticis, & schismaticis, tanquam instrumentis in patratione miraculorum, ut per ea veritas aliqua, ad fidem aut ad mores pertinens, approbetur. Huc referri solent loca *Marc. IX, 38, Luc. IX, 49. Castaldi* hæc sunt: *Possibile est, Deum supernaturaliter concurrere ad miracula patrata ab hæretico vel idololatra ad justam defensionem, vel ad comprobandam veritatem catholicam.* Negat vero Maximus Autor, Hæreticos vel Schismaticos posse a Deo assumi tanquam instrumenta miraculorum patrandorum. Eadem est sententia *Thomæ Quolibet II Quæst. 4 Art. 6.* Noster ita: *Gratia miraculorum fere semper confertur membris Christi.* Laudat tamen illa *Baronii ad A. 765 n. 1* verba: *Quid aliud vera miracula, quam vox Dei, cœlitus clamans, & comprobans ex eis fidem, cum ejusmodi gratia negata sit semper hæreticis, ut vera mi-*
37. *racula possent edere.* Miracula, quæ *Apollonio Thyanensi, Vespasiano, & Hadriano,* tribuuntur, esse fictiones, arbitratur,

testes-

testesque probatissimos sibi adjungit. De Antichristi miraculis, *Matth. XXIV*, in *Apocalypsi*, & *2 Thess. II*, memoratis, sedulo exponit, ea existimans fore ludibria & fallaces præstigias. Miracula vera fieri ad Dei gloriam, & confirmationem doctrinæ fidei, copiose demonstrat. Canonistæ quidem transsubstantiationem e numero miraculorum eximunt; attamen Pontifex Ecclesiæ Romanæ Maximus subdit hæc: *Eucharistiæ Sacramentum est memoriale omnium miraculorum*, provocans demonstrationis loco ad *Ps. CXI, 4.* De differentiis vera inter & falsa miracula varias Doctorum sententias producit, acquiescens in *Thomæ* pronuntiato, qui miracula bonorum hominum ac magorum differre tradidit efficacia, duratione, utilitate, modo, ac fine. Dubitationes addit, quæ de miraculis oriri possunt, respectu 1) testium, quorum fides potest esse sublesta, 2) rei ipsius ac facti, an vires naturæ id superet, an sit verum, vel laboret contradictione. Omittimus reliqua, eo quod intra angustos conclusa est oratio nostra cancellos. Lectio multijuga, ordo, mascula & argumento dignissima dictio, doctrina admodum vasta, eruditio ex omni parte diffusa, atque peritia Historiæ, Philosophiæ, Theologiæ, Jurisque Canonici, amplissima, hic adeo emicant lucemque spargunt, ut, licet hoc Opus a Pontifice Romanæ Ecclesiæ haud fuisset literis commendatum, universi tamen rerum literariarum æstimatores haud iniqui aperte fateri debeant, libro huic in suo genere ac argumento ab Ecclesia Romana principatum esse deferendum, huncque illis ipsis, qui vel plusculum, vel nonnihil, ab ea dissident, summam ingerere admirationem posse, multamque discendi materiam suppeditare universis.

Pag. 38.
45.
47

Progrediendum nunc est ad *Partem secundam*, seu *posteriorem*. *Triginta & uno Capitibus* constat tractatio universa. *Primo* quidem exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum Beatificatione formali. *Secundo* agitur de nonnullis quæstionibus, quæ fiunt a doctoribus ratione momentorum eorundem. *Tertium* tractat de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum per Beatificationem æquipollentem 16.
& signanter per cultum, memoria hominum antiquiorem. *Quarto* disse-

disseritur de causa eadem, quantum ad eos attinet, qui tales habentur per Indulta Apostolica & per Patrum virorumque
Pag. 28. sanctorum scripta, immo quantum ad omnes. *Capite quinto* agitur de concessione Officii & Missæ in honorem nonnullorum Beatorum, qui sunt in antiqua cultus possessione, vel antiqua habent venerationis Indulta, licet in eorum causis nunquam confectus fuerit processus super casu excepto. *Sexto* exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Sanctorum ca-
50. nonizatorum. *Septimum* inscriptum est nonnullis aliis Officiorum concessionibus, in gratiam locorum quorundam particularium promulgatis. *Octavo* argumentum continuatur idem. *Nono* agitur de Officiorum concessione, ex iisdem titulis facta, pro ecclesia universali. *Decimo* repræsentatur concessio
75. Officiorum propriorum. *Undecimo* exponitur de Titulis Apostoli aut Doctoris, quibus nonnulli Sancti appellantur in Officiis divinis, aut in ecclesiis particularibus, aut in Ecclesia Romana omni. *Duodecimo* alia adduntur de titulo Doctoris, alia vero exponuntur de titulo Martyris, & de titulo Virginis. *Ter-*
110. *tio ac decimo* agitur de Breviario Romano, & ejus autoritate, aliisque nonnullis rebus, quæ ad Officia divina pertinent. *Decimo quarto* exponitur de electione Sanctorum in Patronos. *Decimo quinto* disseritur de cultu, Sanctis, in Patronos electis, exhibendo. *Sequenti* agitur de Martyrologio Romano. *Deci-*
145. *mum septimum* exhibet nominum descriptionem in eodem Martyrologio. *Duodevicesimo* agitur de elogiis, quæ in Martyrologio Romano nominibus Sanctorum, in eo descriptis, adduntur, & de nonnullis decretis sacræ Congregationis, ad idem Martyrologium pertinentibus. *Undevicesimo* disseritur de nominum sanctorum additione in Litaniis. *Vicesimo* exponitur de sacris ima-
186. ginibus, ac nonnullis controversiis, ad eas referendis. *Sequenti* agitur de translatione corporum. *Vicesimo secundo* tractatur de modo, quo fieri debeant sanctorum corporum translationes. *Vicesimum tertium* perpendit identitatem sanctorum cor-
216. porum & reliquiarum. *Vicesimum quartum* inscribitur de nonnullis quæstionibus, pertractatis in sacrorum rituum Congregatione, quantum ad sanctorum corporum identitatem pertinet.

Sequenti

Sequenti exponitur de loco, in quo sancta corpora sacræque Pag. 248.
reliquiæ debeant conservari, ac de momentis aliis, ad corpora & reliquias Sanctorum pertinentibus. *Vicesimo sexto* agitur de Sanctis baptizatis. *Vicesimo septimo* suppeditatur commentarius de extractione, custodia, & distributione, sanctorum corporum ac reliquiarum, quæ extrahuntur ex cœmeteriis urbis,
& de cultu illis debito. *Duodetricesimo* exponitur de cultu San- 273.
ctorum Veteris Testamenti. *Undetricesimo* exponitur de Angelis, & eorum cultu. *Tricesimum* inscribitur de nonnullis piis, sed periculi plenis, petitionibus, a sacrorum rituum Congre-
gatione plerumque non admissis. *Ultimo* tandem differitur de 299.
examine nonnullorum miraculorum, quod aliquando peragitur in sacrorum rituum ordinaria Congregatione. *Priori Parti* accessit Appendicis loco Dissertatio Academicorum instituti Bononiensis de longis jejuniis. Quæstiones ea excutiuntur duæ: una, an abstinentia longa ab omni cibo potuque, in plures non solum dies, sed etiam menses atque annos, possit solis naturæ viribus produci; altera vero, an nonnullorum, qui & *id fieri posse affirmant*, &, quomodo possit, exponere conantur, opiniones firmæ stabilesque permansuræ sint, si a veterum doctrinis, unde ab Autoribus suis depromtæ fuerunt, ad recentium Medicorum dogmata transferantur. Philosophemata Ill. *Christiani Wolfii* hic fundamenti loco inserviunt. Recensentur observationes & rationes passim *Bœrhaavii*, *Hoffmanni*, ac Medicorum nostræ ætatis florentissimorum. Demorsos hic o-
mnia sapiunt ungues. Quantum ad Martyrologii lectionem at- 135
tinet, ea a Canonicis, in Capitulum, aut in Chorum, convenientibus, prima finita, dudum fuit peracta. Martyrologium Romanum *Gregorius XIII* correctum autoritate instruxit. Antiquissimum tribuitur *Hieronymo*. Exemplar ejus extraxit *Bollandus* e monasterio Epternacensi S. *Willebrordi*, illuc ab hoc ex Anglia allatum. Alterum exemplar Lucæ inventum. Edidit illud *Franc. Maria Florentinius* A. 1668. Martyrologio, quod vulgo tribuitur *Ven. Bedæ*, correctores Romani, ut Romanum emendarent, usi sunt. Genuinum *Bedæ* Martyrologium ab *Henschenio A. 1618 Tom. II Mens. Martii* publicatum est. *Florus* id nomini-

bus auxerat. Contexuerunt quoque Martyrologia *Rabanus Maurus*, *Wandelbertus Diaconus*, *Ado Viennensis*, *Usuardus*, Benedictinus, Seculi IX medii Monachus, B. *Notkerus*. Postremum autoritatis summæ erat in fine Seculi XV, ejusque multiplex ex-
Pag. 137. stat editio. Eo correctores usi sunt quoque *Silvius Antonianus*, *Rob. Bellarminus*, *Cæsar Baronius*, *Ludovicus de Torres*, aliique. Triplex facta est editio novi Martyrologii correcti. Sed, cum prima & secunda erroribus scateret, purior & sincerior habita est illa, quæ A. 1584 in lucem exiit, teste *Baronio* in *Præf. ad Martyrol. Rom. Cap. 8.* Denuo eam emendavit, notisque ac Præfatione instruxit, idem *Baronius*, ediditque Romæ A. 1586. *Clemens VIII* id denuo A. 1602 edendum curavit, adjectis ad 6 Augusti *Stephani, Abbatis, & aliorum 200 Monachorum, nominibus.* Exemplaria omnia recentissimæ hujus editionis in Hispaniam missa. *Philippus Ferrarius*, Servita, hortante *Federico* Cardinali *Borromæo*, Archiepiscopo Mediolanensi, Cata-
139. logum generalem Sanctorum, qui in *Martyrologio Romano* descripti non sunt, edidit A. 1625, & *Urbano VIII*, Papæ, inscripsit. Eodem Pontifice recognita fuit editio *Baroniana*, ac addita fuerunt nomina posthæc cœlitibus adscriptorum, expunctusque est *Sulpicius Severus*. *Innocentius XI* A. 1681 edi jussit typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ *Martyrologium Romanum*, denuo recognitum, & consecratis nominibus auctum. Addenda sunt paucula de erroribus *Martyrologii Romani*, vel veris, vel fictis. Accurate hosce percenset & dijudicat Autor Summus. Operæ pretium fuerit, in gratiam eorum, qui pretioso hoc Opere carere debebunt, potiora huc transferre. Ad d. 25
140. Jan. fiebat in *Martyrologio Romano* commemoratio Sanctæ *Xynoridis*, Martyris. *Xynoris* hæc fuerat inducta ex loco *Chrysostomi Hom. XIV de Lazaro*, male intellecto, ubi *Xynoris* par Martyrum designat, *Juventinum* scilicet & *Maximum*, qui Antiochiæ coronam martyrii invenerunt, imperante *Juliano*. Monuerunt *Baronium* de errato *Petrus Pithœus*, *Nicolaus Faber*, & *Petrus Ducæus*. Quapropter correxit errorem. Ad d. 31 Julii ibidem injicitur mentio S. *Firmi*, Episcopi Tagastensis. *Bollandiani* videntur *Tom. VII Julii ad d. 31 Jul. pag. 120* appositionem hujus

hujus nominis improbasse. Verum *Firmus* ille stat & vindicatur autoritate *Augustini Lib. XIII de Mendacio.* Ad diem 2 Novembris in *Martyrologio Romano* hæc habentur: *Laodiceæ in Syria S. Theodoti, Episcopi, qui non solum verbis, sed etiam rebus & virtutibus, fuit ornatus.* Fit quoque ejus commemoratio in *Martyrologio*, edito a *Rosweydo*, in illo *Adonis*, ac *Usuardi*. *Theodotum* vero Ariana labe infectum fuisse, existimant, qui eum volunt expunctum, *Valesius* in *Notis ad Eusebium pag.* 317, *Florentinius* in *Notis ad Martyrologium Hieronymi pag.* 497 & 948, *Pagi ad A.* 318 *n.* 17, 18, & *Continuatores Bollandiani Tom. VI Junii pag.* 24, & *Tom. VII Part. II pag.* 645, præcipue quod ipse *Baronius* in *Annalibus ad A.* 318 *n.* 48, 50, & *ad A.* 325 *n.* 40, *Theodotum* fuisse Arianum, aperte demonstravit. Respondent alii, fautorem illum *Arii* appellatum esse non *Theodotum*, sed *Theodorum*, nominatim *Philippus Labbeus*, *Gabriel Cossartius*, & *Harduinus*. Obiit certe *Theodotus*, antequam hæresis Ariana pullularet, teste *Eusebio Hist. Eccl. VII*, 32. Ad diem 25 Aug. legitur in *Martyrologio*, sacrum corpus S. *Bartholomæi* primo ad *Liparam Insulam*, deinde Beneventum, postremo Romam ad *Insulam* Tiberinam, translatum. Postrema hæc translatio usquequaque impugnatur a Cardinali *Vincentio Maria Ursino*, primum Archiepiscopo Beneventano, deinde Pontifice Summo, cui nomen novum fuit *Benedicti XIII*, in Dissertatione, typis impressa inter Concilia provincialia Romana. Alteruter certe Pontificum in hoc momento est corrigendus, ut quibusdam videtur. At ostendit Autor Summus, *Gregorium XIII* non affirmasse, omnes & singulos errores jussu suo in *Martyrologio* fuisse sublatos. Ipse sic judicat: *Etsi aliqua in Martyrologio occurrunt correctione digna, non tamen est cujusque, agere censorem; sed Ecclesiæ Romanæ judicium est exspectandum.* Distinguit præterea appositionem nominis in Martyrologium a Canonizationis judicio, ratus, in hoc errari haud posse, si vel maxime in illa aliquid humani evenerit. Decretum *Gratiani Trithemius* ab *Eugenio III* approbatum credidit. Sed, errasse eum, ostendit *Florens* in *Præfatione methodi & de autoritate Collectionis Gratiani pag.* 44. Successu temporis animadversum fuit, Opus *Gratiani*

Pag. 141. 142. 143.

tiani mendis scatere, quare *Antonius Democrates* & *Antonius Contius* ejus emendationem fuere aggressi. Ipse etiam *Antonius Augustinus* suos edidit Libros *de Emendatione Gratiani*, de qua jam scribere cœperat *Didacus Covaruvias*, uti significavit *Lib. IV variar. Resolut. Cap. II.* Admoverunt ab hisce excitati manum operi Pontifices per viros peritissimos, *Pius IV*, *Pius V*, & *Gregorius XIII.* Nihilo minus docti viri multa adhuc alia post *Gregorianam* illam correctionem & editionem emendanda censuere in Opere *Gratiani*, e. g. *Doujatius* in *Prænotionibus canonicis IV, 13, n. 3*, *Schelstratenius* in *Antiquitate illustrata Diss. II Cap. 13 n. 238*, Cardinalis *Bellarminus de Scriptoribus ecclesiasticis*, ac fratres *Pithœi*, *Petrus* & *Franciscus*, qui scrupulose singula loca recognoverunt, & plurima emendarunt. Restant quo-
Pag. 144. que in *Martyrologio Romano* nævi typothetarum, ac additamenta privata, quibus tamen maximam partem tollendis jam operam dedit Congregatio rituum sacrorum. Enumerat nonnulla ejus decreta, eum in finem ab eo ordine edita, Autor Summus. Intelligitur ex hoc limbo, quanta in Opere tanto passim recondita sit rerum historicarum & ecclesiasticarum supellex. Ac-
329. cessit quoque *Parti posteriori* Appendix, quæ exhibet nonnullas literas Apostolicas Summorum Pontificum, in quibus, Postulatoribus exorantibus, confirmarunt sacræ Congregationis Responsa, quibus indulta fuit concessio Officii & Missæ in honorem Beatorum Beatificatione æquipollenti. Excipiunt eam additiones ad universum Opus, & inprimis Bulla Canonizationis B.
363. *Vincentii a S. Paulo*, fundatoris Presbyterorum Secularium Congregationis a Missione dictæ, & Societatis Puellarum, quæ Charitatis vocatur, a *Clemente XII* promulgata. Index condecorat Opus amplissimum geminus, quod ad amussim Concilii Tridentini, & institutorum curiæ Romanæ, est conscriptum. Restant complura inde decerpenda. At brevitatis nos admonet ratio instituti. Delibavimus universa, Lectoribus cetera permittentes, & laudantes summopere Opus universum, omni laudum genere dignissimum, aut, quod verius dici potest, laude omni majus.

IMAGO ANTIQUÆ HUNGARIÆ, REPRÆ-

sentans

sentans terras, adventus, & res gestas, gentis Hunnicæ; historico genere strictim perscripta a SAMUELE TIMON, de Soc. Jesu Sacerdote.

Cassoviæ, typis Academicis Soc. Jesu, per Jo. Henr. Frauenheim, 1733, 8.

Alph. 1 plag. 4.

Non ita est rerum suarum negligens antiqua illa & illustris gens Pannonum, neque ita inhabilis literata Hungaria, ut non novis subinde speciminibus haud postremam in illustranda patriæ, & veteris & recentioris, conditione industriam erudito orbi testatam relinquat. Poterat omnino carere, magno suo commodo, infinitis illis exterorum, quorum alter alterum descripsit, de regione sua Commentationibus, quæ, tantum abest, ut lectori faciant satis, ut ei Utopiam aliquam, non Hungariam, sistant ob oculos; ita sunt erroribus atque futilibus plerumque conjectationibus plena omnia. His sane, quod *Megabyso*, imperito picturæ, nihilo tamen secius de pictura disserenti, inculcarat *Apelles*, revocari in animum debet: *tace, ne pueri, qui melidem terunt, te rideant, loqui orsum de rebus, quas non didicisti.* Sapiamus potius e domesticis Hungariæ scriptoribus, qui certe suppetunt regioni, excitatorum ingeniorum non plane sterili. *Prudentum est*, ut recte *Gelsus*, *nil dare*, *nisi coctum;* atque inde, cur rariora sint in literaria Historia Hungarorum nomina, facile conjicias. Famam alii habent, alii merentur. Scriptillare in vanum, non est res omnium; paucâ dare, eaque limata, præstat. Id certe de Hungaria affirmari potest, majori in literarum amoris existimatione eam futuram, si, posita inveterata illa opinione, nihil e Nazareth, quod ferat ætatem, prodire posse, diligentius in literarios Hungarorum labores exteri inquirerent. Ipsi se turpiter dant, suæque se reos agunt socordiæ, quando eruditos Hungaros, non secus ac raras remotissimarum gentium aviculas, ignorant. Insigne rei hujus documentum est ignotum prorsus *Samuelis Timonis*, clarissimi Hungarorum Historici, nomen, atque elegans in illustranda antiqua

videlicet II, 66, Chrysostomus Tom. V Serm. 67, Hilarius in libr adversus Constantium Imperatorem, Gregorius Nazianzenus Orat 18, Augustinus de Civ. Dei XXII, 8, Hieronymus in Libro contra Vigilantium, & Theodoretus Orat. 8 adversus gentes. Pollicitus es Christus Cap. ult. Marci, donum miraculorum in Ecclesia sua esse perseveraturum. Testimoniis deinde *Gregorii Magni* ac *Augustini* fultus, docet, miracula, postquam tyranni ecclesiam ve
Pag. 20. xare intermiserunt, esse minus crebra, nec tamen nulla. Miracula esse signum ecclesiæ veræ ac eorum, qui cœlitibus adorandis adscribuntur, addit idem. Controversiæ, an Christu homo, angeli boni, & homines, sint causa miraculorum vel physica, vel potius moralis, recenset argumenta in utramque par
22. tem, nec tamen eam decidit. Subdit potius tandem: *Docer sufficiet, Deum solum esse veram causam efficientem, independentem, autoritativam, miraculorum, & creaturas in operatione miraculorum esse divinæ potentiæ instrumenta, sive id referatur a causam moralem, sive ad physicam. Etenim, etiamsi sententia admittatur, quæ creaturam agnoscit tanquam causam cooperatricem physicam miraculorum, id porro tamen supremæ divinæ majestati nullum affert præjudicium, eo modo, quo vera remane idea Dei, uti autoris gratiæ, in Sacramentis, licet dicatur, Sacramenta esse causas physicas gratiæ.* Quæri solet, an cacodæmones patrare possint miracula. *Thomas*, ea ab illis pro
23. pria virtute edi posse, negavit; posse tamen ab eis nonnihil fieri, affirmavit, quod humanam facultatem & considerationem excedat, quodque large & improprie miraculum possit dici. Redit tamen semper quæstio, quænam homini suppetant signa quibus instructus hæc miracula improprie dicta a divinis & genuinis possit discernere. Prodigia, a Magis Ægypti edita, *Cal-*
26. *metus* pro offuciis & illusionibus oculorum reputat. *Thoma* autem vere serpentes ranasque existimat ab eis fuisse productas Autori Maximo haud lubuit, alterutri sententiæ deferre prin-
28. cipatum. Id vero contendit, vera miracula a dæmone fieri haud posse, licet ab eo nonnunquam ea sint facta, quæ vires excedant facultatemque naturæ visibilis atque corporeæ. Receptam esse & veram sententiam, existimat, uxorem *Loti* quæ dictitat

diditat vere in saxum, sive in lapideum salem, fuisse conversam & immutatam, qui non modo pluviis liquefactus non sit, verum etiam æmulans duritiem cujuslibet durissimi lapidis adhuc perstet. Incertum esse pronuntiat, an Christus Dominus a Satana fuerit per aera translatus, siquidem Jesus assumserit tres discipulos, & duxerit in montem altum, *Matth. XVII, 1*, licet id de deportatione intelligi nequeat. Miracula vera a falsis internoscere docet ex efficacia, duratione, utilitate, modo, & fine. Scopum certe malum præstigiarum & prodigiorum cacodæmonis declarant ejus mendacia, pravitas, intentata veritati clades, degener mens, statim patefieri solita, veritas, firmissimis Dei miraculis innixa. Diabolum per serpentem ad *Evam* locutum, largitur. Addit tamen: *Quomodocunque res sese habuerit, dæmonis locutio per serpentem fuit aliquid excedens vires & facultatem naturæ corporeæ ac sensibilis, sed, deficientibus circumstantiis utilitatis & finis, ea locutio verum miraculum dici non potest. Uno verbo, nec Angelus bonus, nec Angelus malus, sua naturali virtute possunt miracula facere, quæ excedant vires & facultatem cujuscunque naturæ creatæ. Angelus bonus naturalem & integram habet facultatem plura faciendi, quæ excedant vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ, &, cum obsequens Deo ea utatur, si id, quod efficit, supra vires & facultatem naturæ corporeæ & visibilis, arduum, insolitum, & ab unoquoque admirandum est, hoc utique classi miraculorum minorum, sed quæ vera sunt miracula, erit adscribendum, & potissime, cum efficacia, duratio, utilitas, modus, & finis, in eo numquam desint, hujusque effectio miraculi erit in Deum referenda, tanquam in causam efficientem principalem miraculorum, qui Angelo, sibi obsequenti, imperavit, ut sua naturali facultate, vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ excedente, uteretur. Angelus malus sua naturali virtute plura facere posset, quæ excederent vires naturæ visibilis & corporeæ ad instar Angeli boni. At, cum Deus ei interdixerit in pœnam peccati, & ne ob suam malitiam totum mundum perderet, prædicta uti facultate, necesse est, interdictum relaxari, ut ea uti valeat. Cum autem, relaxato interdicto, & effectis a dæmone nonnullis excedentibus vires naturæ visibilis*

Pag. 29.

30.

T 3 *visibilis*

visibilis & corporeæ, semper in eis deficiant veri miraculi characteres, modo recensiti, hinc est, quod effecta nunquam vera miracula dici poterunt, & etiam locus erit præsumtioni, quod facta fuerint per modum artis, quæ obstat miraculo. Miracula enim sunt testimonium divinæ virtutis & veritatis; & divinam bonitatem non decet ea dæmoni permittere secundum doctrinam Divi Thomæ. Operæ pretium est, nosse sententiam Ecclesiæ Romanæ
Pag. 31. ratione hujus dogmatis. Addit Summus Autor, ordinem universi, semel a Deo institutum, non posse ab ulla particulari causa immutari; nec non illud *Augustini de Trinitate III, 9,* difficile
33. admodum esse, quin & impossibile, scire, quid dæmones per naturam facere, & quid per Dei interdictum non facere, possint. Miracula, ab hæreticis & infidelibus patrata, reputat fere pro meris dæmonum ludibriis. Pendet itaque fere miraculorum veritas, ipso judice, ab ecclesiæ notione, &, hac in hunc vel illum sensum accepta, variare etiam debet dijudicatio de miraculi hujus vel illius veritate. Affert Summus Autor has ratio-
34. nes: 1) gratiam miraculorum dari membris Christi; 2) ad ea edenda necessariam esse fidem supernaturalem; qua utraque careant hæretici & infideles. *Estius* tamen in *Lib. II Sent. Dist. 7 §. 19* largitur, Deum uti posse paganis, hæreticis, & schismaticis, tanquam instrumentis in patratione miraculorum, ut per ea veritas aliqua, ad fidem aut ad mores pertinens, approbetur. Huc referri solent loca *Marc. IX, 38, Luc. IX, 49. Castaldi* hæc sunt: *Possibile est, Deum supernaturaliter concurrere ad miracula patrata ab hæretico vel idololatra ad justam defensionem vel ad comprobandam veritatem catholicam.* Negat vero Maximus Autor, Hæreticos vel Schismaticos posse a Deo assumi tanquam instrumenta miraculorum patrandorum. Eadem est sententia *Thomæ Quolibet II Quæst. 4 Art. 6.* Noster ita: *Gratia miraculorum fere semper confertur membris Christi.* Laudat tamen illa *Baronii ad A. 765 n. 1* verba: *Quid aliud vera miracula, quam vox Dei, cœlitus clamans, & comprobans ex eis fidem, cum ejusmodi gratia negata sit semper hæreticis, ut vera mi-*
37. *racula possent edere.* Miracula, quæ *Apollonio Thyanensi, Vespasiano, & Hadriano,* tribuuntur, esse fictiones, arbitratur,

testes-

testesque probatissimos sibi adjungit. De Antichristi miraculis, *Matth. XXIV*, in *Apocalypsi*, & *2 Thess. II*, memoratis, sedulo exponit, ea existimans fore ludibria & fallaces præstigias. Miracula vera fieri ad Dei gloriam, & confirmationem doctrinæ fidei, copiose demonstrat. Canonistæ quidem transsubstantiationem e numero miraculorum eximunt; attamen Pontifex Ecclesiæ Romanæ Maximus subdit hæc: *Eucharistiæ Sacramentum est memoriale omnium miraculorum*, provocans demonstrationis loco ad *Ps. CXI, 4*. De differentiis vera inter & falsa miracula varias Doctorum sententias producit, acquiescens in *Thomæ* pronuntiato, qui miracula bonorum hominum ac magorum differre tradidit efficacia, duratione, utilitate, modo, ac fine. Dubitationes addit, quæ de miraculis oriri possint, respectu 1) testium, quorum fides potest esse sublesta, 2) rei ipsius ac facti, an vires naturæ id superet, an sit verum, vel laboret contradictione. Omittimus reliqua, eo quod intra angustos conclusa est oratio nostra cancellos. Lectio multijuga, ordo, mascula & argumento dignissima dictio, doctrina admodum vasta, eruditio ex omni parte diffusa, atque peritia *Historiæ*, Philosophiæ, Theologiæ, Jurisque Canonici, amplissima, hic adeo emicant lucemque spargunt, ut, licet hoc Opus a Pontifice Romanæ Ecclesiæ haud fuisset literis commendatum, universi tamen rerum literariarum æstimatores haud iniqui aperte fateri debeant, libro huic in suo genere ac argumento ab Ecclesia Romana principatum esse deferendum, huncque illis ipsis, qui vel plusculum, vel nonnihil, ab ea dissident, summam ingerere admirationem posse, multamque discendi materiam suppeditare universis.

Pag. 38.

45.

47

Progrediendum nunc est ad *Partem secundam*, seu *posteriorem. Triginta & uno Capitibus* constat tractatio universa. *Primo* quidem exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum Beatificatione formali. *Secundo* agitur de nonnullis quæstionibus, quæ fiunt a doctoribus ratione momentorum eorundem. *Tertium* tractat de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum per Beatificationem æquipollentem signanter per cultum, memoria hominum antiquiorem. *Quarto* disse-

16.

disseritur de causa eadem, quantum ad eos attinet, qui tales
habentur per Indulta Apostolica & per Patrum virorumque
Pag. 28. sanctorum scripta, immo quantum ad omnes. *Capite quinto*
agitur de concessione Officii & Missæ in honorem nonnullorum
Beatorum, qui sunt in antiqua cultus possessione, vel antiqua
habent venerationis Indulta, licet in eorum causis nunquam
confectus fuerit processus super casu excepto. *Sexto* exponi-
tur de concessione Officii & Missæ in honorem Sanctorum ca-
50. nonizatorum. *Septimum* inscriptum est nonnullis aliis Officio-
rum concessionibus, in gratiam locorum quorundam particu-
larium promulgatis. *Octavo* argumentum continuatur idem.
Nono agitur de Officiorum concessione, ex iisdem titulis fa-
cta, pro ecclesia universali. *Decimo* repræsentatur concessio
75. Officiorum propriorum. *Undecimo* exponitur de Titulis Apo-
stoli aut Doctoris, quibus nonnulli Sancti appellantur in Offi-
ciis divinis, aut in ecclesiis particularibus, aut in Ecclesia Roma-
na omni. *Duodecimo* alia adduntur de titulo Doctoris, alia
vero exponuntur de titulo Martyris, & de titulo Virginis. *Ter-*
110. *tio ac decimo* agitur de Breviario Romano, & ejus autoritate, aliis-
que nonnullis rebus, quæ ad Officia divina pertinent. *Deci-*
mo quarto exponitur de electione Sanctorum in Patronos. *De-*
cimo quinto disseritur de cultu, Sanctis, in Patronos electis, ex-
hibendo. *Sequenti* agitur de Martyrologio Romano. *Deci-*
145. *mum septimum* exhibet nominum descriptionem in eodem Mar-
tyrologio. *Duodevicesimo* agitur de elogiis, quæ in Martyrolo-
gio Romano nominibus Sanctorum, in eo descriptis, adduntur, &
de nonnullis decretis sacræ Congregationis, ad idem Martyrolo-
gium pertinentibus. *Undevicesimo* disseritur de nominum san-
ctorum additione in Litaniis. *Vicesimo* exponitur de sacris ima-
186. ginibus, ac nonnullis controversiis, ad eas referendis. *Sequenti*
agitur de translatione corporum. *Vicesimo secundo* tractatur
de modo, quo fieri debeant sanctorum corporum translatio-
nes. *Vicesimum tertium* perpendit identitatem sanctorum cor-
216. porum & reliquiarum. *Vicesimum quartum* inscribitur de non-
nullis quæstionibus, pertractatis in sacrorum rituum Congrega-
tione, quantum ad sanctorum corporum identitatem pertinet.
Sequenti

Sequenti exponitur de loco, in quo ſancta corpora ſacræque reliquiæ debeant conſervari, ac de momentis aliis, ad corpora & reliquias Sanctorum pertinentibus. *Viceſimo ſexto* agitur de Sanctis baptizatis. *Viceſimo ſeptimo* ſuppeditatur commentarius de extractione, cuſtodia, & diſtributione, ſanctorum corporum ac reliquiarum, quæ extrahuntur ex cœmeteriis urbis, & de cultu illis debito. *Duodetriceſimo* exponitur de cultu Sanctorum Veteris Teſtamenti. *Undetriceſimo* exponitur de Angelis, & eorum cultu. *Triceſimum* inſcribitur de nonnullis piis, ſed periculi plenis, petitionibus, a ſacrorum rituum Congregatione plerumque non admiſſis. *Ultimo* tandem diſſeritur de examine nonnullorum miraculorum, quod aliquando peragitur in ſacrorum rituum ordinaria Congregatione. *Priori Parti* acceſſit Appendicis loco Diſſertatio Academicorum inſtituti Bononienſis de longis jejuniis. Quæſtiones ea excutiuntur duæ: una, an abſtinentia longa ab omni cibo potuque, in plures non ſolum dies, ſed etiam menſes atque annos, poſſit ſolis naturæ viribus produci; altera vero, an nonnullorum, qui & id *fieri poſſe affirmant*, &, quomodo poſſit, exponere conantur, *opiniones firmæ* ſtabileſque permanſuræ ſint, ſi a veterum doctrinis, unde ab Autoribus ſuis depromtæ fuerunt, ad recentium Medicorum dogmata transferantur. Philoſophemata Ill. *Chriſtiani Wolfii* hic fundamenti loco inſerviunt. Recenſentur obſervationes & rationes paſſim *Bœrhaavii, Hoffmanni*, ac Medicorum noſtræ ætatis florentiſſimorum. Demorſos hic omnia ſapiunt ungues. Quantum ad Martyrologii lectionem attinet, ea a Canonicis, in Capitulum, aut in Chorum, convenientibus, prima finita, dudum fuit peracta. Martyrologium Romanum *Gregorius XIII* correctum autoritate inſtruxit. Antiquiſſimum tribuitur *Hieronymo*. Exemplar ejus extraxit *Bollandus* e monaſterio Epternacenſi S. *Willebrordi*, illuc ab hoc ex Anglia allatum. Alterum exemplar Lucæ inventum. Edidit illud *Franc. Maria Florentinius* A. 1668. Martyrologio, quod vulgo tribuitur *Ven. Bedæ*, correctores Romani, ut Romanum emendarent, uſi ſunt. Genuinum *Bedæ* Martyrologium ab *Henſchenio A. 1618 Tom. II Menſ. Martii* publicatum eſt. *Florus* id nominibus

Pag. 248. 273. 299. 135

Beatificationis & Canonizationis, & in Beatorum Sanctorumque cultum, animadversa sunt, hujusmet Congregationis judicio credidit omnia atque subjecit. *Primæ Partis* hæc sunt capita. Differitur hic 1) de miraculis, & miraculorum gradibus, 2) de causa miraculorum efficiente, 3) de causa eorum finali, ac differentiis vera inter & falsa miracula, 4) de malis angelis, infidelibus, hæreticis, & Antichristo, qua ad miraculorum mate-
Pag. 50. riem res attinet, 5) de miraculorum necessitate in causis Beatificationis & Canonizationis, 6) de miraculorum numero & qualitate, in causis Beatificationis & Canonizationis requisita, 7) de scriptis Gallorum, quibus isthæc confirmantur; 8) de miraculosa sanatione a morbis & infirmitatibus, 9) de miraculosa cæcorum illuminatione, 10) de mutis surdisque miraculo restitutis, 11) de claudorum gibberumque sanatione miraculosa, 12) de paralyticorum, 13) epilepticorum, & hysterica
162. imbecillitate laborantium, 14) mania & hydrophobia conflictantium, ac 15) hydrope, empyemate, & hernia, laborantium, miraculosa sanatione. Tum oratio sese convertit 16) ad miraculosam liberationem a fluxu sanguinis, & generatim ab hæmor-
207. rhagiis, & vulnerum curationem miraculosam, 17) sanationem a lepra, cancro, gangræna, aliisque morbis, 18) a febri, 19) a variis infirmitatibus, 20) immo ad partum miraculosum, & ad revocationem mortuorum in vitam. Porro differitur 22)
325. de miraculis negativis, 23) de rerum multiplicatione, & rerum in alias res conversione, 24) de miraculis, respicientibus dominatum in elementa & res creatas, destitutas ratione, simulque animatas, 25) de quibusdam miraculis, quæ in cœlis ac terra
356. contingunt, 26) de sudore sanguineo & lachrymis sanguineis, a corpore & oculis servorum Dei manantibus, & de lumine ac splendore, quo eorum facies aliquando refulget, ac 27) de longa abstinentia a cibo & potu. Tandem exponitur 28) de
392. quibusdam spiritualibus miraculis, 29) de ejectione dæmonum a corporibus obsessis, 30) de cadaverum ἀφθαρσίᾳ, 31) de nonnullis cadaverum qualitatibus, sanguine, liquore, & odo-
450. re, 32) de Beatorum & Sanctorum apparitionibus, qua inter miracula recensendis, atque 33) de imaginatione, ejusque viribus.

ribus. Succincte jam Autor Maximus dixerat de miraculis *Libro* & *primo* & *tertio*; at nunc longius latiusque hoc argumentum suscepit pertractandum. Ipse opera sublimiori, quam naturæ ordine fieri solita, refert in miraculorum classem, e. g. pii justificationem. Miraculo, ipsius judicio, proprium est, esse arduum, insolitum, & admirandum, excedere facultatem naturæ & ordinem rerum naturalem, dum Deus producit effectus causarum secundarum sine ipsis, aut producit aliquos effectus, ad quos causæ secundæ sese non extendunt. Creationem respectu Dei esse miraculum, rigide loquendo esse negandum credit. *Thomam Aquinatem* in hac doctrina sequitur, & veram miraculi indolem constituit in eventus excessu supra vires & facultatem naturæ, ratus, excessum illum esse triplicem, unde alia miracula sint supra naturam, alia contra naturam, & alia præter naturam. Qui triplex miraculorum gradus ab ipsis Rotæ Auditoribus assensu roborantur. Hostes *Josuæ* non grandine, sed lapidibus, per angelos fuisse percussos, quorum *Josuæ Cap. X* fit mentio, Autor Summus arbitratur. Idem admittit *connexionem causarum secundarum*, earum subordinationem, & partium universi inter se dispositionem fixam & constantem, a Deo libere dirigi solitam, ita tamen, ut miracula & prodigia sint opus liberæ Dei voluntatis. Largitur ac fatetur præterea, 1) non omnem naturæ creatæ virtutem nobis esse notam, 2) miraculum, respectu ad nos habito, esse, cum aliquid fiat præter ordinem *naturæ* creatæ, 3) a spiritibus edi posse nonnulla, quæ vires vel hujus vel illius partis mundi excedant, 4) ac dari quædam vera miracula, quæ vires totius naturæ creatæ non superent. Deus omnino solus edere potest miracula genuina. A Christo vera, eaque non una, edita fuisse miracula, Autor Summus contra *Thomam Woolstonum* & empæctas tum ex sacris literis, tum ex *Josephi* & *Juliani Apostatæ* testimoniis, docet. Ab Angelis bonis posse fieri miracula generis secundi *virtute propria*, sed jussu Dei, docet idem. Adjungit deinceps hæc: *Ab hominibus quoque sanctis, sive dum viverent, sive post eorum obitum, miracula edita fuisse, undequaque exploratum est. Fidem huic veritati faciunt sancti Patres, testes oculati, Irenæus*

Pag. 2. 3. 5. 9. 12. 15. 19.

videlicet II, 66, Chrysostomus Tom. V Serm. 67, Hilarius in libro adversus Constantium Imperatorem, Gregorius Nazianzenus Orat. 18, Augustinus de Civ. Dei XXII, 8, Hieronymus in Libro contra Vigilantium, & Theodoretus Orat. 8 adversus gentes. Pollicitus est Christus Cap. ult. Marci, donum miraculorum in Ecclesia sua esse perseveraturum. Testimoniis deinde *Gregorii Magni* ac *Augustini* fultus, docet, miracula, postquam tyranni ecclesiam ve-
Pag. 20. xare intermiserunt, esse minus crebra, nec tamen nulla. Miracula esse signum ecclesiæ veræ ac eorum, qui cœlitibus adorandis adscribuntur, addit idem. Controversiæ, an Christus homo, angeli boni, & homines, sint causa miraculorum vel physica, vel potius moralis, recenset argumenta in utramque par-
22. tem, nec tamen eam decidit. Subdit potius tandem: *Docere sufficiet, Deum solum esse veram causam efficientem, independentem, autoritativam, miraculorum, & creaturas in operatione miraculorum esse divinæ potentiæ instrumenta, sive id referatur ad causam moralem, sive ad physicam. Etenim, etiamsi sententia admittatur, quæ creaturam agnoscit tanquam causam cooperatricem physicam miraculorum, id porro tamen supremæ divinæ majestati nullum affert præjudicium, eo modo, quo vera remanet idea Dei, uti autoris gratiæ, in Sacramentis, licet dicatur, Sacramenta esse causas physicas gratiæ.* Quæri solet, an cacodæmones patrare possint miracula. *Thomas*, ea ab illis pro-
23. pria virtute edi posse, negavit; posse tamen ab eis nonnihil fieri, affirmavit, quod humanam facultatem & considerationem excedat, quodque large & improprie miraculum possit dici. Redit tamen semper quæstio, quænam homini suppetant signa, quibus instructus hæc miracula improprie dicta a divinis & genuinis possit discernere. Prodigia, a Magis Ægypti edita, *Cal-*
26. *metus* pro offuciis & illusionibus oculorum reputat. *Thomas* autem vere serpentes ranasque existimat ab eis fuisse productas. Autori Maximo haud lubuit, alterutri sententiæ deferre prin-
28. cipatum. Id vero contendit, vera miracula a dæmone fieri haud posse, licet ab eo nonnunquam ea sint facta, quæ vires excedant facultatemque naturæ visibilis atque corporeæ. Receptam esse & veram sententiam, existimat, uxorem *Loti* quæ

dictitat

dictitat vere in saxum, sive in lapideum salem, fuisse conversam & immutatam, qui non modo pluviis liquefactus non sit, verum etiam æmulans duritiem cujuslibet durissimi lapidis adhuc perstet. Incertum esse pronuntiat, an Christus Dominus a Satana fuerit per aera translatus, siquidem Jesus assumserit tres Pag. 29.
discipulos, & duxerit in montem altum, *Matth. XVII, 1*, licet id de deportatione intelligi nequeat. Miracula vera a falsis internoscere docet ex efficacia, duratione, utilitate, modo, & fine. Scopum certe malum præstigiarum & prodigiorum cacodæmonis declarant ejus mendacia, pravitas, intentata veritati clades, degener mens, statim patefieri solita, veritas, firmissimis Dei miraculis innixa. Diabolum per serpentem ad *Evam* locutum, largitur. Addit tamen: *Quomodocunque res sese habuerit, dæmo-* 30.
nis locutio per serpentem fuit aliquid excedens vires & facultatem naturæ corporeæ ac sensibilis, sed, deficientibus circumstantiis utilitatis & finis, ea locutio verum miraculum dici non potest. Uno verbo, nec Angelus bonus, nec Angelus malus, sua naturali virtute possunt miracula facere, quæ excedant vires & facultatem cujuscunque naturæ creatæ. Angelus bonus naturalem & integram habet facultatem plura faciendi, quæ excedant vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ, &, cum obsequens Deo ea utatur, si id, quod efficit, supra vires & facultatem naturæ corporeæ & visibilis, arduum, insolitum, & ab unoquoque admirandum est, hoc utique classi miraculorum minorum, sed quæ vera sunt miracula, erit adscribendum, & potissime, cum efficacia, duratio, utilitas, modus, & finis, in eo nunquam desint, hujusque effectio miraculi erit in Deum referenda, tanquam in causam efficientem principalem miraculorum, qui Angelo, sibi obsequenti, imperavit, ut sua naturali facultate, vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ excedente, uteretur. Angelus malus sua naturali virtute plura facere posset, quæ excederent vires naturæ visibilis & corporeæ ad instar Angeli boni. At, cum Deus ei interdixerit in pœnam peccati, & ne ob suam malitiam totum mundum perderet, prædicta uti facultate, necesse est, interdictum relaxari, ut ea uti valeat. Cum autem, relaxato interdicto, & effectis a dæmone nonnullis excedentibus vires naturæ

visibilis & corporea, semper in eis deficiant veri miraculi characteres, modo recensiti, hinc est, quod effecta nunquam vera miracula dici poterunt, & etiam locus erit præsumtioni, quod facta fuerint per modum artis, quæ obstat miraculo. Miracula enim sunt testimonium divinæ virtutis & veritatis; & divinam bonitatem non decet ea dæmoni permittere secundum doctrinam Divi Thomæ. Operæ pretium est, nosse sententiam Ecclesiæ Romanæ
Pag. 31. ratione hujus dogmatis. Addit Summus Autor, ordinem universi, semel a Deo institutum, non posse ab ulla particulari causa immutari; nec non illud *Augustini de Trinitate III, 9,* difficile
33. admodum esse, quin & impossibile, scire, quid dæmones per naturam facere, & quid per Dei interdictum non facere, possint. Miracula, ab hæreticis & infidelibus patrata, reputat fere pro meris dæmonum ludibriis. Pendet itaque fere miraculorum veritas, ipso judice, ab ecclesiæ notione, &, hac in hunc vel illum sensum accepta, variare etiam debet dijudicatio de miraculi hujus vel illius veritate. Affert Summus Autor has ratio-
34. nes: 1) gratiam miraculorum dari membris Christi; 2) ad ea edenda necessariam esse fidem supernaturalem; qua utraque careant hæretici & infideles. *Estius* tamen in *Lib. II Sent. Dist. 7 §. 19* largitur, Deum uti posse paganis, hæreticis, & schismaticis, tanquam instrumentis in patratione miraculorum, ut per ea veritas aliqua, ad fidem aut ad mores pertinens, approbetur. Huc referri solent loca *Marc. IX, 38, Luc. IX, 49. Castaldi* hæc sunt: *Possibile est, Deum supernaturaliter concurrere ad miracula patrata ab hæretico vel idololatra ad justam defensionem, vel ad comprobandam veritatem catholicam.* Negat vero Maximus Autor, Hæreticos vel Schismaticos posse a Deo assumi tanquam instrumenta miraculorum patrandorum. Eadem est sententia *Thomæ Quolibet II Quæst. 4 Art. 6.* Noster ita: *Gratia miraculorum fere semper confertur membris Christi.* Laudat tamen illa *Baronii ad A. 765 n. 1* verba: *Quid aliud vera miracula, quam vox Dei, cœlitus clamans, & comprobans ex eis fidem, cum ejusmodi gratia negata sit semper hæreticis, ut vera mi-*
37. *racula possent edere.* Miracula, quæ *Apollonio Thyanensi, Vespasiano, & Hadriano,* tribuuntur, esse fictiones, arbitratur,

testes-

testesque probatissimos sibi adjungit. De Antichristi miraculis, *Matth. XXIV*, in *Apocalypsi*, & *2 Thess. II*, memoratis, sedulo exponit, ea existimans fore ludibria & fallaces præstigias. Miracula vera fieri ad Dei gloriam, & confirmationem doctrinæ fidei, copiose demonstrat. Canonistæ quidem transsubstantiationem e numero miraculorum eximunt; attamen Pontifex Ecclesiæ Romanæ Maximus subdit hæc: *Eucharistiæ Sacramentum est memoriale omnium miraculorum*, provocans demonstrationis loco ad *Ps. CXI, 4*. De differentiis vera inter & falsa miracula varias Doctorum sententias producit, acquiescens in *Thomæ* pronuntiato, qui miracula bonorum hominum ac magorum differre tradidit efficacia, duratione, utilitate, modo, ac fine. Dubitationes addit, quæ de miraculis oriri possunt, respectu 1) testium, quorum fides potest esse sublesta, 2) rei ipsius ac facti, an vires naturæ id superet, an sit verum, vel laboret contradictione. Omittimus reliqua, eo quod intra angustos conclusa est oratio nostra cancellos. Lectio multijuga, ordo, mascula & argumento dignissima dictio, doctrina admodum vasta, eruditio ex omni parte diffusa, atque peritia *Historiæ*, *Philosophiæ*, Theologiæ, Jurisque Canonici, amplissima, hic adeo emicant lucemque spargunt, ut, licet hoc Opus a Pontifice Romanæ Ecclesiæ haud fuisset literis commendatum, universi tamen rerum literariarum æstimatores haud iniqui aperte fateri debeant, libro huic in suo genere ac argumento ab Ecclesia Romana principatum esse deferendum, huncque illis ipsis, qui vel plusculum, vel nonnihil, ab ea dissident, summam ingerere admirationem posse, multamque discendi materiam suppeditare universis.

Pag. 38.

45.

47

Progrediendum nunc est ad *Partem secundam*, seu *posteriorem*. *Triginta & uno Capitibus* constat tractatio universa. *Primo* quidem exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum Beatificatione formali. *Secundo* agitur de nonnullis quæstionibus, quæ fiunt a doctoribus ratione momentorum eorundem. *Tertium* tractat de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum per Beatificationem æquipollentem & signanter per cultum, memoria hominum antiquiorem. *Quarto* disse-

16.

disseritur de causa eadem, quantum ad eos attinet, qui tales
habentur per Indulta Apostolica & per Patrum virorumque
Pag. 28. sanctorum scripta, immo quantum ad omnes. *Capite quinto*
agitur de concessione Officii & Missæ in honorem nonnullorum
Beatorum, qui sunt in antiqua cultus possessione, vel antiqua
habent venerationis Indulta, licet in eorum caussis nunquam
confectus fuerit processus super casu excepto. *Sexto* exponi-
tur de concessione Officii & Missæ in honorem Sanctorum ca-
50. nonizatorum. *Septimum* inscriptum est nonnullis aliis Officio-
rum concessionibus, in gratiam locorum quorundam particu-
larium promulgatis. *Octavo* argumentum continuatur idem.
Nono agitur de Officiorum concessione, ex iisdem titulis fa-
cta, pro ecclesia universali. *Decimo* repræsentatur concessio
75. Officiorum propriorum. *Undecimo* exponitur de Titulis Apo-
stoli aut Doctoris, quibus nonnulli Sancti appellantur in Offi-
ciis divinis, aut in ecclesiis particularibus, aut in Ecclesia Roma-
na omni. *Duodecimo* alia adduntur de titulo Doctoris, alia
vero exponuntur de titulo Martyris, & de titulo Virginis. *Ter-*
110. *tio ac decimo* agitur de Breviario Romano, & ejus autoritate, aliis-
que nonnullis rebus, quæ ad Officia divina pertinent. *Deci*
mo quarto exponitur de electione Sanctorum in Patronos. *De*
cimo quinto disseritur de cultu, Sanctis, in Patronos electis, ex
hibendo. *Sequenti* agitur de Martyrologio Romano. *Deci*
145. *mum septimum* exhibet nominum descriptionem in eodem Mar
tyrologio. *Duodevicesimo* agitur de elogiis, quæ in Martyrolo
gio Romano nominibus Sanctorum, in eo descriptis, adduntur, &
de nonnullis decretis sacræ Congregationis, ad idem Martyrolo
gium pertinentibus. *Undevicesimo* disseritur de nominum san
ctorum additione in Litaniis. *Vicesimo* exponitur de sacris ima
186. ginibus, ac nonnullis controversiis, ad eas referendis. *Sequent*
agitur de translatione corporum. *Vicesimo secundo* tractatu
de modo, quo fieri debeant sanctorum corporum translatio
nes. *Vicesimum tertium* perpendit identitatem sanctorum cor-
216. porum & reliquiarum. *Vicesimum quartum* inscribitur de non-
nullis quæstionibus, pertractatis in sacrorum rituum Congrega-
tione, quantum ad sanctorum corporum identitatem pertinet.

Sequenti

Sequenti exponitur de loco, in quo sancta corpora sacræque Pag. 248.
reliquiæ debeant conservari, ac de momentis aliis, ad corpora & reliquias Sanctorum pertinentibus. *Vicesimo sexto* agitur de Sanctis baptizatis. *Vicesimo septimo* suppeditatur commentarius de extractione, custodia, & distributione, sanctorum corporum ac reliquiarum, quæ extrahuntur ex cœmeteriis urbis, & de cultu illis debito. *Duodetricesimo* exponitur de cultu San- 273.
ctorum Veteris Testamenti. *Undetricesimo* exponitur de Angelis, & eorum cultu. *Tricesimum* inscribitur de nonnullis piis, sed periculi plenis, petitionibus, a sacrorum rituum Congregatione plerumque non admissis. *Ultimo* tandem differitur de 299.
examine nonnullorum miraculorum, quod aliquando peragitur in sacrorum rituum ordinaria Congregatione. *Priori Parti* accessit Appendicis loco Dissertatio Academicorum instituti Bononiensis de longis jejuniis. Quæstiones ea excutiuntur duæ: una, an abstinentia longa ab omni cibo potuque, in plures non solum dies, sed etiam menses atque annos, possit solis naturæ viribus produci; altera vero, an nonnullorum, qui & id fieri posse affirmant, &, quomodo possit, exponere conantur, opiniones firmæ stabilesque permansuræ sint, si a veterum doctrinis, unde ab Autoribus suis depromtæ fuerunt, ad recentium Medicorum dogmata transferantur. Philosophemata Ill. *Christiani Wolfii* hic fundamenti loco inserviunt. Recensentur observationes & rationes passim *Bœrhaavii*, *Hoffmanni*, ac Medicorum nostræ ætatis florentissimorum. Demorsos hic omnia sapiunt ungues. Quantum ad Martyrologii lectionem at- 135
tinet, ea a Canonicis, in Capitulum, aut in Chorum, convenientibus, prima finita, dudum fuit peracta. Martyrologium Romanum *Gregorius XIII* correctum autoritate instruxit. Antiquissimum tribuitur *Hieronymo*. Exemplar ejus extraxit *Bollandus* e monasterio Epternacensi S. *Willebrordi*, illuc ab hoc ex Anglia allatum. Alterum exemplar Lucæ inventum. Edidit illud *Franc. Maria Florentinius* A. 1668. Martyrologio, quod vulgo tribuitur *Ven. Bedæ*, correctores Romani, ut Romanum emendarent, usi sunt. Genuinum *Bedæ* Martyrologium ab *Henschenio* A. 1618 Tom. II *Mens. Martii* publicatum est. *Florus* id nomini-

Beatificationis & Canonizationis, & in Beatorum Sanctorumque cultum, animadversa sunt, hujusmet Congregationis judicio credidit omnia atque subjecit. *Primæ Partis* hæc sunt capita. Differitur hic 1) de miraculis, & miraculorum gradibus, 2) de causa miraculorum efficiente, 3) de causa eorum finali, ac differentiis vera inter & falsa miracula, 4) de malis angelis, infidelibus, hæreticis, & Antichristo, qua ad miraculorum materiem res attinet, 5) de miraculorum necessitate in causis Beati-
Pag. 50. riem res attinet, 5) de miraculorum necessitate in causis Beatificationis & Canonizationis, 6) de miraculorum numero & qualitate, in causis Beatificationis & Canonizationis requisita, 7) de scriptis Gallorum, quibus isthæc confirmantur, 8) de miraculosa sanatione a morbis & infirmitatibus, 9) de miraculosa cæcorum illuminatione, 10) de mutis surdisque miraculo restitutis, 11) de claudorum gibberumque sanatione miraculosa, 12) de paralyticorum, 13) epilepticorum, & hysterica
162. imbecillitate laborantium, 14) mania & hydrophobia conflictantium, ac 15) hydrope, empyemate, & hernia, laborantium, miraculosa sanatione. Tum oratio sese convertit 16) ad miraculosam liberationem a fluxu sanguinis, & generatim ab hæmor-
207. rhagiis, & vulnerum curationem miraculosam, 17) sanationem a lepra, cancro, gangræna, aliisque morbis, 18) a febri, 19) a variis infirmitatibus, 20) immo ad partum miraculosum, & ad revocationem mortuorum in vitam. Porro differitur 22)
325. de miraculis negativis, 23) de rerum multiplicatione, & rerum in alias res conversione, 24) de miraculis, respicientibus dominatum in elementa & res creatas, destitutas ratione, simulque animatas, 25) de quibusdam miraculis, quæ in cœlis ac terra
356. contingunt, 26) de sudore sanguineo & lachrymis sanguineis, a corpore & oculis servorum Dei manantibus, & de lumine ac splendore, quo eorum facies aliquando refulget, ac 27) de longa abstinentia a cibo & potu. Tandem exponitur 28) de
392. quibusdam spiritualibus miraculis, 29) de ejectione dæmonum a corporibus obsessis, 30) de cadaverum ἀφθαρσίᾳ, 31) de nonnullis cadaverum qualitatibus, sanguine, liquore, & odo-
450. re, 32) de Beatorum & Sanctorum apparitionibus, qua inter miracula recensendis, atque 33) de imaginatione, ejusque viribus.

ribus. Succincte jam Autor Maximus dixerat de miraculis *Libro* & *primo* & *tertio*; at nunc longius latiusque hoc argumentum suscepit pertractandum. Ipse opera sublimiori, quam naturæ ordine fieri solita, refert in miraculorum classem, e. g. pii justificationem. Miraculo, ipsius judicio, proprium est, esse arduum, insolitum, & admirandum, excedere facultatem naturæ & ordinem rerum naturalem, dum Deus producit effectus causarum secundarum sine ipsis, aut producit aliquos effectus, ad quos causæ secundæ sese non extendunt. Creationem respectu Dei esse miraculum, rigide loquendo esse negandum credit. *Thomam Aquinatem* in hac doctrina sequitur, & veram miraculi indolem constituit in eventus excessu supra vires & facultatem naturæ, ratus, excessum illum esse triplicem, unde alia miracula sint supra naturam, alia contra naturam, & alia præter naturam. Qui triplex miraculorum gradus ab ipsis Rotæ Auditoribus assensu roborantur. Hostes *Josuæ* non grandine, sed lapidibus, per angelos fuisse percussos, quorum *Josuæ Cap.* X fit mentio, Autor Summus arbitratur. Idem admittit *connexionem causarum secundarum*, earum subordinationem, & partium universi inter se dispositionem fixam & constantem, a Deo libere dirigi solitam, ita tamen, ut miracula & prodigia sint opus liberæ Dei voluntatis. Largitur ac fatetur præterea, 1) non omnem naturæ creatæ virtutem nobis esse notam, 2) miraculum, respectu ad nos habito, esse, cum aliquid fiat præter ordinem naturæ creatæ, 3) a spiritibus edi posse nonnulla, quæ vires vel hujus vel illius partis mundi excedant, 4) ac dari quædam vera miracula, quæ vires totius naturæ creatæ non superent. Deus omnino solus edere potest miracula genuina. A Christo vera, eaque non una, edita fuisse miracula, Autor Summus contra *Thomam Woolstonum* & empæctas tum ex sacris literis, tum ex *Josephi* & *Juliani Apostatæ* testimoniis, docet. Ab Angelis bonis posse fieri miracula generis secundi *virtute propria*, sed jussu Dei, docet idem. Adjungit deinceps hæc: *Ab hominibus quoque sanctis, sive dum viverent, sive post eorum obitum, miracula edita fuisse, undequaque exploratum est. Fidem huic veritati faciunt sancti Patres, testes oculati, Irenæus*

Pag. 2. 3. 5. 9. 12. 15. 19.

videlicet II, 66, Chrysostomus Tom. V Serm. 67, Hilarius in libro adversus Constantium Imperatorem, Gregorius Nazianzenus Orat. 18, Augustinus de Civ. Dei XXII, 8, Hieronymus in Libro contra Vigilantium, & Theodoretus Orat. 8 adversus gentes. Pollicitus est Christus Cap. ult. Marci, donum miraculorum in Ecclesia sua esse perseveraturum. Testimoniis deinde *Gregorii Magni* ac *Augustini* fultus, docet, miracula, postquam tyranni ecclesiam ve-
Pag. 20. xare intermiserunt, esse minus crebra, nec tamen nulla. Miracula esse signum ecclesiæ veræ ac eorum, qui cœlitibus adorandis adscribuntur, addit idem. Controversiæ, an Christus homo, angeli boni, & homines, sint causa miraculorum vel physica, vel potius moralis, recenset argumenta in utramque par-
22. tem, nec tamen eam decidit. Subdit potius tandem: *Docere sufficiet, Deum solum esse veram causam efficientem, independentem, autoritativam, miraculorum, & creaturas in operatione miraculorum esse divinæ potentiæ instrumenta, sive id referatur ad causam moralem, sive ad physicam. Etenim, etiamsi sententia admittatur, quæ creaturam agnoscit tanquam causam cooperatricem physicam miraculorum, id porro tamen supremæ divinæ majestati nullum affert præjudicium, eo modo, quo vera remanet idea Dei, uti autoris gratiæ, in Sacramentis, licet dicatur, Sacramenta esse causas physicas gratiæ.* Quæri solet, an cacodæmones patrare possint miracula. *Thomas*, ea ab illis pro-
23. pria virtute edi posse, negavit; posse tamen ab eis nonnihil fieri, affirmavit, quod humanam facultatem & considerationem excedat, quodque large & improprie miraculum possit dici. Redit tamen semper quæstio, quænam homini suppetant signa quibus instructus hæc miracula improprie dicta a divinis & genuinis possit discernere. Prodigia, a Magis Ægypti edita, *Cal-*
26. *metus* pro offuciis & illusionibus oculorum reputat. *Thomas* autem vere serpentes ranasque existimat ab eis fuisse productas Autori Maximo haud lubuit, alterutri sententiæ deferre prin-
28. cipatum. Id vero contendit, vera miracula a dæmone fieri haud posse, licet ab eo nonnunquam ea sint facta, quæ vires excedant facultatemque naturæ visibilis atque corporeæ. Receptam esse & veram sententiam, existimat, uxorem *Loti* quæ dictitat

distitat vere in saxum, sive in lapideum salem, fuisse conversam & immutatam, qui non modo pluviis liquefactus non sit, verum etiam æmulans duritiem cujuslibet durissimi lapidis adhuc superstet. Incertum esse pronuntiat, an Christus Dominus a Satana fuerit per aera translatus, siquidem Jesus assumserit tres discipulos, & duxerit in montem altum, *Matth. XVII, 1*, licet id de deportatione intelligi nequeat. Miracula vera a falsis internoscere docet ex efficacia, duratione, utilitate, modo, & fine. Scopum certe malum præstigiarum & prodigiorum cacodæmonis declarant ejus mendacia, pravitas, intentata veritati clades, degener mens, statim patefieri solita, veritas, firmissimis Dei miraculis innixa. Diabolum per serpentem ad *Evam* locutum, largitur. Addit tamen: *Quomodocunque res sese habuerit, dæmonis locutio per serpentem fuit aliquid excedens vires & facultatem naturæ corporeæ ac sensibilis, sed, deficientibus circumstantiis utilitatis & finis, ea locutio verum miraculum dici non potest. Uno verbo, nec Angelus bonus, nec Angelus malus, sua naturali virtute possunt miracula facere, quæ excedant vires & facultatem cujuscunque naturæ creatæ. Angelus bonus naturalem & integram habet facultatem plura faciendi, quæ excedant vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ, &, cum obsequens Deo ea utatur, si id, quod efficit, supra vires & facultatem naturæ corporeæ & visibilis, arduum, insolitum, & ab unoquoque admirandum est, hoc utique classi miraculorum minorum, sed quæ vera sunt miracula, erit adscribendum, & potissime, cum efficacia, duratio, utilitas, modus, & finis, in eo numquam desint, hujusque effectio miraculi erit in Deum referenda, tanquam in caussam efficientem principalem miraculorum, qui Angelo, sibi obsequenti, imperavit, ut sua naturali facultate, vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ excedente, uteretur. Angelus malus sua naturali virtute plura facere posset, quæ excederent vires naturæ visibilis & corporeæ ad instar Angeli boni. At, cum Deus ei interdixerit in pœnam peccati, & ne ob suam malitiam totum mundum perderet, prædicta uti facultate, necesse est, interdictum relaxari, ut ea uti valeat. Cum autem, relaxato interdicto, & effectis a dæmone nonnullis excedentibus vires naturæ*

Pag. 29.

30.

visibilis & corporeæ, semper in eis deficiant veri miraculi characteres, modo recensiti, hinc est, quod effecta nunquam vera miracula dici poterunt, & etiam locus erit præsumtioni, quod facta fuerint per modum artis, quæ obstat miraculo. Miracula enim sunt testimonium divinæ virtutis & veritatis; & divinam bonitatem non decet ea dæmoni permittere secundum doctrinam Div. Thomæ. Operæ pretium est, nosse sententiam Ecclesiæ Romanæ
Pag. 31. ratione hujus dogmatis. Addit Summus Autor, ordinem universi, semel a Deo institutum, non posse ab ulla particulari causa immutari; nec non illud *Augustini de Trinitate III, 9*, difficile
33. admodum esse, quin & impossibile, scire, quid dæmones per naturam facere, & quid per Dei interdictum non facere, possint. Miracula, ab hæreticis & infidelibus patrata, reputat fere pro meris dæmonum ludibriis. Pendet itaque fere miraculorum veritas, ipso judice, ab ecclesiæ notione, &, hac in hunc vel illum sensum accepta, variare etiam debet dijudicatio de miraculi hujus vel illius veritate. Affert Summus Autor has ratio-
34. nes: 1) gratiam miraculorum dari membris Christi; 2) ad edenda necessariam esse fidem supernaturalem; qua utraque careant hæretici & infideles. *Estius* tamen in *Lib. II Sent. Dist.* 7 *§. 19* largitur, Deum uti posse paganis, hæreticis, & schismaticis, tanquam instrumentis in patratione miraculorum, ut per ea veritas aliqua, ad fidem aut ad mores pertinens, approbetur. Huc referri solent loca *Marc. IX, 38, Luc. IX, 49. Castald.* hæc sunt: *Possibile est, Deum supernaturaliter concurrere ad miracula patrata ab hæretico vel idololatra ad justam defensionem vel ad comprobandam veritatem catholicam.* Negat vero Maximus Autor, Hæreticos vel Schismaticos posse a Deo assumi tanquam instrumenta miraculorum patrandorum. Eadem est sententia *Thomæ Quolibet II Quæst. 4 Art. 6.* Noster ita: *Gratia miraculorum fere semper confertur membris Christi.* Laudat tamen illa *Baronii ad A. 765 n. 1* verba: *Quid aliud vera miracula, quam vox Dei, cælitus clamans, & comprobans ex eis fidem, cum ejusmodi gratia negata sit semper hæreticis, ut vera mi-*
37. *racula possent edere.* Miracula, quæ *Apollonio Thyanensi, Vespasiano, & Hadriano*, tribuuntur, esse fictiones, arbitratur, testes-

testesque probatissimos sibi adjungit. De Antichristi miraculis, *Matth. XXIV*, in *Apocalypsi*, & 2 *Thess. II*, memoratis, sedulo exponit, ea existimans fore ludibria & fallaces præstigias. Miracula vera fieri ad Dei gloriam, & confirmationem doctrinæ fidei, copiose demonstrat. Canonistæ quidem transsubstantiationem e numero miraculorum eximunt; attamen Pontifex Ecclesiæ Romanæ Maximus subdit hæc: *Eucharistiæ Sacramentum est memoriale omnium miraculorum*, provocans demonstrationis loco ad *Ps. CXI*, 4. De differentiis vera inter & falsa miracula varias Doctorum sententias producit, acquiescens in *Thomæ* pronuntiato, qui miracula bonorum hominum ac magorum differre tradidit efficacia, duratione, utilitate, modo, ac fine. Dubitationes addit, quæ de miraculis oriri possint, respectu 1) testium, quorum fides potest esse sublesta, 2) rei ipsius ac facti, an vires naturæ id superet, an sit verum, vel laboret contradictione. Omittimus reliqua, eo quod intra angustos conclusa est oratio nostra cancellos. Lectio multijuga, ordo, mascula & argumento dignissima dictio, doctrina admodum vasta, eruditio ex omni parte diffusa, atque peritia Historiæ, Philosophiæ, Theologiæ, Jurisque Canonici, amplissima, hic adeo emicant lucemque spargunt, ut, licet hoc Opus a Pontifice Romanæ Ecclesiæ haud fuisset literis commendatum, universi tamen rerum literariarum æstimatores haud iniqui aperte fateri debeant, libro huic in suo genere ac argumento ab Ecclesia Romana principatum esse deferendum, huncque illis ipsis, qui vel plusculum, vel nonnihil, ab ea dissident, summam ingerere admirationem posse, multamque discendi materiam suppeditare universis.

Pag. 38.

45.

47

Progrediendum nunc est ad *Partem secundam*, seu *posteriorem*. *Triginta & uno Capitibus* constat tractatio universa. *Primo* quidem exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum Beatificatione formali. *Secundo* agitur de nonnullis quæstionibus, quæ fiunt a doctoribus ratione momentorum eorundem. *Tertium* tractat de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum per Beatificationem æquipollentem signanter per cultum, memoria hominum antiquiorem. *Quarto* disse-

16.

disseritur de causa eadem, quantum ad eos attinet, qui tales
habentur per Indulta Apostolica & per Patrum virorumque
Pag. 28. sanctorum scripta, immo quantum ad omnes. *Capite quinto*
agitur de concessione Officii & Missæ in honorem nonnullorum
Beatorum, qui sunt in antiqua cultus possessione, vel antiqua
habent venerationis Indulta, licet in eorum causis nunquam
confectus fuerit processus super casu excepto. *Sexto* exponi-
tur de concessione Officii & Missæ in honorem Sanctorum ca-
50. nonizatorum. *Septimum* inscriptum est nonnullis aliis Officio-
rum concessionibus, in gratiam locorum quorundam particu-
larium promulgatis. *Octavo* argumentum continuatur idem.
Nono agitur de Officiorum concessione, ex iisdem titulis fa-
cta, pro ecclesia universali. *Decimo* repræsentatur concessio
75. Officiorum propriorum. *Undecimo* exponitur de Titulis Apo-
stoli aut Doctoris, quibus nonnulli Sancti appellantur in Offi-
ciis divinis, aut in ecclesiis particularibus, aut in Ecclesia Roma-
na omni. *Duodecimo* alia adduntur de titulo Doctoris, alia
vero exponuntur de titulo Martyris, & de titulo Virginis. *Ter-*
110. *tio ac decimo* agitur de Breviario Romano, & ejus autoritate, aliis-
que nonnullis rebus, quæ ad Officia divina pertinent. *Deci-*
mo quarto exponitur de electione Sanctorum in Patronos. *De-*
cimo quinto disseritur de cultu, Sanctis, in Patronos electis, ex-
hibendo. *Sequenti* agitur de Martyrologio Romano. *Deci-*
145. *mum septimum* exhibet nominum descriptionem in eodem Mar-
tyrologio. *Duodevicesimo* agitur de elogiis, quæ in Martyrolo-
gio Romano nominibus Sanctorum, in eo descriptis, adduntur, &
de nonnullis decretis sacræ Congregationis, ad idem Martyrolo-
gium pertinentibus. *Undevicesimo* disseritur de nominum san-
ctorum additione in Litaniis. *Vicesimo* exponitur de sacris ima-
186. ginibus, ac nonnullis controversiis, ad eas referendis. *Sequenti*
agitur de translatione corporum. *Vicesimo secundo* tractatur
de modo, quo fieri debeant sanctorum corporum translatio-
nes. *Vicesimum tertium* perpendit identitatem sanctorum cor-
216. porum & reliquiarum. *Vicesimum quartum* inscribitur de non-
nullis quæstionibus, pertractatis in sacrorum rituum Congrega-
tione, quantum ad sanctorum corporum identitatem pertinet.
Sequenti

Sequenti exponitur de loco, in quo sancta corpora sacræque reliquiæ debeant conservari, ac de momentis aliis, ad corpora & reliquias Sanctorum pertinentibus. *Vicesimo sexto* agitur de Sanctis baptizatis. *Vicesimo septimo* suppeditatur commentarius de extractione, custodia, & distributione, sanctorum corporum ac reliquiarum, quæ extrahuntur ex cœmeteriis urbis, & de cultu illis debito. *Duodetricesimo* exponitur de cultu Sanctorum Veteris Testamenti. *Undetricesimo* exponitur de Angelis, & eorum cultu. *Tricesimum* inscribitur de nonnullis piis, sed periculi plenis, petitionibus, a sacrorum rituum Congregatione plerumque non admissis. *Ultimo* tandem differitur de examine nonnullorum miraculorum, quod aliquando peragitur in sacrorum rituum ordinaria Congregatione. *Priori Parti* accessit Appendicis loco Dissertatio Academicorum instituti Bononiensis de longis jejuniis. Quæstiones ea excutiuntur duæ: una, an abstinentia longa ab omni cibo potuque, in plures non solum dies, sed etiam menses atque annos, possit solis naturæ viribus produci; altera vero, an nonnullorum, qui & id fieri posse affirmant, &, quomodo possit, exponere conantur, opiniones firmæ stabilesque permansuræ sint, si a veterum doctrinis, unde ab Autoribus suis depromtæ fuerunt, ad recentium Medicorum dogmata transferantur. Philosophemata Ill. *Christiani Wolfii* hic fundamenti loco inserviunt. Recensentur observationes & rationes passim *Bœrhaavii, Hoffmanni*, ac Medicorum nostræ ætatis florentissimorum. Demorsos hic omnia sapiunt ungues. Quantum ad Martyrologii lectionem attinet, ea a Canonicis, in Capitulum, aut in Chorum, convenientibus, prima finita, dudum fuit peracta. Martyrologium Romanum *Gregorius XIII* correctum autoritate instruxit. Antiquissimum tribuitur *Hieronymo*. Exemplar ejus extraxit *Bollandus* e monasterio Epternacensi S. *Willebrordi*, illuc ab hoc ex Anglia allatum. Alterum exemplar Lucæ inventum. Edidit illud *Franc. Maria Florentinius* A. 1668. Martyrologio, quod vulgo tribuitur *Ven. Bedæ*, correctores Romani, ut Romanum emendarent, usi sunt. Genuinum *Bedæ* Martyrologium ab *Henschenio A. 1618 Tom. II Mens. Martii* publicatum est. *Florus* id nomini-

Pag. 248. 273. 299. 135

bus

bus auxerat. Contexuerunt quoque Martyrologia *Rabanus Maurus*, *Wandelbertus Diaconus*, *Ado Viennensis*, *Usuardus*, Benedictinus, Seculi IX medii Monachus, B. *Notkerus*. Postremum autoritatis summæ erat in fine Seculi XV, ejusque multiplex ex-
Pag. 137. stat editio. Eo correctores usi sunt quoque *Silvius Antonianus*, *Rob. Bellarminus*, *Cæsar Baronius*, *Ludovicus de Torres*, aliique. Triplex facta est editio novi Martyrologii correcti. Sed, cum prima & secunda erroribus scateret, purior & sincerior habita est illa, quæ A. 1584 in lucem exiit, teste *Baronio* in *Præf. ad Martyrol. Rom. Cap. 8.* Denuo eam emendavit, notisque ac Præfatione instruxit, idem *Baronius*, ediditque Romæ A. 1586. *Clemens VIII* id denuo A. 1602 edendum curavit, adjectis ad 6 Augusti *Stephani, Abbatis, & aliorum 200 Monachorum, nominibus*. Exemplaria omnia recentissimæ hujus editionis in Hispaniam missa. *Philippus Ferrarius*, Servita, hortante *Federico* Cardinali *Borromæo*, Archiepiscopo Mediolanensi, Cata-
139. logum generalem Sanctorum, qui in *Martyrologio Romano* descripti non sunt, edidit A. 1625, & *Urbano VIII*, Papæ, inscripsit. Eodem Pontifice recognita fuit editio *Baroniana*, ac addita fuerunt nomina posthæc cœlitibus adscriptorum, expunctusque est *Sulpicius Severus*. *Innocentius XI* A. 1681 edi jussit typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ *Martyrologium Romanum*, denuo recognitum, & consecratis nominibus auctum. Addenda sunt paucula de erroribus *Martyrologii Romani*, vel veris, vel fictis. Accurate hosce percenset & dijudicat Autor Summus. Operæ pretium fuerit, in gratiam eorum, qui pretioso hoc Opere carere debebunt, potiora huc transferre. Ad d. 25
140. Jan. fiebat in *Martyrologio Romano* commemoratio Sanctæ *Xynoridis*, Martyris. *Xynoris* hæc fuerat inducta ex loco *Chrysostomi Hom. XIV de Lazaro*, male intellecto, ubi *Xynoris* par Martyrum designat, *Juventinum* scilicet & *Maximum*, qui Antiochiæ coronam martyrii invenerunt, imperante *Juliano*. Monuerunt *Baronium* de errato *Petrus Pithœus*, *Nicolaus Faber*, & *Petrus Ducæus*. Quapropter correxit errorem. Ad d. 31 Julii ibidem injicitur mentio S. *Firmi*, Episcopi Tagastensis. *Bollandiani* videntur *Tom. VII Julii ad d. 31 Jul. pag. 120* appositionem

hujus

hujus nominis improbasse. Verum *Firmus* ille stat & vindicatur autoritate *Augustini Lib. XIII de Mendacio.* Ad diem 2 Novembris in *Martyrologio Romano* hæc habentur: *Laodiceæ in Syria S. Theodoti, Episcopi, qui non solum verbis, sed etiam rebus & virtutibus, fuit ornatus.* Fit quoque ejus commemoratio in *Martyrologio*, edito a *Rosweydo*, in illo *Adonis*, ac *Usuardi. Theodotum* vero Ariana labe infectum fuisse, existimant, qui eum volunt expunctum, *Valesius* in *Notis ad Eusebium pag.* 317, *Florentinius* in *Notis ad Martyrologium Hieronymi pag. 497* & *948, Pagi ad A. 318 n. 17, 18,* & *Continuatores Bollandiani Tom: VI Junii pag. 24,* & *Tom. VII Part. II pag. 645*, præcipue quod ipse *Baronius* in *Annalibus ad A. 318 n. 48, 50,* & *ad A. 325 n. 40, Theodotum* fuisse Arianum, aperte demonstravit. Respondent alii, fautorem illum *Arii* appellatum esse non *Theodotum*, sed *Theodorum*, nominatim *Philippus Labbeus*, *Gabriel Cossartius*, & *Harduinus*. Obiit certe *Theodotus*, antequam hæresis Ariana pullularet, teste *Eusebio Hist. Eccl. VII, 32.* Ad diem 25 Aug. legitur in *Martyrologio*, sacrum corpus S. *Bartholomæi primo ad Liparam Insulam*, deinde Beneventum, postremo Romam ad *Insulam* Tiberinam, translatum. Postrema hæc translatio usquequaque impugnatur a Cardinali *Vincentio Maria Ursino*, primum Archiepiscopo Beneventano, deinde Pontifice Summo, cui nomen novum fuit *Benedicti XIII*, in Dissertatione, typis impressa inter Concilia provincialia Romana. Alteruter certe Pontificum in hoc momento est corrigendus, ut quibusdam videtur. At ostendit Autor Summus, *Gregorium XIII* non affirmasse, omnes & singulos errores jussu suo in *Martyrologio* fuisse sublatos. Ipse sic judicat: *Etsi aliqua in Martyrologio occurrunt correctione digna, non tamen est cujusque, agere censorem; sed Ecclesiæ Romanæ judicium est exspectandum.* Distinguit præterea appositionem nominis in Martyrologium a Canonizationis judicio, ratus, in hoc errari haud posse, si vel maxime in illa aliquid humani evenerit. Decretum *Gratiani Trithemius* ab *Eugenio III* approbatum credidit. Sed, errasse eum, ostendit *Florens* in *Præfatione methodi & de autoritate Collectionis Gratiani pag. 44.* Succcessu temporis animadversum fuit, Opus *Gratiani*

Marginal notes: Pag. 141. (beside "Ad diem 2"); 142. (beside "videtur. At ostendit"); 143. (beside "Florens in Præfatione")

tiani

tiani mendis ſcatere, quare *Antonius Democrates* & *Antonius Contius* ejus emendationem fuere aggreſſi. Ipſe etiam *Antonius Auguſtinus* ſuos edidit Libros *de Emendatione Gratiani*, de qua jam ſcribere cœperat *Didacus Covaruvias*, uti ſignificavit *Lib. IV variar. Reſolut. Cap. 11.* Admoverunt ab hiſce excitati manum operi Pontifices per viros peritiſſimos, *Pius IV*, *Pius V*, & *Gregorius XIII.* Nihilo minus docti viri multa adhuc alia poſt *Gregorianam* illam correctionem & editionem emendanda cenſuere in Opere *Gratiani*, e. g. *Doujatius* in *Prænotionibus canonicis IV, 13, n. 3*, *Schelſtratenius* in *Antiquitate illuſtrata Diſſ. II Cap. 13 n. 238*, Cardinalis *Bellarminus de Scriptoribus eccleſiaſticis*, ac fratres *Pithœi*, *Petrus* & *Franciſcus*, qui ſcrupuloſe ſingula loca recognoverunt, & plurima emendarunt. Reſtant quo-
Pag. 144. que in *Martyrologio Romano* nævi typothetarum, ac additamenta privata, quibus tamen maximam partem tollendis jam operam dedit Congregatio rituum ſacrorum. Enumerat nonnulla ejus decreta, eum in finem ab eo ordine edita, Autor Summus. Intelligitur ex hoc limbo, quanta in Opere tanto paſſim recondita ſit rerum hiſtoricarum & eccleſiaſticarum ſupellex. Ac-
329. ceſſit quoque *Parti poſteriori* Appendix, quæ exhibet nonnullas literas Apoſtolicas Summorum Pontificum, in quibus, Poſtulatoribus exorantibus, confirmarunt ſacræ Congregationis Reſponſa, quibus indulta fuit conceſſio Officii & Miſſæ in honorem Beatorum Beatificatione æquipollenti. Excipiunt eam additiones ad univerſum Opus, & inprimis Bulla Canonizationis B.
363. *Vincentii a S. Paulo*, fundatoris Presbyterorum Secularium Congregationis a Miſſione dictæ, & Societatis Puellarum, quæ Charitatis vocatur, a *Clemente XII* promulgata. Index condecorat Opus ampliſſimum geminus, quod ad amuſſim Concilii Tridentini, & inſtitutorum curiæ Romanæ, eſt conſcriptum. Reſtant complura inde decerpenda. At brevitatis nos admonet ratio inſtituti. Delibavimus univerſa, Lectoribus cetera permittentes, & laudantes ſummopere Opus univerſum, omni laudum genere digniſſimum, aut, quod verius dici poteſt, laude omni majus.

IMAGO ANTIQUÆ HUNGARIÆ, REPRÆ-

ſentans

ſentans terras, adventus, & res geſtas, gentis Hunnicæ; hiſtorico genere ſtrictim perſcripta a SAMUELE TIMON, de Soc. Jeſu Sacerdote.

Caſſoviæ, typis Academicis Soc. Jeſu, per Jo. Henr. Frauenheim, 1733, 8.

Alph. 1 plag. 4.

Non ita eſt rerum ſuarum negligens antiqua illa & illuſtris gens Pannonum, neque ita inhabilis literata Hungaria, ut non novis ſubinde ſpeciminibus haud poſtremam in illuſtranda patriæ, & veteris & recentioris, conditione induſtriam erudito orbi teſtatam relinquat. Poterat omnino carere, magno ſuo commodo, infinitis illis exterorum, quorum alter alterum deſcripſit, de regione ſua Commentationibus, quæ, tantum abeſt, ut lectori faciant ſatis, ut ei Utopiam aliquam, non Hungariam, ſiſtant ob oculos; ita ſunt erroribus atque futilibus plerumque conjectationibus plena omnia. His ſane, quod *Megabyſo*, imperito picturæ, nihilo tamen ſecius de pictura diſſerenti, *inculcarat Apelles*, revocari in animum debet: *tace, ne pueri, qui melidem terunt, te rideant, loqui orſum de rebus, quas non didiciſti.* Sapiamus potius e domeſticis Hungariæ ſcriptoribus, qui certe ſuppetunt regioni, excitatorum ingeniorum non plane ſterili. *Prudentum eſt*, ut recte *Celſus, nil dare, niſi coctum;* atque inde, cur rariora ſint in literaria Hiſtoria Hungarorum nomina, facile conjicias. Famam alii habent, alii merentur. Scriptillare in vanum, non eſt res omnium; pauca dare, eaque limata, præſtat. Id certe de Hungaria affirmari poteſt, majori in literarum amoris exiſtimatione eam futuram, ſi, poſita inveterata illa opinione, nihil e Nazareth, quod ferat ætatem, prodire poſſe, diligentius in literarios Hungarorum labores exteri inquirerent. Ipſi ſe turpiter dant, ſuæque ſe reos agunt ſocordiæ, quando eruditos Hungaros, non ſecus ac raras remotiſſimarum gentium aviculas, ignorant. Inſigne rei hujus documentum eſt ignotum prorſus *Samuelis Timonis*, clariſſimi Hungarorum Hiſtorici, nomen, atque elegans in illuſtranda antiqua

videlicet II, 66, Chryſoſtomus Tom. V Serm. 67, Hilarius in libro adverſus Conſtantium Imperatorem, Gregorius Nazianzenus Orat. 18, Auguſtinus de Civ. Dei XXII, 8, Hieronymus in Libro contra Vigilantium, & Theodoretus Orat. 8 adverſus gentes. Pollicitus eſt Chriſtus Cap. ult. Marci, donum miraculorum in Eccleſia ſua eſſe perſeveraturum. Teſtimoniis deinde *Gregorii Magni* ac *Auguſtini* fultus, docet, miracula, poſtquam tyranni eccleſiam ve-
Pag. 20. xare intermiſerunt, eſſe minus crebra, nec tamen nulla. Miracula eſſe ſignum eccleſiæ veræ ac eorum, qui cœlitibus adorandis adſcribuntur, addit idem. Controverſiæ, an Chriſtus homo, angeli boni, & homines, ſint cauſa miraculorum vel phyſica, vel potius moralis, recenſet argumenta in utramque par-
22. tem, nec tamen eam decidit. Subdit potius tandem: *Docere ſufficiet, Deum ſolum eſſe veram cauſam efficientem, independentem, autoritativam, miraculorum, & creaturas in operatione miraculorum eſſe divinæ potentiæ inſtrumenta, ſive id referatur ad cauſam moralem, ſive ad phyſicam. Etenim, etiamſi ſententia admittatur, quæ creaturam agnoſcit tanquam cauſam cooperatricem phyſicam miraculorum, id porro tamen ſupremæ divinæ majeſtati nullum affert præjudicium, eo modo, quo vera remanet idea Dei, uti autoris gratiæ, in Sacramentis, licet dicatur, Sacramenta eſſe cauſas phyſicas gratiæ.* Quæri ſolet, an cacodæmones patrare poſſint miracula. *Thomas*, ea ab illis pro-
23. pria virtute edi poſſe, negavit; poſſe tamen ab eis nonnihil fieri, affirmavit, quod humanam facultatem & conſiderationem excedat, quodque large & improprie miraculum poſſit dici. Redit tamen ſemper quæſtio, quænam homini ſuppetant ſigna, quibus inſtructus hæc miracula improprie dicta a divinis & genuinis poſſit diſcernere. Prodigia, a Magis Ægypti edita, *Cal-*
26. *metus* pro offuciis & illuſionibus oculorum reputat. *Thomas* autem vere ſerpentes ranasque exiſtimat ab eis fuiſſe productas. Autori Maximo haud lubuit, alterutri ſententiæ deferre prin-
28. cipatum. Id vero contendit, vera miracula a dæmone fieri haud poſſe, licet ab eo nonnunquam ea ſint facta, quæ vires excedant facultatemque naturæ viſibilis atque corporeæ. Receptam eſſe & veram ſententiam, exiſtimat, uxorem *Loti* quæ dictitat

dictitat vere in ſaxum, ſive in lapideum ſalem, fuiſſe converſam & immutatam, qui non modo pluviis liquefactus non ſit, verum etiam æmulans duritiem cujuslibet duriſſimi lapidis adhuc perſtet. Incertum eſſe pronuntiat, an Chriſtus Dominus a Satana fuerit per aera translatus, ſiquidem Jeſus aſſumſerit tres Pag. 29.
diſcipulos, & duxerit in montem altum, *Matth. XVII, 1*, licet id de deportatione intelligi nequeat. Miracula vera a falſis internoſcere docet ex efficacia, duratione, utilitate, modo, & fine. Scopum certe malum præſtigiarum & prodigiorum cacodæmonis declarant ejus mendacia, pravitas, intentata veritati clades, degener mens, ſtatim patefieri ſolita, veritas, firmiſſimis Dei miraculis innixa. Diabolum per ſerpentem ad *Evam* locutum, largitur. Addit tamen: *Quomodocunque res ſeſe habuerit, dæmo-* 30.
nis locutio per ſerpentem fuit aliquid excedens vires & facultatem naturæ corporeæ ac ſenſibilis, ſed, deficientibus circumſtantiis utilitatis & finis, ea locutio verum miraculum dici non poteſt. Uno verbo, nec Angelus bonus, nec Angelus malus, ſua naturali virtute poſſunt miracula facere, quæ excedant vires & facultatem cujuscunque naturæ creatæ. Angelus bonus naturalem & integram habet facultatem plura faciendi, quæ excedant vires & facultatem naturæ viſibilis & corporeæ, &, cum obſequens Deo ea utatur, ſi id, quod efficit, ſupra vires & facultatem naturæ corporeæ & viſibilis, arduum, inſolitum, & ab unoquoque admirandum eſt, hoc utique claſſi miraculorum minorum, ſed quæ vera ſunt miracula, erit adſcribendum, & potiſſime, cum efficacia, duratio, utilitas, modus, & finis, in eo numquam deſint, hujusque effectio miraculi erit in Deum referenda, tanquam in cauſam efficientem principalem miraculorum, qui Angelo, ſibi obſequenti, imperavit, ut ſua naturali facultate, vires & facultatem naturæ viſibilis & corporeæ excedente, uteretur. Angelus malus ſua naturali virtute plura facere poſſet, quæ excederent vires naturæ viſibilis & corporeæ ad inſtar Angeli boni. At, cum Deus ei interdixerit in pœnam peccati, & ne ob ſuam malitiam totum mundum perderet, prædicta uti facultate, neceſſe eſt, interdictum relaxari, ut ea uti valeat. Cum autem, relaxato interdicto, & effectis a dæmone nonnullis excedentibus vires naturæ

 viſibilis

visibilis & corporeæ, semper in eis deficiant veri miraculi characteres, modo recensiti, hinc est, quod effecta nunquam vera miracula dici poterunt, & etiam locus erit præsumtioni, quod facta fuerint per modum artis, quæ obstat miraculo. Miracula enim sunt testimonium divinæ virtutis & veritatis; & divinam bonitatem non decet ea dæmoni permittere secundum doctrinam Divi Thomæ. Operæ pretium est, nosse sententiam Ecclesiæ Romanæ
Pag. 31. ratione hujus dogmatis. Addit Summus Autor, ordinem universi, semel a Deo institutum, non posse ab ulla particulari causa immutari; nec non illud *Augustini de Trinitate III, 9,* difficile
33. admodum esse, quin & impossibile, scire, quid dæmones per naturam facere, & quid per Dei interdictum non facere, possint. Miracula, ab hæreticis & infidelibus patrata, reputat fere pro meris dæmonum ludibriis. Pendet itaque fere miraculorum veritas, ipso judice, ab ecclesiæ notione, &, hac in hunc vel illum sensum accepta, variare etiam debet dijudicatio de miraculi hujus vel illius veritate. Affert Summus Autor has ratio-
34. nes: 1) gratiam miraculorum dari membris Christi; 2) ad ea edenda necessariam esse fidem supernaturalem; qua utraque careant hæretici & infideles. *Estius* tamen in *Lib. II Sent. Dist. 7 §. 19* largitur, Deum uti posse paganis, hæreticis, & schismaticis, tanquam instrumentis in patratione miraculorum, ut per ea veritas aliqua, ad fidem aut ad mores pertinens, approbetur. Huc referri solent loca *Marc. IX, 38, Luc. IX, 49. Castaldi* hæc sunt: *Possibile est, Deum supernaturaliter concurrere ad miracula patrata ab hæretico vel idololatra ad justam defensionem, vel ad comprobandam veritatem catholicam.* Negat vero Maximus Autor, Hæreticos vel Schismaticos posse a Deo assumi tanquam instrumenta miraculorum patrandorum. Eadem est sententia *Thomæ Quolibet II Quæst. 4 Art. 6.* Noster ita: *Gratia miraculorum fere semper confertur membris Christi.* Laudat tamen illa *Baronii ad A. 765 n. 1* verba: *Quid aliud vera miracula, quam vox Dei, cælitus clamans, & comprobans ex eis fidem, cum ejusmodi gratia negata sit semper hæreticis, ut vera mi-*
37. *racula possent edere.* Miracula, quæ *Apollonio Thyanensi, Vespasiano, & Hadriano,* tribuuntur, esse fictiones, arbitratur,

testes-

testesque probatissimos sibi adjungit. De Antichristi miraculis, *Matth. XXIV*, in *Apocalypsi*, & *2 Thess. II*, memoratis, sedulo exponit, ea existimans fore ludibria & fallaces præstigias. Pag. 38.
Miracula vera fieri ad Dei gloriam, & confirmationem doctrinæ fidei, copiose demonstrat. Canonistæ quidem transsubstantiationem e numero miraculorum eximunt; attamen Pontifex Ecclesiæ Romanæ Maximus subdit hæc: *Evcharistiæ Sacramentum est memoriale omnium miraculorum*, provocans demonstrationis loco ad *Ps. CXI*, 4. De differentiis vera inter & falsa miracula varias Doctorum sententias producit, acquiescens in *Thomæ* pronuntiato, qui miracula bonorum hominum ac magorum differre tradidit efficacia, duratione, utilitate, modo, ac fine. Dubitationes addit, quæ de miraculis oriri possunt, respectu 1) testium, quorum fides potest esse sublesta, 2) rei ipsius ac facti, an vires naturæ id superet, an sit verum, vel laboret contradictione. Omittimus reliqua, eo quod intra angustos conclusa est oratio nostra cancellos. Lectio multijuga, ordo, mascula & argumento dignissima dictio, doctrina admodum vasta, eruditio ex omni parte diffusa, atque peritia Historiæ, Philosophiæ, Theologiæ, Jurisque Canonici, amplissima, hic adeo emicant lucemque spargunt, ut, licet hoc Opus a Pontifice Romanæ Ecclesiæ haud fuisset literis commendatum, universi tamen rerum literariarum æstimatores haud iniqui aperte fateri debeant, libro huic in suo genere ac argumento ab Ecclesia Romana principatum esse deferendum, huncque illis ipsis, qui vel plusculum, vel nonnihil, ab ea dissident, summam ingerere admirationem posse, multamque discendi materiam suppeditare universis.

45.

47

Progrediendum nunc est ad *Partem secundam*, seu *posteriorem*. *Triginta & uno Capitibus* constat tractatio universa. *Primo* quidem exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum Beatificatione formali. *Secundo* agitur de nonnullis quæstionibus, quæ fiunt a doctoribus ratione momentorum eorundem. *Tertium* tractat de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum per Beatificationem æquipollentem 16.
& signanter per cultum, memoria hominum antiquiorem. *Quarto* disse-

diſſeritur de cauſa eadem, quantum ad eos attinet, qui tales habentur per Indulta Apoſtolica & per Patrum virorumque
Pag. 28. ſanctorum ſcripta, immo quantum ad omnes. *Capite quinto* agitur de conceſſione Officii & Miſſæ in honorem nonnullorum Beatorum, qui ſunt in antiqua cultus poſſeſſione, vel antiqua habent venerationis Indulta, licet in eorum cauſis nunquam confectus fuerit proceſſus ſuper caſu excepto. *Sexto* exponitur de conceſſione Officii & Miſſæ in honorem Sanctorum ca-
50. nonizatorum. *Septimum* inſcriptum eſt nonnullis aliis Officiorum conceſſionibus, in gratiam locorum quorundam particularium promulgatis. *Octavo* argumentum continuatur idem. *Nono* agitur de Officiorum conceſſione, ex iisdem titulis facta, pro eccleſia univerſali. *Decimo* repræſentatur conceſſio
75. Officiorum propriorum. *Undecimo* exponitur de Titulis Apoſtoli aut Doctoris, quibus nonnulli Sancti appellantur in Officiis divinis, aut in eccleſiis particularibus, aut in Eccleſia Romana omni. *Duodecimo* alia adduntur de titulo Doctoris, alia vero exponuntur de titulo Martyris, & de titulo Virginis. *Ter-*
110. *tio ac decimo* agitur de Breviario Romano, & ejus autoritate, aliisque nonnullis rebus, quæ ad Officia divina pertinent. *Decimò quarto* exponitur de electione Sanctorum in Patronos. *Decimo quinto* diſſeritur de cultu, Sanctis, in Patronos electis, exhibendo. *Sequenti* agitur de Martyrologio Romano. *Deci-*
145. *mum ſeptimum* exhibet nominum deſcriptionem in eodem Martyrologio. *Duodeviceſimo* agitur de elogiis, quæ in Martyrologio Romano nominibus Sanctorum, in eo deſcriptis, adduntur, & de nonnullis decretis ſacræ Congregationis, ad idem Martyrologium pertinentibus. *Undeviceſimo* diſſeritur de nominum ſanctorum additione in Litaniis. *Viceſimo* exponitur de ſacris ima-
186. ginibus, ac nonnullis controverſiis, ad eas referendis. *Sequenti* agitur de translatione corporum. *Viceſimo ſecundo* tractatur de modo, quo fieri debeant ſanctorum corporum translationes. *Viceſimum tertium* perpendit identitatem ſanctorum cor-
216. porum & reliquiarum. *Viceſimum quartum* inſcribitur de nonnullis quæſtionibus, pertractatis in ſacrorum rituum Congregatione, quantum ad ſanctorum corporum identitatem pertinet.

Sequenti

Sequenti exponitur de loco, in quo sancta corpora sacræque reliquiæ debeant conservari, ac de momentis aliis, ad corpora & reliquias Sanctorum pertinentibus. *Vicesimo sexto* agitur de Sanctis baptizatis. *Vicesimo septimo* suppeditatur commentarius de extractione, custodia, & distributione, sanctorum corporum ac reliquiarum, quæ extrahuntur ex cœmeteriis urbis, & de cultu illis debito. *Duodetricesimo* exponitur de cultu Sanctorum Veteris Testamenti. *Undetricesimo* exponitur de Angelis, & eorum cultu. *Tricesimum* inscribitur de nonnullis piis, sed periculi plenis, petitionibus, a sacrorum rituum Congregatione plerumque non admissis. *Ultimo* tandem differitur de examine nonnullorum miraculorum, quod aliquando peragitur in sacrorum rituum ordinaria Congregatione. *Priori Parti* accessit Appendicis loco Dissertatio Academicorum instituti Bononiensis de longis jejuniis. Quæstiones ea excutiuntur duæ: una, an abstinentia longa ab omni cibo potuque, in plures non solum dies, sed etiam menses atque annos, possit solis naturæ viribus produci; altera vero, an nonnullorum, qui & id *fieri posse affirmant*, &, quomodo possit, exponere conantur, opiniones firmæ stabilesque permansuræ sint, si a veterum doctrinis, unde ab Autoribus suis depromtæ fuerunt, ad recentium Medicorum dogmata transferantur. Philosophemata Ill. *Christiani Wolfii* hic fundamenti loco inserviunt. Recensentur observationes & rationes passim *Bœrhaavii, Hoffmanni*, ac Medicorum nostræ ætatis florentissimorum. Demorsos hic omnia sapiunt ungues. Quantum ad Martyrologii lectionem attinet, ea a Canonicis, in Capitulum, aut in Chorum, convenientibus, prima finita, dudum fuit peracta. Martyrologium Romanum *Gregorius XIII* correctum autoritate instruxit. Antiquissimum tribuitur *Hieronymo*. Exemplar ejus extraxit *Bollandus* e monasterio Epternacensi S. *Willebrordi*, illuc ab hoc ex Anglia allatum. Alterum exemplar Lucæ inventum. Edidit illud *Franc. Maria Florentinius* A. 1668. Martyrologio, quod vulgo tribuitur *Ven. Bedæ*, correctores Romani, ut Romanum emendarent, usi sunt. Genuinum *Bedæ* Martyrologium ab *Henschenio A. 1618 Tom. II Mens. Martii* publicatum est. *Florus* id nomini-

Pag. 248. 273. 299. 135

Beatificationis & Canonizationis, & in Beatorum Sanctorumque
cultum, animadversa sunt, hujusmet Congregationis judicio cre-
didit omnia atque subjecit. *Primæ Partis* hæc sunt capita.
Differitur hic 1) de miraculis, & miraculorum gradibus, 2) de
causa miraculorum efficiente, 3) de causa eorum finali, ac diffe-
rentiis vera inter & falsa miracula, 4) de malis angelis, infi-
delibus, hæreticis, & Antichristo, qua ad miraculorum mate-
Pag. 50. riem res attinet, 5) de miraculorum necessitate in causis Beati-
ficationis & Canonizationis, 6) de miraculorum numero &
qualitate, in causis Beatificationis & Canonizationis requisita,
7) de scriptis Gallorum, quibus isthæc confirmantur; 8) de
miraculosa sanatione a morbis & infirmitatibus, 9) de miracu-
losa cæcorum illuminatione, 10) de mutis surdisque miraculo
restitutis, 11) de claudorum gibberumque sanatione miracu-
losa, 12) de paralyticorum, 13) epilepticorum, & hysterica
162. imbecillitate laborantium, 14) mania & hydrophobia confli-
ctantium, ac 15) hydrope, empyemate, & hernia, laborantium,
miraculosa sanatione. Tum oratio sese convertit 16) ad mira-
culosam liberationem a fluxu sanguinis, & generatim ab hæmor-
207. rhagiis, & vulnerum curationem miraculosam, 17) sanationem
a lepra, cancro, gangræna, aliisque morbis, 18) a febri, 19)
a variis infirmitatibus, 20) immo ad partum miraculosum, &
ad revocationem mortuorum in vitam. Porro differitur 22)
325. de miraculis negativis, 23) de rerum multiplicatione, & rerum
in alias res conversione, 24) de miraculis, respicientibus do-
minatum in elementa & res creatas, destitutas ratione, simulque
animatas, 25) de quibusdam miraculis, quæ in cœlis ac terra
356. contingunt, 26) de sudore sanguineo & lachrymis sanguineis, a
corpore & oculis servorum Dei manantibus, & de lumine ac
splendore, quo eorum facies aliquando refulget, ac 27) de
longa abstinentia a cibo & potu. Tandem exponitur 28) de
392. quibusdam spiritualibus miraculis, 29) de ejectione dæmonum
a corporibus obsessis, 30) de cadaverum ἀφθαρσίᾳ, 31) de
nonnullis cadaverum qualitatibus, sanguine, liquore, & odo-
450. re, 32) de Beatorum & Sanctorum apparitionibus, qua inter
miracula recensendis, atque 33) de imaginatione, ejusque vi-
ribus.

ribus. Succincte jam Autor Maximus dixerat de miraculis *Libro* & *primo* & *tertio*; at nunc longius latiusque hoc argumentum suscepit pertractandum. Ipse opera sublimiori, quam naturæ ordine fieri solita, refert in miraculorum classem, e. g. pii justificationem. Miraculo, ipsius judicio, proprium est, esse arduum, insolitum, & admirandum, excedere facultatem naturæ & ordinem rerum naturalem, dum Deus producit effectus causarum secundarum sine ipsis, aut producit aliquos effectus, ad quos causæ secundæ sese non extendunt. Creationem respectu Dei esse miraculum, rigide loquendo esse negandum credit. *Thomam Aquinatem* in hac doctrina sequitur, & veram miraculi indolem constituit in eventus excessu supra vires & facultatem naturæ, ratus, excessum illum esse triplicem, unde alia miracula sint supra naturam, alia contra naturam, & alia præter naturam. Qui triplex miraculorum gradus ab ipsis Rotæ Auditoribus assensu roborantur. Hostes *Josuæ* non grandine, sed lapidibus, per angelos fuisse percussos, quorum *Josuæ Cap. X* fit mentio, Autor Summus arbitratur. Idem admittit *connexionem causarum secundarum*, earum subordinationem, & *partium universi inter se dispositionem fixam* & constantem, a Deo libere dirigi solitam, ita tamen, ut miracula & prodigia sint opus liberæ Dei voluntatis. Largitur ac fatetur præterea, 1) non omnem naturæ creatæ virtutem nobis esse notam, 2) miraculum, respectu ad nos habito, esse, cum aliquid fiat præter ordinem naturæ creatæ, 3) a spiritibus edi posse nonnulla, quæ vires vel hujus vel illius partis mundi excedant, 4) ac dari quædam vera miracula, quæ vires totius naturæ creatæ non superent. Deus omnino solus edere potest miracula genuina. A Christo vera, eaque non una, edita fuisse miracula, Autor Summus contra *Thomam Woolstonum* & empæctas tum ex sacris literis, tum ex *Josephi* & *Juliani Apostatæ* testimoniis, docet. Ab Angelis bonis posse fieri miracula generis secundi *virtute propria*, sed jussu Dei, docet idem. Adjungit deinceps hæc: *Ab hominibus quoque sanctis, sive dum viverent, sive post eorum obitum, miracula edita fuisse, undequaque exploratum est. Fidem huis veritati faciunt sancti Patres, testes oculati, Irenæus*

Pag. 2. 3. 5. 9. 12. 15. 19.

*videlicet II, 66, Chrysostomus Tom. V Serm. 67, Hilarius in libro
adversus Constantium Imperatorem, Gregorius Nazianzenus Orat.
18, Augustinus de Civ. Dei XXII, 8, Hieronymus in Libro contra Vi-
gilantium, & Theodoretus Orat. 8 adversus gentes. Pollicitus est
Christus Cap. ult. Marci, donum miraculorum in Ecclesia sua esse
perseveraturum.* Testimoniis deinde *Gregorii Magni* ac *Au-
gustini* fultus, docet, miracula, postquam tyranni ecclesiam ve-
Pag. 20. xare intermiserunt, esse minus crebra, nec tamen nulla. Mi-
racula esse signum ecclesiæ veræ ac eorum, qui cœlitibus ad-
orandis adscribuntur, addit idem. Controversiæ, an Christus
homo, angeli boni, & homines, sint causa miraculorum vel phy-
sica, vel potius moralis, recenset argumenta in utramque par-
22. tem, nec tamen eam decidit. Subdit potius tandem: *Docere
sufficiet, Deum solum esse veram causam efficientem, independen-
tem, autoritativam, miraculorum, & creaturas in operatione mi-
raculorum esse divinæ potentiæ instrumenta, sive id referatur ad
causam moralem, sive ad physicam. Etenim, etiamsi sententia ad-
mittatur, quæ creaturam agnoscit tanquam causam cooperatricem
physicam miraculorum, id porro tamen supremæ divinæ maje-
stati nullum affert præjudicium, eo modo, quo vera remanet
idea Dei, uti autoris gratiæ, in Sacramentis, licet dicatur, Sa-
cramenta esse causas physicas gratiæ.* Quæri solet, an cacodæ-
mones patrare possint miracula. *Thomas*, ea ab illis pro-
23. pria virtute edi posse, negavit; posse tamen ab eis nonnihil fie-
ri, affirmavit, quod humanam facultatem & considerationem
excedat, quodque large & improprie miraculum possit dici. Re-
dit tamen semper quæstio, quænam homini suppetant signa,
quibus instructus hæc miracula improprie dicta a divinis & ge-
nuinis possit discernere. Prodigia, a Magis Ægypti edita, *Cal-
26. metus* pro offuciis & illusionibus oculorum reputat. *Thomas*
autem vere serpentes ranasque existimat ab eis fuisse productas.
Autori Maximo haud lubuit, alterutri sententiæ deferre prin-
28. cipatum. Id vero contendit, vera miracula a dæmone fieri
haud posse, licet ab eo nonnunquam ea sint facta, quæ vires
excedant facultatemque naturæ visibilis atque corporeæ. Re-
ceptam esse & veram sententiam, existimat, uxorem *Loti* quæ
dictitat

dictitat vere in saxum, sive in lapideum salem, fuisse conversam & immutatam, qui non modo pluviis liquefactus non sit, verum etiam æmulans duritiem cujuslibet durissimi lapidis adhuc superstet. Incertum esse pronuntiat, an Christus Dominus a Satana fuerit per aera translatus, siquidem Jesus assumserit tres discipulos, & duxerit in montem altum, *Matth. XVII, 1*, licet id de deportatione intelligi nequeat. Miracula vera a falsis internoscere docet ex efficacia, duratione, utilitate, modo, & fine. Scopum certe malum præstigiarum & prodigiorum cacodæmonis declarant ejus mendacia, pravitas, intentata veritati clades, degener mens, statim patefieri solita, veritas, firmissimis Dei miraculis innixa. Diabolum per serpentem ad *Evam* locutum, largitur. Addit tamen: *Quomodocunque res sese habuerit, dæmonis locutio per serpentem fuit aliquid excedens vires & facultatem naturæ corporeæ ac sensibilis, sed, deficientibus circumstantiis utilitatis & finis, ea locutio verum miraculum dici non potest. Uno verbo, nec Angelus bonus, nec Angelus malus, sua naturali virtute possunt miracula facere, quæ excedant vires & facultatem cujuscunque naturæ creatæ. Angelus bonus naturalem & integram habet facultatem plura faciendi, quæ excedant vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ, &, cum obsequens Deo ea utatur, si id, quod efficit, supra vires & facultatem naturæ corporeæ & visibilis, arduum, insolitum, & ab unoquoque admirandum est, hoc utique classi miraculorum minorum, sed quæ vera sunt miracula, erit adscribendum, & potissime, cum efficacia, duratio, utilitas, modus, & finis, in eo numquam desint, hujusque effectio miraculi erit in Deum referenda, tanquam in caussam efficientem principalem miraculorum, qui Angelo, sibi obsequenti, imperavit, ut sua naturali facultate, vires & facultatem naturæ visibilis & corporeæ excedente, uteretur. Angelus malus sua naturali virtute plura facere posset, quæ excederent vires naturæ visibilis & corporeæ ad instar Angeli boni. At, cum Deus ei interdixerit in pœnam peccati, & ne ob suam malitiam totum mundum perderet, prædicta uti facultate, necesse est, interdictum relaxari, ut ea uti valeat. Cum autem, relaxato interdicto, & effectis a dæmone nonnullis excedentibus vires naturæ visibilis*

Pag. 29.

30.

visibilis & corporeæ, semper in eis deficiant veri miraculi characteres, modo recensiti, hinc est, quod effecta nunquam vera miracula dici poterunt, & etiam locus erit præsumtioni, quod facta fuerint per modum artis, quæ obstat miraculo. Miracula enim sunt testimonium divinæ virtutis & veritatis; & divinam bonitatem non decet ea dæmoni permittere secundum doctrinam Divi Thomæ. Operæ pretium est, nosse sententiam Ecclesiæ Romanæ
Pag. 31. ratione hujus dogmatis. Addit Summus Autor, ordinem universi, semel a Deo institutum, non posse ab ulla particulari causa immutari; nec non illud *Augustini de Trinitate III, 9,* difficile
33. admodum esse, quin & impossibile, scire, quid dæmones per naturam facere, & quid per Dei interdictum non facere, possint. Miracula, ab hæreticis & infidelibus patrata, reputat fere pro meris dæmonum ludibriis. Pendet itaque fere miraculorum veritas, ipso judice, ab ecclesiæ notione, &, hac in hunc vel illum sensum accepta, variare etiam debet dijudicatio de miraculi hujus vel illius veritate. Affert Summus Autor has ratio-
34. nes: 1) gratiam miraculorum dari membris Christi; 2) ad ea edenda necessariam esse fidem supernaturalem; qua utraque careant hæretici & infideles. *Estius* tamen in *Lib. II Sent. Dist. 7 §. 19* largitur, Deum uti posse paganis, hæreticis, & schismaticis, tanquam instrumentis in patratione miraculorum, ut per ea veritas aliqua, ad fidem aut ad mores pertinens, approbetur. Huc referri solent loca *Marc. IX, 38, Luc. IX, 49. Castaldi* hæc sunt: *Possibile est, Deum supernaturaliter concurrere ad miracula patrata ab hæretico vel idololatra ad justam defensionem, vel ad comprobandam veritatem catholicam.* Negat vero Maximus Autor, Hæreticos vel Schismaticos posse a Deo assumi tanquam instrumenta miraculorum patrandorum. Eadem est sententia *Thomæ Quolibet II Quæst. 4 Art. 6.* Noster ita: *Gratia miraculorum fere semper confertur membris Christi.* Laudat tamen illa *Baronii ad A. 765 n. 1* verba: *Quid aliud vera miracula, quam vox Dei, cœlitus clamans, & comprobans ex eis fidem, cum ejusmodi gratia negata sit semper hæreticis, ut vera mi-*
37. *racula possent edere.* Miracula, quæ *Apollonio Thyanensi, Vespasiano, & Hadriano,* tribuuntur, esse fictiones, arbitratur,

teste-

testesque probatissimos sibi adjungit. De Antichristi miraculis, *Matth. XXIV*, in *Apocalypsi*, & *2 Thess. II*, memoratis, sedulo exponit, ea existimans fore ludibria & fallaces præstigias. Miracula vera fieri ad Dei gloriam, & confirmationem doctrinæ fidei, copiose demonstrat. Canonistæ quidem transsubstantiationem e numero miraculorum eximunt; attamen Pontifex Ecclesiæ Romanæ Maximus subdit hæc: *Eucharistiæ Sacramentum est memoriale omnium miraculorum*, provocans demonstrationis loco ad *Ps. CXI, 4*. De differentiis vera inter & falsa miracula varias Doctorum sententias producit, acquiescens in *Thomæ* pronuntiato, qui miracula bonorum hominum ac magorum differre tradidit efficacia, duratione, utilitate, modo, ac fine. Dubitationes addit, quæ de miraculis oriri possunt, respectu 1) testium, quorum fides potest esse sublesta, 2) rei ipsius ac facti, an vires naturæ id superet, an sit verum, vel laboret contradictione. Omittimus reliqua, eo quod intra angustos conclusa est oratio nostra cancellos. Lectio multijuga, ordo, mascula & argumento dignissima dictio, doctrina admodum vasta, eruditio ex omni parte diffusa, atque peritia Historiæ, Philosophiæ, Theologiæ, Jurisque Canonici, amplissima, hic adeo emicant lucemque spargunt, ut, licet hoc Opus a Pontifice Romanæ Ecclesiæ haud fuisset literis commendatum, universi tamen rerum literariarum æstimatores haud iniqui aperte fateri debeant, libro huic in suo genere ac argumento ab Ecclesia Romana principatum esse deferendum, huncque illis ipsis, qui vel plusculum, vel nonnihil, ab ea dissident, summam ingerere admirationem posse, multamque discendi materiam suppeditare universis.

Pag. 38.
45.
47

Progrediendum nunc est ad *Partem secundam*, seu *posteriorem*. *Triginta & uno Capitibus* constat tractatio universa. *Primo* quidem exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum Beatificatione formali. *Secundo* agitur de nonnullis quæstionibus, quæ fiunt a doctoribus ratione momentorum eorundem. *Tertium* tractat de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum per Beatificationem æquipollentem designanter per cultum, memoria hominum antiquiorem. *Quarto* disse-

16.

disseritur de causa eadem, quantum ad eos attinet, qui tales
habentur per Indulta Apostolica & per Patrum virorumque
Pag. 28. sanctorum scripta, immo quantum ad omnes. *Capite quinto*
agitur de concessione Officii & Missæ in honorem nonnullorum
Beatorum, qui sunt in antiqua cultus possessione, vel antiqua
habent venerationis Indulta, licet in eorum causis nunquam
confectus fuerit processus super casu excepto. *Sexto* exponi-
tur de concessione Officii & Missæ in honorem Sanctorum ca-
50. nonizatorum. *Septimum* inscriptum est nonnullis aliis Officio-
rum concessionibus, in gratiam locorum quorundam particu-
larium promulgatis. *Octavo* argumentum continuatur idem.
Nono agitur de Officiorum concessione, ex iisdem titulis fa-
cta, pro ecclesia universali. *Decimo* repræsentatur concessio
75. Officiorum propriorum. *Undecimo* exponitur de Titulis Apo-
stoli aut Doctoris, quibus nonnulli Sancti appellantur in Offi-
ciis divinis, aut in ecclesiis particularibus, aut in Ecclesia Roma-
na omni. *Duodecimo* alia adduntur de titulo Doctoris, alia
vero exponuntur de titulo Martyris, & de titulo Virginis. *Ter-*
110. *tio ac decimo* agitur de Breviario Romano, & ejus autoritate, aliis-
que nonnullis rebus, quæ ad Officia divina pertinent. *Deci-*
mo quarto exponitur de electione Sanctorum in Patronos. *De-*
cimo quinto disseritur de cultu, Sanctis, in Patronos electis, ex-
hibendo. *Sequenti* agitur de Martyrologio Romano. *Deci-*
145. *mum septimum* exhibet nominum descriptionem in eodem Mar-
tyrologio. *Duodevicesimo* agitur de elogiis, quæ in Martyrolo-
gio Romano nominibus Sanctorum, in eo descriptis, adduntur, &
de nonnullis decretis sacræ Congregationis, ad idem Martyrolo-
gium pertinentibus. *Undevicesimo* disseritur de nominum san-
ctorum additione in Litaniis. *Vicesimo* exponitur de sacris ima-
186. ginibus, ac nonnullis controversiis, ad eas referendis. *Sequenti*
agitur de translatione corporum. *Vicesimo secundo* tractatur
de modo, quo fieri debeant sanctorum corporum translatio-
nes. *Vicesimum tertium* perpendit identitatem sanctorum cor-
216. porum & reliquiarum. *Vicesimum quartum* inscribitur de non-
nullis quæstionibus, pertractatis in sacrorum rituum Congrega-
tione, quantum ad sanctorum corporum identitatem pertinet.
Sequenti

Sequenti exponitur de loco, in quo sancta corpora sacræque Pag. 248.
reliquiæ debeant conservari, ac de momentis aliis, ad corpora
& reliquias Sanctorum pertinentibus. *Vicesimo sexto* agitur de
Sanctis baptizatis. *Vicesimo septimo* suppeditatur commenta-
rius de extractione, custodia, & distributione, sanctorum cor-
porum ac reliquiarum, quæ extrahuntur ex cœmeteriis urbis,
& de cultu illis debito. *Duodetricesimo* exponitur de cultu San- 273.
ctorum Veteris Testamenti. *Undetricesimo* exponitur de An-
gelis, & eorum cultu. *Tricesimum* inscribitur de nonnullis piis,
sed periculi plenis, petitionibus, a sacrorum rituum Congre-
gatione plerumque non admissis. *Ultimo* tandem disseritur de 299.
examine nonnullorum miraculorum, quod aliquando peragitur
in sacrorum rituum ordinaria Congregatione. *Priori Parti* ac-
cessit Appendicis loco Dissertatio Academicorum instituti Bo-
noniensis de longis jejuniis. Quæstiones ea excutiuntur duæ:
una, an abstinentia longa ab omni cibo potuque, in plures
non solum dies, sed etiam menses atque annos, possit solis
naturæ viribus produci; altera vero, an nonnullorum, qui &
id *fieri posse affirmant*, &, quomodo possit, exponere conan-
tur, opiniones firmæ stabilesque permansuræ sint, si a vete-
rum doctrinis, unde ab Autoribus suis depromtæ fuerunt, ad
recentium Medicorum dogmata transferantur. Philosophemata
Ill. *Christiani Wolfii* hic fundamenti loco inserviunt. Recen-
sentur observationes & rationes passim *Bœrhaavii, Hoffmanni*, ac
Medicorum nostræ ætatis florentissimorum. Demorsos hic o-
mnia sapiunt ungues. Quantum ad Martyrologii lectionem at- 135
tinet, ea a Canonicis, in Capitulum, aut in Chorum, convenien-
tibus, prima finita, dudum fuit peracta. Martyrologium Ro-
manum *Gregorius XIII* correctum autoritate instruxit. Anti-
quissimum tribuitur *Hieronymo*. Exemplar ejus extraxit *Bol-
landus* e monasterio Epternacensi S. *Willebrordi*, illuc ab hoc
ex Anglia allatum. Alterum exemplar Lucæ inventum. Edi-
dit illud *Franc. Maria Florentinius* A. 1668. Martyrologio, quod
vulgo tribuitur *Ven. Bedæ*, correctores Romani, ut Romanum e-
mendarent, usi sunt. Genuinum *Bedæ* Martyrologium ab *Hensche-
nio A. 1618 Tom. II Mens. Martii* publicatum est. *Florus* id nomini-

bus auxerat. Contexuerunt quoque Martyrologia *Rabanus Maurus*, *Wandelbertus Diaconus*, *Ado Viennensis*, *Usuardus*, Benedictinus, Seculi IX medii Monachus, B. *Notkerus*. Postremum autoritatis summæ erat in fine Seculi XV, ejusque multiplex ex-
Pag. 137. stat editio. Eo correctores usi sunt quoque *Silvius Antonianus*, *Rob. Bellarminus*, *Cæsar Baronius*, *Ludovicus de Torres*, aliique. Triplex facta est editio novi Martyrologii correcti. Sed, cum prima & secunda erroribus scateret, purior & sincerior habita est illa, quæ A. 1584 in lucem exiit, teste *Baronio* in *Præf. ad Martyrol. Rom. Cap. 8.* Denuo eam emendavit, notisque ac Præfatione instruxit, idem *Baronius*, ediditque Romæ A. 1586. *Clemens VIII* id denuo A. 1602 edendum curavit, adjectis ad 6 Augusti *Stephani*, *Abbatis*, & *aliorum 200 Monachorum*, *nominibus*. Exemplaria omnia recentissimæ hujus editionis in Hispaniam missa. *Philippus Ferrarius*, Servita, hortante *Federico* Cardinali *Borromæo*, Archiepiscopo Mediolanensi, Cata-
139. logum generalem Sanctorum, qui in *Martyrologio Romano* descripti non sunt, edidit A. 1625, & *Urbano VIII*, Papæ, inscripsit. Eodem Pontifice recognita fuit editio *Baroniana*, ac addita fuerunt nomina posthæc cœlitibus adscriptorum, expunctusque est *Sulpicius Severus*. *Innocentius XI* A. 1681 edi jussit typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ *Martyrologium Romanum*, denuo recognitum, & consecratis nominibus auctum. Addenda sunt paucula de erroribus *Martyrologii Romani*, vel veris, vel fictis. Accurate hosce percenset & dijudicat Autor Summus. Operæ pretium fuerit, in gratiam eorum, qui pretioso hoc Opere carere debebunt, potiora huc transferre. Ad d. 25
140. Jan. fiebat in *Martyrologio Romano* commemoratio Sanctæ *Xynoridis*, Martyris. *Xynoris* hæc fuerat inducta ex loco *Chrysostomi Hom. XIV de Lazaro*, male intellecto, ubi *Xynoris* par Martyrum designat, *Juventinum* scilicet & *Maximum*, qui Antiochiæ coronam martyrii invenerunt, imperante *Juliano*. Monuerunt *Baronium* de errato *Petrus Pithœus*, *Nicolaus Faber*, & *Petrus Ducæus*. Quapropter correxit errorem. Ad d. 31 Julii ibidem injicitur mentio S. *Firmi*, Episcopi Tagastensis. *Bollandiani* videntur *Tom. VII Julii ad d. 31 Jul. pag. 120* appositionem hujus

hujus nominis improbasse. Verum *Firmus* ille stat & vindicatur autoritate *Augustini Lib. XIII de Mendacio.* Ad diem 2 Novembris in *Martyrologio Romano* hæc habentur: *Laodiceæ in Syria S. Theodoti, Episcopi, qui non solum verbis, sed etiam rebus & virtutibus, fuit ornatus.* Fit quoque ejus commemoratio in *Martyrologio*, edito a *Rosweydo*, in illo *Adonis*, ac *Usuardi. Theodotum* vero Ariana labe infectum fuisse, existimant, qui eum volunt expunctum, *Valesius* in *Notis ad Eusebium pag. 317*, *Florentinius* in *Notis ad Martyrologium Hieronymi pag. 497 & 948*, *Pagi ad A. 318 n. 17, 18*, & *Continuatores Bollandiani Tom. VI Junii pag. 24*, & *Tom. VII Part. II pag. 645*, præcipue quod ipse *Baronius* in *Annalibus ad A. 318 n. 48, 50*, & *ad A. 325 n. 40*, *Theodotum* fuisse Arianum, aperte demonstravit. Respondent alii, fautorem illum *Arii* appellatum esse non *Theodotum*, sed *Theodorum*, nominatim *Philippus Labbeus*, *Gabriel Cossartius*, & *Harduinus*. Obiit certe *Theodotus*, antequam hæresis Ariana pullularet, teste *Eusebio Hist. Eccl. VII, 32.* Ad diem 25 Aug. legitur in *Martyrologio*, sacrum corpus S. *Bartholomæi* primo ad *Liparam Insulam*, deinde Beneventum, postremo Romam ad *Insulam* Tiberinam, translatum. Postrema hæc translatio usquequaque impugnatur a Cardinali *Vincentio Maria Ursino*, primum Archiepiscopo Beneventano, deinde Pontifice Summo, cui nomen novum fuit *Benedicti XIII*, in Dissertatione, typis impressa inter Concilia provincialia Romana. Alteruter certe Pontificum in hoc momento est corrigendus, ut quibusdam videtur. At ostendit Autor Summus, *Gregorium XIII* non affirmasse, omnes & singulos errores jussu suo in *Martyrologio* fuisse sublatos. Ipse sic judicat: *Etsi aliqua in Martyrologio occurrunt correctione digna, non tamen est cujusque, agere censorem; sed Ecclesiæ Romanæ judicium est exspectandum.* Distinguit prætereà appositionem nominis in Martyrologium a Canonizationis judicio, ratus, in hoc errari haud posse, si vel maxime in illa aliquid humani evenerit. Decretum *Gratiani Tritbemius* ab *Eugenio III* approbatum credidit. Sed, errasse eum, ostendit *Florens* in *Præfatione methodi & de autoritate Collectionis Gratiani pag. 44.* Successu temporis animadversum fuit, Opus *Gratiani*

Pag. 141.
142.
143.

visibilis & corporea, semper in eis deficiant veri miraculi characteres, modo recensiti, hinc est, quod effecta nunquam vera miracula dici poterunt, & etiam locus erit præsumtioni, quod facta fuerint per modum artis, quæ obstat miraculo. Miracula enim sunt testimonium divinæ virtutis & veritatis; & divinam bonitatem non decet ea dæmoni permittere secundum doctrinam Divi Thomæ. Operæ pretium est, nosse sententiam Ecclesiæ Romanæ
Pag. 31. ratione hujus dogmatis. Addit Summus Autor, ordinem universi, semel a Deo institutum, non posse ab ulla particulari causa immutari; nec non illud *Augustini de Trinitate III, 9*, difficile
33. admodum esse, quin & impossibile, scire, quid dæmones per naturam facere, & quid per Dei interdictum non facere, possint. Miracula, ab hæreticis & infidelibus patrata, reputat fere pro meris dæmonum ludibriis. Pendet itaque fere miraculorum veritas, ipso judice, ab ecclesiæ notione, &, hac in hunc vel illum sensum accepta, variare etiam debet dijudicatio de miraculi hujus vel illius veritate. Affert Summus Autor has ratio-
34. nes: 1) gratiam miraculorum dari membris Christi; 2) ad ea edenda necessariam esse fidem supernaturalem; qua utraque careant hæretici & infideles. *Estius* tamen in *Lib. II Sent. Dist. 7 §. 19* largitur, Deum uti posse paganis, hæreticis, & schismaticis, tanquam instrumentis in patratione miraculorum, ut per ea veritas aliqua, ad fidem aut ad mores pertinens, approbetur. Huc referri solent loca *Marc. IX, 38, Luc. IX, 49. Castaldi* hæc sunt: *Possibile est, Deum supernaturaliter concurrere ad miracula patrata ab hæretico vel idololatra ad justam defensionem, vel ad comprobandam veritatem catholicam.* Negat vero Maximus Autor, Hæreticos vel Schismaticos posse a Deo assumi tanquam instrumenta miraculorum patrandorum. Eadem est sententia *Thomæ Quolibet II Quæst. 4 Art. 6.* Noster ita: *Gratia miraculorum fere semper confertur membris Christi.* Laudat tamen illa *Baronii ad A. 765 n. 1* verba: *Quid aliud vera miracula, quam vox Dei, cælitus clamans, & comprobans ex eis fidem, cum ejusmodi gratia negata sit semper hæreticis, ut vera mi-*
37. *racula possent edere.* Miracula, quæ *Apollonio Thyanensi, Vespasiano, & Hadriano*, tribuuntur, esse fictiones, arbitratur,

testes-

testesque probatissimos sibi adjungit. De Antichristi miraculis, *Matth. XXIV*, in *Apocalypsi*, & *2 Thess. II*, memoratis, sedulo exponit, ea existimans fore ludibria & fallaces præstigias. Miracula vera fieri ad Dei gloriam, & confirmationem doctrinæ fidei, copiose demonstrat. Canonistæ quidem transsubstantiationem e numero miraculorum eximunt; attamen Pontifex Ecclesiæ Romanæ Maximus subdit hæc: *Eucharistiæ Sacramentum est memoriale omnium miraculorum*, provocans demonstrationis loco ad *Ps. CXI, 4*. De differentiis vera inter & falsa miracula varias Doctorum sententias producit, acquiescens in *Thomæ* pronuntiato, qui miracula bonorum hominum ac magorum differre tradidit efficacia, duratione, utilitate, modo, ac fine. Dubitationes addit, quæ de miraculis oriri possunt, respectu 1) testium, quorum fides potest esse sublesta, 2) rei ipsius ac facti, an vires naturæ id superet, an sit verum, vel laboret contradictione. Omittimus reliqua, eo quod intra angustos conclusa est oratio nostra cancellos. Lectio multijuga, ordo, *mascula* & argumento dignissima dictio, doctrina admodum vasta, eruditio ex omni parte diffusa, atque peritia Historiæ, Philosophiæ, Theologiæ, Jurisque Canonici, amplissima, hic adeo emicant lucemque spargunt, ut, licet hoc Opus a Pontifice Romanæ Ecclesiæ haud fuisset literis commendatum, universi tamen rerum literariarum æstimatores haud iniqui aperte fateri debeant, libro huic in suo genere ac argumento ab Ecclesia Romana principatum esse deferendum, huncque illis ipsis, qui vel plusculum, vel nonnihil, ab ea dissident, summam ingerere admirationem posse, multamque discendi materiam suppeditare universis.

Pag. 38. / 45. / 47

Progrediendum nunc est ad *Partem secundam*, seu *posteriorem*. *Triginta & uno Capitibus* constat tractatio universa. *Primo* quidem exponitur de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum Beatificatione formali. *Secundo* agitur de nonnullis quæstionibus, quæ fiunt a doctoribus ratione momentorum eorundem. *Tertium* tractat de concessione Officii & Missæ in honorem Beatorum per Beatificationem æquipollentem 16.
designanter per cultum, memoria hominum antiquiorem. *Quarto* disse-

disseritur de causa eadem, quantum ad eos attinet, qui tales
habentur per Indulta Apostolica & per Patrum virorumque
Pag. 28. sanctorum scripta, immo quantum ad omnes. *Capite quinto*
agitur de concessione Officii & Missæ in honorem nonnullorum
Beatorum, qui sunt in antiqua cultus possessione, vel antiqua
habent venerationis Indulta, licet in eorum causis nunquam
confectus fuerit processus super casu excepto. *Sexto* exponi-
tur de concessione Officii & Missæ in honorem Sanctorum ca-
50. nonizatorum. *Septimum* inscriptum est nonnullis aliis Officio-
rum concessionibus, in gratiam locorum quorundam particu-
larium promulgatis. *Octavo* argumentum continuatur idem.
Nono agitur de Officiorum concessione, ex iisdem titulis fa-
cta, pro ecclesia universali. *Decimo* repræsentatur concessio
75. Officiorum propriorum. *Undecimo* exponitur de Titulis Apo-
stoli aut Doctoris, quibus nonnulli Sancti appellantur in Offi-
ciis divinis, aut in ecclesiis particularibus, aut in Ecclesia Roma-
na omni. *Duodecimo* alia adduntur de titulo Doctoris, alia
vero exponuntur de titulo Martyris, & de titulo Virginis. *Ter-*
110. *tio ac decimo* agitur de Breviario Romano, & ejus autoritate, aliis-
que nonnullis rebus, quæ ad Officia divina pertinent. *Deci-*
mo quarto exponitur de electione Sanctorum in Patronos. *De-*
cimo quinto disseritur de cultu, Sanctis, in Patronos electis, ex-
hibendo. *Sequenti* agitur de Martyrologio Romano. *Deci-*
145. *mum septimum* exhibet nominum descriptionem in eodem Mar-
tyrologio. *Duodevicesimo* agitur de elogiis, quæ in Martyrolo-
gio Romano nominibus Sanctorum, in eo descriptis, adduntur, &
de nonnullis decretis sacræ Congregationis, ad idem Martyrolo-
gium pertinentibus. *Undevicesimo* disseritur de nominum san-
ctorum additione in Litaniis. *Vicesimo* exponitur de sacris ima-
186. ginibus, ac nonnullis controversiis, ad eas referendis. *Sequenti*
agitur de translatione corporum. *Vicesimo secundo* tractatur
de modo, quo fieri debeant sanctorum corporum translatio-
nes. *Vicesimum tertium* perpendit identitatem sanctorum cor-
216. porum & reliquiarum. *Vicesimum quartum* inscribitur de non-
nullis quæstionibus, pertractatis in sacrorum rituum Congrega-
tione, quantum ad sanctorum corporum identitatem pertinet.
Sequenti

Sequenti exponitur de loco, in quo sancta corpora sacræque Pag. 248.
reliquiæ debeant conservari, ac de momentis aliis, ad corpora & reliquias Sanctorum pertinentibus. *Vicesimo sexto* agitur de Sanctis baptizatis. *Vicesimo septimo* suppeditatur commentarius de extractione, custodia, & distributione, sanctorum corporum ac reliquiarum, quæ extrahuntur ex cœmeteriis urbis,
& de cultu illis debito. *Duodetricesimo* exponitur de cultu San- 273.
ctorum Veteris Testamenti. *Undetricesimo* exponitur de Angelis, & eorum cultu. *Tricesimum* inscribitur de nonnullis piis, sed periculi plenis, petitionibus, a sacrorum rituum Congre-
gatione plerumque non admissis. *Ultimo* tandem differitur de 299.
examine nonnullorum miraculorum, quod aliquando peragitur in sacrorum rituum ordinaria Congregatione. *Priori Parti* accessit Appendicis loco Dissertatio Academicorum instituti Bononiensis de longis jejuniis. Quæstiones ea excutiuntur duæ: una, an abstinentia longa ab omni cibo potuque, in plures non solum dies, sed etiam menses atque annos, possit solis naturæ viribus produci; altera vero, an nonnullorum, qui & id *fieri posse affirmant*, &, quomodo possit, exponere conantur, opiniones firmæ stabilesque permansuræ sint, si a veterum doctrinis, unde ab Autoribus suis depromtæ fuerunt, ad recentium Medicorum dogmata transferantur. Philosophemata Ill. *Christiani Wolfii* hic fundamenti loco inserviunt. Recensentur observationes & rationes passim *Boerhaavii, Hoffmanni,* ac Medicorum nostræ ætatis florentissimorum. Demorsos hic o-
mnia sapiunt ungues. Quantum ad Martyrologii lectionem at- 135
tinet, ea a Canonicis, in Capitulum, aut in Chorum, convenientibus, prima finita, dudum fuit peracta. Martyrologium Romanum *Gregorius XIII* correctum autoritate instruxit. Antiquissimum tribuitur *Hieronymo.* Exemplar ejus extraxit *Bollandus* e monasterio Epternacensi S. *Willebrordi*, illuc ab hoc ex Anglia allatum. Alterum exemplar Lucæ inventum. Edidit illud *Franc. Maria Florentinius* A. 1668. Martyrologio, quod vulgo tribuitur *Ven. Bedæ,* correctores Romani, ut Romanum emendarent, usi sunt. Genuinum *Bedæ* Martyrologium ab *Henschenio A. 1618 Tom. II Mens. Martii* publicatum est. *Florus* id nomini-

U bus

bus auxerat. Contexuerunt quoque Martyrologia *Rabanus Maurus*, *Wandelbertus Diaconus*, *Ado Viennensis*, *Usuardus*, Benedictinus, Seculi IX medii Monachus, B. *Notkerus*. Postremum autoritatis summæ erat in fine Seculi XV, ejusque multiplex ex-
Pag. 137. stat editio. Eo correctores usi sunt quoque *Silvius Antonianus*, *Rob. Bellarminus*, *Cæsar Baronius*, *Ludovicus de Torres*, aliique. Triplex facta est editio novi Martyrologii correcti. Sed, cum prima & secunda erroribus scateret, purior & sincerior habita est illa, quæ A. 1584 in lucem exiit, teste *Baronio* in *Præf. ad Martyrol. Rom. Cap. 8.* Denuo eam emendavit, notisque ac Præfatione instruxit, idem *Baronius*, ediditque Romæ A. 1586. *Clemens VIII* id denuo A. 1602 edendum curavit, adjectis ad 6 Augusti *Stephani, Abbatis, & aliorum 200 Monachorum, nominibus*. Exemplaria omnia recentissimæ hujus editionis in Hispaniam missa. *Philippus Ferrarius*, Servita, hortante *Federico* Cardinali *Borromæo*, Archiepiscopo Mediolanensi, Cata-
139. logum generalem Sanctorum, qui in *Martyrologio Romano* descripti non sunt, edidit A. 1625, & *Urbano VIII*, Papæ, inscripsit. Eodem Pontifice recognita fuit editio *Baroniana*, ac addita fuerunt nomina posthæc cœlitibus adscriptorum, expunctusque est *Sulpicius Severus*. *Innocentius XI* A. 1681 edi jussit typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ *Martyrologium Romanum*, denuo recognitum, & consecratis nominibus auctum. Addenda sunt paucula de erroribus *Martyrologii Romani*, vel veris, vel fictis. Accurate hosce percenset & dijudicat Autor Summus. Operæ pretium fuerit, in gratiam eorum, qui pretioso hoc Opere carere debebunt, potiora huc transferre. Ad d. 25
140. Jan. fiebat in *Martyrologio Romano* commemoratio Sanctæ *Xynoridis*, Martyris. *Xynoris* hæc fuerat inducta ex loco *Chrysostomi Hom. XIV de Lazaro*, male intellecto, ubi *Xynoris* par Martyrum designat, *Juventinum* scilicet & *Maximum*, qui Antiochiæ coronam martyrii invenerunt, imperante *Juliano*. Monuerunt *Baronium* de errato *Petrus Pithœus*, *Nicolaus Faber*, & *Petrus Ducæus*. Quapropter correxit errorem. Ad d. 31 Julii ibidem injicitur mentio S. *Firmi*, Episcopi Tagastensis. *Bollandiani* videntur *Tom. VII Julii ad d. 31 Jul. pag. 120* appositionem hujus

hujus nominis improbasse. Verum *Firmus* ille stat & vindicatur autoritate *Augustini Lib. XIII de Mendacio.* Ad diem 2 Novembris in *Martyrologio Romano* hæc habentur: *Laodiceæ in Syria S. Theodoti, Episcopi, qui non solum verbis, sed etiam rebus & virtutibus, fuit ornatus.* Fit quoque ejus commemoratio in *Martyrologio*, edito a *Rosweydo*, in illo *Adonis*, ac *Usuardi*. *Theodotum* vero Ariana labe infectum fuisse, existimant, qui eum volunt expunctum, *Valesius* in *Notis ad Eusebium pag. 317*, *Florentinius* in *Notis ad Martyrologium Hieronymi pag. 497 & 948*, *Pagi ad A. 318 n. 17, 18*, & *Continuatores Bollandiani Tom. VI Junii pag. 24*, & *Tom. VII Part. II pag. 645*, præcipue quod ipse *Baronius* in *Annalibus ad A. 318 n. 48, 50*, & *ad A. 325 n. 40*, *Theodotum* fuisse Arianum, aperte demonstravit. Respondent alii, fautorem illum *Arii* appellatum esse non *Theodotum*, sed *Theodorum*, nominatim *Philippus Labbeus*, *Gabriel Cossartius*, & *Harduinus*. Obiit certe *Theodotus*, antequam hæresis Ariana pullularet, teste *Eusebio Hist. Eccl. VII, 32.* Ad diem 25 Aug. legitur in *Martyrologio*, sacrum corpus S. *Bartholomæi* primo ad *Liparam Insulam*, deinde Beneventum, postremo Romam ad Insulam Tiberinam, translatum. Postrema hæc translatio usquequaque impugnatur a Cardinali *Vincentio Maria Ursino*, primum Archiepiscopo Beneventano, deinde Pontifice Summo, cui nomen novum fuit *Benedicti XIII*, in Dissertatione, typis impressa inter Concilia provincialia Romana. Alteruter certe Pontificum in hoc momento est corrigendus, ut quibusdam videtur. At ostendit Autor Summus, *Gregorium XIII* non affirmasse, omnes & singulos errores jussu suo in *Martyrologio* fuisse sublatos. Ipse sic judicat: *Etsi aliqua in Martyrologio occurrunt correctione digna, non tamen est cujusque, agere censorem; sed Ecclesiæ Romanæ judicium est exspectandum.* Distinguit præterea appositionem nominis in Martyrologium a Canonizationis judicio, ratus, in hoc errari haud posse, si vel maxime in illa aliquid humani evenerit. Decretum *Gratiani Trithemius* ab *Eugenio III* approbatum credidit. Sed, errasse eum, ostendit *Florens* in *Præfatione methodi & de autoritate Collectionis Gratiani pag. 44.* Successu temporis animadversum fuit, Opus *Gratiani*

Pag. 141. 142. 143.

tiani mendis ſcatere, quare *Antonius Democrates* & *Antonius Contius* ejus emendationem fuere aggreſſi. Ipſe etiam *Antonius Auguſtinus* ſuos edidit Libros *de Emendatione Gratiani*, de qua jam ſcribere cœperat *Didacus Covaruvias*, uti ſignificavit *Lib. IV variar. Reſolut. Cap. 11.* Admoverunt ab hiſce excitati manum operi Pontifices per viros peritiſſimos, *Pius IV*, *Pius V*, & *Gregorius XIII.* Nihilo minus docti viri multa adhuc alia poſt *Gregorianam* illam correctionem & editionem emendanda cenſuere in Opere *Gratiani*, e. g. *Doujatius* in *Prænotionibus canonicis IV, 13, n. 3*, *Schelſtratenius* in *Antiquitate illuſtrata Diſſ. II Cap. 13 n. 238*, Cardinalis *Bellarminus de Scriptoribus eccleſiaſticis*, ac fratres *Pithœi*, *Petrus* & *Franciſcus*, qui ſcrupuloſe ſingula loca recognoverunt, & plurima emendarunt. Reſtant quo-
Pag. 144. que in *Martyrologio Romano* nævi typothetarum, ac additamenta privata, quibus tamen maximam partem tollendis jam operam dedit Congregatio rituum ſacrorum. Enumerat nonnulla ejus decreta, eum in finem ab eo ordine edita, Autor Summus. Intelligitur ex hoc limbo, quanta in Opere tanto paſſim recondita ſit rerum hiſtoricarum & eccleſiaſticarum ſupellex. Ac-
329. ceſſit quoque *Parti poſteriori* Appendix, quæ exhibet nonnullas literas Apoſtolicas Summorum Pontificum, in quibus, Poſtulatoribus exorantibus, confirmarunt ſacræ Congregationis Reſponſa, quibus indulta fuit conceſſio Officii & Miſſæ in honorem Beatorum Beatificatione æquipollenti. Excipiunt eam additiones ad univerſum Opus, & inprimis Bulla Canonizationis B.
363. *Vincentii a S. Paulo*, fundatoris Presbyterorum Secularium Congregationis a Miſſione dictæ, & Societatis Puellarum, quæ Charitatis vocatur, a *Clemente XII* promulgata. Index condecorat Opus ampliſſimum geminus, quod ad amuſſim Concilii Tridentini, & inſtitutorum curiæ Romanæ, eſt conſcriptum. Reſtant complura inde decerpenda. At brevitatis nos admonet ratio inſtituti. Delibavimus univerſa, Lectoribus cetera permittentes, & laudantes ſummopere Opus univerſum, omni laudum genere digniſſimum, aut, quod verius dici poteſt, laude omni majus.

IMAGO ANTIQUÆ HUNGARIÆ, REPRÆ-
ſentans

sentans terras, adventus, & res gestas, gentis Hunnicæ; historico genere strictim perscripta a SAMUELE TIMON, de Soc. Jesu Sacerdote.

Cassoviæ, typis Academicis Soc. Jesu, per Jo. Henr. Frauenheim, 1733, 8.

Alph. 1 plag. 4.

Non ita est rerum suarum negligens antiqua illa & illustris gens Pannonum, neque ita inhabilis literata Hungaria, ut non novis subinde speciminibus haud postremam in illustranda patriæ, & veteris & recentioris, conditione industriam erudito orbi testatam relinquat. Poterat omnino carere, magno suo commodo, infinitis illis exterorum, quorum alter alterum descripsit, de regione sua Commentationibus, quæ, tantum abest, ut lectori faciant satis, ut ei Utopiam aliquam, non Hungariam, sistant ob oculos; ita sunt erroribus atque futilibus plerumque conjectationibus plena omnia. His sane, quod *Megabyso*, imperito picturæ, nihilo tamen secius de pictura disserenti, inculcarat *Apelles*, revocari in animum debet: *tace, ne pueri, qui melidem terunt, te rideant, loqui orsum de rebus, quas non didicisti.* Sapiamus potius e domesticis Hungariæ scriptoribus, qui certe suppetunt regioni, excitatorum ingeniorum non plane sterili. *Prudentum est*, ut recte *Gellius*, *nil dare, nisi coctum;* atque inde, cur rariora sint in literaria Historia Hungarorum nomina, facile conjicias. Famam alii habent, alii merentur. Scriptillare in vanum, non est res omnium; pauca dare, eaque limata, præstat. Id certe de Hungaria affirmari potest, majori in literarum amoris existimatione eam futuram, si, posita inveterata illa opinione, nihil e Nazareth, quod ferat ætatem, prodire posse, diligentius in literarios Hungarorum labores exteri inquirerent. Ipsi se turpiter dant, suæque se reos agunt socordiæ, quando eruditos Hungaros, non secus ac raras remotissimarum gentium aviculas, ignorant. Insigne rei hujus documentum est ignotum prorsus *Samuelis Timonis*, clarissimi Hungarorum Historici, nomen, atque elegans in illustranda antiqua

Hungaria institutum; cujus specimen nunc tibi sistimus ob oculos, amice Lector. Multa sunt, quæ de antiqua Hungaria, ejusque finibus, incolis, atque moribus, apud varios scriptores reperias, sed sparsim tantum tradita, & ejus plerumque generis, ut, ipsos sæpe, quid velint, ignorasse, credas. Qui ex istiusmodi Commentariis proficere volent, idem egerint ac illi, qui ex *Hübneri* Geographica Hungariæ descriptione positum regionis, ejus urbes, & reliquum habitum, accurate se cognituros confiderent. Non repetemus, quæ *Franc. Foris Otrokócsi* in *Originibus Hungaricis*, Franeckeræ A. 1693, 8, editis, quæ *Jo. Ferdin. Behamb* in *Notitia Hungariæ antiquo-modernæ*, Argentorati A. 1676 in lucem emissa, quæ *Jo. Nádányus* in *Flori Hungarici* primis Capitibus, quæque majores illi rerum Hungaricarum scriptores, ut *Thurócius*, ejusque simia *Bonfinius*, *Isthuanfyus*, & alii, inter quos Celeberrimi *Belii* Prodromus quoque collocandus est, hinc & inde ad istam Hungariæ periodum pertinentia, prodiderunt memoriæ; id solum commemorabimus, *Timonem* nostrum hac sua opera id præstitisse, quod ii solent, qui sparsos flores, succinctis capitibus bene dispositos, exhibent. Latinitas certe ubique tersa est, & toto Opere eodem tenore atque elegantia procurrens, ut adeo & hoc exemplo pateat, non ita sordidum atque inquinatum dicendi genus esse Hungaris, ut falso nonnullis putatur. In ipso Operis vestibulo, quid quomodo prosecutus sit, Lectorem docet Rev. Autor, *mihi maxime*, inquiens, *propositum fuit, dispersa cogere, obscura illustrare; quare non tam Historicum, quam investigatorem antiquitatis, me profiteor; neque diffiteor, plura me e tenebris operose eruisse, quo commodo eorum, qui antiquos Autores legunt, consulerem, non regiones modo, quas quondam Hunni tenuerunt, summatim descripsi, sed oppidorum antiquorum positiones, quantum existimare potui, indicavi. Tres adventus Hunnicæ nationis ita demonstrare conatus sum, nemo ut quemquam eorum in dubium vocare possit, nisi omnem Abarorum memoriam delere velit, aut obstinate negare, eos Hunnici generis fuisse*, &c. Atque ista quidem hoc ordine disposuit, ut omne institutum in *tres Libros* diviserit, quo-

quorum *primo* de Pannonia, & conterminis ei regionibus, *altero* de Hunnis & Hunno-Avaribus; de tertio denique Hunnorum motu, ſive de Hungaris, *tertio*, diſſerat.

Primam Partem ita rurſus partitus eſt, ut *primo Capite* in Pannoniæ etymologiam inquirat, ejusque e *Plinii Secundi Hiſt. nat. Lib. III Cap. 25* deſcriptionem ſub examen vocet. Notum eſt, etiam iis, qui alioquin norunt pauciſſima, Pæon jam Græcis Pannoniam eſſe, Pæonesque dici, quos Pannones nominamus. Ita ſparſim *Ovidius*. Pæonia iſta altera ad amnem Axium fuerat, &, ut *Dio Caſſus*, ad montem Rhodopen, quam ab *Endymionis* filio, *Pæone*, dictam, Geographi conſentiunt; illa autem Pæonia, quæ Pannonia proprie dicitur, unde nomen fuerit ſortita, non ſatis apertum eſt. Nugantur vero *Dio Caſſius*, *Alexandri Severi* tempore Pannoniæ Præſes, & *Xylander*, cum Pannones a *pannis* derivant, quaſi *pannoſi*, atque centonibus veſtiti, inceſſerint; ipſa enim gens, longe ante, quam conſuetudine cum Romanis conjungeretur, cum adhuc, quid pannus Romanis ſignificet, ignoraret, hoc ſibi nomen indidit. Ad easdem nugas accedunt, qui a *Pane*, paſtorum Deo, Pannones dictos ſuſpicantur. Optime illi omnium ſe expediunt, qui cum *Nádányio* ex Græcorum παιώνια Panoniam, &, addito altero *n*, Pannoniam, deducunt. Quid enim opus eſt infinitis illis, modo de aliquo Rege *Pannone*, qui eadem, quæ *Faramundus*, Francus, fata habet in Hiſtoria, modo de *Pano*, id eſt, domino, conjectationibus, cum primæ iſtæ gentium denominationes æque ac illarum origines vel fabuloſæ ſint, vel incognitæ. *Capite altero* de Pannoniæ oppidis narrat ex *Claudii Ptolemæi Geograph. Lib. II Cap. 15, 16, Tab. Europæ V*, deque recentioribus ſcriptoribus, qui hanc artem coluerunt, diſſerit Autor. *Tertio* nomenclationem P. *Martini Szentivanii* quorundam Pannoniæ, Iazygum terræ, & Daciæ, locorum, fluminum, & lacuum, adducit. Merentur hic, quæ traduntur ab Autore, quod Pannoniæ veteris Geographiam illuſtrent, annotari. Ita vero ille: *Salinum* & *Adonium*, locus infra Budam; *Apulum*, alba Julia, urbs Tranſilvaniæ; *Vallis Cariniana*, Babolcſa; *Volceæ lacus*, Balaton; *Uſcenum*, Barſchum

ſchum ad Granum fluvium; *Antiana*, oppidum inferioris Pannoniæ ad Danubium,. ubi Sárvisz fluvium accipit; *Curta*, oppidum inferioris Pannoniæ; *Bononia*, Bon monoſtra, olim Pannoniæ urbs, nunc pagus ad Danubium inter Eſſecum & Belgradum; *Bacuntius*, Boſueta, fluvius inferioris Pannoniæ; *Prætoria Augusta*, Corona, urbs Tranſilvaniæ; *Aquincum*, Buda; *Napuca*, caſtrum Tranſilvaniæ; *Patruiſſa*, Claudiopolis; *Comidava*, Deſchum Tranſilvaniæ, per errorem Sclavoniæ adſcriptum; *Teutoburgum*, pagus Ungariæ; *Muſcha*, Eſſekium; *Peiſo*, lacus Hungariæ Fertö; *Aquaviva*, Teplicia, oppidum Hungariæ, in confinio Styriæ; *Ulpia Trajana Zarmygethuſa*, urbs olim, nunc pagus, Tranſilvaniæ; *Sargetia*, Iſtrigus, fluvius Tranſilvaniæ; *Adumintum*, *Ritium*, Szalankement; *Pertiſcum*, Ægopolis, (Ketskemét) oppidum Hungariæ, boum mercatura, nundinisque ſuis, inſigne; *Olimacum*, Lindva inferior; *Berbis*, oppidum Pannoniæ, cujus rudera oſtenduntur ad Dravum amnem; *Motenum*, Moſſony (unde Comitatus Moſſonienſis nomen ſuum ſortitus eſt); *Luſſonium*, Paxum; *Hiulca Palus*, inferioris Pannoniæ; *Baſiana*, Poſſega; *Motenum* alterum, Pruccum ad Leitham fluvium; *Scarabantia*, Scabringa (Tſepreg); *Singidava*, Segeſuarum in Tranſylvania; *Sala*, oppidum Hungariæ; *Siſcia*, Sziſſzek, caſtrum Sclavoniæ; *Cæſarea*, Tata; *Valcum*, Valkóvar; *Cibalis*, Valpo, (quod idem cum Valco apud pleroſque Geographos reperias,) *Soroga*, Zagrabia. His ita recenſitis, Autor *Capite IV* ad quorundam Pannoniæ oppidorum inveſtigationem, duce *Gregorii Hidii*, S. J. Commentariolo *de celebrioribus urbibus*, qui A. 1701 prodiit, progreditur. Hic de *Sirmii* ſitu, in radicibus nempe Almi montis, interfluente urbem Bacuntio amne, deque Potentiana, primo loco, quid ſentiat, aperit. *Hujus*, inquit, *antiquorum ſcriptorum nemo meminit, ſed a recentioribus, iisque patriis duntaxat, in Attilæ geſtis, nominatur. Apud eam tres duces Hunnorum, Bela, Cheva, Cadica, anno Chriſti 373 cum Materno, Præſide Romano, & Detrico, Germanorum duce, ferro decertaſſe, deſideratis utrinque trecentis quinis ac tricenis millibus.* Credit, urbem eo fuiſſe loco, ubi hodie pagus Adonius eſt, ſeptenis milliaribus Germanicis infra

fra Budam, atque primam in ea Romanam coloniam fuiſſe collocatam, autumat. *Bregetium* ubinam ſtatuat, dubitat Autor, neque illos audit, qui in ſolo Jaurini poſitum arbitrantur, ſiquidem falſi convincat *Antoninus*, cum in *Itinerario* ſuo, in Jaurini loco, apud Arrabonis oſtium, Scaurinum deſignat, quod in Jaurinum tranſierit. *Cluverium*, in Strigonii ſolo Bregetium ſibi fingentem, prorſus rejicit. *Lazium* probat, qui inter Tatam & Comaromium, ubi ruinæ magnæ quondam urbis oſtenduntur, urbem collocat. Hoc illud Bregetium eſt, ubi de Suatoplugo & Slavis Hunni, ſecundo ſuo adventu, duce *Arpado*, prope Tatam, ingentem victoriam reportarunt. *Carnuntum* inter Hamburgum & Petronellam, non, ut *Cluverius*, & cum eo *Cellarius*, proxime ad Hamburgum ex adverſo mari confluentis reſediſſe oſtendit, quod ei omnes, qui rudera, & reliquum arcus triumphalis, non, ut *Cellarius*, portæ urbis, in diffuſiſſima planitie contemplati ſunt, facile largientur. *Plinius* Pannonica hiberna dixit *Lib. IV Cap. 12.* In lateribus profecto molis inuſitatæ, qui illic effodiuntur, ſatis diſtincte legitur LEG. XIIII. GEM. quæ illic fuerat in præſidio. Multos agricolæ nummos effodiunt, urnas, monumenta ſepulcralia, lateres, lampades, gemmas; immo, cum aliquis noſtrum olim rimaretur penitius Danubii illud e regione montis, ubi propugnaculum fuiſſe videtur, præcipitium, aliquot cellas detexit, ſed inacceſſas, ſed ſine periculo vix adeundas. Horæ ſpatio, & quod excurrit, inde ab Altenburgo oppido ſtratæ viæ Romanorum ſunt, atque hinc inde murorum veſtigia. Rhedarum inceſſus ſonum edit, quaſi excavati illic multi loci eſſent, ita, ut, multas cellas, multos antiquitatum theſauros reconditos illic eſſe, ſuſpicari quis poſſit. Sed pergimus cum Autore, qui de *Sabaria* dein, de *Segeſta*, *Murſa*, *Limuſa*, *Mogentiana*, *Teutoburgo*, *Sala*, & *Bononia*, mentem ſuam aperit. Et *Sabariam* quidem cum Geographorum reliquis Coloniam *Claudii* Auguſti, nunc Sarvarum, credit. *Segeſtam* vero nullibi invenit, utpote quæ neque *Strabonis*, neque *Plinii*, ætate exſtiterit; forſitan a Romanis deleta, quia rebellarat, antea multo labore ſub Imperium Romanum ab *Auguſto* ſubjugata. Quia

 vero

vero satis claram ejus descriptionem apud *Appianum Alexandrinum* invenit; fuisse nimirum urbem nitidam, & arcem natura & loco munitam, atque adeo in gerendo contra Dacos bello perutilem, vastoque flumini adjacentem, ubi plures amnes navigabiles confluunt; existimat, urbem hanc & arcem ibi exstitisse, ubi Bosna & Bisquius in Savum incidunt. *Mursam*, seu *Mursiam*, ad Dravum amnem collocat, in quo loco hodie Essekum est. Ad hanc urbem (nam *Socrates Lib. II Cap. 27* male Mursiam in Galliam rejecit,) A. C. 353 Imperator *Constantius* pugnam commisit cum *Magnentio*. *Limusam*, de limo appellatam, paludibus circumcludit, eamque veteribus dictam fuisse Motenum; primitis vero Hungaris *Musam*, dein *Musum*, postremo *Mosonium*, sublatis e *Limusa* primis duabus literis. Germanice urbs ista Wieselburg vocatur. Ceterum ignorat Hungaria *Muzon* illud, quod *Cellarius* in *Not. orb. ant.* Muteni loco positum arbitratur. *Teutoburgum* cum *Simlero* infra Essecum locat, ad Dravi & Danubii confluentem, ubi Erdedium castrum (*Erdöd*) fuerit ante, quam Turcæ Hungariam ad exitium & vastitatem vocarent. De *Mogentiana* apud veteres altum silentium. Autor alio nomine *Magnianam* dictam, & a *Gentio*, Illyricorum Rege, victo a Romanis, conditam, asserit, positamque infra Sabariam ad Gemnæum amnem. *Salam*, vel *Sallam*, cum *Lazio* Salavariam arcem, vel potius Abbatiam Benedictinam, opinatur, a qua dein successu temporis toti provinciæ Comitatus Szaladiensis nomen adhæsit. *Bononiæ*, *Gratiani* Imperatoris deliciis, altricique legionis quintæ Joviæ, in Sirmiensi agro, in quo hodie pagus Bani Monasterium (*Ban Monostor*) appellatus, solum tribuit, pari fere intervallo, Esseco & Belgrado semotum est. His ita disputatis, cum Anamantia, quæ illi Mohacsium est, *Caput* finit. *Quinto Capite* de Pannoniæ Geographia quædam exponit, e. c. *Carnunto* convenire campum Petronellæ, *Flexo* Pisonium, *Gerulatæ* Raikam; (non ergo *Kerlburg*, quod ex nominis affinitate conjectabat cum aliis *Cellarius*,) ad *Flexum* Ovarinum; *Quadrato* locum inter Ovarinum Jaurinumque interjacenti; ad *Statuas* Szigethum refert; ad *Muros* angulum Jaurini editiorem; *Acincum* Strigonium; *Ulcisscia*

ciscia castra Budam veterem. Atque ita reliqua, Urpano, Dravo, Valdano, Savo, Leitha, Bacuntio, fluviis, adjacentia, prosequitur. *Sexto Capite* ejusdem argumenti observationes exhibet, & speciatim de Tauruno. *Septimo* de aliquibus Pannoniæ oppidis, quorum *Ptolemæus* meminit, disserit; quæ ad Geographiam antiquam Pannoniæ illustrandam faciunt plurimum. Sunt inter ea Chertobalus, seu Ovarinum, (*Altenburg*,) Carpis, Andreæ pagus; Corvacum, Bakova; Tarsum, vicus S. *Demetrii*, ubi *Galerius Maximianus* interiit; Carrodunum, Canischa; Marburgum Styriæ, Novidunum. *Capite octavo* de posterioribus Pannoniæ divisionibus, institutis Pannoniorum, & Romanorum in eam terram ingressione, loquitur Autor. Res digna, quam summatim commemoremus. Notum est, referente *Sexto Rufo*, *Claudiano*, *Solino*, trifariam divisisse Pannoniam Romanos. Sabariensem Valeriam cognominarunt; interjectam vero Dravum inter & Savum, Saviam ac Saviensem regionem, hujusque partem extremam, Danubioque propiorem, Bubaliam. Procedente tempore, Illyrico adjuncta fuit Pannonia. *Socrates enim anno post Christi ortum* 379, quo *Theodosius* a *Gratiano* Imperatore dictus est Augustus, vicitque Gothos, Sirmium Illyrico adscribit. Quod ad Pannonum instituta attinet, nusquam traditum reperimus, quid domi militiæque egerint, antequam opes eorum viresque carpere cœpissent Romani. De Pæonia, quo nomine Græci Pannoniam quoque nuncupant, quædam invenias, sed ea Pannoniæ attribui nequeunt. Eo autem tempore, quo in fortunas terramque gentis tertio imminebant Romani, quæ studia, qui mores eorum fuerint, *Vellejus Paterculus Hist. Lib. II* breviter quidem, sed ad laudem abundanter & copiose, exponit, dum, *in omnibus*, inquit, *Pannoniis, non disciplinæ tantummodo, sed linguæ quoque notitia Romanæ, plerisque etiam literarum usus, & familiaris erat animorum exercitatio.* Inceperunt autem Romani armis non tam subigere, quam tentare, Pannoniam, ante natalem Servatoris A. 119 & 160, *Pub. Lucino*, Consulis Legato, ducente exercitum, duobus, non amplius, oppidis per deditionem occupatis. Qua de re *Livius Cap.* 44 in principio: *Eadem æstate, qua in Thes-*

ſalia vicere Romani, *Legatus a Conſule in Illyricum opulenta duo oppida coegit in deditionem vi atque armis*, *omniaque eis conceſſit*, *ut opinione clementiæ eos*, *qui Carnuntem*, *munitam urbem*, *incolebant*, *alliceret*. Sed & ingreſſi Pannoniam Romani, multis excurſionibus ac præliis ad ſolitudinem redegerunt Valeriam, ut meminit *Plinius*. Segeſta capta, (cujus incolarum virtutem *Ammianus* extollit,) Romani & Pannones amice multos annos vivebant, uſque dum prioribus illis, adverſus *Marobuduum*, Marcomannorum Principem, bellum parantibus, poſteriores hi, eo ſe peti, exiſtimarent, & cum Dalmatis periculi inirent ſocietatem, denuntiarentque bellum Romanis. Aſt ſatis infeliciter; cæſi enim & uſque ad montem Claudium in fugam acti Pannones: & id quidem æſtate prima; neque felicius altera; tertia, protinus, collatis in Savienſi Pannonia ſignis, miſera gens, capto duce *Pincte*, ſupplex facta Romanorum duci *Tiberio*. Propoſitum quidem erat *Paterculo*, bellum Pannonicum conſignare juſtis voluminibus; at vix animum ſuum expleverit. Univerſi dein Pannonii, *M. Aur. Antonino*, cognomento *Philoſopho*, Imperatore, libertatem recuperarunt. Obtinebat hanc provinciam, *Tiberio* & *Claudio Druſo* Principibus, vir conſularis, *L. Piſo*, & *Publius Attilius Hiſter*. *Capite nono* de Imperatoribus Romanis, natis in Pannonia, loquitur Autor, utpote de *Q. Decio*, nato Bubali, de *L. Domitio Aureliano*, in vicinia Sirmii a tenuis fortunæ parentibus procreato, in cujus tempora Wallachorum origo incidit; de *Aurelio Probo*, Sirmii, patre *Maximio*, Tribuno militari, nato, qui vites in Pannoniam intulit, iisque Almum Montem conſevit; de *Hadriano*, *Probi* filio, a *Licinio* Imperatore, ob exprobratam ei Chriſtianorum inſectationem, interemto, de *Galerio Maximiano*, Sirmio oriundo, qui *Diocletianum* ſibi malus malum adſciverat; de *Flavio Valentiniano I*, ortu Bubalenſi, ſeu Cibalenſi; de ejus fratre, *Valente*, quem collegam aſſumſerat; de *Gratiano*, ſuſcepto in lucem Sirmii, ejusque fratre *Valentiniano II*, qui *Gratiano*, ab *Andragathio*, *Maximi* tyranni emiſſario, interemto, ſucceſſerat. *Jo. Aventinus* ſcribit, *Philippum* quoque Arabem Pannonium fuiſſe, ortu Arrhabonenſem, qui locus nunc *Jaurinum* dicitur. At

enim

enim vero repugnant hæc invicem, ut quivis facile videt. *Decimo Capite* de religione in Pannonia, id eſt, de Epiſcopatibus, Ariana contagione, & ſanctis viris, aliquid adducit Autor. Inter Archiepiſcopos maxime notandus venit *Photinus*, in minore Galatia ortus, homo Græcis & Latinis literis inſtitutus, & admodum eloquens, Sirmienſium Pontifex creatus, qui, Chriſtum ſolum eſſe hominem, propugnavit, hæreſique *Photinianæ* nomen atque originem dedit. Concilium, Sirmii contra eum habitum A. 357 ab Imperatore *Conſtantio*, *Spondanus* recenſet. Ceterum *Sulpicius Severus* non male prodidit, omnem fere Pannoniam fuiſſe Arianam. Quæ hoc *Capite* de S. *Hieronymo*, Pannone, Autor refert, eo redeunt: in Liburnia, finitima Pannoniæ provincia, patriam ejus quæri debere Stridonam, nunc Striegova dictam, quam & Papa *Nicolaus V* A. 1447, propter tanti viri nativitatis memoriam, variis indulgentiis decoraverit. Sed vero & Sanctiſſimus Pater errare poterat, atque Stridona eo loco quærere, quo quærenda non eſt. Multum nos in exquirenda Stridone elaboravimus, neque tamen reperire potuimus quidquam, quod ex aſſe nobis ſatisfaceret. Lege interim *de la Martiniere in magno Dictionario Geographico & Critico Tom. VIII* (edit. Amſt. 1738) *Art. Stridon*, ubi, Sdrignam hodie vocari, cum *Blondo* Autor aſſerit, illa Hungariæ inferioris parte, qua Savus profluit; refert quoque illos, qui ad Muræ & Dravi confluentem, in ſuperiore Pannonia, nunc Styria, Stridonam quærunt. Conf. & *Ferrarium* in *Lexico Geographico*, Londini A. 1657 publicato, qui, nunc Strigonum ab accolis in Dalmatia vocari, credit, item *Ortelium* in *Theſ. geogr.* & alios. Eſt in Comitatu Szaladienſi prædium, Stridon ad hunc uſque diem nuncupatum, ad Szala & Muræ confluentem, quod an vetus illud Stridon ſit, Geographi, nos licet, diſceptent. *Capite undecimo* de Mœſia, ſive Myſia, agit, per Pannoniæ finitima. Mœſiæ, cujus pars Servia eſt, longitudinem *Plinius* Danubii curſu a Savi oſtio ad Pontum uſque definit. Notatu digniores ſunt fluvii, Margis, Pingus, Timachus, Oeſus, Utus (*Ogoſt*), Eſcamus (*Oſſam*), Jeterus (*Isker*, aut *Jantra*,); montes, Rhodope & Hæmus; urbes, *Singidunum*, *Auguſta*, Semendria; Viminacium, de quo *Eutropius*, victoriam

Diocletiani referens: *Carinum apud Margum ingenti prælio vicit, inter Viminacium & aureum montem.* Aureus hic mons fuerit aurifer, aut Rama (*Ram*), arx olim in monte, supra quam ergo Vimimacium investigandum erit. Sub finem *Capitis* duas Inscriptiones refert Autor, alteram Semendriæ, in latere portæ, quæ ad Danubium spectat, repertam, sed mancam valde; alteram pontis Trajani in Mœsia, petrosæ ripæ inscriptam. Prior ita habet:

GENIO LEGI - - III - E - ODNN - -
DIOC - - - IANI - - - AVG - - VREL - -
MAXIMI - - IVS - - EX - PRÆF - -
LEG - - EIVS - DEN - - - - VOTVM - -
POSU.

quæ restituta hæc est: Genio Legionis tertiæ, & Genio Domini nostri Diocletiani Augusti, Aurelianus Maximianus, Exprætectus legionis ejusdem, votum posuit. Posterior integra est hunc in modum:

IMP. CÆSAR. DIVI NERVÆ
F. NERVA TRAIANUS GER
MAN. PONT. F. INDVSTR.
PATER PATRIÆ.

id est: Imperator Cæsar, divi Nervæ filius, Nerva Trajanus, Germanicus, pontem fecit industrius Pater patriæ. Id observandum adhuc, in utroque latere monumenti effigiem esse aquilæ, quasi tabulam sustinentis. *Capite duodecimo* de Illyrico, quod antiquo nomine Liburniam atque Dalmatiam complectebatur, quæ Lucii Dalmatia illustrat; *Capite tertio decimo* de regione Iazygum Metanastarum, disseritur. Isti ab Iazic (*lingua*) Iazyges, a crebris Danubii trajectionibus Metanastæ, dicti sunt. Eorum termini, ut recte *Ptolemæus*, ad Carpim incipiunt, oppidum inferioris Pannoniæ, finiuntur vero toto Tibisci alveo, Carpato, montibus Sarmaticis, & Danubio. Omnes, quosquos legimus, Autores Carpatum & Sarmaticos montes eosdem putarunt; quodque magis mirabamur, Carpatum etiam ii, qui eruditiores videri volunt, cum aspiratione scripserunt, quam tamen *Ptolemæus*, homo Græcus, non usurpabat. Carpathus enim cum aspiratione insula est,

eſt, unde Carpathium mare. Sunt autem *Ptolemæo* montes Sarmatici, Hungariæ Arvenſis, Liptovienſis, Zolienſis & Barſchienſis montes, a Polonia uſque ad Danubium & Vacium porrecti; ad Roſenbergam, ubi Thurocziènſes a Liptovienſibus dividunt Fatræ, ultra Fatræ nuncupati. Carpatus vero reliquam Poloniam, Ruſſiam, & Moldaviam, ab Hungaria & Tranſilvania diſcernit. Amnes nobiliores ſunt, Cuſus, hodie Vagus; in regione Iazygum Granous, nunc Granus; oppida, *Uſcenum* in angulo inferiore inſulæ, Borſchovæ fluvii, provinciæ Beregh; *Parca*, hodie Peſtum; *Candanum*, Agria; *Gormanum*, ad montes, qui montanas urbes cingunt; *Partiſcum*, Tibiſco appoſitum, quod non ſatis perſpectum habens *Plinius*, ipſum fluvium Pathyſſum appellavit. De Pannonum ſermone ſi quæras; Germanus non fuit, quod *Cornelius Tacitus* teſtatur: neque Græcus certe. Slavonicum igitur credimus, licet & Græcæ linguæ ſtudium in Sirmio inprimis viguiſſe, non eamus inficias; Latinus ſermo prorſus familiaris genti fuerat. Ceterum alii fuere Iazyges, qui Mæotin incolebant, Boreales illi, de quibus potius, quam de Metanaſtis, intelligendus *Ovidius Lib. 1 de Ponto Eleg. 3:*

Aut quid Sauromatæ faciant? quid Iazyges acres.

Capite quarto decimo Marcomannos, Quados, Sarmatas, commemorat, & Marobuduum cum *Vellejo Paterculo* honorificentiſſime depingit; Quadorum & Marcomannorum fines determinat: *Ptolemæum*, qui, ſub Hercinia ſilva Quados, ſub Gabreta Marcomannos agere, hallucinatus eſt, corrigit. Lunam ſilvam, de qua *Ptolemæus*, eam exiſtimat regionem, quæ a Bresznenſi (*Bresznobanya*) oppido arcuatim in occidentem, uſque ad tractum Turocienſem, procurrit. De *Tudere*, Principe Quadorum, ita ſentit, ut *Marobudui* æqualem putet. Oſos Iazyges eſſe, Gothinos in Scepuſienſi & Gömörienſi terra habuiſſe ſedem, demonſtrat. Marcomannorum cum Romanis bellum, *M. Aurelio* Imperatore, initio ſic ſatis felix, quinto autem anno ob acceptam a legione fulminatrice, ſi vera eſt fabula, ingentem cladem, exitiale; poſtea vero Quadorum diuturna cum Romanis diſſidia, copioſius enarrantur. Addito, poſt deletum in Pannonia, viciniſque provinciis, Romanum nomen, populos

hos

hos Marcomannos, Quadi, Sarmatas, Sclavos fuisse dictos. *Capite quinto decimo* Daciam sistit. Pessime *Strabo* Dacos juxta fontem Danubii in Germania ponit, eadem, qua Getas, lingua usos. Quasi vero *Ovidius*, qui in Tomitano suo exilio, *didicerat Getice Sarmaticeque fari*, didicisset etiam loqui Germanice. *Zamosius* Daciam Daniam vel Daviam quoque dictam putat, propterea quod plura oppidorum Daciæ in syllabas *Dana* & *Dava* exiverunt. At Sclavis hæ familiares erant vocum terminationes, indeque nil, nisi quod Sarmatæ fuerint Daci, conficitur. Varia illis cum Romanis bella. Cotiso unus ex Principibus Pannoniis, dum subjugarentur, auxilium adversus Romanos tulit, adeo quidem, ut ipsam Romam perturbaret, quemadmodum *Horatius Lib. III Od. VI: Pæne occupatam seditionibus delevit urbem Dacus*; demum tamen, captis tribus ducibus Dacorum, fusus a *Cornelio Lentulo*, atque inde lætius jam *Horatius Od. VIII ad Mæcenatem*:

Mitte civiles super urbe curas,
Occidit Daci, Cottisonis agmen.

Pergit Autor exponere de Dacorum Regibus, *Boëribista, Darpaneo*, qui Romanos in Dacia delevit, *Domitianum*que illum ignavum ad vectigal sibi pendendum adegit, illum *Domitianum*, qui edicto sanxerat, ut Deus ab omnibus salutaretur, qui Romæ de Dacis victoribus triumphavit. Quod ad Dacorum indolem, satis ea armis conveniebat, neque tamen humanitatem omnem exuerant, Græcarum literarum non plane expertes, quod numus *Decebali*, Græcis notis signatus, docet. Fines terræ ex *Ptolemæi Geogr. Lib. III Cap. 8* licet cognoscere. Magna est hic lis Geographis, in qua omnis eruditionis cardinem credas versari, ubinam Danubius Istri nomen sortiatur. Quanta res, quantis agitata motibus! *Cellarius* anxie exclamat: Quid ergo in tanto dissensu constituendum? Miseros mortales, tantam qui rem tam ignorant turpiter! *Strabo* inde a fontibus usque ad cataractas, qua per Dacos veteres & Mœsos fluit, Danubium dicit vocari. Aliter *Plinius*; *Ptolemæus* iterum aliter, & ita in infinitum usque. Nos, nisi omnia nos fallunt, cum Autore *Strabonem* si fuerimus secuti, idem statuerimus prope, quod *Cel-*

larius

larius tanto nisu, tanta animi angustia, definit: *Superiora fluminis Danubii nomen; inferiora Istri ferre, certum est.* Flumina regionis notiora sunt *Tibiscus*, *Abistus*, hodie *Niger*, (*Tscbernu*) *Rbabon*, seu *Catarrbaban*, hodie *Scbilus*. *Aluta* antiquum nomen retinuit. Ita *Ptolemæus*, qui præteriit Marin, vel Marum, clarum Scytharum amnem, de quo tamen non silet antiquissimus scriptorum *Herodotus*, cum adhuc Scythæ, qui penitissimam Daciam tenebant, Agathyrsi appellarentur. Oppida florentiora Daciæ fuere: *Sarmizegetbusa*, regia, quam modo junctim, modo separatim, scribebant veteres. Significasse nihil aliud videtur, nisi urbem Gethusam a *Sarmize* conditam; reperti enim sunt aliquando nummi Regis *Sarmezis* in Transilvania. *Zamoscius*, olim Ægethusam ab *Ægeo*, Rege, conditore, dictam, putat. Interfluebat urbem Sargetia fluvius, hodie Strigus, Marusium petens. Neque tamen satis adhuc innotuit Geographis oppidi positus. Hodie aliis appellatur arcis locus (*Varbely*), aliis Sclavonico vocabulo *Gradiscba*. *Zamoscius*, in valle Hatsegiensi (*Hatszeg*), in qua jacebat Sarmizegethusa, ex multis ruinis conjecit, plura fuisse oppida, interque illa Sergidavam, vel Singidavam, regiæ proximam, Petorium, Volmerium, alia. Sunt præterea notatu digniora Daciæ *Ulpianum*, subter *Rbuconium* apud Radvanum, quod Bistritio quadrat, *Amutrium*, ad ostium Alutæ amnis, (*Mikovara*) ultra Salinas orientem versus, propter eundem amnem *Augusta Prætoria* (Kezdi-Vasarhely), *Coloniam Perendanesiorum Panvinii*, quam *Ptolemæus* silet; *Anniam* (Enyed), *Comidava* (Des), *Devidava* (Deva). *Claudiopolis Cellario* est Napuca, *Hostilio* Zeugma, Autori cum *Baudrando* Patruissa. *Salinæ* Tordæ, *Napuca* arci novæ, quæ a *Samoso* nomen habet, Parolissa Zegenio, *Marcodana* Segesvaro, *Ziridana* Cibinio, sic satis respondent. Danda est tamen venia *Cellario*, viro eruditissimo, quod Marusium cum Rhabone confuderit tantis in tenebris rerum Dacicarum. *Sexto decimo* tandem, eoque ultimo, *Capite* Daciam Romanam & sacram illustrandam aggreditur Autor; atque hic primus se nobis *Decebalus* offert, a *Trajano*, cum maxima parte Daciæ, sub jugum missus. Pugnatum in campo cruciato, *Keresztesmezö*, quod

pratum *Trajani* Valachi vocitant. Et, licet altera vice ſpiritus ſumeret Dacus, tamen fuſus iterum, ipſe vitam amiſit. De theſauris *Decebali* inventis monumentum ſequens loquitur: *Jovi inventori, Diti Patri, Terræ matri, detectis Daciæ theſauris, Cæſar Nerva Trajanus Aug. ſacrum poſuit.* Univerſam autem Daciam a Romanis ſubactam non fuiſſe, indicio eſt illud, quod in Moldavia & finitimis Romanæ antiquitatis veſtigia reperiantur nulla. Romana Dacia diviſa fuit in *Ripenſem*, quam Danubius alluit; in *Alpeſtrem*, ſeu Transalpinam; denique in *mediterraneam*, ſeu Transſilvanam. Provincia *Collia*, quam aliqua monumenta exhibent, Transalpinæ convenit. *Trajanus* primam coloniam in penitiſſima Dacia *Sarmizegethuſam* conſtituit, alteram *Apuli*, & hujus quidem non immutavit nomen, illam vero appellari voluit Ulpiam Trajanam. Tertia ejus colonia *Zernenſis* fuit, de qua *Ulpianus Lib. I de Cenſibus*, collocata Aurariæ in ripa Danubii, infra pontem illum decantatum, ubi hodie eſt Tſchernec, vel Severinum, (*Tſchernetz*,) terminus Hungariæ. Ducta erat hunc in locum, & propter pontis cuſtodiam, colonia, & propter aurum argentumque, Siſciam, aut in Italiam, tuto deportandum. *Claudiopolis* municipium fuit, immo ſexta *Trajani* colonia, quod reperta illic duplex Inſcriptio teſtatur. *Dio* quatuor in Dacia colonias memorat, *Ulpiam* Auguſtam, Aquarum vivarum (hodie *Arany-Kut*), Apulenſem, & Parendaneſiorum. Sed credimus nos monumentis Claudiopolitanis. Viæ, in Dacia mediterranea hinc & inde ſtratæ, de Romana magnificentia adhuc teſtantur; inprimis illa, a Siculorum foro (*Maros-Vaſarhely*) ad Orientem quæ tendit, ejus eſt ſtructuræ, ut imperitum vulgus cacodæmoni opus tribuat. Magnificentior quoque ceteris erat, ab Ulpia Trajana ad Apulum ducens, quadrato ſaxo complanata; quænam vero inter has ſit Clodia, quæ Annia, quæ Caſſia, quæ Geminia, illi, quibus felicior naſus contigit, odorentur, quantum volent, per nos licet. Romanis in Dacia dominantibus, tyranni turbare imperium cœperunt, adeo quidem, ut priores illi, quaſi re jam deſperata, præſidia ſua oppidis deduxerint, traduxerintque in Mœſiam trans Danubium. Illic geminas primum, deinde quinas,

quinas, appellaverunt Dacias, mediterraneam, Ripensem, Mœsiæ primam, Dardaniæ, & Prævalitanam. E quibus una fuit Consularis, altera Salutaris, Præsidiales tres. Inciderat ea Romanorum transportatio in annum a Christo nato 273, antequam in *Zenobiam* moveret *Aurelianus.* Ante adhuc, quam in Mœsiam Romani transmigrarent, Gothi plures e Scandinavia, seu Gotlandia, egressi, in Borealem Daciam penetravere, præsidiisque eam subinde occupavere; usque dum penitus stipendiarios facerent Romanos. Sub finem *Capitis*, de Dacia sacra, Autor subjungit de Divo *Andrea* Apostolo quædam, de Gothorum Episcoporum in Concilio Nicæno primo A. 325 præsentia, atque inde concludit, Romanorum temporibus Christianam religionem altiores jam illic radices egisse. Primi omnium, qui sacra hæc amplexi sunt, Bessi fuere & Gothi. Finit *Caput* & librum Autor quæstione illa de *Ovidii obitu* & sepulcro. *Bruschius* Sabariæ tumulatum Veneris sacrificulum hunc credit, alii Temesuari sepultum credunt. Certius est, quod *Eusebius* narrat in *Chronico*, defunctum esse *Ovidium* anno *Tiberii Cæsaris* IV, a nato Christo XVII. *Sepulcro autem* illatum Tomis, oppido inferioris Mœsiæ.

Atque istud est, quod *Liber I* continet. Quæ *duo* reliqui habeant, non nisi per summa capita jam referemus. *Libri II*, qui agit de Hunnis & Hunno-Avaribus, *Caput 1* de Gothis, inter se armis decertantibus, multis Christianæ militiæ adscriptis, Hunnorumque adventu, disserit; *Caput 2* de regione, unde prodierunt Hunni; *Caput 3* de gestis Gothorum, sedes quærentium, de D. *Ursula*, deque Hunnis aliquibus factis Christianis; *Caput 4* de gestis Hunnorum, usque ad regnum *Attilæ*; *Caput 5* de gestis *Attilæ*; *Caput 6* de gestis Hunnorum a morte *Attilæ*; *Caput 7* de Avarum, sive Abarorum, in Daciam adventu; *Caput 8* de gestis Hunno-Avarum, Imperatoribus *Justino* & *Tiberio Constantino*, id est, ab anno Christi nati 565 ad annum 583; *Caput 9* de gestis Hunno-Avarum, principibus *Mauritio* & *Phoca*; *Caput 10* de gestis Hunno-Avarum ætate *Heraclii* Cæsaris; *Caput 11* de gestis Hunnorum & Sclavorum usque ad regnum *Caroli Magni*; *Caput 12* de regionibus Hunnorum, & commentitio Hungarorum

rorum adventu; *Caput 13* de bello *Caroli Magni*, Francorum Regis, Hunno-Avaribus exitiali; *Caput 14* de Hunno-Avaribus perdomitis, & ad sacra Christianorum adductis, Sclavis item, Marcomannorum & Quadorum progenie, Episcopis utrique genti datis; *Caput 15* de rebus Sclavorum, Hunnorum, ac aliis, se offerentibus ab anno Christi nati 828 ad 866; *Caput 16* de S. S. *Cyrillo* & *Methodio*, Sclavorum Apostolis; *Caput 17* de gestis *Suentopulchri*, qui aliis *Zventibaldus*, aliis *Suatoplugus*, vel *Suatoplucus*, aliis aliter, dicitur. *Libri tertii*, de motu Hunnorum, sive de Hungaris, *Capite 1* de adventu Hungarorum sententiæ Autorum expenduntur; *Cap. 2* de gestis agitur Hungarorum usque ad finem *Arnulphi*, Regis; *Cap. 3* de gestis Hungarorum ab anno 900 ad 914, cumprimis vero de subacta ab iis Pannonia, terrisque Iazygum, Metanastarum, & Quadorum; *Cap. 4* de cladibus, per Hungaros exteris gentibus illatis, & vicissim acceptis, ab anno 915 ad 954; *Cap. 5* de horribili clade Hungarorum, patrata A. 955; *Cap. 6* de iis, quæ apud Ungaros & Sclavos consequentibus annis acta sunt; *Cap. 7* de rebus *Geisæ*, sive *Gaisæ*, ducis, & incremento Christianæ religionis apud Ungaros; *Cap. 8* de ceteris rebus Ungaricis usque ad annum 1000. Quæ singula qui volet accuratius pernoscere, ipsum Autorem legat; nobis satis fuit summa *Libri I* capita delibare. Reliqua eadem elegantia, eodem judicio, *Timon* noster prosequitur; &, si ex ungue leonem, e libri certe exordio antiquæ & novæ Hungariæ Autorem, ipsamque Commentationem, dignoscas.

JO. FRID. BOECKELMANNI, JCTI ET ANtecessoris, Tractatus posthumus de Differentiis Juris Civilis, Canonici, & hodierni. CORNELIUS VAN ECK, JCtus & Autecessor, edidit, recensuit, & Præfatione auxit. EVERARDUS OTTO, JCtus & Antecessor, in usum Auditorum, Notis illustravit, & JOACH. HASSÆI, JCti, Differentias Juris Civilis & Canonici adjecit.

Trajecti ad Rhenum, apud viduam & filios G. Kribber, 1737, 8 maj.
Alph. 1 plag. 6½.

Utilissi-

Utilissimus hic liber est, & iis de meliori nota commendandus, qui ad Juris Canonici disciplinam appellere animum volunt. Cum enim alias in addiscendo cum Civili, tum Pontificio, Jure facile oriri rerum confusio possit, diligenter hic docetur atque ostenditur, quomodo unum ab altero recte feliciterque debeat secerni. Novis igitur meritis rem eruditorum publicam devinxit sibi Amplissimus *Otto*, quod suo eundem studio comtiorem auctioremque in manus tironum iteratis typis tradiderit. Invenient etiam provectiores, quæ suos convertere in usus queant. Præmisit enim Vir Celeberrimus Præfationis instar prolusionem copiosam, & rerum delectu & dictionis elegantia præclaram, in qua ad Jus Canonicum studiosius pertractandum graviter cohortatus est Auditores suos. Et id quidem per hæc tempora eo videbatur magis necessarium, quoniam communis fere totum Belgium opinio oppleverat, nullius esse usus Juris Canonici studium, postquam Pontifici Romano, ejusque sanctionibus, unice ad Hierarchiam sedisque suæ prærogativam stabiliendam directis, valedixerit illa provincia. *Sed, aliter se rem habere, turpissimeque falli*, qui hanc animo sententiam imbiberunt, *non sine* argumentorum pondere luculenter comprobavit laudatissimus *Otto*. Idem singulis paginis eruditissimas observationes, calamo quondam ab Auditoribus exceptas, adjecit, partim ut dictandi scribendique onere levarentur illi, partim ut amplior ipsi de rebus notatu dignis disserendi, quædam etiam curatius rimandi, campus aperiretur. Sic v. g. *pag. 72 seq.* de jure decimarum; *pag. 204 seq.* de variis jurandi modis ac formulis apud paganos veteres & Christianos; *pag. 268* de origine ac pœna criminis Sodomitici; & *pag. 319 seq.* de jurejurandi ritu ad SS. Evangelii tactum, non trita nobis ac proletaria videtur protulisse. Plura non addimus. Quis enim *Ottonem* ignorat, & quis unquam legit scriptum, ex politissimo ejus ingenio profectum, quin solennem illam inscriptionem: πάντα καλῶς! læto hilarique animo praefixerit? Gratulentur sibi omnes, quibus ab ore tanti Viri pendere contigit olim. Utinam modo in Academicis laboribus consenescere eidem datum fuisset! In alio enim, eoque altiori, dignitatis gradu nunc apud Bremenses con-

ſalia vicere Romani, Legatus a Conſule in Illyricum opulenta duo oppida coegit in deditionem vi atque armis, omniaque eis conceſſit, ut opinione clementiæ eos, qui Carnuntem, munitam urbem, incolebant, alliceret. Sed & ingreſſi Pannoniam Romani, multis excurſionibus ac præliis ad ſolitudinem redegerunt Valeriam, ut meminit *Plinius*. Segeſta capta, (cujus incolarum virtutem *Ammianus* extollit,) Romani & Pannones amice multos annos vivebant, uſque dum prioribus illis, adverſus *Marobudnum*, Marcomannorum Principem, bellum parantibus, poſteriores hi, eo ſe peti, exiſtimarent, & cum Dalmatis periculi inirent ſocietatem, denuntiarentque bellum Romanis. Aſt ſatis infeliciter; cæſi enim & uſque ad montem Claudium in fugam acti Pannones: & id quidem æſtate prima; neque felicius altera; tertia, protinus, collatis in Savienſi Pannonia ſignis, miſera gens, capto duce *Pincte*, ſupplex facta Romanorum duci *Tiberio*. Propoſitum quidem erat *Paterculo*, bellum Pannonicum conſignare juſtis voluminibus; at vix animum ſuum expleverit. Univerſi dein Pannonii, *M. Aur. Antonino*, cognomento *Philoſopho*, Imperatore, libertatem recuperarunt. Obtinebat hanc provinciam, *Tiberio* & *Claudio Druſo* Principibus, vir conſularis, *L. Piſo*, & *Publius Attilius Hiſter*. *Capite nono* de Imperatoribus Romanis, natis in Pannonia, loquitur Autor, utpote de *Q. Decio*, nato Bubali, de *L. Domitio Aureliano*, in vicinia Sirmii a tenuis fortunæ parentibus procreato, in cujus tempora Wallachorum origo incidit; de *Aurelio Probo*, Sirmii, patre *Maximio*, Tribuno militari, nato, qui vites in Pannoniam intulit, iisque Almum Montem conſevit; de *Hadriano*, *Probi* filio, a *Licinio* Imperatore, ob exprobratam ei Chriſtianorum inſectationem, interemto, de *Galerio Maximiano*, Sirmio oriundo, qui *Diocletianum* ſibi mālus malum adſciverat; de *Flavio Valentiniano I*, ortu Bubalenſi, ſeu Cibalenſi; de ejus fratre, *Valente*, quem collegam aſſumſerat; de *Gratiano*, ſuſcepto in lucem Sirmii, ejusque fratre *Valentiniano II*, qui *Gratiano*, ab *Andragathio*, *Maximi* tyranni emiſſario, interemto, ſucceſſerat. *Jo. Aventinus* ſcribit, *Philippum* quoque Arabem Pannonium fuiſſe, ortu Arrhabonenſem, qui locus nunc *Jaurinum* dicitur. At

enim

enim vero repugnant hæc invicem, ut quivis facile videt. *Decimo Capite* de religione in Pannonia, id eſt, de Epiſcopatibus, *Ariana* contagione, & ſanctis viris, aliquid adducit Autor. Inter Archiepiſcopos maxime notandus venit *Photinus*, in minore Galatia ortus, homo Græcis & Latinis literis inſtitutus, & admodum eloquens, Sirmienſium Pontifex creatus, qui, Chriſtum ſolum eſſe hominem, propugnavit, hæreſique *Photinianæ* nomen atque originem dedit. Concilium, Sirmii contra eum habitum A. 357 ab Imperatore *Conſtantio*, *Spondanus* recenſet. Ceterum *Sulpicius Severus* non male prodidit, omnem fere Pannoniam fuiſſe Arianam. Quæ hoc *Capite* de S. *Hieronymo*, Pannone, Autor refert, eo redeunt: in Liburnia, finitima Pannoniæ provincia, patriam ejus quæri debere Stridonam, nunc Striegova dictam, quam & Papa *Nicolaus V* A. 1447, propter tanti viri nativitatis memoriam, variis indulgentiis decoraverit. Sed vero & Sanctiſſimus Pater errare poterat, atque Stridona eo loco quærere, quo quærenda non eſt. Multum nos in exquirenda Stridone elaboravimus, neque tamen reperire potuimus quidquam, quod ex aſſe nobis ſatisfaceret. Lege interim *de la Martiniere* in *magno Dictionario Geographico & Critico Tom. VIII* (edit. Amſt. 1738) *Art. Stridon*, ubi, Sdrignam hodie vocari, cum *Blondo* Autor aſſerit, illa Hungariæ inferioris parte, qua Savus profluit; refert quoque illos, qui ad Muræ & Dravi confluentem, in ſuperiore Pannonia, nunc Styria, Stridonam quærunt. Conf. & *Ferrarium* in *Lexico Geographico*, Londini A. 1657 publicato, qui, nunc Strigonum ab accolis in Dalmatia vocari, credit, item *Ortelium* in *Theſ. geogr.* & alios. Eſt in Comitatu Szaladienſi prædium, Stridon ad hunc uſque diem nuncupatum, ad Szala & Muræ confluentem, quod an vetus illud Stridon ſit, Geographi, nos licet, diſceptent. *Capite undecimo* de Mœſia, ſive Myſia, agit, per Pannoniæ finitima. Mœſiæ, cujus pars Servia eſt, longitudinem *Plinius* Danubii curſu a Savi oſtio ad Pontum uſque definit. Notatu digniores ſunt fluvii, Margis, Pingus, Timachus, Oeſus, Utus (*Ogoſt*), Eſcamus (*Oſſam*), Jeterus (*Isker*, aut *Jantra*,); montes, Rhodope & Hæmus; urbes, *Singidunum*, *Auguſta*, Semendria; Viminacium, de quo *Eutropius*, victoriam

Diocletiani referens: *Carinum apud Margum ingenti prælio vicit, inter Viminacium & aureum montem.* Aureus hic mons fuerit aurifer, aut Rama (*Ram*), arx olim in monte, supra quam ergo Viminacium investigandum erit. Sub finem *Capitis* duas Inscriptiones refert Autor, alteram Semendriæ, in latere portæ, quæ ad Danubium spectat, repertam, sed mancam valde; alteram pontis Trajani in Mœsia, petrosæ ripæ inscriptam. Prior ita habet:

GENIO LEGI - - III - E - ODNN - -
DIOC - - - IANI - - - AVG - - VREL - -
MAXIMI - - IVS - - EX - PRÆF - -
LEG - - EIVS - DEN - - - - VOTVM - -
POSU.

quæ restituta hæc est: Genio Legionis tertiæ, & Genio Domini nostri Diocletiani Augusti, Aurelianus Maximianus, Expræfectus legionis ejusdem, votum posuit. Posterior integra est hunc in modum:

IMP. CÆSAR. DIVI NERVÆ
F. NERVA TRAIANUS GER
MAN. PONT. F. INDVSTR.
PATER PATRIÆ.

id est: Imperator Cæsar, divi Nervæ filius, Nerva Trajanus, Germanicus, pontem fecit industrius Pater patriæ. Id observandum adhuc, in utroque latere monumenti effigiem esse aquilæ, quasi tabulam sustinentis. *Capite duodecimo* de Illyrico, quod antiquo nomine Liburniam atque Dalmatiam complectebatur, quæ Lucii Dalmatia illustrat; *Capite tertio decimo* de regione Iazygum Metanastarum, differitur. Isti ab Iazic (*lingua*) Iazyges, a crebris Danubii trajectionibus Metanastæ, dicti sunt. Eorum termini, ut recte *Ptolemæus*, ad Carpim incipiunt, oppidum inferioris Pannoniæ, finiuntur vero toto Tibisci alveo, Carpato, montibus Sarmaticis, & Danubio. Omnes, quosquos legimus, Autores Carpatum & Sarmaticos montes eosdem putarunt; quodque magis mirabamur, Carpatum etiam ii, qui eruditiores videri volunt, cum aspiratione scripserunt, quam tamen *Ptolemæus*, homo Græcus, non usurpabat. Carpathus enim cum aspiratione insula est,

eſt, unde Carpathium mare. Sunt autem *Ptolemæo* montes Sarmatici, Hungariæ Arvenſis, Liptovienſis, Zolienſis & Barſchienſis montes, a Polonia uſque ad Danubium & Vacium porrecti; ad Roſenbergam, ubi Thurocziénſes a Liptovienſibus dividunt Fatræ, ultra Fatræ nuncupati. Carpatus vero reliquam Poloniam, Ruſſiam, & Moldaviam, ab Hungaria & Tranſilvania diſcernit. Amnes nobiliores ſunt, Cuſus, hodie Vagus; in regione Iazygum Granous, nunc Granus; oppida, *Uſcenum* in angulo inferiore inſulæ, Borſchovæ fluvii, provinciæ Beregh; *Parca*, hodie Peſtum; *Candanum*, Agria; *Gormanum*, ad montes, qui montanas urbes cingunt; *Partiſcum*, Tibiſco appoſitum, quod non ſatis perſpectum habens *Plinius*, ipſum fluvium Pathyſſum appellavit. De Pannonum ſermone ſi quæras; Germanus non fuit, quod *Cornelius Tacitus* teſtatur: neque Græcus certe. Slavonicum igitur credimus, licet & Græcæ linguæ ſtudium in Sirmio inprimis viguiſſe, non eamus inficias; Latinus ſermo prorſus familiaris genti fuerat. Ceterum alii fuere Iazyges, qui Mæotin incolebant, Boreales illi, de quibus potius, quam de Metanaſtis, intelligendus *Ovidius Lib. I de Ponto Eleg. 3:*

Aut quid Sauromatæ faciant? quid Iazyges acres.

Capite quarto decimo Marcomannos, Quados, Sarmatas, commemorat, & Marobuduum cum *Vellejo Paterculo* honorificentiſſime depingit; Quadorum & Marcomannorum fines determinat; *Ptolemæum*, qui, ſub Hercinia ſilva Quados, ſub Gabreta Marcomannos agere, hallucinatus eſt, corrigit. Lunam ſilvam, de qua *Ptolemæus*, eam exiſtimat regionem, quæ a Bresznenſi (*Bresznobanya*) oppido arcuatim in occidentem, uſque ad tractum Turocienſem, procurrit. De *Tudere*, Principe Quadorum, ita ſentit, ut *Marobudui* æqualem putet. Oſos Iazyges eſſe, Gothinos in Scepuſienſi & Gömörienſi terra habuiſſe ſedem, demonſtrat. Marcomannorum cum Romanis bellum, *M. Aurelio* Imperatore, initio ſic ſatis felix, quinto autem anno ob acceptam a legione fulminatrice, ſi vera eſt fabula, ingentem cladem, exitiale; poſtea vero Quadorum diuturna cum Romanis diſſidia, copioſius enarrantur. Addito, poſt deletum in Pannonia, viciniſque provinciis, Romanum nomen, populos

hos

hos Marcomannos, Quadi, Sarmatas, Sclavos fuiſſe dictos. *Capite quinto decimo* Daciam ſiſtit. Peſſime *Strabo* Dacos juxta fontem Danubii in Germania ponit, eadem, qua Getas, lingua uſos. Quaſi vero *Ovidius*, qui in Tomitano ſuo exilio, *didicerat Getice Sarmaticeque fari*, didiciſſet etiam loqui Germanice. *Zamoſius* Daciam Daniam vel Daviam quoque dictam putat, propterea quod plura oppidorum Daciæ in ſyllabas *Dana* & *Dava* exiverunt. At Sclavis hæ familiares erant vocum terminationes, indeque nil, niſi quod Sarmatæ fuerint Daci, conficitur. Varia illis cum Romanis bella. Cotiſo unus ex Principibus Pannoniis, dum ſubjugarentur, auxilium adverſus Romanos tulit, adeo quidem, ut ipſam Romam perturbaret, quemadmodum *Horatius Lib. III Od. VI: Pæne occupatam ſeditionibus delevit urbem Dacus;* demum tamen, captis tribus ducibus Dacorum, fuſus a *Cornelio Lentulo*, atque inde lætius jam *Horatius Od. VIII ad Mæcenatem*:

Mitte civiles ſuper urbe curas,
Occidit Daci, Cottiſonis agmen.

Pergit Autor exponere de Dacorum Regibus, *Boëribiſta, Darpaneo*, qui Romanos in Dacia delevit, *Domitianum*que illum ignavum ad vectigal ſibi pendendum adegit, illum *Domitianum*, qui edicto ſanxerat, ut Deus ab omnibus ſalutaretur, qui Romæ de Dacis victoribus triumphavit. Quod ad Dacorum indolem, ſatis ea armis conveniebat, neque tamen humanitatem omnem exuerant, Græcarum literarum non plane expertes, quod numus *Decebali*, Græcis notis ſignatus, docet. Fines terræ ex *Ptolemæi Geogr. Lib. III Cap. 8* licet cognoſcere. Magna eſt hic lis Geographis, in qua omnis eruditionis cardinem credas verſari, ubinam Danubius Iſtri nomen ſortiatur. Quanta res, quantis agitata motibus! *Cellarius* anxie exclamat: Quid ergo in tanto diſſenſu conſtituendum? Miſeros mortales, tantam qui rem tam ignorant turpiter! *Strabo* inde a fontibus uſque ad cataractas, qua per Dacos veteres & Mœſos fluit, Danubium dicit vocari. Aliter *Plinius*; *Ptolemæus* iterum aliter, & ita in infinitum uſque. Nos, niſi omnia nos fallunt, cum Autore *Strabonem* ſi fuerimus ſecuti, idem ſtatuerimus prope, quod *Cel-*

larius

larius tanto nisu, tanta animi angustia, definit: *Superiora fluminis Danubii nomen; inferiora Istri ferre, certum est.* Flumina regionis notiora sunt *Tibiscus*, *Abistus*, hodie *Niger*, (*Tscherna*) *Rhabon*, seu *Catarrhaban*, hodie *Schilus*. *Aluta* antiquum nomen retinuit. Ita *Ptolemæus*, qui præteriit Marin, vel Marum, clarum Scytharum amnem, de quo tamen non silet antiquissimus scriptorum *Herodotus*, cum adhuc Scythæ, qui penitissimam Daciam tenebant, Agathyrsi appellarentur. Oppida florentiora Daciæ fuere: *Sarmizegethusa*, regia, quam modo junctim, modo separatim, scribebant veteres. Significasse nihil aliud videtur, nisi urbem Gethusam a *Sarmize* conditam; reperti enim sunt aliquando nummi Regis *Sarmezis* in Transilvania. *Zamoscius*, olim Ægethusam ab *Ægeo*, Rege, conditore, dictam, putat. Interfluebat urbem Sargetia fluvius, hodie Strigus, Marusium petens. Neque tamen satis adhuc innotuit Geographis oppidi positus. Hodie aliis appellatur arcis locus (*Varhely*), aliis Sclavonico vocabulo *Gradischa*. *Zamoscius*, in valle Hatsegiensi (*Hatszeg*), in qua jacebat Sarmizegethusa, ex multis ruinis conjecit, plura fuisse oppida, interque illa Sergidavam, vel Singidavam, regiæ proximam, Petorium, Volmerium, alia. Sunt præterea notatu digniora Daciæ *Ulpianum*, subter *Rhuconium* apud Radvanum, quod Bistritio quadrat, *Amutrium*, ad ostium Alutæ amnis, (*Mikovara*) ultra Salinas orientem versus, propter eundem amnem *Augusta Prætoria* (Kezdi-Vasarhely), *Coloniam Perendanesiorum Panvinii*, quam *Ptolemæus* silet; *Anniam* (Enyed), *Comidava* (Des), *Devidava* (Deva). *Claudiopolis Cellario* est Napuca, *Hostilio* Zeugma, Autori cum *Baudrando* Patruissa. *Salinæ* Tordæ, *Napuca* arci novæ, quæ a *Samosio* nomen habet, Parolissa Zegenio, *Marcodana* Segesvaro, *Ziridana* Cibinio, sic satis respondent. Danda est tamen venia *Cellario*, viro eruditissimo, quod Marusium cum Rhabone confuderit tantis in tenebris rerum Dacicarum. *Sexto decimo* tandem, eoque ultimo, *Capite* Daciam Romanam & sacram illustrandam aggreditur Autor; atque hic primus se nobis *Decebalus* offert, a *Trajano*, cum maxima parte Daciæ, sub jugum missus. Pugnatum in campo cruciato, *Keresztesmezö*, quod

 pratum

pratum *Trajani* Valachi vocitant. Et, licet altera vice ſpiritus ſumeret Dacus, tamen fuſus iterum, ipſe vitam amiſit. De theſauris *Decebali* inventis monumentum ſequens loquitur: *Jovi inventori, Diti Patri, Terræ matri, detectis Daciæ theſauris, Cæſar Nerva Trajanus Aug. ſacrum poſuit.* Univerſam autem Daciam a Romanis ſubactam non fuiſſe, indicio eſt illud, quod in Moldavia & finitimis Romanæ antiquitatis veſtigia reperiantur nulla. Romana Dacia diviſa fuit in *Ripenſem*, quam Danubius alluit; in *Alpeſtrem*, ſeu Transalpinam; denique in *mediterraneam*, ſeu Transſilvanam. Provincia *Collia*, quam aliqua monumenta exhibent, Transalpinæ convenit. *Trajanus* primam coloniam in penitiſſima Dacia *Sarmizegethuſam* conſtituit, alteram *Apuli*, & hujus quidem non immutavit nomen, illam vero appellari voluit Ulpiam Trajanam. Tertia ejus colonia *Zernenſis* fuit, de qua *Ulpianus Lib. I de Cenſibus*, collocata Aurariæ in ripa Danubii, infra pontem illum decantatum, ubi hodie eſt Tſchernec, vel Severinum, (*Tſchernetz*,) terminus Hungariæ. Ducta erat hunc in locum, & propter pontis cuſtodiam, colonia, & propter aurum argentumque, Siſciam, aut in Italiam, tuto deportandum. *Claudiopolis* municipium fuit, immo ſexta *Trajani* colonia, quod reperta illic duplex Inſcriptio teſtatur. *Dio* quatuor in Dacia colonias memorat, *Ulpiam* Auguſtam, Aquarum vivarum (hodie *Arany-Kut*), Apulenſem, & Parendaneſiorum. Sed credimus nos monumentis Claudiopolitanis. Viæ, in Dacia mediterranea hinc & inde ſtratæ, de Romana magnificentia adhuc teſtantur; inprimis illa, a Siculorum foro (*Maros-Vaſarhely*) ad Orientem quæ tendit, ejus eſt ſtructuræ, ut imperitum vulgus cacodæmoni opus tribuat. Magnificentior quoque ceteris erat, ab Ulpia Trajana ad Apulum ducens, quadrato ſaxo complanata; quænam vero inter has ſit Clodia, quæ Annia, quæ Caſſia, quæ Geminia, illi, quibus felicior naſus contigit, odorentur, quantum volent, per nos licet. Romanis in Dacia dominantibus, tyranni turbare imperium cœperunt, adeo quidem, ut priores illi, quaſi re jam deſperata, præſidia ſua oppidis deduxerint, traduxerintque in Mœſiam trans Danubium. Illic geminas primum, deinde

quinas,

quinas, appellaverunt Dacias, mediterraneam, Ripenſem, Mœſiæ primam, Dardaniæ, & Prævalitanam. E quibus una fuit Conſularis, altera Salutaris, Præſidiales tres. Inciderat ea Romanorum transportatio in annum a Chriſto nato 273, antequam in *Zenobiam* moveret *Aurelianus*. Ante adhuc, quam in Mœſiam Romani transmigrarent, Gothi plures e Scandinavia, ſeu Gotlandia, egreſſi, in Borealem Daciam penetravere, præſidiisque eam ſubinde occupavere; uſque dum penitus ſtipendiarios facerent Romanos. Sub finem *Capitis*, de Dacia ſacra, Autor ſubjungit de Divo *Andrea* Apoſtolo quædam, de Gothorum Epiſcoporum in Concilio Nicæno primo A. 325 præſentia, atque inde concludit, Romanorum temporibus Chriſtianam religionem altiores jam illic radices egiſſe. Primi omnium, qui ſacra hæc amplexi ſunt, Beſſi fuere & Gothi. Finit *Caput* & librum Autor quæſtione illa de *Ovidii obitu* & ſepulcro. *Bruſchius* Sabariæ tumulatum Veneris ſacrificulum hunc credit, alii Temeſuari ſepultum credunt. Certius eſt, quod *Euſebius* narrat in *Chronico*, defunctum eſſe *Ovidium* anno *Tiberii Cæſaris* IV, a nato Chriſto XVII. Sepulcro autem illatum Tomis, oppido inferioris Mœſiæ.

Atque iſtud eſt, quod *Liber I* continet. Quæ *duo* reliqui habeant, non niſi per ſumma capita jam referemus. *Libri II*, qui agit de Hunnis & Hunno-Avaribus, *Caput 1* de Gothis, inter ſe armis decertantibus, multis Chriſtianæ militiæ adſcriptis, Hunnorumque adventu, diſſerit; *Caput 2* de regione, unde prodierunt Hunni; *Caput 3* de geſtis Gothorum, ſedes quærentium, de D. *Urſula*, deque Hunnis aliquibus factis Chriſtianis; *Caput 4* de geſtis Hunnorum, uſque ad regnum *Attilæ*; *Caput 5* de geſtis *Attilæ*; *Caput 6* de geſtis Hunnorum a morte *Attilæ*; *Caput 7* de Avarum, ſive Abarorum, in Daciam adventu; *Caput 8* de geſtis Hunno-Avarum, Imperatoribus *Juſtino* & *Tiberio Conſtantino*, id eſt, ab anno Chriſti nati 565 ad annum 583; *Caput 9* de geſtis Hunno-Avarum, principibus *Mauritio* & *Phoca*; *Caput 10* de geſtis Hunno-Avarum ætate *Heraclii* Cæſaris; *Caput 11* de geſtis Hunnorum & Sclavorum uſque ad regnum *Caroli Magni*; *Caput 12* de regionibus Hunnorum, & commentitio Hunga-

rorum adventu; *Caput 13* de bello *Caroli Magni*, Francorum Regis, Hunno-Avaribus exitiali; *Caput 14* de Hunno-Avaribus perdomitis, & ad sacra Christianorum adductis, Sclavis item, Marcomannorum & Quadorum progenie, Episcopis utrique genti datis; *Caput 15* de rebus Sclavorum, Hunnorum, ac aliis, se offerentibus ab anno Christi nati 828 ad 866; *Caput 16* de S. S. *Cyrillo* & *Methodio*, Sclavorum Apostolis; *Caput 17* de gestis *Suentopulchri*, qui aliis *Zventibaldus*, aliis *Suatoplugus*, vel *Suatoplucus*, aliis aliter, dicitur. *Libri tertii*, de motu Hunnorum, sive de Hungaris, *Capite 1* de adventu Hungarorum sententiæ Autorum expenduntur; *Cap. 2* de gestis agitur Hungarorum usque ad finem *Arnulphi*, Regis; *Cap. 3* de gestis Hungarorum ab anno 900 ad 914, cumprimis vero de subacta ab iis Pannonia, terrisque Iazygum, Metanastarum, & Quadorum; *Cap. 4* de cladibus, per Hungaros exteris gentibus illatis, & vicissim acceptis, ab anno 915 ad 954; *Cap. 5* de horribili clade Hungarorum, patrata A. 955; *Cap. 6* de iis, quæ apud Ungaros & Sclavos consequentibus annis acta sunt; *Cap. 7* de rebus *Geisæ*, sive *Gaisæ*, ducis, & incremento Christianæ religionis apud Ungaros; *Cap. 8* de ceteris rebus Ungaricis usque ad annum 1000. Quæ singula qui volet accuratius pernoscere, ipsum Autorem legat; nobis satis fuit summa *Libri I* capita delibare. Reliqua eadem elegantia, eodem judicio, *Timon* noster prosequitur; &, si ex ungue leonem, e libri certe exordio antiquæ & novæ Hungariæ Autorem, ipsamque Commentationem, dignoscas.

JO. FRID. BOECKELMANNI, JCTI ET ANtecessoris, Tractatus posthumus de Differentiis Juris Civilis, Canonici, & hodierni. CORNELIUS VAN ECK, JCtus & Autecessor, edidit, recensuit, & Præfatione auxit. EVERARDUS OTTO, JCtus & Antecessor, in usum Auditorum, Notis illustravit, & JOACH. HASSÆI, JCti, Differentias Juris Civilis & Canonici adjecit.

Trajecti ad Rhenum, apud viduam & filios G. Kribber, 1737, 8 maj. Alph. 1 plag. 6½.

Utilissi-

Utilissimus hic liber est, & iis de meliori nota commendandus, qui ad Juris Canonici disciplinam appellere animum volunt. Cum enim alias in addiscendo cum Civili, tum Pontificio, Jure facile oriri rerum confusio possit, diligenter hic docetur atque ostenditur, quomodo unum ab altero recte feliciterque debeat secerni. Novis igitur meritis rem eruditorum publicam devinxit sibi Amplissimus *Otto*, quod suo eundem studio comtiorem auctioremque in manus tironum iteratis typis tradiderit. Invenient etiam provectiores, quæ suos convertere in usus queant. Præmisit enim Vir Celeberrimus Præfationis instar prolusionem copiosam, & rerum delectu & dictionis elegantia præclaram, in qua ad Jus Canonicum studiosius pertractandum graviter cohortatus est Auditores suos. Et id quidem per hæc tempora eo videbatur magis necessarium, quoniam communis fere totum Belgium opinio oppleverat, nullius esse usus Juris Canonici studium, postquam Pontifici Romano, ejusque sanctionibus, unice ad Hierarchiam sedisque suæ prærogativam stabiliendam directis, valedixerit illa provincia. *Sed, aliter se rem habere, turpissimeque falli*, qui hanc animo *sententiam imbiberunt, non sine* argumentorum pondere luculenter comprobavit laudatissimus *Otto.* Idem singulis paginis eruditissimas observationes, calamo quondam ab Auditoribus exceptas, adjecit, partim ut dictandi scribendique onere levarentur illi, partim ut amplior ipsi de rebus notatu dignis differendi, quædam etiam curatius rimandi, campus aperiretur. Sic v. g. *pag. 72 seq.* de jure decimarum; *pag. 204 seq.* de variis jurandi modis ac formulis apud paganos veteres & Christianos; *pag. 268* de origine ac pœna criminis Sodomitici; & *pag. 319 seq.* de jurejurandi ritu ad SS. Evangelii tactum, non trita nobis ac proletaria videtur protulisse. Plura non addimus. Quis enim *Ottonem* ignorat, & quis unquam legit scriptum, ex politissimo ejus ingenio profectum, quin solennem illam inscriptionem: πάντα καλῶς! læto hilarique animo praefixerit? Gratulentur sibi omnes, quibus ab ore tanti Viri pendere contigit olim. Utinam modo in Academicis laboribus consenescere eidem datum fuisset! *In alio* enim, eoque altiori, dignitatis gradu nunc apud *Bremenses* constitutus,

ſtitutus, vix tantum habiturus otii videtur, ut novis ingenii monumentis novum ſibi decus conciliet, quod ſane non poteſt non ægre graviterque ferre eorum JCtorum ordo, qui elegantioribus Muſis delectantur, nec in ſolis *Maſcardi* aliorumque id genus hominum doctrinis acquieſcunt.

GE. HENR. AYRERI, D. SERENISS. AC POTENtiſſimi M. Britann. Regis atque Electoris Brunſuico-Luneburgenſis a Conſiliis, & in Academia Georgia Auguſta Juris Publ. Prof. Ord. Commentatio Juris Eccleſiaſtici publici, Jus primariarum precum, quam late patet, ex genuinis fontibus deductum, & ad amuſſim legum Imperii fundamentalium, Actorum publicorum, Statutorumque Capitularium, examinatum, ipſis rerum argumentis illuſtrans. Juncta eſt Appendix documentorum, huc ſpectantium, cum Indice Autorum ac rerum locupletiſſimo.

Gottingæ, apud Abrahamum van den Hœck, Academiæ typographum, 1741, 4.

Alph 2 plag. 22.

Satis ſuperque argumentum hoc jam olim a Viris doctioribus explicatum eſſe credent, qui, ex rubro de ſcripti cujusque dignitate exiſtimandi, dictatoriam ſibi poteſtatem ſumunt. Longe autem aliter judicabunt, qui, ad legendum hunc ſane egregium libellum converſi, ordinem in recenſendis, examinandis, & decidendis, quæſtionibus animadvertent, & additam Operi Appendicem documentorum maximam partem adhuc ineditorum, non ſolum plenam optimarum rerum, ſed ad magnum etiam legentium uſum accommodatam, intelligent; quo facto, minime eſt dubium, quin Opus hoc doctiſſimo Autore ſuo judicaturi ſint digniſſimum. *Sex Capitibus* Celeb. Autor omne hoc, quantumvis
Pag. 1. grave, argumentum exhauſit; quorum *primum de origine Juris primariarum precum* inſcriptum eſt. Dictæ ſunt hæ *preces* ab Imperatoris, vel alius Principis, perſona, pro aliis intercedente; *primariæ* autem nominantur non tam ab effectu, quam potius, quia ſemel,

ſemel, non bis aut ſæpius, ab uno eodemque ad unam eandemque eccleſiam conferuntur. His fundamenti loco poſitis, variorum, Pag. 8.
qui de *precibus primariis* ſcripſerunt, definitiones, admodum inter ſe diverſas, prout jus ipſum Cæſari, Regi Romanorum, & Vicariis, tribuerunt, Noſter recenſet, a quibus tamen omnibus ita abire ei viſum eſt, ut illud non Reſervatum Imperatoris 11.
tantum, ſed facultatem etiam Principibus Imperii competentem, dicat, ideoque definiendum cenſeat, quod ſit *facultas, iis, qui juribus majeſtaticis gaudent, & una perſona conſtant, adeoque mutari poſſunt, competens, perſonam idoneam in quolibet Capitulo vel monaſterio, ubi uſu receptum eſt, ſine iteratione ad beneficium eccleſiaſticum præſentandi.* Quod ad originem, ſunt quidem plerique, qui jus hoc ex jure majeſtatis, eique annexo ſacrorum, deducunt; ſed vix ſententia hæc rerum peritis ſatis ſe probabit, quia poteſtas Principum, præcipue circa ſacra, in 14.
conferendis beneficiis eccleſiaſticis reſtricta ſæpe deprehenditur, ideoque ex conſuetudinis jure derivandum potius eſſe Cel. Autori videtur. *Totam eccleſiam* a primis Chriſtiani cultus incu- 16.
nabulis *Clericos elegiſſe*, mox vero Epiſcopos hanc ſibi ſolis curam & poteſtatem vindicaſſe, & novum electum ordinaſſe, ſatis conſtat. Poſtquam vero ipſi Imperatores Chriſto nomen dederunt, ſumma rerum eccleſiaſticarum moderatio ab ipſis pependit, ita, ut perſonas eccleſiis præficiendas & conſecrandas ad Epiſcopos miſerint. Eandem Majeſtatis circa nominationem Epiſcoporum aliorumque Presbyterorum exercendæ curam adhibuerunt Francorum, tam Merovingicæ, quam Carolingi- 17.
cæ proſapiæ, Reges. Plures etiam beneficio *Conradi I, Hen-* 21.
rici I, Ottonis M., & ſequentium Regum ac Imperatorum, con- 22.
ſtitutos, vel, neceſſitate id urgente, depoſitos fuiſſe Clericos minoris & majoris ordinis, imo & ſummos Sedis Romanæ Præſules, conſtat, licet negandum non ſit, omnem Pontifices de eripiendo hoc Imperatoribus jure lapidem moviſſe. Ferreo quidem 26.
ſæpe pectore ictus fulminis Romani exceperunt & repulſerunt Imperatores, jusque circa ſacra tam carum atque juſtum, & cum eo conjunctam conſtituendi Clerum omnis dignitatis, & conferendi beneficia eccleſiaſtica, facultatem, tuiti ſunt; ſed vi-

cit

cit tandem anilis & superstitiosus ille anathematis metus *Henricum V*, Imperatorem, ut, pacto cum *Calixto II*, Pontifice, A. 1122 in Comitiis Wormatiensibus inito, *Deo & S. S. Apostolis, Petro & Paulo, sanctæque catholicæ Ecclesiæ, omnem investituram*
Pag. 27. *per baculum & annulum remitteret.* Bene injustitiam & iniquitatem cessionis hujus extortæ animadvertebant Imperatores sequentes, *Lotharius, Fridericus I*, ceterique, &, varios Episcopos aliosque Clericos constituendo, postliminii jure recuperare
29. sua magno opere studebant; sed effectu carebant conatus illi, nihil ipsis remanente, nisi vano & satis oneroso *Advocatorum Ecclesiæ* titulo, cujus prætextu in Ecclesiis, præcipue a se fundatis, personas ad beneficia nominabant & præsentabant; unde primariæ preces ortæ, & ad alias ecclesias, ab ipsis non fundatas,
34. extensæ, sensim in jus perfectum abierunt. Ex hisce ergo præmissis Cel. Autor ulterius deducit, *fundamentum juris primariarum precum esse consuetudinem*, ad quam & in Rescriptis suis *Rudolphus I, Carolus IV, Wenceslaus, Sigismundus, Carolus V*,
37. & reliqui, provocarunt. Non ergo sententiæ B. *Gribneri* accedit, ex potestate circa sacra illud deducentis, utpote cui se-
38. cundum ante dicta renuntiarunt Imperatores. Nec magis favet sententiæ eorum, qui ex ipsa fundatione Ecclesiarum illud derivant. Non enim omnes Episcopatus & Cœnobia, in Germania sita, ab Imperatoribus fundata sunt, & tamen in dubio in omnibus jus hoc exercent, nisi exceptio doceri possit. Similiter iis, qui
40. ex coronatione peracta illud oriri volunt, assensum denegat, coronationem Romanam dudum jam cessasse, Germanicam vero Imperatori nihil novi tribuere, cum omnia jam ex electione jura ha-
41. beat, præclare docens. Omnium autem minime habent, cur Autoris sibi suffragium promittant, qui ex dignitate Imperatorum canonicali, quam in quibusdam Capitulis susceperunt olim, & hodienum suscipiunt, illud jus deducunt, cum vix ratio, a quibusdam Capitulis ad reliqua omnia concludendi, locum habere
42. possit. Sed magis anceps est quæstio: an ex beneficio Pontificis illud jus Imperator hodie exerceat. Ita post plures asseveravit *Conr. Oligenius*, vel, qui sub ejus nomine latet, *Justus Fontanini*, cujus tamen argumenta solide B. *Gribnerus* noster

aliique

aliique eliserunt. Bullæ enim curiæ Romanæ, facultatem hanc largiter Imperatoribus concedentes, nihil ad rem faciunt, cum ipsum primariarum precum jus iis tanquam facultas propria jam competat. Id ergo potius probare debuisset *Fontanini*, Imperatorem aliquem, concessionem Curiæ Romanæ negligere volentem, ob contradictionem ejus sententiam mutasse, atque hoc modo indultum sibi expetiisse; quod tamen, cum doceri Pag. 49.
non possit, optimo jure consensum Pontificis ad exercendum jus primariarum precum tanquam superfluum neglexerunt recentiores Imperatores, interque eos præcipue D. *Josephus* A. 55.
1705. *Capite II* Autor Celeberrimus *Jus primariarum precum Imperatoris Romani, ejusque exercitium determinatum*, exponit. Ambigebatur post sancitam in Imperio pacem religiosam, an 63.
Imperatori in Collegiis Augustanæ Confessionis juris sui usus quidam superesset. Ratio enim dubitandi tunc temporis ex eo desumebatur, quod, Imperatorem illud non nisi ex indulgentia Sedis Romanæ habere, putarunt, id quod merito, ob rationem supra allatam, rejicitur. Unde & in *I. P. O. Art. V §. 18 & 26* Im- 66.
peratori *jura sua sunt reservata*, addita hac restrictione, ut præcipue in *fundationibus* mediatis secundum possessionem anni 1624 72.
exerceantur. Ipsum tamen eorum exercitium præcise ad 1 Jan. 74.
restringere, iniquum Conf. Autori videtur eodem modo, quo alii, nimis extendendo, peccare videntur, qui Imperatori jus 75.
primariarum precum in omnibus fundationibus, ubi illud ante 1 Jan. anni 1624 quocunque demum tempore exercuerit, tribuunt; quorum rationes & recensuit diligenter, & doctissime refutavit, docens inprimis, vocabulum *exercuit* in I. P. O. non de fa- 91.
cultate exercendi, sed de ipso exercitio, ejusque possessione, intelligendum esse. Interim ab altera parte extensivam interpre- 94.
tationem eatenus admittit, ut Imperator in quieta juris sui possessione relinquendus sit, si modo precista d. 1 Jan. anni 1624 adhuc vixerit, ipso quamvis beneficio nondum percepto, sed tantum non recusato; licet ceteroquin preces suas v. g. a *Mat-* 97.
thia Imperatore jam obtinuerit. In fine hujus *Capitis* exempla quædam precum Cæsarearum, a variis terrarum Brunsuicensium & Osnabrugensium Cœnobiis mediatis ob rationes antea recen-

 sitas

Pag. 106. sitas rejectarum, annectuntur. *Caput III de Jure primariarum precum Regis Romanorum & Vicariorum* inscriptum est. Regi Romanorum qua tali nullum jus primariarum precum tribui potest, nisi forsan Imperator illud ipsi delegaverit. Majestate enim reali hactenus caret. Sed magis anceps est quæstio: an
109. Vicariis Imperii competat. Pro sententia affirmativa omnino
112. militat 1) natura officii Vicariorum, & regula satis nota: Quæcunque jura competunt Imperatori, ea nec Vicariis Imperii de-
114. negantur, nisi exceptio lege Imperii definita doceatur. 2) Ipsa *A. B. Cap. V §. 1* expressis verbis potestatem ad beneficia ec-
115. clesiastica præsentandi ipsis attribuit. 3) Accedunt praxis & exempla. Sed, non attentis his, res ab aliis in dubium voca-
126. tur, imo negatur, quibus & ipse Autor, post longam argumentorum recensionem, tacite subscribere videtur. Sed longiora hæc sunt, quam ut recenseri, aut sub examen vocari, hoc loco
132. possint. Majori contra fundamento Principes Imperii juris hujus in terris suis participes facere conatur Consultiss. Autor in *Cap. IV, de Jure primariarum precum Principum Imperii* inscripto; non quidem vi superioritatis territorialis: alias enim precibus ad Capi-
136. tula directis non indigerent; neque ob fundationes vel dotationes ecclesiarum: non enim omnes in territoriis hodie sitas
141. fundarunt; neque ob jus Episcopale: cum ex communi regula ne quidem ad Episcopum, sed ad Capitulum, præbendarum collatio spectet; sed ob eandem, ob quam Imperatori compe-
145. tit, consuetudinem antiquam. Proinde graviter errare Autori videntur JCti Brandenburgenses, qui Serenissimo Electori suo illud tanquam jus singulare tribuunt, quod omnibus reliquis
148. Imperii Principibus commune est. Idem enim Electorem & Duces Brunsuicenses in variis terrarum suarum Cœnobiis, & in-
151. primis Sereniss. Hanoveranum Electorem, qua Archiepiscopum Bremensem, in Capitulo Hamburgensi, hodienum exercere, ex actibus variis, ubi frustra contradicere conati sunt nonnulli
172. probat Autor. In *Cap. V de Jure primariarum precum Augustarum Conjugumque Principum Imperii* differit. Sicuti enim Germani Imperatores Augustas suas præclaris honoribus exornare semper consueverunt; ita & quæstio inter eruditos agitata fuit

fuit: an non idem primariarum precum honos Imperatrici tribui possit. Recte monet quidem Cel. Autor, Diploma *Eleonoræ*, uxoris *Friderici III*, Imperatoris, quo plerique sententiæ suæ fidem facere student, ambiguum esse; sed ex alia *Annæ*, *Caroli IV*, Imperatoris, uxoris, charta, quam B. *Jo.* Pag. 177.
Burch. Menckenius in *Scriptoribus rer. Germ. pag.* 2011 ex Codice chartaceo Bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis publici juris fecit, & quam ex eo in *Appendice Diplomatum num.* 81 apposuit Autor, omnino probari id potest. Moderate tamen simul addit, non aliter, quam accedente vel expressa vel tacita mariti concessione, hoc fieri debere, quod & 178.
sæpius ita contigisse probat. Inde ulterius sequitur, mortua prima uxore, secundam illud iterata vice exercere non posse, cum Imperator in uxorem plus transferre non possit, quam ipse habet. Probato ergo hoc, eodem jure, eodemque modo, 179.
conjuges Principum Imperii gaudere concludit. In ultimo *Cap. VI*, quod *de beneficiis, ad preces primarias spectantibus, effe-* 182.
ctu illarum, precistæ qualitate & officio, precum amissione, & reliquis quæstionibus, huc pertinentibus, agit, argumenta lectu dignissima continentur. Sed ob fines brevitatis nobis propositos sufficiat, tribus tantum verbis de his dicere, quo sic salivam lectori moveamus ad librum ipsum diligentius inspiciendum. Monstrat hic Autor, quænam beneficia preces primariæ afficiant. Agit de modis vocationis, & de diversitate mensium, quibus beneficia vacant. Recenset effectus primariarum precum, & quid tam generatim, quam speciatim, intuitu natalium in precista requiratur. Nec de jure dispensandi circa statuta, de conditionibus, precibus adjectis, de insinuatione precum, de optione præbendæ, & de concursu duorum precistarum, dicere omittit. Ostendit porro, preces primarias non morte concedentis, sed precistæ, exspirare. Claudit tandem librum suum, agendo de renunciatione & revocatione precum, de earum cessione, & de causæ cognitione in precibus controversis. Hæc sunt summa argumenta libri doctissimi, & omnibus Juris publici studiosis vehementer commendandi. Huic adjecit Cel. Autor Spicilegium C Chartarum varii generis, prolata probantium, & in gravi

Z 2 hoc

hoc argumento multum omnino momenti habentium. Illud addimus, & addi, pro humanitate sua, patietur Autor, eo in loco, ubi de jure primariarum precum Vicario Saxoniæ competente differit, non videri eum rem acu tetigisse, nec, qui faciant cum ipso, adeo multos habiturum.

DE PULSIBUS AC URINIS FASCICULUS INdicatorius, omni perutilis, qui se Medicinæ dicat, sive Memoriale, hoc est, succincti Canones practici, ad praxin medicam facilitandam collecti, sibi atque aliis conscripti, a CONRADO ZUMBAG DE KOESFELT, Med. Doct. Poliatr. Lugd. Batav. atque ibidem Coll. Med. ad res obstetr. ac chirurg. Assessore, Soc. Reg. Boruss. Sodali.

Lugduni Batavorum, apud Gerardum Potuliet, 1741, 8.

Plag. 10.

Quoniam de morbis ex pulsuum urinarumque conditione maxime fit judicium, bene agit Medicus, si illam memori semper mente teneat, ejusque rationem in omni morbo diligenter habeat. Labili igitur consulturus memoriæ Cl. Autor, omnia, quæ eo pertinent, ex præstantissimis Autoribus conquisita & collecta, in libellum hunc mole exiguum, quanta fieri potuit, brevitate contraxit, quem nunc ad publicos usus divulgat, ut omnes id emolumenti ex eo capiant, quod ipsemet jam tot annos & secum alii perceperunt. *Capitis I parte 1* de pulsuum diagnosi speciali, ex singulis morbis speciatim desumta, acturus, ordine alphabetico morbos, & qualis in iis observetur pulsus, indicat; *parte* autem *2* pulsuum diagnosin generalem a tactu & sensione exponit, e. g. pulsus durus quibus in morbis occurrat. *Capitis II*, quod agit de urinis, *parte 1* uroscopium particulare tradit, in quo urinæ, earumque conditiones variæ, pro singulis morbis, ordine itidem alphabetico consignatis, sigillatim describuntur; *parte* autem *2* uriscopium universale exhibet, ut ex urina, e. g. cruda, flava, &c. morbi, eorumque causæ, conjiciantur. Denique *Cap. III* pra-

praxeos generalia subjungenda putavit, ubi, novem segmentis per ordinem morborum eundo, indicat, quibus purgantia, vomitoria, sudorifera ac diaphoretica, diuretica, venæsectiones, clysteres, opiata, vesicatoria, & ptyalismus, conveniant.

JO. ERNESTI HEBENSTREIT, MED. DOCT. Anatomiæ & Chirurgiæ Professoris Publici Ordinarii, Academiæ Imperialis Naturæ Curiosorum & Gallicæ Massiliensis Sodalis, de Vermibus, Anatomicorum administris, Commentatio.

Immortalis famæ Vir, *Fridericus Ruyschius*, postquam arte sua, vasa corporum cera replendi, Anatomen ad rerum culmen evexit, tam utilitati scholarum, quam ornamento Museorum, supellectilem struxit, quam ipso equidem magistro nemo unquam elegantiorem habuit, quam tamen haud pauci ex discipulis assecuti haud infeliciter fuerunt. Mirabantur eo tempore omnes Viri dexteritatem, qua vasa ceris farcta luculenter exponere, & ex viscerum medio habitu, parenchyma dicto, exsculpere, breviore, quam scalpello fieri potuit, opera, solebat. Admirabilis illa res visa fuit omnibus, & fascinationi perquam similis, donec, prout in novarum rerum enarrationibus fieri solet, summi artificii admiratio fere in ludibrium abiit, postquam intellectum est, quos summi ingenii Vir satellites suos & operis administros appellare solebat, vermes esse carnium destructores. De satellitibus hisce suis quædam memoriæ prodidit in Curis renovatis, seu Thesauro Anatomico post curas posteriores novo, edito Amstelodami A. 1728, 4. Expertus sum animalculorum istorum industriam cum damno hactenus, cum aliqua utilitate, postquam eorum forficulis in commoditates meas uti cœpi, nuper. Cum enim hepar infantis, quod vena umbilicali ceram acceperat, negligentius haberem, jucundissimum subito spectaculum percepi, cum vasa visceris, quæ venam portæ attinent, nuda, recte ordinata & integra, quousque cera abiverat, contemplarer. In opere suo versabantur imo viscere reconditi ascarides, &, quod ubique esset cera vacuum, rode-

ſtitutus, vix tantum habiturus otii videtur, ut novis ingenii monumentis novum ſibi decus conciliet, quod ſane non poteſt non ægre graviterque ferre eorum JCtorum ordo, qui elegantioribus Muſis delectantur, nec in ſolis *Maſcardi* aliorumque id genus hominum doctrinis acquieſcunt.

GE. HENR. AYRERI, D. SERENISS. AC POTENtiſſimi M. Britann. Regis atque Electoris Brunſuico-Luneburgenſis a Conſiliis, & in Academia Georgia Auguſta Juris Publ. Prof. Ord. Commentatio Juris Eccleſiaſtici publici, Jus primariarum precum, quam late patet, ex genuinis fontibus deductum, & ad amuſſim legum Imperii fundamentalium, Actorum publicorum, Statutorumque Capitularium, examinatum, ipſis rerum argumentis illuſtrans. Juncta eſt Appendix documentorum, huc ſpectantium, cum Indice Autorum ac rerum locupletiſſimo.

Gottingæ, apud Abrahamum van den Hoeck, Academiæ typographum, 1741, 4.

Alph 2 plag. 22.

Satis ſuperque argumentum hoc jam olim a Viris doctioribus explicatum eſſe credent, qui, ex rubro de ſcripti cujusque dignitate exiſtimandi, dictatoriam ſibi poteſtatem ſumunt. Longe autem aliter judicabunt, qui, ad legendum hunc ſane egregium libellum converſi, ordinem in recenſendis, examinandis, & decidendis, quæſtionibus animadvertent, & additam Operi Appendicem documentorum maximam partem adhuc ineditorum, non ſolum plenam optimarum rerum, ſed ad magnum etiam legentium uſum accommodatam, intelligent; quo facto, minime eſt dubium, quin Opus hoc doctiſſimo Autore ſuo judicaturi ſint digniſſimum. *Sex Capitibus* Celeb. Autor omne hoc, quantumvis
Pag. 1. grave, argumentum exhauſit; quorum *primum de origine Juris primariarum precum* inſcriptum eſt. Dictæ ſunt hæ *preces* ab Imperatoris, vel alius Principis, perſona, pro aliis intercedente; *primariæ* autem nominantur non tam ab effectu, quam potius, quia ſemel,

ſemel, non bis aut ſæpius, ab uno eodemque ad unam eandemque
eccleſiam conferuntur. His fundamenti loco poſitis, variorum, Pag. 8.
qui de *precibus primariis* ſcripſerunt, definitiones, admodum
inter ſe diverſas, prout jus ipſum Cæſari, Regi Romanorum, &
Vicariis, tribuerunt, Noſter recenſet, a quibus tamen omni-
bus ita abire ei viſum eſt, ut illud non Reſervatum Imperatoris 11.
tantum, ſed facultatem etiam Principibus Imperii competentem,
dicat, ideoque definiendum cenſeat, quod ſit *facultas, iis, qui
juribus majeſtaticis gaudent, & una perſona conſtant, adeoque mu-
tari poſſunt, competens, perſonam idoneam in quolibet Capitulo
vel monaſterio, ubi uſu receptum eſt, ſine iteratione ad benefi-
cium eccleſiaſticum præſentandi.* Quod ad originem, ſunt qui-
dem plerique, qui jus hoc ex jure majeſtatis, eique annexo
ſacrorum, deducunt; ſed vix ſententia hæc rerum peritis ſatis
ſe probabit, quia poteſtas Principum, præcipue circa ſacra, in 14.
conferendis beneficiis eccleſiaſticis reſtricta ſæpe deprehenditur,
ideoque ex conſuetudinis jure derivandum potius eſſe Cel. Au-
tori videtur. *Totam eccleſiam* a primis Chriſtiani cultus incu- 16.
nabulis *Clericos* elegiſſe, mox vero Epiſcopos hanc ſibi ſolis
curam & poteſtatem vindicaſſe, & novum electum ordinaſſe,
ſatis conſtat. Poſtquam vero ipſi Imperatores Chriſto nomen
dederunt, ſumma rerum eccleſiaſticarum moderatio ab ipſis pe-
pendit, ita, ut perſonas eccleſiis præficiendas & conſecrandas ad
Epiſcopos miſerint. Eandem Majeſtatis circa nominationem
Epiſcoporum aliorumque Presbyterorum exercendæ curam ad-
hibuerunt Francorum, tam Merovingicæ, quam Carolingi- 17.
cæ proſapiæ, Reges. Plures etiam beneficio *Conradi I, Hen-* 21.
rici I, Ottonis M., & ſequentium Regum ac Imperatorum, con- 22.
ſtitutos, vel, neceſſitate id urgente, depoſitos fuiſſe Clericos mi-
noris & majoris ordinis, imo & ſummos Sedis Romanæ Præſules,
conſtat, licet negandum non ſit, omnem Pontifices de eripien-
do hoc Imperatoribus jure lapidem moviſſe. Ferreo quidem 26.
ſæpe pectore ictus fulminis Romani exceperunt & repulſerunt
Imperatores, jusque circa ſacra tam carum atque juſtum, &
cum eo conjunctam conſtituendi Clerum omnis dignitatis, &
conferendi beneficia eccleſiaſtica, facultatem, tuiti ſunt; ſed vi-
cit

cit tandem anilis & superstitiosus ille anathematis metus *Henricum V*, Imperatorem, ut, pacto cum *Calixto II*, Pontifice, A. 1122 in Comitiis Wormatiensibus inito, *Deo & S. S. Apostolis, Petro & Paulo, sanctæque catholicæ Ecclesiæ, omnem investituram*
Pag. 27. *per baculum & annulum remitteret.* Bene injustitiam & iniquitatem cessionis hujus extortæ animadvertebant Imperatores sequentes, *Lotharius*, *Fridericus I*, ceterique, &, varios Episcopos aliosque Clericos constituendo, postliminii jure recuperare
29. sua magno opere studebant; sed effectu carebant conatus illi, nihil ipsis remanente, nisi vano & satis oneroso *Advocatorum Ecclesiæ* titulo, cujus prætextu in Ecclesiis, præcipue a se fundatis, personas ad beneficia nominabant & præsentabant; unde primariæ preces ortæ, & ad alias ecclesias, ab ipsis non fundatas,
34. extensæ, sensim in jus perfectum abierunt. Ex hisce ergo præmissis Cel. Autor ulterius deducit, *fundamentum juris primariarum precum esse consuetudinem*, ad quam & in Rescriptis suis *Rudolphus I*, *Carolus IV*, *Wenceslaus*, *Sigismundus*, *Carolus V*,
37. & reliqui, provocarunt. Non ergo sententiæ B. *Gribneri* accedit, ex potestate circa sacra illud deducentis, utpote cui se-
38. cundum ante dicta renuntiarunt Imperatores. Nec magis favet sententiæ eorum, qui ex ipsa fundatione Ecclesiarum illud derivant. Non enim omnes Episcopatus & Cœnobia, in Germania sita, ab Imperatoribus fundata sunt, & tamen in dubio in omnibus jus hoc exercent, nisi exceptio doceri possit. Similiter iis, qui
40. ex coronatione peracta illud oriri volunt, assensum denegat, coronationem Romanam dudum jam cessasse, Germanicam vero Imperatori nihil novi tribuere, cum omnia jam ex electione jura ha-
41. beat, præclare docens. Omnium autem minime habent, cur Autoris sibi suffragium promittant, qui ex dignitate Imperatorum canonicali, quam in quibusdam Capitulis susceperunt olim, & hodienum suscipiunt, illud jus deducunt, cum vix ratio, a quibusdam Capitulis ad reliqua omnia concludendi, locum habere
42. possit. Sed magis anceps est quæstio: an ex beneficio Pontificis illud jus Imperator hodie exerceat. Ita post plures asseveravit *Conr. Oligenius*, vel, qui sub ejus nomine latet, *Justus Fontanini*, cujus tamen argumenta solide B. *Gribnerus* noster

aliique

aliique eliserunt. Bullæ enim curiæ Romanæ, facultatem hanc largiter Imperatoribus concedentes, nihil ad rem faciunt, cum ipsum primariarum precum jus iis tanquam facultas propria jam competat. Id ergo potius probare debuisset *Fontanini*, Imperatorem aliquem, concessionem Curiæ Romanæ negligere volentem, ob contradictionem ejus sententiam mutasse, atque hoc modo indultum sibi expetiisse; quod tamen, cum doceri Pag. 49.
non possit, optimo jure consensum Pontificis ad exercendum jus primariarum precum tanquam superfluum neglexerunt recentiores Imperatores, interque eos præcipue D. *Josephus* A. 55.
1705. *Capite II* Autor Celeberrimus *Jus primariarum precum Imperatoris Romani, ejusque exercitium determinatum*, exponit. Ambigebatur post sancitam in Imperio pacem religiosam, an 63.
Imperatori in Collegiis Augustanæ Confessionis juris sui usus quidam superesset. Ratio enim dubitandi tunc temporis ex eo desumebatur, quod, Imperatorem illud non nisi ex indulgentia Sedis Romanæ habere, putarunt, id quod merito, ob rationem supra allatam, rejicitur. Unde & in *I. P. O. Art. V §. 18 & 26* Im- 66.
peratori *jura sua sunt reservata*, addita hac restrictione, ut præcipue in *fundationibus* mediatis secundum possessionem anni 1624 72.
exerceantur. Ipsum tamen eorum exercitium præcise ad 1 Jan. 74.
restringere, iniquum Cons. Autori videtur eodem modo, quo alii, nimis extendendo, peccare videntur, qui Imperatori jus 75.
primariarum precum in omnibus fundationibus, ubi illud ante 1 Jan. anni 1624 quocunque demum tempore exercuerit, tribuunt; quorum rationes & recensuit diligenter, & doctissime refutavit, docens inprimis, vocabulum *exercuit* in I. P. O. non de fa- 91.
cultate exercendi, sed de ipso exercitio, ejusque possessione, intelligendum esse. Interim ab altera parte extensivam interpre- 94.
tationem eatenus admittit, ut Imperator in quieta juris sui possessione relinquendus sit, si modo precista d. 1 Jan. anni 1624 adhuc vixerit, ipso quamvis beneficio nondum percepto, sed tantum non recusato; licet ceteroquin preces suas v. g. a *Mat-* 97.
thia Imperatore jam obtinuerit. In fine hujus *Capitis* exempla quædam precum Cæsarearum, a variis terrarum Brunsuicensium & Osnabrugensium Cœnobiis mediatis ob rationes antea recen-

Z sitas

Pag. 106. ſitas rejectarum, annectuntur. *Caput III de Jure primariarum precum Regis Romanorum & Vicariorum* inſcriptum eſt. Regi Romanorum qua tali nullum jus primariarum precum tribui poteſt, niſi forſan Imperator illud ipſi delegaverit. Majeſtate enim reali hactenus caret. Sed magis anceps eſt quæſtio: an
109. Vicariis Imperii competat. Pro ſententia affirmativa omnino
112. militat 1) natura officii Vicariorum, & regula ſatis nota: Quæcunque jura competunt Imperatori, ea nec Vicariis Imperii de-
114. negantur, niſi exceptio lege Imperii definita doceatur. 2) Ipſa *A. B. Cap. V §. 1* expreſſis verbis poteſtatem ad beneficia ec-
115. cleſiaſtica præſentandi ipſis attribuit. 3) Accedunt praxis & exempla. Sed, non attentis his, res ab aliis in dubium voca-
126. tur, imo negatur, quibus & ipſe Autor, poſt longam argumentorum recenſionem, tacite ſubſcribere videtur. Sed longiora hæc ſunt, quam ut recenſeri, aut ſub examen vocari, hoc loco
132. poſſint. Majori contra fundamento Principes Imperii juris hujus in terris ſuis participes facere conatur Conſultiſſ. Autor in *Cap. IV, de Jure primariarum precum Principum Imperii* inſcripto; non quidem vi ſuperioritatis territorialis: alias enim precibus ad Capi-
136. tula directis non indigerent; neque ob fundationes vel dotationes eccleſiarum: non enim omnes in territoriis hodie ſitas
141. fundarunt; neque ob jus Epiſcopale: cum ex communi regula ne quidem ad Epiſcopum, ſed ad Capitulum, præbendarum collatio ſpectet; ſed ob eandem, ob quam Imperatori compe-
145. tit, conſuetudinem antiquam. Proinde graviter errare Autori videntur JCti Brandenburgenſes, qui Sereniſſimo Electori ſuo illud tanquam jus ſingulare tribuunt, quod omnibus reliquis
148. Imperii Principibus commune eſt. Idem enim Electorem & Duces Brunſuicenſes in variis terrarum ſuarum Cœnobiis, & in-
151. primis Sereniſſ. Hanoveranum Electorem, qua Archiepiſcopum Bremenſem, in Capitulo Hamburgenſi, hodienum exercere, ex actibus variis, ubi fruſtra contradicere conati ſunt nonnulli,
172. probat Autor. In *Cap. V de Jure primariarum precum Auguſtarum Conjugumque Principum Imperii* diſſerit. Sicuti enim Germani Imperatores Auguſtas ſuas præclaris honoribus exornare ſemper conſueverunt; ita & quæſtio inter eruditos agitata fuit;

fuit: an non idem primariarum precum honos Imperatrici tribui possit. Recte monet quidem Cel. Autor, Diploma *Eleonoræ*, uxoris *Friderici III*, Imperatoris, quo plerique sententiæ suæ fidem facere student, ambiguum esse; sed ex alia *Annæ*, *Caroli IV*, Imperatoris, uxoris, charta, quam B. *Jo.* Pag. 177.
Burch. Menckenius in *Scriptoribus rer. Germ. pag. 2011* ex Codice chartaceo Bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis publici juris fecit, & quam ex eo in *Appendice Diplomatum num.* 81 apposuit Autor, omnino probari id potest. Moderate tamen simul addit, non aliter, quam accedente vel expressa vel tacita mariti concessione, hoc fieri debere, quod & 178.
sæpius ita contigisse probat. Inde ulterius sequitur, mortua prima uxore, secundam illud iterata vice exercere non posse, cum Imperator in uxorem plus transferre non possit, quam ipse habet. Probato ergo hoc, eodem jure, eodemque modo, 179.
conjuges Principum Imperii gaudere concludit. In ultimo *Cap. VI*, quod *de beneficiis, ad preces primarias spectantibus, effe-* 182.
ctu illarum, precistæ qualitate & officio, precum amissione, & reliquis quæstionibus, huc pertinentibus, agit, argumenta lectu dignissima continentur. Sed ob fines brevitatis nobis propositos sufficiat, tribus tantum verbis de his dicere, quo sic salivam lectori moveamus ad librum ipsum diligentius inspiciendum. Monstrat hic Autor, quænam beneficia preces primariæ afficiant. Agit de modis vocationis, & de diversitate mensium, quibus beneficia vacant. Recenset effectus primariarum precum, & quid tam generatim, quam speciatim, intuitu natalium in precista requiratur. Nec de jure dispensandi circa statuta, de conditionibus, precibus adjectis, de insinuatione precum, de optione præbendæ, & de concursu duorum precistarum, dicere omittit. Ostendit porro, preces primarias non morte concedentis, sed precistæ, exspirare. Claudit tandem librum suum, agendo de renuntiatione & revocatione precum, de earum cessione, & de causæ cognitione in precibus controversis. Hæc sunt summa argumenta libri doctissimi, & omnibus Juris publici studiosis vehementer commendandi. Huic adjecit Cel. Autor Spicilegium C Chartarum varii generis, prolata probantium, & in gravi

rorum adventu; *Caput 13* de bello *Caroli Magni*, Francorum Regis, Hunno-Avaribus exitiali; *Caput 14* de Hunno-Avaribus perdomitis, & ad sacra Christianorum adductis, Sclavis item, Marcomannorum & Quadorum progenie, Episcopis utrique genti datis; *Caput 15* de rebus Sclavorum, Hunnorum, ac aliis, se offerentibus ab anno Christi nati 828 ad 866; *Caput 16* de S. S. *Cyrillo* & *Methodio*, Sclavorum Apostolis; *Caput 17* de gestis *Suentopulchri*, qui aliis *Zventibaldus*, aliis *Suatoplugus*, vel *Suatoplucus*, aliis aliter, dicitur. *Libri tertii*, de motu Hunnorum, sive de Hungaris, *Capite 1* de adventu Hungarorum sententiæ Autorum expenduntur; *Cap. 2* de gestis agitur Hungarorum usque ad finem *Arnulphi*, Regis; *Cap. 3* de gestis Hungarorum ab anno 900 ad 914, cumprimis vero de subacta ab iis Pannonia, terrisque Iazygum, Metanastarum, & Quadorum; *Cap. 4* de cladibus, per Hungaros exteris gentibus illatis, & vicissim acceptis, ab anno 915 ad 954; *Cap. 5* de horribili clade Hungarorum, patrata A. 955; *Cap. 6* de iis, quæ apud Ungaros & Sclavos consequentibus annis acta sunt; *Cap. 7* de rebus *Geisæ*, sive *Gaisæ*, ducis, & incremento Christianæ religionis apud Ungaros; *Cap. 8* de ceteris rebus Ungaricis usque ad annum 1000. Quæ singula qui volet accuratius pernoscere, ipsum Autorem legat; nobis satis fuit summa *Libri I* capita delibare. Reliqua eadem elegantia, eodem judicio, *Timon* noster prosequitur; &, si ex ungue leonem, e libri certe exordio antiquæ & novæ Hungariæ Autorem, ipsamque Commentationem, dignoscas.

JO. FRID. BOECKELMANNI, JCTI ET ANtecessoris, Tractatus posthumus de Differentiis Juris Civilis, Canonici, & hodierni. CORNELIUS VAN ECK, JCtus & Antecessor, edidit, recensuit, & Præfatione auxit. EVERARDUS OTTO, JCtus & Antecessor, in usum Auditorum, Notis illustravit, & JOACH. HASSÆI, JCti, Differentias Juris Civilis & Canonici adjecit.

Trajecti ad Rhenum, apud viduam & filios G. Kribber, 1737, 8 maj. Alph. 1 plag. 6½.

Utilissi-

Utilissimus hic liber est, & iis de meliori nota commendandus, qui ad Juris Canonici disciplinam appellere animum volunt. Cum enim alias in addiscendo cum Civili, tum Pontificio, Jure facile oriri rerum confusio possit, diligenter hic docetur atque ostenditur, quomodo unum ab altero recte feliciterque debeat secerni. Novis igitur meritis rem eruditorum publicam devinxit sibi Amplissimus *Otto*, quod suo eundem studio comtiorem auctioremque in manus tironum iteratis typis tradiderit. Invenient etiam provectiores, quæ suos convertere in usus queant. Præmisit enim Vir Celeberrimus Præfationis instar prolusionem copiosam, & rerum delectu & dictionis elegantia præclaram, in qua ad Jus Canonicum studiosius pertractandum graviter cohortatus est Auditores suos. Et id quidem per hæc tempora eo videbatur magis necessarium, quoniam communis fere totum Belgium opinio oppleverat, nullius esse usus Juris Canonici studium, postquam Pontifici Romano, ejusque sanctionibus, unice ad Hierarchiam sedisque suæ prærogativam stabiliendam directis, valedixerit illa provincia. Sed, aliter se rem habere, *turpissimeque falli*, qui hanc animo sententiam imbiberunt, non sine argumentorum pondere luculenter comprobavit laudatissimus *Otto*. Idem singulis paginis eruditissimas observationes, calamo quondam ab Auditoribus exceptas, adjecit, partim ut dictandi scribendique onere levarentur illi, partim ut amplior ipsi de rebus notatu dignis disserendi, quædam etiam curatius rimandi, campus aperiretur. Sic v. g. *pag. 72 seq.* de jure decimarum; *pag. 204 seq.* de variis jurandi modis ac formulis apud paganos veteres & Christianos; *pag. 268* de origine ac pœna criminis Sodomitici; & *pag. 319 seq.* de jurejurandi ritu ad SS. Evangelii tactum, non trita nobis ac proletaria videtur protulisse. Plura non addimus. Quis enim *Ottonem* ignorat, & quis unquam legit scriptum, ex politissimo ejus ingenio profectum, quin solennem illam inscriptionem: πάντα καλῶς! læto hilarique animo praefixerit? Gratulentur sibi omnes, quibus ab ore tanti Viri pendere contigit olim. Utinam modo in Academicis laboribus consenescere eidem datum fuisset! In alio enim, eoque altiori, dignitatis gradu nunc apud Bremenses constitutus,

ſtitutus, vix tantum habiturus otii videtur, ut novis ingenii monumentis novum ſibi decus conciliet, quod ſane non poteſt non ægre graviterque ferre eorum JCtorum ordo, qui elegantioribus Muſis delectantur, nec in ſolis *Maſcardi* aliorumque id genus hominum doctrinis acquieſcunt.

GE. HENR. AYRERI, D. SERENISS. AC POTENtiſſimi M. Britann. Regis atque Electoris Brunſuico-Luneburgenſis a Conſiliis, & in Academia Georgia Auguſta Juris Publ. Prof. Ord. Commentatio Juris Eccleſiaſtici publici, Jus primariarum precum, quam late patet, ex genuinis fontibus deductum, & ad amuſſim legum Imperii fundamentalium, Actorum publicorum, Statutorumque Capitularium, examinatum, ipſis rerum argumentis illuſtrans. Juncta eſt Appendix documentorum, huc ſpectantium, cum Indice Autorum ac rerum locupletiſſimo.

Gottingæ, apud Abrahamum van den Hœck, Academiæ typographum, 1741, 4.

Alph 2 plag. 22.

Satis ſuperque argumentum hoc jam olim a Viris doctioribus explicatum eſſe credent, qui, ex rubro de ſcripti cujusque dignitate exiſtimandi, dictatoriam ſibi poteſtatem ſumunt. Longe autem aliter judicabunt, qui, ad legendum hunc ſane egregium libellum converſi, ordinem in recenſendis, examinandis, & decidendis, quæſtionibus animadvertent, & additam Operi Appendicem documentorum maximam partem adhuc ineditorum, non ſolum plenam optimarum rerum, ſed ad magnum etiam legentium uſum accommodatam, intelligent; quo facto, minime eſt dubium, quin Opus hoc doctiſſimo Autore ſuo judicaturi ſint digniſſimum. *Sex Capitibus* Celeb. Autor omne hoc, quantumvis
Pag. 1. grave, argumentum exhauſit; quorum *primum de origine Juris primariarum precum* inſcriptum eſt. Dictæ ſunt hæ *preces* ab Imperatoris, vel alius Principis, perſona, pro aliis intercedente; *primariæ* autem nominantur non tam ab effectu, quam potius, quia ſemel,

ſemel, non bis aut ſæpius, ab uno eodemque ad unam eandemque eccleſiam conferuntur. His fundamenti loco poſitis, variorum, Pag. 8.
qui de *precibus primariis* ſcripſerunt, definitiones, admodum inter ſe diverſas, prout jus ipſum Cæſari, Regi Romanorum, & Vicariis, tribuerunt, Noſter recenſet, a quibus tamen omnibus ita abire ei viſum eſt, ut illud non Reſervatum Imperatoris 11.
tantum, ſed facultatem etiam Principibus Imperii competentem, dicat, ideoque definiendum cenſeat, quod ſit *facultas, iis, qui juribus majeſtaticis gaudent, & una perſona conſtant, adeoque mutari poſſunt, competens, perſonam idoneam in quolibet Capitulo vel monaſterio, ubi uſu receptum eſt, ſine iteratione ad beneficium eccleſiaſticum præſentandi.* Quod ad originem, ſunt quidem plerique, qui jus hoc ex jure majeſtatis, eique annexo ſacrorum, deducunt; ſed vix ſententia hæc rerum peritis ſatis ſe probabit, quia poteſtas Principum, præcipue circa ſacra, in 14.
conferendis beneficiis eccleſiaſticis reſtricta ſæpe deprehenditur, ideoque ex conſuetudinis jure derivandum potius eſſe Cel. Autori videtur. Totam eccleſiam a primis Chriſtiani cultus incu- 16.
nabulis *Clericos* elegiſſe, mox vero Epiſcopos hanc ſibi ſolis curam & poteſtatem vindicaſſe, & novum electum ordinaſſe, ſatis conſtat. Poſtquam vero ipſi Imperatores Chriſto nomen dederunt, ſumma rerum eccleſiaſticarum moderatio ab ipſis pependit, ita, ut perſonas eccleſiis præficiendas & conſecrandas ad Epiſcopos miſerint. Eandem Majeſtatis circa nominationem Epiſcoporum aliorumque Presbyterorum exercendæ curam adhibuerent Francorum, tam Merovingicæ, quam Carolingi- 17.
cæ proſapiæ, Reges. Plures etiam beneficio *Conradi I, Hen-* 21.
rici I, Ottonis M., & ſequentium Regum ac Imperatorum, con- 22.
ſtitutos, vel, neceſſitate id urgente, depoſitos fuiſſe Clericos minoris & majoris ordinis, imo & ſummos Sedis Romanæ Præſules, conſtat, licet negandum non ſit, omnem Pontifices de eripiendo hoc Imperatoribus jure lapidem moviſſe. Ferreo quidem 26.
ſæpe pectore ictus fulminis Romani exceperunt & repulſerunt Imperatores, jusque circa ſacra tam carum atque juſtum, & cum eo conjunctam conſtituendi Clerum omnis dignitatis, & conferendi beneficia eccleſiaſtica, facultatem, tuiti ſunt; ſed vi-

cit

cit tandem anilis & superstitiosus ille anathematis metus *Henricum V*, Imperatorem, ut, pacto cum *Calixto II*, Pontifice, A. 1122 in Comitiis Wormatiensibus inito, *Deo & S. S. Apostolis, Petro & Paulo, sanctæque catholicæ Ecclesiæ, omnem investituram*
Pag. 27. *per baculum & annulum remitteret.* Bene injustitiam & iniquitatem cessionis hujus extortæ animadvertebant Imperatores sequentes, *Lotharius, Fridericus I*, ceterique, &, varios Episcopos aliosque Clericos constituendo, postliminii jure recuperare
29. sua magno opere studebant; sed effectu carebant conatus illi, nihil ipsis remanente, nisi vano & satis oneroso *Advocatorum Ecclesiæ* titulo, cujus prætextu in Ecclesiis, præcipue a se fundatis, personas ad beneficia nominabant & præsentabant; unde primariæ preces ortæ, & ad alias ecclesias, ab ipsis non fundatas,
34. extensæ, sensim in jus perfectum abierunt. Ex hisce ergo præmissis Cel. Autor ulterius deducit, *fundamentum juris primariarum precum esse consuetudinem*, ad quam & in Rescriptis suis *Rudolphus I, Carolus IV, Wenceslaus, Sigismundus, Carolus V*,
37. & reliqui, provocarunt. Non ergo sententiæ B. *Gribneri* accedit, ex potestate circa sacra illud deducentis, utpote cui se-
38. cundum ante dicta renuntiarunt Imperatores. Nec magis favet sententiæ eorum, qui ex ipsa fundatione Ecclesiarum illud derivant. Non enim omnes Episcopatus & Cœnobia, in Germania sita, ab Imperatoribus fundata sunt, & tamen in dubio in omnibus jus hoc exercent, nisi exceptio doceri possit. Similiter iis, qui
40. ex coronatione peracta illud oriri volunt, assensum denegat, coronationem Romanam dudum jam cessasse, Germanicam vero Imperatori nihil novi tribuere, cum omnia jam ex electione jura ha-
41. beat, præclare docens. Omnium autem minime habent, cur Autoris sibi suffragium promittant, qui ex dignitate Imperatorum canonicali, quam in quibusdam Capitulis susceperunt olim, & hodienum suscipiunt, illud jus deducunt, cum vix ratio, a quibusdam Capitulis ad reliqua omnia concludendi, locum habere
42. possit. Sed magis anceps est quæstio: an ex beneficio Pontificis illud jus Imperator hodie exerceat. Ita post plures asseveravit *Conr. Oligenius*, vel, qui sub ejus nomine latet, *Justus Fontanini*, cujus tamen argumenta solide B. *Gribnerus* noster

aliique

aliique eliserunt. Bullæ enim curiæ Romanæ, facultatem hanc largiter Imperatoribus concedentes, nihil ad rem faciunt, cum ipsum primariarum precum jus iis tanquam facultas propria jam competat. Id ergo potius probare debuisset *Fontanini*, Imperatorem aliquem, concessionem Curiæ Romanæ negligere volentem, ob contradictionem ejus sententiam mutasse, atque hoc modo indultum sibi expetiisse; quod tamen, cum doceri non possit, optimo jure consensum Pontificis ad exercendum jus primariarum precum tanquam superfluum neglexerunt recentiores Imperatores, interque eos præcipue D. *Josephus* A. 1705. *Capite II* Autor Celeberrimus *Jus primariarum precum Imperatoris Romani, ejusque exercitium determinatum*, exponit. Ambigebatur post sancitam in Imperio pacem religiosam, an Imperatori in Collegiis Augustanæ Confessionis juris sui usus quidam superesset. Ratio enim dubitandi tunc temporis ex eo desumebatur, quod, Imperatorem illud non nisi ex indulgentia Sedis Romanæ habere, putarunt, id quod merito, ob rationem supra allatam, rejicitur. Unde & in *I. P. O. Art. V §. 18 & 26* Imperatori *jura sua sunt reservata*, addita hac restrictione, ut præcipue in *fundationibus* mediatis secundum possessionem anni 1624 exerceantur. Ipsum tamen eorum exercitium præcise ad 1 Jan. restringere, iniquum Cons. Autori videtur eodem modo, quo alii, nimis extendendo, peccare videntur, qui Imperatori jus primariarum precum in omnibus fundationibus, ubi illud ante 1 Jan. anni 1624 quocunque demum tempore exercuerit, tribuunt; quorum rationes & recensuit diligenter, & doctissime refutavit, docens inprimis, vocabulum *exercuit* in I. P. O. non de facultate exercendi, sed de ipso exercitio, ejusque possessione, intelligendum esse. Interim ab altera parte extensivam interpretationem eatenus admittit, ut Imperator in quieta juris sui possessione relinquendus sit, si modo precista d. 1 Jan. anni 1624 adhuc vixerit, ipso quamvis beneficio nondum percepto, sed tantum non recusato; licet ceteroquin preces suas v. g. a *Matthia* Imperatore jam obtinuerit. In fine hujus *Capitis* exempla quædam precum Cæsarearum, a variis terrarum Brunsuicensium & Osnabrugensium Cœnobiis mediatis ob rationes antea recensitas

Pag. 49. 55. 63. 66. 72. 74. 75. 91. 94. 97.

Pag. 106. sitas rejectarum, annectuntur. *Caput III de Jure primariarum precum Regis Romanorum & Vicariorum* inscriptum est. Regi Romanorum qua tali nullum jus primariarum precum tribui potest, nisi forsan Imperator illud ipsi delegaverit. Majestate enim reali hactenus caret. Sed magis anceps est quæstio: an
109. Vicariis Imperii competat. Pro sententia affirmativa omnino
112. militat 1) natura officii Vicariorum, & regula satis nota: Quæcunque jura competunt Imperatori, ea nec Vicariis Imperii de-
114. negantur, nisi exceptio lege Imperii definita doceatur. 2) Ipsa *A. B. Cap. V §. 1* expressis verbis potestatem ad beneficia ec-
115. clesiastica præsentandi ipsis attribuit. 3) Accedunt praxis & exempla. Sed, non attentis his, res ab aliis in dubium voca-
126. tur, imo negatur, quibus & ipse Autor, post longam argumentorum recensionem, tacite subscribere videtur. Sed longiora hæc sunt, quam ut recenseri, aut sub examen vocari, hoc loco
132. possint. Majori contra fundamento Principes Imperii juris hujus in terris suis participes facere conatur Consultiss. Autor in *Cap. IV*, *de Jure primariarum precum Principum Imperii* inscripto; non quidem vi superioritatis territorialis: alias enim precibus ad Capi-
136. tula directis non indigerent; neque ob fundationes vel dotationes ecclesiarum: non enim omnes in territoriis hodie sitas
141. fundarunt; neque ob jus Episcopale: cum ex communi regula ne quidem ad Episcopum, sed ad Capitulum, præbendarum collatio spectet; sed ob eandem, ob quam Imperatori compe-
145. tit, consuetudinem antiquam. Proinde graviter errare Autori videntur JCti Brandenburgenses, qui Serenissimo Electori suo illud tanquam jus singulare tribuunt, quod omnibus reliquis
148. Imperii Principibus commune est. Idem enim Electorem & Duces Brunsuicenses in variis terrarum suarum Cœnobiis, & in-
151. primis Sereniss. Hanoveranum Electorem, qua Archiepiscopum Bremensem, in Capitulo Hamburgensi, hodienum exercere, ex actibus variis, ubi frustra contradicere conati sunt nonnulli,
172. probat Autor. In *Cap. V de Jure primariarum precum Augustarum Conjugumque Principum Imperii* differit. Sicuti enim Germani Imperatores Augustas suas præclaris honoribus exornare semper consueverunt; ita & quæstio inter eruditos agitata

fuit;

fuit: an non idem primariarum precum honos Imperatrici tribui possit. Recte monet quidem Cel. Autor, Diploma *Eleonoræ*, uxoris *Friderici III*, Imperatoris, quo plerique sententiæ suæ fidem facere student, ambiguum esse; sed ex alia *Annæ*, *Caroli IV*, Imperatoris, uxoris, charta, quam B. *Jo.* Pag. 177.
Burch. Menckenius in *Scriptoribus rer. Germ. pag.* 2011 ex Codice chartaceo Bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis publici juris fecit, & quam ex eo in *Appendice Diplomatum num.* 81 apposuit Autor, omnino probari id potest. Moderate tamen simul addit, non aliter, quam accedente vel expressa vel tacita mariti concessione, hoc fieri debere, quod & 178.
sæpius ita contigisse probat. Inde ulterius sequitur, mortua prima uxore, secundam illud iterata vice exercere non posse, cum Imperator in uxorem plus transferre non possit, quam ipse habet. Probato ergo hoc, eodem jure, eodemque modo, 179.
conjuges Principum Imperii gaudere concludit. In ultimo *Cap. VI*, quod *de beneficiis, ad preces primarias spectantibus, effe-* 182.
ctu illarum, precistæ qualitate & officio, precum amissione, & reliquis quæstionibus, huc pertinentibus, agit, argumenta lectu dignissima continentur. Sed ob fines brevitatis nobis propositos sufficiat, tribus tantum verbis de his dicere, quo sic salivam lectori moveamus ad librum ipsum diligentius inspiciendum. Monstrat hic Autor, quænam beneficia preces primariæ afficiant. Agit de modis vocationis, & de diversitate mensium, quibus beneficia vacant. Recenset effectus primariarum precum, & quid tam generatim, quam speciatim, intuitu natalium in precista requiratur. Nec de jure dispensandi circa statuta, de conditionibus, precibus adjectis, de insinuatione precum, de optione præbendæ, & de concursu duorum precistarum, dicere omittit. Ostendit porro, preces primarias non morte concedentis, sed precistæ, exspirare. Claudit tandem librum suum, agendo de renuntiatione & revocatione precum, de earum cessione, & de causæ cognitione in precibus controversis. Hæc sunt summa argumenta libri doctissimi, & omnibus Juris publici studiosis vehementer commendandi. Huic adjecit Cel. Autor Spicilegium C Chartarum varii generis, prolata probantium, & in gravi

hoc argumento multum omnino momenti habentium. Illud addimus, & addi, pro humanitate sua, patietur Autor, eo in loco, ubi de jure primariarum precum Vicario Saxoniæ competente differit, non videri eum rem acu tetigisse, nec, qui faciant cum ipso, adeo multos habiturum.

DE PULSIBUS AC URINIS FASCICULUS INdicatorius, omni perutilis, qui se Medicinæ dicat, sive Memoriale, hoc est, succincti Canones practici, ad praxin medicam facilitandam collecti, sibi atque aliis conscripti, a CONRADO ZUMBAG DE KOESFELT, Med. Doct. Poliatr. Lugd. Batav. atque ibidem Coll. Med. ad res obstetr. ac chirurg. Assessore, Soc. Reg. Boruss. Sodali.

Lugduni Batavorum, apud Gerardum Potuliet, 1741, 8.

Plag. 10.

Quoniam de morbis ex pulsuum urinarumque conditione maxime fit judicium, bene agit Medicus, si illam memori semper mente teneat, ejusque rationem in omni morbo diligenter habeat. Labili igitur consulturus memoriæ Cl. Autor, omnia, quæ eo pertinent, ex præstantissimis Autoribus conquisita & collecta, in libellum hunc mole exiguum, quanta fieri potuit, brevitate contraxit, quem nunc ad publicos usus divulgat, ut omnes id emolumenti ex eo capiant, quod ipsemet jam tot annos & secum alii perceperunt. *Capitis I parte 1* de pulsuum diagnosi speciali, ex singulis morbis speciatim desumta, acturus, ordine alphabetico morbos, & qualis in iis observetur pulsus, indicat; *parte* autem *2* pulsuum diagnosin generalem a tactu & sensione exponit, e. g. pulsus durus quibus in morbis occurrat. *Capitis II*, quod agit de urinis, *parte 1* uroscopium particulare tradit, in quo urinæ, earumque conditiones variæ, pro singulis morbis, ordine itidem alphabetico consignatis, sigillatim describuntur; *parte* autem *2* uriscopium universale exhibet, ut ex urina, e. g. cruda, flava, &c. morbi, eorumque causæ, conjiciantur. Denique *Cap. III* pra-

praxeos generalia subjungenda putavit, ubi, novem segmentis per ordinem morborum eundo, indicat, quibus purgantia, vomitoria, sudorifera ac diaphoretica, diuretica, venæsectiones, clysteres, opiata, vesicatoria, & ptyalismus, conveniant.

JO. ERNESTI HEBENSTREIT, MED. DOCT. Anatomiæ & Chirurgiæ Professoris Publici Ordinarii, Academiæ Imperialis Naturæ Curiosorum & Gallicæ Massiliensis Sodalis, de Vermibus, Anatomicorum administris, Commentatio.

Immortalis famæ Vir, *Fridericus Ruyschius*, postquam arte sua, vasa corporum cera replendi, Anatomen ad rerum culmen evexit, tam utilitati scholarum, quam ornamento Museorum, supellectilem struxit, quam ipso equidem magistro nemo unquam elegantiorem habuit, quam tamen haud pauci ex discipulis assecuti haud infeliciter fuerunt. Mirabantur eo tempore omnes Viri dexteritatem, qua vasa ceris farcta luculenter exponere, & ex viscerum medio habitu, parenchyma dicto, exsculpere, breviore, quam scalpello fieri potuit, opera, solebat. Admirabilis illa res visa fuit omnibus, & fascinationi perquam similis, donec, prout in novarum rerum enarrationibus fieri solet, summi artificii admiratio fere in ludibrium abiit, postquam intellectum est, quos summi ingenii Vir satellites suos & operis administros appellare solebat, vermes esse carnium destructores. De satellitibus hisce suis quædam memoriæ prodidit in Curis renovatis, seu Thesauro Anatomico post curas posteriores novo, edito Amstelodami A. 1728, 4. Expertus sum animalculorum istorum industriam cum damno hactenus, cum aliqua utilitate, postquam eorum forficulis in commoditates meas uti cœpi, nuper. Cum enim hepar infantis, quod vena umbilicali ceram acceperat, negligentius haberem, jucundissimum subito spectaculum percepi, cum vasa visceris, quæ venam portæ attinent, nuda, recte ordinata & integra, quousque cera abiverat, contemplarer. In opere suo versabantur imo viscere reconditi ascarides, &, quod ubique esset cera vacuum, rodebant,

 bant,

bant, nec parum proficiebant quotidie. Hærebant alii circa vasa majora, quorum tamen tunicas, sapore absterriti, leviter tantum delibabant, nec perterebrare ausi fuerant. Alii, sub membrana hepatis delati, eadem intacta, glandulosam, si tamen est, substantiam avide devorabant; alii denique visum subterfugiebant penitus. Intellexi autem, non numerum, sed copiam, subesse. Admiratus rei novitatem, a me nondum visæ, veritusque, ne gulosi commessatores, absumta visceris parte vacua, quod jam factum esse sentiebam, grassarentur in vasa, excussi omnes, & in opere perturbavi, alio tempore experimentum rei facturus denuo. Fecit mihi animalculorum qui in *Schemate*

TAB. II. (vid. *Fig. p.p.p.*) expositus est, labor scribendi facultatem, nec sine jucunditate in hoc argumento versatus sum. Repetam autem rem paulo altius. Versari solet inter præparata sicca rerum humanarum Scarabæus hemisphæricus, pisi magnitudine, corpore ovato, qui cum Scarabæis omnibus id, quod Scarabæorum est, commune habet, alas membranaceas binas, duplici ala coriacea obductas, sex pedes, forficulos ad horizontem mobiles, ex omnibus tamen antennas omnium minimas habere visus est. Convenit enim cum Scarabæo *Joannis Gœdarti*, delineato in *Metamorphoses naturelles, ou histoire des Insectes, Tom. II.* Colore nigricat, vertici propius alba notatur macula. Nec ille quidem est supellectilis nostræ destructor, utpote quem quiete errantem, nec moleste sedulum, deprehendimus. Habent enim id plurima insecta, ut, postquam metamorphosi ex reptili volatile animal facta sunt, parum comedant, sed proboscide res liquidas sugant, prout de omni papilione & musca novimus. Nec Scarabæi devorant, quamvis haud paucis florum destructores, dum in calyce rosarum vel tunicarum sunt, esse videantur. Scilicet, quod exesum est, non Scarabæus, sed Scarabæi vermis, exest. Temere accusamus Gallinsecta & Progallinsecta, Scarabæos, qui foliis arborum insunt. Vermes rodebant, nunc, postquam, per statum medium, diversam a priore vitam habent, quiescunt. Quare nec noster Scarabæus aliam, quam fertilitatis, noxam habet, dum fœmina, quam corpore crassiore, & tarditate ingressus, cogno-

TAB. II ad

cognoſcas, mari copulata, hinc fœcunda, innumera parit ova. Quare illa haud raro intereſt vermium rodentium gregibus, non devoratura, ſed paritura. Parit autem innumera ovula, tomento (vid. *Fig.d.e.n.*) prout viſum eſt, involuta. Habent id erucæ gregariæ, illæ potiſſimum, quorum ovula per hyemem durant, ut ſericea tela fœtum obducant. Scarabæi etiam ſub terra, fimo, inque corporum cavis, quales ſunt cadaverum, Germanis *Aas-Kæfer*, ſimile quid exercent, quo ovula tenacius hæreant; quare ex ovulis *iſtis* ſubito & brevi admodum temporis mora vermiculi enati ſunt, quos triplici magnitudine, minimos, medios, maximos, (vid. *Fig. f. g. h.*) in viſcere obſervavi, non quod tres eſſent vermium ſpecies, ſed quod diverſæ ætatis acari, naſcentes, adoleſcentes, & adulti, operis communione perfruerentur. Qui ex omnibus corpore eſt præſtantior, & ſtatura procerus, (vid. *Fig. i.*) operoſior non eſt, ſed ignavus, fere emarcidus, qui ſeſe ex latebris rei deſtructæ proripit, quam longe poteſt, ab eadem recedit, hinc ſubito quieſcit, utpote qui ſuæ mutationi ſit propinquus. Ea lex omnibus & erucis & vermibus lata eſt, ut ætate provecti, imminente metamorphoſi, *parum eſuriant*, tandemque motu locali deſtituantur. Quare & ex vermibus cadaverum, qui maximus eſt, fere totus obrigeſcit, dum interea minimi cum mediis ſunt voraciores. Vidi etiam minimos inter vaſa capillaria verſatos, & proinde maximam gratiam meritos, dum medii vaſis majoribus exedendis operam impenderent. Quomodo autem adoleſcant, ſcire decet. Statuta eſt inſectis & animalibus cruſtaceis lex naturæ immota, ut, exuvias ponendo, adoleſcant. Sic aſtaci, ſcolopendræ, arachnei, erucæ, angues, viperæ, vermes, ad ſtaturam evehuntur, dum quotannis, quæ corpori circum eſt, cruſtam, ſuturis crepantibus, exuunt, ſubnaſcente nova cute, paulatim induranda. Ex volaticis etiam quædam, prout bruchus, anteaquam ſit locuſta, vel cicadæ, vel blattæ, id habent, ut exuvias ponant. Quare &, ſimile quid adminiſtris Anatomicorum accidiſſe, deprehenſum eſt, quo exuvias ponerent. Vidimus autem, ſicut triplicis magnitudinis vermes, ita triplicis magnitudinis exuvias, in eadem ſtatione. Quare intellectum fuit, ſingula ætate ſingulum deponi corium, (vid. *Fig. c. o. k.*) hac tamen diverſitate, ut ex prima & ſecunda exuvia prodeant

prodeant vermes ſtatura aucti; ex tertia tandem mutatus emergat Scarabæus. Quare ſcimus, ex illa claſſe vermium eſſe noſtros, quorum cutis indurata tandem fit nympha, ejusdem, quæ vermi fuit, formæ, ita, ut vermem ſupereſſe putes, quando jam medius ille, qui omnibus inſectis inevitabilis eſt, ſtatus vermi ſupervenit. Ea tamen deprehenditur inter vermem & Scarabæi nympham diverſitas, prout comparatis inter ſe *Figuris*, in *Schemate i* & *k* notatis, clarum eſſe puto, quod, quamvis utrinque & numeri annulorum, (ſunt autem quatuordecim,) ſetularum etiam, quibus corpuſculum inhorreſcit, hinc illius conditionis, qua pedibus deſtitutus eſt venter, intercedat ſimilitudo, ſtaturæ tamen, qua vermis erat, deceſſerit haud parum in nympha, quæ propterea craſſior eſt tanto, quanto longior eſſe deſiit. Poſtquam ergo quietus & rigidus aliquamdiu manſit vermis, (manſiſſe autem puto per octiduum,) ſubito juxta cervicem animalculi nympha ad perpendiculum diffiſſa eſt ad primum uſque thoracis annulum; deinde evaſit Scarabæus, (vid. *Fig. l.*) quem paulo ante lenti ſimilem, pedibus & capite in ſe contractis, ſub nympha videram, altero ſtatim die aliquantulum auctior, (vid. *Fig. m.*) mox diſparens, & vago vitæ genere delectatus, utpote quem, ſi fœmina fuerit, deceat novas ſtationes quærere, & ovula defigere in rebus paſſim obviis, muſculis exſiccatis, membranis ligamentorum, viſceribus, & aliis rebus anatomicis, quas, mala plerumque gratia miſere dilacerant, ex ovulo, vermes. Singulare illud eſt, quod hyemi propior fœtura Scarabæi, ſub tertia exuvia, quæ nympha fit, per hyemem quieſcat, quod aliis etiam inſectis ita evenire ſolet, ut calore æſtivo parum adjuti, ſub nympha ſua omni hyeme deliteſcant. Equidem affirmare non auſim, carnibus ſiccis admordendis parem tantum eſſe hunc vermiculum, quem haud raro etiam cerealia attigiſſe deprehendi, ſicut etiam factum eſſe memini, quo Curculio, Scarabæus, cujus vermiculus fruges conſumere natus eſt, & granorum interanea admirabili artificio exeſt, inter præparata mea errabundus, ovula ponere tentaret, ut dubius eo tempore fuerim, num ab ejus fœtura noxam paſſæ eſſent res meæ. Certiſſimum eſt, vermes, & pedatos & apodes, qui Scarabæi tandem fiunt, rodendis artifi-

cioſe

ciose rebus potissimum vacare. Talem vermem exhibet *Gœdartus Metamorph. Nat. Tom. II Exp. 51*, ex quo fit Cantharus & Scarabæus Xylophthorus, sonitu suo, quem edit, notissimus, & celebratus etiam Prophetæ *Habacuc II, v. 11, 12,: Lapis ex pariete clamat, & κάνθαρος ex ligno respondet ei.* Exemplum industriæ in lignis rodendis habemus vermes, qui Scarabæi fiunt lignorum antennis longissimis. Habui, prout in *Schemate* exhibetur, vermiculi, foliorum destructoris, mirum opus, cujus labore admodum delectatus sum, cum animalculi solertiam perspicerem, qua, quod inter foliorum mediam substantiam retiformem est, succidi, ita destruit, ut, omni viredine foliorum absumta, membranaceum supersit reticulum, quo parum elegantius dabit ars illa, quæ foliorum nervos & vasa minima separat, & sceleti vegetabilis specie sistit. Potuerunt, qui primum in ista foliorum sceletopoiia versati sunt, laboris argumentum a foliorum effossore desumsisse. Eadem est utriusque vermis, & illius, qui viscerum interna rodit, & vasis cera plenis parcit, & illius, qui foliorum parenchyma mordet, nascendi conditio, idem instinctus, eadem metamorphosis, nec Scarabæus, utrinque enascens, magnopere differt. Postquam enim Scarabæus fœmina, mari copulata, quod illius generis coleopteris averso fit corpore, ovula in aversa folii parte inter nervos defixit, exoriuntur acari, (Vid. *Fig. q. q.*) annulorum numero & hirsutie convenientes cum Anatomicorum satellitibus, in eo tamen discrepantes, quod intense nigrescant, & tubercula bina pro pedibus sub pectore habeant, quorum auxilio folio fortiter adhærent, nec excuti se facile patiuntur. Gregarii sunt, & in eadem folii parte plures proboscidem defixam habent; hinc fervet labor, & brevi tempore folia cancellis perspicua, omnique viredine exuta, conspiciuntur. Folia sua, parenchymate exeso, satellitum quorundam ministerio ita eleganter elaborasse *Ruyschium*, prout in ejus Thesauro maximo depinguntur, ipse loquitur *l. c.* Diversa tamen ab hoc nostro fuisse & minutissima, ex aquis putridis, insecta, ipso ejus sermone clarum est. Talis fuit rami ex ostrya decerpti facies, in quo vermes habui jam adultos, de quibus adeoque, num triplici vice, quod per analogiæ leges fieri de-

 buit

buit, exuvias posuerint, affirmare non audeo. Habui tamen illam, qua Scarabæus prodiit, exuviam, folio, imo sericea tela, juxta thoracem, firmiter alligatam, quod etiam erucis ita contingit, quæ, quo quiete per statum suum medium ad vitam aeream papilionis adspirare possint, circa se fila ducunt, & ab iisdem vel ad perpendiculum hærent, vel ad horizontem vegetabilibus adnascuntur. Eadem est huic exuviæ juxta cervicem fissura, (vid. *Fig.t.*) qua Scarabæus exiit, paulo tamen secus egit Scarabæus, (vid. *Fig.s.*) qui intra scatulam conclusus, & auxilio telæ suæ sericeæ non adjutus, exuviam in medio (vid. *Fig. r.*) fregerat, quo tempore figuram ejus ediscere potui. Instituendum est rei experimentum, quod tamen fieri posse dubito, num foliorum acarus carnes admorsurus sit, prout tineæ docente Cel. *de Reaumur* in Memoires pour servir a l'histoire des insectes Tom. III. Non telas tantum, ex lanis confectas, sed & membranas & ligna, mordent, si pabuli penuria ingruit. Nollem autem utriusque vermiculi, & nostri & sylvestris, operas instinctui & connatæ cuidam industriæ tribuere, cum necessitatis sit, parcere rebus, quarum duritiem superare nequeas. Habemus foliorum tineas, quæ pro corporum suorum tenuitate minimis foliorum vasis intersunt, nec tam destruunt folia, quam cuniculos inter utrumque folii corticem agunt, hinc tumores excitant, in quibus, donec muscarum minimarum quadripennium egregie lucentium facie evolent, quiete delitescunt. Provincias in tenui foliorum lamina obtinent, & colonias stabiliunt. Grandiora mole insecta, & ferocioris indolis, integra depascuntur folia, vix pedunculum superesse sinunt Erucæ, alia, admirabili arte, durissima ligna effodiunt, sicut vermium, ligna infestantium, variæ apud Scriptores notæ sunt species. Dex, & quæ enxyla vocantur, sunt apud *Theophrastum, Aristotelem*, & *Plinium*. De Thripe est apud *Lucianum* in Lexiphane, qui dicit, *olivas se suas servare sub sigillis, a Thripe maxime erosis*. Celebratissima penes antiquos sunt nomina Thripum; quæ lignis tabulisque ligneis infestæ, graphica velut arte rodunt; hinc Græci, maxime Lacones, leguntur ante annuli signatorii usum lignis, Tripe exesis, usi fuisse. De his *Mouffetus* in Theatr. Insect. Lib. II Cap. 19 pag. 249: „Vermiculoso processu, varias cha-„racterum,

racterum, herbarum, animaliumque, formas exſculpunt, & di-„ vinam illam Phidiæ, Praxitelis, Myrmecidis, Bupali, Sophro-„ nisci, Antherni, glyphicam fere ſuperant. Simili fere modo interanea lignorum, tractibus artem æmulantibus, exedunt Ligniperdæ & alia enxyla. Illuſtre voracitatis in Xylophago marino exemplum cum inſigni ſuorum damno habuerunt Belgæ, quamvis non vermis, ſed conchylium, iſtam ſtragem ediderit. Integram hanc Teredinis marinæ hiſtoriam erudite recenſuit *Godofredus Sellius* in Hiſtoria naturalis Teredinis, ſeu Xylophagi marini, tubulo conchoidis, edita Trajecti ad Rhen. A. 1733, 4. Nec ſaxa ſuis deſtructoribus vermibus carere, indicavit *Goedartus* in Metamorph. naturell. Tom. III. Qualem, nomine שמיר, Judæus Magiſter, *Salomoni*, templum exſtruenti, notum fuiſſe, ſuperſtitioſe fabulatur, cujus miniſterio ille potiſſimum in ſaxorum politura uſus fuerit. De hoc verme *Schamir* ad *1 Reg. VI*, 7, quo uſus ſit *Salomo* in templi ædificio, multa fabulantur Judæi doctores. Conf. *Balthaſ. Scheidium* in Præteritis præteritorum, quæ exhibet S. Rev. *Meuſchenius* in *Novo Teſtamento ex Talmude* illuſtrato pag. 225. Non obſcurius his, aſt verius, nomen habent vermes, Anatomicorum adminiſtri, quorum hiſtoria, quantum experimentis hactenus conſtitit, tradita eſt. Non autem tantum illi, qui Scarabæum in viſcere habent, ſed & illi, qui muſcam, bene de nobis mereri cupiunt. Scilicet eſt carnium muſca, domeſticis major, colore livida, importuna, ſi quæ unquam, & alarum ſtrepitu, quibus chorda elaſtica ſubtenſa eſt, admodum ſonora. Hanc, fœtore carnium putreſcentium illectam, & moleſte ſedulam, animadvertimus. Poſtquam conſedit gravida plurimis ovulis mater, defixo, qui ano prope eſt, aculeo, parit prolem, quam, dubium eſt, ovum, vel nympham vermiformem, appellare cum *Schwammerdammio* debeamus. Multa enim inſecta naſcuntur ex Nympha, quæ ſtatim eſt animal. *Jo. Schwammerdam* in Bibl. Nat. ſeu Hiſt. Inſect. huc refert formicas, pediculos, cicadas; quarum ova putata creſcunt, poſtquam nata ſunt, tandemque adultum inſectum emittunt. Certe vermes vivos naſci putares, adeo

breve, a partu ovi ad animalculi vitam, tempus intercedit, nec forma quidem ovi, qualis plerorumque insectorum esse solet, respondet. Ova tamen esse puto, cum non nisi exuta, quam circumductam habent, membrana, vermis moveatur, parvus primum, mox adolescens, tandemque adultus. (Vid. *Fig. a.*) Habemus, quo tibi de isthoc satellitio gratulari posses. Voracissimi enim sunt, & vasa promtissime denudant, sed subito exsatiantur, quiescunt, & opus imperfectum relinquunt, parum etiam propterea proficiunt, quod siccas partes non attingant, & delectentur putridis, nec aliud eorum famulitio beneficium percepi, quam quod pinguedinem, quæ musculis interest, nitide consumserint, plus tamen damni semper, quam commodi, habitum est. Exuvias, dum adolescit vermis, poni, autor est *Reaumurius* Tom. IV pag. 26. Quo magis ad maturitatis terminum accedit, eo plus crassescit, fit tardigradus, deserit opus, & in remoto loco prorsus obrigescit, dum cutis ejus mutatur in nympham (vid. *Fig. b.*) totidem annulis, quam qui fuerunt vermi, id est, duodecim. Diu in mutatione est, mensis spatio nondum apparuit musca. Si sero nascitur vermis, hyemem intra nympham statu medio transigit, hinc, nympha juxta locum, qui vermi vertex est, fissuram agente, prodit musca, madore primum humida, mox agilis, statim magna, quod omnium insectorum est, quæ metamorphoseos leges experiuntur; ut ea, quam omni vita servant, statura sua ex nympha efferantur. Vix effugit musca, quam carnes appetit, quæ equidem ex muscæ deprædationibus noxam habent nullam. Muscæ enim omnes proboscide sugunt res liquidas, nec mordent, ast ex ovulorum fœtura habent non levem. Ea est muscæ matris industria, ut per media lintea, quibus cadavera obvolvimus adacto aculeo, ovula ordine disponat, nec uno loco omnia ponat, sed in diversis. Quodsi in hoc argumento paulo liberalius versatus fuero, quodsi meo oblectamento, nec utilitati Lectoris, scripsisse videar, pro me perorantem habeo Quintilianum: *Parva docemus, est etiam sua studiis infantia.*

NOVA

NOVA LITERARIA.

Omni laude dignum est institutum doctissimi Viri, *Jo. Pauli Ræderi*, Gymnasii Ægidiani, quod Norimbergæ floret, Rectoris, libros, quicunque sub ipsis Typographiæ incunabulis Norimbergæ sunt excusi, in justum quendam indicem redigendi, sicque optime merendi de his, qui literariæ Historiæ non vulgari quodam studio tenentur. Explicavit omnem eam rem longa haud ita pridem Epistola, ad Viros doctos data, quam, ne quidquam eorum, quæ scire tua interest, ignores, hic legendam damus: *Cum ex festa in secularem Typographiæ inventæ memoriam habita solennitate haud ægre singulis constare possit, cur & librorum, Seculo XV Norimbergæ typis expressorum, catalogum in vulgus edamus; non meum esse reor, multis eam rem ambagibus commendare. Neque tamen sola causa est, ut rerum ipsarum testimoniis probemus, habere vel inprimis Norimbergam, cur de primo fusorum typorum beneficio gratuletur sibi; sed quia non ingratum putamus fore literatis viris, si pleniorem uberioremque librorum, Norimbergæ exscriptorum, cognitionem haurire licet, quam quæ sparsim ex scriptis Historiæ literariæ desumi potest. Vellem quidem, ut, quod præfiscine dixerim, omnes, quos rogavi, tam faciles ad communicandos antiquæ notæ libros fuissent, quam ego promtus paratusque ad describendum fui; multo sane, quod nullus dubito, majorem numerum & ampliorem librorum, Seculo dicto impressorum, copiam offerre legentibus potuissem. Tantum vero abest, ut de plurimis juste aut merito queri possim, ut potius virorum genere, honore, & ingenio, summorum gratiam & favorem ea in re nunquam satis collaudare valeam. Tanta quidem virorum illustrium doctissimorumque nomina reticere nullo modo nec possum, nec volo; sed tamen, ut distincte omnia recensere queam, totam rem ex successione temporis enarrabo. Primus igitur loco & tempore nominandus est Vir Perillustris ac Generosissimus Dom.* Hieronymus Guilielmus Ebner ab Eschenbach, *S. Cæsareæ Majestatis Consiliarius, Coronæ & Insignium Imperialium Custos, Civitatis patriæ Triumvir, rerumque ecclesiasticarum ac literariarum Curator primarius, Mæcenas mihi divinitus datus; qui non*

modo totius Operis & hujus etiam Catalogi primum consilium cepit, mihique exarandi legem imposuit, verum etiam illud ipsum conamen studio industriaque juvit, librorum communicatione promovit, commendatione propagavit, & autoritate demum auxit & amplificavit. Hinc etiam factum & effectum est, ut R. P. Frœlichius, *S. J. Vir in re numaria, Mathesi, & linguis, versatissimus, librorum Seculo XV Norimbergæ impressorum, qui in Bibliotheca Universitatis Viennensis & Societatis Jesu continentur, indicem, cum notis adjectis; Celeberrimus item Vir* Philippus Lambacher, *Secretarius & Bibliothecarius Civitatis Vindobonensis, Catalogum ejusmodi librorum, qui in Bibliotheca civitatis Viennensis asservantur, benevole humaniterque communicarent. Neque vero minorem ex patria civitate nostra diligentiam industriamque navavit in perlustranda Bibliotheca publica Norimbergensi Reverendus Vir* Jo. Sigismundus Mœrlius, *ad S. Sebaldi Diaconus, qui parentis indulgentissimi, Viri Summe Reverendi,* Gustavi Philippi Mœrlii, *Ecclesiarum Norimbergensium Antistitis & Bibliothecarii, nomine curam in conscribendis libris, in excerpendis operam, & in conscribendis fidem suam, omnibus ubique commodavit. Unde etiam, cum instituti nostri rationem vidisset & audivisset Vir Reverendus* Raidelius, *ad S. Sebaldi Diaconus beatæ memoriæ, non intermisit ille, quantum potuit, huc symbolam conferre, ita quidem, ut, quem habebat scriptum Bibliothecæ Luneburgensis catalogum, pro scopo nostro perlegeret, librosque Seculo XV Norimbergæ impressos excerperet & communicaret. Hæc interea cum peragerentur; omnes fere, quotquot novi per civitatem, rogavi doctos, ut ex suo Bibliothecarum instructissimarum promo condo aut libros, ad Historiam præcipue literariam & ecclesiasticam pertinentes, aut Catalogos indicesque Bibliothecarum splendidissimarum, depromant mihi. Cujus favoris ergo Virum Amplissimum humanissimumque M.* Engelhardum Geigerum, *Scholæ Sebaldinæ Rectorem, multoque vero magis Reverendum Virum M.* Conradum Schœnlebium, *ad S. Ægidii Diaconum, Collegam tunc temporis amicissimum, nominare possum. At omnium maxime impensissimeque laudare fas est magnum illud rei literariæ medicæque decus,* Godofredum Thomasium, *qui tam benigno, tam prolixo animo, tam larga manu, Bibliothecam selectissimam*

ficiam ornatissimamque aperuit, monstravit, obtulitque, ut ne votis quidem conceptis melius sperare potuissem. Ita sane est, ut, quo magis tanti Viri humanitatem expendo, hoc minus dijudicare valeam, utrum facilius mihi obtulerit librorum etiam pretiosissimorum usum, an eundem benignius liberaliusque permiserit, utrum sese in exhibendo promtius, an in recipiendo lætius, & ad plura subinde offerenda proclivius, ostenderit. Tanta igitur librorum & catalogorum selectissimorum copia instructus, nullam quidem ego in iis perlustrandis operam recusavi; sed tamen ex concisi temporis parsimonia lætus accepi juvenum quorundam honestissimorum, commilitonum meorum, alacritatem & voluntatem, qua mihi occupatissimo in Catalogis perlegendis & excerpendis manus promtas & auxiliatrices præbere voluerunt, suamque mihi & aliis diligentiam comprobarunt. Ita quidem, collectis ubique nominibus editionibusque librorum, Seculo XV Norimbergæ exscriptorum, prima duxi lineamenta Catalogi, eumque adhuc rudem & imperfectum ad Virum de Universitate Altorfina bene immortaliterque merentem, Christianum Gottlibium Schwarzium, *præceptorem quondam meum nunquam non colendum, misi; qui, qua pollet humanitate & gratia, non suæ modo Bibliothecæ instructissimo apparatu, sed illorum etiam, qui in Bibliotheca Universitatis continentur, librorum titulis & subscriptionibus Catalogum nostrum augebat & ornabat. Neque etiam reticere ullo modo possum Viri Perquam Reverendi* Lochneri, *ad Parochiam Sebaldinam Senioris, benevolentiam & promtitudinem, quam in perquirendis Bibliothecæ* Dilherrianæ *libris lubens volensque ostendit, & ad plura sese obligavit. Tanta igitur librorum, partim novorum, partim recusorum, accessione mirum in modum auctus, & ad trecentorum numerum productus est Catalogus; qui cum typis exscriptus esset, & ad Germaniæ literatos mitteretur, non sine larga suorum fructuum messe revertebatur. Factum est enim, ut non modo V. C.* Biedermannus, *Conrector Scholæ Numburgensis ad Ecclesiam cathedralem, librorum ex Bibliotheca Scholæ Portensis excerptorum indicem benevole communicaret mihi, verum etiam Vir magnæ eruditionis laude ac fama clarissimus* Jacobus Burckhardus, *Consiliarius Aulicus & Director Bibliothecæ Augustæ Guelpherbytanæ, pro sua, qua pollet, humanitate designationem accuratissimam eorum, qui Seculo XV*

Norim-

cognoscas, mari copulata, hinc fœcunda, innumera parit ova. Quare illa haud raro interest vermium rodentium gregibus, non devoratura, sed paritura. Parit autem innumera ovula, tomento (vid. *Fig. d. e. n.*) prout visum est, involuta. Habent id erucæ gregariæ, illæ potissimum, quorum ovula per hyemem durant, ut sericea tela fœtum obducant. Scarabæi etiam sub terra, fimo, inque corporum cavis, quales sunt cadaverum, Germanis *Aas-Kafer*, simile quid exercent, quo ovula tenacius hæreant; quare ex ovulis istis subito & brevi admodum temporis mora vermiculi enati sunt, quos triplici magnitudine, minimos, medios, maximos, (vid. *Fig. f. g. h.*) in viscere observavi, non quod tres essent vermium species, sed quod diversæ ætatis acari, nascentes, adolescentes, & adulti, operis communione perfruerentur. Qui ex omnibus corpore est præstantior, & statura procerus, (vid. *Fig. i.*) operosior non est, sed ignavus, fere emarcidus, qui sese ex latebris rei destructæ proripit, quam longe potest, ab eadem recedit, hinc subito quiescit, utpote qui suæ mutationi sit propinquus. Ea lex omnibus & erucis & vermibus lata est, ut ætate provecti, imminente metamorphosi, *parum esuriant*, tandemque motu locali destituantur. Quare & ex vermibus cadaverum, qui maximus est, fere totus obrigescit, dum interea minimi cum mediis sunt voraciores. Vidi etiam minimos inter vasa capillaria versatos, & proinde maximam gratiam meritos, dum medii vasis majoribus exedendis operam impenderent. Quomodo autem adolescant, scire decet. Statuta est insectis & animalibus crustaceis lex naturæ immota, ut, exuvias ponendo, adolescant. Sic astaci, scolopendræ, arachnei, erucæ, angues, viperæ, vermes, ad staturam evehuntur, dum quotannis, quæ corpori circum est, crustam, suturis crepantibus, exuunt, subnascente nova cute, paulatim induranda. Ex volaticis etiam quædam, prout bruchus, anteaquam fit locusta, vel cicadæ, vel blattæ, id habent, ut exuvias ponant. Quare &, simile quid administris Anatomicorum accidisse, deprehensum est, quo exuvias ponerent. Vidimus autem, sicut triplicis magnitudinis vermes, ita triplicis magnitudinis exuvias, in eadem statione. Quare intellectum fuit, singula ætate singulum deponi corium, (vid. *Fig. e. o. k.*) hac tamen diversitate, ut ex prima & secunda exuvia

prodeant

prodeant vermes ſtatura aucti; ex tertia tandem mutatus emergat Scarabæus. Quare ſcimus, ex illa claſſe vermium eſſe noſtros, quorum cutis indurata tandem fit nympha, ejusdem, quæ vermi fuit, formæ, ita, ut vermem ſupereſſe putes, quando jam medius ille, qui omnibus inſectis inevitabilis eſt, ſtatus vermi ſupervenit. Ea tamen deprehenditur inter vermem & Scarabæi nympham diverſitas, prout comparatis inter ſe *Figuris*, in *Schemate i* & *k* notatis, clarum eſſe puto, quod, quamvis utrinque & numeri annulorum, (ſunt autem quatuordecim,) ſetularum etiam, quibus corpuſculum inhorreſcit, hinc illius conditionis, qua pedibus deſtitutus eſt venter, intercedat ſimilitudo, ſtaturæ tamen, qua vermis erat, deceſſerit haud parum in nympha, quæ propterea craſſior eſt tanto, quanto longior eſſe deſiit. Poſtquam ergo quietus & rigidus aliquamdiu manſit vermis, (manſiſſe autem puto per octiduum,) ſubito juxta cervicem animalculi nympha ad perpendiculum diffiſſa eſt ad primum uſque thoracis annulum; deinde evaſit Scarabæus, (vid. *Fig. l.*) quem paulo ante lenti ſimilem, pedibus & capite in ſe contractis, ſub nympha videram, altero ſtatim die aliquantulum auctior, (vid. *Fig. m.*) mox diſparens, & vago vitæ genere delectatus, utpote quem, ſi fœmina fuerit, deceat novas ſtationes quærere, & ovula defigere in rebus paſſim obviis, muſculis exſiccatis, membranis ligamentorum, viſceribus, & aliis rebus anatomicis, quas, mala plerumque gratia miſere dilacerant, ex ovulo, vermes. Singulare illud eſt, quod hyemi propior fœtura Scarabæi, ſub tertia exuvia, quæ nympha fit, per hyemem quieſcat, quod aliis etiam inſectis ita evenire ſolet, ut calore æſtivo parum adjuti, ſub nympha ſua omni hyeme deliteſcant. Equidem affirmare non auſim, carnibus ſiccis admordendis parem tantum eſſe hunc vermiculum, quem haud raro etiam cerealia attigiſſe deprehendi ſicut etiam factum eſſe memini, quo Curculio, Scarabæus, cujus vermiculus fruges conſumere natus eſt, & granorum interanea admirabili artificio exeſt, inter præparata mea errabundus, ovula ponere tentaret, ut dubius eo tempore fuerim, num ab ejus fœtura noxam paſſæ eſſent res meæ. Certiſſimum eſt, vermes, & pedatos & apodes, qui Scarabæi tandem fiunt, rodendis artifi-

cioſi

ciose rebus potissimum vacare. Talem vermem exhibet *Gœdartus Metamorph. Nat. Tom. II Exp. 51*, ex quo fit Cantharus & Scarabæus Xylophthorus, sonitu suo, quem edit, notissimus, & celebratus etiam Prophetæ *Habacuc II, v. 11, 12,: Lapis ex pariete clamat, & κάνθαρος ex ligno respondet ei.* Exemplum industriæ in lignis rodendis habemus vermes, qui Scarabæi fiunt lignorum antennis longissimis. Habui, prout in *Schemate* exhibetur, vermiculi, foliorum destructoris, mirum opus, cujus labore admodum delectatus sum, cum animalculi solertiam perspicerem, qua, quod inter foliorum mediam substantiam retiformem est, succidi, ita destruit, ut, omni viredine foliorum absumta, membranaceum supersit reticulum, quo parum elegantius dabit ars illa, quæ foliorum nervos & vasa minima separat, & sceleti vegetabilis specie sistit. Potuerunt, qui primum in ista foliorum sceletopoiia versati sunt, laboris argumentum a foliorum effossore desumsisse. Eadem est utriusque vermis, & illius, qui viscerum interna rodit, & vasis cera plenis parcit, & illius, qui foliorum parenchyma mordet, nascendi conditio, idem *instinctus, eadem metamorphosis*, nec Scarabæus, utrinque enascens, *magnopere differt.* Postquam enim Scarabæus fœmina, *mari copulata*, quod illius generis coleopteris averso fit corpore, ovula in aversa folii parte inter nervos defixit, exoriuntur acari, (*Vid. Fig. q. q.*) annulorum numero & hirsutie convenientes cum Anatomicorum satellitibus, in eo tamen discrepantes, quod intense nigrescant, & tubercula bina pro pedibus sub pectore habeant, quorum auxilio folio fortiter adhærent, nec excuti se facile patiuntur. Gregarii sunt, & in eadem folii parte plures proboscidem defixam habent; hinc fervet labor, & brevi tempore folia cancellis perspicua, omnique viredine exuta, conspiciuntur. Folia sua, parenchymate exeso, satellitum quorundam ministerio ita eleganter elaborasse *Ruyschium*, prout in ejus Thesauro maximo depinguntur, ipse loquitur *l. c.* Diversa tamen ab hoc nostro fuisse & minutissima, ex aquis putridis, insecta, ipso ejus sermone clarum est. Talis fuit rami ex ostrya decerpti facies, in quo vermes habui jam adultos, de quibus adeoque, num triplici vice, quod per analogiæ leges fieri de-

 buit

buit, exuvias posuerint, affirmare non audeo. Habui tamen illam, qua Scarabæus prodiit, exuviam, folio, imo sericea tela, juxta thoracem, firmiter alligatam, quod etiam erucis ita contingit, quæ, quo quiete per statum suum medium ad vitam aeream papilionis adspirare possint, circa se fila ducunt, & ab iisdem vel ad perpendiculum hærent, vel ad horizontem vegetabilibus adnascuntur. Eadem est huic exuviæ juxta cervicem fissura, (vid. *Fig. t.*) qua Scarabæus exiit, paulo tamen secus egit Scarabæus, (vid. *Fig. s.*) qui intra scatulam conclusus, & auxilio telæ suæ sericeæ non adjutus, exuviam in medio (vid. *Fig. r.*) fregerat, quo tempore figuram ejus ediscere potui. Instituendum est rei experimentum, quod tamen fieri posse dubito, num foliorum acarus carnes admorsurus sit, prout tineæ docente Cel. *de Reaumur* in Memoires pour servir a l'histoire des insectes Tom. III. Non telas tantum, ex lanis confectas, sed & membranas & ligna, mordent, si pabuli penuria ingruit. Nollem autem utriusque vermiculi, & nostri & sylvestris, operas instinctui & connatæ cuidam industriæ tribuere, cum necessitatis sit, parcere rebus, quarum duritiem superare nequeas. Habemus foliorum tineas, quæ pro corporum suorum tenuitate minimis foliorum vasis intersunt, nec tam destruunt folia, quam cuniculos inter utrumque folii corticem agunt, hinc tumores excitant, in quibus, donec muscarum minimarum quadripennium egregie lucentium facie evolent, quiete delitescunt. Provincias in tenui foliorum lamina obtinent, & colonias stabiliunt. Grandiora mole insecta, & ferocioris indolis, integra depascuntur folia, vix pedunculum superesse sinunt Erucæ, alia, admirabili arte, durissima ligna effodiunt, sicut vermium, ligna infestantium, variæ apud Scriptores notæ sunt species. Dex, & quæ enxyla vocantur, sunt apud *Theophrastum*, *Aristotelem*, & *Plinium*. De Thripe est apud *Lucianum* in Lexiphane, qui dicit, *olivas se suas servare sub sigillis, a Thripe maxime erosis.* Celebratissima penes antiquos sunt nomina Thripum; quæ lignis tabulisque ligneis infestæ, graphica velut arte rodunt; hinc Græci, maxime Lacones, leguntur ante annuli signatorii usum lignis, Tripe exesis, usi fuisse. De his *Mouffetus* in Theatr. Insect. Lib. II Cap. 19 pag. 249: „Vermiculoso processu, varias cha-

„racterum,

rasterum, herbarum, animaliumque, formas exsculpunt, & di-„
vinam illam Phidiæ, Praxitelis, Myrmecidis, Bupali, Sophro-„
nisci, Antherni, glyphicam fere superant. Simili fere modo interanea lignorum, tractibus artem æmulantibus, exedunt Ligniperdæ & alia enxyla. Illustre voracitatis in Xylophago marino exemplum cum insigni suorum damno habuerunt Belgæ, quamvis non vermis, sed conchylium, istam stragem ediderit. Integram hanc Teredinis marinæ historiam erudite recensuit *Godofredus Sellius* in Historia naturalis Teredinis, seu Xylophagi marini, tubulo conchoidis, edita Trajecti ad Rhen. A. 1733, 4. Nec saxa suis destructoribus vermibus carere, indicavit *Gædartus* in Metamorph. naturell. Tom. III. Qualem, nomine שמיר, Judæus Magister, *Salomoni*, templum exstruenti, notum fuisse, superstitiose fabulatur, cujus ministerio ille potissimum in saxorum politura usus fuerit. De hoc verme *Schamir* ad *1 Reg. VI*, 7, quo usus sit *Salomo* in templi ædificio, multa fabulantur Judæi doctores. Conf. *Balthas. Scheidium* in Præteritis præteritorum, quæ exhibet S. Rev. *Meuschenius* in Novo Testamento ex Talmude illustrato pag. 225. Non obscurius his, ast verius, nomen habent vermes, Anatomicorum administri, quorum historia, quantum experimentis hactenus constitit, tradita est. Non autem tantum illi, qui Scarabæum in viscere habent, sed & illi, qui muscam, bene de nobis mereri cupiunt. Scilicet est carnium musca, domesticis major, colore livida, importuna, si quæ unquam, & alarum strepitu, quibus chorda elastica subtensa est, admodum sonora. Hanc, fœtore carnium putrescentium illectam, & moleste sedulam, animadvertimus. Postquam consedit gravida plurimis ovulis mater, defixo, qui ano prope est, aculeo, parit prolem, quam, dubium est, ovum, vel nympham vermiformem, appellare cum *Schwammerdammio* debeamus. Multa enim insecta nascuntur ex Nympha, quæ statim est animal. *Jo. Schwammerdam* in Bibl. Nat. seu Hist. Insect. huc refert formicas, pediculos, cicadas; quarum ova putata crescunt, postquam nata sunt, tandemque adultum insectum emittunt. Certe vermes vivos nasci putares, adeo

breve, a partu ovi ad animalculi vitam, tempus intercedit, nec forma quidem ovi, qualis plerorumque insectorum esse solet, respondet. Ova tamen esse puto, cum non nisi exuta, quam circumductam habent, membrana, vermis moveatur, parvus primum, mox adolescens, tandemque adultus. (Vid. *Fig. a.*) Haberes, quo tibi de isthoc satellitio gratulari posses. Voracissimi enim sunt, & vasa promtissime denudant, sed subito exsatiantur, quiescunt, & opus imperfectum relinquunt, parum etiam propterea proficiunt, quod siccas partes non attingant, & delectentur putridis, nec aliud eorum famulitio beneficium percepi, quam quod pinguedinem, quæ musculis interest, nitide consumserint, plus tamen damni semper, quam commodi, habitum est. Exuvias, dum adolescit vermis, poni, autor est *Reaumurius* Tom. IV pag. 26. Quo magis ad maturitatis terminum accedit, eo plus crassescit, fit tardigradus, deserit opus, & in remoto loco prorsus obrigescit, dum cutis ejus mutatur in nympham (vid. *Fig. b.*) totidem annulis, quam qui fuerunt vermi, id est, duodecim. Diu in mutatione est, mensis spatio nondum apparuit musca. Si sero nascitur vermis, hyemem intra nympham statu medio transigit, hinc, nympha juxta locum, qui vermi vertex est, fissuram agente, prodit musca, madore primum humida, mox agilis, statim magna, quod omnium insectorum est, quæ metamorphoseos leges experiuntur, ut ea, quam omni vita servant, statura sua ex nympha efferantur. Vix effugit musca, quam carnes appetit, quæ equidem ex muscæ deprædationibus noxam habent nullam. Muscæ enim omnes proboscide sugunt res liquidas, nec mordent, ast ex ovulorum fœtura habent non levem. Ea est muscæ matris industria, ut per media lintea, quibus cadavera obvolvimus adacto aculeo, ovula ordine disponat, nec uno loco omnia ponat, sed in diversis. Quodsi in hoc argumento paulo liberalius versatus fuero, quodsi meo oblectamento, nec utilitati Lectoris, scripsisse videar, pro me perorantem habeo *Quintilianum: Parva docemus, est etiam sua studiis infantia.*

NOVA

NOVA LITERARIA.

Omni laude dignum est institutum doctissimi Viri, *Jo. Pauli Ræderi*, Gymnasii Ægidiani, quod Norimbergæ floret, Rectoris, libros, quicunque sub ipsis Typographiæ incunabulis Norimbergæ sunt excusi, in justum quendam indicem redigendi, sicque optime merendi de his, qui literariæ Historiæ non vulgari quodam studio tenentur. Explicavit omnem eam rem longa haud ita pridem Epistola, ad Viros doctos data, quam, ne quidquam eorum, quæ scire tua interest, ignores, hic legendam damus: *Cum ex festa in secularem Typographiæ inventæ memoriam habita solennitate haud ægre singulis constare possit, cur & librorum, Seculo XV Norimbergæ typis expressorum, catalogum in vulgus edamus; non meum esse reor, multis eam rem ambagibus commendare. Neque tamen sola causa est, ut rerum ipsarum testimoniis probemus, habere vel inprimis Norimbergam, cur de primo fusorum typorum beneficio gratuletur sibi; sed quia non ingratum putamus fore literatis viris, si pleniorem uberioremque librorum, Norimbergæ exscriptorum, cognitionem haurire licet, quam quæ sparsim ex scriptis Historiæ literariæ desumi potest. Vellem quidem, ut, quod præfiscine dixerim, omnes, quos rogavi, tam faciles ad communicandos antiquæ notæ libros fuissent, quam ego promtus paratusque ad describendum fui; multo sane, quod nullus dubito, majorem numerum & ampliorem librorum, Seculo dicto impressorum, copiam offerre legentibus potuissem. Tantum vero abest, ut de plurimis juste aut merito queri possim, ut potius virorum genere, bonore, & ingenio, summorum gratiam & favorem ea in re nunquam satis collaudare valeam. Tanta quidem virorum illustrium doctissimorumque nomina reticere nullo modo nec possum, nec volo; sed tamen, ut distincte omnia recensere queam, totam rem ex successione temporis enarrabo. Primus igitur loco & tempore nominandus est Vir Perillustris ac Generosissimus Dom.* Hieronymus Guilielmus Ebner ab Eschenbach, *S. Cæsareæ Majestatis Consiliarius, Coronæ & Insignium Imperialium Custos, Civitatis patriæ Triumvir, rerumque ecclesiasticarum ac literariarum Curator primarius, Mæcenas mihi divinitus datus; qui non*

modo totius Operis & hujus etiam Catalogi primum consilium cepit, mihique exarandi legem imposuit, verum etiam illud ipsum conamen studio industriaque juvit, librorum communicatione promovit, commendatione propagavit, & autoritate demum auxit & amplificavit. Hinc etiam factum & effectum est, ut R. P. Frœlichius, *S. J. Vir in re numaria, Mathesi, & linguis, versatissimus, librorum Seculo XV Norimbergæ impressorum, qui in Bibliotheca Universitatis Viennensis & Societatis Jesu continentur, indicem, cum notis adjectis; Celeberrimus item Vir* Philippus Lambacher, *Secretarius & Bibliothecarius Civitatis Vindobonensis, Catalogum ejusmodi librorum, qui in Bibliotheca civitatis Viennensis asservantur, benevole humaniterque communicarent. Neque vero minorem ex patria civitate nostra diligentiam industriamque navavit in perlustranda Bibliotheca publica Norimbergensi Reverendus Vir* Jo. Sigismundus Mœrlius, *ad S. Sebaldi Diaconus, qui parentis indulgentissimi, Viri Summe Reverendi,* Gustavi Philippi Mœrlii, *Ecclesiarum Norimbergensium Antistitis & Bibliothecarii, nomine curam in conscribendis libris, in excerpendis operam, & in conscribendis fidem suam, omnibus ubique commodavit. Unde etiam, cum instituti nostri rationem vidisset & audivisset Vir Reverendus* Raidelius, *ad S. Sebaldi Diaconus beatæ memoriæ, non intermisit ille, quantum potuit, huc symbolam conferre, ita quidem, ut, quem habebat scriptum Bibliothecæ Luneburgensis catalogum, pro scopo nostro perlegeret, librosque Seculo XV Norimbergæ impressos excerperet & communicaret. Hæc interea cum peragerentur; omnes fere, quotquot novi per civitatem, rogavi doctos, ut ex suo Bibliothecarum instructissimarum promo condo aut libros, ad Historiam præcipue literariam & ecclesiasticam pertinentes, aut Catalogos indicesque Bibliothecarum splendidissimarum, depromant mihi. Cujus favoris ergo Virum Amplissimum humanissimumque M.* Engelhardum Geigerum, *Scholæ Sebaldinæ Rectorem, multoque vero magis Reverendum Virum M.* Conradum Schœnlebium, *ad S. Ægidii Diaconum, Collegam tunc temporis amicissimum, nominare possum. At omnium maxime impensissimeque laudare fas est magnum illud rei literariæ medicæque decus,* Godofredum Thomasium, *qui tam benigno, tam prolixo animo, tam larga manu, Bibliothecam selectissimam*

fimam ornatissimamque aperuit, monstravit, obtulitque, ut ne votis quidem conceptis melius sperare potuissem. Ita sane est, ut, quo magis tanti Viri humanitatem expendo, hoc minus dijudicare valeam, utrum facilius mihi obtulerit librorum etiam pretiosissimorum usum, an eundem benignius liberaliusque permiserit, utrum sese in exhibendo promtius, an in recipiendo lætius, & ad plura subinde offerenda proclivius, ostenderit. Tanta igitur librorum & catalogorum selectissimorum copia instructus, nullam quidem ego in iis perlustrandis operam recusavi; sed tamen ex concisi temporis parsimonia lætus accepi juvenum quorundam honestissimorum, commilitonum meorum, alacritatem & voluntatem, qua mihi occupatissimo in Catalogis perlegendis & excerpendis manus promtas & auxiliatrices præbere voluerunt, suamque mihi & aliis diligentiam comprobarunt. Ita quidem, collectis ubique nominibus editionibusque librorum, Seculo XV Norimbergæ exscriptorum, prima duxi lineamenta Catalogi, eumque adhuc rudem & imperfectum ad Virum de Universitate Altorfina bene immortaliterque merentem, Christianum Gottlibium Schwarzium, *præceptorem quondam meum nunquam non colendum, misi; qui, qua pollet humanitate & gratia, non suæ modo Bibliothecæ instructissimo apparatu, sed illorum etiam, qui in Bibliotheca Universitatis continentur, librorum titulis & subscriptionibus Catalogum nostrum augebat & ornabat. Neque etiam reticere ullo modo possum Viri Perquam Reverendi* Lochneri, *ad Parochiam Sebaldinam Senioris, benevolentiam & promtitudinem, quam in perquirendis Bibliothecæ* Dilherrianæ *libris lubens volensque ostendit, & ad plura sese obligavit. Tanta igitur librorum, partim novorum, partim recusorum, accessione mirum in modum auctus, & ad trecentorum numerum productus est Catalogus; qui cum typis exscriptus esset, & ad Germaniæ literatos mitteretur, non sine larga suorum fructuum messe revertebatur. Factum est enim, ut non modo V. C.* Biedermannus, *Corrector Scholæ Numburgensis ad Ecclesiam cathedralem, librorum ex Bibliotheca Scholæ Portensis excerptorum indicem benevole communicaret mihi, verum etiam Vir magnæ eruditionis laude ac fama clarissimus* Jacobus Burckhardus, *Consiliarius Aulicus & Director Bibliothecæ Augustæ Guelpherbytanæ, pro sua, qua pollet, humanitate designationem accuratissimam eorum, qui Seculo XV*

Norim-

Norimbergæ excudebantur, librorum per solertissimum Reinerdingium, *qui a commentariis Bibliothecæ est, exarandam curaret ac transmitteret; porro etiam Vir multæ doctrinæ industriæque nominibus celeberrimus* J. C. Wolf, *Professor Græcæ Linguæ in Gymnasio Hamburgensi, ex diversis Catalogis & Bibliothecis, potissimumque ex Bibliotheca Paulina Lipsiensi, Freybergensi, & Cygnensi, symbolam conferret suam. Neque minus præter ea, quæ viri humaniorum literarum genere laudatissimi, Rector Scholæ Solisbacensis,* M. Franciscus Lettelius, *&* Gesnerus, *Scholæ Rothenburgensis Rector, & Rector palæstræ Windshemiensis* G. W. Dietzius, *transmiserunt, doctrinaeque studiis florentissimus vir,* Jo. Gottlibius Breitkopfius, *ex Bibliotheca Freybergensi excerpenda curavit, novæ librorum excerptorum accessiones Vienna factæ sunt: cum illinc nimirum Præfationes & subscriptiones Codicum, in Bibliothecis supra dictis contentorum, lubentissime diligentissimeque ab iisdem Autoribus collatas, accepissem. Est etiam, quod Viro Maxime Reverendo* Hasselio, *generalissimo Ecclesiarum Brunsuicensium & Luneburgensium Superintendenti, grates agamus devinctissimas pro eximia benignitate, nobis ex Bibliotheca Principali Wolfenbytelana selectos libros communicandi. Neque sane minorem exhibuit mihi pro instituto nostro adjuvando humanitatem & operam Vir de re literaria bene immortaliterque meritus, & Ecclesiastici muneris dignitate reverendus,* Jo. Georgius Schelhornius; *qui, quantum potuit, librorum Seculo XV Norimbergæ impressorum numerum auxit, nostrique Catalogi rationem promovit & amplificavit. Tandem vero totum Opus nostrum ex singulari quadam benevolentia ac facilitate coronavit Reverendissimus Dom.* Godefridus, *liberi & exemti Monasterii Gotwicensis, Ordinis S. Benedicti in Austria inferiori, & S. Adriani in Szalavvar in Hungaria, Abbas, Vir in summa literarum cultiorum & antiquitatis luce famaque conspicuus maxime; qui, quod* Ebnero *nostro satis abundeque promisit, expleturus, quos in Bibliotheca Gottwicensi libros ejusdem generis invenit, eorum omnium catalogum largissime transmisit & communicavit. Rite igitur debiteque peracto grati animi piique officio, nihil est, quod addam nisi verba ista, quæ ex Annalibus Maitterianis Tom. I Part. II A. 1733 edit. pag. 527 n. 9 excerpta dabo:* Operæ pretium videtur uberiorem & pleniorem catalogum, quam quem *Saubertus* dedit, de antiquis editionibus Bibliothecæ publicæ Norimbergensis ab aliquo docto Norimbergensi requirere. Ibidem celeberrimi Polyhistoris & Medici Norimbergensis *Thomasii* Bibliotheca esset consulenda. *Quantum desiderio hujus ingenui doctissimique Viri satisfactum fuerit, non meum est dijudicare.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Aprilis Anno MDCCXLII.

THE HISTORY OF THE LIFE OF MARcus Tullius Cicero, &c.

id eſt,

M. TULLII CICERONIS VITA, AUTORE CONYERS MIDDLETONO, S. Theol. Doct. & Bibliothecario primario Univerſitatis Cantabrigienſis.

Volumina II.

Londini, impenſis Autoris, 1741, 4 maj.

Vol. I Alph. 3 plag. 10, Vol. II Alph. 3 plag. 6.

Ciceronis vitam tali ſcriptione enarrare, quæ digna ſit tanti viri perſona, & quæ lectoris animum alliciat ac adjuvet, uti res certe eſt magnæ utilitatis, ita & multæ artis, ac non exigui laboris, eſſe videtur. Primo enim eandem Romanæ hiſtoriæ ac Reipublicæ notitiam, eandem in evolvendis Græcis Latiniſque monumentis aſſiduitatem, eandem ingenii aciem, prudentiam, eloquentiam, requirit hoc genus ſcripturæ, quam univerſæ Romanæ hiſtoriæ illorum temporum, in quæ *Ciceronis* ætas incidit, pertractatio. Deinde, quæ prima eſt omnis Hiſtoriæ lex, ne quid falſi dicere audeat, ne quid veri non audeat, & ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, eam cum in omnis viri magni vita ſcribenda, tum maxime in *Ciceronis*, aſſequi difficile eſt; non quod hic ſpes aut metus animum ſcriptoris a vero poſſit avertere, ſed quod difficile ſit cavere, ne tot illu-

strium tanti viri factorum & dictorum splendore mens ita afficiatur, ut vitia ejusdem aut plane non videat, aut dissimulare cupiat. Tacebimus laborem, qui omnibus illis locis, quæ rerum ad *Ciceronis* vitam pertinentium mentionem faciunt, & per magna *Ciceronis* volumina hinc inde sparsa sunt, colligendis, iisdemque ordine & judicio dispensandis & disponendis impendendus est. Has, & si quæ sunt aliæ his affines, difficultates in vita *Ciceronis* scribenda omnes recte perpendens Reverendus *Middletonus*, parum absfuit, quin hoc munus, a Mecænate suo sibi demandatum, recusaret. Est autem ille Vir non solum gloria majorum conspicuus, & in summa dignitate constitutus, sed etiam doctissimus, & ob eruditionem inter cives suos celebris, *Joannes Herveus*, Regi Magnæ Britanniæ a Sigillo privato. Hunc Virum amor *Ciceronis*, quem ex libris ejus hauserat, non prius quiescere passus est, quam Opus hoc, cui doctissimum *Middletonum* parem judicaverat, ex animi sententia ad finem perductum vidisset. Et certe, si hic Vir talis est, qualem nobis Autor in Dedicatione depingit, de quo minime dubitamus, mirum non est, ejus autoritati, nedum precibus, Autorem resistere non potuisse. Sed, quantum Autor ad explendum Illustris hujus Viri desiderium fecit, tantum hic ad splendorem Operis, ab illo elaborati, contulit, cum non solum editionem ejus omni modo juvare & ornare studuerit, sed & illud, antequam ederetur, perlegerit, & nonnullis in locis, tanquam olim *Scipio Polybii* Historiam, expoliverit. Hæc de occasione hujus Operis scribendi ex Dedicatione referre voluimus, quam Autor ad *Herveum* præmisit, & quæ, ut hoc addamus, ita est elaborata, ut profiteri non vereamur, nos, ea perlecta, nescivisse, quid potius miraremur, rarasne his nostris temporibus Illustris Viri laudati virtutes, an elegans eorum laudatoris ingenium.

In Præfatione, ad quam nos nunc convertimus, tria præcipue Autorem videmus egisse. Primo, ut a suspicione gratiæ in scribenda *Ciceronis* vita se defenderet, deinde, ut, quibus Commentariis & Autoribus in contexenda hac Historia usus sit, indicaret, suumque de iis judicium exponeret, tertio, ut, quæ forma

Romanæ

Romanæ Reipublicæ inde ab Urbe condita usque ad *Ciceronis* natales fuerit, iis lectoribus, qui in historia Romana non satis versati sint, breviter, sed perspicue, ostenderet. Ad primum quod attinet, postquam ostendit, quantum sibi semper displicuerit vulgaris Biographorum mos, qui fere solent pro Historia Panegyricum lectori obtrudere, affirmat, se sibi omni studio cavisse, ne in idem incideret vitium, etiamsi forte hoc vitium facilius excusationem invenire posset in eo, qui ad viri *tantis* virtutibus ex omni parte splendentis, quantis *Cicero* exornatus erat, vitam enarrandam se applicavit. Sed, ne tamen in hoc vitium incideret, operam dedit, ut ne quid traderet, quod non avthenticis testimoniis suffultum esset. Quod an assecutus sit, ut lectores recte judicare possint, hæc duo illos monere, e re sua duxit. Primum est, ut in Opere hoc legendo vulgarem istam opinionem ex animo deponant, quasi bellica illa virtus quorundam imperatorum, qui *Ciceronis* coætanei fuerunt, quamvis victoriis splendens, & triumphorum pompis condecorata, majori admiratione & laude digna sit, quam togata virtus & *civilis prudentia*, quæ, inhumanum ferri & *flammæ usum abhorrens*, pacata magis & magis salutari humano generi via patriæ salutem quærit, & civium libertatem ab oppressione vindicare studet. Alterum, de quo lectores monet, est, ne, si quem forte locum in hac Historia invenerint, in quo *Cicero* justo magis laudatus videatur, sententiam prius pronuntient, quam totum hoc Opus perlegerint, quo scilicet possint de particula characteris tanti viri ex toto judicare; & simul rogat lectores, velint eandem sibi veniam dare, quam alii Historici jure postulant, ut, si quid forte non satis claris testimoniis probaverit, fidem in eo ipsi non denegent, sed potius credant, propterea se luculentioribus testimoniis supersedisse, quod idem lectoribus clarum fore putavit, quod sibi ipsi ob pleniorem disquisitionem manifestum erat. Hisce præmonitis, & indicatis legibus, quas in contexenda hac Historia observavit, (hæ autem illæ sunt, quas ipse *Cicero* in *Libro II de Oratore* constituit,) recenset Commentarios, quibus usus est. Fuere autem illi præcipue ipsa *Ciceronis* volumina, quæ, simul

ac ad Historiam hanc scribendam animum applicavit, semel iterumque relegit. Sunt enim fide dignissimi Commentarii non earum solum rerum, quæ ad *Ciceronis* vitam, sed & earum, quæ ad Reipublicæ *Ciceronis* temporibus statum, pertinent. Ea igitur loca, quæ ex *Ciceronis* libris decerpsit, suæ narrationi intertexere studuit, sic tamen, ut ne tanquam splendidi panni assuta viderentur. Quare illa in Anglicam linguam convertit, non verbum verbo reddens, sed ita, ut ipsum *Ciceronem* scripturum fuisse, si Anglis scripsisset, verosimile sibi videbatur; quæ antiquorum Autorum scripta convertendi ratio optima quidem sine dubio est, sed certe satis difficilis. Verum non solis *Ciceronis* libris contentus fuit Cel. Autor, sed, his perlectis, aliorum quoque Autorum, tam Romanorum, quam Græcorum, libros in manus sumsit, ut ex illis depromeret, quibus ea, quæ *Cicero* aut leviter attigit, aut prorsus præteriit, magis illustrare, vel supplere, posset. Sed inter Græcos Historicos, qui *Ciceronianæ* ætatis historiam tradiderunt, *Plutarchus*, *Appianus*, *Dio Cassius*, etsi multa nobis reliquerunt, quæ illorum temporum historiam illustrant, caute tamen, inquit doctissimus *Middletonus*, & circumspecte legendi sunt, quod in enarrandis Romanis rebus, partim ob inscitiam linguæ & morum Romanorum, partim ex malevolentia, sæpe peccarunt. Et *Plutarchus* quidem, cum in lingua Latina, licet multos annos Romæ degens, admodum parum profecerit, quod ipse in *Demosthenis* vita confessus est, quam idoneus fuerit ad vitas illustrium Romanorum scribendas, unusquisque facile judicare potest. Hinc cum in aliorum Romanorum vitis, tum in *Ciceronis* maxime vita, incuriam & festinationem suam sæpius prodidit, splendidissimas & memoria dignissimas res, a *Cicerone* gestas, negligenter percurrens, & in somniis ac fabulis hærens. Ad *Appianum* quod attinet, idem fere de eo, quod de *Plutarcho*, est Autoris judicium, quoniam in multis, iisque præcipuis, locis *Plutarchi* libros exscripsit. Sed omnium maxime *Dionis Cassii* fides suspecta esse debet, utpote qui nimis aperte prodidit, quam infenso erga *Ciceronem* animo fuerit. Nam, sive *Ciceronem Dio* propterea vere odisse censendus est, quod ille,

ille, civibus suis omnes Philosophiæ partes Latine tradens, effecerat, ut postea non esset, quod multum desiderarent Romani Græcas literas, quibus famelica hujus nationis ingenia, uti Autor noster loquitur, tam famam, quam victum, debebant; sive sic optime *Dio* tyranni, sub quo Romæ florebat, gratiam se posse captare putavit, si ejus famæ detraheret, cujus nomen omni Romano patriæ & libertatis amanti carissimum esse debebat; hoc certe nemini potest esse obscurum, hunc hominem in iis, quæ de *Cicerone* scribere ausus est, non negligentem Historicum, sed diligentem calumniatorem, se præstitisse. Hoc de *Dione Cassio* judicium Autor noster excitatis aliquot ex ipsius *Dionis* Historia locis, tanquam præclaris testimoniis, confirmat. Sed ante, quam ad tertium hujus Præfationis locum accedamus, superest, ut indicemus, quid Autor noster de recentiorum libris, *Ciceronianæ* ætatis historiam complexis, sentiat, & quomodo iisdem fuerit usus. Quanquam ipsi, post veterum Commentariorum usum de recentiorum libris sollicito, multi innotuerunt, quorum tituli *Ciceronis* vitam pollicentur; paucos tamen invenit, quos usui sibi esse posse intelligeret: quoniam plurimi eorum aut ineptos in *Ciceronem* Panegyricos, aut breves & imperfectas enarrationes præcipuarum rerum, a *Cicerone* gestarum, continere videbantur. Qui igitur aliquid utilitatis ipsi attulerunt, hi duo fere sunt: *Sebastiani Corradi Quæstura*, & *Francisci Fabricii Historia M. T. Ciceronis.* Ille enim, ut inter Criticos ætatis suæ eminebat, & multum temporis in explanandis *Ciceronis* scriptis consumserat, sic in his Dialogis, quos tanquam Apologiam pro *Cicerone* contra *Plutarchum* & *Dionem* evulgavit, res *Ciceronis* multis in locis egregie illustravit; quanquam propterea reprehendi mereatur, quod nonnunquam, nimia *Ciceronis* reverentia inductus, quædam in *Ciceronis* vita defendit, quæ nec ipsi *Ciceroni* probata fuisse constat, & quod inepte per totum librum continuata allegoria Quæstoris, numos adulterinos Græcorum de *Cicerone* testimoniorum cum probis numis fide dignorum testimoniorum conferentis, lectori nauseam movet. *Fabricius* autem, etsi res *Ciceronis* non descripsit, sed numeravit, tamen, quod ordinem temporum studiose

diose observavit, & annos tam Urbis, quam *Ciceronis*, ubique diligenter addidit, magno adjumento Autori fuit ad rite dispensanda Historiæ suæ capita. Neque tamen *Fabricio* contentus, *Pigbii* quoque Annales hoc in negotio consuluit. Inter Gallicos libros, qui de *Ciceronis* temporibus tractant, tres Autor commendat, sic inscriptos: *Histoire des deux Triumvirats; Revolutions de la Republique Romaine; Exil de Ciceron*, maxime vero hunc, quem ultimo loco nominavimus, propterea quod hujus Autor singulorum gestorum, quæ recenset, veritatem perpetuis testimoniis Autorum classicorum confirmat. Ex hisce libris hunc fructum Autor hujus Operis percepit, partim ut ea loca, in quibus horum librorum Autores secum dissidentes deprehendisset, curatius examinaret, partim ut de nonnullis, quorum aut fere oblitus erat, aut quæ satis non explicaverat, admoneretur. Præter Autores horum librorum est alius quidam inter eruditos Gallos, cujus in illustranda aliqua parte *Cicerononianorum* voluminum & temporum operam justis laudibus extollit. Est autem ille doctissimus *Mongault*, Academiæ Regiæ bonarum artium adscriptus, qui *Ciceronis* ad *Atticum* Epistolas, optimos historiæ illorum temporum Commentarios, non solum in linguam patriam eleganter transtulit, & selectis doctissimorum Commentatorum notis versionem suam instruxit, sed etiam ex suo ipsius penu multa depromsit, quibus difficiliora & obscuriora earum Epistolarum loca explanaret & illustraret; quo in negotio tam erudite & feliciter, *Middletoni* judicio, versatus est, ut multa loca, ab aliis interpretibus frustra tentata, ingenio ipsius explicata, &, quæ has Epistolas premebant, tenebræ nunc maxima ex parte dispulsæ sint. Quo magis miratur doctissimus *Middletonus*, celebres illos Patres Societatis Jesu, *Catrou* & *Rouillé*, hujus eximii Critici & civis sui opera & eruditione, in conscribenda ea, quam evulgarunt, Historia Romana, usos non fuisse; quod si fecissent, multos errores vitassent, in quos iis in locis, quæ ad res & personas *Ciceronianæ* ætatis attinent, inciderunt. Accedimus nunc ad tertium locum hujus Præfationis, de quo brevissimis agemus, hoc præmonito, hunc locum ab Autore optime

tractatum

tractatum nobis esse videri. Scilicet, ut diximus, in eo est Autor, ut, quæ forma, quis status, fuerit Reipublicæ Romanæ a *Romuli* temporibus usque ad natum *Ciceronem*, in tabula quasi exponat. Ostendit ergo primum, eam hujus Reipublicæ formam jam inde a *Romulo* fuisse, quæ ex tribus illis generibus, regio, aristocratico, & populari, confusa est. Deinde, expulsis per Senatum & Populum Regibus, qui potestate sua abuti cœperant, non tam immutatam fuisse Reipublicæ formam, quam pristinæ suæ integritati restitutam. Mox, divisa civitate in duas partes, Patriciorum scilicet & Plebejorum, cum illi horum libertatem labefactare cœpissent, post secessionem plebis in sacrum montem, jus æquum redditum esse civitati, creatis Tribunis, qui plebem tuerentur adversus Patricios, & qui postea Senatum cogebant, ut Plebejos in honorum & magistratuum societatem admitteret. Denique, cum Tribuni, iis, quæ huc usque ad salutem Reipublicæ feliciter immutaverant, non contenti, multas seditiones excitassent, & Senatum omni autoritate privare studuissent, cum *Q. Servilii Cæpionis*, quo Consule *natus est Cicero, Senatus* autoritatem reviviscere cœpisse, lata lege, ut *judicia Senatui* cum equestri ordine communia essent.

Hæc fere sunt, quæ ex Præfatione hujus Operis cum Lectoribus nostris communicanda duximus. Sed, quemadmodum nos ipsos, perlecta hac Præfatione, magna cupido invasit, aliquot *Sectiones*, in quas Cel. *Middletonus* Opus suum divisit, perlegendi, ita non dubitamus, quin Lectores nostros per ea, quæ hactenus attulimus, cupiditas incesserit, ad pleniorem quandam ideam hujus Operis perveniendi. Qua in re ipsorum cupiditati eo magis serviendum nobis esse putamus, quod in nostras regiones paucissima hujus libri exempla allata sunt, quippe qui eorum potissimum gratia, qui nomina sua apud Autorem professi erant, (& hi omnes, si recte meminimus, præter unum *Menckenium* nostrum, sub alieno nomine in præmisso Operi Indice occultatum, Angli sunt,) typis descriptus est. Monendi ergo sunt Lectores nostri, hoc Opus non *Ciceronis* solum vitam, sed totius Reipublicæ Romanæ statum & historiam, ab infantia *Ciceronis* usque ad ejus mortem, ut par erat, complecti. In qua

Historia

Historia conscribenda Autor ordinem temporum secutus est, & ab eo tempore, quo *Cicero* Consulatu abierat, in superiori margine singularum per reliquum libri paginarum annos Urbis, annos *Ciceronis*, & Consules, quibus quæque res, ibi enarratæ, acciderunt, indicavit. Deinde, quoniam hæc Romanæ historiæ periodus, in qua *Cicero* vixit, maximis & memoria dignissimis rebus abundat, operam dedit Autor, ut perspicue doceret, quibus consiliis quis eventus responderit, & per quos viros magna illæ res gestæ fuerint. Hinc animum & indolem cujusvis illorum virorum, quos illa ætas in evertenda tuendave Republica Romana occupatos vidit, ita depinxit, ut in cujusque imagine id maxime in oculos incurrat, quod ad dignoscendos a se invicem illorum virorum animos comparatum est. Neque est reticendum, Autorem, quotiescunque se præbuerit occasio, Historiam suam ejusmodi annotationibus distinxisse, quæ lectorem de moribus vel antiquitatibus Romanis erudire, aut ad intelligendos *Ciceronis* libros prodesse, aut animum legentis ad honesta quævis & excelsa erigere, possunt. Quæ contextui Operis inserere, nisi rupto narrationis filo, non poterat, ea in notis proposuit, quæ per inferiores paginarum margines disponuntur. Ibidem comparent citationes eorum locorum, quibus pro testimoniis usus est, & quæ, si non nimis copiosa fuerint, sæpe ad verbum transscripsit. Utrique *Voluminum*, ex quibus hoc Opus constat, Indicem plenissimum subjunxit. Eorum, quæ ad externam libri typis exscripti pulcritudinem hæc nostra delicata & nimis fere elegans ætas requirit, ut nihil deesset, curavit.

Hanc rudem hujus egregii Operis adumbrationem, vellemus, ut speciminibus aliquot augere & ornare possemus. Sed præterquam quod difficilis nobis foret optio inter ea loca, quæ ad confirmandum ea, quæ diximus, tanquam specimina, ex hoc Opere excerpi possent, veremur, ne, si id fieret, hæc narratio præfinitos nobis limites sit excessura. Hoc ergo tantum addemus, ultimam præ ceteris *Sectionem* hujus Operis, quæ *duodecima* est, magna cum voluptate nos perlegisse, in qua Autor vitæ & morum *Ciceronis* quandam quasi ἀνακεφαλαίωσιν instituit, & in ejusdem philosophiam & religionem inquirit. Et hic, quam

quam

quam se magnum *Ciceronis* admiratorem ostendit, non tamen temerarium, sed talem, qui eandem admirationem aliorum animis facile informare possit. In tanta enim luce *Ciceronis* virtutes & vitam collocavit, & ea, quæ cum aliqua veri specie a multis ipsi objecta fuere, vitia tam probabili excusatione defendit, ut, quid pertinaces ejus obtrectatores dicere contra possint, vix habituri esse videantur. Unus est nobis observatus locus, quem dici posset Autor nimio *Ciceronis* amore abreptus scripsisse. Nam, ubi inter villas *Ciceronis* Puteolanum descripsit, hanc in margine notam subjunxit, cujus verba Latine Vol. II
conversa sic fere se habent: *Hæc villa postero tempore Palatium* pag. 512.
Hadriani Cæsaris facta est, qui & ibi mortuus est & sepultus. Ibidem is fertur ultimum istud & celebratum vale animulæ suæ pallidulæ, rigidæ, vagulæ, dixisse, quæ sine dubio minori cum ægritudine ipsum reliquisset, si ex Ciceronis *in his terris mansione viam in illas cœlestes regiones didicisset, in quibus verisimile est* Ciceronem *adhuc vivere, & æterna beatitudine perfrui.* Quam sententiam etsi doctissimus Autor *Erasmi* autoritate tueatur, qui in Procemio in Quæstiones Tusculanas ad *Joannem Vlattenum*, *Me certe*, inquit, *non admodum adversum habituri sint in ferendis calculis, qui sperant, illum apud superos quietam vitam agere*; tamen ægre possumus huic autoritati concedere, si ea perpendimus, quæ contra probabilitatem hujus opinionis e Christianæ doctrinæ institutionibus peti possunt, & quæ ne ipse etiam doctissimus *Middletonus* perpenderet, nimius in *Ciceronem* amor obstitisse videtur. Verum, si quid hic humani passus est, id certe omnes boni facillime ipsi condonabunt, cum eum locum perlegerint, qui post aliquot paginas sequitur, & de religione *Ciceronis* egregie tractat. Dignissimus enim esset hic locus, qui magnopere commendaretur, si vel id solum ex eo disci posset, ad cujus considerationem legentis animum ipse Autor his verbis excitavit, quibus illi loco finem imposuit, & quæ Latine reddita huc apponere lubet. Sunt autem ea verba, quæ sequuntur: *Ex hoc examine religionis, quæ* Ciceroni 562.
fuit, neminem fore confido, quin intelligat, tantum abesse, ut humana ratio, si vel summam, quæ ipsi conceditur, perfectionem

attigerit, supersedere possit magis explicitæ revelationis usu, ut illa potius humanæ rationis excelsitas ejusmodi revelationis beneficium demonstret. Utut enim naturæ lex in ea perfectione, ad quam a Cicerone *perducta est, sufficiat, ut ea duce pauci illi utantur, quibus, ut ipsi illi viro, excultus est animus & felix ingenium; tamen eadem hæc lex jam dudum prævalidis hominum erroribus & vitiis adeo depravata fuit & adulterata, ut nec ipsi illi pauci eam cognoscere, nisi summo studio & animi contentione adhibita, possent, &, cum eam cognovissent, ad summum spem aliquam, minime vero plenam & certam assensionem, adepti essent; maxima vero humani generis pars, & vel eorum ipsorum, qui virtuti & contemplandis rebus vacabant, sine cognitione Dei, & sine exspectatione futuræ vitæ, viverent; plebs autem in omni civitate crassæ idololatriæ popularis religionis relicta esset. Quæ si probe perpendimus, non possumus non intelligere, quam multa sint, quæ nos movere debeant, ut maximas Deo gratias pro divina Evangelii sui luce habeamus, quod ipsis infantibus revelavit, quæ sapientibus istis occulta erant, quod nobis citra omnem inquisitionis molestiam, & citra omne erroris periculum, non spem modo beatitudinis, sed fiduciam quoque, dedit, & quod nos non tantum immortalitatis certos, sed & immortalitatis hæredes, reddidit.*

Sed ante, quam hoc Opus mittamus, juvat adhuc aliquot earum annotationum, quæ per margines paginarum dispersæ sunt, commemorare; partim quod eæ breves sunt, sed ad Autoris tamen diligentiam & ingenium declarandum idoneæ; partim quod tales sunt, quas quis in hoc genere scripturæ non facile quærat. In *Voluminis I pagina 43* Autor occasionem nactus, sacrorum Eleusiniorum mentionem injiciendi, quippe quibus *Cicero* Athenis initiatus fuerat, ostendit se non admodum remotum a doctissimi *Warburtoni* sententia, qui in libro, *The divine Legation of Moses* inscripto, affirmavit, mysteria illa fuisse propterea instituta, ut initiati illis unitatem Dei, & animæ immortalitatem, & quæ hinc consequentia sunt, docerentur. Quam sententiam *Middletonus* duobus locis apud *Ciceronem* confirmat. Alter est in *Tusc. Disp. Lib. I Cap. 13*, ubi *Cicero*, post-

postquam *Atticum*, quocum disputat, monuerat, ipsos majorum gentium Deos natura, sua Deos non esse, sed homines fuisse, *reminiscere*, inquit, *quoniam es initiatus, quæ traduntur mysteriis, tum denique, quam hoc late pateat, intelliges.* Alterum locum habemus in *Lib. II de Legibus Cap. 14. Illis mysteriis*, inquit *Cicero*, *ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus; initiaque, ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus, neque solum cum lætitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi.* Quæ verba dum exscribimus, recordamur ingeniosissimi *Pluchii*, qui in libro, quem inscripsit *Histoire du Ciel, Tom. I pag. 377 & 378 ed. Paris.* iisdem verbis usus est ad confirmandam opinionem suam, quasi illa mysteria inter alias salutares veritates præcipue artes etiam ac media docuissent, quæ primi post diluvium homines, per orbem terræ dispersi, & in summa vitæ sustentandæ difficultate constituti, ad victum & amictum sibi parandum invenerant. At, quanquam illa *Ciceronis* verba a *Pluchio* ita sint adducta, ut pro sua opinione facere videantur, ubi tamen curatius examinatus fuerit hic locus, videri potest ingeniosus Autor vim quandam illi intulisse. Nam primo illud, ex agresti immanique vita excoli ad humanitatem & mitigari, nihil tale significare putamus, ex quo hanc opinionem Cl. *Pluchius* exsculpere possit. Optimum in hæc verba commentarium esse credimus illum locum, qui est in principio *Catonis Majoris*, in quo, cum *Atticus* Athenis humanitatem & prudentiam dicitur deportasse, per humanitatem non intelligi nisi æquam in rebus secundis & adversis mentem, nemini obscurum esse potest. Hinc autem, quid sibi velit agrestis illa & immanis vita, ex qua *Cicero* mysteriis illis se mitigatum profitetur, non difficile erit ad intelligendum. Deinde, si hæc se ita habent, neque per antecedentia verba, neque per consequentia, licebit his verbis: *initiaque, ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus*, eum sensum cum Cl. *Pluchio* tribuere, quasi *Cicero* dicere voluisset: nos horum mysteriorum ope media cognovimus sustentandæ vitæ, via ac ratione labori præscripta. Magis ergo nobis placet *Middletoni* interpretatio, secundum quam illis verbis

hoc ſignificare *Cicero* voluit, initiationem ſuam veræ vitæ principium ſibi exſtitiſſe; quanquam ab aliis hunc locum aliter, & forte commodius, explicari novimus. Sed, ut redeamus in viam, poſtquam Autor noſter calculum ſuum conjecturæ *Warburtoni* de natura Eleuſiniorum ſacrorum adjecit, augendam quoque ſibi ſumit probabilitatem ingenioſi illius Commentarii, quem idem *Warburtonus* ibidem in *Librum VI Æneidos* dedit, & in quo oſtendere ſtuduit, *Virgilium* in deſcriptione deſcenſus *Æneæ* ad inferos ſingulas ſcenas ſpectaculorum Eleuſiniorum ordine deſcripſiſſe. Obſervat enim *Middletonus*, ad illa ſpectacula, cum idoneam poeſi materiam præberent, veteres Poetas ſæpe alluſiſſe; & locum excitat ex *Ciceronis* ad *Atticum Epiſtola 7 Lib. I*, in qua *Cicero Atticum* Ευμολπιδῶν πάτρια, ſive, ut Autor noſter interpretatur, Eleuſiniorum rituum deſcriptionem, rogat, Chilii Poetæ nomine, qui ea forte ad Epiſodion cujusdam poematis uſurus erat. In eodem *Volumine primo pag. 496* Autor illuſtrare voluit verſum *8 Sat. I Lib. II Horatii*. In eo enim Sermone, cum *Horatius* inducat *Trebatium* hæc dicentem:

- - - - ter uncti

Transnanto Tiberim, ſomno quibus eſt opus alto;

mirum videri poterat, cur hoc conſilium *Trebatio* Poeta affingat. At, horum verborum leporem ſe declaraſſe, putat Autor, poſtquam ex Epiſtola quadam *Ciceronis* ad *Trebatium*, quæ *10* eſt *Libri VII*, docuit, ipſum *Trebatium* ſtudioſiſſimum natandi fuiſſe. In *Voluminis II pagina 180 Baylium* notatum videmus, quod in *Diction. Art. Tullia not. k Aſconium Pædianum* referentem, *Tulliam Ciceronis*, mortuo *Piſone*, *P. Lentulo* nupſiſſe, & poſt partum domi ejus mortuam eſſe, erroris accuſavit. Quod dum fecit, ipſe erravit, neſcius, *Tulliæ* marito nomen *P. Cornelii Lentuli Dolabellæ* fuiſſe, eumque a veteribus & *Lentulum* & *Dolabellam* promiſcue appellatum eſſe. In *pagina 540* attigit Autor noſter vexatum illum locum in *Libro I Ciceronis de Natura Deorum Cap. 1*, quem plurima exempla ſic habent: *De qua tam variæ ſunt doctiſſimorum hominum tamque diſcrepantes ſententiæ, ut magno argumento eſſe debeat, cauſam, id eſt, principium,*

cipium, philoſophiæ eſſe ſcientiam, *prudenterque Academicos a rebus incertis aſſenſionem cohibuiſſe.* Putat, cum *Aldo Manutio* & *Daviſio inſcientiam* legi oportere. Recte id quidem, ut etiam nobis videtur. Sed cur ita cenſet legendum? Quoniam putat, *Ciceronem* hic illa Philoſophorum de natura Deorum diſſenſione confirmare voluiſſe Academicorum placitum, homines rerum obſcuritate & ignorantiæ ſuæ conſcientia primum excitatos ad ſtudium Philoſophiæ fuiſſe. Atqui, cum hac ratione Autor adductus ſit, ut *Manutianam* lectionem vulgatæ præferret, profecto non credere poſſumus, eum veram vim & poteſtatem illorum verborum perſpexiſſe. Et ſane non dubitamus, quin hanc, quam dedit, hujus difficilis loci explicationem ipſe facile rejecturus ſit, ſi quando ſibi ea legere contigerit, quæ doctiſſimus noſter *Jo. Auguſtus Erneſti* ad hunc locum notavit in *Clave Ciceroniana* ſub voce *Inſcientia*; ubi *Manutianum* lectionem probavit, & ſimul hujus loci veram ſententiam adeo clare demonſtravit, ut nulli dubio locus relictus ſit. Sed hæc de egregio hoc *Middletoni* Opere Lectores noſtros monuiſſe ſufficiat.

S. H. VAN IDSINGA, J. U. C. VARIORUM Juris Civilis Liber ſingularis; quo Leges quædam Regiæ, & Decemvirales, tum Pandectarum, & Codicis, illuſtrantur, explicantur.

Harlingæ, apud Folkerum van der Plaats, 1738, 8 maj.

Plag. 14½.

Dignus profecto eſt, qui in plurimorum notitiam perveniat, & in Annalibus noſtris non ſine laudis præfatione indicetur, præſens libellus, qui, a juvene compoſitus, ſenilem fere gravitatem quandam redolet, & doctrinam maturam ſatis, ſatis etiam dulcem, variiſque ſcriptorum veterum teſtimoniis, pulcherrimis veluti floribus, conſperſam, lectoribus deguſtandam proponit. Si perrexerit ea, qua cœpit, via Nobiliſſimus Autor, eleganti jam Diſſertatione notus; habebit aliquando patria ejus civem, præſtantiſſimis annumerandum ingeniis, ordo vero

ac ad Historiam hanc scribendam animum applicavit, semel iterumque relegit. Sunt enim fide dignissimi Commentarii non earum solum rerum, quæ ad *Ciceronis* vitam, sed & earum, quæ ad Reipublicæ *Ciceronis* temporibus statum, pertinent. Ea igitur loca, quæ ex *Ciceronis* libris decerpsit, suæ narrationi intertexere studuit, sic tamen, ut ne tanquam splendidi panni assuta viderentur. Quare illa in Anglicam linguam convertit, non verbum verbo reddens, sed ita, ut ipsum *Ciceronem* scripturum fuisse, si Anglis scripsisset, verosimile sibi videbatur; quæ antiquorum Autorum scripta convertendi ratio optima quidem sine dubio est, sed certe satis difficilis. Verum non solis *Ciceronis* libris contentus fuit Cel. Autor, sed, his perlectis, aliorum quoque Autorum, tam Romanorum, quam Græcorum, libros in manus sumsit, ut ex illis depromeret, quibus ea, quæ *Cicero* aut leviter attigit, aut prorsus præteriit, magis illustrare, vel supplere, posset. Sed inter Græcos Historicos, qui *Ciceronianæ* ætatis historiam tradiderunt, *Plutarchus*, *Appianus*, *Dio Cassius*, etsi multa nobis reliquerunt, quæ illorum temporum historiam illustrant, caute tamen, inquit doctissimus *Middletonus*, & circumspecte legendi sunt, quod in enarrandis Romanis rebus, partim ob inscitiam linguæ & morum Romanorum, partim ex malevolentia, sæpe peccarunt. Et *Plutarchus* quidem, cum in lingua Latina, licet multos annos Romæ degens, admodum parum profecerit, quod ipse in *Demosthenis* vita confessus est, quam idoneus fuerit ad vitas illustrium Romanorum scribendas, unusquisque facile judicare potest. Hinc cum in aliorum Romanorum vitis, tum in *Ciceronis* maxime vita, incuriam & festinationem suam sæpius prodidit, splendidissimas & memoria dignissimas res, a *Cicerone* gestas, negligenter percurrens, & in somniis ac fabulis hærens. Ad *Appianum* quod attinet, idem fere de eo, quod de *Plutarcho*, est Autoris judicium, quoniam in multis, iisque præcipuis, locis *Plutarchi* libros exscripsit. Sed omnium maxime *Dionis Cassii* fides suspecta esse debet, utpote qui nimis aperte prodidit, quam infenso erga *Ciceronem* animo fuerit. Nam, sive *Ciceronem Dio* propterea vere odisse censendus est, quod ille,

ille, civibus suis omnes Philosophiæ partes Latine tradens, effecerat, ut postea non esset, quod multum desiderarent Romani Græcas literas, quibus famelica hujus nationis ingenia, uti Autor noster loquitur, tam famam, quam victum, debebant; sive sic optime *Dio* tyranni, sub quo Romæ florebat, gratiam se posse captare putavit, si ejus famæ detraheret, cujus nomen omni Romano patriæ & libertatis amanti carissimum esse debebat; hoc certe nemini potest esse obscurum, hunc hominem in iis, quæ de *Cicerone* scribere ausus est, non negligentem Historicum, sed diligentem calumniatorem, se præstitisse. Hoc de *Dione Cassio* judicium Autor noster excitatis aliquot ex ipsius *Dionis* Historia locis, tanquam præclaris testimoniis, confirmat. Sed ante, quam ad tertium hujus Præfationis locum accedamus, superest, ut indicemus, quid Autor noster de recentiorum libris, *Ciceronianæ* ætatis historiam complexis, sentiat, & quomodo iisdem fuerit usus. Quanquam ipsi, post veterum Commentariorum usum de recentiorum libris sollicito, multi innotuerunt, quorum tituli *Ciceronis* vitam pollicentur; paucos tamen invenit, quos usui sibi esse posse intelligeret: quoniam plurimi eorum aut ineptos in *Ciceronem* Panegyricos, aut breves & imperfectas enarrationes præcipuarum rerum, a *Cicerone* gestarum, continere videbantur. Qui igitur aliquid utilitatis ipsi attulerunt, hi duo fere sunt: *Sebastiani Corradi Quæstura*, & *Francisci Fabricii Historia M. T. Ciceronis*. Ille enim, ut inter Criticos ætatis suæ eminebat, & multum temporis in explanandis *Ciceronis* scriptis consumserat, sic in his Dialogis, quos tanquam Apologiam pro *Cicerone* contra *Plutarchum* & *Dionem* evulgavit, res *Ciceronis* multis in locis egregie illustravit; quanquam propterea reprehendi mereatur, quod nonnunquam, nimia *Ciceronis* reverentia inductus, quædam in *Ciceronis* vita defendit, quæ nec ipsi *Ciceroni* probata fuisse constat, & quod inepte per totum librum continuata allegoria Quæstoris, numos adulterinos Græcorum de *Cicerone* testimoniorum cum probis numis fide dignorum testimoniorum conferentis, lectori nauseam movet. *Fabricius* autem, etsi res *Ciceronis* non descripsit, sed numeravit, tamen, quod ordinem temporum studiose

diose observavit, & annos tam Urbis, quam *Ciceronis*, ubique diligenter addidit, magno adjumento Autori fuit ad rite dispensanda Historiæ suæ capita. Neque tamen *Fabricio* contentus, *Pigbii* quoque Annales hoc in negotio consuluit. Inter Gallicos libros, qui de *Ciceronis* temporibus tractant, tres Autor commendat, sic inscriptos: *Histoire des deux Triumvirats; Revolutions de la Republique Romaine; Exil de Ciceron*, maxime vero hunc, quem ultimo loco nominavimus, propterea quod hujus Autor singulorum gestorum, quæ recenset, veritatem perpetuis testimoniis Autorum classicorum confirmat. Ex hisce libris hunc fructum Autor hujus Operis percepit, partim ut ea loca, in quibus horum librorum Autores secum dissidentes deprehendisset, curatius examinaret, partim ut de nonnullis, quorum aut fere oblitus erat, aut quæ satis non explicaverat, admoneretur. Præter Autores horum librorum est alius quidam inter eruditos Gallos, cujus in illustranda aliqua parte *Ciceronianorum* voluminum & temporum operam justis laudibus extollit. Est autem ille doctissimus *Mongault*, Academiæ Regiæ bonarum artium adscriptus, qui *Ciceronis* ad *Atticum* Epistolas, optimos historiæ illorum temporum Commentarios, non solum in linguam patriam eleganter transtulit, & selectis doctissimorum Commentatorum notis versionem suam instruxit, sed etiam ex suo ipsius penu multa deprompsit, quibus difficiliora & obscuriora earum Epistolarum loca explanaret & illustraret; quo in negotio tam erudite & feliciter, *Middletoni* judicio, versatus est, ut multa loca, ab aliis interpretibus frustra tentata, ingenio ipsius explicata, &, quæ has Epistolas premebant, tenebræ nunc maxima ex parte dispulsæ sint. Quo magis miratur doctissimus *Middletonus*, celebres illos Patres Societatis Jesu, *Catrou* & *Rouillé*, hujus eximii Critici & civis sui opera & eruditione, in conscribenda ea, quam evulgarunt, Historia Romana, usos non fuisse; quod si fecissent, multos errores vitassent, in quos iis in locis, quæ ad res & personas *Ciceronianæ* ætatis attinent, inciderunt. Accedimus nunc ad tertium locum hujus Præfationis, de quo brevissimis agemus, hoc præmonito, hunc locum ab Autore optime

tractatum

tractatum nobis esse videri. Scilicet, ut diximus, in eo est Autor, ut, quæ forma, quis status, fuerit Reipublicæ Romanæ a *Romuli* temporibus usque ad natum *Ciceronem*, in tabula quasi exponat. Ostendit ergo primum, eam hujus Reipublicæ formam jam inde a *Romulo* fuisse, quæ ex tribus illis generibus, regio, aristocratico, & populari, confusa est. Deinde, expulsis per Senatum & Populum Regibus, qui potestate sua abuti cœperant, non tam immutatam fuisse Reipublicæ formam, quam pristinæ suæ integritati restitutam. Mox, divisa civitate in duas partes, Patriciorum scilicet & Plebejorum, cum illi horum libertatem labefactare cœpissent, post secessionem plebis in sacrum montem, jus æquum redditum esse civitati, creatis Tribunis, qui plebem tuerentur adversus Patricios, & qui postea Senatum cogebant, ut Plebejos in honorum & magistratuum societatem admitteret. Denique, cum Tribuni, iis, quæ huc usque ad salutem Reipublicæ feliciter immutaverant, non contenti, multas seditiones excitassent, & Senatum omni autoritate privare studuissent, cura *Q. Servilii Cæpionis*, quo Consule *natus est Cicero, Senatus* autoritatem reviviscere cœpisse, lata lege, ut *judicia Senatui* cum equestri ordine communia essent.

Hæc fere sunt, quæ ex Præfatione hujus Operis cum Lectoribus nostris communicanda duximus. Sed, quemadmodum nos ipsos, perlecta hac Præfatione, magna cupido invasit, aliquot *Sectiones*, in quas Cel. *Middletonus* Opus suum divisit, perlegendi, ita non dubitamus, quin Lectores nostros per ea, quæ hactenus attulimus, cupiditas incesserit, ad pleniorem quandam ideam hujus Operis perveniendi. Qua in re ipsorum cupiditati eo magis serviendum nobis esse putamus, quod in nostras regiones paucissima hujus libri exempla allata sunt, quippe qui eorum potissimum gratia, qui nomina sua apud Autorem professi erant, (& hi omnes, si recte meminimus, præter unum *Menckenium* nostrum, sub alieno nomine in præmisso Operi Indice occultatum, Angli sunt,) typis descriptus est. Monendi ergo sunt Lectores nostri, hoc Opus non *Ciceronis* solum vitam, sed totius Reipublicæ Romanæ statum & historiam, ab infantia *Ciceronis* usque ad ejus mortem, ut par erat, complecti. In qua

Historia

Hiſtoria conſcribenda Autor ordinem temporum ſecutus eſt, & ab eo tempore, quo *Cicero* Conſulatu abierat, in ſuperiori margine ſingularum per reliquum libri paginarum annos Urbis, annos *Ciceronis*, & Conſules, quibus quæque res, ibi enarratæ, acciderunt, indicavit. Deinde, quoniam hæc Romanæ hiſtoriæ periodus, in qua *Cicero* vixit, maximis & memoria digniſſimis rebus abundat, operam dedit Autor, ut perſpicue doceret, quibus conſiliis quis eventus reſponderit, & per quos viros magnæ illæ res geſtæ fuerint. Hinc animum & indolem cujusvis illorum virorum, quos illa ætas in evertenda tuendave Republica Romana occupatos vidit, ita depinxit, ut in cujusque imagine id maxime in oculos incurrat, quod ad dignoſcendos a ſe invicem illorum virorum animos comparatum eſt. Neque eſt reticendum, Autorem, quotiescunque ſe præbuerit occaſio, Hiſtoriam ſuam ejusmodi annotationibus diſtinxiſſe, quæ lectorem de moribus vel antiquitatibus Romanis erudire, aut ad intelligendos *Ciceronis* libros prodeſſe, aut animum legentis ad honeſta quævis & excelſa erigere, poſſunt. Quæ contextui Operis inſerere, niſi rupto narrationis filo, non poterat, ea in notis propoſuit, quæ per inferiores paginarum margines diſponuntur. Ibidem comparent citationes eorum locorum, quibus pro teſtimoniis uſus eſt, & quæ, ſi non nimis copioſa fuerint, ſæpe ad verbum transſcripſit. Utrique *Voluminum*, ex quibus hoc Opus conſtat, Indicem pleniſſimum ſubjunxit. Eorum, quæ ad externam libri typis exſcripti pulcritudinem hæc noſtra delicata & nimis fere elegans ætas requirit, ut nihil deeſſet, curavit.

Hanc rudem hujus egregii Operis adumbrationem, vellemus, ut ſpeciminibus aliquot augere & ornare poſſemus. Sed, præterquam quod difficilis nobis foret optio inter ea loca, quæ ad confirmandum ea, quæ diximus, tanquam ſpecimina, ex hoc Opere excerpi poſſent, veremur, ne, ſi id fieret, hæc narratio præfinitos nobis limites ſit exceſſura. Hoc ergo tantum addemus, ultimam præ ceteris *Sectionem* hujus Operis, quæ *duodecima* eſt, magna cum voluptate nos perlegiſſe, in qua Autor vitæ & morum *Ciceronis* quandam quaſi *ἀνακεφαλαίωσιν* inſtituit, ac in ejusdem philoſophiam & religionem inquirit. Et hic, quanquam

quam se magnum *Ciceronis* admiratorem ostendit, non tamen temerarium, sed talem, qui eandem admirationem aliorum animis facile informare possit. In tanta enim luce *Ciceronis* virtutes & vitam collocavit, & ea, quæ cum aliqua veri specie a multis ipsi objecta fuere, vitia tam probabili excusatione defendit, ut, quid pertinaces ejus obtrectatores dicere contra possint, vix habituri esse videantur. Unus est nobis observatus locus, quem dici posset Autor nimio *Ciceronis* amore abreptus scripsisse. Nam, ubi inter villas *Ciceronis* Puteolanum descripsit, hanc in margine notam subjunxit, cujus verba Latine Vol. II conversa sic fere se habent: *Hæc villa postero tempore Palatium* pag. 512. *Hadriani Cæsaris facta est, qui & ibi mortuus est & sepultus. Ibidem is fertur ultimum istud & celebratum vale animulæ suæ pallidulæ, rigidæ, vagulæ, dixisse, quæ sine dubio minori cum ægritudine ipsum reliquisset, si ex* Ciceronis *in his terris mansione viam in illas cœlestes regiones didicisset, in quibus verisimile est* Ciceronem *adhuc vivere, & æterna beatitudine perfrui.* Quam sententiam etsi doctissimus Autor *Erasmi* autoritate tueatur, qui in Procemio in Quæstiones Tusculanas ad *Joannem Vlattenum*, *Me certe*, inquit, *non admodum adversum habituri sint in ferendis calculis, qui sperant, illum apud superos quietam vitam agere;* tamen ægre possumus huic autoritati concedere, si ea perpendimus, quæ contra probabilitatem hujus opinionis e Christianæ doctrinæ institutionibus peti possunt, & quæ ne ipse etiam doctissimus *Middletonus* perpenderet, nimius in *Ciceronem* amor obstitisse videtur. Verum, si quid hic humani passus est, id certe omnes boni facillime ipsi condonabunt, cum eum locum perlegerint, qui post aliquot paginas sequitur, & de religione *Ciceronis* egregie tractat. Dignissimus enim esset hic locus, qui magnopere commendaretur, si vel id solum ex eo disci posset, ad cujus considerationem legentis animum ipse Autor his verbis excitavit, quibus illi loco finem imposuit, & quæ Latine reddita huc apponere lubet. Sunt autem ea verba, quæ sequuntur: *Ex hoc examine religionis, quæ* Ciceroni 562. *fuit, neminem fore confido, quin intelligat, tantum abesse, ut humana ratio, si vel summam, quæ ipsi conceditur, perfectionem*

attigerit, superſedere poſſit magis explicitæ revelationis uſu, ut illa potius humanæ rationis excelſitas ejusmodi revelationis beneficium demonſtret. Utut enim naturæ lex in ea perfectione, ad quam a Cicerone *perducta eſt, ſufficiat, ut ea duce pauci illi utantur, quibus, ut ipſi illi viro, excultus eſt animus & felix ingenium; tamen eadem hæc lex jam dudum prævalidis hominum erroribus & vitiis adeo depravata fuit & adulterata, ut nec ipſi illi pauci eam cognoſcere, niſi ſummo ſtudio & animi contentione adhibita, poſſent, &, cum eam cognoviſſent, ad ſummum ſpem aliquam, minime vero plenam & certam aſſenſionem, adepti eſſent; maxima vero humani generis pars, & vel eorum ipſorum, qui virtuti & contemplandis rebus vacabant, ſine cognitione Dei, & ſine exſpectatione futuræ vitæ, viverent; plebs autem in omni civitate craſſæ idololatriæ popularis religionis relicta eſſet. Quæ ſi probe perpendimus, non poſſumus non intelligere, quam multa ſint, quæ nos movere debeant, ut maximas Deo gratias pro divina Evangelii ſui luce habeamus, quod ipſis infantibus revelavit, quæ ſapientibus iſtis occulta erant, quod nobis citra omnem inquiſitionis moleſtiam, & citra omne erroris periculum, non ſpem modo beatitudinis, ſed fiduciam quoque, dedit, & quod nos non tantum immortalitatis certos, ſed & immortalitatis hæredes, reddidit.*

Sed ante, quam hoc Opus mittamus, juvat adhuc aliquot earum annotationum, quæ per margines paginarum diſperſæ ſunt, commemorare; partim quod eæ breves ſunt, ſed ad Autoris tamen diligentiam & ingenium declarandum idoneæ; partim quod tales ſunt, quas quis in hoc genere ſcripturæ non facile quærat. In *Voluminis I pagina 43* Autor occaſionem nactus, ſacrorum Eleuſiniorum mentionem injiciendi, quippe quibus *Cicero* Athenis initiatus fuerat, oſtendit ſe non admodum remotum a doctiſſimi *Warburtoni* ſententia, qui in libro, *The divine Legation of Moſes* inſcripto, affirmavit, myſteria illa fuiſſe propterea inſtituta, ut initiati illis unitatem Dei, & animæ immortalitatem, & quæ hinc conſequentia ſunt, docerentur. Quam ſententiam *Middletonus* duobus locis apud *Ciceronem* confirmat. Alter eſt in *Tuſc. Diſp. Lib. I Cap. 13*, ubi *Cicero*, poſt-

postquam *Atticum*, quocum disputat, monuerat, ipsos majorum gentium Deos natura, sua Deos non esse, sed homines fuisse, *reminiscere*, inquit, *quoniam es initiatus, quæ traduntur mysteriis, tum denique, quam hoc late pateat, intelliges.* Alterum locum habemus in *Lib. II de Legibus Cap. 14. Illis mysteriis*, inquit *Cicero*, *ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem & mitigati sumus; initiaque, ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus, neque solum cum lætitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi.* Quæ verba dum exscribimus, recordamur ingeniosissimi *Pluchii*, qui in libro, quem inscripsit *Histoire du Ciel, Tom. I pag. 377 & 378 ed. Paris.* iisdem verbis usus est ad confirmandam opinionem suam, quasi illa mysteria inter alias salutares veritates præcipue artes etiam ac media docuissent, quæ primi post diluvium homines, per orbem terræ dispersi, & in summa vitæ sustentandæ difficultate constituti, ad victum & amictum sibi parandum invenerant. At, quanquam illa *Ciceronis* verba a *Pluchio* ita sint adducta, ut pro sua opinione facere videantur, ubi tamen curatius examinatus fuerit hic locus, videri potest ingeniosus Autor vim quandam illi intulisse. Nam primo illud, ex agresti immanique vita excoli ad humanitatem & mitigari, nihil tale significare putamus, ex quo hanc opinionem Cl. *Pluchius* exsculpere possit. Optimum in hæc verba commentarium esse credimus illum locum, qui est in principio *Catonis Majoris*, in quo, cum *Atticus* Athenis humanitatem & prudentiam dicitur deportasse, per humanitatem non intelligi nisi æquam in rebus secundis & adversis mentem, nemini obscurum esse potest. Hinc autem, quid sibi velit agrestis illa & immanis vita, ex qua *Cicero* mysteriis illis se mitigatum profitetur, non difficile erit ad intelligendum. Deinde, si hæc se ita habent, neque per antecedentia verba, neque per consequentia, licebit his verbis: *initiaque, ut appellantur, ita re vera principia vitæ cognovimus,* eum sensum cum Cl. *Pluchio* tribuere, quasi *Cicero* dicere voluisset: nos horum mysteriorum ope media cognovimus sustentandæ vitæ, via ac ratione labori præscripta. Magis ergo nobis placet *Middletoni* interpretatio, secundum quam illis verbis

hoc significare *Cicero* voluit, initiationem suam veræ vitæ principium sibi exstitisse; quanquam ab aliis hunc locum aliter, & forte commodius, explicari novimus. Sed, ut redeamus in viam, postquam Autor noster calculum suum conjecturæ *Warburtoni* de natura Eleusiniorum sacrorum adjecit, augendam quoque sibi sumit probabilitatem ingeniosi illius Commentarii, quem idem *Warburtonus* ibidem in *Librum VI Æneidos* dedit, & in quo ostendere studuit, *Virgilium* in descriptione descensus *Æneæ* ad inferos singulas scenas spectaculorum Eleusiniorum ordine descripsisse. Observat enim *Middletonus*, ad illa spectacula, cum idoneam poesi materiam præberent, veteres Poetas sæpe allusisse; & locum excitat ex *Ciceronis* ad *Atticum Epistola 7 Lib. I*, in qua *Cicero Atticum* Ευμολπιδῶν πάτρια, sive, ut Autor noster interpretatur, Eleusiniorum rituum descriptionem, rogat, Chilii Poetæ nomine, qui ea forte ad Episodion cujusdam poematis usurus erat. In eodem *Volumine primo pag. 496* Autor illustrare voluit versum *8 Sat. I Lib. II Horatii.* In eo enim Sermone, cum *Horatius* inducat *Trebatium* hæc dicentem:

- - - - ter uncti
Transnanto Tiberim, somno quibus est opus alto;

mirum videri poterat, cur hoc consilium *Trebatio* Poeta affingat. At, horum verborum leporem se declarasse, putat Autor, postquam ex Epistola quadam *Ciceronis* ad *Trebatium*, quæ *10* est *Libri VII*, docuit, ipsum *Trebatium* studiosissimum natandi fuisse. In *Voluminis II pagina 180 Baylium* notatum videmus, quod in *Diction. Art. Tullia not. k Asconium Pædianum* referentem, *Tulliam Ciceronis*, mortuo *Pisone*, *P. Lentulo* nupsisse, & post partum domi ejus mortuam esse, erroris accusavit. Quod dum fecit, ipse erravit, nescius, *Tulliæ* marito nomen *P. Cornelii Lentuli Dolabellæ* fuisse, eumque a veteribus & *Lentulum* & *Dolabellam* promiscue appellatum esse. In *pagina 540* attigit Autor noster vexatum illum locum in *Libro I Ciceronis de Natura Deorum Cap. 1*, quem plurima exempla sic habent: *De qua tam variæ sunt doctissimorum hominum tamque discrepantes sententiæ, ut magno argumento esse debeat, causam, id est, principium,*

cipium, philosophiæ esse scientiam, *prudenterque Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse.* Putat, cum *Aldo Manutio* & *Davisio inscientiam* legi oportere. Recte id quidem, ut etiam nobis videtur. Sed cur ita censet legendum? Quoniam putat, *Ciceronem* hic illa Philosophorum de natura Deorum dissensione confirmare voluisse Academicorum placitum, homines rerum obscuritate & ignorantiæ suæ conscientia primum excitatos ad studium Philosophiæ fuisse. Atqui, cum hac ratione Autor adductus sit, ut *Manutianam* lectionem vulgatæ præferret, profecto non credere possumus, eum veram vim & potestatem illorum verborum perspexisse. Et sane non dubitamus, quin hanc, quam dedit, hujus difficilis loci explicationem ipse facile rejecturus sit, si quando sibi ea legere contigerit, quæ doctissimus noster *Jo. Augustus Ernesti* ad hunc locum notavit in *Clave Ciceroniana* sub voce *Inscientia*; ubi *Manutianum* lectionem probavit, & simul hujus loci veram sententiam adeo clare demonstravit, ut nulli dubio locus relictus sit. Sed hæc de egregio hoc *Middletoni* Opere Lectores nostros monuisse sufficiat.

S. H. VAN IDSINGA, J. U. C. VARIORUM Juris Civilis Liber singularis; quo Leges quædam Regiæ, & Decemvirales, tum Pandectarum, & Codicis, illustrantur, explicantur.

Harlingæ, apud Folkerum van der Plaats, 1738, 8 maj.

Plag. 14½.

Dignus profecto est, qui in plurimorum notitiam perveniat, & in Annalibus nostris non sine laudis præfatione indicetur, præsens libellus, qui, a juvene compositus, senilem fere gravitatem quandam redolet, & doctrinam maturam satis, satis etiam dulcem, variisque scriptorum veterum testimoniis, pulcherrimis veluti floribus, conspersam, lectoribus degustandam proponit. Si perrexerit ea, qua cœpit, via Nobilissimus Autor, eleganti jam Dissertatione notus; habebit aliquando patria ejus civem, præstantissimis annumerandum ingeniis, ordo vero

JCtorum socium nanciscetur, qui non sustinere tantum, sed amplificare simul quovis modo, possit famam ejus atque autoritatem. Quod ille jam typis imprimendum curavit Opusculum, specimen esse vult integri, quem molitur, ad Fragmenta Juris Decemviralis Commentarii; cui sane instituto non poterit non favere, qui noverit, in antiquissimis his Romanorum legibus nondum ita versatos esse Criticos, ut omnis emendatio, illustratio omnis, supervacanea haberi omnino debeat. Quid vero de illo exspectandum aliquando sit, ex præmisso isthoc specimine luculenter apparet, cujus nonnulla capita ut delibemus in præsenti, nostrarum esse partium intelligimus. Violenta in jus vocatio jam ante latas *XII Tabulas* sub Regibus obtinuisse videtur Autori; cui sententiæ fundamentum & præsidium quærit in *Dionysio Halicarnassensi*, *Livio*, aliisque Romanæ Historiæ scriptoribus, qui eam cumprimis sub *Servii Tullii* initium commemorant. Quod vero, si amica partium compositio effectu suo caruerit, actor rogare debuerit reum, an vellet permitteretque antestationem fieri, quæ *Joachimi Hopperi de Juris arte Lib. III pag. 541* est sententia, persuadere sibi ideo nequit Autor Clarissimus, quoniam verba illa *licet antestari?* semper ad testes directa fuerint, prout perspicuis veterum locis confirmat. Abrepto, sine prævia antestatione, reo, injuriarum is agere contra abripientem poterat jure antiquo; cujus rei testem nominat forte unicum, *Acronem* ad *Horatium Lib. I Sat. 9*, qui, cum de antestatione prius disseruisset, hæc subjicit: *aliter, si injecisset manum actor, injuriarum poterat accusari.* Aliud obtinuisse tamen in personis vilibus infamiaque notatis, imo & in causis criminalibus, ex *Plauto* in *Persa Act. IV Sc. 9* colligendum putat Autor, & huc etiam refert *l. 15 §. 33* & *l. 13 §. 7 D. de Injur.* Denique, ipsam violentam in jus vocationem intelligendam in Legibus esse Decemviralibus, contra *Robertum*, *Vaudum*, *Donellum*, &, qui hos sequitur, *τὸν πάνυ Gundlingium*, evincere studet, hujusque juris fata paucis commemorat, dicens, violentiam hanc in usu adhuc fuisse tempore Edicti perpetui, imo & sub *Augusti Domitiani*que imperio, ceu ex *Horatio l. c.* atque *Juvenali Sat. X v. 87* probat;

Pag. 43 seq.

bat; certum vero tempus, quo abrogata hæc plane sit consuetudo, ob scriptorum silentium definire non audet. Verba *XII Tabularum : Sol occasus suprema tempestas esto*, fontem quarundam legum indicant, & observat primo doctissimus Autor, præeunte *Dione Lib. XXXIX* cum populo Romano noctu agi non potuisse, porro; SCtum, ante exortum, vel post occasum, solis conditum, irritum nullumque fuisse, atque opus Censorium fecisse existimatos esse eos, qui hoc tempore SCtum fecissent, autore *Varrone* apud *Gellium XIV, 7*, cum quo conferri vult Fragmenta *Varronis*, a *Scaligero* edita, *pag.* 12, ex quibus lucem fœnerari credit *Tullii* verba *Orat. Philipp. III Cap.* 10: *Quam misera fuga! quam fœda! quam turpis! præclara tamen SCta, illo ipso die vespertina.* Ex eodem hoc *XII Tabularum* jure derivandum quoque censet, quod supplicia nocturna, si non prohibita legibus, insolita tamen & inaudita Romanis, fuerint. *Quid tam inauditum, quam nocturnum supplicium*, inquit *Seneca de Ira Lib. III Cap. 19*. Idem *eod. Lib. Cap. 18* invehitur in *Caligulam*, quem adeo fuisse impatientem refert differendæ voluptatis, ut in Xysto maternorum hortorum *inambulans*, quosdam ex Romanis Equitibus, cum matronis atque aliis Senatoribus, ad *lucernam* decollaret, ubi addit: *Quantulum fuit lucem exspectare?* Et alter *Seneca Controv. IX, 2, Lucium Flaminium* notat, quia, cum Consul fuisset in Gallia, rogatu meretricis, quæ nunquam decollari se vidisse affirmabat hominem, unum ex damnatis noctu occidi jusserat, quod impune non fecit, a *Catone* quippe eam ob causam ex Senatu ejectus, postquam septem annis Consulis dignitate eminuerat, ipso teste *Catone* apud *Ciceronem de Senect. Cap. 12*, quem locum paucis illustravit *Petr. Faber Semestr. II, 9.* Quod vero ex Jure Decemvirali originem habet suam, & quam maxime huc pertinet, illud esse monet Clariss. Autor, quod cognitiones judicum tam in criminalibus, quam civilibus, causis nunquam, nisi extra ordinem, institutæ sint post occasum solis, adeo, ut hæc suprema judiciorum tempestas semper apud Romanos fuerit. Libera certe republica nunquam sessiones suas ultra solis occasum produxisse judices, aut

Pag. 72 seq.

nocturno

nocturno tempore jus dixisse, ex eo colligit Autor, quod inconveniens fuerit Magistratibus Romanis, versportinis horis esse in publico, *l. 2 §. 31 D. de O. J.* atque huc referenda putat bina Autoris *Dialogi de Oratoribus* loca *Cap. 34* & *Cap. 36.* Et, quanquam Imperatores, si quando extra ordinem jus dicerent, solitam judiciorum formam interdum neglexerint, ceu ex *Suetonio* in *Aug. Cap. 33,* & ex *Xiphilino pag. 273 edit. Stephani,* probatur, mansit tamen jus vetus, ut die sederent tantum ordinarii judices, quo *Petronium* trahit Autor in *Satyr. Cap. 15.* Erudite deinceps evincit, fallere nos Glossatores, ceterosque interpretes, qui contra Juris historiam, contra diserta legum verba, etiam jure novo valere sententiam, nocturno tempore latam, statuunt, imo *arg. l. 1. §. 10 D. de Ventre inspic.* inter pronuntiationem tria minimum requiri lumina addunt; quasi vero eadem literarum, quæ ventris, ratio, & judex ad unam lucernam, paulo crassiorem, non possit ex periculo recitare. Subductis ergo rationibus, *Bartolo* & *Jo. Oldendorpio* accedit Nobilissimus Autor, ipsoque jure nullam hodie esse sententiam, quam noctu tulit judex, arbitratur. Idem historiam & progressum Juris Decemviralis *de monstroso partu* non contemnenda doctrinæ copia enarrat. Libera adhuc Republica semper illud in usu fuisse, ex tot monstrosorum partuum, arbitrio Pontificum aqua suffocatorum, exemplis, quæ *Livius Lib. XXVII Cap. 37* & *Lib. XXIX Cap. 22* aliique plures afferunt, suspicatur. Ad idem jus alludentem producit *Senecam de Ira Lib. I Cap. 15,* ubi loco vocis *mergimus Lipsium* malle refert *abjicimus,* quam tamen lectionem improbandam ideo censet, quod isthæc vox non ita cum Romanorum moribus conveniat, sicut illa. Plurimum enim, ait, & tantum non semper portentosi aut monstrosi partus aquis mersi suffocari solebant, quamvis negandum haud sit, eos & interdum legi combustos; quam in rem testimonio utitur *Lucani de Bello Phars. Lib. I v. 561 seq.* cumprimis vero *v. 589 seq.* Atque huc etiam pertinere fortassis arbitratur illud *Ennii* apud *Nonium voc. Auscultare: Mihi ausculta, nate, pueros cremari jube.* Androgynos autem, quos libera Republica inter prodigia retulisse Quirites, ex adscriptis jam

Pag. 102 seq.

Livii

Livii locis apparet, præcipue si jungatur *Tullius de Divin. III,* 43. Mox sub Imperatoribus non amplius necatos, sed in deliciis potius habitos fuisse, memorat ex *Plinii Hist. Nat. VII,* 4, &, qui hunc exscripsit, *Gellio Noct. Att. IX, 4*; quin, fuisse, addit, qui fœtus ejusmodi conquirerent undique, &, quos expositos susceperant, debilitarent, ut caro admodum pretio venderent. Vid. *Seneca Controv. X, 4.* Ipsi etiam Principes eos in aula nutriverunt, ceu comprobat exemplum *Augusti*, qui, licet, *Suetonio* docente in *ejus Vita Cap. 83*, pumilos atque distortos, & omnes generis ejusdem, ut naturæ ludibria, semper abhorreret, neptem tamen ejus, *Juliam Conopam*, duos pedes altum cum palma aluisse, neque Imperatores sequentes talia aversatos esse prodigia, ad hunc *Suetonii* locum observavit *Casaubonus*. Atque hinc derivandum putat Autor noster duplex responsum in *Digestis*, ad materiam testamentorum referendum, unum *Pauli l. 15 §. 1 D. de Testib.* alterum *Ulpiani* ex *Lib. I ad Sabin.* (quo pariter de testamentis agebatur, uti ex collatis inter se hujus libri fragmentis liquet,) *l. 10 D. de Statu hom.* Ratio dubitandi ex jure vetusto petenda est, quo fœminæ Comitiis, quibus solis testamenta condebantur, interesse vetabantur; quæ ratio quamvis cessaret postea, mansit tamen prohibitio, adeo ut hinc illustretur harum legum sensus, juncta *l. 6 in f. D. de Lib. & posthum.* Clariss. Autor contendit, & ægre simul fert, *Dionys. Gothofredum* tantum commisisse ἀνιστορίας errorem, cum in notis ad *l. 10 de Stat. hom.* scribat, ἀνδρογύνους apud veteres pro monstris habitos non fuisse. Sed neque alia monstra jure *Digestorum*, aut *Codicis*, mergi, aliove modo necari, solita videntur Autori, saltem nullam invenire legem potuit, quæ necessitatem imposuerit parentibus, tales fœtus inconsulto necandi Principe, ideoque persuasum sibimet plane habet, cessante antiquo expiationis ritu, sensimque in desuetudinem abeunte, pariter non observatam amplius esse legem *Romuli* & Decemvirorum, quo respicere credit *Ammianum Marcellinum XIX, 12*; cui loco addi vult alium *Divi Hieronymi Epist. 63.* Et hinc jure conjicere sibi videtur Clariss. Autor, priscum illud jus revocatum esse non longe post *Justinianum* ab

Imperatore *Mauritio*, si quidem *Nicephoro* fides *Lib. XVIII*
Pag. 112 seq. *Cap. 35*, cujus verba id non obscure indicare videntur. In *l. 1 §. 2 D. de Edendo* Florentinus Codex hæc habet verba: - - *& prælato die fiat.* Vox illa *prælatus* multas peperit eruditorum & emendationes, et interpretationes. *Eguinar. Baro* maluit *prolatus* legere, *Accursium* forte secutus, ut nempe *prolatus* hic idem denotet, quod *mutatus*, vel *prolongatus*. Secus placuit *Cujacio Observ. III, 7*, qui lectionem Florentinam probat, & *præferre diem* significare ait *antevertere* & *anticipare*, ut vetustior esse obligatio videretur; cui sententiæ præstantissimi illi Duumviri, *Ger. Noodt* & *Ant. Schultingius*, ad *Tit. D. de Edendo* subscripserunt. Huic vero *Cujacii* explicationi opposuit sese *Sam. Petitus ad Leg. Attic. IV, 3, pag. 321*, &, rejecta lectione utraque, tam *prælato*, quam *prolato die*, legere suadet duabus vocibus *præ lato die*, quod ita interpretatur, ut adscribi debeat mensis, (quem *latum diem* appellat,) quo instrumentum scriptum est, & præterea nihil, adeoque nec dies ejus mensis, aut Consul, ut ita dies sit incertus & vere *latus*. Miratur Autor, Virum tantum in ejusmodi incidisse ineptias, & cum ab eo, tum a *Cujacio*, dissentit, cujus quippe emendationem ideo rejicit, quod *præferre* sæpius etiam notet *differre*, sensu omnino contrario, quam in rem ad *l. 18 §. 9 D. de Quæstion.* provocat. Ipse novam proponit conjecturam, *prælatum* scilicet *diem* dici talem, quem loco veri diei adversarius suo elegit arbitrio, ut inde fraudes necteret, & actori instrumentorum fidem vel plane nullam, vel suspectam saltem, efficeret; posse enim falsum æque committi, si dies eo, quo instrumentum est confectum, posterior ponatur, quam si prior. Rem illustrat exemplo. Finge, *Mævium*, ait, possidere hæreditatem, quam filius petit, testamentum proferens, Calendis Januarii factum; istis Coss. edit illud *Mævio*, adjecto die & Consule, qui, bene gnarus, testamentum prius posteriore rumpi, conficit aliud, quo, mutato hæredis nomine, alioque die & Consule adscripto, sibi per hasce fraudes hæreditatem acquirit, *die prælato*, id est, die, qui maxime ei placuit, adjecto. Atque hanc proprie existimat vim esse τοῦ *præferre* in eo loco, pariter uti *in l. 28 D. ad*

ad Leg. Cornel. de Falsis, & apud *Lucanum de Bello Pharſ. Lib. I v. 46*, ubi *Neronem* Poeta alloquitur:

- - - *prælati regia cœli*
Excipiet, gaudente polo, &c.

qua voce *prælati* intelligendum putat, quod in arbitrio *Neronis* quaſi fuerit poſitum, Diisne vellet inſeri, an longius morari in terris, vel, ſi quis ambigue ceciniſſe Poetam ſtatuat, quod, cum mortalis ſit, jam Deus voluerit haberi, & hac ratione cœlum prætulerit. Eodem plane ſenſu vocem uſurpare eandem ſubjicit *Lucanum* alio loco, nec minus *Sidonium Apollinarem Lib. IX Ep. 11* & *Carm. XV v. 165*. Plura non addimus, vel ex his elegantem Autoris doctrinam unicuique Lectorum poſſe intelligi, certiſſime nobis habentes perſuaſum.

VIRI CELEBERRIMI, ANTONII MARIÆ VALSALVÆ, Opera, hoc eſt, Tractatus de Aure humana, editione hac quarta accuratiſſime deſcriptus, Tabulisque archetypis exornatus, & Diſſertationes Anatomicæ, quæ nunc primum prodeunt, ad colon inteſtinum, ad arteriam magnam, ad acceſſorios nervos, ad oculos, ad ſuffuſiones, & ad renum ſuccenturiatorum excretorios ductus, attinentes; Tabulis itidem illuſtratæ. Omnia recenſuit, & Autoris vitam, ſuasque ad Tractatum & Diſſertationes Epiſtolas addidit duodeviginti,
JOANNES BAPTISTA MORGAGNUS.
Tomi II.

Venetiis, apud Franciſcum Pitteri, 1740, 4 maj.
Alph. 6 plag. 18.

Forum Cornelii, quod ſequioribus Seculis *Imola* cœptum eſt nominari, in eo Ciſpadanæ Galliæ tractu, quem nunc Romandiolam vocant, urbs eſt, in qua A. 1666 d. 15 Cal. Febr. *Antonius Maria Valſalva* patre *Pompejo Valſalva*, matre *Catharina Toſia*, natus fuit. Parentes eum in Deum pietate, & in

homines comitate, imbuerunt; Patres vero Societatis Jesu in moribus & studiis primæ ætatis conformandis curam adhibuerunt. Erat in puero ingenium docile, acutum, & ad quaslibet artes optimas aptum, dissectionibus tamen avicularum aliorumque animalium non obscure significabat, ad quænam studia potissimum ferretur. Bononiam igitur missus est, in quo Gymnasio *Lælium Trionfetti* in herbarum cognitione, *Petrum Mengolum* & *Geminianum Rondellium* in Mathesi, in re medica, & inprimis anatomica, *Marcellum Malpighium*, præceptores habuit, &, quoniam ad hunc, gravissimis studiorum occupationibus distentum, non semper aditus patebat, aliis doctoribus usus fuit, qui in magnis valetudinariis, sive medicaminibus, sive manu, sive etiam utrisque, medicinam faciebant. In studiis itaque suis tantum progressum fecit, ut magna cum laude A. 1687 in albo Doctorum conscriptus fuerit. Observationibus postea magis, quam disputationibus, naturæ abdita quærere constituit. Ægrotantium igitur morbos attentius consideravit, & in illis mortuis vitia partium disquisivit, nec non experimenta in dissectionibus vivarum bestiarum instituit. Ex his graveolentium sæpe corporum dissectionibus varios morbos, imo acutos, contrahebat, & ob incredibilem teterrimi odoris patientiam naribus tandem captus fuerat. Quæ incommoda eum a studio acriter prosequendo minime deterruerunt. Inter hæc studia, cetera non omisit, quæ egregio in Medico Chirurgoque requiruntur, & Materiæ medicæ ac Chymiæ studium sedulo excoluit. Id autem inprimis egit, ut ipsius exemplo dissectionum accuratissimarum utilitas in Medico Chirurgoque clarius eluceret. Ille enim primus Bononiæ in membrorum amputationibus, ad sanguinem compescendum institutis, atrocissimum ignis auxilium rejecit; arterias obligavit; primus, surditatem posse interdum manu curari, ostendit; primus chirurgica plura instrumenta, pluribusque ex partibus constantia, ad multo pauciora & simpliciora redegit. In cognoscendis itaque & curandis morbis exercitatus, dignam meritis famam est adeptus, ita, ut juveni etiam se suorumque salutem crederent summi viri, &, ut crevit ætas atque autoritas, plures accederent tum Bononienses, tum

tum exteri. Quas ob res, & ob editum *de Aure humana* librum, quam Bononienſibus clarus, quam exteris notus, quam utrisque admirabilis, fuerit, indicio eſſe poſſunt, quæ utrique & privatim & publice in hunc contulerunt. Nec quidquam detraxit inter illos viventi, quod alienæ erat civitatis. Nam non modo amplo incurabilium noſocomio Chirurgum præfecerunt, non modo inclytæ Scientiarum Inſtituti Academiæ Præſidem iterum ac tertium præpoſuerunt; ſed & multo antea, illo in coetu ad aliud munus admitti eum poſſe, magno omnes conſenſu cenſuerunt, non quod civis eſſet, ut lex jubebat, ſed quod ſcientia & fama illuſtris eſſet, ut lex ſinebat; eſſe enim illud fortunæ, hoc virtutis. Summus civitatis ordo non ſolum eum honorarium Anatomes Profeſſorem declaraverat, & aliis muneribus ornaverat, ſed præſertim A. 1697 tantum illi honorem habuit, ut unum ex omnibus deligeret, qui in celeberrimo Gymnaſio & humanum corpus incideret, quod a pluribus antea quidem, & ab ipſo quoque, ſed nec quotannis, neque ex publico decreto, factum, & ſingulas inciſas partes, cum vellet, ex peculiari officio oſtenderet, additis juxta Theatrum Anatomicum ædibus, *quæ ante ipſum* conceſſæ fuerant nemini. Forocornelienſes quidem eum non neglexerunt, ſed præcipuum ei honorem detulerunt, ut ex iis eſſet, qui nobili præſunt Magiſtratui Pacificorum; ſed domicilium, quod ſibi ab adoleſcentia Bononiæ conſtituerat, ad extremum uſque tempus ſervavit, cum eoque facultatem ſtudiis obſequendi ſuis, quam in literatiſſima & frequentiſſima civitate ſibi magnam dari expertus fuerat. Sic pietate, eruditione, doctrina, & miſeratione eorum, qui morbis, & ſimul inopia, conflictarentur, inclaruit *Valſalva*. Matrimonium iniit A. 1710 cum *Helena Livia*, ex qua liberos ſex procreavit, mares duos, fœminas quatuor, ſed virilem ſexum non reliquit. De obitu ejus hæc annotanda ſunt. Gracilis ad virilem ætatem pervenerat, ſed ſenſim deinde pingueſcens, honeſtam primum dignitatem, ſed poſtremo ultra modum obeſus, moleſtiam, morbos, ipſamque adeo, quam & præviderat & prædixerat, mortem, eſt nactus. Principio tuſſi vexatus fuit, quæ deinde aucta, & cum magna faucium ſiccitate conjuncta fuit.

 Auge-

Augebatur interim pinguedo, & stomachus infirmabatur, ut ad cetera incommoda ciborum vomitus a prandio, & nonnunquam noctu vehemens dolor colicus, accederent. Tandem somniculosus fere semper & stertens etiam inter negotia inveniebatur, & A. 1723, postridie Cal. Februarii, apoplexia graviore ingruente, vivere desiit. Elatus est honesto funere in Æde, quæ a Divo *Joanne* in monte Bononiensibus appellatur, &, quanta omnium de vivo opinio, quantumque mortui desiderium fuerit, ex monumentis quinque, ipsi positis, cognosci potuit. Inter omnes constat, eum maximam vitæ partem in dissectionibus consumsisse; namque in auris duntaxat anatome sedecim ipsos annos fuit, dissectis ejus rei causa capitibus humanis amplius mille. Hinc Tractatus exstitit *de Aure humana*, qui unus maxime apud Philosophos, Medicos, atque Anatomicos, *Valsalvam* illustravit, & post Bononiensem editionem anni 1704, Trajecti ad Rhenum iterum A. 1707, Genevæ autem tertium A. 1716, prodiit. Nunc quarta hæc novum assidui *Valsalvæ* laboris specimen, scilicet Dissertationes, addit. Recitaverat vero Dissertationes has in Instituti Scientiarum Academia primam A. 1715, alteram A. 1717, tertiam denique A. 1719. Nos, quoniam Tractatum *de Aure humana* ex editione Bononiensi in *Actis* nostris jam recensuimus *A. 1705 Mens. Octobr. pag. 461*, de Dissertationibus pauca nunc addemus. Ipse vero observationes Dissertationis primæ, in epitomen contractas, sic nobis proponit: Fibræ carneæ longitudinales intestini recti versus colon in tres partes dividuntur, quæ per totam ejus longitudinem fibrosæ procurrunt, ad Appendiculæ vermiformis initium desinentes. Has fibrarum intestini recti productiones appello, quarum interventu colon crispum redditur, hocque pro re nata breviore facto, ejus recrementa versus podicem propelluntur. Initium arteriæ magnæ a tribus sectionibus circularibus efformatur, quibus totidem respondent sinus, contra valvulas semilunares locati, cavitatem sectionis sphæricæ habentes, posterior unus anteriores duo, a quorum ultimis in parte superiori, ubi horum cavitates flectuntur, descendunt coronariæ arteriæ, hi sinus ita disponuntur, ut duo constituant orificia, unum a corde ad sinus,

alterum

alterum a ſinubus in continuatam aortam, & hoc videtur & eſt illo anguſtius. Spatium vero inter orificia medium, majorem habens, quam hæc, latitudinem, ab illis tribus ſectionibus circularibus, totidemque ſinubus, efformatur. Horum ſinuum aliquod eſt, ſed leve, indicium in arteria pulmonari. Sinibus aortæ accedit ſinus maximus, major illa videlicet arteriæ magnæ capacitas, in hujus flexione paulo ſupra illos ſinus occurrens, antequam ſuperiores emittantur rami. Ex quibus arteriæ magnæ diſpoſitionibus plura per Hydroſtaticam poſſunt deduci. Nervus ad par vagum acceſſorius, ſi productæ obſervationes ſubſiſtunt, erit potius dicendus nervus, a pari vago ad ſpinalem cervicis medullam recurrens, hujusque nervi antiquo neglecto uſu, alius erit excogitandus. Muſculi, oculum moventes, ſi minorem obliquum demas, non inſiguntur in orbitam, ſed omnes in nervum opticum concurrunt, ubi, unitis ſimul propriis fibris, tum eundem nervum, tum nervum oculi motorem, circumligant, duos annulos efformantes, quos apte eorundem nervorum moderatores dici poſſe exiſtimo. Verum quidem eſt, *diſtinctiore artificio* nervum opticum, quam nervum *oculorum motorem*, ab iis fibris circumligari; attamen horum ope ii *nervi poſſunt* magis aut minus conſtringi, & a muſculorum inſertione in nervum opticum hic poteſt tendi & laxari, ex quibus omnibus non pauca poſſunt expectari ad viſionem ſpectantia. *Diſſertationis ſecundæ* hæc ſumma eſt. Tunicam innominatam oculus non habet. Sclerotica non a dura matre, ſed a tendinibus muſculorum oculi, & a pia menynge, conſtituitur. Ii muſculi non in orbitam oculi, ſed omnes, excepto obliquo minore, in nervum opticum, implantantur, ab eorum fibris annulus efficitur, qui nervi optici moderator appellari poſſet. Ab annulo hic nervus tum in longitudine, tum in craſſitie, variatur; quamobrem ſpiritus copioſius, vel parcius, hac vel illa peculiari ratione ad retinam mittuntur. Ad retinam, compoſitam ex filamentis, non in retis formam implicatis, ſed radiatim diſpoſitis, ſic retina ipſa varie, ut opus eſt, diverſi generis impreſſionibus aptatur & reſpondet. Quodſi annulus ille vel convulſione, vel paralyſi, vel alia affectione, corripiatur, di-

verſos

versos in oculo morbos, diversasque & insolitas imagines, excitabit. Cataracta, illa videlicet, circa quam Chirurgi ocularii versantur, oculi morbus est, non in membranacea expansione inter pupillam & humorem crystallinum sita, uti communius in scholis traditur, nec modo in membrana illa, modo in crystallini humoris vitio, consistens, uti ab Academia Parisiensi traditum est, sed perpetuo in eo ipso humore constituendus, cum videlicet hic a diaphano in opacum transit, consistentia eadem servata. Hoc observationes, hoc ratio, confirmant. Ex quibus multa eruuntur, per quæ facilius ac tutius in ejus morbi curatione procedatur. *Tertia Dissertatio* de renum succenturiatorum excretoriis ductibus agit. Cani renem sinistrum & testem dextrum exsecuit Autor, & experimento cognovit, eundem postea minime fœcundum fuisse. Dissectionibus volatilium didicit, testes ope membranarum cum renibus colligatos esse; invenit porro, vas ejaculatorium ex renibus succenturiatis ortum trahere, & postmodum testibus uniri, indeque super renes una cum ureteribus ad intestinum rectum dimitti. Similem vero structuram harum partium in testudine aquatica & vipera deprehendit. In his animalibus sexus fœminei ovaria cum renibus succenturiatis peculiari nexu colligari, cognovit. In mure fœmina ovaria firmiter alligata renibus vidit, sed & corpus quoddam albicans, a rene succenturiato ad ovarium ferri, ad similitudinem excretorii ductus observavit. In cane vero & vitula hujus rei obscura tantum judicia habuit. In homine quondam vidit propagines quasdam, ab rene utroque succenturiato ad testes descendentes, quæ neque sanguiferi, neque nervei, neque lymphatici, videbantur canales, sed potius alius cujusdam naturæ. Exhinc, ductus, a renibus succenturiatis profectos, probabiliter aliquid ad generationis negotium conferre, concludit. His de *Valsalvæ* vita & scriptis, *Morgagnii* inprimis & ipsius *Valsalvæ* ductu, expositis, ad *Joannem Baptistam Morgagnium*, in Patavino Gymnasio primarium Anatomes Professorem & Præsidem, nos convertimus, qui in hac *Valsalvæ* editione novum & eximium industriæ anatomicæ specimen exhibuit. Bononiensis Instituti Scientiarum Academia, & hæredes *Valsalvæ*, Dissertationes & scripta

cetera eidem miserant, ut illas recenseret, hæc autem, si quid dignum luce videretur, seligeret, & cum Dissertationibus illis ederet. Non recusavit *Morgagnus* laborem suscipiendum, sed maxima cum cura id egit, ut non solum *Valsalvæ* annotata, & aliorum scriptorum recentiorum doctrinas pervestigaret, sed ipse quoque omnia, de quibus disserendum erat, in cadaveribus perquireret. Inde vero Opus ita excrevit, ut, quod primo sperabat, brevibus annotatiunculis, quas in imis paginis adscriberet, rem confici non posse intelligeret. Variis igitur sine successu sperato tentatis, tandem in Epistolis, Operi annectendis, ea, quæ & *Valsalva* annotaverat, & ipse ex Dissertationibus cognoverat, omnia colligere constituit. Summa vero Cel. *Morgagni* industria effecit, ut Epistolæ duodeviginti multum mole superent ipsam *Valsalvæ* tractationem, cuncta autem tanta cum cura, experientia, & eruditione, elaborata sint, ut attentum lectorem quam maxime delectent & instruant. Sed viginti numerantur *Morgagni* Epistolæ, quarum *prima* & *secunda*, quæ Lugduni Batavorum A. 1728 prodierunt, & in *Actis* nostris *A. 1728 Mense Majo pag. 216* laudatæ fuerunt, huic Volumini non insertæ sunt, quoniam ad *Valsalvam* nihil attinent, reliquarum octodecim vero, quæ hic exhibentur, hæc sunt argumenta: *Tertia* spectat ad *Valsalvæ* Tractatum *de Aure humana Cap. I n. 3 & Cap. II n. 7*, sive ad glandulas sebaceas, & ad vesicularem glandularum structuram; *quarta* ad reliqua fere omnia, quæ eodem *Cap. I* continentur, de auricula meatuque auditorio; *quinta* ad *Cap. II n. 1, 2, 3*, sive ad tympani membranam & cavitatem; *sexta* ad ejusdem *Capitis n. 4 - 12*, hoc est, ad tympani ossicula, horumque musculos; *septima* ad cetera, quæ deinceps eo *Capite* scribuntur, de fenestra ovali & rotunda, tuba *Eustachii*, & tympani vasis ac nervis; *octava* ad *n. 19, 20, & 21, Capitis* ejusdem, sive ad plerosque uvulæ & pharyngis musculos; *nona* ad idem argumentum, vel potius ad pharyngis terminos, & glandulas etiam vicinas, aut ad œsophagum attinentes; *decima* ad omnes musculos uvulæ; *undecima* ad omnes musculos pharyngis reliquæ, & ad continuatum œsophagum; *duodecima* ad *Caput III*, sive ad universum labyrinthum; *decima tertia* ad reli-

qua tria *Capita IV, V, VI*, ſive ad partium auris uſus, ſed præſertim ad curationes, obſervationes, experimenta, aliaque, iis *Capitibus* propoſita, quæ ad palpebrarum cyſticos tumores attinent, ad ſurditatem manu curandam, ad tumores ſanguineos, ad nervorum uſtionem, potiſſimum in odontalgia, ad vulnera membranæ tympani, ad hemiplexiam, & ad nervorum in collo & carotidum arteriarum conſtrictiones; *decima quarta* ad primam partem *Valſalvæ* Diſſertationis Anatomicæ primæ, de ligamentis & cellulis coli inteſtini, de recto cœco & appendicula vermiformi, de lumbricis, &c. *decima quinta* ad partem alteram ejusdem primæ Diſſertationis, de ſinibus arteriæ magnæ, de hujus ac pulmonaris arteriæ valvulis, tum de cordis vaſis coronariis, ovali foramine, vena ſine pari, jugulari interna, ſubclavia, cava inferiore, valvulisque præſertim, quæ iis omnibus ſunt aſſignatæ, tum de cordis ſede & poſitu, aliisque, ad ejus externam internamque faciem attinentibus, denique de valvularum inventoribus, & de artuum quibusdam venis; *decima ſexta* ad reliquas partes duas primæ Diſſertationis, itemque ad Diſſertationem alteram. De nervis ad par vagum acceſſoriis, de cerebri pari decimo, de ſecundo, tertio, quarto, quinto, ſexto, & de nervis intercoſtalibus, ac ſimul de muſculis omnibus, qui circa oculum ſunt locati, de annulo optici nervi moderatore, & de extimis ejusdem nervi atque oculi tunicis; *decima ſeptima* ad easdem Diſſertationes, de aquoſis ceterisque oculi vaſis, de tunica choroide, de iride, ciliari corpore, de aqueo humore, ejusque cameris, de tunica cryſtallina & vitrea, & de humoribus, qui his continentur, denique de retina & de nervi optici ſtructura; *decima octava* ad alteram *Valſalvæ* Diſſertationem, de utilitatibus & noxis annuli moderatoris optici nervi, tum de cataracta & glaucomate; *decima nona* ad eandem Diſſertationem, abſolvens ſermonem de cataracta; *vigeſima* ad tertiam *Valſalvæ* Diſſertationem, de renibus ſuccenturiatis, horumque uſibus. Speciatim vero nunc quædam Epiſtolæ recenſendæ erunt, quo plenior idea laboris Viri Celeberrimi exponatur, &, cum in omnibus egregiæ prorſus doctrinæ

inve-

inveniantur, *tertiam* & *sextam* inprimis examinabimus. Prior enim doctrinam de glandulis accuratius exponit, altera vero de ossiculis auditus, & musculis eorundem, fusius agit. In *tertia* igitur Epistola Autor occasione glandularum, in superficie auris externæ deprehensarum, in structuram glandularum, speciatim sebacearum, accuratius inquirit. Summa cum modestia dijudicat opiniones eorum, qui corpuscula hæc glandulosa, tumores præter naturam, in finibus arteriolarum obstructis ortos esse *judicant*, qui cum cutis papillis confundunt, qui denique materiam sebaceam, in illis contentam, a pinguedine deducunt. Quæstionem hic movet: an glandulæ sint dicendæ, an folliculi, an cryptæ; & in hac disquisitione observationes quatuor *Valsalvæ* de vesiculis minimis, in hepate inventis, adducit, in quibus structuram quoque diligentius disquirere potuit. Licet igitur morbosum hunc statum alii non assumant; tamen genesin harum vesicularium alia ratione non commode explicari posse monet Autor; quamobrem observationem *Littrii*, de vesiculosa renis substantia, hac data occasione disquirit. Porro examinat, cur non vesiculæ tales in intimis viscerum esse possint, cum etiam, illis præsentibus, secretionis negotium explicari queat. Ad injectiones vero anatomicas, & subsequentem macerationem, quod attinet, illas non tutum sistere experimentum, monet, in minima viscerum structura indaganda, quoniam folliculus destruatur. Quod argumentum, ab aliis indicatum, sollicite perpendit, & non ipse tantum præparata talia ratiociniis prosequitur, sed testimonia aliorum quoque adducit, qui, visis præparatis anatomicis, subtilissime injectis, dubii tamen hæserunt, an glandulosam fabricam assumere debeant, an vasculosam, & an non potius omne illud, quod repletum fuit, in maceratione relictum sit, reliqua vero non repleta, & sic etiam folliculus, abierint. At non tantum illorum argumenta, qui viscerum habitum magis vasculosum, quam glandulosum, dicunt, dubia & infirma reddit, sed ipse quoque objectiones *Malpighii* sententiæ opponendas proponit, examinat, & refellit. Objectio prima est: *Malpighium* folliculos ope microscopii ostendisse. Sed nihil hoc ipso veritati decedit, quoniam multa alia egre-

gia, microſcopiis viſa, aſſumta & approbata fuerunt; inprimis cum *Malpighius* ſimpliciſſimis utplurimum uſus fuerit microſcopiis, quæ non abnormia & incredibilia, ſed iis, quæ per alia experimenta ſic ſatis retexerat, maxime conſentanea, demonſtrarunt. Porro etiam oſtendit, & *Malpighium*, & alios, glandularum folliculos in ſanis corporibus demonſtraſſe, quo objectioni reſpondeat, qua adverſarii aſſerunt, eum hoc tantum in morboſis præſtitiſſe. Adducit vero potiſſimum folliculos in inteſtino recto & lingua, & de illis diſquirit, an melius cryptæ dicantur, quod negat, cum jam ante *Malpighium* glandulæ dictæ fuerint, & derivatio vocabuli exacta nec in aliis glandulis valeat. Tertia objectio eſt, *Malpighium* non in omnibus partibus demonſtraſſe glandulas, in quibus easdem aſſumſit. Fatetur quidem, in rebus minimis non omnia tanta perſpicuitate conſpici poſſe, neque tamen contrarium aſſerentes in rebus his ſubobſcuris ſententiam prolatam vaſculorum continuatorum evidenter ſatis declarare poſſe, ſed eodem modo a partibus cognitis ad incognitas argumentari, putat. Adducit tamen teſtimonia nonnulla, quibus evincit, *Malpighium* etiam hoc inprimis in conglobatis præſtitiſſe. Objectio tandem quarta urget, folliculos hos, a *Malpighio* oſtenſos, ad glanduloſarum partium naturam non pertinere; partem enim veſiculoſam pro glanduloſa haberi non poſſe. Sunt enim doctiſſimi viri, qui non modo non, ubicunque ſecretio eſt, ibi eſſe glandulam, ſed neque, ubicunque glandula eſt, ibi eſſe ſecretionem, contendunt, quod poſterius quidem ſatis demonſtratum eſt. Sed, ſi hac in parte ex habitu externo tantum glandulæ naturam determinare, & cum veteribus aſſumere volunt, non deerunt exempla, quibus comprobari poteſt, cerebrum aliasque partes glandulas dictas fuiſſe. Et, ſi etiam hoc non factum fuiſſet, cur non, interna ſtructura ſimili inventa, ſimile etiam nomen imponere volumus? Hac occaſione Autor ad definitionem glandulæ deducitur, eos dijudicans, qui ad vaſculoſam tantum viſcerum ſtructuram attendunt, & differentiam inter glandulam, cryptam, & acinum, magis fingunt, quam demonſtrant. Ipſe vero difficilem glandulæ definitionem formari dicit, cum ad autoritatem, ſtructu-

structuram, & usum, & ad ultimum magis, quam ad praecedentia, respiciendum sit, ipsumque fecisse satis arbitratur, si tantum ostenderit, non repugnare, partem aliquam esse vesiculosam, eandemque glandulosam. Sed, si etiam ad structuram magis, quam ad usum, attendere velimus, tamen exemplis superius prolatis, hicque iterum adductis, vesiculosam structuram ostendere annititur. Cum vero aliae etiam partes, quae vesiculosae sunt, nec glandulis annumerantur, ut pulmones, glandulosae partes dicantur, tunc, monet Autor, attendendum esse, quem illae potissimum habeant usum, &, si intelligeretur, aliquam id unum, aut id maxime, agere, ut aliquid e sanguine secernat, posse illam vocari glandulam; sin autem manifestum sit, aliud omnino agere, vocari glandulam non posse; sin vero & aliud agere, & tamen etiam aliquid e sanguine secernere, conspiciamus, non videri illos esse arguendos, quibus non absolute quidem, sed ea saltem ratione, qua aliquid secernit, spectatam, vocare glandulam, aut glandulosam partem, placeret. Alternas tandem de his rebus sententiarum vicissitudines recenset, & egregiae huic & difficili tractationi finem imponit. Accedamus nunc ad Epistolam *sextam*, qua non tantum egregia observata anatomica, sed & nonnulla ex Historia literaria anatomica, Autor exponit. Describit autem ossicula auditus, & musculos, iisdem annexos. In ossiculis auditus considerandis ea adducit, quae *Guernerus Rolfincius* de eorundem inventoribus in medium protulit, & quaestionem movet, an haec assumserit Autor quidam, qui *Valsalvam* notat, quod *Achillinum* potius, quam *Carpum*, pro inventore mallei & incudis venditaverit. Praecipua igitur nonnulla de vita *Achillini* & *Carpi* exponit, ostendens, *Carpum* non ante *Achillinum* ossicula descripsisse, licet forsitan ante hos viros ignobilis quidam prosector inventor exstiterit. Simile etiam judicium addit de *Ingrassia*, qui stapedem primo descripsit, licet incertum sit, an primus invenerit. De reliquis vero ossiculis, quorum mentio ab aliis Autoribus facta est, quae vel in mallei & incudis articulo, vel ad incudis crus brevius, vel a latere capituli stapedis, & alibi, inventa commemorantur, tradit, se nihil unquam deprehendisse, & *Valsalvam* quoque, licet asserta Autorum varia

agnoverit, nihil annotasse. De quarto vero ossiculo, quod orbiculare dicitur, & quod *Valsalva*, cui illud jam cognitum erat, ovale dicere maluisset, monet Autor, quod peculiare ossiculum sit, nec pro cartilagine, nec pro epiphysi, incudis vel stapedis assumi possit. Ostendit etiam, quosdam veteres illud obscure indicasse, & inprimis perspicuam quandam descriptionem ex *Arantio* adducit. Sigillatim nunc ossicula hæc considerat. Mallei processus sunt tres, major, sive manubrium ipsum, minor, membranæ tympani infixus, & minimus, qui interdum ab instauratore *Ravianus*, vel ab inventore processus *Folii*, dicitur. Hac occasione multis, ex vita *Veslingii* & *Folii* adductis, probat, *Folium* ante *Veslingium* hunc mininum processum descripsisse. Multa præterea addit, eademque accuratissima, quæ situm, structuram, & administrationem anatomicam, in separando & cognoscendo hoc processu tenerrimo spectant. Musculi mallei, tribus ejus processibus annexi, diversimode a variis Autoribus denominati sunt, ita, ut inprimis externi vocabulum ambiguum factum sit. Ostendit itaque, hos musculos optime in intimum extimum & medium distingui posse; assumit tamen, ne a *Valsalvæ* denominationibus recedat, denominationes majoris, minoris, & minimi musculi. Major vero musculus, a latere tubæ *Eustachianæ*, tum osseo, tum aliqua ex parte cartilagineo, tendineo-carneus oritur, in semicanali, vel potius canali, vagina involutus ducitur, donec sese inflectat circa trochleam, & in manubrium mallei prope cervicem inseratur. Has conditiones ortus, transitus, & insertionis, diligenter disquirit, & usum ostendit: nimirum hunc musculum introrsum ducere malleum, & speciatim manubrium, cum annexa membrana tympani, neque, ut quibusdam visum fuit, hunc musculum cervicem introrsum ducere, manubrium vero cum annexa membrana tympani extrorsum vertere. De minori musculo, qui in superiori meatus auditorii latere describitur, Cel. Autor fatetur, se fibras musculosas distincte conspicere non potuisse, licet aliorum observationes adductas in dubium plane vocare nolit. Pergit in consideratione musculi minimi, qui minimo mallei processui alligatus est, & illum non cohærere cum musculo majore ostendit,

oſtendit, nec tam longum eundem eſſe. Progreditur tandem ad incudis, oſſis orbicularis, & ſtapedis, deſcriptionem. Qua de re, brevitatis ergo, tantum monemus, Cel. *Morgagnum* ſtapedis medium ſpatium, duplici membrana, membranæ, cavitatem tympani inveſtienti, continua, ſuperinductum deprehendiſſe. Quibus obſervationibus expoſitis, varia de nexu ſtapedis in foramine ovali, nec non de muſculo ſtapedis, tandem de perioſtio oſſiculorum auditus & cavitatis tympani, addit, & ubique in his etiam minimis perquirendis, ſummam induſtriam accuratamque diligentiam oſtendit. Ex his igitur, brevius tantum indicatis, quilibet perſpiciet, quantam in illuſtrandis & perficiendis *Valſalvæ* demonſtratis curam adhibuerit Cel. *Morgagnus*, qui diſquiſitionem aliorum Autorum minime negligit, & tamen ipſe partium ſtructuram ſtudioſe perquirit. Ea etiam modeſtia ab aliorum ſententiis recedit, ut humanitate plane ſingulari aſſenſum contradicentium acquirere videatur. Præſtantiſſimus igitur hic Anatomicus, merita *Valſalvæ* in rem anatomicam accuratius oſtendens, propriis meritis cumulum addidit, & aſſenſum literati orbis feliciter promeruit, in poſterum etiam promeriturus, ſi nova ſpecimina Anatomes ſubtilioris & Hiſtoriæ anatomicæ excudere perrexerit.

ASTRONOMIE PHYSIQUE, &c.

id eſt,

ASTRONOMIA PHYSICA, SIVE PRINCIPIA generalia Naturæ, applicata ad Mechaniſmum aſtronomicum, & comparata cum principiis Philoſophiæ Neutonianæ, Autore Domino DE GAMACHES, *de Academia Regia Scientiarum.*

Pariſiis, apud Car. Ant. Jombert, 1740, 4.

Alph. 2 plag. 6, Tabb. æn. 22.

Præclarus Autor, judicio illuſtris Academiæ Scientiarum excitatus, & pro gloria nationis ſuæ pugnandi deſiderio flagrans, ſummo conatu, in egregio Opere, quod nunc recenſemus, id agit, ut doceat, non alia, quam *Carteſiana*, principia in

versos in oculo morbos, diversasque & insolitas imagines, excitabit. Cataracta, illa videlicet, circa quam Chirurgi ocularii versantur, oculi morbus est, non in membranacea expansione inter pupillam & humorem crystallinum sita, uti communius in scholis traditur, nec modo in membrana illa, modo in crystallini humoris vitio, consistens, uti ab Academia Parisiensi traditum est, sed perpetuo in eo ipso humore constituendus, cum videlicet hic a diaphano in opacum transit, consistentia eadem servata. Hoc observationes, hoc ratio, confirmant. Ex quibus multa eruuntur, per quæ facilius ac tutius in ejus morbi curatione procedatur. *Tertia Dissertatio* de renum succenturiatorum excretoriis ductibus agit. Cani renem sinistrum & testem dextrum exsecuit Autor, & experimento cognovit, eundem postea minime fœcundum fuisse. Dissectionibus volatilium didicit, testes ope membranarum cum renibus colligatos esse; invenit porro, vas ejaculatorium ex renibus succenturiatis ortum trahere, & postmodum testibus uniri, indeque super renes una cum ureteribus ad intestinum rectum dimitti. Similem vero structuram harum partium in testudine aquatica & vipera deprehendit. In his animalibus sexus fœminei ovaria cum renibus succenturiatis peculiari nexu colligari, cognovit. In mure fœmina ovaria firmiter alligata renibus vidit, sed & corpus quoddam albicans, a rene succenturiato ad ovarium ferri, ad similitudinem excretorii ductus observavit. In cane vero & vitula hujus rei obscura tantum judicia habuit. In homine quondam vidit propagines quasdam, ab rene utroque succenturiato ad testes descendentes, quæ neque sanguiferi, neque nervei, neque lymphatici, videbantur canales, sed potius alius cujusdam naturæ. Exhinc, ductus, a renibus succenturiatis profectos, probabiliter aliquid ad generationis negotium conferre, concludit. His de *Valsalvæ* vita & scriptis, *Morgagnii* inprimis & ipsius *Valsalvæ* ductu, expositis, ad *Joannem Baptistam Morgagnium*, in Patavino Gymnasio primarium Anatomes Professorem & Præsidem, nos convertimus, qui in hac *Valsalvæ* editione novum & eximium industriæ anatomicæ specimen exhibuit. Bononiensis Instituti Scientiarum Academia, & hæredes *Valsalvæ*, Dissertationes & scripta

cetera eidem miserant, ut illas recenseret, hæc autem, si quid dignum luce videretur, seligeret, & cum Dissertationibus illis ederet. Non recusavit *Morgagnus* laborem suscipiendum, sed maxima cum cura id egit, ut non solum *Valsalvæ* annotata, & aliorum scriptorum recentiorum doctrinas pervestigaret, sed ipse quoque omnia, de quibus differendum erat, in cadaveribus perquireret. Inde vero Opus ita excrevit, ut, quod primo sperabat, brevibus annotatiunculis, quas in imis paginis adscriberet, rem confici non posse intelligeret. Variis igitur sine successu sperato tentatis, tandem in Epistolis, Operi annectendis, ea, quæ & *Valsalva* annotaverat, & ipse ex Dissertationibus cognoverat, omnia colligere constituit. Summa vero Cel. *Morgagni* industria effecit, ut Epistolæ duodeviginti multum mole superent ipsam *Valsalvæ* tractationem, cuncta autem tanta cum cura, experientia, & eruditione, elaborata sint, ut attentum lectorem quam maxime delectent & instruant. Sed viginti numerantur *Morgagni* Epistolæ, quarum *prima* & *secunda*, quæ Lugduni Batavorum A. 1728 prodierunt, & in *Actis* nostris *A. 1728 Mense Majo pag. 216* laudatæ fuerunt, huic Volumini non insertæ sunt, quoniam ad *Valsalvam* nihil attinent, reliquarum octodecim vero, quæ hic exhibentur, hæc sunt argumenta: *Tertia* spectat ad *Valsalvæ* Tractatum *de Aure humana Cap. I n. 3 & Cap. II n. 7*, sive ad glandulas sebaceas, & ad vesicularem glandularum structuram; *quarta* ad reliqua fere omnia, quæ eodem *Cap. I* continentur, de auricula meatuque auditorio; *quinta* ad *Cap. II n. 1, 2, 3*, sive ad tympani membranam & cavitatem; *sexta* ad ejusdem *Capitis n. 4 - 12*, hoc est, ad tympani ossicula, horumque musculos; *septima* ad cetera, quæ deinceps eo *Capite* scribuntur, de fenestra ovali & rotunda, tuba *Eustachii*, & tympani vasis ac nervis; *octava* ad *n. 19, 20, & 21, Capitis* ejusdem, sive ad plerosque uvulæ & pharyngis musculos; *nona* ad idem argumentum, vel potius ad pharyngis terminos, & glandulas etiam vicinas, aut ad œsophagum attinentes; *decima* ad omnes musculos uvulæ; *undecima* ad omnes musculos pharyngis reliquæ, & ad continuatum œsophagum; *duodecima* ad *Caput III*, sive ad universum labyrinthum; *decima tertia* ad reli-

qua tria *Capita IV, V, VI*, five ad partium auris ufus, fed præfertim ad curationes, obfervationes, experimenta, aliaque, iis *Capitibus* propofita, quæ ad palpebrarum cyfticos tumores attinent, ad furditatem manu curandam, ad tumores fanguineos, ad nervorum uftionem, potiffimum in odontalgia, ad vulnera membranæ tympani, ad hemiplexiam, & ad nervorum in collo & carotidum arteriarum conftrictiones; *decima quarta* ad primam partem *Valfalvæ* Differtationis Anatomicæ primæ, de ligamentis & cellulis coli inteftini, de recto cœco & appendicula vermiformi, de lumbricis, &c. *decima quinta* ad partem alteram ejusdem primæ Differtationis, de finibus arteriæ magnæ, de hujus ac pulmonaris arteriæ valvulis, tum de cordis vafis coronariis, ovali foramine, vena fine pari, jugulari interna, fubclavia, cava inferiore, valvulisque præfertim, quæ iis omnibus funt affignatæ, tum de cordis fede & pofitu, aliisque, ad ejus externam internamque faciem attinentibus, denique de valvularum inventoribus, & de artuum quibusdam venis; *decima fexta* ad reliquas partes duas primæ Differtationis, itemque ad Differtationem alteram. De nervis ad par vagum accefforiis, de cerebri pari decimo, de fecundo, tertio, quarto, quinto, fexto, & de nervis intercoftalibus, ac fimul de mufculis omnibus, qui circa oculum funt locati, de annulo optici nervi moderatore, & de extimis ejusdem nervi atque oculi tunicis; *decima feptima* ad easdem Differtationes, de aquofis ceterisque oculi vafis, de tunica choroide, de iride, ciliari corpore, de aqueo humore, ejusque cameris, de tunica cryftallina & vitrea, & de humoribus, qui his continentur, denique de retina & de nervi optici ftructura; *decima octava* ad alteram *Valfalvæ* Differtationem, de utilitatibus & noxis annuli moderatoris optici nervi, tum de cataracta & glaucomate; *decima nona* ad eandem Differtationem, abfolvens fermonem de cataracta; *vigefima* ad tertiam *Valfalvæ* Differtationem, de renibus fuccenturiatis, horumque ufibus. Speciatim vero nunc quædam Epiftolæ recenfendæ erunt, quo plenior idea laboris Viri Celeberrimi exponatur, &, cum in omnibus egregiæ prorfus doctrinæ

inve-

inveniantur, *tertiam* & *sextam* inprimis examinabimus. Prior enim doctrinam de glandulis accuratius exponit, altera vero de ossiculis auditus, & musculis eorundem, fusius agit. In *tertia* igitur Epistola Autor occasione glandularum, in superficie auris externæ deprehensarum, in structuram glandularum, speciatim sebacearum, accuratius inquirit. Summa cum modestia dijudicat opiniones eorum, qui corpuscula hæc glandulosa, tumores præter naturam, in finibus arteriolarum obstructis ortos esse judicant, qui cum cutis papillis confundunt, qui denique materiam sebaceam, in illis contentam, a pinguedine deducunt. Quæstionem hic movet: an glandulæ sint dicendæ, an folliculi, an cryptæ; & in hac disquisitione observationes quatuor *Valsalvæ* de vesiculis minimis, in hepate inventis, adducit, in quibus structuram quoque diligentius disquirere potuit. Licet igitur morbosum hunc statum alii non assumant; tamen genesin harum vesicularium alia ratione non commode explicari posse monet Autor; quamobrem observationem *Littrii*, de vesiculosa renis substantia, hac data occasione disquirit. Porro examinat, cur non vesiculæ tales in intimis viscerum esse possint, cum etiam, illis præsentibus, secretionis negotium explicari queat. Ad injectiones vero anatomicas, & subsequentem macerationem, quod attinet, illas non tutum sistere experimentum, monet, in minima viscerum structura indaganda, quoniam folliculus destruatur. Quod argumentum, ab aliis indicatum, sollicite perpendit, & non ipse tantum præparata talia ratiociniis prosequitur, sed testimonia aliorum quoque adducit, qui, visis præparatis anatomicis, subtilissime injectis, dubii tamen hæserunt, an glandulosam fabricam assumere debeant, an vasculosam, & an non potius omne illud, quod repletum fuit, in maceratione relictum sit, reliqua vero non repleta, & sic etiam folliculus, abierint. At non tantum illorum argumenta, qui viscerum habitum magis vasculosum, quam glandulosum, dicunt, dubia & infirma reddit, sed ipse quoque objectiones *Malpighii* sententiæ opponendas proponit, examinat, & refellit. Objectio prima est: *Malpighium* folliculos ope microscopii ostendisse. Sed nihil hoc ipso veritati decedit, quoniam multa alia egre-

gia, microſcopiis viſa, aſſumta & approbata fuerunt; inprimis cum *Malpighius* ſimpliciſſimis utplurimum uſus fuerit microſcopiis, quæ non abnormia & incredibilia, ſed iis, quæ per alia experimenta ſic ſatis retexerat, maxime conſentanea, demonſtrarunt. Porro etiam oſtendit, & *Malpighium*, & alios, glandularum folliculos in ſanis corporibus demonſtraſſe, quo objectioni reſpondeat, qua adverſarii aſſerunt, eum hoc tantum in morboſis præſtitiſſe. Adducit vero potiſſimum folliculos in inteſtino recto & lingua, & de illis diſquirit, an melius cryptæ dicantur, quod negat, cum jam ante *Malpighium* glandulæ dictæ fuerint, & derivatio vocabuli exacta nec in aliis glandulis valeat. Tertia objectio eſt, *Malpighium* non in omnibus partibus demonſtraſſe glandulas, in quibus easdem aſſumſit. Fatetur quidem, in rebus minimis non omnia tanta perſpicuitate conſpici poſſe, neque tamen contrarium aſſerentes in rebus his ſubobſcuris ſententiam prolatam vaſculorum continuatorum evidenter ſatis declarare poſſe, ſed eodem modo a partibus cognitis ad incognitas argumentari, putat. Adducit tamen teſtimonia nonnulla, quibus evincit, *Malpighium* etiam hoc inprimis in conglobatis præſtitiſſe. Objectio tandem quarta urget, folliculos hos, a *Malpighio* oſtenſos, ad glanduloſarum partium naturam non pertinere; partem enim veſiculoſam pro glanduloſa haberi non poſſe. Sunt enim doctiſſimi viri, qui non modo non, ubicunque ſecretio eſt, ibi eſſe glandulam, ſed neque, ubicunque glandula eſt, ibi eſſe ſecretionem, contendunt, quod poſterius quidem ſatis demonſtratum eſt. Sed, ſi hac in parte ex habitu externo tantum glandulæ naturam determinare, & cum veteribus aſſumere volunt, non deerunt exempla, quibus comprobari poteſt, cerebrum aliasque partes glandulas dictas fuiſſe. Et, ſi etiam hoc non factum fuiſſet, cur non, interna ſtructura ſimili inventa, ſimile etiam nomen imponere volumus? Hac occaſione Autor ad definitionem glandulæ deducitur, eos dijudicans, qui ad vaſculoſam tantum viſcerum ſtructuram attendunt, & differentiam inter glandulam, cryptam, & acinum, magis fingunt, quam demonſtrant. Ipſe vero difficilem glandulæ definitionem formari dicit, cum ad autoritatem, ſtructu-

ſtructuram, & uſum, & ad ultimum magis, quam ad præcedentia, reſpiciendum ſit, ipſumque feciſſe ſatis arbitratur, ſi tantum oſtenderit, non repugnare, partem aliquam eſſe veſiculoſam, eandemque glanduloſam. Sed, ſi etiam ad ſtructuram magis, quam ad uſum, attendere velimus, tamen exemplis ſuperius prolatis, hicque iterum adductis, veſiculoſam ſtructuram oſtendere annititur. Cum vero aliæ etiam partes, quæ veſiculoſæ ſunt, nec glandulis annumerantur, ut pulmones, glanduloſæ partes dicantur, tunc, monet Autor, attendendum eſſe, quem illæ potiſſimum habeant uſum, &, ſi intelligeretur, aliquam id unum, aut id maxime, agere, ut aliquid e ſanguine ſecernat, poſſe illam vocari glandulam; ſin autem manifeſtum ſit, aliud omnino agere, vocari glandulam non poſſe; ſin vero & aliud agere, & tamen etiam aliquid e ſanguine ſecernere, conſpiciamus, non videri illos eſſe arguendos, quibus non abſolute quidem, ſed ea ſaltem ratione, qua aliquid ſecernit, ſpectatam, vocare glandulam, aut glanduloſam partem, placeret. Alternas tandem de his rebus ſententiarum viciſſitudines recenſet, & egregiæ huic & difficili tractationi finem imponit. Accedamus nunc ad Epiſtolam *ſextam*, qua non tantum egregia obſervata anatomica, ſed & nonnulla ex Hiſtoria literaria anatomica, Autor exponit. Deſcribit autem oſſicula auditus, & muſculos, iisdem annexos. In oſſiculis auditus conſiderandis ea adducit, quæ *Guernerus Rolfincius* de eorundem inventoribus in medium protulit, & quæſtionem movet, an hæc aſſumſerit Autor quidam, qui *Valſalvam* notat, quod *Achillinum* potius, quam *Carpum*, pro inventore mallei & incudis venditaverit. Præcipua igitur nonnulla de vita *Achillini* & *Carpi* exponit, oſtendens, *Carpum* non ante *Achillinum* oſſicula deſcripſiſſe, licet forſitan ante hos viros ignobilis quidam profector inventor exſtiterit. Simile etiam judicium addit de *Ingraſſia*, qui ſtapedem primo deſcripſit, licet incertum ſit, an primus invenerit. De reliquis vero oſſiculis, quorum mentio ab aliis Autoribus facta eſt, quæ vel in mallei & incudis articulo, vel ad incudis crus brevius, vel a latere capituli ſtapedis, & alibi, inventa commemorantur, tradit, ſe nihil unquam deprehendiſſe, & *Valſalvam* quoque, licet aſſerta Autorum varia

agnoverit, nihil annotasse. De quarto vero ossiculo, quod orbiculare dicitur, & quod *Valsalva*, cui illud jam cognitum erat, ovale dicere maluisset, monet Autor, quod peculiare ossiculum sit, nec pro cartilagine, nec pro epiphysi, incudis vel stapedis assumi possit. Ostendit etiam, quosdam veteres illud obscure indicasse, & inprimis perspicuam quandam descriptionem ex *Arantio* adducit. Sigillatim nunc ossicula hæc considerat. Mallei processus sunt tres, major, sive manubrium ipsum, minor, membranæ tympani infixus, & minimus, qui interdum ab instauratore *Ravianus*, vel ab inventore processus *Folii*, dicitur. Hac occasione multis, ex vita *Veslingii* & *Folii* adductis, probat, *Folium* ante *Veslingium* hunc mininum processum descripsisse. Multa præterea addit, eademque accuratissima, quæ situm, structuram, & admiuistrationem anatomicam, in separando & cognoscendo hoc processu tenerrimo spectant. Musculi mallei, tribus ejus processibus annexi, diversimode a variis Autoribus denominati sunt, ita, ut inprimis externi vocabulum ambiguum factum sit. Ostendit itaque, hos musculos optime in intimum extimum & medium distingui posse; assumit tamen, ne a *Valsalvæ* denominationibus recedat, denominationes majoris, minoris, & minimi musculi. Major vero musculus, a latere tubæ *Eustachianæ*, tum osseo, tum aliqua ex parte cartilagineo, tendineo-carneus oritur, in semicanali, vel potius canali, vagina involutus ducitur, donec sese inflectat circa trochleam, & in manubrium mallei prope cervicem inseratur. Has conditiones ortus, transitus, & insertionis, diligenter disquirit, & usum ostendit: nimirum hunc musculum introrsum ducere malleum, & speciatim manubrium, cum annexa membrana tympani, neque, ut quibusdam visum fuit, hunc musculum cervicem introrsum ducere, manubrium vero cum annexa membrana tympani extrorsum vertere. De minori musculo, qui in superiori meatus auditorii latere describitur, Cel. Autor fatetur, se fibras musculosas distincte conspicere non potuisse, licet aliorum observationes adductas in dubium plane vocare nolit. Pergit in consideratione musculi minimi, qui minimo mallei processui alligatus est, & illum non cohærere cum musculo majore ostendit,

ostendit, nec tam longum eundem esse. Progreditur tandem ad incudis, ossis orbicularis, & stapedis, descriptionem. Qua de re, brevitatis ergo, tantum monemus, Cel. *Morgagnum* stapedis medium spatium, duplici membrana, membranæ, cavitatem tympani investienti, continua, superinductum deprehendisse. Quibus observationibus expositis, varia de nexu stapedis in foramine ovali, nec non de musculo stapedis, tandem de periostio ossiculorum auditus & cavitatis tympani, addit, & ubique in his etiam minimis perquirendis, summam industriam accuratamque diligentiam ostendit. Ex his igitur, brevius tantum indicatis, quilibet perspiciet, quantam in illustrandis & perficiendis *Valsalvæ* demonstratis curam adhibuerit Cel. *Morgagnus*, qui disquisitionem aliorum Autorum minime negligit, & tamen ipse partium structuram studiose perquirit. Ea etiam modestia ab aliorum sententiis recedit, ut humanitate plane singulari assensum contradicentium acquirere videatur. Præstantissimus igitur hic Anatomicus, merita *Valsalvæ* in rem anatomicam accuratius ostendens, propriis meritis cumulum addidit, & assensum literati orbis feliciter promeruit, in posterum etiam promeriturus, si nova specimina Anatomes subtilioris & Historiæ anatomicæ excudere perrexerit.

ASTRONOMIE PHYSIQUE, &c.
id est,
ASTRONOMIA PHYSICA, SIVE PRINCIPIA generalia Naturæ, applicata ad Mechanismum astronomicum, & comparata cum principiis Philosophiæ Neutonianæ, Autore Domino DE GAMACHES, de Academia Regia Scientiarum.

Parisiis, apud Car. Ant. Jombert, 1740, 4.
Alph. 2 plag. 6, Tabb. æn. 22.

Præclarus Autor, judicio illustris Academiæ Scientiarum excitatus, & pro gloria nationis suæ pugnandi desiderio flagrans, summo conatu, in egregio Opere, quod nunc recensemus, id agit, ut doceat, non alia, quam *Cartesiana*, principia in

in explicanda mechanica mundi & astrorum constitutione locum habere posse. Et fatendum profecto est, tanto apparatu, tanto ingenio, hanc ab eo causam defendi atque ornari, ut nihil admodum, quod vel addi, vel melius dici, queat, superesse videatur. Qui si non vincit *Neutonianos*, fortissime certe dimicat, novosque sibi poscit adversarios, haudquaquam vulgares. Quanquam, nostra quidem opinione, nullius unquam in hoc genere victoria propria atque omnino expedita erit, quamdiu & cum summa circumspectione errandi, & exquisitissima etiam Geometrarum ratiocinia in partes trahendi, occasiones tantum non infinitæ suppetunt. Sed nunc ordinem Operis præsentis summamque videamus. Distribuit illud Autor in Dissertationes *novem*; quibus & satis amplum præmissum Prooemium, & sub finem, præter illustrationes nonnullas, etiam Index rerum adjectus est, brevis ille quidem, sed non plane inutilis. In *prima* Dissertatione de ipsis generalibus Philosophiæ *Cartesianæ* principiis disserit; de fide sensibus deneganda; de causis secundis & occasionalibus; de materia & corpore; de spatio vacuo, quod nihil esse aliud docet, quam ipsam materiam, sive corpus, sive extensionem, omni qualitate sensibili, tanquam veste detracta, consideratam; (nam extensionem, figuram, motum, in iis non numerare videtur, quæ sensibus subjecta sunt,) denique de vera constitutione & natura motus, quem & ab uno Deo oriri, & necessario semperque relativum ac reciprocum esse, non modo contra alios motus absoluti defensores, sed etiam contra multos eorum, qui se *Cartesianos* profitentur, contendit. In *altera* Dissertatione de legibus motus disserit, quas quidem, si motus res absoluta esset, omnino arbitrarias fore, nunc autem certo hoc & necessario niti fundamento, demonstrat, uti ad omnes apparentiarum varietates sine errore applicari possint, sive (ut pluribus propriisque Autoris verbis dicamus,) ut effectus, quos producere causæ mere apparentes videntur, nunquam repugnent iis, quos producunt causæ, pro veris ac realibus habitæ. Cujus ille principii, non quidem plane novi, sed & aliis & principi *Hugenio* concelebrati, vim ac fœcunditatem non solum hoc loco & in extremo libro

bro exponit, sed suo quoque tempore se copiosius declaraturum pollicetur. In *tertia* & *quarta* Dissertatione principia Philosophiæ *Neutonianæ* tradit, cum hujusmodi fere exordio: Novus hic, inquit, Philosophus, rara sua eruditione in rebus geometricis jamjam illustris, cum impatienter ferret, nationem externam in eam gloriæ possessionem venisse, ut ceterarum magistra esset, nobili quadam æmulatione excitatus, & magno suo ingenio adjutus, omni cura & cogitatione in id incubuit, ut Britannos suos necessitate, quam sibi impositam credebant, a Gallis arcana naturæ discendi, liberaret. Idem, ut omnis coactionis hostis, qui assidue persentisceret, quantum a Physicis coerceretur, hanc totam scientiam a Philosophia sua proscribendam duxit; veritusque, ne eam aliquando in subsidium revocare necesse esset, id cepit consilii, ut ipsis intimis singularium phænomenorum causis vim & naturam legum primitivarum assereret. Quo facto, omnem sublatam difficultatem vidit. Neque enim nunc labor ejus circa aliud quidquam versabatur, quam circa res sibi familiares, facile tractabiles, & notis calculis subjiciendas. Phænomenon geometrice resolutum erat ipsi phænomenon omnino explicatum. Eaque via illustris iste *Cartesii* æmulus celeriter hanc voluptatem consecutus est, ut magnum se Philosophum cerneret, ob eam rem unam, quod magnus Geometra esset. Hæc Autor noster. Atque idem, sub finem Dissertationis *tertiæ*, Concludo igitur, inquit, nihil facilius esse, quam methodo *Neutoniana* naturam evolvere. Nam, si phænomeni cujusque complicati rationem reddere cupis, nihil tibi aliud agendum est, quam ut illud geometrice exponas. Quicquid restare videtur, quod Physico negotium facessere possit, id totum certissime, vel a lege quadam primitiva, vel a peculiari constitutione, dependebit. Et in Dissertatione *quarta*, ubi de attractione *Neutoniana* pluribus disserit, Si quando, inquit, magnus ille Geometra concedere videtur, fieri posse, ut id, quod vim attractricem vocat, a causa quadam mere mechanica dependeat, non difficulter licet intelligere, hoc unum ab eo agi, ut affectatam istiusmodi orationem ad imbecillitatem eorum accommodet, qui nihil ad-

mittere valent, quod capere nequeunt; vel etiam, ut ab hypothesi sua speciem illam subridiculam removeat, qua præjudicium inducere res omnes nititur, occultis qualitatibus affines. Sed, missis his Philosophi nostri, ut *Cartesiani* & Galli, dicteriis, ad alia & majora veniamus. Postquam igitur ex celebratissimis indubiisque *Keppleri* legibus omnino consequi fassus est, planetas perinde ut in vacuo moveri, eorumque, versus solem, tanquam commune centrum, tendentium, gravitates rationem habere duplicatam & inversam radiorum vectorum, sive distantiarum a sole, utrumque cum hypothesi mundi pleni egregie convenire, & alterum quidem ex natura fluidi ætherei tenuissimi, alterum ex constitutione vorticum, satis luculenter demonstrari posse ostendit. Hinc *quinta* Dissertatio de motu corporum in fluidis; *sexta* de mechanismo vorticum, inscribitur. Corpori cuivis, in fluido progredienti, eo minus resistit fluidum ambiens, quo subtiliores solutioresque hujus particulæ, & quo tenuiores adeo lamellæ sunt, quæ cedere continuo ad latera & tergum corporis debent: quo etiam ipsa corporis figura, & frequentia pororum, sive foraminum, fluido patentium, non parum confert. Nec quidquam impedit, quo minus ætherem tam perfecte fluidum concipias, ut nihilo per eum difficilius, quam per inane, planetæ moveantur. Nam, quod ad demonstrationem *Neutoni* attinet, qui globum quemque, per fluidum æque densum progredientem, quo tempore octo partes tertias diametri percurrit, dimidiam celeritatem suam amittere debere affirmat, hæc tota demonstratio, si recte positus ab Autore nostro calculus est, assumto quodam nititur, haudquaquam legitimo. Fateri tamen convenit, fluida, quæ plane non resistant, nisi in mundo pleno, minime habere locum posse. Quodsi adeo errant, qui, planetas in spatiis vacuis moveri, opinantur, ipsi certe *Cartesianorum* plerique nihilo errant minus, cum ætheris impressioni planetas exponunt, quippe quod conciliari cum legibus *Kepplerianis* nullo pacto potest. Quanquam enim haud dubie primum vorticum conceptum *Cartesio* suppeditavit similis planetarum in motibus suis directio, cujus phænomeni rationem non aliunde, quam ex mero

mero divino arbitrio, *Neutoniani* repetere valent, non tamen istius convenientiæ hæc causa statuenda est, quod planetæ a vortice solari abripiantur, sed quod particulæ, ex quibus minores vortices singulorum planetarum coaluerunt, jam antea motum majoris vorticis solaris secutæ sunt. Declarare igitur ingeniosus Autor originem vorticum laborat, ostenditque, ad induendam figuram globosam, opus illis esse, ut undique æqualiter comprimantur, sive ut ipsi materiam circumfluam pari vi ubique impellant; quo pacto nihil obstare, quo minus considerari tanquam fluida in sphæris cavis inclusa queant. Hoc etiam diligenter notandum putat, uti impressio motus, quam recipit corpus quodlibet, ad superficiem, cujus interventu impellitur, semper ac necessario normalis est, ita strata sphærica vorticis rotundati non aliter agere in se mutuo posse, quam secundum directionem radiorum sphæræ, neque ob aliam causam particulam quamlibet, quæ in sphæra cava circulum maximum describere sola deberet, in vortice per parallelum progredi, quam propter continuam oppositionem materiæ, inter *æquatorem & parallelum* interjectæ. Quibus ita expeditis, demonstrat, ad perfectum in vortice æquilibrium opus esse, ut strata sphærica inferiora nec plus, nec minus, habeant virium centrifugarum, quam superiores, utque adeo celeritates ubique rationem inversam radicum distantiarum a centro, & vires ipsæ centrifugæ proportionem inversam quadratorum istarum distantiarum, sequantur. Porro hæc docet, vortices novos, in majori exortos, directionem fere stratorum sphæricorum, ubi coaluerunt, tenere, parique directione circa propria centra revolvi, &, quo minus a centro majoris vorticis absint, hoc minus etiam a plano æquatoris deflectere debere; vortices contiguos viribus suis centrifugis se mutuo impellere, atque imbecilliores a fortioribus eo usque despoliari, dum par in utraque superficie contigua exstiterit velocitas; denique errare *Neutonum*, cum per calculum frictionum demonstrari posse credat, tempora planetarum periodica in hypothesi vorticum *Cartesianorum* esse debere, ut quadrata distantiarum a sole. Jam, ut hypothesi *Cartesianæ* totus ille concilietur ambitus, qui ei convenit, vor-

 ticibus

ticibus etiam vorticulos adjiciendos esse, a junioribus inventos, & a lege analogiæ oblatos, Autor noster contendit. Si enim, inquit, nihil, nisi cum alio comparatum, parvum magnumve est, eademque & una ratio mechanica motum in spatiis maximis & minimis æque dispensat, non difficulter intelligitur, ætherem, quo vortices majores constant, nihil aliud esse, quam congeriem minorum vorticulorum, qui, rursus e minoribus compositi, ne in poris quidem suis aliam materiam complectuntur, quam vorticulis constantem. Hæc materia, in centris vorticum maxime collecta, & globulis sive vorticulis æthereis nihil resistens, ea ipsa est, quam *Cartesius* materiam subtilem primi elementi appellavit. Sequitur autem ex natura elastica vorticulorum æthereorum, ut alternis vicibus tensi & laxati, perpetuo quodam motu versus peripheriam & centrum fluant ac refluant, & reflui quidem corporibus & vorticibus, quibus incumbunt minoribus, gravitatem concilient. Cum enim motum versus peripheriam ipsa peripheria sustentet, contrarius autem motus nullum fulcrum habeat, necesse est, ut columnæ sive pyramides detruncatæ æthereæ, inter vortices quosque minores & inter peripheriam majoris comprehensæ, tum saltem, cum magnitudine vortices minores indefinite excedunt, tota sua vi eos urgeant deorsum, idque tali prorsus ratione, qualem lex *Keppleri* postulat. Breviter de his rebus nobis dicere concessum fuit; brevius etiam de reliquis dicemus. Dissertatione *septima* theoriam planetarum generalem, principiis suis & accuratissimis recentiorum observationibus congruam, Autor persequitur; *octava* corporum cœlestium, & ipsius potissimum telluris, figuram definit; & *nona* denique ex limitatione nonnullorum, quæ antea liberalius assumserat, novas conficit demonstrationes, rerum naturam apprime illustrantes. Fatetur scilicet, ætherem non plane omni vi resistendi privandum esse; vorticibus minoribus, in majori coortis, figuram non exactæ sphæræ, sed sphæroidis lati, competere; & columnas, sive truncatas ætheris pyramides, vorticibus planetarum incumbentes, si cum his comparentur, non habere altitudinem infinitam. Ex limitatione primi assumti ratio apparet cum præcessionis æquinoctiorum,

tum

tum motus directi nodorum; quod ipſum quidem phænomenon in iis Autor numerat, quæ ex principiis *Neutonianis* declarari non poſſunt. Alterius aſſumti limitatio, ad vorticem telluris applicata, cauſam manifeſtat eorum, quæ in theoria lunæ potiſſimum inordinata videntur; itemque eorum, quæ ad æſtus maris pertinent. Denique, dum tertium ſuum aſſumtum Vir doctiſſimus reſtringit, gravitates planetarum majorem, quam inverſam & duplicatam, diſtantiarum a communi centro rationem habere, ob eamque rem & nodos orbitarum, ſecundum ordinem ſignorum, progredi, & tempora, quibus planetæ ſuperiores revolvuntur, aliquanto longiora fieri, demonſtrat; quæ rurſus cum per obſervationes egregie confirmari, tum vero a principiis *Neutonianis* manifeſte diſcrepare, arbitratur. Reſtat, ut etiam de illuſtrationibus, ſub finem libri adjectis, mentionem faciamus. Prima reſpicit hypotheſin Autoris de motu relativo, de quo ſupra dictum eſt. Altera quodammodo retractat & corrigit, quæ in *Neutonum* jactata fuerunt; cujus nunc ſententia utique a ſententia plerorumque *Neutonianorum* diſtinguenda, nec fere ob aliam rem improbanda, cenſetur, quam quod ipſum ſolem nihilo minus verſus planetas, & planetas primarios verſus ſecundarios, quam hos verſus illos, & omnia omnino corpora verſus ſe invicem, gravitate quadam impelli contendit; quod, forte mireris, cur ei tantopere diſplicere poſſit, qui nullum in natura motum, niſi relativum ac reciprocum, agnoſcere ſe profitetur. At enim vero, ſi cuncta corpora mutuam haberent verſus ſe invicem gravitatem, primo quidem, inquit, ſuperiores planetæ breviori tempore, quam lex *Keppleri* poſtulat, revolverentur; deinde planetæ ſecundarii, contra ordinem ſignorum, primarios circumirent; lunæ & corporum terræ propiorum gravitates ac delapſus aliam requirerent proportionem; figura telluris ab ea diſtaret, quam phænomena pendulorum poſtulant; planeta Jovis formam haberet notabiliter, quam nunc, depreſſiorem; & univerſa denique corpora mundana accedere pedetentim ad commune gravitatis centrum, atque ibi aliquando accumulari, neceſſe foret. Quarta res, quæ non ab ipſo Autore, ſed ab ejus amico quodam, illuſtratur, eſt directio gra-

 vitatis

vitatis reductæ, & magnitudo graduum telluris. Postremo loco a Domino *de Cury* constructio curvæ docetur, quam meridianus planetæ alicujus, vi proportionis, in *octava* Autoris Dissertatione commemoratæ, exhibet.

DE L' ETAT DES SCIENCES EN FRANCE, DEPUIS la mort de Charlemagne, jusqu' à celle du Roi Robert, &c. id est, *DE STATU SCIENTIARUM IN FRANCIA, Inde a morte Caroli Magni ad obitum usque Roberti, Regis, Dissertatio, quæ A. 1737 in Academia elegantiorum literarum præmium accepit; Autore Abbate GOUIETO, Canonico S. Jacobi hospitalis.*

Parisiis, impensis Collegii Bibliopolarum, ad imprimendam Collectionem Historicorum Franciæ conjunctorum, 1737, 12 maj.

Plag. 5 $\frac{1}{2}$.

Quantum huic Commentationi pretium sit statuendum, vel ex ipsa ejus inscriptione patet. Limatissima profecto sit oportet, quæ in istiusmodi literata Societate vincere ceteras pretio debet. Et sane in hoc libello egregias reperimus, ad historiam Seculorum maxime alias obscurorum spectantes, annotationes, cum Criticum simul decente judicio conjunctas. Non quidem omnino desunt, qui Seculum nonum atque decimum illustrarunt, scriptores. Vel unius *Jo. Henr. Bœcleri* Commentarium de istis rebus per seriem Germanicorum Cæsarum appellasse sufficiat. Qui tamen Autoris nostri Dissertationem perlegerit, singularia se reperisse fatebitur, atque indidem supplere partim, partim illustrare, poterit quascunque aliorum lucubrationes. Prudenter omnino, statim ab initio, monet doctissimus Autor, unumquodque Seculum duplicem quasi præ se faciem ferre. Qui alteram solum consideraverit, omnia laude digna, qui alteram, vituperatione, inveniat. Utramque igitur esse attendendam, ut justum illius de statu judicium ferre queamus. Ad primum hinc genus refert, qui nihil prorsus barbarici istis sibi in temporibus reperire videntur; ad alterum, qui omnia tecta tunc eadem atque

atque suppressa existimant; se igitur mediam, atque adeo tutissimam, ingressurum esse viam, profitetur. En tibi, benevole Lector, summa hujus tractationis capita. *Carolus M.*, A. 814 mortuus, pro temporum ratione splendido in statu literarum studia reliquit; sed bellorum dissidia earundem faciem statim aliquantisper obscurarunt. Nihilo minus tamen *Ludovicus* renovato atque iterato mandato, scholas erigi, ordinari, amplificari, præcepit. Celebrabatur tunc præsertim schola palatii, ubi & peculiaris erat Bibliotheca, quæ *Ebbonem*, summum deinde Remensium Antistitem, habuit præfectum. *Carolus Calvus* non minorem literarum curam gessit, qui simili ratione in palatio scholam aperuit perquam celebrem, cui *Jo. Scotus* per longum temporis spatium præsidebat; Bibliothecæ autem curam *Hilduinus* susceperat. Tantum exemplum Antistites secuti, frequentissimas & ipsi scholas constituerunt, de quibus rebus *Launojus* cum aliis consuli poterit. Plures autem ejusmodi scholarum desierunt florere ante finem Seculi noni, ac decimo deinde multo major fuit eruditionis obscuritas. Nihilo minus tamen *restabant adhuc Antistites*, quibus non deerat ingenium; *restabant scriptores*, naturali saltem pulchritudine insignes; atque illi præsertim, qui *S. Benedicti* sequebantur instituta, scholas aperiebant, ac doctrinas inculcabant haud omnino spernendas. Huc pertinebant Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Musica, & Astronomia. Grammaticam si spectes, *Rabanus* non solum intelligebat artem bene scribendi, bene loquendi, sed etiam notitiam explicandi Poetas pariter & Historicos. Rhetoricæ studium saltem ad juventutem relegabant, atque imperfecte satis illam docebant; id quod vel ex ejusdem *Rabani Institutione Clericorum* apparet. In Dialectica S. *Augustinum* sequebantur. Mathesi operam esse navatam, varia *Hincmari* Remensis, *Lupi*, *Rabani*, *Walafridi Strabonis*, *Abbonis*, atque aliorum, opera testantur. Musicæ, leve quidem studium erat, quod impendebatur; Astronomiæ autem fere majus, sed ita, ut superficiarium propemodum videretur, unde & plurimæ præconceptæ opiniones, plurima incommoda, sequebantur. Architectura, ut & Sculptura, laude non indignos habuisse viden-

tur

tur ſectatores. Sed præcipuus labor Poeſi ſacrabatur, licet tali, qualem tempora iſta patiebantur. Teſtantur id tot reliquiæ, tam typis exſcriptæ, quam manu ſaltem ſcriptæ, ut, quid perditum fuerit, taceamus. Poetæ illorum temporum neſciebant fere, præter verſus heroos atque elegiacos, carminum quædam genera. Præterea vero rhythmi tunc introducebantur. *Sigefridus* in ejusmodi carminum genus Novum Teſtamentum transtulit; qualis conſuetudo in lingua Germanica jam tum obtinebat. Ad linguam vulgarem quod attinet, Romana tunc in deſuetudinem venerat, atque alia, Gallicæ hodiernæ propinquior, introducta erat. Dedit hæc converſio Gloſſariis aliquo modo initium, quorum quidem hinc a morte *Caroli M.* inſignis cœpit eſſe copia, atque etiam utilitas. Ad Theologiam quod attinet, commendabatur quidem ſanctiſſimarum literarum ſtudium, ſed non ſatis earundem lectio ac perveſtigatio inſtituebatur accurata. Inter Patres ſtudium occupabant S. *Hieronymus*, *Auguſtinus*, *Gregorius M.*, ſed admodum exiguus ex iisdem capi poterat fructus. Interea tamen omnia iſtius temporis ſcripta theologica eorundem ex verbis compoſita eſſe videntur. Sed neque controverſiæ prorſus ſacræ negligi ſolebant, præſertim inter cœtum Orientis atque Occidentis. Diſciplinæ ſacræ ac rituum non pauciſſimis partibus iſta ætas originem dedit. *Agobardus* hic præſertim virum ſe præſtitit, ita tamen, ut neque careat mendis. Calendariorum, Martyrologiorum, Necrologiorum, inſignis edebatur copia, ut & Annalium Chronicorumque, ſi quidem Hiſtoriam civilem contempleris. Inter Hiſtoricos nomen ſibi tunc inprimis comparavit *Flodoardus*, qui vero *Eginhardo* multum cedit. Criticæ artis inſignis obſervabatur defectus, unde ſi plurimi errores manarunt ac propagati fuerunt, nil mirum. Præſertim autem ejusmodi damnum obſervabatur in diſciplina ſacra ac Jure Canonico pariter & Civili. At enim majora ſunt iſta detrimenta, quam quæ tam brevi ſpatio complecti queamus; hinc ſilere præſtat, quam latius, ab Autore noſtro leviter ſaltem tacta, exponere ac declarare.

NUMO-

NUMOPHYLACIUM BURCKHARDIANUM, Numos antiquos Græcos & Romanos continens.

Pars I.

Helmstadii, ex Officina Drinborniana, 1740, 8.
Plag. 12.

Nomen habet hoc, cujus indicem jam dedimus, Museum a *Jo. Henr. Burckhardo*, Med. Doct. Cons. Aul. & Archiatro Ducali, ante hoc ferme biennium morte placida exstincto. Hic, ut verus esset *Apollinis* filius, non medendi solum scientiam graviter excoluit, sed etiam, quas suffurari poterat laboribus, horas subsecivas politioribus literis, atque in his numorum explicandorum disciplinæ, qua nulla est alia præstantior, lubens dedit. Dici non potest, quantam in colligendis thesauris numariis solertiam, in considerandis accurationem, in explicandis dexteritatem, in commonstrandis humanitatem ac mansuetudinem, omnibus demonstraverit *Burckhardus*. Ne cum universa civitate literata supellectilem communicaret, sola prohibebatur modestia. Servavit spartam istam *Julio Carolo Schlægero*, publico in Academia *Julia* Professori, quem vivus amicum conjunctissimum habuerat, quoque sagaciorem sane interpretem Numophylacium hoc nancisci vix ac ne vix quidem potuisset. Laudat Vir doctissimus, cujus in rebus antiquis & numariis peritiam, variis dudum argumentis ac speciminibus comprobatam, quis est, qui ignorat, eximium B. *Burckhardi* in coemendis numis selectum, quo ductus, non falsa solum numismata exulare voluit, sed suspectis etiam ægerrime reliquit locum. Interim, ut est in rebus humanis perfectum nihil, ita nec hoc Numophylacium effugit commune malum, sed custos exstitit numorum bigæ, in quibus conficiendis ars fallendi, quid possit, fuit experta. Alter *Arsinoes* est, e familia *Ptolemæorum* oriundæ, quæ primum *Lysimacho*, Thracum & Macedonum Regi, iterum *Ptolemæo Philadelpho*, fratri *Lysimachi*, nupsisse legitur; cujus numi vernicem, pro nobili hactenus ærugine reputatam, cum instrumen-

Præfat. Pag. 6.

14.

tum ferreum tolleret, extemplo intellexit *Schlagerus*, fuscam
illam viriditatem (*verd brun* Galli vocant) vel ex charta com-
busta, vel ex sale ammoniaco, cui admixtum est aceti aliquan-
tum, noviter inductam, totumque numum inter *Valerii Belli*
fraudes potius, quam inter veneranda antiquitatis rudera, re-
Pag. 16. ferendum. Alter numus, quem manus falsarii paravit, ad *Ma-
riam* gentem pertinet, atque *Jugurthæ* victi captique refert me-
moriam; fraudem extima primum ora, non, ut in aliis numis-
matibus, rugosa & inæqualis, sed plana & utrinque acuta,
indicavit, confirmavit postea literarum ductus, tam, quæ in anti-
ca spectantur, Latinarum, quam, quæ posticam ornant, Græca-
rum, in quibus nimia venustas ac elegantia, priscis & Romanis
& Atheniensibus *Jugurthino* ævo incognita, & figura Θ, in Græ-
cia nunquam visa, occurrit, denique bilinguis inscriptio, a mar-
moribus quidem haud aliena, sed in numis prorsus inaudita, evi-
13. cit. Sed tales sunt & multo plures Antiquariorum fallaciæ, qui-
bus in disciplinæ formam redigendis, & justo ordine recensendis,
utilem operam impendit Cl. *Beauvais*, acrioris ingenii Gallus, cu-
jus libellus, etsi brevis sit, plurimis tamen lectu dignissimis rebus
23. abundat. Eminuerunt istæ, quas nominamus, fraudes in numis-
matibus æreis *Othonis* Augusti fabricandis, qualia quidem genuina
a celeberrimis viris, *Henr. Th. Chifletio*, *Ludov. Joberto*, *Chrysost.
Hanthalero*, immo ab ipsa æterni nominis Regina *Christina*, par-
tim negata plane, partim in dubium vocata, constat. Ast
25. causam *Othonum* æreorum peculiari libello *Jo. Bapt. Capponus*
peroravit, egit & *Car. Patinus*, quando, se sex & viginti mani-
bus contrectasse suis, in Notis ad *Suetonium* testatur. Horum
sententiæ non modo jam olim *Henr. Th. Chifletius*, ex quo pa-
linodiam cecinerat, subscripsit, sed nunc etiam accedit Cl. *Schla-
gerus*, &, æreum numum genuinum, Romæ ex SCto in honorem
Othonis Aug. percussum, inter cimelia Musei *Burckhardiani* as-
servari, opinatur. Quod enim adversantis causæ patroni urgere
solent, tantum fuisse odium *Othonis* in urbe Roma, ut vix ac ne
vix quidem in numorum fabricam consensisset Senatus, id unius
26. *Taciti* testimonio *Histor. I, 47*, satis confutatur, qui, *magistratus*,
scribit,

scribit, *cum Prætore urbano adulationibus certasse, accurrisse patres, Cæsari decretam tribunitiam potestatem, & nomen Augusti, & omnes Principum honores.* Inde colligit *Schlægerus: Tantum abest, ut monumentum hocce supposititium aut dedecori esse credamus elegantissimo Numophylacio* Burckhardiano, *ut potius ejusdem splendorem mirum quantum augere, atque agmen ducere, censeamus inter rarissimas eruditæ antiquitatis reliquias, quarum numerus non exiguus hæc scrinia nobilitat.* Nobilitat autem præ ceteris quoque gazam rarissimus *Philistidis*, Reginæ, numus maximi ferme moduli argenteus, eo majori habendus in pretio, quod non nisi sex Φιλιστίδας huc usque Numismatum collectores invenerunt. Jungi merentur aureus Syracusanus, qui scriptoribus ne quidem istis, qui res Syracusarum data opera tractarunt, hactenus innotuit; aureus *Sex. Pompeji*, in cujus antica *Mag. Pius. Imp. Iter.* in postica, quam posita ex adverso utriusque *Pompeji*, patris ac filii, capita ornant, *Præf. Classi. Et. Oræ. Marit. Ex. S. C.* legitur; aureus *Faustinæ*, qui *Augustam* in thensa, a duobus elephantis tracta, repræsentat cum epigraphe: *Æternitas.* Longum foret, eorum contexere catalogum, qui in hac, si numerum spectes, perexigua collectione ob eximiam raritatem sunt commendabiles. Præstitit hoc in notulis subjectis Cl. *Schlægerus*, &, quid a *Goltzio Vaillantio*que laudatum, quid prætermissum a *Morellio*, quid ad supplendos Consulares Fastos inprimis aptum, cum cura annotavit. Sed habuit etiam trigam Numismatum *Burckhardus*, in quibus typarii vitia spectantur. Ejus generis numi eo sunt rariores, quo sollicitius auro, argento, ærique flando præfecti typariorum ejusmodi fracturam procurarunt. Nolumus diutius inhærere describendis *Burckhardi* thesauris, quorum potius vicem ingenue dolemus. Contingit enim illis, quod splendidissimæ Bibliothecæ & locupletissima Musea haud raro sunt experta, fatum, ut, Collectore defuncto, dispergantur, & augendis aliis inserviant. Præclare interim de amico pie defuncto meruit Cl. *Schlægerus*, quando & ipsius & Numophylacii manibus parentavit, atque illius merita, hujus præstantiam, posteris, non sine insigni eruditionis apparatu, commendavit.

Pag. 27. Pag. 4. 5. 6. 13. 32 seq. 28 seq.

ticibus etiam vorticulos adjiciendos esse, a junioribus inventos, & a lege analogiæ oblatos, Autor noster contendit. Si enim, inquit, nihil, nisi cum alio comparatum, parvum magnumve est, eademque & una ratio mechanica motum in spatiis maximis & minimis æque dispensat, non difficulter intelligitur, ætherem, quo vortices majores constant, nihil aliud esse, quam congeriem minorum vorticulorum, qui, rursus e minoribus compositi, ne in poris quidem suis aliam materiam complectuntur, quam vorticulis constantem. Hæc materia, in centris vorticum maxime collecta, & globulis sive vorticulis æthereis nihil resistens, ea ipsa est, quam *Cartesius* materiam subtilem primi elementi appellavit. Sequitur autem ex natura elastica vorticulorum æthereorum, ut alternis vicibus tensi & laxati, perpetuo quodam motu versus peripheriam & centrum fluant ac refluant, & reflui quidem corporibus & vorticibus, quibus incumbunt minoribus, gravitatem concilient. Cum enim motum versus peripheriam ipsa peripheria sustentet, contrarius autem motus nullum fulcrum habeat, necesse est, ut columnæ sive pyramides detruncatæ ethereæ, inter vortices quosque minores & inter peripheriam majoris comprehensæ, tum saltem, cum magnitudine vortices minores indefinite excedunt, tota sua vi eos urgeant deorsum, idque tali prorsus ratione, qualem lex *Keppleri* postulat. Breviter de his rebus nobis dicere concessum fuit; brevius etiam de reliquis dicemus. Dissertatione *septima* theoriam planetarum generalem, principiis suis & accuratissimis recentiorum observationibus congruam, Autor persequitur; *octava* corporum cœlestium, & ipsius potissimum telluris, figuram definit; & *nona* denique ex limitatione nonnullorum, quæ antea liberalius assumserat, novas conficit demonstrationes, rerum naturam apprime illustrantes. Fatetur scilicet, ætherem non plane omni vi resistendi privandum esse; vorticibus minoribus, in majori coortis, figuram non exactæ sphæræ, sed sphæroidis lati, competere; & columnas, sive truncatas ætheris pyramides, vorticibus planetarum incumbentes, si cum his comparentur, non habere altitudinem infinitam. Ex limitatione primi assumti ratio apparet cum præcessionis æquinoctiorum, tum

tum motus directi nodorum; quod ipsum quidem phænomenon in iis Autor numerat, quæ ex principiis *Neutonianis* declarari non possunt. Alterius assumti limitatio, ad vorticem telluris applicata, causam manifestat eorum, quæ in theoria lunæ potissimum inordinata videntur; itemque eorum, quæ ad æstus maris pertinent. Denique, dum tertium suum assumtum Vir doctissimus restringit, gravitates planetarum majorem, quam inversam & duplicatam, distantiarum a communi centro rationem habere, ob eamque rem & nodos orbitarum, secundum ordinem signorum, progredi, & tempora, quibus planetæ superiores revolvuntur, aliquanto longiora fieri, demonstrat; quæ rursus cum per observationes egregie confirmari, tum vero a principiis *Neutonianis* manifeste discrepare, arbitratur. Restat, ut etiam de illustrationibus, sub finem libri adjectis, mentionem faciamus. Prima respicit hypothesin Autoris de motu relativo, de quo supra dictum est. Altera quodammodo retractat & corrigit, quæ in *Neutonum* jactata fuerunt; cujus nunc sententia utique a sententia plerorumque *Neutonianorum* distinguenda, nec fere ob aliam rem improbanda, censetur, quam quod ipsum solem nihilo minus versus planetas, & planetas primarios versus secundarios, quam hos versus illos, & omnia omnino corpora versus se invicem, gravitate quadam impelli contendit; quod, forte mireris, cur ei tantopere displicere possit, qui nullum in natura motum, nisi relativum ac reciprocum, agnoscere se profitetur. At enim vero, si cuncta corpora mutuam haberent versus se invicem gravitatem, primo quidem, inquit, superiores planetæ breviori tempore, quam lex *Keppleri* postulat, revolverentur; deinde planetæ secundarii, contra ordinem signorum, primarios circumirent; lunæ & corporum terræ propiorum gravitates ac delapsus aliam requirerent proportionem; figura telluris ab ea distaret, quam phænomena pendulorum postulant; planeta Jovis formam haberet notabiliter, quam nunc, depressiorem; & universa denique corpora mundana accedere pedetentim ad commune gravitatis centrum, atque ibi aliquando accumulari, necesse foret. Quarta res, quæ non ab ipso Autore, sed ab ejus amico quodam, illustratur, est directio gra-

 vitatis

vitatis reductæ, & magnitudo graduum telluris. Postremo loco a Domino *de Cury* constructio curvæ docetur, quam meridianus planetæ alicujus, vi proportionis, in *octava* Autoris Dissertatione commemoratæ, exhibet.

DE L' ETAT DES SCIENCES EN FRANCE, DEPUIS la mort de Charlemagne, jusqu' à celle du Roi Robert, &c.

id est,

DE STATU SCIENTIARUM IN FRANCIA, Inde a morte Caroli Magni ad obitum usque Roberti, Regis, Dissertatio, quæ A. 1737 in Academia elegantiorum literarum præmium accepit; Autore Abbate GOUIETO, Canonico S. Jacobi hospitalis.

Parisiis, impensis Collegii Bibliopolarum, ad imprimendam Collectionem Historicorum Franciæ conjunctorum, 1737, 12 maj.

Plag. 5 $\frac{1}{2}$.

Quantum huic Commentationi pretium sit statuendum, vel ex ipsa ejus inscriptione patet. Limatissima profecto sit oportet, quæ in istiusmodi literata Societate vincere ceteras pretio debet. Et sane in hoc libello egregias reperimus, ad historiam Seculorum maxime alias obscurorum spectantes, annotationes, cum Criticum simul decente judicio conjunctas. Non quidem omnino desunt, qui Seculum nonum atque decimum illustrarunt scriptores. Vel unius *Jo. Henr. Bœcleri* Commentarium de istis rebus per seriem Germanicorum Cæsarum appellasse sufficiat. Qui tamen Autoris nostri Dissertationem perlegerit, singularia se reperisse fatebitur, atque indidem supplere partim, partim illustrare, poterit quascunque aliorum lucubrationes. Prudenter omnino, statim ab initio, monet doctissimus Autor, unumquodque Seculum duplicem quasi præ se faciem ferre. Qui alteram solum consideraverit, omnia laude digna, qui alteram, vituperatione, inveniat. Utramque igitur esse attendendam, ut justum illius de statu judicium ferre queamus. Ad primum hinc genus refert, qui nihil prorsus barbarici istis sibi in temporibus reperire videntur; ad alterum, qui omnia tecta tunc eadem atque

atque suppressa existimant; se igitur mediam, atque adeo tutissimam, ingressurum esse viam, profitetur. En tibi, benevole Lector, summa hujus tractationis capita. *Carolus M.*, A. 814 mortuus, pro temporum ratione splendido in statu literarum studia reliquit; sed bellorum dissidia earundem faciem statim aliquantisper obscurarunt. Nihilo minus tamen *Ludovicus* renovato atque iterato mandato, scholas erigi, ordinari, amplificari, præcepit. Celebrabatur tunc præsertim schola palatii, ubi & peculiaris erat Bibliotheca, quæ *Ebbonem*, summum deinde Remensium Antistitem, habuit præfectum. *Carolus Calvus* non minorem literarum curam gessit, qui simili ratione in palatio scholam aperuit perquam celebrem, cui *Jo. Scotus* per longum temporis spatium præsidebat; Bibliothecæ autem curam *Hilduinus* susceperat. Tantum exemplum Antistites secuti, frequentissimas & ipsi scholas constituerunt, de quibus rebus *Launojus* cum aliis consuli poterit. Plures autem ejusmodi scholarum desierunt florere ante finem Seculi noni, ac decimo deinde multo major fuit eruditionis obscuritas. Nihilo minus tamen *restabant adhuc Antistites*, quibus non deerat ingenium; *restabant scriptores*, naturali saltem pulchritudine insignes; atque illi præsertim, qui S. *Benedicti* sequebantur instituta, scholas aperiebant, ac doctrinas inculcabant haud omnino spernendas. Huc pertinebant Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Musica, & Astronomia. Grammaticam si spectes, *Rabanus* non solum intelligebat artem bene scribendi, bene loquendi, sed etiam notitiam explicandi Poetas pariter & Historicos. Rhetoricæ studium saltem ad juventutem relegabant, atque imperfecte satis illam docebant; id quod vel ex ejusdem *Rabani Institutione Clericorum* apparet. In Dialectica S. *Augustinum* sequebantur. Mathesi operam esse navatam, varia *Hincmari* Remensis, *Lupi*, *Rabani*, *Walafridi Strabonis*, *Abbonis*, atque aliorum, opera testantur. Musicæ, leve quidem studium erat, quod impendebatur; Astronomiæ autem fere majus, sed ita, ut superficiarium propemodum videretur, unde & plurimæ præconceptæ opiniones, plurima incommoda, sequebantur. Architectura, ut & Sculptura, laude non indignos habuisse videntur

tur sectatores. Sed præcipuus labor Poesi sacrabatur, licet tali, qualem tempora ista patiebantur. Testantur id tot reliquiæ, tam typis exscriptæ, quam manu saltem scriptæ, ut, quid perditum fuerit, taceamus. Poetæ illorum temporum nesciebant fere, præter versus heroos atque elegiacos, carminum quædam genera. Præterea vero rhythmi tunc introducebantur. *Sigefridus* in ejusmodi carminum genus Novum Testamentum transtulit; qualis consuetudo in lingua Germanica jam tum obtinebat. Ad linguam vulgarem quod attinet, Romana tunc in desuetudinem venerat, atque alia, Gallicæ hodiernæ propinquior, introducta erat. Dedit hæc conversio Glossariis aliquo modo initium, quorum quidem hinc a morte *Caroli M.* insignis cœpit esse copia, atque etiam utilitas. Ad Theologiam quod attinet, commendabatur quidem sanctissimarum literarum studium, sed non satis earundem lectio ac pervestigatio instituebatur accurata. Inter Patres studium occupabant S. *Hieronymus*, *Augustinus*, *Gregorius M.*, sed admodum exiguus ex iisdem capi poterat fructus. Interea tamen omnia istius temporis scripta theologica eorundem ex verbis composita esse videntur. Sed neque controversiæ prorsus sacræ negligi solebant, præsertim inter cœtum Orientis atque Occidentis. Disciplinæ sacræ ac rituum non paucissimis partibus ista ætas originem dedit. *Agobardus* hic præsertim virum se præstitit, ita tamen, ut neque careat mendis. Calendariorum, Martyrologiorum, Necrologiorum, insignis edebatur copia, ut & Annalium Chronicorumque, si quidem Historiam civilem contempleris. Inter Historicos nomen sibi tunc inprimis comparavit *Flodoardus*, qui vero *Eginhardo* multum cedit. Criticæ artis insignis observabatur defectus, unde si plurimi errores manarunt ac propagati fuerunt, nil mirum. Præsertim autem ejusmodi damnum observabatur in disciplina sacra ac Jure Canonico pariter & Civili. At enim majora sunt ista detrimenta, quam quæ tam brevi spatio complecti queamus; hinc silere præstat, quam latius, ab Autore nostro leviter saltem tacta, exponere ac declarare.

NUMO-

NUMOPHYLACIUM BURCKHARDIANUM, Numos antiquos Græcos & Romanos continens.

Pars I.

Helmſtadii, ex Officina Drinborniana, 1740, 8.

Plag. 12.

Nomen habet hoc, cujus indicem jam dedimus, Muſeum a *Jo. Henr. Burckhardo*, Med. Doct. Conſ. Aul. & Archiatro Ducali, ante hoc ferme biennium morte placida exſtincto. Hic, ut verus eſſet *Apollinis* filius, non medendi ſolum ſcientiam graviter excoluit, ſed etiam, quas ſuffurari poterat laboribus, horas ſubſecivas politioribus literis, atque in his numorum explicandorum diſciplinæ, qua nulla eſt alia præſtantior, lubens dedit. Dici non poteſt, quantam in colligendis theſauris numariis ſolertiam, in conſiderandis accurationem, in explicandis dexteritatem, in commonſtrandis humanitatem ac manſuetudinem, omnibus demonſtraverit *Burckhardus*. Ne cum univerſa civitate literata ſupellectilem communicaret, ſola prohibebatur modeſtia. Servavit ſpartam iſtam *Julio Carolo Schlægero*, publico in Academia *Julia* Profeſſori, quem vivus amicum conjunctiſſimum habuerat, quoque ſagaciorem ſane interpretem Numophylacium hoc nanciſci vix ac ne vix quidem potuiſſet. Laudat Vir doctiſſimus, cujus in rebus antiquis & numariis peritiam, variis dudum argumentis ac ſpeciminibus comprobatam, quis eſt, qui ignorat, eximium B. *Burckhardi* in coemendis numis ſelectum, quo ductus, non falſa ſolum numiſmata exulare voluit, ſed ſuſpectis etiam ægerrime reliquit locum. Interim, ut eſt in rebus humanis perfectum nihil, ita nec hoc Numophylacium effugit commune malum, ſed cuſtos exſtitit numorum bigæ, in quibus conficiendis ars fallendi, quid poſſit, fuit experta. Alter *Arſinoes* eſt, e familia *Ptolemæorum* oriundæ, quæ primum *Lyſimacho*, Thracum & Macedonum Regi, iterum *Ptolemæo Philadelpho*, fratri *Lyſimachi*, nupſiſſe legitur; cujus numi vernicem, pro nobili hactenus ærugine reputatam, cum inſtrumen-

[Margin: Præfat. Pag. 6. 14.]

tum ferreum tolleret, extemplo intellexit *Schlægerus*, fuscam
illam viriditatem (*verd brun* Galli vocant) vel ex charta com-
busta, vel ex sale ammoniaco, cui admixtum est aceti aliquan-
tum, noviter inductam, totumque numum inter *Valerii Belli*
fraudes potius, quam inter veneranda antiquitatis rudera, re-
Pag. 16. ferendum. Alter numus, quem manus falsarii paravit, ad *Ma-
riam* gentem pertinet, atque *Jugurthæ* victi captique refert me-
moriam; fraudem extima primum ora, non, ut in aliis numis-
matibus, rugosa & inæqualis, sed plana & utrinque acuta,
indicavit, confirmavit postea literarum ductus, tam, quæ in anti-
ca spectantur, Latinarum, quam, quæ posticam ornant, Græca-
rum, in quibus nimia venustas ac elegantia, priscis & Romanis
& Atheniensibus *Jugurthino* ævo incognita, & figura Θ, in Græ-
cia nunquam visa, occurrit, denique bilinguis inscriptio, a mar-
moribus quidem haud aliena, sed in numis prorsus inaudita, evi-
13. cit. Sed tales sunt & multo plures Antiquariorum fallaciæ, qui-
bus in disciplinæ formam redigendis, & justo ordine recensendis,
utilem operam impendit Cl. *Beauvais*, acrioris ingenii Gallus, cu-
jus libellus, etsi brevis sit, plurimis tamen lectu dignissimis rebus
23. abundat. Eminuerunt istæ, quas nominamus, fraudes in numis-
matibus æreis *Othonis* Augusti fabricandis, qualia quidem genuina
a celeberrimis viris, *Henr. Th. Chifletio*, *Ludov. Joberto*, *Chrysost.
Hanthalero*, immo ab ipsa æterni nominis Regina *Christina*, par-
tim negata plane, partim in dubium vocata, constat. Ast
25. causam *Othonum* æreorum peculiari libello *Jo. Bapt. Capponus*
peroravit, egit & *Car. Patinus*, quando, se sex & viginti mani-
bus contrectasse suis, in Notis ad *Suetonium* testatur. Horum
sententiæ non modo jam olim *Henr. Th. Chifletius*, ex quo pa-
linodiam cecinerat, subscripsit, sed nunc etiam accedit Cl. *Schlæ-
gerus*, &, æreum numum genuinum, Romæ ex SCto in honorem
Othonis Aug. percussum, inter cimelia Musei *Burckhardiani* as-
servari, opinatur. Quod enim adversantis causæ patroni urgere
solent, tantum fuisse odium *Othonis* in urbe Roma, ut vix ac ne
vix quidem in numorum fabricam consensisset Senatus, id unius
26. *Taciti* testimonio *Histor. I, 47*, satis confutatur, qui, *magistratus*,
scribit,

ſcribit, *cum Prætore urbano adulationibus certaſſe, accurriſſe patres, Cæſari decretam tribunitiam poteſtatem, & nomen Auguſti, & omnes Principum honores.* Inde colligit *Schlægerus: Tantum abeſt, ut monumentum hocce ſuppoſititium aut dedecori eſſe credamus elegantiſſimo Numophylacio* Burckhardiano, *ut potius ejusdem ſplendorem mirum quantum augere, atque agmen ducere, cenſeamus inter rariſſimas eruditæ antiquitatis reliquias, quarum numerus non exiguus hæc ſcrinia nobilitat.* Nobilitat autem præ ceteris quoque gazam rariſſimus *Philiſtidis*, Reginæ, numus maximi ferme moduli argenteus, eo majori habendus in pretio, quod non niſi ſex Φιλιςίδες huc usque Numismatum collectores invenerunt. Jungi merentur aureus Syracuſanus, qui ſcriptoribus ne quidem iſtis, qui res Syracuſarum data opera tractarunt, hactenus innotuit; aureus *Sex. Pompeji*, in cujus antica *Mag. Pius. Imp. Iter.* in poſtica, quam poſita ex adverſo utriusque *Pompeji*, patris ac filii, capita ornant, *Præf. Claſſi. Et. Oræ. Marit. Ex. S. C.* legitur; aureus *Fauſtinæ*, qui *Auguſtam* in thenſa, a duobus elephantis tracta, repræſentat cum epigraphe: *Æternitas.* Longum foret, eorum contexere catalogum, qui in hac, ſi numerum ſpectes, perexigua collectione ob eximiam raritatem ſunt commendabiles. Præſtitit hoc in notulis ſubjectis Cl. *Schlægerus*, &, quid a *Goltzio Vaillantio*que laudatum, quid prætermiſſum a *Morellio*, quid ad ſupplendos Conſulares Faſtos inprimis aptum, cum cura annotavit. Sed habuit etiam trigam Numismatum *Burckhardus*, in quibus typarii vitia ſpectantur. Ejus generis numi eo ſunt rariores, quo ſollicitius auro, argento, æri que flando præfecti typariorum ejusmodi fracturam procurarunt. Nolumus diutius inhærere deſcribendis *Burckhardi* theſauris, quorum potius vicem ingenue dolemus. Contingit enim illis, quod ſplendidiſſimæ Bibliothecæ & locupletiſſima Muſea haud raro ſunt experta, fatum, ut, Collectore defuncto, diſpergantur, & augendis aliis inſerviant. Præclare interim de amico pie defuncto meruit Cl. *Schlægerus*, quando & ipſius & Numophylacii manibus parentavit, atque illius merita, hujus præſtantiam, poſteris, non ſine inſigni eruditionis apparatu, commendavit.

Marginalia: Pag. 27. — Pag. 4. — 5. — 6. — 13. — 32 ſeq. — 28 ſeq.

ticibus etiam vorticulos adjiciendos esse, a junioribus inventos, & a lege analogiæ oblatos, Autor noster contendit. Si enim, inquit, nihil, nisi cum alio comparatum, parvum magnumve est, eademque & una ratio mechanica motum in spatiis maximis & minimis æque dispensat, non difficulter intelligitur, ætherem, quo vortices majores constant, nihil aliud esse, quam congeriem minorum vorticulorum, qui, rursus e minoribus compositi, ne in poris quidem suis aliam materiam complectuntur, quam vorticulis constantem. Hæc materia, in centris vorticum maxime collecta, & globulis sive vorticulis æthereis nihil resistens, ea ipsa est, quam *Cartesius* materiam subtilem primi elementi appellavit. Sequitur autem ex natura elastica vorticulorum æthereorum, ut alternis vicibus tensi & laxati, perpetuo quodam motu versus peripheriam & centrum fluant ac refluant, & reflui quidem corporibus & vorticibus, quibus incumbunt minoribus, gravitatem concilient. Cum enim motum versus peripheriam ipsa peripheria sustentet, contrarius autem motus nullum fulcrum habeat, necesse est, ut columnæ sive pyramides detruncatæ ætheræ, inter vortices quosque minores & inter peripheriam majoris comprehensæ, tum saltem, cum magnitudine vortices minores indefinite excedunt, tota sua vi eos urgeant deorsum, idque tali prorsus ratione, qualem lex *Keppleri* postulat. Breviter de his rebus nobis dicere concessum fuit; brevius etiam de reliquis dicemus. Dissertatione *septima* theoriam planetarum generalem, principiis suis & accuratissimis recentiorum observationibus congruam, Autor persequitur; *octava* corporum cœlestium, & ipsius potissimum telluris, figuram definit; & *nona* denique ex limitatione nonnullorum, quæ antea liberalius assumserat, novas conficit demonstrationes, rerum naturam apprime illustrantes. Fatetur scilicet, ætherem non plane omni vi resistendi privandum esse; vorticibus minoribus, in majori coortis, figuram non exactæ sphæræ, sed sphæroidis lati, competere; & columnas, sive truncatas ætheris pyramides, vorticibus planetarum incumbentes, si cum his comparentur, non habere altitudinem infinitam. Ex limitatione primi assumti ratio apparet cum præcessionis æquinoctiorum,

tum

tum motus directi nodorum; quod ipsum quidem phænomenon in iis Autor numerat, quæ ex principiis *Neutonianis* declarari non possunt. Alterius assumti limitatio, ad verticem telluris applicata, causam manifestat eorum, quæ in theoria lunæ potissimum inordinata videntur; itemque eorum, quæ ad æstus maris pertinent. Denique, dum tertium suum assumtum Vir doctissimus restringit, gravitates planetarum majorem, quam inversam & duplicatam, distantiarum a communi centro rationem habere, ob eamque rem & nodos orbitarum, secundum ordinem signorum, progredi, & tempora, quibus planetæ superiores revolvuntur, aliquanto longiora fieri, demonstrat; quæ rursus cum per observationes egregie confirmari, tum vero a principiis *Neutonianis* manifeste discrepare, arbitratur. Restat, ut etiam de illustrationibus, sub finem libri adjectis, mentionem faciamus. Prima respicit hypothesin Autoris de motu relativo, de quo supra dictum est. Altera quodammodo retractat & corrigit, quæ in *Neutonum* jactata fuerunt; cujus nunc sententia utique a sententia plerorumque *Neutonianorum* distinguenda, nec fere ob aliam rem improbanda, censetur, quam quod ipsum solem nihilo minus versus planetas, & planetas primarios versus secundarios, quam hos versus illos, & omnia omnino corpora versus se invicem, gravitate quadam impelli contendit; quod, forte mireris, cur ei tantopere displicere possit, qui nullum in natura motum, nisi relativum ac reciprocum, agnoscere se profitetur. At enim vero, si cuncta corpora mutuam haberent versus se invicem gravitatem, primo quidem, inquit, superiores planetæ breviori tempore, quam lex *Keppleri* postulat, revolverentur; deinde planetæ secundarii, contra ordinem signorum, primarios circumirent; lunæ & corporum terræ propiorum gravitates ac delapsus aliam requirerent proportionem; figura telluris ab ea distaret, quam phænomena pendulorum postulant; planeta Jovis formam haberet notabiliter, quam nunc, depressiorem; & universa denique corpora mundana accedere pedetentim ad commune gravitatis centrum, atque ibi aliquando accumulari, necesse foret. Quarta res, quæ non ab ipso Autore, sed ab ejus amico quodam, illustratur, est directio gra-

 vitatis

vitatis reductæ, & magnitudo graduum telluris. Postremo loco a Domino *de Cury* constructio curvæ docetur, quam meridianus planetæ alicujus, vi proportionis, in *octava* Autoris Dissertatione commemoratæ, exhibet.

DE L' ETAT DES SCIENCES EN FRANCE, DEPUIS la mort de Charlemagne, jusqu' à celle du Roi Robert, &c. id est,

DE STATU SCIENTIARUM IN FRANCIA, INde a morte Caroli Magni ad obitum usque Roberti, Regis, Dissertatio, quæ A. 1737 in Academia elegantiorum literarum præmium accepit; Autore Abbate GOUIETO, Canonico S. Jacobi hospitalis.

Parisiis, impensis Collegii Bibliopolarum, ad imprimendam Collectionem Historicorum Franciæ conjunctorum, 1737, 12 maj.

Plag. 5 $\frac{1}{2}$.

Quantum huic Commentationi pretium sit statuendum, vel ex ipsa ejus inscriptione patet. Limatissima profecto sit oportet, quæ in istiusmodi literata Societate vincere ceteras pretio debet. Et sane in hoc libello egregias reperimus, ad historiam Seculorum maxime alias obscurorum spectantes, annotationes, cum Criticum simul decente judicio conjunctas. Non quidem omnino desunt, qui Seculum nonum atque decimum illustrarunt, scriptores. Vel unius *Jo. Henr. Bœcleri* Commentarium de istis rebus per seriem Germanicorum Cæsarum appellasse sufficiat. Qui tamen Autoris nostri Dissertationem perlegerit, singularia se reperisse fatebitur, atque indidem supplere partim, partim illustrare, poterit quascunque aliorum lucubrationes. Prudenter omnino, statim ab initio, monet doctissimus Autor, unumquodque Seculum duplicem quasi præ se faciem ferre. Qui alteram solum consideraverit, omnia laude digna, qui alteram, vituperatione, inveniat. Utramque igitur esse attendendam, ut justum illius de statu judicium ferre queamus. Ad primum hinc genus refert, qui nihil prorsus barbarici istis sibi in temporibus reperire videntur; ad alterum, qui omnia tecta tunc eadem atque

atque suppressa existimant; se igitur mediam, atque adeo tutissimam, ingressurum esse viam, profitetur. En tibi, benevole Lector, summa hujus tractationis capita. *Carolus M.*, A. 814 mortuus, pro temporum ratione splendido in statu literarum studia reliquit; sed bellorum dissidia earundem faciem statim aliquantisper obscurarunt. Nihilo minus tamen *Ludovicus* renovato atque iterato mandato, scholas erigi, ordinari, amplificari, præcepit. Celebrabatur tunc præsertim schola palatii, ubi & peculiaris erat Bibliotheca, quæ *Ebbonem*, summum deinde Remensium Antistitem, habuit præfectum. *Carolus Calvus* non minorem literarum curam gessit, qui simili ratione in palatio scholam aperuit perquam celebrem, cui *Jo. Scotus* per longum temporis spatium præsidebat; Bibliothecæ autem curam *Hilduinus* susceperat. Tantum exemplum Antistites secuti, frequentissimas & ipsi scholas constituerunt, de quibus rebus *Launojus* cum aliis consuli poterit. Plures autem ejusmodi scholarum desierunt florere ante finem Seculi noni, ac decimo deinde multo major fuit eruditionis obscuritas. Nihilo minus tamen *restabant adhuc Antistites*, quibus non deerat ingenium; *restabant scriptores*, naturali saltem pulchritudine insignes; atque illi præsertim, qui S. *Benedicti* sequebantur instituta, scholas aperiebant, ac doctrinas inculcabant haud omnino spernendas. Huc pertinebant Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Musica, & Astronomia. Grammaticam si spectes, *Rabanus* non solum intelligebat artem bene scribendi, bene loquendi, sed etiam notitiam explicandi Poetas pariter & Historicos. Rhetoricæ studium saltem ad juventutem relegabant, atque imperfecte satis illam docebant; id quod vel ex ejusdem *Rabani Institutione Clericorum* apparet. In Dialectica S. *Augustinum* sequebantur. Mathesi operam esse navatam, varia *Hincmari* Remensis, *Lupi*, *Rabani*, *Walafridi Strabonis*, *Abbonis*, atque aliorum, opera testantur. Musicæ, leve quidem studium erat, quod impendebatur; Astronomiæ autem fere majus, sed ita, ut superficiarium propemodum videretur, unde & plurimæ præconceptæ opiniones, plurima incommoda, sequebantur. Architectura, ut & Sculptura, laude non indignos habuisse videntur

tur ſectatores. Sed præcipuus labor Poeſi ſacrabatur, licet tali, qualem tempora iſta patiebantur. Teſtantur id tot reliquiæ, tam typis exſcriptæ, quam manu ſaltem ſcriptæ, ut, quid perditum fuerit, taceamus. Poetæ illorum temporum neſciebant fere, præter verſus heroos atque elegiacos, carminum quædam genera. Præterea vero rhythmi tunc introducebantur. *Sigefridus* in ejusmodi carminum genus Novum Teſtamentum transtulit; qualis conſuetudo in lingua Germanica jam tum obtinebat. Ad linguam vulgarem quod attinet, Romana tunc in deſuetudinem venerat, atque alia, Gallicæ hodiernæ propinquior, introducta erat. Dedit hæc converſio Gloſſariis aliquo modo initium, quorum quidem hinc a morte *Caroli M.* inſignis cœpit eſſe copia, atque etiam utilitas. Ad Theologiam quod attinet, commendabatur quidem ſanctiſſimarum literarum ſtudium, ſed non ſatis earundem lectio ac perveſtigatio inſtituebatur accurata. Inter Patres ſtudium occupabant S. *Hieronymus*, *Auguſtinus*, *Gregorius M.*, ſed admodum exiguus ex iisdem capi poterat fructus. Interea tamen omnia iſtius temporis ſcripta theologica eorundem ex verbis compoſita eſſe videntur. Sed neque controverſiæ prorſus ſacræ negligi ſolebant, præſertim inter cœtum Orientis atque Occidentis. Diſciplinæ ſacræ ac rituum non pauciſſimis partibus iſta ætas originem dedit. *Agobardus* hic præſertim virum ſe præſtitit, ita tamen, ut neque careat mendis. Calendariorum, Martyrologiorum, Necrologiorum, inſignis edebatur copia, ut & Annalium Chronicorumque, ſi quidem Hiſtoriam civilem contempleris. Inter Hiſtoricos nomen ſibi tunc inprimis comparavit *Flodoardus*, qui vero *Eginhardo* multum cedit. Criticæ artis inſignis obſervabatur defectus, unde ſi plurimi errores manarunt ac propagati fuerunt, nil mirum. Præſertim autem ejusmodi damnum obſervabatur in diſciplina ſacra ac Jure Canonico pariter & Civili. At enim majora ſunt iſta detrimenta, quam quæ tam brevi ſpatio complecti queamus; hinc ſilere præſtat, quam latius, ab Autore noſtro leviter ſaltem tacta, exponere ac declarare.

NUMO-

NUMOPHYLACIUM BURCKHARDIANUM, *Numos antiquos Græcos & Romanos continens.*

Pars I.

Helmſtadii, ex Officina Drinborniana, 1740, 8.
Plag. 12.

Nomen habet hoc, cujus indicem jam dedimus, Muſeum a *Jo. Henr. Burckhardo,* Med. Doct. Conſ. Aul. & Archiatro Ducali, ante hoc ferme biennium morte placida exſtincto. Hic, ut verus eſſet *Apollinis* filius, non medendi ſolum ſcientiam graviter excoluit, ſed etiam, quas ſuffurari poterat laboribus, horas ſubſecivas politioribus literis, atque in his numorum explicandorum diſciplinæ, qua nulla eſt alia præſtantior, lubens dedit. Dici non poteſt, quantam in colligendis theſauris numariis ſolertiam, in conſiderandis accurationem, in explicandis dexteritatem, in commonſtrandis humanitatem ac manſuetudinem, omnibus demonſtraverit *Burckhardus.* Ne cum universa civitate literata ſupellectilem communicaret, ſola prohibebatur modeſtia. Servavit ſpartam iſtam *Julio Carolo Schlægero,* publico in Academia *Julia* Profeſſori, quem vivus amicum conjunctiſſimum habuerat, quoque ſagaciorem ſane interpretem Numophylacium hoc nanciſci vix ac ne vix quidem potuiſſet. Laudat Vir doctiſſimus, cujus in rebus antiquis & numariis peri- Præfat.
tiam, variis dudum argumentis ac ſpeciminibus comprobatam, quis eſt, qui ignorat, eximium B. *Burckhardi* in coemendis numis Pag. 6.
selectum, quo ductus, non falſa ſolum numiſmata exulare voluit, ſed ſuſpectis etiam ægerrime reliquit locum. Interim, ut eſt in rebus humanis perfectum nihil, ita nec hoc Numophylacium effugit commune malum, ſed cuſtos exſtitit numorum bigæ, in quibus conficiendis ars fallendi, quid poſſit, fuit experta. Alter *Arſinoes* eſt, e familia *Ptolemæorum* oriundæ, quæ primum 14.
Lyſimacho, Thracum & Macedonum Regi, iterum *Ptolemæo Philadelpho*, fratri *Lyſimachi*, nupſiſſe legitur; cujus numi vernicem, pro nobili hactenus ærugine reputatam, cum inſtrumen-

 tum

tum ferreum tolleret, extemplo intellexit *Schlagerus*, fuscam illam viriditatem (*verd brun* Galli vocant) vel ex charta combusta, vel ex sale ammoniaco, cui admixtum est aceti aliquantum, noviter inductam, totumque numum inter *Valerii Belli* fraudes potius, quam inter veneranda antiquitatis rudera, re-
Pag. 16. ferendum. Alter numus, quem manus falsarii paravit, ad *Mariam* gentem pertinet, atque *Jugurthæ* victi captique refert memoriam; fraudem extima primum ora, non, ut in aliis numismatibus, rugosa & inæqualis, sed plana & utrinque acuta, indicavit, confirmavit postea literarum ductus, tam, quæ in antica spectantur, Latinarum, quam, quæ posticam ornant, Græcarum, in quibus nimia venustas ac elegantia, priscis & Romanis & Atheniensibus *Jugurthino* ævo incognita, & figura Θ, in Græcia nunquam visa, occurrit, denique bilinguis inscriptio, a marmoribus quidem haud aliena, sed in numis prorsus inaudita, evi-
13. cit. Sed tales sunt & multo plures Antiquariorum fallaciæ, quibus in disciplinæ formam redigendis, & justo ordine recensendis, utilem operam impendit Cl. *Beauvais*, acrioris ingenii Gallus, cujus libellus, etsi brevis sit, plurimis tamen lectu dignissimis rebus
23. abundat. Eminuerunt istæ, quas nominamus, fraudes in numismatibus æreis *Othonis* Augusti fabricandis, qualia quidem genuina a celeberrimis viris, *Henr. Th. Chifletio, Ludov. Joberto, Chrysost. Hanthalero*, immo ab ipsa æterni nominis Regina *Christina*, partim negata plane, partim in dubium vocata, constat. Ast
25. causam *Othonum* æreorum peculiari libello *Jo. Bapt. Capponus* peroravit, egit & *Car. Patinus*, quando, se sex & viginti manibus contrectasse suis, in Notis ad *Suetonium* testatur. Horum sententiæ non modo jam olim *Henr. Th. Chifletius*, ex quo palinodiam cecinerat, subscripsit, sed nunc etiam accedit Cl. *Schlagerus*, &, æreum numum genuinum, Romæ ex SCto in honorem *Othonis* Aug. percussum, inter cimelia Musei *Burckhardiani* asservari, opinatur. Quod enim adversantis causæ patroni urgere solent, tantum fuisse odium *Othonis* in urbe Roma, ut vix ac ne vix quidem in numorum fabricam consensisset Senatus, id unius
26. *Taciti* testimonio *Histor. I, 47*, satis confutatur, qui, *magistratus*, scribit,

ſcribit, *cum Prætore urbano adulationibus certaſſe, accurriſſe patres, Cæſari decretam tribunitiam poteſtatem, & nomen Auguſti, & omnes Principum honores.* Inde colligit *Schlægerus: Tantum abeſt, ut monumentum hocce ſuppoſititium aut dedecori eſſe credamus elegantiſſimo Numophylácio* Burckhardiano, *ut potius ejusdem ſplendorem mirum quantum augere, atque agmen ducere, cenſeamus inter rariſſimas eruditæ antiquitatis reliquias, quarum numerus non exiguus hæc ſcrinia nobilitat.* Nobilitat autem præ ceteris quoque gazam rariſſimus *Philiſtidis*, Reginæ, numus maximi ferme moduli argenteus, eo majori habendus in pretio, quod non niſi ſex Φιλιςίδες huc usque Numismatum collectores invenerunt. Jungi merentur aureus Syracuſanus, qui ſcriptoribus ne quidem iſtis, qui res Syracuſarum data opera tractarunt, hactenus innotuit; aureus *Sex. Pompeji*, in cujus antica *Mag. Pius. Imp. Iter.* in poſtica, quam poſita ex adverſo utriusque *Pompeji*, patris ac filii, capita ornant, *Præf. Claſſi. Et. Oræ. Marit. Ex. S. C.* legitur; aureus *Fauſtinæ*, qui *Auguſtam* in thenſa, a duobus elephantis tracta, repræſentat cum epigraphe: *Æternitas.* Longum foret, eorum contexere catalogum, qui in hac, ſi numerum ſpectes, perexigua collectione ob eximiam raritatem ſunt commendabiles. Præſtitit hoc in notulis ſubjectis Cl. *Schlægerus*, &, quid a *Goltzio Vaillantio*que laudatum, quid prætermiſſum a *Morellio*, quid ad ſupplendos Conſulares Faſtos inprimis aptum, cum cura annotavit. Sed habuit etiam trigam Numismatum *Burckhardus*, in quibus typarii vitia ſpectantur. Ejus generis numi eo ſunt rariores, quo ſollicitius auro, argento, ærique flando præfecti typariorum ejusmodi fracturam procurarunt. Nolumus diutius inhærere deſcribendis *Burckhardi* theſauris, quorum potius vicem ingenue dolemus. Contingit enim illis, quod ſplendidiſſimæ Bibliothecæ & locupletiſſima Muſea haud raro ſunt experta, fatum, ut, Collectore defuncto, diſpergantur, & augendis aliis inſerviant. Præclare interim de amico pie defuncto meruit Cl. *Schlægerus*, quando & ipſius & Numophylacii manibus parentavit, atque illius merita, hujus præſtantiam, poſteris, non ſine inſigni eruditionis apparatu, commendavit.

Pag. 27. Pag. 4. 5. 6. 13. 32 ſeq. 28 ſeq.

RELATION DE CE QUI S' EST PASSE' DANS UNE Assemblée tenue au bas du Barnasse pour la reforme de belles lettres, &c.

id est,

RELATIO EORUM, QUÆ GESTA SUNT IN Congregatione quadam, ad Parnassum reformandarum elegantiorum literarum ergo instituta. Opus notatu dignum, & compositum ex diversis narrationibus secundum scribendi rationem elegantium ætatis nostræ ingeniorum. Purpureus, late, qui splendeat, unus & alter Assuitur pannus. Horat. Ars poet. vers. 16.

Amstelodami, apud Jo. T. Lam, 1739, 8.

Plag. 9.

Ridendo dicere verum quid vetat? Plus interdum prodest pungens satira, quam severa castigatio, plus explicata frons *Flacci*, quam complicata *Catonis*. Tantum itaque abest, ut reprehendamus institutum Autoris nostri, ut laudemus inprimis atque commendemus. Indicat statim aptissimum satiris genium ipsa Dedicatio, quæ ita inscribitur: Illustrissimo, doctissimo, & sapientissimo Doctori *Mathanasio*, Rectori magnifico Academiæ Pedanstadiensis, &c. Phœnici & gloriæ dierum nostrorum, principi Criticorum antiquorum pariter & recentium. Neque aliter se habet Præfatio, ubi duo præsertim egisse videtur Autor. Provocat primum ad scriptores quosdam, similem antea campum ingressos. Pertinent huc *Gueretus*, qui Parisiis A. 1668 imprimendum curavit *Parnassum reformatum*, ac tribus annis post *Bellum Autorum*; *Callierius*, qui publicavit *Historiam poeticam belli antiquiores inter ac recentiores indicti*; *Bizardierius*, Abbas, *Characteribus Autorum antiquiorum ac recentiorum* celebris; atque alii plures, quorum se legere vestigia, Noster ingenue profitetur. Alterum Præfationis momentum pari ratione satiricum est, sed nimis forte, præsertim ad Cel. *Rollinum* quod attinet.

attinet. Facilis ſane eſt lapſus e virtute in vitium, arctis nonnunquam eandem terminis attingens. Si quidem falſo, ſi nimis acriter atque humiliter, ſi præſertim viros magnos ac inprimis laudabiles, ita vituperamus, libellos magis famoſos, quam ſatiras, ſcripſiſſe videbimur. At hoc ſaltem generatim dictum eſto, neque ad facetum & elegantem Autorem noſtrum accommodator. Hic utique non ſine cauſa in copioſiſſimo ſuo ac lepidiſſimo tot nominum ac ſcriptorum indice *Pasquini* titulum omiſit. Integra, quæ hunc excipit, tractatio digna lectu eſt. Neque adeo quidquam ſingulatim ex eadem excerpemus, ſed leges ſaltem *Apollinis*, quibus præcipua ſatiræ momenta repetuntur, laudabimus. Sunt autem hæ potiſſimum: Interdicimus omnibus ſcriptoribus, cujuscunque ſint generis & conditionis, injurias litibus ſuis literariis immiſcere, ac nolumus, ut Autor *Epiſtolarum Judaicarum* minus ſit huic legi ſubjectus, quam ceteri. Injungimus *Dailleo*, *Bælio*, *Clerico*, *Barbayraco*, *Beauſobrio*, corundemque imitatoribus, ut debita cœtus ſanctiſſimi patres tractent veneratione. Serio prohibemus, ne Abbas *Lengletus* edat Commentationes obſcœnas, anecdota, irritamentis malorum referta, explicationes *Spinozæ*, ſub titulo refutationum, ac præſertim ſatiras in viros honeſtos, qualis nominatim *Broſſettus* fuit; & id quidem ſub pœna calumniatorum. Commendamus laude dignis ſcriptoribus, ut reprehenſiones *Desfontainii*, Abbatis, ut & *Voltairii*, contemnant. Condemnamus *Chorierium*, ut deprecetur nudato capite ac fune collo injecto, donec in ipſo ſuique ſimilibus puniendis ſtatuatur exemplum. Vetamus, ullos Monachorum præfectos, Canonicos, Antiſtites ſacros, Præſules primarios, Patres purpuratos, verſus amorum pangere; permittentes nihilo minus illis, qui genio valent poetico, exercitationem omnis argumenti ſerii atque ludicri, ad exemplum Abbatis *Greſſeti*. Fiſco addicimus omnes etymologias coactas, Diſſertationes pedanticas, & Carmina, quæ, niſi commentario adhibito, non intelligi poſſunt. Præcipimus, ut legitimi ſapientes honorentur, neque a *Voltairio* ut affectati ſaltem tractentur. Volumus, ut commentantium numerus ad dimidium minuatur, & omnino concedimus Doctori *Mathanaſio*, ut naſo adunco ſuſpendat

ſpendat *Burmannos*, atque illius ſimiles. Interdicimus *Voltairio* & *Nericautio*, laudare opera mediocria ſub prætextu, quod fœminæ ſint eorundem Autores. Hortamur Ephemeridum, ad res literarias ſpectantium, Autores, ut, quo tempore vitia exaggerant, eodem, quæ in opere aliquo laudem merentur, patefaciant; neque ſuas opiniones Autoribus, quorum ſcripta enarrare debent, affingant, ac verba venentur, ut Abbas *Desfontainius*. Commendamus omnibus bonis lectionem *Homeri* ac *Virgilii*. Condemnamus contemtores veterum, ut legant quolibet die comparationes *Perralti*, aut Iliada, per *Motheum* converſam. Ejicimus ex imperio noſtro omnes collectores novorum, quæ publice afferuntur, ac *Mercuriorum*, qui vulgo dicuntur; jubemusque, ut, qui *Memorias*, ſive Commentationes de vita & rebus geſtis illuſtrium virorum, conſcribunt, non imprimendam curent hiſtoriam *Bonnevallii*, Comitis, niſi quatuor poſt ipſius obitum annis. Igni addicimus omnia ſcripta Romanenſia, quibus artes inſunt ad corrumpendos ac inficiendos animos comparatæ. Vetamus omnes Abbates, affectatos eruditos, ſemiſapientes, & alios Hectores tabernarum, conviciis petere viros illuſtres; volumus, ut peccantes clave Sancti *Huberti* primum notentur, deinde ſecundum legum rigorem puniantur. Declaramus, nos non Hiſtoricorum loco habere, qui fabulis conſpurcant narrationes ſuas. Supprimimus omnia *literaria Itinera*, quibus nihil ineſt utilitatis, atque in exilium decem annorum ejicimus *Principem Fanferedinum*. Prohibemus omnes Autores ludicros, male placentes, ac præcipimus, ut *Marivauxius* humili deprecatione placet Autorem variorum caſuum, quibus *Telemachus* fuiſſe ſubjectus dicitur. Omnes contra iſtud mandatum peccantes ejiciantur, ac publicis muneribus minus declarentur idonei. Numerus librorum malorum ac minimi pretii cohibeatur. Et quæ mandata ſunt reliqua non adeo magni momenti. Libellus & ſalem, & acetum, ſapit, ſuos, ut plerumque fit, & laudatores habiturus, & reprehenſores.

NOVA

NOVA LITERARIA.

Ex Typographio *Manniano* sumtuosum Opus, sed novitate sua & utilitate omnibus futurum, ut speramus, gratissimum, proximo anno in lucem editurus est *Petrus Franciscus Fogginius*, in Seminario Florentino Eloquentiæ Professor celeberrimus, limatissimisque scriptis variis satis ætati nostræ commendatus, qui *Virgilii Maronis* Codicem, qui *Turcii Rufii Aproniani*, Viri Clarissimi, olim fuit, & nunc in Bibliotheca *Laurentiana* asservatur, Codicem *unum instar omnium, qui parem vetustate nullum per Europam universam habeat*, ut de eo jure & merito *Nic. Heinsius* pronuntiavit, literarum forma, versuum in unaquaque pagina & numero & ordine, apicibus ipsis, & ipsis etiam erroribus, & lituris, & emendationibus, religiose servatis, rei familiaris, laboris, & diligentiæ, in publicum commodum non avarus, nitidissimis typis imprimendum curavit, ita, ut, quisquis apud se habeat *Virgilii* ab ipso editi exemplum, Codicem ipsum pretiosissimum *Laurentianum* apud se habere, jactare possit. Volumini, in quo erunt *Bucolica*, *Georgica*, & *Heroica Virgilii*, prout ea exhibet Codex *Laurentianus*, volumen aliud comes ibit, conjecturas de quibusdam male habitis in Codice locis continens, & Dissertationes de antiquitate & orthographia ejusdem Codicis; de usu veterum in libris scribendis; de antiquioribus aliis *Virgilii* Codicibus, & præcipue de omnibus illis, qui in Florentinis Bibliothecis asservantur; quibus omnibus nonnullæ accedent Tabulæ, in æs diligenter incisæ, variam antiquarum literarum formam repræsentantes, & illas inter altera paginam integram ipsius *Virgilii Laurentiani*, altera vero literarum nexus, in eodem Codice passim occurrentes, exhibebit. Utrumque Volumen in charta minus nobili Julios, ut ajunt, Romanos 24 valebit, in charta nobiliori 30, in qua tamen 100 tantummodo exempla imprimuntur. Verum, si quis Operis emtorem se fore profiteatur, antequam Opus ipsum conficiatur, pretio Juliorum 18 exemplum chartæ minus nobilis, & 24 exemplum chartæ nobilioris, obtinebit; dummodo tamen dimidiam pretii partem nunc solvat, dimidiam soluturus tum, cum ipsum Opus receperit.

Præ-

Præterea, cum nihil utilius sit, quam literariam Historiam, cum veterem, tum recentiorem, nosse, ut doctrinarum originem & progressum intelligamus; recentiorem autem sæpe neglectam videamus; eadem in urbe Florentina docti quidam Viri animum induxerunt, Italorum doctrina & eruditione illustrium, qui hoc vertente Seculo vixere, vel adhuc vivunt, *Memorabilia* quædam literis mandare, & res eorum gestas præcipuas, & quascunque lucubrationes vel ediderunt, vel scriptas reliquerunt, diligenter recensere, ita, ut eruditorum curiositati abunde satisfiat. Ut autem citius atque commodius eorum votis indulgeatur, duo folia singulis mensibus typis excusa vulgabunt, & Latino quidem sermone pure ac nitide exarata, sed planum, simplicem, ac minime laciniosum, stilum affectantes. Hoc ipso igitur anno 1742 mense Januario editionis exordium fecerunt, & folia bina iis, qui nomen dederunt, & octo Julios Romanos pro unius anni tractu in antecessum solverunt, accurate mittere cœperunt; quod quidem deinde singulo quoque mense facere diligenter pergent. Qui hujus pretii solutionem in annum distulerit, non, nisi quindecim Juliis erogatis, libellum consequi poterit. Pecunia solvenda ac numeranda est Florentiæ *Antonio Sebastiano Brazzini*, Bibliopolæ ad Insigne Centauri, cui & literas mittere licebit, & a quo ipsa *Memorabilia* statis temporibus cuilibet tradentur.

Lipsiæ nos ipsi, qui in edendis *Eruditorum Novis Actis* occupamur, cum aliis nonnullis fama æque ac doctrina præclaris Viris, hoc ipso Mense publicare cœpimus Opus novum, *Miscellanea Lipsiensia instaurata* inscriptum, cujus & institutum, & rationem omnem, scies, cum, prorsus esse compositum ad formam & exemplum *Miscellaneorum Lipsiensium*, olim in hac urbe non sine docti orbis plausu editorum, te docuerimus. Plura autem te proxime docebimus, cum *Partem* hujus Operis *primam*, foliis constantem 12, & forma, quam octavam vocant, editam, justa recensione prosequemur. Nunc id unum addimus, prodituram, si Deus voluerit, trimestri quoque tempore *Partem* ejusdem molis novam, ut sic, absoluto quoque anno, *Partes quatuor*, hoc est, integrum *Volumen*, in manus venire Lectorum possit.

Cum hoc ipso *Mense Actorum* prodit *Supplementorum Tomi quarti Sectio XII*, continens, præter aliquot librorum recensiones, *Indices* in *Tomum* universum.

NOVA ACTA ERUDITORUM,
publicata Lipsiæ
Calendis Maji Anno MDCCXLII.

ANTIQUITATES ITALIÆ MEDII ÆVI, SIVE Dissertationes de moribus, ritibus, religione, regimine, magistratibus, legibus, studiis literarum, artibus, lingua, militia, nummis, principibus, libertate, servitute, fœderibus, aliisque, faciem & mores Italici populi referentibus, post declinationem Romani Imperii ad annum usque M D. *Omnia illustrantur & confirmantur ingenti copia Diplomatum & Chartarum veterum, nunc primum ex Archivis depromtarum, additis etiam numis chronicis, aliisque monumentis, nunquam antea editis, Autore* LUDOV. ANT. MURATORIO.

Tomus II.

Mediolani, ex typographia Societatis Palatinæ in regia curia, 1739, fol.

Alph. 7 plag. 14.

Si, quod vetus fert proverbium, magnus liber magnum semper esset malum, tot proscindendus conviciis foret *Muratorius*, quot nunc ab universo orbe literato laudibus ac encomiis celebratur. Sed sumus omnes omnino persuasissimi, ipsum proverbii hujus inventorem, si doctissima diligentissimi *Muratorii* Volumina oculis lustraret suis, præconceptam, quam sibi formaverat, opinionem, &, ni toti fallimur, hoc dicterium, cum sententia esse e vestigio commutaturum.

Etsi enim lubentes ambabusque largiamur manibus, magnos libros, tædiosis iterationibus, & rerum ab instituto alienarum apparatu, refertos, tineis vermiculisque relinquendos potius, quam in Bibliothecis esse reponendos; ferendum tamen longe aliud de *Muratorii* laboribus suffragium, qui, quamvis magni sint, magnam simul rerum utilissimarum ac venustissimarum copiam exhibent. Id jam per universum *Rerum Italicarum Thesaurum* comprobavit Vir prindustrius, idemque nunc hoc, quod præ manibus habemus, *Antiquitatum Italiæ medii ævi* corpore, veluti novo specimine, confirmat. Vix *primum* utilissimi libri commendatum a nobis fuit *Volumen*, ubi de *secundo Volumine* absoluto exultare nos jubet Celeberrimus, quem totum in literis esse, scripta loquuntur, *Muratorius*. Hic *Tomus* Celsissimo Principi Regio, *Friderico Christiano*, Electoratus Saxoniæ Hæredi, cujus incomparabiles virtutes Mutinæ demiratus est *Muratorius*, religiosissime inscriptus, *quatuordecim Dissertationes* complectitur, numero XIX ad XXXII signatas. *Dissertatio XIX* agit *de Tributis, vectigalibus, aliisque oneribus publicis medii ævi.* Longum foret, de charta in papyrum transferre, quæ insigni cum apparatu doctrinæ in hanc rem Celeb. Autor protulit, diversa vectigalium ac tributorum genera. Volupe tamen
Pag. 10. erit, barbaras quasdam audire appellationes. In Charta *Ottonis III* de A. 998 *Alpaticum*, in Diplomate de fidelitate atque servitiis, quæ a Nimphisinis Ecclesiæ Romanæ sunt exhibenda,
11. de A. 1108, *glandaticum* & *platiaticum*, in Charta *Rogerii*, Siciliæ
9. Regis, de A. 1137, *fidantia*, *salutes*, *angariæ*, *terratica*, *herbatica*, *carnatica*, *kalendatica*, *relevum*, aliaque ejus generis, oc-
22. currunt. De navibus *ripaticum* exsolvere moris erat, quod aliquando *transitura*, sive *tractura*, itemque *palifictura*, & *portonaticum*, audiebat. *Navium ligaturam* pendebant nautæ, cum vel transirent, vel ad ripam navis consistendæ gratia adveherent, palosque, quibus navis continebatur, figerent. Portorio-
24. rum materiam illustrat Constitutio *Caroli M.* de A. 787, qua census Comaclensibus per varios portus Italiæ pendendus imponitur, quamque ex Regesto Episcopii Cremonensis MSto, in quod olim circa A. C. 1230 Diplomata, ad illam diœcesin spectan-

ſpectantia, referri curavit *Sichardus* Præſul, primum jam edit *Muratorius*. Pro mercimoniis ordinatas legimus *curaturas*, ſeu *curadias*, quibus illuſtrandis inſervit eximius locus in *Puricellii Monumentis Baſilicæ Ambroſianæ pag. 519*, ad hanc quidem, quam dedit Vir Cl., normam emendandus. Maximi inter reditus Principum momenti ſunt mulctæ & banni, cum, ſi herorum atque conjugum cædes excipias, pauciſſima morte luerentur crimina. In antiquiſſimis jam legum Salicarum, Langobardicarum, Bajuvariarum, Ripuariarumque, tabulis illius juris veſtigia occurrunt. Et novior ætas multo indulgentior vetuſta fuit. Teſtimonium præbet *Gregorii IX*, Pont. Rom. Bulla de A. 1250, quam ex Regeſto *Cencii Camerarii* MSto deſcripſit *Muratorius*. Nil ſane in monumentis mediæ ætatis frequentius, quam ut bona eorum, qui contra Principem ſuum cornua erexerant, banno regio ſubmittantur. Decretum Cæſarei Legati de A. 1188, in controverſia *Friderici I* Imp. cum Cremonenſibus datum, quo dubia quæſtio, num *Fulcherii* inſula ſit imperatoriis regalibus annumeranda, examinatur, tria memorat, eaque perobſcura, tributorum genera, videlicet *tenſas*, *cacias*, *malgas*. De *malgis* ingenue fatetur *Muratorius*, ne per nebulam quidem conjicere ſibi licuiſſe, quale genus vectigalis ſit. *Tenſas*, quæ vox etiam in privilegio *Friderici I*, Monaſterio S. Mariæ de Vangaditia in ſecuritatem immunitatum ſuarum A. 1177 dato, legitur, pro eodem genere tributorum vult accipi, quod hodieque alicubi *taſſe*, & a Scriptoribus ævi inferioris *taxa*, appellatur. *Hickeſius* nomen e lingua Franco-Theodiſca derivavit; aſt rectius forſitan a Latino *taxare Muratorius* repetiit, quoniam taxæ hac prævia perſonarum ac collegiorum æſtimatione fiſco perſolvebantur. Francos enim pro *taxare* vocem *tanſare* ſubſtituiſſe, dubitare nos non ſinit mos hodienum inter Venetos receptus, *le tanſe de' Notai*, *le tanſe de' Giudei*. Legitur & aliquando *tenſamentum* pro genere tributi, quod dominis in remunerationem protectionis penditur. *Diſſertatio XX Actus mulierum* perſequitur. Ex hac unicam delibabimus obſervationem, nihil fuiſſe de dote in Langobardorum legibus definitum, parentes autem filiabus, & ſororibus fratres, *phaderphium* pro arbitrio

Pag. 28. 34. 81 seq. 83. 112.

 ſuo

ſuo dediſſe dono, idque ſimul ceſſiſſe in portionem hæreditatis, ipſismet debitæ. Vid. Leges 181 & 199 *Rotharis*, Regis. Quæ de
Pag. 113 seq.
methio & *morgengaba* copioſe diſputantur, lectionem, ſed ſimul etiam examen, merentur. *Diſſertatio XXI de Italiæ ſitu, habitatorum affluentia, agrorum cultu, mutatione civitatum, felicitate ac infelicitate per Secula barbariei obnoxia*, erudite exponit. *Diſſertatio XXII* nobile argumentum *de Legibus Italicorum, & Statutorum origine*, tractat. Cum Gothi ſub Rege *Theodorico* Italiam invaderent, Romanas leges plane non immutarunt, ſuasque potius illis attemperaverunt actiones. Langobardi quidem ſequenti tempore Langobardicis, Francique Salicis, legibus vixerunt; at integram tamen reliquere priſcis incolis ad normam legum Romanarum de cauſis in litem deductis judicandi poteſtatem. Poſtquam aliæ quoque gentes, *Caroli M.* imperio ſubjectæ, trans Alpes commigraſſent, ſuas ſingulæ leges ſecum attulerunt, *Bajuvarii*, *Alamanni*, *Ripuarii*, ita, ut uno atque eodem tempore diverſæ ſex juris ſpecies per Italiam numerarentur.

233.

237. Unusquiſque igitur ſecundum legis ſuæ præſcriptum agebat omnia, hæreditates ſucceſſionesque adibat, perficiebat contractus, ſe ſuasque res defendebat, ſacramenta præſtabat, & ſic in ceteris. Mulctæ vero ſecundum legem illius, cui illata fuerat injuria, perſolvebantur, ex decreto *Pipini*, Italiæ Regis, in lege
239. 9 & 46. Interim manet incertum, num, regnantibus per Italiam Langobardis, quiſpiam fecerit legis ſuæ in contractibus mentionem; certe Cel. *Muratorii*, Chartas illorum temporum examinantis, ſtudium optato caruit ſucceſſu. Reperit quidem in Diplomate, quo *Manigundis*, veſte monialium induta, Cairatenſe Monaſterium fundat, patrimonioque in Comitatu Seprienſi inſtruit, *viſam ſe eſſe viventem lege Langobardorum*, apud *Mabillonium* in *App. ad T. II Annal. Bened. n. 24.* Sed eam Chartam Vir Celeberrimus fidei ſubleſtæ poſtulat non ex ipſis ſolum, quæ modo attulimus, quæque a ſtilo illius temporis penitus abhorrent, verbis, verum ex ipſa etiam ſubſcriptione: *Regnante domno noſtro Liutprando & Heldeprando, noſtris excellentiſſimis Regibus; anno eorum XXIII, menſe Julii, Indictione quinta.* Tot manifeſti per unam ſe lineam nobis offerunt errores. Nec enim

enim anni *Liutprandi* & *Hildeprandi* Regum coincidunt, nec Indictio quinta ad annum 23 *Liutprandi* Regis potest referri. Præterea *Manigundis* Monasterio donat, quæcunque intra regnum Italicum possedit; inauditum est autem hoc ævo Italici regni nomen, nec nisi sequentibus Seculis cœpit usurpari. Testes Diplomatum plerumque, si possent haberi, ex ea natione, Pag. 256
quæ Autori Diplomatis vitam dederat, adhibebantur. Sic *Hubertus*, Marchio Tusciæ, *Hugonis*, Italiæ Regis, filius, e Francica prosapia descendens, propterea, quod Salicam legem profiteretur, Salicos testes in suis contractibus adhibuit, Diplomate de A. 952, quo ædes aliquot & agros *Teudimundo*, filio *Fraobni*, vendidit, claro eam in rem documento. Libertis necessarium e- 266.
rat, herorum suorum observare leges, sicut uxoribus maritorum. Vid. Lex 229 *Rotharis*, Regis. Sic *Beatrix*, *Bonifacii*, Ducis, Tusciæ Marchionis, conjux, & mater celebratissimæ Comitissæ *Mathildis*, etsi esset *Friderici*, Lotharingiæ Ducis, filia, adeoque ex stirpe Francorum oriunda, postquam *Bonifacio*, Langobardicæ nationis Principi, nupsisset, legi, quam profitebatur maritus, e vestigio adhæsit, ceu ex Diplomate de A. 1041 in Archivo Benedictinorum Regiensium, S. *Prosperi* olim, nunc S. *Petri*, apparet. Attamen istæ leges nonnunquam vel habitæ insuper fue- 274.
runt, vel consuetudine contraria abolitæ. Enimvero deprehendimus mulieres, quæ maritorum suorum legibus haud vixerunt. Testimonium bina exhibent Diplomata, unum de A. 1010, alterum de A. 1066. Has legum quasi factiones atque dissidia 281.
Seculum a C. N. XIII composuit, Italia ferme tota ad observationem Romani Juris conversa, salvis quanquam peculiaribus cujusque civitatis Statutis, quibus summam ea ætas tribuit autoritatem, & pax Constantiensis, inter *Fridericum I* Imp. & Lombardorum societatis urbes A. 1183 inita, palmarium robur vindicavit. *Dissertatio XXIII de Moribus Italicorum post arreptam a barbaris Italiæ dominationem* dispicit, & de tonsura inprimis 299.
gentium Italicarum in medio ævo, itemque de funeribus Roma- 332 seq.
no ritu elatis, copiose exponit. *Dissertatio XXIV de Artibus Italicorum post inclinationem Imperii Romani* inscribitur. Nunquam tanta fuit Italorum barbaries, ut omnes omnino artes exularent. 349.

Pag. 354 seq. Architectonica ars suum quasi hoc ævo peculiare systema habuit. Curiosa inprimis est cæmentariorum, seu fabrorum, quos murarios vocant, nuncupatio, qua *Comacini magistri* appellantur, voce non a Germanorum *Gemach*, ceu *Grotius* existimat, nec a *Comacina*, Romandiolæ insula, sed ab urbe & Comitatu *Novo-Comensi*, ducta. Namque simili modo lacum insulamque Cæmacinam pro Comensi positam deprehendimus. Quid? quod ea regio priscam hodieque retinet artificum abundantiam ac fertilitatem.
352. Ad agriculturam ætatis mediæ dignoscendam haud parum conferunt Chartæ veterum, in quibus agri locationis emphyteuseosve titulo traduntur colendi. Exstat Ferrariensis Charta de A. 1083, qua *Bonafilia*, Abbatissa Asceterii S. *Sylvestri* ursæ, quæ *Bocarosala* vocatur, in emphyteusin concedit terras, hæc, quæ adscribere juvat, verba continens: *De grano & sica in campo capa quarta trahenda ad area & tritolatum, faba in area modio quarto; ordeata in area modio quinto; omnem alio majori mense a minuto atque legumina in area modio sexto; lino manna sexta, vino amphora quarta, duabus vicibus arbore pecto ponendo & destorcendo* &c.
356 seq. Musicæ artis peritia istis, quæ barbara vocamus, temporibus plane interiit, nec ante Seculum XV denuo coli cœpit.
359 seq. Picturæ contra ea contigit felicitas, ut nunquam intercideret penitus. A. C. 592 *Theodelinda*, Langobardorum Regina, *Modoetiæ* palatium condidit, & in eo nonnihil de Langobardorum rebus gestis depingi fecit. *Carolus M.* templo palatioque Ingelheimensi insignes, ut scribit *Nigellus*, picturas inseruit. *Joannes VII*, Pont. Rom. A. C. 706 ecclesias varias picturis haud inconcinnis exornavit. Immo graphices etiam, sculpturæ, & anaglyptices, quædam in ævo medio vestigia, plenior autem cultus una cum ipsis literis Seculo post C. N. XIV rediit.
365 seq. Sed commendanda præ ceteris sunt musivi operis monumenta, quorum quasi proprietatem Italica sibi gens asseruit. Profert eam in rem *Muratorius* Opusculum pervetustum, cui similia bene pauca membranæ servant, e Codice Bibliothecæ Capituli Canonicorum Lucensium, quem ad *Caroli M.* imperium *Jo. Mabillonius* refert, & noster Autor ante annos plusquam nongentos scriptum quovis pignore certat. Titulus opellæ datus est: *Compositiones*

positiones variæ ad tingenda missiva, & ad conficiendam chrysographiam etiaque fragmenta artium atque secretorum Seculi VIII, tanta tamen vocum obscurissimarum & pæne inextricabilium abundantia scatet, ut Oedipo interprete opus habeat. *Dissertatio XXV Texturæ ac vestibus rudium Seculorum* lucem accendit. *Dissertatio* autem *XXVI militiam* ejus ætatis in Italia repræsentat. Eadem tum, quæ antiquitus, armorum obtinuere genera. *Bruneas Caroli M.* Capitularia tangunt. *Mangana* tormentorum nomen, quod in *Autore vitæ Ludovici II ad A. 808* apud *Du Chesne*, & in *Miscellæ Historiæ compilatore mangonum* loco reponendum acutissimus censet *Muratorius*. Eædem, quæ Romanis, rerum dominis, exercituum divisiones. Legio *bandus* nuncupabatur a *bando*, sive vexillo, unde & Itala vox *bandiera* natales ducit. Ipse *Procopius*, scriptor gravissimus, *Vandal. II, 2*, τὸ σημεῖον ὃ δὴ Βάνδον καλοῦσι οἱ Ρωμαῖοι memorat. Apud Langobardos servis militare licitum non erat, quod an inter Francos similiter fuerit receptum, dubio non caret, quamvis R. P. *Daniel* in *Militiæ Gallicæ Historia* servos exercitui a Francicæ stirpis gentibus adscriptos disertis affirmet verbis. Clericis semper competiit plena ab armis gerendis immunitas, quam Seculo X infringi cœptam, non *Ratherius* solum, Veronensis Episcopus, apud *D'Acherium* disertis perhibet verbis, sed historia etiam confirmat, quæ non paucos sistit Episcopos, post annum Christi millesimum militantes. Annonam & commeatum in media ætate ipsimet milites sibi procurabant, etiam in regno Francorum sub imperio *Caroli M.* Primum sub *Ludovico Pio* a provincialibus exigi cœpit. Urbium munimenta e muris præaltis & turribus passim insertis consistebant, & fossa nonnunquam cingebantur. Portas præstructis muris sinuosis, quos *barbacanes* dicebant, & *Villanus* non raro tangit, celare moris erat. Inter munimenta *carbonariæ* occurrunt; quod nomen, si non fossas, aquis immissis abundantes, loca sane profunda & fovearum rictu præparata, denotavit. Sed majus artificium frequentes hostium invasiones & securitas publica postularunt; unde & aliquando privatis castellorum muniendorum concessa potestas, quam *Risindæ*, Abbatissæ, A. 912, *Berengarius I*, *Waremundo* cuidam

Pag. 441. 442. 444 seq. 446 seq. 450 seq. 452. 457. 459. 465. 466 seq.

dam

dam A. 948 *Lotharius II, Adelberto de Ruzzolo Carolus Crassus*, si genuinum est, quod circumfertur, Diploma, indulserunt. *Dissertatio XXVII* est *de Moneta, sive jure cudendi numos.* Roma semper, translata etiam in Orientem imperii sede, monetæ
Pag. 547. prærogativam saltem ad *Heraclii* usque Imp. obitum retinuit.
A. C. 452 *Porphorus* in Romana Inscriptione spectatur, titulo *primicerii monetariorum* insignis. In Museo *Dominici de Conradis* servatur numus, sub *Justino* minori Cæs. percussus, in cujus antica diadematum *Augusti* caput gemmis margaritisque conspicuum splendet, cum inscriptione: D. N. IUSTIN. P. P. AUG. in postica vero monogramma RD literas R. A. O. S. D. præferens, quas *Muratorius* interpretatur: *Romæ obsignatus denarius.* Non æque facile est definire, num ab A. C. 640, id est, a morte *Heraclii* Imp. ad *Carolum M.* usque, Romæ urbi inconcussum manserit jus monetandi. Ex quo Pontifices Romani temporariam nacti potestatem, numos, sua & Augustorum imagine signatos, percuti curarunt, ad quos quidem colligendos *Fr. le Blanc, Philippus Bonanni, Xaverius Scilla,* & *Benedictus* Abbas
548 seq. *Floravantes* animum appulerunt, *Muratorius* autem criticum instituit examen. Miramur primam Celeberrimi Viri observationem, in qua, dubitari nonnunquam posse, quænam antica denarii, quæ postica, pars sit, arbitratur. Nos, pace oculatissimi Critici, hanc quæstionem sumimus nobis decidendam, nec tantam inesse ipsi difficultatem putamus. Sane in omnibus numis ea antica pars debet censeri, qua nomen vel imago Principis repræsentatur; adeoque dubium non est, esse semper SCS. PE-
554. TRUS in postica scriptum. Per tria post obitum *Paschalis II* Secula id est, XII, XIII, XIV, nullos deprehendimus Romanorum Pontificum denarios, idque motibus intestinis, seditiosisque plebis Romanæ consiliis, adscribit *Muratorius*, contra vero, in Chartis illorum temporum Romanis multam occurrere *librarum auri denariorumque Papiensium* ac *Lucensium* mentionem, notat, & Bul-
562. lis *Eugenii* III de A. 1146 & 1147, *Hadriani*que IV de A. 1157 & 1158, probat. Interea tamen temporis populus Romanus jus auri argentique signandi habuit; quam in rem clara sunt

ſunt verba transactionis *Clementis III* & S. P. Q. R. de A. 1188: *Ad præſens reddimus vobis ſenatum & urbem & monetam, tamen de moneta habebimus tertiam partem.* Attentionem præcipuam ſeptem illi merentur numi, Senatus populique Romani nomine percuſſi, quorum antica figuram coronatam cum titulo *Roma Caput Mundi* repræſentat. Qui primo ſtat loco, ſingularis prorſus eſt formæ, peculiarique commentario dignus. *Denarii Paparini*, quorum in promiſſione & obligatione Syndici caſtri Centum Cellarum ſuper cenſu annuo L librarum Paparinorum, Eccleſiæ Rom. ſolvendarum, de A. 1291, fit mentio, crucem figunt feliciſſimo cetera haruſpici, *Muratorio. Aut*, inquit, *dicti ſunt ab inſigni gentilitio Senatoris, anſerculum exhibente, quem papero Italicum idioma nuncupat; aut ab ipſius Senatoris nomine, ſive agnomine. Paparo* enim quidam in muſivo Romano ſequioris ævi occurrit apud *Ciampinum T. I pag. 82.* Ravenna, in qua ſolium ſtatuit *Honorius*, æque ac Roma monetandi habuit poteſtatem, id quod vel *Honorii* numi, literis RV. S. P. id eſt, *Ravennæ ſignata pecunia*, notati, confirmant. Nullos plane *Odoacris* numos *Muratorius* vidit, *Theoderici* paucos, & in his pereximium antiquitatis fruſtulum, quod ex urbe Mutinenſi in Muſeum ſuum transtulit *Apoſtolus Zenus*, numum videlicet quadrangularem ſat craſſum, majoris moduli, in cujus una facie literæ D. N. THEODERIG, in altera unica, eaque valde exeſa, occurrit litera T. ſerto laureo querceove cincta. Binas in hoc res plane peculiares peritiſſimus Cenſor obſervavit: primo, quod in limbo exteriori, quem *contorno* vocant Itali, CATVLINVS V. C. ET. I.... L..... P. F. V. legatur; ſecundo, quod cum *Theoderici*, tum *Catulini*, nomina literis expreſſa ſint, in ære cavatis, argentoque oppletis. Et exſtat in alio quoque denario, circa A. C. 494 percuſſo, *Catulinus V. C.* idemque in literis exeſis *inluſtris & præf. urbis*, cui quidem magiſtratui peculiare erat & proprium *illuſtris* cognomen, ſimiliter vocatur; niſi quis forte malit eum intelligere *Catulinum*, quem *Sidonius Apollinaris Lib. I Ep. 11* memorat. Numi Gothorum Ravennatenſes in una parte effigiem Imperatoris Romani, in altera Regis ſui vultum, exhibent. Pari doctrinæ apparatu *Muratorius* a numis *Ravennæ* pergit ad denarios

Pag. 565 ſeq.
567 ſeq.
577.
578 ſeq.

rios *Ticini*, seu *Papienses*, quos antiquissimos in Italia *Aulicus*
Pag. 603 *Ticinensis* perhibet, itemque ad monetam *Mediolanensem*, cujus
seq insignem accessionem communicarunt Socii Palatini, ad numos
620 seq. *Lucenses*, *Beneventanos*, ac *Salernitanos*, nec non ad *Neapolitanos*, qui maximam partem *Justini Martyris*, regni istius patroni, vultum
643 seq. exhibent, & aliquando Αποςο. Ιανυαριυ nomen jungunt. Tandem in numis *Ducum Venetorum* desinit. Venetos inde a tempore antiquissimo adeptos monetandi prærogativam, ex *Andr. Dandulo* patet, qui jam A. 926 sub *Rodulpho*, Italiæ Rege, eam perhibet confirmatam, postquam constitisset, *antiquos Duces hoc continuatis temporibus habuisse.* Et habemus antiquum Scriptorem anonymum sponsorem, quod *Berengarius I reddiderit monetam, prout Duces Venetiarum eam sub Græcorum habuerant imperio.* Ultima etiam vetustas e tabulis *Riculfi*, Abbatis S. Vitalis Ravennatis, de A. 1054 elucet, in quibus pensio denariorum Venetorum duorum celebratur. *Ratherius*, Veronensis Episcopus, *Berengarii II* æqualis, sex libras denariorum Vene-
647. torum memorat. Sunt, qui sub Regibus Gothorum vilis metalli pecuniam signatam a Venetis statuunt, & in loco *Cassiodori Lib. XII Ep. 24* præsidium erroris quærunt. His diem dicit *Muratorius*, & lucidissimis rationibus probat, salinas a *Cassiodoro* pro florenti, quo utitur, genere dicendi *monetam victua-*
653 seq. *lem* appellari. Seculo XI prolati sunt mirum in modum juris monetandi fines, variisque Episcopis, Principibus, atque urbibus, secundum seriem alphabeticam a *Muratorio* recensitis, ea immunitas concessa. *Dissertationis XXVIII* argumentum est *de diversis pecuniæ generibus, quæ apud veteres in usu fuerunt.* Scri-
769. bit *Muratorius*, se levi brachio hoc caput tractasse; ast semper tamen sui est similis, & aliud etiam quasi agendo doctas pariter ac selectas in medium profert observationes. *Solidorum* inprimis frequens in tabulis vetustis mentio. Antiquis Romanæ reip. temporibus hac appellatione aurei indicabantur nummi, quorum viginti libram conficiebant, perhibente id veteri de Mensuris scriptore apud *Goesium*. An vero in legibus etiam Langobardicis aurei intelligantur, quando certus numerus solidorum pœnæ loco irrogandus fuisse sancitur, dubio non caret. Equidem, solidos

solidos quosdam tum temporis ex auro solido conflatos, non ex Diplomate solum de A. 736, quo *Walperto*, urbis Lucensis Duci, a *Lupo* domus terræque divenduntur, sole meridiano clarius apparet, sed antiquissimo etiam monumento, papyro Ægyptiacæ inscripto, quod miro exemplo industriam eruditissimi Marchionis *Scip. Maffæi* effugit, corroboratur. Memorantur enim in illo *aurei solidi, dominici, probati, obrizati, optimi, pensantes, integri ponderis, singulares numero, super venditione sex unciarum fundi Geniciani.* Sed fuere solidi eodem Seculo ex aliis etiam metalli generibus fabricati. Quid enim expressum aureorum ἐπίθετον sibi vellet, ni alii diversæ materiæ exstitissent? Et occurrunt re vera *solidi argentei* in Charta de A. 847, Pag. 771.
qua *Ubertus*, Diaconus, ab *Ambrosio*, Ecclesiæ Lucensis Præsule, ecclesiam accipit in beneficium, censumque pro ea pollicetur. 773.
Pretium solidi internum, cum pro varietate metalli ac temporis variaverit, accurate nequit determinari. Alia monetæ, in ævo 783.
medio florentis, genera afferre longum foret, possuntque hæc ex ipso fonte dulcius longe repeti, cujus quasi caput in *Jacobi Grimaldi* inedito *de Sudario Veronicæ* libello latet. Huc *folles* 801 seq.
pertinent, quos per *ph* scribunt nonnulli, Græcæ originis nummi, quos cum obolis eosdem *Suidas* perhibet. Conf. *Salmasius ad Tertullianum de Pallio pag. 112.* Plerique eorum ærei fuerunt, pauci argentei, aurei nulli, quod nihilo secius *Gutherius de Offic. domus aug. Lib. III Cap. 17* strenue defendit. Testimonia scriptorum de follibus bene multa *Dionys. Petavius* in *Diatriba ad S. Epiphanii Opusculum de Mensuris atque ponderibus* collegit. Nomine *Esmeratorum*, quorum fit in Charta *Leonis*, Abbatis Sublacensis, de A. 936, mentio, solidos ex argento mero, seu probe purgato, cusos, vel inde *Muratorius* conjicit intelligi, quod τὸ *exmerare* eo significatu positum in Capitularibus *Caroli Calvi* apud *Baluzium T. II pag. 178* reperiatur. *Dissertatio XXIX Spectacula & ludos medii ævi publicos* in scenam producit. *Dissertatio* vero *XXX de Mercatibus & mercatura* locupletem exhibet explanationem. *Mercatus* vox proprie hebdomadalem negotiantium congregationem denotat. Sed nec 870.
exceptione hæc caret regula, nec omnium notio hæc fuit Seculorum.

culorum. In Diplomatibus *Conradi I* de A. 1037, & *Frid ci II* de A. 1219, ambiguum est, quo verba sensu præcise accipienda. Immo in Chartis ante Seculum XI scriptis pro nun nis solennibus positum frequentissime occurrit mercatus vo
Pag. 879. bulum. Sic *Angilberga*, Abbatissa Placentini Monasterii, ab *nulpho* Imp. A. 896 petiit, *ut sibi mercatum in festivitate Martinæ ad xenodochium Monasterii ipsius congregare liceat*, dulsitque Cæsar, *ut a XII Cal. Jun. usque in nonas Julii li ret parti Monasterii mercatum ibi celebrare. Mercatus* ergo
865. riatis instituebantur ut plurimum diebus, non dominicis, qui pe quos ab his quoque negotiis immunes esse debere, *Carolus* in lege 140 Langobardorum, & *Ludovicus II* in additione secu da ad Langobardicas leges, statuunt. Nundinarum, festis Sanct rum diebus celebratarum, exempla S. *Basilius* in libro Regularu suggerit. De *Lucania*, natalem S. *Cypriani* hoc modo agen e *Cassiodorum*, de *Edessa*, S. *Thomæ* memoriam similiter honora
867. te, *Gregorium Turonensem*, habemus sponsores. Jus con cedendi mercatum, sive hebdomadarius sit ille, sive annuus, It liæ Regibus fuit reservatum; & ita a *Ludovico II* in Charta de A. 852, qua Ecclesiæ S. *Laurentii* de plebe Juvenaltæ in Comitatu Cremonensi priscæ immunitates confirmantur, itemque a *Guidone* Aug. in præcepto de A. 892, quo & antiqua Monasterii Salvatoris de monte Amiate ac *Petri* Abbatis privilegia corroborat, & nova adjungit, exercetur. Neque putandus est *Odel-*
880. *ricus*, Patavinus Episcopus, nundinas condidisse, quando in Charta de A. 1076 mercatum unum cum omnibus juribus & conditionibus S. *Justinæ* obtulit, cum potius suum, quod ipse acceperat
882. a Regibus, privilegium in Divam transtulerit. Nulla per Italiam mercaturæ sub Langobardorum imperio vestigia; sub Francis autem cum terrestris in Capitularibus *Caroli M.*, tum navalis in Annalibus *Bertinianis* ad A. 820. Laus introducti in Italiam commercii Venetis forsitan debetur, quos in Ægypto & Syria mercaturæ operam dedisse, ipsa cadaveris S. *Marci* translatio satis educet. Servorum præsertim corpora Seculo VIII a Venetis mercatoribus divendita, *Anastasius* in *Zachariæ P. R. Vita* perhibet,
884. & *Dandulus* in *Chronico* suo *ad A. 877 pag. 186* confirmat. Et

quid

quid de aromatum monopolio, quod ſibi Veneti compararunt, dicendum erit? Sane enim, Romanis adhuc imperantibus, cum per Erythræum mare aut Perſiæ regnum ex India orientali multa in Ægyptum deportarentur, Veneti, ſtatis anni temporibus Alexandriam navigantes, illinc aromata arceſſebant, & in cunctas fere Occidentis provincias diſtribuebant. Neque potuere per illos ſimilem longi itineris fructum Piſani, Amalphitani, & Genuenſes, adipiſci, licet Piſani eximiis ab *Amalrico*, Hieroſolymarum Rege, A. 1169, a *Boamundo III*, Antiocheno Principe, A. 1170, a *Raimundo*, Comite Tripolitano, A. 1187, & a *Rapino*, Principe Antiocheno, *Heluiſa*que, conjuge ejus, A. 1216, privilegiis inſtructi venirent. Attamen Amalphitanorum commercia Seculo poſt C. N. IX inclaruerunt, Seculis autem X atque XI fuerunt inſigniter amplificata. Neque enim tantum *Luitprandum Ticinenſem* habemus in *Opuſculo Legationis ad Nicephorum Phocam* idoneum rerum ſuo tempore actarum teſtem, ſed clara etiam ſunt *Guilielmi Apuli*, qui carmen ſuum Seculo XI compilavit, *Norman. Lib. III* de Amalphitanis verba:

Hæc gens eſt totum prope celebrata per orbem,
Et mercanda ferens, & amans mercata referre.

Præterea brevi poſt A. C. 1000 Piſis ac Genuæ nobiliſſima condita ſunt emporia, in quibus præter ſtudium mercaturæ claſſes contra Saracenos inſtrui, & piraticæ opera navari, cœpit. Sed plurimum inprimis ad florem commerciorum Seculo XII acceſſit, cum multæ ſe urbes Italæ in libertatem vindicarent, & in artem ſerici texendi, lanæque ducendæ, ſedulo incumberent. Tum *Conſulum* etiam, mercaturibus præfectorum, magiſtratus videtur inventus, quem ante concordiæ pacta, inter Conſules majores & Conſules mercatorum Mutinæ A. 1182, 8 Cal. Mart. inita, reperire nuſquam feliciſſimus antiquorum Diplomatum ſcrutator potuit. Stabilitis hac ratione per Italiam commerciis, cœpit mercatorum ſecuritati per pacta inter urbes negotiationi addictas proſpici. Talia, a Ferrarienſibus & Bononienſibus A. 1193, itemque a Mutinenſibus atque Lucenſibus A. 1281, inita, primus edidit *Muratorius*. Sed habuit tamen hoc etiam vitæ genus incommoda non pauca. Præterimus ſilentio, quæ communia omnibus mercaturæ addictis Venuſinus vates indicavit, allegaſſe contenti,

Pag. 885.
887.

dam A. 948 *Lotharius II, Adelberto de Ruzzolo Carolus Cras-
sus*, si genuinum est, quod circumfertur, Diploma, indulserunt.
Dissertatio XXVII est *de Moneta, sive jure cudendi numos*. Ro-
ma semper, translata etiam in Orientem imperii sede, monetæ
Pag. 547. prærogativam saltem ad *Heraclii* usque Imp. obitum retinuit.
A. C. 452 *Porphorus* in Romana Inscriptione spectatur, titulo
primicerii monetariorum insignis. In Museo *Dominici de Conradis*
servatur numus, sub *Justino* minori Cæs. percussus, in cujus antica
diadematum *Augusti* caput gemmis margaritisque conspicuum
splendet, cum inscriptione: D. N. IUSTIN. P. P. AUG. in posti-
ca vero monogramma literas R. A. O. S. D. præferens,
quas *Muratorius* interpretatur: *Romæ obsignatus denarius*. Non
æque facile est definire, num ab A. C. 640, id est, a morte *Hera-
clii* Imp. ad *Carolum M.* usque, Romæ urbi inconcussum manse-
rit jus monetandi. Ex quo Pontifices Romani temporariam na-
cti potestatem, numos, sua & Augustorum imagine signa-
tos, percuti curarunt, ad quos quidem colligendos *Fr. le Blanc*,
Philippus Bonanni, *Xaverius Scilla*, & *Benedictus* Abbas
548 seq. *Floravantes* animum appulerunt, *Muratorius* autem criticum in-
stituit examen. Miramur primam Celeberrimi Viri observatio-
nem, in qua, dubitari nonnunquam posse, quænam antica de-
narii, quæ postica, pars sit, arbitratur. Nos, pace oculatissimi
Critici, hanc quæstionem sumimus nobis decidendam, nec tan-
tam inesse ipsi difficultatem putamus. Sane in omnibus numis
ea antica pars debet censeri, qua nomen vel imago Principis
repræsentatur; adeoque dubium non est, esse semper SCS. PE-
554. TRUS in postica scriptum. Per tria post obitum *Paschalis II* Se-
cula id est, XII, XIII, XIV, nullos deprehendimus Romanorum
Pontificum denarios, idque motibus intestinis, seditiosisque plebis
Romanæ consiliis, adscribit *Muratorius*, contra vero, in Chartis
illorum temporum Romanis multam occurrere *librarum auri
denariorumque Papiensium* ac *Lucensium* mentionem, notat, & Bul-
562. lis *Eugenii* III de A. 1146 & 1147, *Hadriani*que IV de A.
1157 & 1158, probat. Interea tamen temporis populus Ro-
manus jus auri argentique signandi habuit; quam in rem clara
sunt

ſunt verba transactionis *Clementis III* & S. P. Q. R. de A. 1188: *Ad præſens reddimus vobis ſenatum & urbem & monetam, tamen de moneta habebimus tertiam partem.* Attentionem præ- Pag. 565
cipuam ſeptem illi merentur numi, Senatus populique Romani ſeq.
nomine percuſſi, quorum antica figuram coronatam cum titulo *Roma Caput Mundi* repræſentat. Qui primo ſtat loco, ſingularis prorſus eſt formæ, peculiarique commentario dignus. *Dena-* 567 ſeq.
rii Paparini, quorum in promiſſione & obligatione Syndici caſtri Centum Cellarum ſuper cenſu annuo L librarum Paparinorum, Eccleſiæ Rom. ſolvendarum, de A. 1291, fit mentio, crucem figunt feliciſſimo cetera haruſpici, *Muratorio. Aut*, inquit, *dicti ſunt ab inſigni gentilitio Senatoris, anſerculum exhibente, quem* papero *Italicum idioma nuncupat; aut ab ipſius Senatoris nomine, ſive agnomine. Paparo* enim quidam in muſivo Romano ſequioris ævi occurrit apud *Ciampinum T. I pag. 82.* Ravenna, in qua ſo- 577.
lium ſtatuit *Honorius*, æque ac Roma monetandi habuit poteſtatem, id quod vel *Honorii* numi, literis RV. S. P. id eſt, *Ravennæ ſignata pecunia*, notati, confirmant. Nullos plane *Odoacris* numos *Muratorius* vidit, *Theoderici* paucos, & in his pereximium antiquitatis *fruſtulum*, quod ex urbe Mutinenſi in Muſeum ſuum transtulit *Apoſtolus Zenus*, numum videlicet quadrangularem ſat craſſum, majoris moduli, in cujus una facie literæ D. N. THEODERIG, in altera unica, eaque valde exeſa, occurrit litera T. ſerto laureo querceove cincta. Binas in hoc res plane peculiares periтiſſimus Cenſor obſervavit: primo, quod in limbo exteriori, quem *contorno* vocant Itali, CATVLINVS V. C. ET. I.... L...., P. F. V. legatur; ſecundo, quod cum *Theoderici*, tum *Catulini*, nomina literis expreſſa ſint, in ære cavatis, argentoque oppletis. Et exſtat in alio quoque denario, circa A. C. 494 percuſſo, *Catulinus V. C.* idemque in literis exeſis *inluſtris & præf. urbis*, cui quidem magiſtratui peculiare erat & proprium *illuſtris* cognomen, ſimiliter vocatur; niſi quis forte malit eum intelligere *Catulinum*, quem *Sidonius Apollinaris Lib. I Ep. 11* memorat. Numi Gothorum Ravennatenſes in una parte effigiem 578 ſeq.
Imperatoris Romani, in altera Regis ſui vultum, exhibent. Pari doctrinæ apparatu *Muratorius* a numis *Ravennæ* pergit ad dena-

rios *Ticini*, seu *Papienses*, quos antiquissimos in Italia *Auliens*
Pag. 603 seq *Ticinensis* perhibet, itemque ad monetam *Mediolanensem*, cujus insignem accessionem communicarunt Socii Palatini, ad numos
620 seq. *Lucenses*, *Beneventanos*, ac *Salernitanos*, nec non ad *Neapolitanos*, qui maximam partem *Justini Martyris*, regni istius patroni, vultum
643 seq. exhibent, & aliquando Αποςο. Ιανααρις nomen jungunt. Tandem in numis *Ducum Venetorum* desinit. Venetos inde a tempore antiquissimo adeptos monetandi prærogativam, ex *Andr. Dandulo* patet, qui jam A. 926 sub *Rodulpho*, Italiæ Rege, eam perhibet confirmatam, postquam constitisset, *antiquos Duces hoc continuatis temporibus habuisse.* Et habemus antiquum Scriptorem anonymum sponsorem, quod *Berengarius I reddiderit monetam, prout Duces Venetiarum eam sub Græcorum habuerant imperio.* Ultima etiam vetustas e tabulis *Riculfi*, Abbatis S. Vitalis Ravennatis, de A. 1054 elucet, in quibus pensio denariorum Venetorum duorum celebratur. *Ratherius*, Veronensis Episcopus, *Berengarii II* æqualis, sex libras denariorum Vene-
647. torum memorat. Sunt, qui sub Regibus Gothorum vilis metalli pecuniam signatam a Venetis statuunt, & in loco *Cassiodori Lib. XII Ep. 24* præsidium erroris quærunt. His diem dicit *Muratorius*, & lucidissimis rationibus probat, salinas a *Cassiodoro* pro florenti, quo utitur, genere dicendi *monetam victua-*
653 seq. *lem* appellari. Seculo XI prolati sunt mirum in modum juris monetandi fines, variisque Episcopis, Principibus, atque urbibus, secundum seriem alphabeticam a *Muratorio* recensitis, ea immunitas concessa. *Dissertationis XXVIII* argumentum est *de diversis pecuniæ generibus, quæ apud veteres in usu fuerunt.* Scri-
769. bit *Muratorius*, se levi brachio hoc caput tractasse; ast semper tamen sui est similis, & aliud etiam quasi agendo doctas pariter ac selectas in medium profert observationes. *Solidorum* inprimis frequens in tabulis vetustis mentio. Antiquis Romanæ reip. temporibus hac appellatione aurei indicabantur nummi, quorum viginti libram conficiebant, perhibente id veteri de Mensuris scriptore apud *Goesium.* An vero in legibus etiam Langobardicis aurei intelligantur, quando certus numerus solidorum pœnæ loco irrogandus fuisse sancitur, dubio non caret. Equidem,

solidos

solidos quosdam tum temporis ex auro solido conflatos, non ex Diplomate solum de A. 736, quo *Walperto*, urbis Lucensis Duci, a *Lupo* domus terræque divenduntur, sole meridiano clarius apparet, sed antiquissimo etiam monumento, papyro Ægyptiacæ inscripto, quod miro exemplo industriam eruditissimi Marchionis *Scip. Maffæi* effugit, corroboratur. Memorantur enim in illo *aurei solidi, dominici, probati, obrizati, optimi, pensantes, integri ponderis, singulares numero, super venditione sex unciarum fundi Geniciani*. Sed fuere solidi eodem Seculo ex aliis etiam metalli generibus fabricati. Quid enim expressum aureorum ἐπίθετον sibi vellet, ni alii diversæ materiæ exstitissent? Et occurrunt re vera *solidi argentei* in Charta de A. 847, Pag. 771.
qua *Ubertus*, Diaconus, ab *Ambrosio*, Ecclesiæ Lucensis Præsule, ecclesiam accipit in beneficium, censumque pro ea pollicetur. 773.
Pretium solidi internum, cum pro varietate metalli ac temporis variaverit, accurate nequit determinari. Alia monetæ, in ævo 783.
medio florentis, genera afferre longum foret, possuntque hæc ex ipso fonte dulcius longe repeti, cujus quasi caput in *Jacobi Grimaldi* inedito *de Sudario Veronicæ* libello latet. Huc *folles* 801 seq.
pertinent, quos per *ph* scribunt nonnulli, Græcæ originis nummi, quos cum obolis eosdem *Suidas* perhibet. Conf. *Salmasius ad Tertullianum de Pallio pag. 112.* Plerique eorum ærei fuerunt, pauci argentei, aurei nulli, quod nihilo secius *Gutherius de Offic. domus aug. Lib. III Cap. 17* strenue defendit. Testimonia scriptorum de follibus bene multa *Dionys. Petavius* in *Diatriba ad S. Epiphanii Opusculum de Mensuris atque ponderibus* collegit. Nomine *Esmeratorum*, quorum fit in Charta *Leonis*, Abbatis Sublacensis, de A. 936, mentio, solidos ex argento mero, seu probe purgato, cusos, vel inde *Muratorius* conjicit intelligi, quod τὸ *exmerare* eo significatu positum in Capitulatibus *Caroli Calvi* apud *Baluzium T. II pag. 178* reperiatur. *Dissertatio XXIX Spectacula & ludos medii ævi publicos* in scenam producit. *Dissertatio* vero *XXX de Mercatibus & mercatura* locupletem exhibet explanationem. *Mercatus* vox proprie hebdomadalem negotiantium congregationem denotat. Sed nec 870.
exceptione hæc caret regula, nec omnium notio hæc fuit Seculorum.

culorum. In Diplomatibus *Conradi I* de A. 1037, & *Frideri-
ci II* de A. 1219, ambiguum eſt, quo verba ſenſu præciſe ſint
accipienda. Immo in Chartis ante Seculum XI ſcriptis pro nundi-
nis ſolennibus poſitum frequentiſſime occurrit mercatus voca-
Pag. 879. bulum. Sic *Angilberga*, Abbatiſſa Placentini Monaſterii, ab *Ar-
nulpho* Imp. A. 896 petiit, *ut ſibi mercatum in feſtivitate S.
Martinæ ad xenodochium Monaſterii ipſius congregare liceat*, in-
dulſitque Cæſar, *ut a XII Cal. Jun. uſque in nonas Julii lice-
ret parti Monaſterii mercatum ibi celebrare*. *Mercatus* ergo fe-
865. riatis inſtituebantur ut plurimum diebus, non dominicis, quip-
pe quos ab his quoque negotiis immunes eſſe debere, *Carolus M.*
in lege 140 Langobardorum, & *Ludovicus II* in additione ſecun-
da ad Langobardicas leges, ſtatuunt. Nundinarum, feſtis Sancto-
rum diebus celebratarum, exempla S. *Baſilius* in libro Regularum
ſuggerit. De *Lucania*, natalem S. *Cypriani* hoc modo agente,
Caſſiodorum, de *Edeſſa*, S. *Thomæ* memoriam ſimiliter honoran-
867. te, *Gregorium Turonenſem*, habemus ſponſores. Jus con-
cedendi mercatum, ſive hebdomadarius ſit ille, ſive annuus, Ita-
liæ Regibus fuit reſervatum; & ita a *Ludovico II* in Charta de
A. 852, qua Eccleſiæ S. *Laurentii* de plebe Juvenaltæ in Comi-
tatu Cremonenſi priſcæ immunitates confirmantur, itemque a
Guidone Aug. in præcepto de A. 892, quo & antiqua Monaſte-
rii Salvatoris de monte Amiate ac *Petri* Abbatis privilegia corro-
borat, & nova adjungit, exercetur. Neque putandus eſt *Odel-
880. ricus*, Patavinus Epiſcopus, nundinas condidiſſe, quando in Char-
ta de A. 1076 mercatum unum cum omnibus juribus & condi-
tionibus S. *Juſtinæ* obtulit, cum potius ſuum, quod ipſe acceperat
882. a Regibus, privilegium in Divam transtulerit. Nulla per Italiam
mercaturæ ſub Langobardorum imperio veſtigia; ſub Francis
autem cum terreſtris in Capitularibus *Caroli M.*, tum navalis in
Annalibus *Bertinianis* ad A. 820. Laus introducti in Italiam com-
mercii Venetis forſitan debetur, quos in Ægypto & Syria mer-
caturæ operam dediſſe, ipſa cadaveris S. *Marci* translatio ſatis
educet. Servorum præſertim corpora Seculo VIII a Venetis mer-
catoribus divendita, *Anaſtaſius* in *Zachariæ P. R. Vita* perhibet,
884. & *Dandulus* in *Chronico* ſuo *ad A. 877 pag. 186* confirmat. Et
quid

quid de aromatum monopolio, quod sibi Veneti compararunt, dicendum erit? Sane enim, Romanis adhuc imperantibus, cum per Erythræum mare aut Persiæ regnum ex India orientali multa in Ægyptum deportarentur, Veneti, statis anni temporibus Alexandriam navigantes, illinc aromata arcessebant, & in cunctas fere Occidentis provincias distribuebant. Neque potuere per illos similem longi itineris fructum Pisani, Amalphitani, & Genuenses, adipisci, licet Pisani eximiis ab *Amalrico*, Hierosolymarum Rege, A. 1169, a *Boamundo III*, Antiocheno Principe, A. 1170, a *Raimundo*, Comite Tripolitano, A. 1187, & a *Rapino*, Principe Antiocheno, *Heluisa*que, conjuge ejus, A. 1216, privilegiis instructi venirent. Attamen Amalphitanorum commercia Seculo post C. N. IX inclaruerunt, Seculis autem X atque XI fuerunt insigniter amplificata. Neque enim tantum *Luitprandum Ticinensem* habemus in *Opusculo Legationis ad Nicephorum Phocam* idoneum rerum suo tempore actarum testem, sed clara etiam sunt *Guilielmi Apuli*, qui carmen suum Seculo XI compilavit, *Norman. Lib. III* de Amalphitanis verba:

Hæc gens est totum prope celebrata per orbem,
Et mercanda ferens, & amans mercata referre.

Præterea brevi post A. C. 1000 Pisis ac Genuæ nobilissima condita sunt emporia, in quibus præter studium mercaturæ classes contra Saracenos instrui, & piraticæ opera navari, cœpit. Sed plurimum inprimis ad florem commerciorum Seculo XII accessit, cum multæ se urbes Italæ in libertatem vindicarent, & in artem serici texendi, lanæque ducendæ, sedulo incumberent. Tum *Consulum* etiam, mercatoribus præfectorum, magistratus videtur inventus, quem ante concordiæ pacta, inter Consules majores & Consules mercatorum Mutinæ A. 1182, 8 Cal. Mart. inita, reperire nusquam felicissimus antiquorum Diplomatum scrutator potuit. Stabilitis hac ratione per Italiam commerciis, cœpit mercatorum securitati per pacta inter urbes negotiationi addictas prospici. Talia, a Ferrariensibus & Bononiensibus A. 1193, itemque a Mutinensibus atque Lucensibus A. 1281, inita, primus edidit *Muratorius*. Sed habuit tamen hoc etiam vitæ genus incommoda non pauca. Præterimus silentio, quæ communia omnibus mercaturæ addictis Venusinus vates indicavit, allegasse contenti,

Pag. 885. (beside "Præterea brevi post A. C. 1000 …")
887. (beside "plurimum inprimis ad florem commerciorum …")

quid *Cintracus*, id est, præco Genuensis, poposcerit navigantes, id quod ex Diplomate, A. 1190 de munere, beneficiis, & honoribus, præconis civitatis Genuensis dato, apparet. *Dissertatio XXXI* est *de Placitis & mallis; & Dissertatio XXXII de Originibus Italicæ linguæ*, quæ summo jure Etymologicon idiomatis illius inscribi posset.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ; *DIONYSIUS ALEXANDrinus de Situ orbis, interprete ANDREA PAPIO, Gandensi; ut & ARISTOPHANIS Plutus, cura SIGEBERTI HAVERCAMPI.*

Lugduni Batavorum, apud Gerard. Potuliet, 1736, 8.

Plag. 12 ½.

COLLECTIO SCHOLASTICA, EX OPTIMIS ET probatissimis Scriptoribus Græcis selecta; cui accedunt PETR. FRANCII Regulæ generales exterioris Eloquentiæ, cum Præfatione JO. BALCK, JCti, & Gymnasiarchæ Leovardiensis.

Leovardiæ, apud Tobiam van Dessel, 1736, 8.

Plag. 20.

Quod eodem consilio uterque libellus est a suo quisque Autore editus, non ab re visum est, de utroque, cum dicendum esset, simul, & brevissime quidem, dicere. Utriusque Opusculi Autoribus quoniam hoc datum est muneris, ut Autores Græcos interpretentur, deesse autem existimarunt libros, quibus uti commode possent, mederi Græcorum librorum inopiæ editis his libellis voluere. Et alter quidem ita edi ῥήσεις Græcas voluit, ut nulla interpretatio Latina adjiceretur; alter vero, ut eo facilius interpretari Græca tirones possent, Latinam interpretationem adhibendam putavit. Hæc sunt, quæ de utroque Opusculo habebamus, & hac vice volebamus dicere. In posterum vero non erimus Lectoribus nostris eorum librorum commemoratione molesti, in quibus nihil aliud, quam quod in his,

his, præstitum est. Neque enim interest eruditorum hominum, talia scire, neque tam alicujus eruditionis est, quam necessitatis, Græcos libellos edere, nulla neque locorum corruptorum emendatione, neque obscurorum explicatione, adjecta, quod quisque de taberna librarius facere potest. Unus est, qui *Havercampianum* Opusculum commendare etiam doctis potest, adjectus variantium lectionum libellus, e *Roberti Stephani* editione, Scholiis *Eustathii*, & *Prisciano*, *Dionysii* interprete, congestus, olim apud *Plantinum* editus, neque ubique in terris nostris obvius. Cl. *Balkius* autem in Præfatione commemoravit tres trium locorum *Lucianeorum* emendationes, quas *Lamberto Bossio*, præceptori suo, acceptas refert. Prima est loci in Dialogo *Menippi* & *Cerberi*, ubi pro ἔλεγχος ἀκριβὴς *Bossius* legi volebat ἔλεγος ἀκριβὴς, *mera ejulatio*. Et habet quidem ἔλεγος magis perspicuam oppositionem ad illa verba: ἕως τȣ̃ στομίȣ τολμηροὶ καὶ ἀνδρεῖοι; sed, ut taceamus, ἀκριβὴς non satis esse conveniens adjectivum substantivo ἔλεγος, non videmus, quomodo hærere quis magnopere in recepta lectione possit. Ἕως τȣ̃ στομίȣ, inquit *Cerberus*, *omnes videntur fortes esse & magno animo*, τὰ δ' ἔνδοθεν ἔλεγχος ἀκριβὴς; *cum autem in ipsum Tartarum venerunt, tum demum plane, quo animo sint, intelligitur; illa demum accurata est spectatio.* Alter locus, cujus emendatio proponitur, est in Dialogi *Ajacis* & *Agamemnonis* initio, ubi, pro ἐμέλησε, ait, *Bossio* legendum visum ἐμέλλησε, quæ sit MSti *Græviani* lectio, quanquam *Grævio* magis placuerit ἐμέλισε. Primum vero, nescire nos, fatemur, quomodo hic tertia persona ter sit substituta secundæ; nam scribendum erat ἐμέλησας, ἐμέλλησας, ἐμέλισας. Deinde non erat, quare Vir Cl. *Grævio* fidem haberet, qui in omnibus editionibus esse dicebat ἐμέλησας. Nam illud ipsum ἐμέλισας *Grævii* est iisdem literis in editione Basileensi per *Jac. Parcum* A. 1555, 8. Tertius locus est in Dialogo *Menippi* & *Chironis*, ubi pro μεταχεῖν, sensu postulante, legi volebat *Bossius* μεταλλάττειν vel μεταβάλλειν.

PETRI HORREI, G. F. OBSERVATIONES CRITICÆ in Scriptores quosdam Græcos Historicos.

Leovar-

Leovardiæ, apud Tobiam van Deſſel, & Harlingæ, apud Folkert van der Plaats, 1736, 8.

Alph. 1 plag. 16.

Reverendus harum Obſervationum Autor, cum ab initio ſtudiorum ſtatuiſſet Theologiam cum humanioribus literis conjungere, non deſtitit poſtea optimos Autores Græcos diligenter tractare, quod non dubitabat, ex eorum lectione plurimum lucis accedere ſacræ diſciplinæ poſſe. Hic vero accidit, ut, cum diuturna lectione juſta eorum familiaritas eſſet contracta, multa in iisdem obſervarentur, quæ aut emendatione, aut explicatione, aut denique etiam defenſione, opus habere viderentur. Ea res fecit, ut, quicquid in hoc genere obſervatum eſſet, id publici juris facere conſtitueret Autor Reverendus, ſi forte & ipſe aliquid navare reipublicæ literatæ poſſet. Primus hic eſt, de quo nunc dicemus, harum Obſervationum faſciculus, quem, ſi viſum Deo fuerit, plures ſequentur. Is in quatuor Hiſtoricos Græcos, *Herodotum*, *Thucydidem*, *Xenophontem*, & *Arrianum*, obſervatorum partem exhibet. Et in *Herodoto* quidem defenſoris plerumque partes egit, inductus exemplo Viri doctiſſimi, qui in *Obſervationibus miſcellaneis* Belgarum aliquot *Herodoti* locis, a *Jac. Gronovio* e Codice Mediceo mutatis, integritatem aſſeruit. Itaque ipſa *quinque & quadraginta Capita* in vindicanda antiqua lectione *quinquaginta Capitum* priorum *Libri primi*, & initii *Libri ſecundi*, conſumuntur. In reliquis etiam Autoribus fere initia eorum complexus eſt. Sed, ut Lectores noſtri eo facilius de hoc libro ſtatuere poſſint, age, ſpecimina quædam obſervationum ſubjiciemus.

Lib. I Cap. 9 apud *Herodotum Candaules Gygi* dicit: ἐπεὰν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου στείχῃ ἐπὶ τὴν εὐνήν, &c. *Gronovius* e Codice Mediceo reponi volebat στίχῃ, ut ſit a στιχάω. Jam, etſi ipſam lectionem non repudiat Rev. *Horreus*, tamen, quomodo στίχῃ ſit a στιχάω, non videt, quod potius aoriſtus 2 eſt a στείχω. Accuratius autem inſpicienti locum facile putat appariturum, receptam lectionem eſſe ſervandam. Nam, etſi ſtatim ſequatur γένῃ, idque τῷ στείχῃ vel στίχῃ jungatur copula τε, tamen, quod ad diverſas perſonas,

ſonas, alterum ad Reginam, alterum ad *Gygem*, referatur, diverſa tempora eſſe poſſe, & hic requiri. Sed poſtea tamen addit: *Quid vero, ſi & Codici Mediceo manus dare conſtituerim, illudque ipſius ϛίχῃ pro præſenti habuerim. Legeris mecum in* H. Stephani Theſauro V. ϛείχω, *in veteri Lexico etiam ϛίχω reperiri, absque ullo tamen exemplo, ullave autoritate. Sed obſervavi apud* Heraclidem Ponticum *in* Alleg. Hom. pag. 413 ed. Galei, *illud* Alcæi *ex emendatione* Douſæ:

Τὸ δ' ἦυ τε κῦμα τῶ προτέρ' ἀνέμω ϛίχει.

Conjicit ergo, olim & ϛίχω in uſu fuiſſe, & hac voce locupletandum eſſe *Stephanum*, ut adeo & hic lectio Codicis Medicei ϛίχῃ conſtare poſſit. Sed potius ſic ϛείχῃ ſcriptum credit, quod deinde generavit in ϛίχῃ incuria librarii. Paulo poſt vero Autor iterum: *Dixerint ergo & ſcripſerint Græci tum ϛίχειν, tum ϛείχειν; quodnam ipſe* Herodotus *dederit, quis affirmabit? Vetuſtius forte quis haud male arbitretur ϛίχειν* &c. & tandem: *Sic fere* Herodoto *adſcripſeris ex Mediceo ϛίχειν ſatis antiquum; licet ſuo tempore utrumque fuerit in uſu, Ionicum ſatis. Sed penes te judicium, Lector, eſto.*

Thucydides Lib. I Cap. 11: ὅσον ἤλπιζον - βιοτεύσειν; pro quo malebat *Hudſonus* βιοτεύειν. Et citatur apud *Heſychium* βιοτεύειν τὸ ζῆν ex *Thucydide*; ſed eſt etiam in aliis locis. Eſt tamen, quo ſe commendat præſens, & propter has quidem ob cauſas, quod primo ἐλπίζειν ſæpe non modo futuro, ſed etiam præſenti, junctum reperitur, ut exempla allata docent; deinde, & maxime quidem, propter additum præſens πολεμοῦντα, participium autem præſens etiam infinitivi notionem complectitur. Diſtinguendum eſt inter minorem futuri ἔμφασιν, quam etiam imperfectum exprimit, & inter majorem, quæ futuro propria eſt. Infinitivus autem præſentis eſt imperfecto communis, atque adeo poteſt loco futuri poni, quando minori ejus emphaſi opus eſt. Atque hæc eſt ratio, quare etiam interdum poſt ἐλπίζειν aut huic ſimilia verba aoriſti futuris, ut hic præſens, jungantur. Hoc obſervato, nihil opus eſt temporum permutatione, quam Grammatici inculcare in his locis ſolent.

In *Cyropædia Xenophontis Lib. I Cap. 2* de foro liberali Perſarum commemorantur hæc: ἐντεῦθεν τὰ μὲν ὤνια,

καὶ οἱ ἀγοραῖοι ἀπελήλανται. Hic quæ sint τὰ ὤνια, quærit Rev. Autor, suspectumque hunc locum primus facit. Negat, τὰ ὤνια hic locum habere, quod *Herodotus Lib. I Cap. 153* scribat: ταῦτα ἐς τοὺς πάντας Ἕλληνας ἀπέῤῥιψε ὁ Κῦρος τὰ ἔπεα, ὅτι ἀγορὰς κτησάμενοι, ὠνῇ τε καὶ πρήσει χρέωνται. αὐτοὶ γὰρ οἱ Πέρσαι ἀγορῇσιν οὐδὲν εἰώθασι χρῆσθαι, οὐδέ σφι ἐστὶ τὸ παράπαν ἀγορή. Ex quo intelligi putat Autor, omne forum esse apud *Xenophontem* excludendum. Credit ergo, reponendum esse: τὰ μὲν ὄνια; quod sit inutile, & intelligi homines abjectos & viles, itaque ἐξηγητικῶς addi ἀγοραῖοι, vel σικήμκτα ὄνια seu τῶν ονίων, qui in illo liberali foro dicantur esse τὰ βασίλεια καὶ τὰ ἄλλα ἀρχεῖα. Utinam exemplum hujus vocabuli ex Autore Græco potuisset afferre. Quid opus argutari? Vulgata lectio cum loco *Herodoteo* probe consentit. *Xenophon* nihil nisi hoc dicere voluit, quæ res in Græcorum foris reperiuntur, nempe merces, turba forensis, clamores, eas omnes ab isto liberali foro abesse. Ipsa verba non sunt ad vivum resecanda. Certe hæc commodior est & usitatior ratio, quam quæ novum vocabulum inducit, quo nemo quisquam scriptor Græcus usus est.

Fatemur, egregias quasdam observationes in hoc libello afferri; sed optaremus, ut in his rebus, quæ jam ab aliis sæpe dictæ sunt, adeoque frustra repetuntur, brevior esse voluisset Rev. Autor. Quis e. c. vel mediocriter his literis doctus nescit, ι & ει a librariis Græcis permutari. Quorsum ergo opus, rem istam tot
Pag. 11. autoritatibus confirmare? Quis ignorat, quæ de ἀγοραίοις, de
12. conventu, *Jo. Fr. Gronovius* in *Observationibus*, item *de Pecunia veteri*, dixit, cum nemo hodie, se aliquid scire in hoc literarum genere, sine summa impudentia dicere possit, qui non *Gronovianos* libros legit, ac pæne edidicit. Quare ergo ista *pag. 528* & *529* repetuntur? Ceterum non dubitamus, quin libentius multi sint hunc librum lecturi, nisi ea scribendi docendique ratio esset adhibita, quæ non potest non lectoribus non patientissimis fastidium movere. Neque tamen hæc eo dicuntur, ut absterrere Rev. Autorem a suscepto consilio velimus, sed eum potissimum hortamur, ut in eo itinere, quod semel ingressus est, strenue pergat.

PETRI

PETRI HORREI, G. F. E. WORC. MISCELLAneorum criticorum Libri duo, quorum alter ex variis, Græcis, Latinis, varia sacrorum, exterorum, Scriptorum complectitur; alter vocabuli φάτνη *originem, usum apud Seniores & reliquos, ubi loci plures septuaginta &c. illustrantur, emendantur, vindicantur; inprimis* Luc. II, 7, *ubi* ἡ φάτνη τοῦ Κυρίου ἡμῶν *indagatur, tractat. Procemium etiam* περὶ τοῦ Κυρηνίου, Luc. II, 2.

Leovardiæ, excudit Tobias van Dessel, Illustrium Frisiæ Ordinum typographus, & Harlingæ, apud Folkert van der Plaats, bibliopolam, 1738, 8 maj.

Alph. 1 plag. 8.

Maximam omnino laudem mereri Criticæ sanioris, atque etiam singulatim Græcæ linguæ, studium, omnes, rerum periti, intelligunt. Illa quo magis hoc fastidioso seculo contemnitur, quoque eminentior est, quam affert, utilitas; hoc severiori lege *in ea est proficiendum*, hocque majoribus, qui asperum ejusmodi curriculum ineunt, adhortationibus sunt incitandi. Græca vero lingua, præcipua illa Latinarum literarum mater, felicissima eruditionis antiquæ nutrix, non minorem postulat assiduitatem, neque etiam minimam laudem reportat. Quemadmodum vero in excessu æque magnum, quam in defectu, vitium inest, ita & hic cavendum esse videtur, ne audaciam Critica, ne ostentationem Græcæ linguæ cognitio, prodat, sed, ut auream potius illam mediocritatem sedulo amplectamur, curandum. Hæc autem, quam facilia dictu, tam actu sunt difficilia, ita, ut, jure quodam nostro, affirmare queamus, vix centesimum quemque literatorum hunc in censum venire, ceteros vel huc, vel illuc, vagari aberrantes. Hæ sunt meditationes, in quas, doctum hunc, qui ante manus est, librum obiter lustrantes, forte fortuna incidimus. Venerabilis illius Autor non solum in scriptis sanctioribus atque profanis insignem se Criticum exhibet, sed, quantum etiam Græcæ linguæ præ se ferat amorem, vel ex sola Dedicatione, ad Perillustrem *Idzardum* a

Sminia, Prætorem in *Hennaarderadeel*, &c. directa, patebit. Quod Dedicationem excipit Procemium, in *Cyrenii* nomen varias, easdemque acutissimas, profano tamen, quam sacro, codice digniores, conjecturas affert. Sed in limine hærere nolumus, cum
Lib. I instructissima nos penetralia invitent. Principium Commenta-
Cap. 1. tionum suarum principium Poematum *Arati* non immerito Rev. Autor effecit. Tam notatu dignum illud est initium, ut & quædam ejus verba, sanctissimo spiritu actus, scriptis suis inseruerit *Paulus*. Quanquam enim sunt, qui, ad alium locum respexisse divinum legatum, arbitrantur, Patrum tamen potissimum autoritate, nominatim *Chrysostomi*, *Hieronymi*, *Clementis Alexandrini*, suam Noster fulcit sententiam, concedens interim, aliorum illum sententias haud ignorasse, quod ex verbis appareat: ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι. Hac data occasione locus *Matth. XXVII, 9*, simul explicatur; & ita demum ad ipsos *Arati* versus illustrandos progreditur Rev. Autor.
2. Cum istis deinde ex *Oppiani* Κυνηγετικ. *versus noni* examen conjungit, ubi verba sunt: Εὐμενέες Τιτὰν Φαέθων καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων. Afferit præsertim, atque confirmat, Φαέθων nomen esse proprium, & simul originem hujus nominis
3. pervestigat. *Capite tertio*, quod *Luc. I, 3*, reperitur, Θεοφίλου nomen scrutatur, ac, ὄνομα κύριον esse, adstruit ex variis, inprimis ex nomine ipso. Inquirit porro in nominis significationem, quod proprie notet Deo carum vel gratum, aut etiam Dei a-
4. mantem. Quod adjecit sacer Scriptor vocabulum κράτιστε, proximam Commentationem efficit. Illud quidem dignitatis proprie titulus est, sed & de virtute optimis usurpatur, id quod vel unus *Plutarchus* illustrare potest. Hoc loco persona, & quidem illustris forte Præses, designari judicatur. Inde dissensus fit ab *Hasæo*, *Wolfio*, *Cannegietero*, &, κράτιστος, magistratuum titulum, non esse per Latinismum, sed satis antiquum, con-
5. firmatur. Jamjam laudati *Cannegieteri* nonnulla pariter examinantur, ubi *Aviani* Fabularum inscriptio lustratur. Inquiritur hic potissimum, quis fuerit, cui fabulæ inscribuntur, *Theodosius*, &, esse hunc forte alium ab Imperatore, docetur; sed, si vel maxime ille ipse fuisset, κρατίστου, qui adjicitur, titulum ipsum prome-

promereri ostenditur, quoque id sensu, quo discrimine, fiat, monstratur. Inde altius inquiritur in hoc ipsum adjectum, quoad derivationem a *κράτος, robur, imperium*, cujus signum fuerit *κέρας*, quo velut ex fonte significationes emanent variæ, ut & quoad collationem cum ἄριστος, ab ἀρετὴ, ἄρης. Quæ simul dicta superiorem *Lucæ* ad locum accommodantur. Hac occasione data, inquisitio sequitur in *Epaphroditum Josephi*, cui Cap. 6.
pariter *κρατίστου* titulum adjecit. Nomen hujus *Epaphroditi*, qui forte diversus est ab illo, cujus in sanctissimis literis fit mentio, ἀπὸ τῆς Ἀφροδίτης derivatur, ita, ut *venustum* indicet; qua occasione loquendi ratio, qua Spiritus sanctus in *Actis* utitur, ἀστεῖος τῷ Θεῷ, asseritur, atque ad tractationem de *Venustianis*, quorum *Augustinus* facit mentionem, hæreticis fit 7.
transitus. Istorum nominis originem dum disquirit Noster, varia de Venere profert, quæ secundum doctrinam *Zoroastris* ac Manichæorum pro principio mali forte fuerit habita, unde etiam Luna, aut Venus, objectum cultus fuerit apud Manichæos. Ceterum *Augustini* verba, quæ egregie a Rev. Critico nostro illustrantur, sunt *de Hæresibus Cap. 85: Paterniani inferiores partes humani corporis non a Deo, sed a diabolo, factas opinantur, & omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes, impurissime vivunt. Hos etiam* Venustianos *quidam vocant.* Cum istis perversissimæ hæresis fautoribus 8.
conjungitur non melioris patronus, qui *Thebuthis* apud *Hegesippum*, *Theodades* apud *Clementem Alexandrinum*, vocatur. Ubi simul variæ *Pearsoni, Vossii, Dodwelli*, item *Henrici Valesii*, sententiæ obiter percensentur atque examinantur. *Capite nono Ar-* 9.
riani verba, quæ non procul ab initio *de expeditione Alexandri* legimus, explicantur. Sunt autem hæc; Ἐπανελθόντα δὲ ἐς Μακεδονίαν, ἐν παρασκευῇ εἶναι τοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν στόλου· ἅμα δὲ τῷ ἦρι ἐλαύνειν ἐπὶ Θρᾴκης, ἐς Τριβαλλοὺς καὶ Ἰλλυριούς. Hæc posteriora potissimum verba etiam insequenti exponuntur
Capite, quamque ob rem Ἰλλυριοὶ in subsequentibus apud *Arria-* 10.
num verbis præfigantur, inquiritur. Similiter reliqua *Capita* partim 11-16.
sequentibus *Arriani* verbis, partim versibus *Arati*, explicandis
impenduntur. *Libro secundo* istorum *Miscellaneorum* vocabu- Lib. II.

 lum

Cap. 2. lum *φάτνης Luc. II, 7*, uberius explicatur, ejusque ante omnia propria significatio adstruitur. Respondet nimirum, ut *Schotanus* ait, Hebraico אבו, & ipsa etiam origo Hebræa esse videtur, ubi פה *os* denotat; inde *πάω*, & hinc *φάγω*, &c. Confertur etiam Hebraico פת, unde forte *φάτνη* quasi *φάτμη*. Agitur hac occasione de more triturandi atque serendi in Oriente
3. apud veteres æque ac recentiores. Inde locus *Jes. I, 2, 3*, secundum interpretationem LXX accuratius exponitur, ac *Basi-*
4. *lii παράφρασις* examinatur; vindicatur etiam simul lectio vul-
5. gata *τῶν ὁ: ὁ λαός με οὐ συνῆκεν*; item locus quidam *Clementis Alexandrini*, ubi de equis, *καὶ ἵπποι*, ait, *ἀναβάτην ἀποσεισάμενοι, ἐν ἵππου συζεύγματι ὑπήκουσαν τῷ δεσπότῃ*. Postea
6. investigatur, utrum אבוס *Job. XXXIX, 12*, *aream*, an *præse-*
7. *pe*, significet, & hoc quidem asseritur; ut & *Proverb. XIV, 4*, vel *præsepe*, vel *horreum*, aut *aream*, non vero *stabulum*, innui, monstratur. Neque alia omnino prætermittuntur loca,
8-13. e. g. *Prov. XV, 17*, ubi *βοῦν φατνιαζόμενον*, *Jerem. L, 26*, ubi באבוסי, *Cantic. VII, 3*, ubi *κοιλίαν θημωνίαν σίτου* memorat Scriptura, item *2 Paral. XXXII, 28*, *1 Reg. XIII, 6*, *1 Sam. XXIII, 1*, *Joel. I, 17*, *Habac. III, 17*, & quæ sunt reliqua; maxime tamen in duobus postremis locis explicandis copiosum se præ-
14. bet atque accuratum Autor. Verum non apud sacros solum, sed exteros pariter, scriptores *φάτνης* vocabulum *præsepe* denotat, & quidem tam boum, quam equorum atque asinorum. Hic simul proverbia illustrantur: Κύων ἐν τῇ φάτνῃ κατακειμένη, & *Homericum* illud: Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ; quanquam hoc posterius vix cum *Erasmo* proverbium esse judicat Noster. Hic
15. vocabuli Latinorum *præsepis*, id quod Græco respondere osten-
16. derat, eruditam statim considerationem subjunxit, ac denique, congregatis quasi & comprehensis argumentis, *Lucæ φάτνην* haud *stabulum* esse, sed *præsepe*, proprie sic appellatum, luculenter satis evincit. Scribendi genus in his *Miscellaneis* tale est prorsus, quale esse in *Observationum* libro, paulo ante diximus.

THEODORI JANSONII AB ALMELOVEEN Fastorum Romanorum Consularium Libri duo, quorum prior juxta seriem annorum, posterior secundum ordi-

nem

nem alphabeticum, digestus, continet plurimas veterum Scriptorum, maxime Historicorum, Legum veterum atque Inscriptionum, ut & Pandectarum, omniumque Codicum, Theodosiani, Justinianei, Gregoriani, & Hermogeniani, emendationes. Accedunt Præfecti urbis Romæ & Constantinopolis. Editio altera, auctior multo & emendatior; additis Fastis Consularibus Græcis ex Codice MSto Bibliothecæ Mediceæ; Fastis Consularibus Latinis ex MSto Bibliothecæ Oxoniensis, quæ Collegii Corporis Christi est; HENR. BRENCMANNI Epistola de Consulibus, quorum in Pandectis fit mentio, nec non castigationibus in errata typographica inscriptionum & subscriptionum Libri primi Codicis Justinianei.

Amstelædami, apud Jansonio-Waesbergios, 1740, 8 maj. Alph. 2.

Primus hujus libri Autor, Vir quondam celeberrimus, Medicinæ atque elegantiorum literarum in Academia Harderovicensi Prof. Publ., *jam* A. 1712 inter defunctos relatus, præclare omnino curam suam in libro isto publici juris faciendo collocavit, eodemque famam & gloriam sibi mirificam comparavit. Neque minus laudabile opus suscipit, qui librum hunc auctum atque emendatum edidit, atque Illustrissimo Viro *Cornelio van Bynkershoek* dedicavit, *Jo. Ludovicus Uhlius.* Nos vero in eo percensendo tanto jam breviores erimus, quanto distinctius illius momenta vel titulus indicat, quantoque minus nostrum esse putamus, cramben jam antea coctam apponere. In Præfatione laudem merito accipit editio illa prior, Amstelodami A. 1705, 8, publicata, atque immortalis pariter *Fabricii* verbis, quæ in ipsius *Bibliograph. antiquar. pag. 217* exstant, inprimis commendatur. Quas hic ipse ibidem optavit curas *Almeloveenii* secundas, limatissimasque observationes novas, hac in nova *Indice* reperimus. Suppeditavit illas Editori *Henricus a Sypesteyn*, Doornensium in Ultrajectensi ditione Pastor clarissimus. His auctus Noster, multa Scriptorum loca, quorum quidem

dem copiam habere poterat, consuluit, hocque modo non pauca, falso citata, emendavit. Inde *Hadriani Relandi*, quam *Fastis* fratris sui adjecerat, Appendicem totam isthuc derivavit. Addidit præterea inscriptiones & subscriptiones *Justinianei* Codicis, a typographorum incuriis vindicatas a *Candido Adiniva Grananesio*, quas Vir Cel. *Jacobus Philippus D' Orville* cum ipso communicarat, quasque ab *Henrico Brencmanno* maxime collaudatas viderat. Ceterum, cum Celeberrimi Viri, *Petrus Burmannus*, *Arnoldus Drakenborchius*, *Dominicus Georgi*, *Jo. Dan. Ritterus*, *Polenus*, & alii, passim ab *Almeloveeni* sententia recedant, atque ipse etiam Editor diversa hinc atque illinc sentiat, peculiarem Animadversionum libellum publicare laborat, quem quidem, non sine desiderio, exspectamus.

HENRICI KÜHN, J. U. D. IN ATHENÆO Gedanensi Mathematum Professoris, Solutio Dubiorum Hydraulicorum & Aerometricorum, in Diario Trevoltiensi A. 1741 Artic. 85 & 94 propositorum.

Non me latebat, multis paradoxa visum iri, quæ in Meditationibus *de Origine Fontium*, Burdigalæ A. 1741 impressis, de valde inæquabili Telluris figura, de diversorum marium, Oceanique ipsius, diversa altitudine, & de Euriporum sorbentium vomentiumque usu, affirmaveram. Proinde, cum in dies magis magisque perspexissem, quantum præsidii positum sit in theoria de tantopere inæquabili Geocosmi figura, pro systemate de origine fontium luculentius explicando, aliisque illustribus Problematibus physicis rectius resolvendis; ipsemet occasionem quæsivi, ut eam intelligentium examini offerrem, Virique Celeberrimi - - -, quocum abhinc aliquot annis commercium literarum alo, cujusque in Mathesin sublimiorem merita suspicio, de ea, quam statuo, valde inæquabili Terræ forma judicium elicere possem. Hinc oriebatur amica inter nos veritatis disceptatio, cujus is fuit exitus, ut idem, omnibus, quæ in utramque partem magno studio in medium allata erant,

erant, probe pensitatis, ingenue fateretur, se meam hypothesin ad incommodum trahere dilucide non posse; tam notabilem autem in cursu fluminum inesse declivitatem, me ex derivatione rivorum molendinis agitandis idoneorum adeo perspicue ostendisse, ut hoc argumentum sibi omni exceptione majus videatur; & propterea meam sententiam sibi non solum probabilem factam esse, sed se jam fere in meas partes transire; ad notitiam igitur veræ Telluris formæ acquirendam optandum esse, ut potius in posterum majori cura declivitates præcipuorum fluviorum observentur, quibus cognitis, simul de inæqualitate superficiei maris certos nos esse posse; quod negotium, cum etiamnunc maximis difficultatibus fuerit obnoxium, machina, ad hoc exquisitissime a me excogitata, tantopere sublevatum esse, ut sibi nullum sit dubium, quin hujus machinæ frequenti usu tandem vera superficiei Terræ figura nobis innotescat.

Cum ista agerentur, cura Amici eruditi, nunc in Gallia commorantis, ad me perscriptæ sunt difficultates, in *Diario Trevoltiensi* amice propositæ, & præcipue contra inæqualem marium altitudinem, eumque, quem pro genesi fontium explicanda feci, *voraginum sorbentium vomentiumque usum*, motæ. Reperi easdem diligenti discussione dignas; quam in longiorem diem differendam non existimavi, cum doctissimus dubiorum Autor egregium veri cognoscendi ardorem ostendat, & aperte profiteatur, sese horum objectu occasionem mihi suppeditare voluisse, dilucidius pleniusque dicendi de re, explicatus satis difficiles habente. Quo in negotio ita versabor, ut ante omnia ex iis, quæ in Commercio Mathematico, supra commemorato, acta sunt, meam de valde inæquabili Telluris forma sententiam prolatis idoneis argumentis firmem, & ab exquisitis difficultatibus objectis liberem, ne dein, pro eximendis Cl. Censori scrupulis, carptim & disperse dici necesse sit, quæ commodius uno dicendi tenore peraguntur. Nimirum in Opusculo de Origine fontium haud pauca quoque dixi de vera figura Telluris, ex consideratione cursus fluminum determinabili, & cur, *Cassinianam* hypothesin ad hypothesin naturæ propius accedere, existimem, quam *Newtonianam*, (inter alia exinde, quod partes

Oceani intra Tropicos in æquilibrio consistant cum ejusdem partibus extra Tropicos, licet illæ aquam multo salsiorem gravioremque vehant, adeoque diameter Æquatoris notabiliter minor esse debeat diametro per polos, si utraque in Oceano desinat,) tametsi ex permultis de cursu fluminum observationibus persuasum habeo, Tellurem considerari non posse ut solidum, ex rotatione cujuscunque figuræ circa axem genitum, adeoque, quod nunc addo, ad veram figuram Telluris (tractibus montosis abstrahendo remotis) inveniendam parum profici, etsi, quod minime sperandum, per integram quadrantem unius ejusdemque Meridiani dati, longitudo singulorum graduum tam stupenda diligentia jam inventa esset, qua longitudinem gradus sub Circulo polari, in Meridiano Torneensi, nuperrime determinavit Cel. *Maupertuisius*. Ejusdem peregregium Opus, *la Figure de la Terre determinée par les Observations*, haud pridem denuo legi. Per eam occasionem inspexi quoque *Historiam Academiæ Scientiarum Parisiensis A. 1700 a pag. 145* ad *148*, (edit. Amstelod.) *A. 1701 pag. 120 & 121; A. 1713* a *pag. 84* ad *89*, & præcipue a *pag. 250* ad *264*, nec minus Cel. *Mairani* profundas Meditationes, in eadem *Historia A. 1720* a *pag. 86* ad *354* propositas, quibus lectionem egregii Operis, *de la Grandeur & de la Figure de la Terre*, nuperrime adjunxi.

Si autem de celeberrima ista nostri ævi controversia dicere licet, quod sentio, de dimensionibus & latitudinum differentiis, in Gallia & Lapponia observatis, ne minima quidem mihi relinquitur erroris suspicio; nec audiendi sunt, qui nunc *Cassini*, nunc *Maupertuisii*, labores cavillantur, minutiarum momentum exaggerantes in re, ubi de minutiis non agitur, aut errores ipsis affingentes, qui in tanti fastigii Geometras non cadunt: at de modo ex ejusmodi observationibus figuram Terræ colligendi multum dubito, an is admitti possit, etsi, Mathematicorum plerosque eum aut sequi, aut saltem non improbare, videam. Celeberrimis Viris, *Maupertuisio* æque ac *Cassino*, propositum fuit, relictis hypothesibus eam investigare Telluris figuram, qualem observationes accuratissimæ postularent. Quando autem ex uno paucisve gradibus Meridiani unius actu dimensis,

mensis, nimis incompleta inductione (in rebus præsertim physicis maxime cavenda) permoti, supponunt magis, quam colligunt, progressionem longitudinis aliquot graduum, in uno Meridiano a se observatam, per integrum quadrantem ejusdem & reliquorum Meridianorum locum habere, denuo ad hypotheses relabuntur. Unde mirum non est, dimensiones, in admodum distantibus locis institutas, dare figuras Telluris secum pugnantes, nec adeo dijudicari posse, an Tellus sit sphæroides versus polos depressum, an oblongum; cum utraque sententia certissimis observationibus niti videatur. Quamprimum dimensiones aliquot graduum prope Æquatorem in Peruvia factæ innotescent, ex iisdem eadem methodo consueta haud dubie pronuntiabitur (non pro sphæra, sed) aut pro sphæroide depresso, aut oblongo. Utrumvis autem horum accidat, satis certum habeo, proportionem diametri Æquatoris ad axem, ex Peruvianis observationibus deductam, mire dissensuram ab ea, quæ vel ex *Cassinianis*, vel *Maupertuisianis*, observationibus colligitur, nec tres Tabulas, pro longitudine graduum Meridiani conditas, valituras esse, nisi in ipsis locis actu dimensis. E. g. Tabula Cel. *Cassini* haud dubie valet in Meridiano Parisiensi soli Gallici; at in Meridiano ostii Rhodani per Galliam non amplius valebit, cum ex Mappis hydrographicis, curatius solito inspectis, constet, in Meridiano Parisiensi solum Galliæ, a gradu latitudinis 42, saltem usque ad gradum 45 acclive esse, cetera parte versus fretum Britannicum declivi existente, in Meridiano autem ostii Rhodani, solum Galliæ inde a gradu circiter 42 fere usque ad gradum 48 acclive esse, reliquam demum partem versus Belgium mediocrem saltem declivitatem habere. Porro video, omnes, qui pro figura sphæroidis elliptici, sive depressi, sive oblongi, pugnant, hypothesi modo commemoratæ adhuc aliam adjungere, dum supponunt, Meridianum terrestrem necessario esse lineam horizontalem veram, seu, quod eodem redit, lineam directionis gravium ad Meridianum terrestrem ubique perpendicularem esse. Hæc vero hypothesis minime idem valet, ac propositio Statica, innumerabilibus tot Seculorum observationibus comprobata, lineam directionis gra-

vium, ad superficiem aquarum stagnantium, seu quiescentium, perpendicularem esse, posito scilicet fluido ubique homogeneo. Enimvero, isthanc hypothesin, consequenter etiam figuram Meridiani terrestris ellipticam, naturæ rerum repugnare, haud difficulter ostendi potest. Concipiantur duo aquæductus, alter in directione Meridiani Parisiensis a gradu latitudinis 42 usque ad 50 vel 51°, alter in Meridiano Torneensi a *Kittis* per *Kuckula* versus *Torneam*, hoc est, a latitudine 66°, 48′, 20″, usque ad 65°. 50′. 50″, quorum uterque, quod constat ex Mappis, possibilis est, ille quidem tendens ab Austro versus Septentrionem, hic a Septentrione versus Austrum, etsi cum declivitate, ordinariam fluminum aliquantum superante. Hi ergo aquæductus præberent arcus Meridiani terrestris, eosque ad dimensionem actu faciendam percommodos, præsertim si glacie obducti ponantur. Jam quid futurum esset? An lineæ directionis gravium ad aquæductuum superficiem perpendiculares esse reperirentur? Neutiquam; sed in illo linea directionis cum superficie versus Austrum faceret angulum recto paulo minorem, in hoc vero, itidem cum superficie versus Austrum, daret angulum recto paulo majorem; nempe si circiter fuerit mensura declivitatis mediæ = 1 : 100, adeoque angulus declivitatis alvei = 0°. 34′, erit versus Austrum, angulorum directionis ille = 89°. 26′, hic vero = 90°. 34′.

Hoc loco, re ita postulante, commemorandum videtur, me in *Historia Academiæ Scientiarum Parisiensis A. 1713 pag. 85 & 86* animadvertisse propositionem aliquam, axiomatis loco a Cel. *Cassino* aliisque habitam, quam, nisi omnia me fallunt, veram esse non agnosco. Sit (vid. *Tab. III Fig. 1,*) semidiametro Æquatoris *TA* descriptus quadrans Circuli *AP*, itemque alius arcus exterior *Aπ*, & interior *Ap*, una cum Tangente *AQ*, producaturque *TA* in *Z*, quod sit Zenith loci *A*. Hic Cel. *Cassinus* recte affirmat, spectatorem ex *A*, ob immensam fixarum a Tellure distantiam, visurum esse polum *P* in *Q*, adeoque in *A* fore elevationem poli = 0. Quando vero addit, in hypothesi Terræ planæ, cujus scilicet Meridianus terrestris est recta *AQ*, spectatorem nullos gradus latitudinis acquisiturum, etsi

TAB. III Fig. 1.

etsi infinito intervallo ex A versus Q progrediatur; id saltem verum esse videtur, posita distantia centri gravium $TA = \infty$, & hoc ipsum non solum in Meridiano rectilineo AQ valeret, sed etiam in curvilineo quocunque AP, vel $A\pi$, vel Ap, si sit $TA = \infty$. In omni autem reliquo casu, incedendo super recta Ab, omnes gradus latitudinis successive acquiri possunt; etsi maxima latitudo $= 90°$ obtineri nequeat, nisi ubi facta est $Ab = \infty$. E. g. in loco H spectatoris Zenith erit (non in v, sed) in z, ejus conditionis, ut zH producta cadat in centrum gravium T, & loci H linea horizontalis non amplius erit HQ, sed potius HL ad zH perpendicularis, locique H latitudo seu elevatio poli fiet $= QHL = RHA = HTA = 20°$, æque ut in reliquis omnibus punctis, quæ in recta zHT assumi possunt. Nimirum, ad horizontem loci verum definiendum, respiciendum non est ad naturam lineæ, super qua eundo ad locum datum perventum est, sed tantum ad angulum rectum, ope lineæ directionis gravium in dato loco H determinandum. Ceterum, si gravia ad unicum centrum T tendunt, angulus, quem linea directionis eorum cum superficie efficit, super Meridiano Ap, versus A semper est acutus (z. 20. A); super $A\pi$ obtusus (z. 20. A); uti super Circulo AP semper est rectus. Pro figura igitur Telluris determinanda, in diversis tractibus diversa, mihi sufficere videtur latitudo locorum observata, & propositio Statica, de linea directionis gravium ad superficiem aquarum homogenearum & quiescentium perpendiculari, applicata ad diligentem considerationem cursus præcipuorum fluminum mariumque; in quam methodum præter exspectationem meam incidi, cum de Origine fontium commentari vix cœpissem. Vid. §. 2 Dissertationis *de Origine fontium*. Hanc methodum sequendo, eventus dimensionis Meridiani in Gallia & Lapponia ruditer prædici potuisset; cujus rei specimen aliquod dedi in duobus Problematibus subjectis, minime quidem accuratum, sed tamen tale, quale præstari potest ab eo, qui rem ipsam oculis non subjecit, nec veram fluminum longitudinem, nec veram declivitatem aquarum, non ubique eandem, est dimensus. Quodsi aliquando in re præsenti hujus methodi periculum

Cap. 2. lum *φάτνης Luc. II, 7*, uberius explicatur, ejusque ante omnia
propria ſignificatio adſtruitur. Reſpondet nimirum, ut *Schotanus* ait, Hebraico ▭אבו, & ipſa etiam origo Hebræa eſſe videtur, ubi פה *os* denotat; inde *πάω*, & hinc *φάγω*, &c. Confertur etiam Hebraico ▭פת, unde forte *φάτνη* quaſi *φάτμη*. Agitur hac occaſione de more triturandi atque ſerendi in Oriente
3. apud veteres æque ac recentiores. Inde locus *Jeſ. I, 2, 3*, ſecundum interpretationem LXX accuratius exponitur, ac *Baſi-*
4. *lii παράφρασις* examinatur; vindicatur etiam ſimul lectio vul-
5. gata *τῶν ὀ: ὁ λαός μȣ οὐ συνῆκεν*; item locus quidam *Clementis Alexandrini*, ubi de equis, *καὶ ἵπποι*, ait, *ἀναβάτην ἀποσεισάμενοι, ἐν ἵππου συζύγματι ὑπήκȣσαν τῷ δεσπότῃ*. Poſtea
6. inveſtigatur, utrum אבוס *Job. XXXIX, 12*, *aream*, an *præſe-*
7. *pe*, ſignificet, & hoc quidem aſſeritur; ut & *Proverb. XIV, 4*, vel *præſepe*, vel *horreum*, aut *aream*, non vero *ſtabulum*, innui, monſtratur. Neque alia omnino prætermittuntur loca,
8-13. e. g. *Prov. XV, 17*, ubi *βοῶν φατνιαζόμενον*, *Jerem. L, 26*, ubi ▭באבוסי, *Cantic. VII, 3*, ubi *κοιλίαν θημωνίαν σίτου* memorat Scriptura, item *2 Paral. XXXII, 28*, *1 Reg. XIII, 6*, *1 Sam. XXIII, 1*, *Joel. I, 17*, *Habac. III, 17*, & quæ ſunt reliqua; maxime tamen in duobus poſtremis locis explicandis copioſum ſe præ-
14. bet atque accuratum Autor. Verum non apud ſacros ſolum, ſed exteros pariter, ſcriptores *φάτνης* vocabulum *præſepe* denotat, & quidem tam boum, quam equorum atque aſinorum. Hic ſimul proverbia illuſtrantur: *Κύων ἐν τῇ φάτνῃ κατακειμένη*, & *Homericum* illud: Βοῦς ἐπὶ φάτνῃ; quanquam hoc poſterius vix cum *Eraſmo* proverbium eſſe judicat Noſter. Hic
15. vocabuli Latinorum *præſepis*, id quod Græco reſpondere oſten-
16. derat, eruditam ſtatim conſiderationem ſubjunxit, ac denique, congregatis quaſi & comprehenſis argumentis, *Lucæ φάτνην* haud *ſtabulum* eſſe, ſed *præſepe*, proprie ſic appellatum, luculenter ſatis evincit. Scribendi genus in his *Miſcellaneis* tale eſt prorſus, quale eſſe in *Obſervationum* libro, paulo ante diximus.

THEODORI JANSONII AB ALMELOVEEN Faſtorum Romanorum Conſularium Libri duo, quorum prior juxta ſeriem annorum, poſterior ſecundum ordi-

nem

nem alphabeticum, digestus, continet plurimas veterum Scriptorum, maxime Historicorum, Legum veterum atque Inscriptionum, ut & Pandectarum, omniumque Codicum, Theodosiani, Justinianei, Gregoriani, & Hermogeniani, emendationes. Accedunt Præfecti urbis Romæ & Constantinopolis. Editio altera, auctior multo & emendatior; additis Fastis Consularibus Græcis ex Codice MSto Bibliothecæ Mediceæ; Fastis Consularibus Latinis ex MSto Bibliothecæ Oxoniensis, quæ Collegii Corporis Christi est; HENR. BRENCMANNI Epistola de Consulibus, quorum in Pandectis fit mentio, nec non castigationibus in errata typographica inscriptionum & subscriptionum Libri primi Codicis Justinianei.

Amstelædami, apud Jansonio-Waesbergios, 1740, 8 maj. Alph. 2.

Primus hujus libri Autor, Vir quondam celeberrimus, Medicinæ atque elegantiorum literarum in Academia Harderovicensi Prof. Publ., *jam* A. 1712 inter defunctos relatus, præclare omnino curam suam in libro isto publici juris faciendo collocavit, eodemque famam & gloriam sibi mirificam comparavit. Neque minus laudabile opus suscipit, qui librum hunc auctum atque emendatum edidit, atque Illustrissimo Viro *Cornelio van Bynkershoek* dedicavit, *Jo. Ludovicus Uhlius.* Nos vero in eo percensendo tanto jam breviores erimus, quanto distinctius illius momenta vel titulus indicat, quantoque minus nostrum esse putamus, cramben jam antea coctam apponere. In Præfatione laudem merito accipit editio illa prior, Amstelodami A. 1705, 8, publicata, atque immortalis pariter *Fabricii* verbis, quæ in ipsius *Bibliograph. antiquar. pag. 217* exstant, inprimis commendatur. Quas hic ipse ibidem optavit curas *Almeloveenii* secundas, limatissimasque observationes novas, hac in nova indice reperimus. Suppeditavit illas Editori *Henricus a Sypesteyn*, Doornensium in Ultrajectensi ditione Pastor clarissimus. His auctus Noster, multa Scriptorum loca, quorum quidem

dem copiam habere poterat, consuluit, hocque modo non pauca, falso citata, emendavit. Inde *Hadriani Relandi*, quam *Fastis* fratris sui adjecerat, Appendicem totam isthuc derivavit. Addidit præterea inscriptiones & subscriptiones *Justinianei* Codicis, a typographorum incuriis vindicatas a *Candido Adiniva Granane sio*, quas Vir Cel. *Jacobus Philippus D'Orville* cum ipso communicarat, quasque ab *Henrico Brencmanno* maxime collaudatas viderat. Ceterum, cum Celeberrimi Viri, *Petrus Burmannus*, *Arnoldus Drakenborchius*, *Dominicus Georgi*, *Jo. Dan. Ritterus*, *Polenus*, & alii, passim ab *Almeloveeni* sententia recedant, atque ipse etiam Editor diversa hinc atque illinc sentiat, peculiarem Animadversionum libellum publicare laborat, quem quidem, non sine desiderio, exspectamus.

HENRICI KÜHN, J. U. D. IN ATHENÆO Gedanensi Mathematum Professoris, Solutio Dubiorum Hydraulicorum & Aerometricorum, in Diario Trevoltiensi A. 1741 Artic. 85 & 94 propositorum.

Non me latebat, multis paradoxa visum iri, quæ in Meditationibus *de Origine Fontium*, Burdigalæ A. 1741 impressis, de valde inæquabili Telluris figura, de diversorum marium, Oceanique ipsius, diversa altitudine, & de Euriporum sorbentium vomentiumque usu, affirmaveram. Proinde, cum in dies magis magisque perspexissem, quantum præsidii positum sit in theoria de tantopere inæquabili Geocosmi figura pro systemate de origine fontium luculentius explicando, aliisque illustribus Problematibus physicis rectius resolvendis; ipsemet occasionem quæsivi, ut eam intelligentium examini offerrem, Virique Celeberrimi - - -, quocum abhinc aliquot annis commercium literarum alo, cujusque in Mathesin sublimiorem merita suspicio, de ea, quam statuo, valde inæquabili Terræ forma judicium elicere possem. Hinc oriebatur amica inter nos veritatis disceptatio, cujus is fuit exitus, ut idem, omnibus, quæ in utramque partem magno studio in medium allata

erant

erant, probe pensitatis, ingenue fateretur, se meam hypothesin ad incommodum trahere dilucide non posse; tam notabilem autem in cursu fluminum inesse declivitatem, me ex derivatione rivorum molendinis agitandis idoneorum adeo perspicue ostendisse, ut hoc argumentum sibi omni exceptione majus videatur; & propterea meam sententiam sibi non solum probabilem factam esse, sed se jam fere in meas partes transire; ad notitiam igitur veræ Telluris formæ acquirendam optandum esse, ut potius in posterum majori cura declivitates præcipuorum fluviorum observentur, quibus cognitis, simul de inæqualitate superficiei maris certos nos esse posse; quod negotium, cum etiamnunc maximis difficultatibus fuerit obnoxium, machina, ad hoc exquisitissime a me excogitata, tantopere sublevatum esse, ut sibi nullum sit dubium, quin hujus machinæ frequenti usu tandem vera superficiei Terræ figura nobis innotescat.

Cum ista agerentur, cura Amici eruditi, nunc in Gallia commorantis, ad me perscriptæ sunt difficultates, in *Diario Trevoltiensi* amice propositæ, & præcipue contra inæqualem marium altitudinem, eumque, quem pro genesi fontium explicanda feci, voraginum sorbentium vomentiumque usum, motæ. Reperi easdem diligenti discussione dignas; quam in longiorem diem differendam non existimavi, cum doctissimus dubiorum Autor egregium veri cognoscendi ardorem ostendat, & aperte profiteatur, sese horum objectu occasionem mihi suppeditare voluisse, dilucidius pleniusque dicendi de re, explicatus satis difficiles habente. Quo in negotio ita versabor, ut ante omnia ex iis, quæ in Commercio Mathematico, supra commemorato, acta sunt, meam de valde inæquabili Telluris forma sententiam prolatis idoneis argumentis firmem, & ab exquisitis difficultatibus objectis liberem, ne dein, pro eximendis Cl. Censori scrupulis, carptim & disperse dici necesse sit, quæ commodius uno dicendi tenore peraguntur. Nimirum in Opusculo de Origine fontium haud pauca quoque dixi de vera figura Telluris, ex consideratione cursus fluminum determinabili, & cur, *Cassinianam* hypothesin ad hypothesin naturæ propius accedere, existimem, quam *Newtonianam*, (inter alia exinde, quod partes

Oceani intra Tropicos in æquilibrio consistant cum ejusdem partibus extra Tropicos, licet illæ aquam multo salsiorem gravioremque vehant, adeoque diameter Æquatoris notabiliter minor esse debeat diametro per polos, si utraque in Oceano desinat,) tametsi ex permultis de cursu fluminum observationibus persuasum habeo, Tellurem considerari non posse ut solidum, ex rotatione cujuscunque figuræ circa axem genitum, adeoque, quod nunc addo, ad veram figuram Telluris (tractibus montosis abstrahendo remotis) inveniendam parum profici, etsi, quod minime sperandum, per integram quadrantem unius ejusdemque Meridiani dati, longitudo singulorum graduum tam stupenda diligentia jam inventa esset, qua longitudinem gradus sub Circulo polari, in Meridiano Torneensi, nuperrime determinavit Cel. *Maupertuisius.* Ejusdem peregregium Opus, *la Figure de la Terre determinée par les Observations*, haud pridem denuo legi. Per eam occasionem inspexi quoque *Historiam Academiæ Scientiarum Parisiensis A. 1700* a *pag. 145* ad *148*, (edit. Amstelod.) *A. 1701 pag. 120 & 121; A. 1713* a *pag. 84* ad *89*, & præcipue a *pag. 250* ad *264*, nec minus Cel. *Mairani* profundas Meditationes, in eadem *Historia A. 1720* a *pag. 86* ad *354* propositas, quibus lectionem egregii Operis, *de la Grandeur & de la Figure de la Terre*, nuperrime adjunxi.

Si autem de celeberrima ista nostri ævi controversia dicere licet, quod sentio, de dimensionibus & latitudinum differentiis, in Gallia & Lapponia observatis, ne minima quidem mihi relinquitur erroris suspicio; nec audiendi sunt, qui nunc *Cassini*, nunc *Maupertuisii*, labores cavillantur, minutiarum momentum exaggerantes in re, ubi de minutiis non agitur, aut errores ipsis affingentes, qui in tanti fastigii Geometras non cadunt: at de modo ex ejusmodi observationibus figuram Terræ colligendi multum dubito, an is admitti possit, etsi, Mathematicorum plerosque eum aut sequi, aut saltem non improbare, videam. Celeberrimis Viris, *Maupertuisio* æque ac *Cassino*, propositum fuit, relictis hypothesibus eam investigare Telluris figuram, qualem observationes accuratissimæ postularent. Quando autem ex uno paucisve gradibus Meridiani unius actu dimensis,

mensis, nimis incompleta inductione (in rebus præsertim physicis maxime cavenda) permoti, supponunt magis, quam colligunt, progressionem longitudinis aliquot graduum, in uno Meridiano a se observatam, per integrum quadrantem ejusdem & reliquorum Meridianorum locum habere, demuo ad hypotheses relabuntur. Unde mirum non est, dimensiones, in admodum distantibus locis institutas, dare figuras Telluris secum pugnantes, nec adeo dijudicari posse, an Tellus sit sphæroides versus polos depressum, an oblongum; cum utraque sententia certissimis observationibus niti videatur. Quamprimum dimensiones aliquot graduum prope Æquatorem in Peruvia factæ innotescent, ex iisdem eadem methodo consueta haud dubie pronuntiabitur (non pro sphæra, sed) aut pro sphæroide depresso, aut oblongo. Utrumvis autem horum accidat, satis certum habeo, proportionem diametri Æquatoris ad axem, ex Peruvianis observationibus deductam, mire dissensuram ab ea, quæ vel ex *Cassinianis*, vel *Maupertuisianis*, observationibus colligitur, nec tres Tabulas, pro longitudine graduum Meridiani conditas, valituras esse, nisi in ipsis locis actu dimensis. E. g. Tabula Cel. *Cassini* haud dubie valet in Meridiano Parisiensi soli *Gallici*; at in Meridiano ostii Rhodani per Galliam non amplius valebit, cum ex Mappis hydrographicis, curatius solito inspectis, constet, in Meridiano Parisiensi solum Galliæ, a gradu latitudinis 42, saltem usque ad gradum 45 acclive esse, cetera parte versus fretum Britannicum declivi existente, in Meridiano autem ostii Rhodani, solum Galliæ inde a gradu circiter 42 fere usque ad gradum 48 acclive esse, reliquam demum partem versus Belgium mediocrem saltem declivitatem habere. Porro video, omnes, qui pro figura sphæroidis elliptici, sive depressi, sive oblongi, pugnant, hypothesi modo commemoratæ adhuc aliam adjungere, dum supponunt, Meridianum terrestrem necessario esse lineam horizontalem veram, seu, quod eodem redit, lineam directionis gravium ad Meridianum terrestrem ubique perpendicularem esse. Hæc vero hypothesis minime idem valet, ac propositio Statica, innumerabilibus tot Seculorum observationibus comprobata, lineam directionis gra-

vium, ad superficiem aquarum stagnantium, seu quiescentium, perpendicularem esse, posito scilicet fluido ubique homogeneo. Enimvero, isthanc hypothesin, consequenter etiam figuram Meridiani terrestris ellipticam, naturæ rerum repugnare, haud difficulter ostendi potest. Concipiantur duo aquæductus, alter in directione Meridiani Parisiensis a gradu latitudinis 42 usque ad 50 vel 51°, alter in Meridiano Torneensi a *Kittis* per *Kuckula* versus *Torneam*, hoc est, a latitudine 66°, 48′, 20″, usque ad 65°. 50′. 50″, quorum uterque, quod constat ex Mappis, possibilis est, ille quidem tendens ab Austro versus Septentrionem, hic a Septentrione versus Austrum, etsi cum declivitate, ordinariam fluminum aliquantum superante. Hi ergo aquæductus præberent arcus Meridiani terrestris, eosque ad dimensionem actu faciendam percommodos, præsertim si glacie obducti ponantur. Jam quid futurum esset? An lineæ directionis gravium ad aquæductuum superficiem perpendiculares esse reperirentur? Neutiquam; sed in illo linea directionis cum superficie versus Austrum faceret angulum recto paulo minorem, in hoc vero, itidem cum superficie versus Austrum, daret angulum recto paulo majorem; nempe si circiter fuerit mensura declivitatis mediæ = 1 : 100, adeoque angulus declivitatis alvei = 0°. 34′, erit versus Austrum, angulorum directionis ille = 89°. 26′, hic vero = 90°. 34′.

Hoc loco, re ita postulante, commemorandum videtur, me in *Historia Academiæ Scientiarum Parisiensis A. 1713 pag. 85 & 86* animadvertisse propositionem aliquam, axiomatis loco a Cel. *Cassino* aliisque habitam, quam, nisi omnia me fallunt, veram esse non agnosco. Sit (vid. *Tab. III Fig. 1,*) semidiametro Æquatoris *TA* descriptus quadrans Circuli *AP*, itemque alius arcus exterior *Aπ*, & interior *Ap*, una cum Tangente *AQ*, producaturque *TA* in *Z*, quod sit Zenith loci *A*. Hic Cel. *Cassinus* recte affirmat, spectatorem ex *A*, ob immensam fixarum a Tellure distantiam, visurum esse polum *P* in *Q*, adeoque in *A* fore elevationem poli = 0. Quando vero addit, in hypothesi Terræ planæ, cujus scilicet Meridianus terrestris est recta *AQ*, spectatorem nullos gradus latitudinis acquisiturum, etsi

TAB. III Fig. 1.

etsi infinito intervallo ex A versus Q progrediatur; id saltem verum esse videtur, posita distantia centri gravium $TA = \infty$, & hoc ipsum non solum in Meridiano rectilineo AQ valeret, sed etiam in curvilineo quocunque AP, vel $A\pi$, vel Ap, si sit $TA = \infty$. In omni autem reliquo casu, incedendo super recta Ab, omnes gradus latitudinis successive acquiri possunt; etsi maxima latitudo $= 90°$ obtineri nequeat, nisi ubi facta est $Ab = \infty$. E. g. in loco H spectatoris Zenith erit (non in v, sed) in z, ejus conditionis, ut zH producta cadat in centrum gravium T, & loci H linea horizontalis non amplius erit HQ, sed potius HL ad zH perpendicularis, locique H latitudo seu elevatio poli fiet $= QHL = RHA = HTA = 20°$, æque ut in reliquis omnibus punctis, quæ in recta zHT assumi possunt. Nimirum, ad horizontem loci verum definiendum, respiciendum non est ad naturam lineæ, super qua eundo ad locum datum perventum est, sed tantum ad angulum rectum, ope lineæ directionis gravium in dato loco H determinandum. Ceterum, si gravia ad unicum centrum T tendunt, angulus, quem linea directionis eorum cum superficie efficit, super Meridiano Ap, versus A semper est acutus (z. 20. A); super $A\pi$ obtusus (z. 20. A); uti super Circulo AP semper est rectus. Pro figura igitur Telluris determinanda, in diversis tractibus diversa, mihi sufficere videtur latitudo locorum observata, & propositio Statica, de linea directionis gravium ad superficiem aquarum homogenearum & quiescentium perpendiculari, applicata ad diligentem considerationem cursus præcipuorum fluminum mariumque; in quam methodum præter exspectationem meam incidi, cum de Origine fontium commentari vix cœpissem. Vid. §. 2 Dissertationis *de Origine fontium*. Hanc methodum sequendo, eventus dimensionis Meridiani in Gallia & Lapponia ruditer prædici potuisset; cujus rei specimen aliquod dedi in duobus Problematibus subjectis, minime quidem accuratum, sed tamen tale, quale præstari potest ab eo, qui rem ipsam oculis non subjecit, nec veram fluminum longitudinem, nec veram declivitatem aquarum, non ubique eandem, est dimensus. Quodsi aliquando in re præsenti hujus methodi periculum

culum faciendum esset, nec in minutiis scrupulosi esse vellemus, pro longitudine cursus fluminum super glacie expedite dimetienda perquam commode adhiberi posset *Præambulator*, quem dicunt instrumentum, a Mechanicis in Anglia scite parari solitum, formam carri manualis habens, quod ope indicis circumacti satis exacte numerat pedes Parisienses eundo confectos, & in quo peripheria rotæ unius hexapedæ esse solet.

Problema 1. Data longitudine arcus Meridiani Parisiensis terrestris inter parallelos 45° & 51° actu dimensi, una cum longitudine arcus inter parallelos 45° & 46°, ruditer determinare longitudinem gradus inter parallelos 51° & 52°.

Solutio. Secundum Tabulam Cel. *Cassini* (Vid. *Hist. de l'Acad. des Scienc. A. 1713 pag. 265*) cum in Meridiano Parisiensi sit longitudo gradus inter 45° & $46^\circ = 57105$ hexap., & longitudo arcus inter 45° & $51^\circ = 342462$; erit longitudo media pro $1^\circ = \frac{342462}{6} = 57077$, item longitudo media pro $\frac{1}{2}^\circ = 28538\frac{1}{2}$ hexap. Jam, cum in Arvernia testibus Mappis hydrographicis, fluminum acclivitas & declivitas

circiter compensetur inter 45°, & $45^\circ.30'$, cui $\frac{1}{2}^\circ$ respondet via	$28538\frac{1}{2}$	add.
item —— —— 49°, & 50°, cui 1° —— ——	57077	
erit via in calculo nunc non consideranda	$= 85615\frac{1}{2}$	
sed est via integra	$= 342462$	
E. fluminum versus boream declivium via brevissima	$= 256846$	

Quare, cum fluminum via brevissima ad tortuosam minimum soleat esse ut $2:3$; erit hic via tortuosa seu vera $= \frac{3 \cdot 256846}{2} = 385269$ hexap. Sed radius Telluris sub parallelo 45° hic est $= \frac{(113 \cdot 180 \cdot 57105)}{355} = 3271875$, &, posita mensura declivitatis ordinariæ fluminum $= 1 : 100$, est altitudo lapsus aquarum $= \frac{1 \cdot 385269}{100} = 3852$; erit in his locis radius Telluris sub parallelo $51^\circ = 3271875 - 3852 = 3268023$. Tandem, quia æqualium angulorum arcus radiis suis proportionales sunt; erit longitudo gradus Meridiani Parisiensis inter 51° & 52°, circiter $= \frac{3268023 \cdot 57105}{3271875} = \frac{186620453415}{3271875} = 57037\frac{5}{6}$ hexap., quæ *Cassinianam* 57037 hexap. 4 pedum vix quantitate unius pedis excedit.

Problema 2.

Problema 2. Ruditer determinare, an ostium fluminis Torneæ altius sit freto Britannico ad Dunquercam, & quantum; item longitudinem gradus sub circulo polari in Meridiano Torneensi quam proxime definire.

Solutio. Cum in Sinum Bothnicum & Finnicum tot ingentia flumina aquas suas deponant, & mare Balthicum, præter hanc aquarum molem, etiam fluminum Dunæ, Russ, Vistulæ, Viadri, Varnæ, Trawæ, &c. aquas recipiat, per fretum Oresundicum satis modicum in Oceanum Germanicum exonerandas; necesse est, ut utriusque illius Sinus alveus versus mare Balthicum, & hujus alveus versus Oceanum Germanicum, valde declivis sit. Et, quoniam in Europæis regionibus motus progressionis aquarum Oceani ab Oriente versus Occidentem tendit, alveus quoque Oceani Germanici versus Occidentem, adeoque & versus fretum Britannicum, declivis erit, & quidem satis notabiliter, ob Albim, Visurgim, Rhenum, Mosam, Scaldin, Thamesin, &c. receptos. De quibus torrentibus Oceani Mappæ hydrographicæ quoque ex instituto testantur. Est vero, plus minus, cursus aquarum longitudo, seu via fere brevissima α) a *Tornea* per Alandiam, Bornholmiam, fretum Oresundicum usque supra Jutiam $= 23^\circ$ circuli maximi $= 23 \cdot 15 = 345$ mill. Germ., & β) inde a Jutia usque ad Dunquercam $= 8^\circ = 8 \cdot 15 = 120$ mill. Germ., adeoque, posita nunc ratione viæ brevissimæ ad tortuosam seu veram $= 3:4$, est aquarum via vera pro α) $= \frac{4 \cdot 345}{3} = 4 \cdot 115 = 460$ mill. Germ., & via vera pro β) $= \frac{4 \cdot 120}{3} = 4 \cdot 40 = 160$ mill. Germ. Nam, Mappis hydrographicis attentius consideratis, viam veram torrentis aquæ marinæ tanquam flumen in flumine considero, dum cetera loca lateralia, navigationi non æque accommodata, sunt loca tantum non vadosa, ad velocitatem fluminis opportune temperandam objecta, & ab altero vadi dorso seriem cataractarum æmulantia, & propterea æstuantia, Belgis *beel brandinge* dicta, aut nonnunquam, per vanam nauticorum hominum conjecturam, pro regionibus submersis (*versoncken Land*) habita. Jam in his magnæ declivitatis maribus sumatur mensura declivitatis mediæ pro α) $= 1:100$,

pro

pro $\beta = 1:120$; erit altitudo lapſus aquarum inter Torneam & Dunquercam $= \frac{1.460}{100} + \frac{1.160}{120} = \frac{12.46 + 10.16}{12.10} = \frac{5.46 + 10.4}{5.10} = \frac{138 + 40}{30} = \frac{178}{30} = 5\frac{28}{30} = 5\frac{9}{10}$ mill. Germ. Quare, cum ſecundum *Caſſinum* ſit milliare Germanicum $=$ 22917 pedum Pariſ. $=$ 3820 hexaped., erit oſtium Torneæ altius mari Britannico ad Dunquercam, quantitate $\frac{59}{10}.3820 = 382.59 = 19100 + 3438 = 22538$ hexaped. Cui ſi addatur radius Telluris ad Dunquercam (per *Problema* præcedens) $=$ 3268023, erit radius Telluris ad Torneam $=$ 3290561. Unde, cum (per *Problema* præcedens) ſit longitudo unius gradus Meridiani ad Dunquercam $=$ 57037, reperietur longitudo gradus ſub circulo polari in Meridiano Torneenſi $= \frac{3290561 \cdot 57037}{3268023} = \frac{187683727757}{3268023} = 57430$ hexaped., quæ a *Maupertuiſiana* longitudine 57437 aliquantum deficit, & deficere quoque debet, quia ſolum Lapponiæ a Tornea uſque ad Kittis, propter rapiditatem fluminis Torneæ multis cataractis obſiti, multo magis acclive eſt, quam quidem Sinus Bothnicus ab Auſtro verſus Septentrionem.

Harum ſolutionum adumbratione, ſi nihil aliud, certe hoc ſaltem profectum eſt, quod exinde manifeſtum fiat 1) in Meridiano Pariſienſi ſoli Gallici inde a gradu latitudinis 45 uſque in fretum Britannicum, gradus Meridiani ab Auſtro verſus Septentionem decreſcere, 2) ſub Circulo polari in Meridiano Torneenſi gradus ab Auſtro verſus Septentrionem creſcere, 3) locum maris prope Torneam cum loco maris ad Dunquercam comparando, illum aliquot milliaribus amplius a centro Terræ diſtare, quam hunc, adeoque 4) longitudinem gradus ſub Circulo polari ad Torneam tanto magis excedere debere longitudinem gradus prope Dunquercam, quanto magis Tornea a centro Terræ diſtat, quam Dunquerca.

De dimenſionibus Meridiani ex Peruvia exſpectatis non omnino ex vano prædicere licet, ſub latitudine auſtrali 1° aut 2°, longitudinem gradus Meridiani prope urbem Quito, vix minorem repertum iri, quam ad Torneam; prope Limam autem ſub latitudine *A.* 12°, eam haud dubie ſuperaturam eſſe quan-

quantitatem 57437 hexapedarum; item in Peruvia, inter Æquatorem & latitudinem *A* 12°, gradus crescere; inter latitudines 12° & 20° propemodum stationarios esse, seu æquales; ab latitudine *A* 20° autem versus Polum australem decrescere. Ex consideratione enim cursus fluvii Amazonum ruditer colligere licet, Cayennam atque ostium fluvii Amazonum, respectu urbis Quito, depressius situm esse, minimum quantitate 6 mill. Germ., respectu autem Limæ, minimum 7½. mill. Germ.

Ceterum silentio prætermittendum non est, me materiam de Terræ forma saltem per digressionem in Opusculo *de Origine fontium* tractasse, aliisque eam plenius excutiendam reliquisse. Proinde neutiquam tantum diligentiæ in eam contuli, quantam debuissem, si ea tum temporis quæstio principalis fuisset, præsertim cum scirem, Academiam Burdigalensem præmonuisse, ne meditationes, ab exteris exspectatæ, tres plagulas multum excederent. Prævidi igitur, contra tantopere inæqualem, quam statuo, Terræ figuram haud pauca ab intelligentibus dubia moveri posse, diligentem considerationem ac discussionem postulatura, antequam intelligentium assensum sperare liceat. Præstabilius tamen mihi videbatur, aliqua in eam rem argumenta proponere, quam nulla, propterea quod ista Terræ figura, pro diversis tractibus diversa, meo Systemati de origine fontium magis faveat, (præsertim pro possibilitate Euriporum vomentium, sorbentibus respondentium, concipienda,) quam omnis alia; etsi nec *Neutoniana*, aut *Cassiniana*, eidem prorsus repugnet, sed saltem non æque prolixe faveat. Nunc igitur pro firmanda sententia mea enarrabo, quid in illo commercio literarum privato actum fuerit, pro removendis exquisitissimis difficultatibus, mihi objectis.

Quando - - - inquis, me pronum videri ad *Cassinianam* de Tellure sententiam admittendam, id ita intelligi velim, me existimare, quod *Cassiniana* multo propius ad veram Terræ formam accedat, ob permultas, quas de cursu ac situ fluminum mariumque collegi, observationes, quæ in Europa Asiæque magna parte (reliqui enim tractus non æque cogniti sunt) omnes *Cassino*, nulla *Neutono*, favent, (paulo post tamen, quod bene notandum, etiam reperi aliquas, quæ huic favent, illi vero adversantur,) A.

tur,) propterea tamen me *Cassinianam* totam non probare, ob permultas de cursu fluminum observationes, quæ omni figuræ Telluris, ex rotatione circa axem genitæ, adeoque & *Cassinianæ*, nimium adversantur.

Nihilo minus, ut magis constaret, cur *Cassinum* in hoc negotio sequi mallem, quam *Neutonum*, si alterutrum eligendum esset, conatus sum *Cassino* succurrere hoc argumento, quod ob majorem intra, quam extra, Tropicos Oceani salsedinem atque gravitatem specificam, Oceanus, adeoque & Terra, prope Æquatorem depressior esse debeat, quam prope Polos. Ad quod argumentum enervandum excipis ---, ob exiguam Oceani profunditatem, differentiam altitudinis Oceani prope Æquatorem & Polos esse parvitatis in hoc negotio contemnendæ. At non desunt, quæ isti argumento corroborando afferri possent. Sit enim (*Tab. III Fig. 2*) *QP* quadrans Meridiani terrestris in Oceano, & ex centro Telluris *T* descriptus intelligatur arcus circuli *Xx*, sitque *B* locus prope Æquatorem, alter *b* prope Polum *P*. Porro in utroque loco ponatur eadem Oceani profunditas *BA* = *ba* e. g. 4000 ped. geom., sitque pro locis *B* & *b*, ratio gravitatum specificarum aquæ marinæ e. g. ut 5 ad 4. Existimo, non obstante exigua altitudine aquæ marinæ super fundo Oceani *Aa*, fieri posse, ut locus *b* aliquot milliaribus Germ. altior sit loco altero *B*. Nam, cum multæ prostent observationes, ex quibus contendi solet, dari loca maris profunditatis inexplorabilis, (etsi eædem tanta cautione institutæ mihi non videantur, qua ad id persuadendum opus est,) liceat nunc ponere, forte rem revera ita se habere, & his convenienter ponatur Oceanus in fundo *Aa* per canales modicæ amplitudinis *AX* & *ax* communicare cum tubo horizontali *Xx*, qui repletus concipiatur alio fluido, commixtionem aquarum, ex *bx* & *BX* descendentium, impedituro, ponaturque e. g. *AX* = 396000 ped. geom., erit *BX* = 400000 ped. geom. Jam sint, quæ est sententia vulgo recepta, aquæ Oceani in *b* & *B* in æquilibrio. Cum constet ex Hydrostaticis, Oceanum in *B* vel *b* quantumvis amplum non magis premere fundum *X* vel *x*, quam si amplitudo superior inferiori *X* vel *x* æqualis foret; erunt columnarum æquiponderantium altitudines

TAB. III Fig. 2.

nes XB & xb, ut earum gravitates ſpecificæ reciproce ſumtæ, adeoque erit $xb = \frac{5 \cdot 400000}{4} = 500000$ ped. geom., & $bx - BX = 500000 - 400000 = 100000 = 5 \cdot 20000$ ped. geom. hoc eſt, locus Oceani b, reſpectu loci alterius B, altior erit quantitate 5 milliarium Germ.; reliquorum autem locorum inter b & B intermediorum altitudo verſus B magis magisque decreſcet, quo magis magisque creſcit ſalſedo atque gravitas ſpecifica aquæ verſus B. Ad gradum autem ſalſedinis pro diverſis tractibus Oceani diverſum conſervandum inſervire videntur diaphragmata maris cœca atque interrupta, & ſpatioſiſſima loca tantum non vadoſa, in fretis & Archipelagis præcipue obvia, item Euripi maris ſorbentes vomentesque, & flumina continentis aut Inſularum, in Oceanum continuo ſeſe exonerantia, & iſta quidem omnia ſuis quæque locis aptiſſimis diſtributa, aut collocata.

Hæc ipſa tamen magis pro Cel *Caſſino* dicta velim, quem maria atque Oceanum pro aquis ſtagnantibus habere video, quam pro me, qui æquilibrium marium non agnoſco, ſed aquas *marinas omnes* continuo per declivia fluentes ſtatuo, æque ut *flumina* continentis, ſed diverſis tractibus cum diverſa directione, ita quidem attemperata, ut, non obſtante motu progreſſionis aquarum, maria, ope circulationis aquarum ſuperficialium & ſubterranearum, in Diſſertatione *de Origine fontium* deſcriptæ, ſint in ſtatu manente, ſi a regulari & irregulari æſtus marini reciprocatione, in nonnullis ſaltem fretis & litoribus obſervabili, diſceſſeris. (Neque enim ullæ, quantum mihi conſtat, adſunt obſervationes, per quas adduci poſſem, ut crederem, fluxu & refluxu maris prope litora obſervato, idem quoque in alto maris atque in Oceano aperto ipſo contingere; at vero Phyſici omnes in eo conſentiunt, maxime cavendum eſſe, ne vitium ſubreptionis in obſervando committatur. Enimvero, de hoc motu maris quid mihi videatur, nunc nihil dicam.) B.

Pergo ad ſecundum, quod me propius attingit, dubium: C. poſita nempe tanta inæqualitate Telluris, in loco Terræ aliquot milliaria ſuper planitie maris elevato deſcenſum Mercurii in barometro admodum enormem fore, (uti vel ex eo judicari poſſit, quod, adſcendendo in locum atmoſphæræ 60 ſaltem pedi-

bus altiorem, Mercurius jam per spatium unius lineæ descendisse reperiatur,) tam enormem autem Mercurii descensum nusquam observatum esse. Hæc difficultas ita videtur tolli posse. TAB. III Fig. 3. Sint (*Tab. III Fig. 3*) *D*, *A*, & *B*, loca aut Meridiani, aut Æquatoris, aut alius arcus maximi terrestris, inæqualiter a centro Terræ *C* distantia, & a se invicem valde remota; ducto arcu Circuli *Aa*, erunt loca Atmosphæræ *A* & *a* æqualiter a centro *C* remota. Jam in loco humiliore *B* ponatur Mercurius in barometro consistere ad altitudinem 28 digit. Paris. Quid futurum est, si ex B verticaliter adscenderetur ad altitudinem *Ba* e. g. 60000 pedum? Nonne Mercurius in loco Atmosphæræ *a* per spatium admodum enorme (e. g. secundum regulam satis notam, $292''' = 24''.\ 4'''$) descenderet? Omnino recte. At, si ita pergimus: ergo, ob distantias a centro Terræ *CA* & *Ca* inter se æquales, etiam in loco Terræ altiore *A* erit altitudo Mercurii $= 28'' - 24''\ 4''' = 3''.\ 8'''$; consequentia non videtur admittenda. Non enim adsunt cetera paria; aer namque in *A*, tanquam superficiei Terræ proximus, adeoque multo crassioribus gravioribusque vaporibus longe lateque obsessus, multo densior erit aere in loco *a*, tam longe a Terra remoto; &, si vel maxime densitas aeris in *A* & *a* eadem foret, tamen ejus temperies, a calore solis profecta, admodum diversa erit, nempe in loco *A* superficiei terrestri proximo, aer omnibus radiis solaribus incidentibus & reflexis simul agentibus obnoxius est, cum aer in *a* longe maximam radiorum incidentium partem versus *B* transmittat, & præterea multo pauciores radios reflexos recipiat, adeoque elater aeris in *A* multo major erit, quam in *a*. Ex hac ergo duplici diversitatis ratione fiet, ut Mercurius in barometro circiter æque alte adscendat in *A*, quam in *B*. Quibus consideratis, non video, quomodo, posità Terræ forma valde inæquali, qualis est, figuram sphæricam Atmosphæræ tribuere possim. Sed mallem statuere, (quod ipsum me dicturum conjectas - - -) Atmosphæram ordinarie sese componere ad inæqualitatem tractuum terrestrium, ita scilicet, ut hæc figura sæpe in ingenti tractu haud parum varietur, atmosphæra suos, ut ita loquar, fluxus & refluxus habente,

dum

dum super aliquo Telluris tractu aut densitas aeris, aut elater, (quibuscunque tandem ex causis parum cognitis hoc accidat,) crescit, aut decrescit.

Ex ejusmodi figura Telluris atque Atmosphæræ valde inæquabili, verisimilem, credo, rationem reddere licet de eadem mutatione barometri, in diversis Terræ regionibus diversam tempestatem prænuntiante, adeo, ut amplius non mirer, quæ miratur *Ramazzini* de regionibus Mutinæ atque Palæstinæ. Vid. *Acta Er. Lipſ. A. 1696 pag. 42, 43.* Nam ventus borealis, & præcipue *N. W.* (*A*), Mutinam (*a*, vel potius *B*,) adventat ex locis Alpinis omnium altissimis, &, ob Sabaudiæ montes interjectos, non tam ruit in inferiorem, quam superiorem, partem columnæ aeriæ Mutinensis, nec adeo inferioris pressuram impedit, sed adjuvat, & tam altitudinem, quam pondus, columnæ atmosphæricæ Mutinensis extra ordinem auget, &c. Unde non omnino ex vano hausta videtur observatio *Cartesii*, in Physicis asserentis, Boream (quod ego addo, e. g. in regionibus mari Balthico, Germanico, Cantabrico, aut Alpibus ad austrum sitis,) quasi ex alto ruere. Contra autem auster aut *S. W.* (*B*), Mutinam (*A*) adventat inde a freto Gaditano, hoc est, ex locis marinis satis notabiliter depressis, &, ob tractus montosos non interjectos, haud dubie irruit in inferiora columnæ atmosphæricæ Mutinensis, ejus pressionem magna ex parte sufflaminat, consequenter pondus atmosphæricum minuitur, vapores præcipitantur, &c. Nec adeo in casu priore opus est, ut ad nescio quos nitrosos vapores recurramus, quos Boream advehere fingit *Ramazzini* loco citato. Eadem facilitate physice explicari posse videtur illud, quod *Luc. XII, 54, 55*, habetur, de Austro serenam & calidam, de Zephyro pluviosam, tempestatem in Palæstina præsagiente, si modo, respectu Palæstinæ (*B*), attendamus ad situm admodum alti & calidi tractus Africæ (*A*), secundum longissimum Nili decursum, versus Palæstinam declivitatem habentis, & quod magnis tractibus montosis, Nubiæ, Ægypti superioris, & Arabiæ Petreæ, interpositis, efficiatur, ut ventus iste, ex alto veniens, non facile in inferiora columnæ atmosphæricæ Palæstinæ irruere possit; in altero autem casu, si attendamus ad situm maris Mediterranei (*B*), versus Palæstinam

(*A*) acclivitatem habentis, nullis hic montibus interjectis. Ex iisdem quoque principiis ſic ſatis bene concipio, cur (quod in *Actis Er. Lipſ. A. 1703 pag. 258* refertur,) indicationes Barometri in Gallia (*B*), & Anglia (*A*), non ſatis ſibi conſtare deprehendantur; item cur in locis Galliæ meridionalibus (*A*) ſcala totius variationis Mercurii minor ſit, quam in ſeptentrionalibus (*B*), & cur hujus contrarium obtinere obſervetur in Helvetiæ meridionalibus (*A*), & ſeptentrionalibus (*B*), ſi præter cetera conſidero, ventum occidentalem (*B*), Gallis ad meridiem ſitis (*A*), ob ſatis vicina montis Pyrenæi juga, non adeo facile in inferiora columnæ atmoſphæricæ ruere poſſe, quam Helvetiis meridionalibus adhuc altiori loco ſitis, & magis a monte Pyrenæo remotis; accedit, quod Meridionales Galli, ob ſatis vicinum montem Gebennam, (conf. *Carte de France*, in Opere *de la Grandeur & de la Figure de la Terre*,) magis contra Boream tecti ſunt, quam quidem Helvetii, nullum ejusmodi murum naturalem Boreæ oppoſitum habentes; ſi præterea conſidero, Septentrionalia Galliæ (*B*) multo depreſſius ſita eſſe, quam Septentrionalia Helvetiæ (*A*), uti ex curſu fluminum Rheni, Sequanæ, & anterioris partis Rhodani, haud difficulter intelligitur. In quo negotio obiter monere conſultum duco, ſi quid certi de integra ſcala variationis barometricæ, in diverſis locis diverſa, aut obſervare, aut etiam prædicere, velimus, non ingentem Terræ tractum cum ingenti tractu, ſed mediocrem ſaltem, ſeu locum cum loco ſatis diſſito, conferendum eſſe. Sic tandem ſpes eſt, combinatis obſervationibus de mutatione Barometri ventorumque cum vera Telluris figura, diſtantia ſituque tractuum montoſorum marinorumque non neglectis, eo rem perductum iri, ut Barometra uſum habeant non ſolum in dicenda tempeſtatum mutatione, ſed (quod hactenus deſideratum eſt) etiam in prædicenda.

D. Tertium dubium --- exhibet plura haud levis momenti argumenta, quæ directe tendunt ad eam, quam affirmavi, ſuperficiei terreſtris atque marinæ inæqualitatem evertendam. Ad quæ ſingula ſeorſim antequam reſpondeam, non a propoſito alienum videbitur, in anteceſſum annotaſſe, quid deſiderem in demonſtratione pro ſphæricitate maris, quam *Tacquetus* dedit

in

in *Appendice Elem. Geom.* Eam ipſam (non, quod Autor contendit, directam, ſed) indirectam eſſe, ut appareat, completam redditam exhibebo, ita quidem, ut, quæ inclinatis literis expreſſi, deſignent ab Autore omiſſa, majuſculis autem notata oſtendant Propoſitionem falſam ingredientem. *Maris ſuperficies aut ſphærica eſt, aut non eſt ſphærica.* Ponamus, ſuperficiem maris non eſſe ſphæricam. Ergo omnes ſuperficiei marinæ partes non diſtant æqualiter a centro. Ergo una eſt altior altera; altiorem enim eſſe, non aliud eſt, quam longius a centro recedere. Ergo eæ, quæ altiores ſunt, defluunt verſus minus altas, ſeu decliviores; hanc enim eſſe humidi naturam, experientia conſtat. EX TALI AUTEM DEFLUXU NECESSARIO ORITUR OMNIUM PARTIUM SUPERFICIEI MARINÆ ÆQUALIS ALTITUDO, SEU DISTANTIA A CENTRO. Æqualis vero omnium partium ſuperficiei marinæ a centro diſtantia infert ſphæricitatem ejus perfectam. Ergo maris ſuperficies ſphærica eſt. *Sed eadem* (*per* hypoth.) *non eſt ſphærica. Ergo maris ſuperficies ſimul eſt & non eſt ſphærica. Quod cum ſit abſurdum; falſum eſt, quod ſumebatur, ſuperficiem maris non eſſe ſphæricam. Verum igitur eſt alterum, ſuperficiem maris eſſe ſphæricam.* Hic manifeſtum eſt, ex tali defluxu neceſſario non oriri omnium partium ſuperficiei marinæ æqualem altitudinem, niſi in hypotheſi, ſi partes altiores defluentes non aliunde continuo reſtituuntur, nec, quæ defluxerunt, continuo exhauriuntur. Enimvero, cum iſthæc hypotheſis naturæ maris cognitæ repugnet, uti ex fluminibus, in mare continuo defluentibus, item ex continuo vaporum adſcenſu, & præcipue ex Euripis ſorbentibus, apertis aut cœcis, aquam, vi defluxus adſcenſuram, continuo exhaurientibus, me vel non monente intelligitur; apparet, *Tacqueti* demonſtrationem nullam eſſe.

Quod attinet ad difficultates, quas commemoras ---, de extrema ſubtilitate obſervationum, circa libramen fluminum inſtituendarum, quod ſcilicet vix ac ne vix quidem ejusmodi inſtrumenta habeantur, quibus declivitas fluviorum exactiſſime indicari poſſit; quod dioptræ ſæpenumero a veritate ſatis notabiliter abludant; quod radii luminis, etiam prope ſuperficiem Terræ, non in linea recta incedant: ex quibus omnibus in libranda altitudine

titudine aquarum errores magni momenti resultare possint; fateor, has difficultates non permissuras, ut, repetita licet aliquoties operatione, altitudo locorum valde dissitorum satis accurata haberi possit, si nunc de minutiis in locis terrestribus valde dissitis librandis ageretur (veluti cum flumen flumini committendum, ubi sæpe periculum inundationis ingentium tractuum subest, si in libranda altitudine locorum extremorum vel paucos pedes aberratum fuerit,); si præterea instrumenta excogitari non possent magis fida, magisque ad usum commoda, & istis incommodis non obnoxia. At vero, cum nunc solum agatur de superficie longissimorum fluminum inter ostium & fontes libranda, eo saltem fine, ut pro valde notabili inæqualitate Telluris exploranda appareat, an intra cursum fluminis 100 pluriumve milliarium Germanicorum ejus superficies quantitate 10000, aut 20000, aut amplius, pedum subsederit, ita, ut pro hoc scopo obtinendo perinde habeatur, sive, aggregatum errorum, in observando commissorum, forte ad 100, aut paulo plures, pedes excrescere potuisse, ponamus, sive non; difficultates commemoratæ in hoc negotio considerandæ sunt, ac si plane non adessent, & propterea libellæ, quibus recentiores Mathematici uti solent, satis respondente eventu hic adhiberi possent, quemadmodum colligere licet ex observationibus Gallorum pro libranda altitudine fluminis *Eure*, respectu arcis Versaliæ. Vid. Cel. *de la Hire* Præfatio, Tractatui *Mariotti du Mouvement des eaux* præmissa, item *Mappa agri Parisiensis.* Imo ne quidem necesse est, ut concedam, evitari non posse, quin in flumine 100 mill. Germ. librando error 100 circiter pedum irrepat; hac enim occasione nuperrime excogitavi machinam in suo genere perfectissimam, & his operationibus aptissimam, quæ - - - tantam accurationem admittere videtur, ut in spatio 100 mill. Germ. circumspecto Observatori vix 3 pedum error in libramine aquæ metuendus esse videatur. Enimvero exactam hujus machinæ descriptionem, ejusque usum expeditissimum, in aliam occasionem rejicere visum est.

Porro videris - - multo magis de insigni superficiei marinæ, quam terrestris, inæqualitate dubitare. At illa ex hac consequitur, et tantum non semper utraque eadem opera investi-

vestigatur. E. g. si quæstio esset de libranda altitudine maris Balthici ad ostium Viadri, respectu Oceani Germanici ad Albis ostium; nulla alia re opus esset, quam ut, incipiendo ab aquæductu Viadrino prope Francofurtum, quem gloriosissimæ memoriæ *Wilhelmus M.*, Princeps Elector Brandenburgicus, pro Viadro & Albi conjungendis perfecit, investigaretur, quantum depressius situm sit ostium utriusque fluminis respectu illius termini communis; harum enim altitudinum differentia dabit quæsitum.

Ceterum difficulter adduci possum, ut credam, tam exiguam & fere contemnendæ parvitatis in Gallia repertam esse fluminum declivitatem, ut (quod alicubi legisse te meministi) alveus fluvii modice rapidi uno saltem pollice, rapidissimi autem superficies vix duobus pollicibus, per intervallum 100 pedum, subsederit. Si memoria non fefellit, valde suspicor, per errorem typothetæ, facile committendum, accidisse, ut loco $1'$ et $2'$, ibi exstet $1''$ et $2''$. Nimis enim exigua est ista fluminis modice rapidi declivitas $1'' : 1200''$, quippe quæ etiam pro *lenissimi cursus flumine Arare* vix ac ne vix quidem sufficeret, de quo, tanquam de re valde insolita, *Julius Cæsar de Bello Gallico Lib. I Cap. 12* ita refert: *Flumen est Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita, ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit.*

Quando etiam quæris - - -, quibus observationibus inductus, in fluminibus modice rapidis mediam declivitatem statuam dimidii, in magis rapidis integri, pedis; responsionis loco primo me tuebor autoritate Illustris *Wolfii*, qui (in *§. 902 & 920 Elem. Mech. Lat.*) pro aqua in rotam directam deducenda, jubet aquam ex flumine in idem flumen deducere, ita, ut aquæ in canale fluenti pro singulis 100 pedibus relinquatur declivitas $\frac{1}{4}$ aut $\frac{1}{2}$ unius pedis, ne nimis segniter fluat, et ut omne præcipitium aquæ 10 pluriumve pedum intra canalis longitudinem (quæ per experientiam intra 600 & 100 pedes esse solet) acquisitum impendatur in rotam agitandam, &c. Is certe hæc non ex suo ingenio scripsit, sed procul dubio ex Practicorum libris, de molendinorum exstructione agentibus, transscripsit,

ſcripſit, nec opus eſſe judicavit, citatis Autoribus confirmare rem, ex tot molendinorum quotidiano fere conſpectu ſatis obviam. Deinde conſului etiam tres *Zürneri* Mappas topographicas regionis Dreſdenſis, Groſſen Hayn, et Thermarum Carolinarum, ſtupenda diligentia multorumque annorum labore confectas. Ibidem frequentiſſime conſpiciuntur molendina, plerumque rotæ directæ, in modico flumine exſtructa, ita, ut ſæpe in intervallo unius milliaris Germ. vel 6 molendina ſe invicem excipiant, ſatis teſtantia de media declivitate fluminum 1 : 200 majore, præſertim cum haud dubie etiam in locis intermediis aliquot molendina exſtrui potuiſſent, ſi aut pluribus in isto tractu opus fuiſſet, aut colles, hic illic ripæ fluminis imminentes, abeſſent, aquæductum non paſſuri. Et, ſi illa ex obſervationibus Gallicis adducta declivitas 1 : 1200 vera eſſet, quomodo ex tali flumine alveus duci poſſet pro unico ſaltem molendino rotæ directæ 10 pedum agitando? Longitudo enim canalis ducendi 12000 pedibus, hoc eſt, dimidio milliari Germ. major eſſe deberet; qualis impenſa pro molendino exſtruendo fieri nequit. Ut taceam, ex αὐτοψίᾳ mihi conſtare de admodum multis minoribus fluminibus, tantam declivitatem longe excurrentem habentibus, ut vel oculorum judicio angulum declivitatis ſuperficiei uno gradu haud dubie majorem æſtimaverim, ex quo reſultat declivitas alvei > 1 : 50. Quin & nuperrime a Mechanico Practico noſtrate mecum communicatæ ſunt deſcriptiones aliquot molendinariorum, haud procul Gedano obviorum. Nempe ad flumen *Kladau* menſura declivitatis aquarum ſeu $\frac{A}{L}$ reperiebatur eſſe

pro tractu α) $\frac{A}{L} = \frac{12+\text{ped.}}{55 \text{ pert.}} = \frac{12 \quad \text{ped.}}{55 \cdot 15 \text{ ped.}} = \frac{4}{55 \cdot 5} = \frac{4}{275} = \frac{1}{69}$ fere.

- - β) $\frac{A}{L} = \frac{12 \text{ ped.}}{44 \text{ pert.}} = \frac{12 \quad \text{ped.}}{44 \cdot 15 \text{ ped.}} = \frac{4}{44 \cdot 5} = \frac{1}{11 \cdot 5} = \frac{1}{55}$

- - γ) $\frac{A}{L} = \frac{(11+3) \text{ ped.}}{(140+20) \text{pert.}} = \frac{14 \quad \text{ped.}}{160 \cdot 15 \text{ped.}} = \frac{7}{80 \cdot 15} = \frac{7}{1200} = \frac{1}{171}$

ad flumen *Rodaune* erat $\frac{A}{L} = \frac{10 \quad \text{ped.}}{(70+70) \text{pert.}} = \frac{10}{140 \cdot 15} = \frac{1}{14 \cdot 15} = \frac{1}{210}$

In

In his exemplis declivitates resultantes sunt satis notabiles, etsi saltem mutilatæ sint, cum Practicus annotare neglexerit præcipitium aquarum supra & infra rotam, item declivitatem alvei artificialis pro motu progressionis aquarum.

De fluminum primæ dignitatis declivitate idem fere dici potest; et, si ex his raro alvei artificiales pro molendinis ducuntur, id non propterea accidit, quod hic tanta, quanta opus est, declivitas desit, sed propterea, quia, his intumescentibus, periculum inundationis agrorum metuendum est, et præterea nimiis, quos firmitas canalium postularet, sumtibus parcitur, præsertim cum nulla sit inopia fluviorum minorum lateralium ad ejusmodi canales ducendos aptiorum. Accedit altera ratio pro notabili declivitate maximorum fluminum, inde petenda, quod capacitas alvei, præcipue ad confluentes magnorum fluminum lateralium, vix satis crescere videatur, pro tanta mole aquarum acquisitarum, adeoque fluminis principalis declivitatem subinde aliquod augmentum capere verisimile sit.

Ex sola celeritate fluminis de quantitate declivitatis ejus judicari *non posse*, *tantum* concedo, si alvei naturalis & declivitas *FG*, & *latitudo* aut figura alvei uniformis esset, qualis in *Hydraulicis* per hypothesin poni solet, quia tunc, celeritas fluminis, manente licet eadem exigua declivitate, ex natura descensus gravium super plano inclinato, continuo crescat, necesse est. At vero, cum (*Tab. III Fig. 4*) alvei naturalis & *latitudo* & declivitas *FfgG* variabilis sit; (uti observare licet non tantum ex inæquali profunditate medii fluminis, itemque ex locis vadosis, sed & in alveis, quos flumen mutato cursu dereliquit, aut quando hostis, in obsessorum incommodum, flumen avertit: declivitas alvei naturalis re vera est ex declivitatibus & acclivitatibus alternantibus ita composita, ut illæ has excedant, & harum objectu celeritas fluminis crescens repetitis vicibus temperetur, flumenque, ob resultantem inde celeritatem mediocrem, etsi non ubique eandem, navigabile conservetur. Nimirum declivitas alvei, ante vadi jugum amissa, modico post vadum spatio iterum acquiritur; quo ipso celeritas aquæ superficialis, alias nimium augmentum captura, ita opportune minuitur, augeturque, ut propterea flumen ante et post vadum TAB. III Fig. 4.

 nota-

bus altiorem, Mercurius jam per ſpatium unius lineæ deſcendiſſe reperiatur,) tam enormem autem Mercurii deſcenſum nuſquam obſervatum eſſe. Hæc difficultas ita videtur tolli poſſe. TAB. III Fig. 3. Sint (*Tab. III Fig. 3*) *D*, *A*, & *B*, loca aut Meridiani, aut Æquatoris, aut alius arcus maximi terreſtris, inæqualiter a centro Terræ *C* diſtantia, & a ſe invicem valde remota; ducto arcu Circuli *Aa*, erunt loca Atmoſphæræ *A* & *a* æqualiter a centro *C* remota. Jam in loco humiliore *B* ponatur Mercurius in barometro conſiſtere ad altitudinem 28 digit. Pariſ. Quid futurum eſt, ſi ex B verticaliter adſcenderetur ad altitudinem *Ba* e. g. 60000 pedum? Nonne Mercurius in loco Atmoſphæræ *a* per ſpatium admodum enorme (e. g. ſecundum regulam ſatis notam, $292''' = 24''.\ 4'''$) deſcenderet? Omnino recte. At, ſi ita pergimus: ergo, ob diſtantias a centro Terræ *CA* & *Ca* inter ſe æquales, etiam in loco Terræ altiore *A* erit altitudo Mercurii $= 28'' - 24'' - 4''' = 3''.\ 8'''$; conſequentia non videtur admittenda. Non enim adſunt cetera paria; aer namque in *A*, tanquam ſuperficiei Terræ proximus, adeoque multo craſſioribus gravioribusque vaporibus longe lateque obſeſſus, multo denſior erit aere in loco *a*, tam longe a Terra remoto; &, ſi vel maxime denſitas aeris in *A* & *a* eadem foret, tamen ejus temperies, a calore ſolis profecta, admodum diverſa erit, nempe in loco *A* ſuperficiei terreſtri proximo, aer omnibus radiis ſolaribus incidentibus & reflexis ſimul agentibus obnoxius eſt, cum aer in *a* longe maximam radiorum incidentium partem verſus *B* transmittat, & præterea multo pauciores radios reflexos recipiat, adeoque elater aeris in *A* multo major erit, quam in *a*. Ex hac ergo duplici diverſitatis ratione fiet, ut Mercurius in barometro circiter æque alte adſcendat in *A*, quam in *B*. Quibus conſideratis, non video, quomodo, poſita Terræ forma valde inæquali, qualis eſt, figuram ſphæricam Atmoſphæræ tribuere poſſim. Sed mallem ſtatuere, (quod ipſum me dicturum conjectas - - -) Atmoſphæram ordinarie ſeſe componere ad inæqualitatem tractuum terreſtrium, ita ſcilicet, ut hæc figura ſæpe in ingenti tractu haud parum varietur, atmoſphæra ſuos, ut ita loquar, fluxus & refluxus habente, dum

dum super aliquo Telluris tractu aut densitas aeris, aut elater, (quibuscunque tandem ex causis parum cognitis hoc accidat,) crescit, aut decrescit.

Ex ejusmodi figura Telluris atque Atmosphæræ valde inæquabili, verisimilem, credo, rationem reddere licet de eadem mutatione barometri, in diversis Terræ regionibus diversam tempestatem prænuntiante, adeo, ut amplius non mirer, quæ miratur *Ramazzini* de regionibus Mutinæ atque Palæstinæ. Vid. *Acta Er. Lips. A. 1696 pag. 42, 43.* Nam ventus borealis, & præcipue *N. W.* (*A*), Mutinam (*a*, vel potius *B*,) adventat ex locis Alpinis omnium altissimis, &, ob Sabaudiæ montes interjectos, non tam ruit in inferiorem, quam superiorem, partem columnæ aeriæ Mutinensis, nec adeo inferioris pressuram impedit, sed adjuvat, & tam altitudinem, quam pondus, columnæ atmosphæricæ Mutinensis extra ordinem auget, &c. Unde non omnino ex vano hausta videtur observatio *Cartesii*, in Physicis asserentis, Boream (quod ego addo, e. g. in regionibus mari Balthico, Germanico, Cantabrico, aut Alpibus ad austrum sitis,) quasi ex alto ruere. Contra autem auster aut *S. W.* (*B*), Mutinam (*A*) adventat inde a freto Gaditano, hoc est, ex locis marinis satis notabiliter depressis, &, ob tractus montosos non interjectos, haud dubie irruit in inferiora columnæ atmosphæricæ Mutinensis, ejus pressionem magna ex parte sufflaminat, consequenter pondus atmosphæricum minuitur, vapores præcipitantur, &c. Nec adeo in casu priore opus est, ut ad nescio quos nitrosos vapores recurramus, quos Boream advehere fingit *Ramazzini* loco citato. Eadem facilitate physice explicari posse videtur illud, quod *Luc. XII, 54, 55*, habetur, de Austro serenam & calidam, de Zephyro pluviosam, tempestatem in Palæstina præsagiente, si modo, respectu Palæstinæ (*B*), attendamus ad situm admodum alti & calidi tractus Africæ (*A*), secundum longissimum Nili decursum, versus Palæstinam declivitatem habentis, & quod magnis tractibus montosis, Nubiæ, Ægypti superioris, & Arabiæ Petreæ, interpositis, efficiatur, ut ventus iste, ex alto veniens, non facile in inferiora columnæ atmosphæricæ Palæstinæ irruere possit; in altero autem casu, si attendamus ad situm maris Mediterranei (*B*), versus Palæstinam

 (*A*)

(*A*) acclivitatem habentis, nullis hic montibus interjectis. Ex iisdem quoque principiis sic satis bene concipio, cur (quod in *Actis Er. Lips. A.1703 pag. 258* refertur,) indicationes Barometri in Gallia (*B*), & Anglia (*A*), non satis sibi constare deprehendantur; item cur in locis Galliæ meridionalibus (*A*) scala totius variationis Mercurii minor sit, quam in septentrionalibus (*B*), & cur hujus contrarium obtinere observetur in Helvetiæ meridionalibus (*A*), & septentrionalibus (*B*), si præter cetera considero, ventum occidentalem (*B*), Gallis ad meridiem sitis (*A*), ob satis vicina montis Pyrenæi juga, non adeo facile in inferiora columnæ atmosphæricæ ruere posse, quam Helvetiis meridionalibus adhuc altiori loco sitis, & magis a monte Pyrenæo remotis; accedit, quod Meridionales Galli, ob satis vicinum montem Gebennam, (conf. *Carte de France*, in Opere *de la Grandeur & de la Figure de la Terre*,) magis contra Boream tecti sunt, quam quidem Helvetii, nullum ejusmodi murum naturalem Boreæ oppositum habentes; si præterea considero, Septentrionalia Galliæ (*B*) multo depressius sita esse, quam Septentrionalia Helvetiæ (*A*), uti ex cursu fluminum Rheni, Sequanæ, & anterioris partis Rhodani, haud difficulter intelligitur. In quo negotio obiter monere consultum duco, si quid certi de integra scala variationis barometricæ, in diversis locis diversa, aut observare, aut etiam prædicere, velimus, non ingentem Terræ tractum cum ingenti tractu, sed mediocrem saltem, seu locum cum loco satis dissito, conferendum esse. Sic tandem spes est, combinatis observationibus de mutatione Barometri ventorumque cum vera Telluris figura, distantia situque tractuum montosorum marinorumque non neglectis, eo rem perductum iri, ut Barometra usum habeant non solum in dicenda tempestatum mutatione, sed (quod hactenus desideratum est) etiam in prædicenda.

D. Tertium dubium - - - exhibet plura haud levis momenti argumenta, quæ directe tendunt ad eam, quam affirmavi, superficiei terrestris atque marinæ inæqualitatem evertendam. Ad quæ singula seorsim antequam respondeam, non a proposito alienum videbitur, in antecessum annotasse, quid desiderem in demonstratione pro sphæricitate maris, quam *Tacquetus* dedit

in

in *Appendice Elem. Geom.* Eam ipsam (non, quod Autor contendit, directam, sed) indirectam esse, ut appareat, completam redditam exhibebo, ita quidem, ut, quæ inclinatis literis expressi, designent ab Autore omissa, majusculis autem notata ostendant Propositionem falsam ingredientem. *Maris superficies aut sphærica est, aut non est sphærica.* Ponamus, superficiem maris non esse sphæricam. Ergo omnes superficiei marinæ partes non distant æqualiter a centro. Ergo una est altior altera; altiorem enim esse, non aliud est, quam longius a centro recedere. Ergo eæ, quæ altiores sunt, defluunt versus minus altas, seu decliviores; hanc enim esse humidi naturam, experientia constat. EX TALI AUTEM DEFLUXU NECESSARIO ORITUR OMNIUM PARTIUM SUPERFICIEI MARINÆ ÆQUALIS ALTITUDO, SEU DISTANTIA A CENTRO. Æqualis vero omnium partium superficiei marinæ a centro distantia infert sphæricitatem ejus perfectam. Ergo maris superficies sphærica est. *Sed eadem (per* hypoth.) *non est sphærica. Ergo maris superficies simul est & non est sphærica. Quod cum sit absurdum; falsum est, quod sumebatur, superficiem maris non esse sphæricam. Verum igitur est alterum, superficiem maris esse sphæricam.* Hic manifestum est, ex tali defluxu necessario non oriri omnium partium superficiei marinæ æqualem altitudinem, nisi in hypothesi, si partes altiores defluentes non aliunde continuo restituuntur, nec, quæ defluxerunt, continuo exhauriuntur. Enimvero, cum isthæc hypothesis naturæ maris cognitæ repugnet, uti ex fluminibus, in mare continuo defluentibus, item ex continuo vaporum adscensu, & præcipue ex Euripis sorbentibus, apertis aut cœcis, aquam, vi defluxus adscensuram, continuo exhaurientibus, me vel non monente intelligitur; apparet, *Tacqueti* demonstrationem nullam esse.

Quod attinet ad difficultates, quas commemoras ---, de extrema subtilitate observationum, circa libramen fluminum instituendarum, quod scilicet vix ac ne vix quidem ejusmodi instrumenta habeantur, quibus declivitas fluviorum exactissime indicari possit; quod dioptræ sæpenumero a veritate satis notabiliter abludant; quod radii luminis, etiam prope superficiem Terræ, non in linea recta incedant: ex quibus omnibus in libranda altitudine

titudine aquarum errores magni momenti resultare possint; fateor, has difficultates non permissuras, ut, repetita licet aliquoties operatione, altitudo locorum valde dissitorum satis accurata haberi possit, si nunc de minutiis in locis terrestribus valde dissitis librandis ageretur (veluti cum flumen flumini committendum, ubi sæpe periculum inundationis ingentium tractuum subest, si in libranda altitudine locorum extremorum vel paucos pedes aberratum fuerit,); si præterea instrumenta excogitari non possent magis fida, magisque ad usum commoda, & istis incommodis non obnoxia. At vero, cum nunc solum agatur de superficie longissimorum fluminum inter ostium & fontes libranda, eo saltem fine, ut pro valde notabili inæqualitate Telluris exploranda appareat, an intra cursum fluminis 100 pluriumve milliarium Germanicorum ejus superficies quantitate 10000, aut 20000, aut amplius, pedum subsederit, ita, ut pro hoc scopo obtinendo perinde habeatur, sive, aggregatum errorum, in observando commissorum, forte ad 100, aut paulo plures, pedes excrescere potuisse, ponamus, sive non; difficultates commemoratæ in hoc negotio considerandæ sunt, ac si plane non adessent, & propterea libellæ, quibus recentiores Mathematici uti solent, satis respondente eventu hic adhiberi possent, quemadmodum colligere licet ex observationibus Gallorum pro libranda altitudine fluminis *Eure*, respectu arcis Versaliæ. Vid. Cel. *de la Hire* Præfatio, Tractatui *Mariotti du Mouvement des eaux* præmissa, item *Mappa agri Parisiensis*. Imo ne quidem necesse est, ut concedam, evitari non posse, quin in flumine 100 mill. Germ. librando error 100 circiter pedum irrepat; hac enim occasione nuperrime excogitavi machinam in suo genere perfectissimam, & his operationibus aptissimam, quæ - - - tantam accurationem admittere videtur, ut in spatio 100 mill. Germ. circumspecto Observatori vix 3 pedum error in libramine aquæ metuendus esse videatur. Enimvero exactam hujus machinæ descriptionem, ejusque usum expeditissimum, in aliam occasionem rejicere visum est.

Porro videris - - multo magis de insigni superficiei marinæ, quam terrestris, inæqualitate dubitare. At illa ex hac consequitur, et tantum non semper utraque eadem opera investi-

vestigatur. E. g. si quæstio esset de libranda altitudine maris Balthici ad ostium Viadri, respectu Oceani Germanici ad Albis ostium; nulla alia re opus esset, quam ut, incipiendo ab aquæductu Viadrino prope Francofurtum, quem gloriosissimæ memoriæ *Wilhelmus M.*, Princeps Elector Brandenburgicus, pro Viadro & Albi conjungendis perfecit, investigaretur, quantum depressius situm sit ostium utriusque fluminis respectu illius termini communis; harum enim altitudinum differentia dabit quæsitum.

Ceterum difficulter adduci possum, ut credam, tam exiguam & fere contemnendæ parvitatis in Gallia repertam esse fluminum declivitatem, ut (quod alicubi legisse te meministi) alveus fluvii modice rapidi uno saltem pollice, rapidissimi autem superficies vix duobus pollicibus, per intervallum 100 pedum, subsederit. Si memoria non fefellit, valde suspicor, per errorem typothetæ, facile committendum, accidisse, ut loco $1'$ et $2'$, ibi exstet $1''$ et $2''$. Nimis enim exigua est ista fluminis modice rapidi declivitas $1'' : 1200''$, quippe quæ etiam pro *lenissimi cursus flumine Arare* vix ac ne vix quidem sufficeret, de quo, tanquam de re valde insolita, *Julius Cæsar de Bello Gallico Lib. I Cap. 12* ita refert: *Flumen est Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita, ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit.*

Quando etiam quæris - - -, quibus observationibus inductus, in fluminibus modice rapidis mediam declivitatem statuam dimidii, in magis rapidis integri, pedis; responsionis loco primo me tuebor autoritate Illustris *Wolfii*, qui (in *§. 902 & 920 Elem. Mech. Lat.*) pro aqua in rotam directam deducenda, jubet aquam ex flumine, in idem flumen deducere, ita, ut aquæ in canale fluenti pro singulis 100 pedibus relinquatur declivitas $\frac{1}{4}$ aut $\frac{1}{2}$ unius pedis, ne nimis segniter fluat, et ut omne præcipitium aquæ 10 pluriumve pedum intra canalis longitudinem (quæ per experientiam intra 600 & 100 pedes esse solet) acquisitum impendatur in rotam agitandam, &c. Is certe hæc non ex suo ingenio scripsit, sed procul dubio ex Practicorum libris, de molendinorum exstructione agentibus, transscripsit,

ſcripſit, nec opus eſſe judicavit, citatis Autoribus confirmare rem, ex tot molendinorum quotidiano fere conſpectu ſatis obviam. Deinde conſului etiam tres *Zürneri* Mappas topographicas regionis Dreſdenſis, Groſſen Hayn, et Thermarum Carolinarum, ſtupenda diligentia multorumque annorum labore confectas. Ibidem frequentiſſime conſpiciuntur molendina, plerumque rotæ directæ, in modico flumine exſtructa, ita, ut ſæpe in intervallo unius milliaris Germ. vel 6 molendina ſe invicem excipiant, ſatis teſtantia de media declivitate fluminum 1 : 200 majore, præſertim cum haud dubie etiam in locis intermediis aliquot molendina exſtrui potuiſſent, ſi aut pluribus in illo tractu opus fuiſſet, aut colles, hic illic ripæ fluminis imminentes, abeſſent, aquæductum non paſſuri. Et, ſi illa ex obſervationibus Gallicis adducta declivitas 1 : 1200 vera eſſet, quomodo ex tali flumine alveus duci poſſet pro unico ſaltem molendino rotæ directæ 10 pedum agitando? Longitudo enim canalis ducendi 12000 pedibus, hoc eſt, dimidio milliari Germ. major eſſe deberet; qualis impenſa pro molendino exſtruendo fieri nequit. Ut taceam, ex αὐτοψία mihi conſtare de admodum multis minoribus fluminibus, tantam declivitatem longe excurrentem habentibus, ut vel oculorum judicio angulum declivitatis ſuperficiei uno gradu haud dubie majorem æſtimaverim, ex quo reſultat declivitas alvei > 1 : 50. Quin & nuperrime a Mechanico Practico noſtrate mecum communicatæ ſunt deſcriptiones aliquot molendinariorum, haud procul Gedano obviorum. Nempe ad flumen *Kladau* menſura declivitatis aquarum ſeu $\frac{A}{L}$ reperiebatur eſſe

$$\text{pro tractu } \alpha)\ \frac{A}{L} = \frac{12+\text{ ped.}}{55 \text{ pert.}} = \frac{12 \text{ ped.}}{55 \cdot 15 \text{ ped.}} = \frac{4}{55 \cdot 5} = \frac{4}{275} = \frac{1}{69} \text{ fere.}$$

$$\text{- - } \beta)\ \frac{A}{L} = \frac{12 \text{ ped.}}{44 \text{ pert.}} = \frac{12 \text{ ped.}}{44 \cdot 15 \text{ ped.}} = \frac{4}{44 \cdot 5} = \frac{1}{11 \cdot 5} = \frac{1}{55}$$

$$\text{- - } \gamma)\ \frac{A}{L} = \frac{(11+3) \text{ ped.}}{(140+20) \text{ pert.}} = \frac{14 \text{ ped.}}{160 \cdot 15 \text{ ped.}} = \frac{7}{80 \cdot 15} = \frac{7}{1200} = \frac{1}{171}$$

$$\text{ad flumen } \textit{Rodaune} \text{ erat } \frac{A}{L} = \frac{10 \text{ ped.}}{(70+70) \text{ pert.}} = \frac{10}{140 \cdot 15} = \frac{1}{14 \cdot 15} = \frac{1}{210}$$

In

In his exemplis declivitates resultantes sunt satis notabiles, etsi saltem mutilatæ sint, cum Practicus annotare neglexerit præcipitium aquarum supra & infra rotam, item declivitatem alvei artificialis pro motu progressionis aquarum.

De fluminum primæ dignitatis declivitate idem fere dici potest; et, si ex his raro alvei artificiales pro molendinis ducuntur, id non propterea accidit, quod hic tanta, quanta opus est, *declivitas* desit, sed propterea, quia, his intumescentibus, periculum inundationis agrorum metuendum est, et præterea nimiis, quos firmitas canalium postularet, sumtibus parcitur, præsertim cum nulla sit inopia fluviorum minorum lateralium ad ejusmodi canales ducendos aptiorum. Accedit altera ratio pro notabili declivitate maximorum fluminum, inde petenda, quod capacitas alvei, præcipue ad confluentes magnorum fluminum lateralium, vix satis crescere videatur, pro tanta mole aquarum acquisitarum, adeoque fluminis principalis declivitatem subinde aliquod augmentum capere verisimile sit.

Ex sola celeritate fluminis de quantitate declivitatis ejus *judicari non posse, tantum* concedo, si alvei naturalis & *declivitas FG, & latitudo* aut figura alvei uniformis esset, qualis in Hydraulicis per hypothesin poni solet, quia tunc, celeritas fluminis, manente licet eadem exigua declivitate, ex natura descensus gravium super plano inclinato, continuo crescat, necesse est. At vero, cum (*Tab. III Fig. 4*) alvei naturalis & latitudo & declivitas *FfgG* variabilis sit; (uti observare licet non tantum ex inæquali profunditate medii fluminis, itemque ex locis vadosis, sed & in alveis, quos flumen mutato cursu dereliquit, aut quando hostis, in obsessorum incommodum, flumen avertit: declivitas alvei naturalis re vera est ex declivitatibus & acclivitatibus alternantibus ita composita, ut illæ has excedant, & harum objectu celeritas fluminis crescens repetitis vicibus temperetur, flumenque, ob resultantem inde celeritatem mediocrem, etsi non ubique eandem, navigabile conservetur. Nimirum declivitas alvei, ante vadi jugum amissa, modico post vadum spatio iterum acquiritur; quo ipso celeritas aquæ superficialis, alias nimium augmentum captura, ita opportune minuitur, augeturque, ut propterea flumen ante et post vadum TAB. III Fig. 4.

bus altiorem, Mercurius jam per spatium unius lineæ descendisse reperiatur,) tam enormem autem Mercurii descensum nusquam observatum esse. Hæc difficultas ita videtur tolli posse. TAB. III Fig. 3. Sint (*Tab. III Fig. 3*) *D*, *A*, & *B*, loca aut Meridiani, aut Æquatoris, aut alius arcus maximi terrestris, inæqualiter a centro Terræ *C* distantia, & a se invicem valde remota; ducto arcu Circuli *Aa*, erunt loca Atmosphæræ *A* & *a* æqualiter a centro *C* remota. Jam in loco humiliore *B* ponatur Mercurius in barometro consistere ad altitudinem 28 digit. Paris. Quid futurum est, si ex B verticaliter adscenderetur ad altitudinem *Ba* e. g. 60000 pedum? Nonne Mercurius in loco Atmosphæræ *a* per spatium admodum enorme (e. g. secundum regulam satis notam, $292''' = 24''.\ 4'''$) descenderet? Omnino recte. At, si ita pergimus: ergo, ob distantias a centro Terræ *CA* & *Ca* inter se æquales, etiam in loco Terræ altiore *A* erit altitudo Mercurii $= 28'' - 24'' - 4''' = 3''.\ 8'''$; consequentia non videtur admittenda. Non enim adsunt cetera paria; aer namque in *A*, tanquam superficiei Terræ proximus, adeoque multo crassioribus gravioribusque vaporibus longe lateque obsessus, multo densior erit aere in loco *a*, tam longe a Terra remoto; &, si vel maxime densitas aeris in *A* & *a* eadem foret, tamen ejus temperies, a calore solis profecta, admodum diversa erit, nempe in loco *A* superficiei terrestri proximo, aer omnibus radiis solaribus incidentibus & reflexis simul agentibus obnoxius est, cum aer in *a* longe maximam radiorum incidentium partem versus *B* transmittat, & praeterea multo pauciores radios reflexos recipiat, adeoque elater aeris in *A* multo major erit, quam in *a*. Ex hac ergo duplici diversitatis ratione fiet, ut Mercurius in barometro circiter æque alte adscendat in *A*, quam in *B*. Quibus consideratis, non video, quomodo, posita Terræ forma valde inæquali, qualis est, figuram sphæricam Atmosphæræ tribuere possim. Sed mallem statuere, (quod ipsum me dicturum conjectas - - -) Atmosphæram ordinarie sese componere ad inæqualitatem tractuum terrestrium, ita scilicet, ut hæc figura sæpe in ingenti tractu haud parum varietur, atmosphæra suos, ut ita loquar, fluxus & refluxus habente,

dum

dam super aliquo Telluris tractu aut densitas aeris, aut elater, (quibuscunque tandem ex causis parum cognitis hoc accidat,) crescit, aut decrescit.

Ex ejusmodi figura Telluris atque Atmosphæræ valde inæquabili, verisimilem, credo, rationem reddere licet de eadem mutatione barometri, in diversis Terræ regionibus diversam tempestatem prænuntiante, adeo, ut amplius non mirer, quæ miratur *Ramazzini* de regionibus Mutinæ atque Palæstinæ. Vid. *Acta Er. Lipſ. A. 1696 pag. 42, 43.* Nam ventus borealis, & præcipue *N. W.* (*A*), Mutinam (*a*, vel potius *B*,) adventat ex locis Alpinis omnium altissimis, &, ob Sabaudiæ montes interjectos, non tam ruit in inferiorem, quam superiorem, partem columnæ aeriæ Mutinensis, nec adeo inferioris pressuram impedit, sed adjuvat, & tam altitudinem, quam pondus, columnæ atmosphæricæ Mutinensis extra ordinem auget, &c. Unde non omnino ex vano hausta videtur observatio *Cartesii*, in Physicis asserentis, Boream (quod ego addo, e. g. in regionibus mari Balthico, Germanico, Cantabrico, aut Alpibus ad austrum sitis,) quasi ex alto ruere. Contra autem auster aut *S. W.* (*B*), Mutinam (*A*) adventat inde a freto Gaditano, hoc est, ex locis marinis satis notabiliter depressis, &, ob tractus montosos non interjectos, haud dubie irruit in inferiora columnæ atmosphæricæ Mutinensis, ejus pressionem magna ex parte sufflaminat, consequenter pondus atmosphæricum minuitur, vapores præcipitantur, &c. Nec adeo in casu priore opus est, ut ad nescio quos nitrosos vapores recurramus, quos Boream advehere fingit *Ramazzini* loco citato. Eadem facilitate physice explicari posse videtur illud, quod *Luc. XII, 54, 55*, habetur, de Austro serenam & calidam, de Zephyro pluviosam, tempestatem in Palæstina præsagiente, si modo, respectu Palæstinæ (*B*), attendamus ad situm admodum alti & calidi tractus Africæ (*A*), secundum longissimum Nili decursum, versus Palæstinam declivitatem habentis, & quod magnis tractibus montosis, Nubiæ, Ægypti superioris, & Arabiæ Petreæ, interpositis, efficiatur, ut ventus iste, ex alto veniens, non facile in inferiora columnæ atmosphæricæ Palæstinæ irruere possit; in altero autem casu, si attendamus ad situm maris Mediterranei (*B*), versus Palæstinam

 (*A*)

(*A*) acclivitatem habentis, nullis hic montibus interjectis. Ex iisdem quoque principiis sic satis bene concipio, cur (quod in *Actis Er. Lips. A. 1703 pag. 258* refertur,) indicationes Barometri in Gallia (*B*), & Anglia (*A*), non satis sibi constare deprehendantur; item cur in locis Galliæ meridionalibus (*A*) scala totius variationis Mercurii minor sit, quam in septentrionalibus (*B*), & cur hujus contrarium obtinere observetur in Helvetiæ meridionalibus (*A*), & septentrionalibus (*B*), si præter cetera considero, ventum occidentalem (*B*), Gallis ad meridiem sitis (*A*), ob satis vicina montis Pyrenæi juga, non adeo facile in inferiora columnæ atmosphæricæ ruere posse, quam Helvetiis meridionalibus adhuc altiori loco sitis, & magis a monte Pyrenæo remotis; accedit, quod Meridionales Galli, ob satis vicinum montem Gebennam, (conf. *Carte de France*, in Opere *de la Grandeur & de la Figure de la Terre*,) magis contra Boream tecti sunt, quam quidem Helvetii, nullum ejusmodi murum naturalem Boreæ oppositum habentes; si præterea considero, Septentrionalia Galliæ (*B*) multo depressius sita esse, quam Septentrionalia Helvetiæ (*A*), uti ex cursu fluminum Rheni, Sequanæ, & anterioris partis Rhodani, haud difficulter intelligitur. In quo negotio obiter monere consultum duco, si quid certi de integra scala variationis barometricæ, in diversis locis diversa, aut observare, aut etiam prædicere, velimus, non ingentem Terræ tractum cum ingenti tractu, sed mediocrem saltem, seu locum cum loco satis dissito, conferendum esse. Sic tandem spes est, combinatis observationibus de mutatione Barometri ventorumque cum vera Telluris figura, distantia situque tractuum montosorum marinorumque non neglectis, eo rem perductum iri, ut Barometra usum habeant non solum in dicenda tempestatum mutatione, sed (quod hactenus desideratum est) etiam in prædicenda.

D. Tertium dubium --- exhibet plura haud levis momenti argumenta, quæ directe tendunt ad eam, quam affirmavi, superficiei terrestris atque marinæ inæqualitatem evertendam. Ad quæ singula seorsim antequam respondeam, non a proposito alienum videbitur, in antecessum annotasse, quid desiderem in demonstratione pro sphæricitate maris, quam *Tacquetus* dedit

in

in *Appendice Elem. Geom.* Eam ipſam (non, quod Autor contendit, directam, ſed) indirectam eſſe, ut appareat, completam redditam exhibebo, ita quidem, ut, quæ inclinatis literis expreſſi, deſignent ab Autore omiſſa, majuſculis autem notata oſtendant Propoſitionem falſam ingredientem. *Maris ſuperficies aut ſphærica eſt, aut non eſt ſphærica.* Ponamus, ſuperficiem maris non eſſe ſphæricam. Ergo omnes ſuperficiei marinæ partes non diſtant æqualiter a centro. Ergo una eſt altior altera; altiorem enim eſſe, non aliud eſt, quam longius a centro recedere. Ergo eæ, quæ altiores ſunt, defluunt verſus minus altas, ſeu decliviores; hanc enim eſſe humidi naturam, experientia conſtat. EX TALI AUTEM DEFLUXU NECESSARIO ORITUR OMNIUM PARTIUM SUPERFICIEI MARINÆ ÆQUALIS ALTITUDO, SEU DISTANTIA A CENTRO. Æqualis vero omnium partium ſuperficiei marinæ a centro diſtantia infert ſphæricitatem ejus perfectam. Ergo maris ſuperficies ſphærica eſt. *Sed eadem (per* hypoth.) *non eſt ſphærica. Ergo maris ſuperficies ſimul eſt & non eſt ſphærica. Quod cum ſit abſurdum; falſum eſt, quod ſumebatur, ſuperficiem maris non eſſe ſphæricam. Verum igitur eſt alterum, ſuperficiem maris eſſe ſphæricam.* Hic manifeſtum eſt, ex tali defluxu neceſſario non oriri omnium partium ſuperficiei marinæ æqualem altitudinem, niſi in hypotheſi, ſi partes altiores defluentes non aliunde continuo reſtituuntur, nec, quæ defluxerunt, continuo exhauriuntur. Enimvero, cum iſthæc hypotheſis naturæ maris cognitæ repugnet, uti ex fluminibus, in mare continuo defluentibus, item ex continuo vaporum adſcenſu, & præcipue ex Euripis ſorbentibus, apertis aut cœcis, aquam, vi defluxus adſcenſuram, continuo exhaurientibus, me vel non monente intelligitur; apparet, *Tacqueti* demonſtrationem nullam eſſe.

Quod attinet ad difficultates, quas commemoras ---, de extrema ſubtilitate obſervationum, circa libramen fluminum inſtituendarum, quod ſcilicet vix ac ne vix quidem ejusmodi inſtrumenta habeantur, quibus declivitas fluviorum exactiſſime indicari poſſit; quod dioptræ ſæpenumero a veritate ſatis notabiliter abludant; quod radii luminis, etiam prope ſuperficiem Terræ, non in linea recta incedant: ex quibus omnibus in libranda altitudine

titudine aquarum errores magni momenti resultare possint; fateor, has difficultates non permissuras, ut, repetita licet aliquoties operatione, altitudo locorum valde dissitorum satis accurata haberi possit, si nunc de minutiis in locis terrestribus valde dissitis librandis ageretur (veluti cum flumen flumini committendum, ubi sæpe periculum inundationis ingentium tractuum subest, si in libranda altitudine locorum extremorum vel paucos pedes aberratum fuerit,); si præterea instrumenta excogitari non possent magis fida, magisque ad usum commoda, & istis incommodis non obnoxia. At vero, cum nunc solum agatur de superficie longissimorum fluminum inter ostium & fontes libranda, eo saltem fine, ut pro valde notabili inæqualitate Telluris exploranda appareat, an intra cursum fluminis 100 pluriumve milliarium Germanicorum ejus superficies quantitate 10000, aut 20000, aut amplius, pedum subsederit, ita, ut pro hoc scopo obtinendo perinde habeatur, sive, aggregatum errorum, in observando commissorum, forte ad 100, aut paulo plures, pedes excrescere potuisse, ponamus, sive non; difficultates commemoratæ in hoc negotio consideranda sunt, ac si plane non adessent, & propterea libellæ, quibus recentiores Mathematici uti solent, satis respondente eventu hic adhiberi possent, quemadmodum colligere licet ex observationibus Gallorum pro libranda altitudine fluminis *Eure*, respectu arcis Versaliæ. Vid. Cel. *de la Hire* Præfatio, Tractatui *Mariotti du Mouvement des eaux* præmissa, item *Mappa agri Parisiensis*. Imo ne quidem necesse est, ut concedam, evitari non posse, quin in flumine 100 mill. Germ. librando error 100 circiter pedum irrepat; hac enim occasione nuperrime excogitavi machinam in suo genere perfectissimam, & his operationibus aptissimam, quæ - - - tantam accurationem admittere videtur, ut in spatio 100 mill. Germ. circumspecto Observatori vix 3 pedum error in libramine aquæ metuendus esse videatur. Enimvero exactam hujus machinæ descriptionem, ejusque usum expeditissimum, in aliam occasionem rejicere visum est.

Porro videris - - multo magis de insigni superficiei marinæ, quam terrestris, inæqualitate dubitare. At illa ex hac consequitur, et tantum non semper utraque eadem opera investi-

vestigatur. E. g. si quæstio esset de libranda altitudine maris Balthici ad ostium Viadri, respectu Oceani Germanici ad Albis *ostium*; nulla alia re opus esset, quam ut, incipiendo ab aquæductu Viadrino prope Francofurtum, quem gloriosissimæ memoriæ *Wilhelmus M.*, Princeps Elector Brandenburgicus, pro Viadro & Albi conjungendis perfecit, investigaretur, quantum depressius situm sit ostium utriusque fluminis respectu illius termini communis; harum enim altitudinum differentia dabit quæsitum.

Ceterum difficulter adduci possum, ut credam, tam exiguam & fere contemnendæ parvitatis in Gallia repertam esse fluminum declivitatem, ut (quod alicubi legisse te meministi) alveus fluvii modice rapidi uno saltem pollice, rapidissimi autem superficies vix duobus pollicibus, per intervallum 100 pedum, subsederit. Si memoria non fefellit, valde suspicor, per errorem typothetæ, facile committendum, accidisse, ut loco $1'$ et $2'$, ibi exstet $1''$ et $2''$. Nimis enim exigua est ista fluminis modice rapidi declivitas $1'' : 1200''$, quippe quæ etiam pro *lenissimi cursus flumine Arare* vix ac ne vix quidem sufficeret, de quo, tanquam de re valde insolita, *Julius Cæsar de Bello Gallico Lib. I Cap. 12* ita refert: *Flumen est Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita, ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit.*

Quando etiam quæris - - -, quibus observationibus inductus, in fluminibus modice rapidis mediam declivitatem statuam dimidii, in magis rapidis integri, pedis; responsionis loco primo me tuebor autoritate Illustris *Wolfii*, qui (in *§. 902* & *920 Elem. Mech. Lat.*) pro aqua in rotam directam deducenda, jubet aquam ex flumine in idem flumen deducere, ita, ut aquæ in canale fluenti pro singulis 100 pedibus relinquatur declivitas $\frac{1}{4}$ aut $\frac{1}{2}$ unius pedis, ne nimis segniter fluat, et ut omne præcipitium aquæ 10 pluriumve pedum intra canalis longitudinem (quæ per experientiam intra 600 & 100 pedes esse solet) acquisitum impendatur in rotam agitandam, &c. Is certe hæc non ex suo ingenio scripsit, sed procul dubio ex Practicorum libris, de molendinorum exstructione agentibus, trans-

ſcripſit, nec opus eſſe judicavit, citatis Autoribus confirmare rem, ex tot molendinorum quotidiano fere conſpectu ſatis obviam. Deinde conſului etiam tres *Zürneri* Mappas topographicas regionis Dreſdenſis, Groſſen Hayn, et Thermarum Carolinarum, ſtupenda diligentia multorumque annorum labore confectas. Ibidem frequentiſſime conſpiciuntur molendina, plerumque rotæ directæ, in modico flumine exſtructa, ita, ut ſæpe in intervallo unius milliaris Germ. vel 6 molendina ſe invicem excipiant, ſatis teſtantia de media declivitate fluminum 1 : 200 majore, præſertim cum haud dubie etiam in locis intermediis aliquot molendina exſtrui potuiſſent, ſi aut pluribus in illo tractu opus fuiſſet, aut colles, hic illic ripæ fluminis imminentes, abeſſent, aquæductum non paſſuri. Et, ſi illa ex obſervationibus Gallicis adducta declivitas 1 : 1200 vera eſſet, quomodo ex tali flumine alveus duci poſſet pro unico ſaltem molendino rotæ directæ 10 pedum agitando? Longitudo enim canalis ducendi 12000 pedibus, hoc eſt, dimidio milliari Germ. major eſſe deberet; qualis impenſa pro molendino exſtruendo fieri nequit. Ut taceam, ex avtopſia mihi conſtare de admodum multis minoribus fluminibus, tantam declivitatem longe excurrentem habentibus, ut vel oculorum judicio angulum declivitatis ſuperficiei uno gradu haud dubie majorem æſtimaverim, ex quo reſultat declivitas alvei $> 1 : 50$. Quin & nuperrime a Mechanico Practico noſtrate mecum communicatæ ſunt deſcriptiones aliquot molendinariorum, haud procul Gedano obviorum. Nempe ad flumen *Kladau* menſura declivitatis aquarum ſeu $\frac{A}{L}$ reperiebatur eſſe

pro tractu α) $\frac{A}{L} = \frac{12 \text{ ped.}}{55 \text{ pert.}} = \frac{12 \text{ ped.}}{55 \cdot 15 \text{ ped.}} = \frac{4}{55 \cdot 5} = \frac{4}{275} = \frac{1}{69}$ fere.

- - β) $\frac{A}{L} = \frac{12 \text{ ped.}}{44 \text{ pert.}} = \frac{12 \text{ ped.}}{44 \cdot 15 \text{ ped.}} = \frac{4}{44 \cdot 5} = \frac{1}{11 \cdot 5} = \frac{1}{55}$

- - γ) $\frac{A}{L} = \frac{(11+3) \text{ ped.}}{(140+20) \text{pert.}} = \frac{14 \text{ ped.}}{160.15 \text{ped.}} = \frac{7}{80.15} = \frac{7}{1200} = \frac{1}{171}$

ad flumen *Rodaune* erat $\frac{A}{L} = \frac{10 \text{ ped.}}{(70+70) \text{pert.}} = \frac{10}{140.15} = \frac{1}{14.15} = \frac{1}{210}$

In

In his exemplis declivitates resultantes sunt satis notabiles, etsi saltem mutilatæ sint, cum Practicus annotare neglexerit præcipitium aquarum supra & infra rotam, item declivitatem alvei artificialis pro motu progressionis aquarum.

De fluminum primæ dignitatis declivitate idem fere dici potest; et, si ex his raro alvei artificiales pro molendinis ducuntur, id non propterea accidit, quod hic tanta, quanta opus est, *declivitas* desit, sed propterea, quia, his intumescentibus, periculum inundationis agrorum metuendum est, et præterea nimiis, quos firmitas canalium postularet, sumtibus parcitur, præsertim cum nulla sit inopia fluviorum minorum lateralium ad ejusmodi canales ducendos aptiorum. Accedit altera ratio pro notabili declivitate maximorum fluminum, inde petenda, quod capacitas alvei, præcipue ad confluentes magnorum fluminum lateralium, vix satis crescere videatur, pro tanta mole aquarum acquisitarum, adeoque fluminis principalis declivitatem subinde aliquod augmentum capere verisimile sit.

Ex sola celeritate fluminis de quantitate declivitatis ejus *judicari non posse, tantum* concedo, si alvei naturalis & declivitas *FG*, & *latitudo* aut figura alvei uniformis esset, qualis in Hydraulicis per hypothesin poni solet, quia tunc, celeritas fluminis, manente licet eadem exigua declivitate, ex natura descensus gravium super plano inclinato, continuo crescat, necesse est. At vero, cum (*Tab. III Fig. 4*) alvei naturalis & *latitudo* & declivitas *FfgG* variabilis sit; (uti observare licet non tantum ex inæquali profunditate medii fluminis, itemque ex locis vadosis, sed & in alveis, quos flumen mutato cursu dereliquit, aut quando hostis, in obsessorum incommodum, flumen avertit: declivitas alvei naturalis re vera est ex declivitatibus & acclivitatibus alternantibus ita composita, ut illæ has excedant, & harum objectu celeritas fluminis crescens repetitis vicibus temperetur, flumenque, ob resultantem inde celeritatem mediocrem, etsi non ubique eandem, navigabile conservetur. Nimirum declivitas alvei, ante vadi jugum amissa, modico post vadum spatio iterum acquiritur; quo ipso celeritas aquæ superficialis, alias nimium augmentum captura, ita opportune minuitur, augeturque, ut propterea flumen ante et post vadum TAB. III Fig. 4.

notabiliter nec intumescat, nec detumescat, ob commodam latitudinem variabilem respondentem. Quae cum ita sint, puto, ex media celeritate duorum fluminum inter se comparata ruditer judicari posse, uter fluvius majorem declivitatem mediam habeat. E. g. si in duobus fluminibus α & β celeritates mediæ (de superficialibus loquor) fuerint ut $2:3$, hoc est, fere ut $\sqrt{1}:\sqrt{2}$, declivitates mediæ $\frac{Fb}{FG}:\frac{FH}{FG}$, seu $\frac{Fb}{FG}:\frac{FH}{FG}$ seu $Fb:FH$ circiter erunt ut $1:2$, posita profunditate ad sensum eadem. Ceterum in flumine celeritatis commodæ, & status (cum suas saltem aquas vehit) manentis, semper alternare debent

{Figuræ compositæ alvei, L cum D; $L+l$ cum $D-d$; & $L-l$ cum $D+d$; sequente iterum L cum D, quibus respondent celeritates C; $C-c$; $C+c$; C}

& sic porro: ubi L & D & C designant latitudinem, declivitatem, & celeritatem mediam, $\overline{L\mp l}$, & $\overline{D\mp d}$, & $\overline{C\mp c}$ autem latitudinem, & declivitatem, & celeritatem, quantum ad perfectionem totius fluminis opus est, auctam vel diminutam. Idem de figura alvei maris, freti, oceanique, mutatis mutandis, intelligi velim. Nec injucundum erit hoc loco observasse, naturam variis modis uti, pro crescente fluminis celeritate inter datos terminos quocunque pretio temperanda, & ex his modis eum sequi, qui naturæ soli circumjecti maxime accommodatus videtur. Nimirum, si solum circumjectum aut satis æquabilem planitiem habet, (ob quam, necesse non est, ut latitudo fluminis crescere debeat,) aut si frequentes habet colles ripæ cis & ultra imminentes (qui pro latitudine fluminis crescente darent ripas nimis altas, & ad perpendiculum directas, adeoque eluvioni obnoxias, & ad usum impeditas,): tum aut via fluminis inter hos terminos fit satis flexuosa, ut eadem differentia altitudinum terminalium, relata ad longitudinem viæ auctam, det mensuram declivitatis minorem (cujus rei exemplum præbet Mosella, Rheno appropinquans,); aut si solum circumjectum abundat brevibus colliculis, per valles respondentes distinctis, tum flumen valde notabilem & longe lateque excurrentem latitudinem acquirit, sed multis insulis distinctam, ut, fluminibus in flumine nascentibus, via torrentis satis tortuosa seu aucta evadat (sit exemplo Viadrus

drus inter Gartziam & Sedinum Pomeraniæ, Tagus ante Lisbonam, Rhenus prope Argentoratum, Albis ad Hamburgum, item tractus Albis, in mare properantis,); aut si solum circumjectum (vel ob montes nimis vicinos, vel ob strata saxosa, ibi frequentia,) illos modos non admittat, flumen intra modicos terminos habet aliquot breves cataractas, navigantibus tamen superabiles, & modico spatio a se invicem distantes, ut ante & post eas usus fluminis satis commodus evadat, etsi ad cataractas sit tractatu paulo difficilior (quales cataractas, navigationem non plane impedientes, habet Danubius prope Viddinum, Borysthenes 12 cataractas paulo infra Kioviam, flumen Tornea 8 cataractas inter pagos Torneam & Kittis,); aut si nec hoc natura soli patiatur, flumen loco commodissimo unam ingentem acquirit cataractam, vivo durissimoque saxo minutam (e. g. Rhenus prope Scaphusiam,) quæ, etsi ipsa navium impatiens sit, nihilo minus tamen efficit usum fluminis perfectiorem, quam sine ejus interventu futurus esset; aut, si tantæ cataractæ apertæ locus commodus (ob tractum montosum occurrentem) desit, flumen pro eodem fine obtinendo canalem subterraneum ingreditur, cataractas sufficientis altitudinis ibi passurum, & loco commodo ex cœco itinere emersurum; cujus rei exempla satis nota sunt, etsi minime sæpe obvia.

Quando præterea objicis - - -, celeritatem fluminis non solum a declivitate pendere, sed a motu semel concepto, & præcipue etiam ab amplitudine alvei, quæ quo minor fuerit, eo major evadat, necesse est, aquæ celeritas, ea locum habere largior in hypothesi declivitatis uniformis. Quare, cum alvei naturalis declivitas talis non sit, nec thesin propositionis hic locum habere existimo.

Si quis denique maxime urgeat motum semel conceptum, &, concipiendo alveum perfecte horizontalem, in quem ex receptaculo, in sublimi loco posito, aqua continuo defluat, affirmet, per hunc alveum sine dubio fluvium gigni, qui longissime certo cum velocitatis gradu progredietur, licet re vera nulla declivitas in alveo insit; faterer, mihi ista vix ac ne vix quidem persuaderi posse. Dissentiendi rationes has habeo. Primo non video, quomodo ejusmodi flumen per ostium in mare ejusdem superficiei (per *hypoth.*) horizontalis, & præterea majoris gravi-

 tatis

(*A*) acclivitatem habentis, nullis hic montibus interjectis. Ex iisdem quoque principiis sic satis bene concipio, cur (quod in *Actis Er. Lipf. A. 1703 pag. 258* refertur,) indicationes Barometri in Gallia (*B*), & Anglia (*A*), non satis sibi constare deprehendantur; item cur in locis Galliæ meridionalibus (*A*) scala totius variationis Mercurii minor sit, quam in septentrionalibus (*B*), & cur hujus contrarium obtinere observetur in Helvetiæ meridionalibus (*A*), & septentrionalibus (*B*), si præter cetera considero, ventum occidentalem (*B*), Gallis ad meridiem sitis (*A*), ob satis vicina montis Pyrenæi juga, non adeo facile in inferiora columnæ atmosphæricæ ruere posse, quam Helvetiis meridionalibus adhuc altiori loco sitis, & magis a monte Pyrenæo remotis; accedit, quod Meridionales Galli, ob satis vicinum montem Gebennam, (conf. *Carte de France*, in Opere *de la Grandeur & de la Figure de la Terre*,) magis contra Boream tecti sunt, quam quidem Helvetii, nullum ejusmodi murum naturalem Boreæ oppositum habentes; si præterea considero, Septentrionalia Galliæ (*B*) multo depressius sita esse, quam Septentrionalia Helvetiæ (*A*), uti ex cursu fluminum Rheni, Sequanæ, & anterioris partis Rhodani, haud difficulter intelligitur. In quo negotio obiter monere consultum duco, si quid certi de integra scala variationis barometricæ, in diversis locis diversa, aut observare, aut etiam prædicere, velimus, non ingentem Terræ tractum cum ingenti tractu, sed mediocrem saltem, seu locum cum loco satis dissito, conferendum esse. Sic tandem spes est, combinatis observationibus de mutatione Barometri ventorumque cum vera Telluris figura, distantia situque tractuum montosorum marinorumque non neglectis, eo rem perductum iri, ut Barometra usum habeant non solum in dicenda tempestatum mutatione, sed (quod hactenus desideratum est) etiam in prædicenda.

D. Tertium dubium --- exhibet plura haud levis momenti argumenta, quæ directe tendunt ad eam, quam affirmavi, superficiei terrestris atque marinæ inæqualitatem evertendam. Ad quæ singula seorsim antequam respondeam, non a proposito alienum videbitur, in antecessum annotasse, quid desiderem in demonstratione pro sphæricitate maris, quam *Tacquetus* dedit in

in *Appendice Elem. Geom.* Eam ipsam (non, quod Autor contendit, directam, sed) indirectam esse, ut appareat, completam redditam exhibebo, ita quidem, ut, quæ inclinatis literis expressi, designent ab Autore omissa, majusculis autem notata ostendant Propositionem falsam ingredientem. *Maris superficies aut sphærica est, aut non est sphærica.* Ponamus, superficiem maris non esse sphæricam. Ergo omnes superficiei marinæ partes non distant æqualiter a centro. Ergo una est altior altera; altiorem enim esse, non aliud est, quam longius a centro recedere. Ergo eæ, quæ altiores sunt, defluunt versus minus altas, seu decliviores; hanc enim esse humidi naturam, experientia constat. EX TALI AUTEM DEFLUXU NECESSARIO ORITUR OMNIUM PARTIUM SUPERFICIEI MARINÆ ÆQUALIS ALTITUDO, SEU DISTANTIA A CENTRO. Æqualis vero omnium partium superficiei marinæ a centro distantia infert sphæricitatem ejus perfectam. Ergo maris superficies sphærica est. *Sed eadem (per* hypoth.) *non est sphærica. Ergo maris superficies simul est & non est sphærica. Quod cum sit absurdum; falsum est, quod sumebatur, superficiem maris non esse sphæricam. Verum igitur est alterum, superficiem maris esse sphæricam.* Hic manifestum est, ex tali defluxu necessario non oriri omnium partium superficiei marinæ æqualem altitudinem, nisi in hypothesi, si partes altiores defluentes non aliunde continuo restituuntur, nec, quæ defluxerunt, continuo exhauriuntur. Enimvero, cum isthæc hypothesis naturæ maris cognitæ repugnet, uti ex fluminibus, in mare continuo defluentibus, item ex continuo vaporum adscensu, & præcipue ex Euripis sorbentibus, apertis aut cæcis, aquam, vi defluxus adscensuram, continuo exhaurientibus, me vel non monente intelligitur; apparet, *Tacqueti* demonstrationem nullam esse.

Quod attinet ad difficultates, quas commemoras ---, de extrema subtilitate observationum, circa libramen fluminum instituendarum, quod scilicet vix ac ne vix quidem ejusmodi instrumenta habeantur, quibus declivitas fluviorum exactissime indicari possit; quod dioptræ sæpenumero a veritate satis notabiliter abludant; quod radii luminis, etiam prope superficiem Terræ, non in linea recta incedant: ex quibus omnibus in libranda altitudine

titudine aquarum errores magni momenti resultare possint; fateor, has difficultates non permissuras, ut, repetita licet aliquoties operatione, altitudo locorum valde dissitorum satis accurata haberi possit, si nunc de minutiis in locis terrestribus valde dissitis librandis ageretur (veluti cum flumen flumini committendum, ubi sæpe periculum inundationis ingentium tractuum subest, si in libranda altitudine locorum extremorum vel paucos pedes aberratum fuerit,); si præterea instrumenta excogitari non possent magis fida, magisque ad usum commoda, & istis incommodis non obnoxia. At vero, cum nunc solum agatur de superficie longissimorum fluminum inter ostium & fontes libranda, eo saltem fine, ut pro valde notabili inæqualitate Telluris exploranda appareat, an intra cursum fluminis 100 pluriumve milliarium Germanicorum ejus superficies quantitate 10000, aut 20000, aut amplius, pedum subsederit, ita, ut pro hoc scopo obtinendo perinde habeatur, sive, aggregatum errorum, in observando commissorum, forte ad 100, aut paulo plures, pedes excrescere potuisse, ponamus, sive non; difficultates commemoratæ in hoc negotio considerandæ sunt, ac si plane non adessent, & propterea libellæ, quibus recentiores Mathematici uti solent, satis respondente eventu hic adhiberi possent, quemadmodum colligere licet ex observationibus Gallorum pro libranda altitudine fluminis *Eure*, respectu arcis Versaliæ. Vid. Cel. *de la Hire* Præfatio, Tractatui *Mariotti du Mouvement des eaux* præmissa, item *Mappa agri Parisiensis*. Imo ne quidem necesse est, ut concedam, evitari non posse, quin in flumine 100 mill. Germ. librando error 100 circiter pedum irrepat; hac enim occasione nuperrime excogitavi machinam in suo genere perfectissimam, & his operationibus aptissimam, quæ - - - tantam accurationem admittere videtur, ut in spatio 100 mill. Germ. circumspecto Observatori vix 3 pedum error in libramine aquæ metuendus esse videatur. Enimvero exactam hujus machinæ descriptionem, ejusque usum expeditissimum, in aliam occasionem rejicere visum est.

Porro videris - - multo magis de insigni superficiei marinæ, quam terrestris, inæqualitate dubitare. At illa ex hac consequitur, et tantum non semper utraque eadem opera investi-

vestigatur. E. g. si quæstio esset de libranda altitudine maris Balthici ad ostium Viadri, respectu Oceani Germanici ad Albis ostium; nulla alia re opus esset, quam ut, incipiendo ab aquæductu Viadrino prope Francofurtum, quem gloriosissimæ memoriæ *Wilhelmus M.*, Princeps Elector Brandenburgicus, pro Viadro & Albi conjungendis perfecit, investigaretur, quantum depressius situm sit ostium utriusque fluminis respectu illius termini communis; harum enim altitudinum differentia dabit quæsitum.

Ceterum difficulter adduci possum, ut credam, tam exiguam & fere contemnendæ parvitatis in Gallia repertam esse fluminum declivitatem, ut (quod alicubi legisse te meministi) alveus fluvii modice rapidi uno saltem pollice, rapidissimi autem superficies vix duobus pollicibus, per intervallum 100 pedum, subsederit. Si memoria non fefellit, valde suspicor, per errorem typothetæ, facile committendum, accidisse, ut loco $1'$ et $2'$, ibi exstet $1''$ et $2''$. Nimis enim exigua est ista fluminis modice rapidi declivitas $1'' : 1200''$, quippe quæ etiam pro *lenissimi cursus flumine Arare* vix ac ne vix quidem sufficeret, de quo, tanquam de re valde insolita, *Julius Cæsar de Bello Gallico Lib. I Cap. 12* ita refert: *Flumen est Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita, ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit.*

Quando etiam quæris - - -, quibus observationibus inductus, in fluminibus modice rapidis mediam declivitatem statuam dimidii, in magis rapidis integri, pedis; responsionis loco primo me tuebor autoritate Illustris *Wolfii*, qui (in *§. 902* & *920 Elem. Mech. Lat.*) pro aqua in rotam directam deducenda, jubet aquam ex flumine in idem flumen deducere, ita, ut aquæ in canale fluenti pro singulis 100 pedibus relinquatur declivitas $\frac{1}{4}$ aut $\frac{1}{2}$ unius pedis, ne nimis segniter fluat, et ut omne præcipitium aquæ 10 pluriumve pedum intra canalis longitudinem (quæ per experientiam intra 600 & 100 pedes esse solet) acquisitum impendatur in rotam agitandam, &c. Is certe hæc non ex suo ingenio scripsit, sed procul dubio ex Practicorum libris, de molendinorum exstructione agentibus, trans-

ſcripſit, nec opus eſſe judicavit, citatis Autoribus confirmare rem, ex tot molendinorum quotidiano fere conſpectu ſatis obviam. Deinde conſului etiam tres *Zürneri* Mappas topographicas regionis Dreſdenſis, Groſſen Hayn, et Thermarum Carolinarum, ſtupenda diligentia multorumque annorum labore confectas. Ibidem frequentiſſime conſpiciuntur molendina, plerumque rotæ directæ, in modico flumine exſtructa, ita, ut ſæpe in intervallo unius milliaris Germ. vel 6 molendina ſe invicem excipiant, ſatis teſtantia de media declivitate fluminum 1 : 200 majore, præſertim cum haud dubie etiam in locis intermediis aliquot molendina exſtrui potuiſſent, ſi aut pluribus in illo tractu opus fuiſſet, aut colles, hic illic ripæ fluminis imminentes, abeſſent, aquæductum non paſſuri. Et, ſi illa ex obſervationibus Gallicis adducta declivitas 1 : 1200 vera eſſet, quomodo ex tali flumine alveus duci poſſet pro unico ſaltem molendino rotæ directæ 10 pedum agitando? Longitudo enim canalis ducendi 12000 pedibus, hoc eſt, dimidio milliari Germ. major eſſe deberet; qualis impenſa pro molendino exſtruendo fieri nequit. Ut taceam, ex αὐτοψία mihi conſtare de admodum multis minoribus fluminibus, tantam declivitatem longe excurrentem habentibus, ut vel oculorum judicio angulum declivitatis ſuperficiei uno gradu haud dubie majorem æſtimaverim, ex quo reſultat declivitas alvei > 1 : 50. Quin & nuperrime a Mechanico Practico noſtrate mecum communicatæ ſunt deſcriptiones aliquot molendinariorum, haud procul Gedano obviorum. Nempe ad flumen *Kladau* menſura declivitatis aquarum ſeu $\frac{A}{L}$ reperiebatur eſſe

pro tractu α) $\frac{A}{L} = \frac{12+\text{ped.}}{55\ \text{pert.}} = \frac{12\ \text{ped.}}{55 \cdot 15\ \text{ped.}} = \frac{4}{55 \cdot 5} = \frac{4}{275} = \frac{1}{69}$ fere.

- - β) $\frac{A}{L} = \frac{12\ \text{ped.}}{44\ \text{pert.}} = \frac{12\ \text{ped.}}{44 \cdot 15\ \text{ped.}} = \frac{4}{44 \cdot 5} = \frac{1}{11 \cdot 5} = \frac{1}{55}$

- - γ) $\frac{A}{L} = \frac{(11+3)\ \text{ped.}}{(140+20)\text{pert.}} = \frac{14\ \text{ped.}}{160 \cdot 15\ \text{ped.}} = \frac{7}{80 \cdot 15} = \frac{7}{1200} = \frac{1}{171}$

ad flumen *Rodaune* erat $\frac{A}{L} = \frac{10\ \text{ped.}}{(70+70)\text{pert.}} = \frac{10}{140 \cdot 15} = \frac{1}{14 \cdot 15} = \frac{1}{210}$

In

In his exemplis declivitates resultantes sunt satis notabiles, etsi saltem mutilatæ sint, cum Practicus annotare neglexerit præcipitium aquarum supra & infra rotam, item declivitatem alvei artificialis pro motu progressionis aquarum.

De fluminum primæ dignitatis declivitate idem fere dici potest; et, si ex his raro alvei artificiales pro molendinis ducuntur, id non propterea accidit, quod hic tanta, quanta opus est, declivitas desit, sed propterea, quia, his intumescentibus, periculum inundationis agrorum metuendum est, et præterea nimiis, quos firmitas canalium postularet, sumtibus parcitur, præsertim cum nulla sit inopia fluviorum minorum lateralium ad ejusmodi canales ducendos aptiorum. Accedit altera ratio pro notabili declivitate maximorum fluminum, inde petenda, quod capacitas alvei, præcipue ad confluentes magnorum fluminum lateralium, vix satis crescere videatur, pro tanta mole aquarum acquisitarum, adeoque fluminis principalis declivitatem subinde aliquod augmentum capere verisimile sit.

Ex sola celeritate fluminis de quantitate declivitatis ejus judicari *non posse*, *tantum* concedo, si alvei naturalis & declivitas *FG*, & *latitudo* aut figura alvei uniformis esset, qualis in *Hydraulicis* per hypothesin poni solet, quia tunc, celeritas fluminis, manente licet eadem exigua declivitate, ex natura descensus gravium super plano inclinato, continuo crescat, necesse est. At vero, cum (*Tab. III Fig. 4*) alvei naturalis & latitudo & declivitas *FfgG* variabilis sit; (uti observare licet non tantum ex inæquali profunditate medii fluminis, itemque ex locis vadosis, sed & in alveis, quos flumen mutato cursu dereliquit, aut quando hostis, in obsessorum incommodum, flumen avertit: declivitas alvei naturalis re vera est ex declivitatibus & acclivitatibus alternantibus ita composita, ut illæ has excedant, & harum objectu celeritas fluminis crescens repetitis vicibus temperetur, flumenque, ob resultantem inde celeritatem mediocrem, etsi non ubique eandem, navigabile conservetur. Nimirum declivitas alvei, ante vadi jugum amissa, modico post vadum spatio iterum acquiritur; quo ipso celeritas aquæ superficialis, alias nimium augmentum captura, ita opportune minuitur, augeturque, ut propterea flumen ante et post vadum TAB. III Fig. 4.

notabiliter nec intumefcat, nec detumefcat, ob commodam latitudinem variabilem refpondentem. Quae cum ita fint, puto, ex media celeritate duorum fluminum inter fe comparata ruditer judicari poffe, uter fluvius majorem declivitatem mediam habeat. E. g. fi in duobus fluminibus α & β celeritates mediæ (de fuperficialibus loquor) fuerint ut 2 : 3, hoc eft, fere ut $\sqrt{1} : \sqrt{2}$, declivitates mediæ $\frac{Fb}{FG} : \frac{FH}{FG}$, feu $\frac{Fb}{FG} : \frac{FH}{FG}$ feu $Fb : FH$ circiter erunt ut 1 : 2, pofita profunditate ad fenfum eadem. Ceterum in flumine celeritatis commodæ, & ftatus (cum fuas faltem aquas vehit) manentis, femper alternare debent

{ Figuræ compofitæ alvei, L cum D; $L+l$ cum $D-d$; & $L-l$ cum $D+d$; fequente iterum L cum D,
quibus refpondent celeritates C; $C-c$; $C+c$; C }

& fic porro: ubi L & D & C defignant latitudinem, declivitatem, & celeritatem mediam, $L \mp l$, & $D \mp d$, & $C \mp c$ autem latitudinem, & declivitatem, & celeritatem, quantum ad perfectionem totius fluminis opus eft, auctam vel diminutam. Idem de figura alvei maris, freti, oceanique, mutatis mutandis, intelligi velim. Nec injucundum erit hoc loco obfervaffe, naturam variis modis uti, pro crefcente fluminis celeritate inter datos terminos quocunque pretio temperanda, & ex his modis eum fequi, qui naturæ foli circumjecti maxime accommodatus videtur. Nimirum, fi folum circumjectum aut fatis æquabilem planitiem habet, (ob quam, neceffe non eft, ut latitudo fluminis crefcere debeat,) aut fi frequentes habet colles ripæ cis & ultra imminentes (qui pro latitudine fluminis crefcente darent ripas nimis altas, & ad perpendiculum directas, adeoque eluvioni obnoxias, & ad ufum impeditas,): tum aut via fluminis inter hos terminos fit fatis flexuofa, ut eadem differentia altitudinum terminalium, relata ad longitudinem viæ auctam, det menfuram declivitatis minorem (cujus rei exemplum præbet Mofella, Rheno appropinquans,); aut fi folum circumjectum abundat brevibus colliculis, per valles refpondentes diftinctis, tum flumen valde notabilem & longe lateque excurrentem latitudinem acquirit, fed multis infulis diftinctam, ut, fluminibus in flumine nafcentibus, via torrentis fatis tortuofa feu aucta evadat (fit exemplo Viadrus

drus inter Gartziam & Sedinum Pomeraniæ, Tagus ante Lisbonam, Rhenus prope Argentoratum, Albis ad Hamburgum, item tractus Albis, in mare properantis,) ; aut si solum circumjectum (vel ob montes nimis vicinos, vel ob strata saxosa, ibi frequentia,) istos modos non admittat, flumen intra modicos terminos habet aliquot breves cataractas, navigantibus tamen superabiles, & modico spatio a se invicem distantes, ut ante & post eas usus fluminis satis commodus evadat, etsi ad cataractas sit tractatu paulo difficilior (quales cataractas, navigationem non plane impedientes, habet Danubius prope Viddinum, Borysthenes 12 cataractas paulo infra Kioviam, flumen Tornea 8 cataractas inter pagos Torneam & Kittis,) ; aut si nec hoc natura soli patiatur, flumen loco commodissimo unam ingentem acquirit cataractam, vivo durissimoque saxo minutam (e. g. Rhenus prope Scaphusiam,) quæ, etsi ipsa navium impatiens sit, nihilo minus tamen efficit usum fluminis perfectiorem, quam sine ejus interventu futurus esset ; aut, si tantæ cataractæ apertæ locus commodus (ob tractum montosum occurrentem) desit, flumen pro eodem fine obtinendo canalem subterraneum ingreditur, cataractas sufficientis altitudinis ibi passurum, & loco commodo ex cœco itinere emersurum ; cujus rei exempla satis nota sunt, etsi minime sæpe obvia.

Quando præterea objicis - - -, celeritatem fluminis non solum a declivitate pendere, sed a motu semel concepto, & præcipue etiam ab amplitudine alvei, quæ quo minor fuerit, eo major evadat, necesse est, aquæ celeritas, ea locum habere largior in hypothesi declivitatis uniformis. Quare, cum alvei naturalis declivitas talis non sit, nec thesin propositionis hic locum habere existimo.

Si quis denique maxime urgeat motum semel conceptum, &, concipiendo alveum perfecte horizontalem, in quem ex receptaculo, in sublimi loco posito, aqua continuo defluat, affirmet, per hunc alveum sine dubio fluvium gigni, qui longissime certo cum velocitatis gradu progredietur, licet re vera nulla declivitas in alveo insit ; faterer, mihi ista vix ac ne vix quidem persuaderi posse. Dissentiendi rationes has habeo. Primo non video, quomodo ejusmodi flumen per ostium in mare ejusdem superficiei (per *hypoth.*) horizontalis, & præterea majoris gravi-

titudine aquarum errores magni momenti resultare possint; fateor, has difficultates non permissuras, ut, repetita licet aliquoties operatione, altitudo locorum valde dissitorum satis accurata haberi possit, si nunc de minutiis in locis terrestribus valde dissitis librandis ageretur (veluti cum flumen flumini committendum, ubi sæpe periculum inundationis ingentium tractuum subest, si in libranda altitudine locorum extremorum vel paucos pedes aberratum fuerit,); si præterea instrumenta excogitari non possent magis fida, magisque ad usum commoda, & istis incommodis non obnoxia. At vero, cum nunc solum agatur de superficie longissimorum fluminum inter ostium & fontes libranda, eo saltem fine, ut pro valde notabili inæqualitate Telluris exploranda appareat, an intra cursum fluminis 100 pluriumve milliarium Germanicorum ejus superficies quantitate 10000, aut 20000, aut amplius, pedum subsederit, ita, ut pro hoc scopo obtinendo perinde habeatur, sive, aggregatum errorum, in observando commissorum, forte ad 100, aut paulo plures, pedes excrescere potuisse, ponamus, sive non; difficultates commemoratæ in hoc negotio considerandæ sunt, ac si plane non adessent, & propterea libellæ, quibus recentiores Mathematici uti solent, satis respondente eventu hic adhiberi possent, quemadmodum colligere licet ex observationibus Gallorum pro libranda altitudine fluminis *Eure*, respectu arcis Versaliæ. Vid. Cel. *de la Hire* Præfatio, Tractatui *Mariotti du Mouvement des eaux* præmissa, item *Mappa agri Parisiensis*. Imo ne quidem necesse est, ut concedam, evitari non posse, quin in flumine 100 mill. Germ. librando error 100 circiter pedum irrepat; hac enim occasione nuperrime excogitavi machinam in suo genere perfectissimam, & his operationibus aptissimam, quæ - - - tantam accurationem admittere videtur, ut in spatio 100 mill. Germ. circumspecto Observatori vix 3 pedum error in libramine aquæ metuendus esse videatur. Enimvero exactam hujus machinæ descriptionem, ejusque usum expeditissimum, in aliam occasionem rejicere visum est.

Porro videris - - multo magis de insigni superficiei marinæ, quam terrestris, inæqualitate dubitare. At illa ex hac consequitur, et tantum non semper utraque eadem opera investi-

vestigatur. E. g. si quæstio esset de libranda altitudine maris Balthici ad ostium Viadri, respectu Oceani Germanici ad Albis ostium; nulla alia re opus esset, quam ut, incipiendo ab aquæductu Viadrino prope Francofurtum, quem gloriosissimæ memoriæ *Wilhelmus M.*, Princeps Elector Brandenburgicus, pro Viadro & Albi conjungendis perfecit, investigaretur, quantum depressius situm sit ostium utriusque fluminis respectu illius termini communis; harum enim altitudinum differentia dabit quæsitum.

Ceterum difficulter adduci possum, ut credam, tam exiguam & fere contemnendæ parvitatis in Gallia repertam esse fluminum declivitatem, ut (quod alicubi legisse te meministi) alveus fluvii modice rapidi uno saltem pollice, rapidissimi autem superficies vix duobus pollicibus, per intervallum 100 pedum, subsederit. Si memoria non fefellit, valde suspicor, per errorem typothetæ, facile committendum, accidisse, ut loco $1'$ et $2'$, ibi exstet $1''$ et $2''$. Nimis enim exigua est ista fluminis modice rapidi declivitas $1'' : 1200''$, quippe quæ etiam pro *lenissimi cursus flumine Arare* vix ac ne vix quidem sufficeret, de quo, tanquam de re valde insolita, *Julius Cæsar de Bello Gallico Lib. I Cap. 12* ita refert: *Flumen est Arar, quod per fines Æduorum & Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita, ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit.*

Quando etiam quæris - - -, quibus observationibus inductus, in fluminibus modice rapidis mediam declivitatem statuam dimidii, in magis rapidis integri, pedis; responsionis loco primo me tuebor autoritate Illustris *Wolfii*, qui (in *§. 902 & 920 Elem. Mech. Lat.*) pro aqua in rotam directam deducenda, jubet aquam ex flumine, in idem flumen deducere, ita, ut aquæ in canale fluenti pro singulis 100 pedibus relinquatur declivitas $\frac{1}{4}$ aut $\frac{1}{2}$ unius pedis, ne nimis segniter fluat, et ut omne præcipitium aquæ 10 pluriumve pedum intra canalis longitudinem (quæ per experientiam intra 600 & 100 pedes esse solet) acquisitum impendatur in rotam agitandam, &c. Is certe hæc non ex suo ingenio scripsit, sed procul dubio ex Practicorum libris, de molendinorum exstructione agentibus, transscripsit,

scripsit, nec opus esse judicavit, citatis Autoribus confirmare rem, ex tot molendinorum quotidiano fere conspectu satis obviam. Deinde consului etiam tres *Zürneri* Mappas topographicas regionis Dresdensis, Grossen Hayn, et Thermarum Carolinarum, stupenda diligentia multorumque annorum labore confectas. Ibidem frequentissime conspiciuntur molendina, plerumque rotæ directæ, in modico flumine exstructa, ita, ut sæpe in intervallo unius milliaris Germ. vel 6 molendina se invicem excipiant, satis testantia de media declivitate fluminum 1 : 200 majore, præsertim cum haud dubie etiam in locis intermediis aliquot molendina exstrui potuissent, si aut pluribus in isto tractu opus fuisset, aut colles, hic illic ripæ fluminis imminentes, abessent, aquæductum non passuri. Et, si illa ex observationibus Gallicis adducta declivitas 1 : 1200 vera esset, quomodo ex tali flumine alveus duci posset pro unico saltem molendino rotæ directæ 10 pedum agitando? Longitudo enim canalis ducendi 12000 pedibus, hoc est, dimidio milliari Germ. major esse deberet; qualis impensa pro molendino exstruendo fieri nequit. Ut taceam, ex avtopsia mihi constare de admodum multis minoribus fluminibus, tantam declivitatem longe excurrentem habentibus, ut vel oculorum judicio angulum declivitatis superficiei uno gradu haud dubie majorem æstimaverim, ex quo resultat declivitas alvei $> 1 : 50$. Quin & nuperrime a Mechanico Practico nostrate mecum communicatæ sunt descriptiones aliquot molendinariorum, haud procul Gedano obviorum. Nempe ad flumen *Kladau* mensura declivitatis aquarum seu $\frac{A}{L}$ reperiebatur esse

pro tractu α) $\frac{A}{L} = \frac{12\ \text{ped.}}{55\ \text{pert.}} = \frac{12\ \text{ped.}}{55 \cdot 15\ \text{ped.}} = \frac{4}{55 \cdot 5} = \frac{4}{275} = \frac{1}{69}$ fere.

- - β) $\frac{A}{L} = \frac{12\ \text{ped.}}{44\ \text{pert.}} = \frac{12\ \text{ped.}}{44 \cdot 15\ \text{ped.}} = \frac{4}{44 \cdot 5} = \frac{1}{11 \cdot 5} = \frac{1}{55}$

- - γ) $\frac{A}{L} = \frac{(11+3)\ \text{ped.}}{(140+20)\ \text{pert.}} = \frac{14\ \text{ped.}}{160 \cdot 15\ \text{ped.}} = \frac{7}{80 \cdot 15} = \frac{7}{1200} = \frac{1}{171}$

ad flumen *Rodaune* erat $\frac{A}{L} = \frac{10\ \text{ped.}}{(70+70)\ \text{pert.}} = \frac{10}{140 \cdot 15} = \frac{1}{14 \cdot 15} = \frac{1}{210}$

In

In his exemplis declivitates resultantes sunt satis notabiles, etsi saltem mutilatæ sint, cum Practicus annotare neglexerit præcipitium aquarum supra & infra rotam, item declivitatem alvei artificialis pro motu progressionis aquarum.

De fluminum primæ dignitatis declivitate idem fere dici potest; et, si ex his raro alvei artificiales pro molendinis ducuntur, id non propterea accidit, quod hic tanta, quanta opus est, declivitas desit, sed propterea, quia, his intumescentibus, periculum inundationis agrorum metuendum est, et præterea nimiis, quos firmitas canalium postularet, sumtibus parcitur, præsertim cum nulla sit inopia fluviorum minorum lateralium ad ejusmodi canales ducendos aptiorum. Accedit altera ratio pro notabili declivitate maximorum fluminum, inde petenda, quod capacitas alvei, præcipue ad confluentes magnorum fluminum lateralium, vix satis crescere videatur pro tanta mole aquarum acquisitarum, adeoque fluminis principalis declivitatem subinde aliquod augmentum capere verisimile sit.

Ex sola celeritate fluminis de quantitate declivitatis ejus *judicari non posse, tantum* concedo, si alvei naturalis & declivitas *FG, & latitudo* aut figura alvei uniformis esset, qualis in *Hydraulicis* per hypothesin poni solet, quia tunc, celeritas fluminis, manente licet eadem exigua declivitate, ex natura descensus gravium super plano inclinato, continuo crescat, necesse est. At vero, cum (*Tab. III Fig. 4*) alvei naturalis & *latitudo* & declivitas *FfgG* variabilis sit; (uti observare licet non tantum ex inæquali profunditate medii fluminis, itemque ex locis vadosis, sed & in alveis, quos flumen mutato cursu dereliquit, aut quando hostis, in obsessorum incommodum, flumen avertit: declivitas alvei naturalis re vera est ex declivitatibus & acclivitatibus alternantibus ita composita, ut illæ has excedant, & harum objectu celeritas fluminis crescens repetitis vicibus temperetur, flumenque, ob resultantem inde celeritatem mediocrem, etsi non ubique eandem, navigabile conservetur. Nimirum declivitas alvei, ante vadi jugum amissa, modico post vadum spatio iterum acquiritur; quo ipso celeritas aquæ superficialis, alias nimium augmentum captura, ita opportune minuitur, augeturque, ut propterea flumen ante et post vadum TAB. III Fig. 4.

Nn 2 nota-

notabiliter nec intumescat, nec detumescat, ob commodam latitudinem variabilem respondentem. Quae cum ita sint, puto, ex media celeritate duorum fluminum inter se comparata ruditer judicari posse, uter fluvius majorem declivitatem mediam habeat. E. g. si in duobus fluminibus α & β celeritates mediæ (de superficialibus loquor) fuerint ut 2 : 3, hoc est, fere ut $\sqrt{1} : \sqrt{2}$, declivitates mediæ $\frac{Fb}{FG} : \frac{FH}{FG}$, seu $\frac{Fb}{FG} : \frac{FH}{FG}$ seu $Fb : FH$ circiter erunt ut 1 : 2, posita profunditate ad sensum eadem. Ceterum in flumine celeritatis commodæ, & status (cum suas saltem aquas vehit) manentis, semper alternare debent

Figuræ compositæ alvei, L cum D; $L+l$ cum $D-d$; & $L-l$ cum $D+d$; sequente iterum L cum D,
quibus respondent celeritates C; $C-c$; $C+c$; C

& sic porro: ubi L & D & C designant latitudinem, declivitatem, & celeritatem mediam, $L\mp l$, & $D\mp d$, & $C\mp c$ autem latitudinem, & declivitatem, & celeritatem, quantum ad perfectionem totius fluminis opus est, auctam vel diminutam. Idem de figura alvei maris, freti, oceanique, mutatis mutandis, intelligi velim. Nec injucundum erit hoc loco observasse, naturam variis modis uti, pro crescente fluminis celeritate inter datos terminos quocunque pretio temperanda, & ex his modis eum sequi, qui naturæ soli circumjecti maxime accommodatus videtur. Nimirum, si solum circumjectum aut satis æquabilem planitiem habet, (ob quam, necesse non est, ut latitudo fluminis crescere debeat,) aut si frequentes habet colles ripæ cis & ultra imminentes (qui pro latitudine fluminis crescente darent ripas nimis altas, & ad perpendiculum directas, adeoque eluvioni obnoxias, & ad usum impeditas,): tum aut via fluminis inter hos terminos fit satis flexuosa, ut eadem differentia altitudinum terminalium, relata ad longitudinem viæ auctam, det mensuram declivitatis minorem (cujus rei exemplum præbet Mosella, Rheno appropinquans,); aut si solum circumjectum abundat brevibus colliculis, per valles respondentes distinctis, tum flumen valde notabilem & longe lateque excurrentem latitudinem acquirit, sed multis insulis distinctam, ut, fluminibus in flumine nascentibus, via torrentis satis tortuosa seu aucta evadat (sit exemplo Viadrus

drus inter Gartziam & Sedinum Pomeraniæ, Tagus ante Lisbonam, Rhenus prope Argentoratum, Albis ad Hamburgum, item tractus Albis, in mare properantis,) ; aut si solum circumjectum (vel ob montes nimis vicinos, vel ob strata saxosa, ibi frequentia,) istos modos non admittat, flumen intra modicos terminos habet aliquot breves cataractas, navigantibus tamen superabiles, & modico spatio a se invicem distantes, ut ante & post eas usus fluminis satis commodus evadat, etsi ad cataractas sit tractatu paulo difficilior (quales cataractas, navigationem non plane impedientes, habet Danubius prope Viddinum, Borysthenes 12 cataractas paulo infra Kioviam, flumen Tornea 8 cataractas inter pagos Torneam & Kittis,) ; aut si nec hoc natura soli patiatur, flumen loco commodissimo unam ingentem acquirit cataractam, vivo durissimoque saxo minutam (e. g. Rhenus prope Scaphusiam,) quæ, etsi ipsa navium impatiens sit, nihilo minus tamen efficit usum fluminis perfectiorem, quam sine ejus interventu futurus esset ; aut, si tantæ cataractæ apertæ locus commodus (ob tractum montosum occurrentem) desit, flumen pro eodem fine obtinendo canalem subterraneum ingreditur, cataractas sufficientis altitudinis ibi passurum, & loco commodo ex cœco itinere emersurum ; cujus rei exempla satis nota sunt, etsi minime sæpe obvia.

Quando præterea objicis - - -, celeritatem fluminis non solum a declivitate pendere, sed a motu semel concepto, & præcipue etiam ab amplitudine alvei, quæ quo minor fuerit, eo major evadat, necesse est, aquæ celeritas, ea locum habere largior in hypothesi declivitatis uniformis. Quare, cum alvei naturalis declivitas talis non sit, nec thesin propositionis hic locum habere existimo.

Si quis denique maxime urgeat motum semel conceptum, &, concipiendo alveum perfecte horizontalem, in quem ex receptaculo, in sublimi loco posito, aqua continuo defluat, affirmet, per hunc alveum sine dubio fluvium gigni, qui longissime certo cum velocitatis gradu progredietur, licet re vera nulla declivitas in alveo insit ; faterer, mihi ista vix ac ne vix quidem persuaderi posse. Dissentiendi rationes has habeo. Primo non video, quomodo ejusmodi flumen per ostium in mare ejusdem superficiei (per *hypoth.*) horizontalis, & præterea majoris gravi-

tatis specificæ, irrumpere possit, cum ejus celeritatum terminalium maxima esse debeat ut $\sqrt{P}$, denotante P perpendiculum sectionis in hocce casu constans, & celeritas maxima aquæ marinæ contra nitentis (etiamsi a gravitate specifica majore abstrahamus,) itidem futura sit ut $\sqrt{P}$, nisi forte tacite supponatur, superficiem fluminis horizontalem paulo altiorem concipi debere horizontali superficie maris. In hac hypothesi equidem concedo, aquam fluminis alvei horizontalis in mare irrupturam, sed tamen ejus superficiem non amplius parallelam fore alveo horizontali, quin potius declivitatem versus mare acquisituram, quæ, etsi saltem per rationem 1 : 4000 exprimeretur, nihilo minus pro longitudine fluminis 400 milliarium Germ. postularet lapsum aquæ superficialis (etsi incredibili lenitate fluentis) $\frac{1 \cdot 400}{4000}$ mill. $= \frac{1}{10}$ mill. Germ. $=$ 2000 ped. geom. hoc est, profunditatem aquarum fluminis prope fontes & prope ostium comparando, illa hac major esse deberet quantitate 2000 ped. geom. Quod quin a rei veritate abhorreat, dubitari nequit. Quia igitur ejusmodi flumen, posito ejus alveo horizontali, cataractam in ostio habere nequit; ponamus, superficiem fluminis fundo horizontali parallelam esse, & in superficie maris continuata, & nihilo minus nullam difficultatem superesse debere pro aquis ejus in mare exonerandis. Quid ad id præstandum requiritur? Ego rem ita concipio. Quando fons ex receptaculo sublimi aquam effundere cœpit, ea per vim impressam (ex notis causis brevi exstinguendam) ad satis mediocrem a fonte distantiam progredietur, nec ultra perget, nisi quia ob affluxum aquæ non cessantem altitudo sectionis magis magisque crescit, & hæc ipsa tam diu crescere debebit, donec tanta evadat, ut aqua superior, inferiorem premens, tantundem aquæ versus ostium continuo urgere possit, quantum ex receptaculo sublimi continuo defluit. Simul ac res eo perducta est, motus aquæ superficialis fiet infinite parvus, seu $= o$, uti ex Illustris *Wolfii Elem. Hydraul.* §. 233 apparet. Nam, quia nunc
TAB. III Fig. 5. (*Tab. III Fig. 5*) angulus declivitatis alvei ABD ($= BAF = FBL$) est $= o$ (per *hypoth.*); cadet AB in DB, BL in BF, & superficies fluminis AC in AF, consequenter C in verticem L parabolæ LGH, mensurantis celeritates aquæ per sectionem CB

($= LB$



AB III ad Nova Act
Fig. I
Q
h
C
H
R
A
A
V
D

($= LB = FB$) fluentis, adeoque semiordinata CG, hoc est, celeritas aquæ superficialis, erit $= o$, hoc est, celeritatum terminalium una CG respectu alterius BH evanescet. Jam vero, cum in quocunque flumine dato celeritas aquæ superficialis non sit $= o$, sed finita, eaque (quod per observationes communes constat) satis notabilis: hæc autem præ terminalium altera BH evanescere debeat (per *demonstr.*); debebit semiordinata BH esse infinita, consequenter & axis LB, hoc est, in nostro casu profunditas fluminis FB, infinita erit. Quod cum sit absonum; patet, credo, nullius fluminis alveum horizontalem esse, nec esse posse. Accedit, quod, posito alveo fluminis horizontali, & progressu aquæ a solo motu semel concepto pendente, sequatur, ex fluminibus alveos duci posse, per quos aqua cursu retrogrado ad anteriorem locum fluminis quantumlibet remotum, imo usque ad fontes ipsos, reverti possit; quod omnium seculorum experientiæ de aquæductibus acquisitæ adversari satis patet, modo recordemur, ducendo alveum versus ostium semper obtineri præcipitium aquarum aut continuum aquæ affluxum pro rota *animanda*, per alveum autem versus fontes ductum nullo modo rem succedere.

Ex omnibus igitur, quæ partim in hac Commentatione, partim in Dissertatione *de Origine Fontium* §. *4, 16, 17, 29, 30, 31, 38, 39, 49, 53, 59, 63, 64,* & præcipue in §. *18*, de admodum diversa diversorum locorum continentis, itemque de diversorum marium oceanique in diversis locis diversa, altitudine affirmavi, & nunc a variis speciosis dubiis vindicavi, satis constabit, Tellurem considerari non posse ut solidum ex rotatione figuræ circa axem genitum, veramque ejus figuram tam a sphæra, quam sphæroidis depressi aut oblongi, figura admodum notabiliter recedere, quin potius Tellurem pluribus in locis, terrestribus æque ac marinis, valde gibbosam esse, & nihilo minus figuram ejus maxime compositam, aut in sensu saltem geometrico valde irregularem, ex diligenti consideratione declivitatis præcipuorum fluminum mariumque quam proxime determinari posse, Academiis Scientiarum tanti operis magnifici curam atque executionem suscipientibus. Quæ cum ita sint, non amplius quærendum esse censeo, an axis Telluris diametro

metro Æquatoris major ſit, an contra: ſic enim Telluri tacite jam tribueretur figura ſphæroidis oblongi aut depreſſi; ſed ſaltem] quærendum reſtat, quantum loca Telluris in Æquatore aut extra eundem data a centro Telluris diſtent, alteraque alteris ſint altiora aut depreſſiora. Nam axis quidem Telluris, utpote unicus, ſibi ipſe conſtans eſt; at diameter Æquatoris variabilis eſt, pro diverſis namque tractibus diverſa; adeoque fieri poteſt, ut diameter Æquatoris ſit alicubi major, alibi minor axe Telluris, rurſus alibi eidem æqualis. Unde etiam colligere licet, mihi ipſi non amplius probari, quæ in Diſſertationis citatæ §. 9 de *æquilibrio* aquarum Oceani; in §. 11 de Oceano ſub Æquatore *ubique* depreſſiore, quam extra eundem; in §. 13 de axe Telluris *qualibet* diametro Æquatoris majore, affirmavi, præſertim cum obſervatio 2 in §. 6 de ſalſedine maris ſub Æquatore *maxima*, nondum ſatis explorata habenda ſit, & in nonnullis tractibus exceptionem pati videatur. Nam, etſi ab initio mecum conſtitueram prorſus abſtinere a figura Telluris tantopere controverſa, & ex figura marium Oceanique præcipue æſtimanda, nihilo minus, poſtquam in *Diſſertationis* §. 2 n. 6 ſub manu mihi nata erat nova prorſus & inexſpectata Propoſitio, quod, data longitudine & declivitate fluminis divergentis, & in diverſa maris loca, aut in diverſa prorſus maria, ſeſe exonerantis, determinari poſſit, quantum ſuperficies maris ad unum oſtium altior aut depreſſior ſit ſuperficie maris ad oſtium alterum, tractus ſum ad eam, quam vitare volueram, diſquiſitionem, majorem utique diligentiam ac circumſpectionem in perquirendis Mappis Hydrographicis, & conſtituendis obſervationibus marinis, poſtulantem, quam aut temporis exiguitas, aut non ſat magnus modus Diſſertationi præfinitus, patiebatur; in rebus autem phyſicis, quod nemo dubitat, theoriæ emendatio & perfectio ex obſervationum emendatione & perfectione pendet. Hæc opportune monenda eſſe duxi, ne quis, actorum non ſatis gnarus, negligentiæ aut attentionis defectui tribuat, quæ temporis, ſpatii, & occaſionis, limitationibus debentur. (*)

(*) Reliqua hujus Commentationis Capita in *Menſem* proximum reſervantur.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ
Calendis Junii Anno MDCCXLII.
Pars I.

UTRIUSQUE THESAURI ANTIQUITATUM Romanarum Græcarumque Nova Supplementa, congesta a JOANNE POLENO. Tomi V.

Venetiis, apud Jo. Baptistam Pasqualium, 1737, fol. maj. Tom. I Alph. 7 plag. 15, cum Tabb. æn. 3, Tom. II Alph. 6 plag. 14, cum Tabb. æn. 14, Tom. III Alph. 8, cum Tabb. æn. 28, Tom. IV Alph. 8 plag. 20, cum Tabb. æn. 6, Tom. V Alph. 9 plag. 7, cum Tabb. æn. 5.

Rem profecto fructuosam literis & vehementer opportunam faciunt hi, qui in colligendis Antiquitatum Latinarum Græcarumque opibus studium operamque collocant suam. Namque his rebus, tanquam fundamentis, innixa consistit humanitas, ut ruere non possit antiquitatis cognitio, quin simul totam humanitatem eadem ruina trahat. Sed, perquam difficilem hanc operam esse periculosamque, nemo potest negare, qui reputaverit, quanta antiquitatis scientia instructum esse oporteat eum, qui judicare velit, quinam libri docte feliciterque in rebus veterum illustrandis versentur. Neque vero sufficit, ad hoc efficiendum, ut quis ea colligat, & in unum corpus congreget, quæ raritatis pretium tulerunt; sed majus quiddam & amplius requiritur: id quod præstitisse videtur *Joannes Polenus*, Vir doctissimus & scriptis suis celeberrimus, cum, quæ reliqua fecerant *Gronovius* & *Grævius*, ea in unum opus redigeret, & conduceret. Juris publici fecit *quinque*

Tomos Supplementorum ad utrumque *Grævii* & *Gronovii* Thesaurum, tam nitida charta expressos, tam illustribus & perspicuis literis exscriptos, tam splendidis tabulis & figuris æneis pæne innumeris ornatos, ut nullis sumtibus bibliopolæ, nulli labori ac studio Editor, pepercisse videantur. Et non poterat Viris judicii & doctrinæ elegantia celeberrimis, *Grævio Gronovio*que, ab ullo rectius succedi, quam a *Poleno*, qui ita eos referendos imitatione putavit, ut ab eorum consiliis, & tota operis forma, ne minimum quidem recederet. Igitur ab initio statim in Præfatione, toti Operi fere communi, hoc est, *primi Tomi*, eadem repetiit, designatis locis, quæ Autores illi in hujusmodi operibus monenda esse duxerant. Et in hoc una pars Præfationis consumitur; altera autem explicat vitam & scripta virorum, quorum quoddam opus in his *Supplementis* apparet, & judicium interdum quoddam interponit. Et hanc formam per omnes *Tomos* conservavit. Nunc, quæ in quoque *Tomo* contineantur, breviter commemorabimus.

Ac in *primo* quidem *Tomo*, vestigiis *Grævii* insistens, proposuit nobis libros maximam partem ejusmodi, qui civilem Romanæ Reipublicæ administrationem illustrant. Primum locum obtinent *Pauli Merulæ Liber posthumus de Legibus Romanorum*, & alter *de Comitiis Romanorum*. Tum legitur 3) *P. Ottonis Aicheri* brevis *Institutio de Comitiis Romanorum, Libris III* comprehensa; 4) *Francisci Polleti Historia Fori Romani* restituta, illustrata, & aucta; 5) *M. Antonii Majoragii Libellus de Senatu Romano*; 6) *Matthæi Ægyptii SCti de Bacchanalibus explicatio*; 7) *P. Burmanni de Vectigalibus Populi Rom. Dissertatio*; 8) *Balthasaris Bonifacii de Archivis Liber singularis*; 9) *Albertini Barisonii de Archivis* Commentarius; 10) *Scip. Gentilis Disputationum illustrium, sive de Jure Publico Populi Romani Liber*; 11) *Alberici Gentilis de Armis Romanorum Liber*. In quibus quidem *P. Merulæ* libri, judice ipso *Poleno*, apprime utiles accommodatique sunt iis, qui *Justiniani* Institutionibus recte intelligendis interpretandisque operam navare cupiunt. *Majoragii* libellum *Grævius* quidem condemnaverat, & nullum ei pretium statuerat; sed Doctissimus *Polenus* vidit, *Grævium* hunc librum non legisse: si legisset, aliter

ter

ter judicaturum fuisse. Neque enim tam absurdum esse & inutilem, ut a Collectione sua excludendus esse videretur. *P. Burmanni* Dissertatio doctissima truncata est Dissertatione politissima *de Jove καταιβάτῃ*, quæ ceteroquin illi adjuncta reperitur; propterea quod ad hanc materiam, huic *Tomo* assignatam, non pertinere videbatur. *Alberti* autem *Barisonii de Archivis* Commentarius nondum editus fuit. Hunc Doctissimus *Polenus* a Nobilissimo Marchione *Ugolino Barisonio* in αὐτογράφῳ accepit, temporis injuria male affectum; sed tamen, ut restitueretur, magnum laborem adhibuit. Is *Barisonius* fuit Nobilis Patavinus, vir humaniorum literarum & Juris utriusque consultissimus, primo Canonicus & Professor Moralium in patria, deinde Episcopus Cenetensis. Vixit usque ad A. 1567, quo anno pæne octogenarius mortuus est. Nihil, quod quidem constet, ex ejus scriptis in lucem editum reperitur. In hoc autem libro *de Archivis*, nunc primum edito, disputat de Archivis, seu tabulariis publicis, in quibus commentarii rerum gestarum, acta, monumenta, publice asservabantur; non tamen nihil de privatis Archivis perstringit. Tempus, quo institutum Romæ Archivum primo constiterit, quo loco fuerint, cujus curæ demandata, quas res continuerint, quibus subinde commutationibus obnoxia, quæ facies eorum, Cæsaribus Romæ imperantibus, quæ forma Constantinopoli, qui custodes & curatores, quomodo dicti, hæc, inquam, omnia satis docte eleganterque pro illius ætatis habitu exposuit, & illustravit, ita, ut, si hoc nostro tempore forte majori luce perfusa hæc materia appareat, illud non tam hominibus, quam tempori, tribuendum esse videatur. Jam, qui ultimo loco positi sunt Angli cujusdam libri, *de Armis Romanorum*, videntur illi quidem, cum in corpus Antiquitatum sint adsciti, de Armis Romanorum bellicisque machinis, & variis earum generibus, agere; sed omnia alia potius ibi proponuntur. Nam sunt libri duo, qui contrarias de jure & justitia Romanorum bellorum disputationes habent, quibus in utramque partem de iis statuitur ac judicatur. In primo quidem id agitur, ut, Romanorum bella pleraque injuste fuisse & inique commissa, ostendatur, alterius autem disputatio in eo

 consumi-

prætermissurum fuisse, nisi, recens tum editis libris in *Thesaurum* inducendis, bibliopolis injuriam jacturamque afferri noluisset. Sed, quæ hic reperiuntur, sunt hæc: 1) *Antonii Francisci Gorii Descriptio Monumenti sive Columbarii libertorum & servorum Liviæ Augustæ & Cæsarum*, XX æri incisis tabulis illustrati; 2) *Octavii Ferrarii Dissertatio de Balneis*; 3) *Ejusd. Dissertatio de Gladiatoribus*; 4) *Nic. Calliachii Dissertatio de Gladiatoribus*; 5) *Ejusd. Dissertatio de Suppliciis servorum*; 6) *Wilhelmi a Loon Eleutheria, seu de Manumissione servorum apud Romanos Libri IV*; 7) *Jo. Jac. Claudii Diatribe de Nutricibus & Pædagogis*; 8) *Hieronymi Mercurialis de Arte gymnastica Libri sex*; 9) *Antonii Bombardini de Carcere, & antiquo ejus usu*, ad hæc usque tempora deducto, *Tractatus*, cum annotationibus, Tractatui ipsi nunc primum subjectis; 10) *Christiani Schœtgenii Historia Librariorum ac Bibliopolarum veteris ac medii ævi, ex idoneis monumentis collecta*; 11) *Jo. Andreæ Eschenbachii de Scribis Veterum Romanorum Dissertatio*; 12) *Jo. Clerici de Stilis veterum, & variis chartarum generibus, Dissertatio*; 13) *Laurentii Pignorii de Servis*, & eorum apud veteres ministeriis, *Commentarius*; 14) *Antonii Velseri ad Hieronymum Fabrum, Medicum, de Zeta & Zetario, sive de Diæta ac Diætario, Epistola*; 15) *Titi Popmæ Phrysii de Operis Servorum Liber*. Jam, de nonnullis quid dixerit Cel. *Polenus*, & quid statuendum sit, videbimus. Inter multa antiquitatis monumenta miranda, est sine dubio Columbarium Libertorum Domus Augustæ, juxta viam Appiam hoc Seculo A. 1726 repertum; e quo multa cognosci possunt, quæ cum ad alia, tum inprimis multum ad servorum libertorumque conditionem illustrandam, valent. Itaque tum temporis in Italia docti homines nihil prius habuerunt, nihilque antiquius, quam ut hoc velut opimum antiquitatis spolium in templo Æternitatis dicatum conservarent. Sed princeps eruditorum cognitioni proposuit, qua fortuna repertum sit, indicavit, & multa antiquitatis luce perfudit, *Franciscus Blanchinius*, Canonicus Romanus. At, cum reliqua essent in eo multa, quæ doctissimi & in explicandis veterum monumentis versatissimi *Gorii* operam, studium, doctrinamque, flagitare

are viderentur, hic tam præclaro operi ſuas opes denegandas eſſe non putavit. Namque edidit illud in lucem iterum, plurimis Inſcriptionibus auctum, & totius monumenti deſcriptionem, formam, ordinem, diligenter exhibuit, illuſtravit, & doctiſſimis animadverſionibus, cum ſuis, tum Celeberrimi *Antonii Mariæ Salvinii*, explicavit. Quæ cum ita ſint, nihil ad explicandas ſervorum libertorumque antiquitates elegantius facere ſe poſſe arbitratus eſt Cel. *Polenus*, quam ſi hunc Doctiſſimi *Gorii* librum huic *Tomo* inſerendum curaret. Et, cum intellexiſſet, in *Ghezzii*, Equitis, Opere, nuper edito, quasdam hujus Columbarii Inſcriptiones inveniri, ſtudioſe eas perluſtravit, interque ſe comparavit, &, ubi diverſitatem lectionis reperiret, e qua ad hoc monumentum aliquid lucis pervenire poſſet, hic in Præfatione diligenter ſignificavit. Nam totum illud *Ghezzii* Opus, cum tantummodo Inſcriptiones ſine explicatione & illuſtratione referret, non erat ejusmodi, ut in ſua Antiquitatum Supplementa referendum exiſtimaret. Diſſertationes autem *Ferrarii de Gladiatoribus*, binæ *Calliachii*, *Jo. Clerici* una *de Stilis veterum*, *Velſeri* Epiſtola *de Zeta & Zetario*, hominum doctiſſimorum, ne quis putet libros eſſe, totas Diſſertationes duæ tresve paginæ capiunt; ſed pretium ſcriptis non ex mole, ſed ex præſtantia, ſtatuendum eſſe conſtat. Jam in Diſſertatione *de Suppliciis ſervorum* exponuntur inſtrumenta, quibus pœnæ infligi ſolitæ fuerint, lora, nervi, fuſtes, flagra, virgæ, ſcorpiones, & vites. Quæ, cum ſint paucis, uti diximus, explicata, Doctiſſimus Editor diligenter ſub examen diſquiſitionemque vocavit, & addendos eſſe vidit funes, quod docet in Præfatione. Primum enim cognoſcere eos licet in imaginibus, in marmore, anaglyptico opere ſcalptis, apud *Franciſcum Ficoronium* in eo Commentario, cui titulum fecit *le Maſchere ſceniche, pag. 25*, ex quibus Vir Doctiſſimus hic duas in ipſa Præfatione exhibuit. Deinde, eos funes fuiſſe ſparteos, ex *Horatii Ep. Od. IV, 3*, docere conatur. In eo autem dubitandum ipſi eſſe videtur, quod *vites* in ſuppliciorum inſtrumentis retulerit *Calliachius*, cum ſatis conſtet, militare illud Romanorum militum ſupplicium fuiſſe, quod ne in extraneis quidem adhibitum

metro Æquatoris major ſit, an contra: ſic enim Telluri tacite jam tribueretur figura ſphæroidis oblongi aut depreſſi; ſed ſaltem] quærendum reſtat, quantum loca Telluris in Æquatore aut extra eundem data a centro Telluris diſtent, alteraque alteris ſint altiora aut depreſſiora. Nam axis quidem Telluris, utpote unicus, ſibi ipſe conſtans eſt; at diameter Æquatoris variabilis eſt, pro diverſis namque tractibus diverſa; adeoque fieri poteſt, ut diameter Æquatoris ſit alicubi major, alibi minor axe Telluris, rurſus alibi eidem æqualis. Unde etiam colligere licet, mihi ipſi non amplius probari, quæ in Diſſertationis citatæ §. 9 de *æquilibrio* aquarum Oceani; in §. 11 de Oceano ſub Æquatore *ubique* depreſſiore, quam extra eundem; in §. 13 de axe Telluris *qualibet* diametro Æquatoris majore, affirmavi, præſertim cum obſervatio 2 in §. 6 de ſalſedine maris ſub Æquatore *maxima*, nondum ſatis explorata habenda ſit, & in nonnullis tractibus exceptionem pati videatur. Nam, etſi ab initio mecum conſtitueram prorſus abſtinere a figura Telluris tantopere controverſa, & ex figura marium Oceanique præcipue æſtimanda, nihilo minus, poſtquam in *Diſſertationis* §. 2 n. 6 ſub manu mihi nata erat nova prorſus & inexſpectata Propoſitio, quod, data longitudine & declivitate fluminis divergentis, & in diverſa maris loca, aut in diverſa prorſus maria, ſeſe exonerantis, determinari poſſit, quantum ſuperficies maris ad unum oſtium altior aut depreſſior ſit ſuperficie maris ad oſtium alterum, tractus ſum ad eam, quam vitare volueram, diſquiſitionem, majorem utique diligentiam ac circumſpectionem in perquirendis Mappis Hydrographicis, & conſtituendis obſervationibus marinis, poſtulantem, quam aut temporis exiguitas, aut non ſat magnus modus Diſſertationi præfinitus, patiebatur; in rebus autem phyſicis, quod nemo dubitat, theoriæ emendatio & perfectio ex obſervationum emendatione & perfectione pendet. Hæc opportune monenda eſſe duxi, ne quis, actorum non ſatis gnarus, negligentiæ aut attentionis defectui tribuat, quæ temporis, ſpatii, & occaſionis, limitationibus debentur. (*)

(*) Reliqua hujus Commentationis Capita in *Menſem* proximum reſervantor.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ
Calendis Junii Anno MDCCXLII.
Pars I.

UTRIUSQUE THESAURI ANTIQUITATUM Romanarum Græcarumque Nova Supplementa, congesta a JOANNE POLENO. Tomi V.

Venetiis, apud Jo. Baptistam Pasqualium, 1737, fol. maj. Tom. I Alph. 7 plag. 15, cum Tabb. æn. 3, Tom. II Alph. 6 plag. 14, cum Tabb. æn. 14, Tom. III Alph. 8, cum Tabb. æn. 28, Tom. IV Alph. 8 plag. 20, cum Tabb. æn. 6, Tom. V Alph. 9 plag. 7, cum Tabb. æn. 5.

Rem profecto fructuosam literis & vehementer opportunam faciunt hi, qui in colligendis Antiquitatum Latinarum Græcarumque opibus studium operamque collocant suam. Namque his rebus, tanquam fundamentis, innixa consistit humanitas, ut ruere non possit antiquitatis cognitio, quin simul totam humanitatem eadem ruina trahat. Sed, perquam difficilem hanc operam esse periculosamque, nemo potest negare, qui reputaverit, quanta antiquitatis scientia instructum esse oporteat eum, qui judicare velit, quinam libri docte feliciterque in rebus veterum illustrandis versentur. Neque vero sufficit, ad hoc efficiendum, ut quis ea colligat, & in unum corpus congreget, quæ raritatis pretium tulerunt; sed majus quiddam & amplius requiritur; id quod præstitisse videtur *Joannes Polenus*, Vir doctissimus & scriptis suis celeberrimus, cum, quæ reliqua fecerant *Gronovius* & *Grævius*, ea in unum opus redigeret, & conduceret. Juris publici fecit *quinque*

Tomos Supplementorum ad utrumque *Grævii* & *Gronovii* Thesaurum, tam nitida charta expressos, tam illustribus & perspicuis literis exscriptos, tam splendidis tabulis & figuris æneis pæne innumeris ornatos, ut nullis sumtibus bibliopolæ, nulli labori ac studio Editor, pepercisse videantur. Et non poterat Viris judicii & doctrinæ elegantia celeberrimis, *Grævio Gronovio*que, ab ullo rectius succedi, quam a *Poleno*, qui ita eos referendos imitatione putavit, ut ab eorum consiliis, & tota operis forma, ne minimum quidem recederet. Igitur ab initio statim in Præfatione, toti Operi fere communi, hoc est, *primi Tomi*, eadem repetiit, designatis locis, quæ Autores illi in hujusmodi operibus monenda esse duxerant. Et in hoc una pars Præfationis consumitur; altera autem explicat vitam & scripta virorum, quorum quoddam opus in his *Supplementis* apparet, & judicium interdum quoddam interponit. Et hanc formam per omnes *Tomos* conservavit. Nunc, quæ in quoque *Tomo* contineantur, breviter commemorabimus.

Ac in *primo* quidem *Tomo*, vestigiis *Grævii* insistens, proposuit nobis libros maximam partem ejusmodi, qui civilem Romanæ Reipublicæ administrationem illustrant. Primum locum obtinent *Pauli Merulæ Liber posthumus de Legibus Romanorum*, & alter *de Comitiis Romanorum.* Tum legitur 3) *P. Ottonis Aicheri* brevis *Institutio de Comitiis Romanorum, Libris III* comprehensa; 4) *Francisci Polleti Historia Fori Romani* restituta, illustrata, & aucta; 5) *M. Antonii Majoragii Libellus de Senatu Romano*; 6) *Matthæi Ægyptii SCti de Bacchanalibus explicatio*; 7) *P. Burmanni de Vectigalibus Populi Rom. Dissertatio*; 8) *Balthasaris Bonifacii de Archivis Liber singularis*; 9) *Albertini Barisonii de Archivis* Commentarius; 10) *Scip. Gentilis Disputationum illustrium*, sive *de Jure Publico Populi Romani Liber*; 11) *Alberici Gentilis de Armis Romanorum Liber.* In quibus quidem *P. Merulæ* libri, judice ipso *Poleno*, apprime utiles accommodatique sunt iis, qui *Justiniani* Institutionibus recte intelligendis interpretandisque operam navare cupiunt. *Majoragii* libellum *Grævius* quidem condemnaverat, & nullum ei pretium statuerat; sed Doctissimus *Polenus* vidit, *Grævium* hunc librum non legisse: si legisset, aliter

ter judicaturum fuisse. Neque enim tam absurdum esse & inutilem, ut a Collectione sua excludendus esse videretur. *P. Burmanni* Dissertatio doctissima truncata est Dissertatione politissima *de Jove καταιβάτῃ*, quæ ceteroquin illi adjuncta reperitur; propterea quod ad hanc materiam, huic *Tomo* assignatam, non pertinere videbatur. *Alberti* autem *Barisonii de Archivis* Commentarius nondum editus fuit. Hunc Doctissimus *Polenus* a Nobilissimo Marchione *Ugolino Barisonio* in αὐτογράφῳ accepit, temporis injuria male affectum; sed tamen, ut restitueretur, magnum laborem adhibuit. Is *Barisonius* fuit Nobilis Patavinus, vir humaniorum literarum & Juris utriusque consultissimus, primo Canonicus & Professor Moralium in patria, deinde Episcopus Cenetensis. Vixit usque ad A. 1567, quo anno pæne octogenarius mortuus est. Nihil, quod quidem constet, ex ejus scriptis in lucem editum reperitur. In hoc autem libro *de Archivis*, nunc primum edito, disputat de Archivis, seu tabulariis publicis, in quibus commentarii rerum gestarum, acta, monumenta, publice asservabantur; non tamen nihil de privatis Archivis perstringit. Tempus, quo institutum Romæ Archivum primo constiterit, quo loco fuerint, cujus curæ demandata, quas res continuerint, quibus subinde commutationibus obnoxia, quæ facies eorum, Cæsaribus Romæ imperantibus, quæ forma Constantinopoli, qui custodes & curatores, quomodo dicti, hæc, inquam, omnia satis docte eleganterque pro illius ætatis habitu exposuit, & illustravit, ita, ut, si hoc nostro tempore forte majori luce perfusa hæc materia appareat, illud non tam hominibus, quam tempori, tribuendum esse videatur. Jam, qui ultimo loco positi sunt Angli cujusdam libri, *de Armis Romanorum*, videntur illi quidem, cum in corpus Antiquitatum sint adsciti, de Armis Romanorum bellicisque machinis, & variis earum generibus, agere; sed omnia alia potius ibi proponuntur. Nam sunt libri duo, qui contrarias de jure & justitia Romanorum bellorum disputationes habent, quibus in utramque partem de iis statuitur ac judicatur. In primo quidem id agitur, ut, Romanorum bella pleraque injuste fuisse & inique commissa, ostendatur, alterius autem disputatio in eo

consumitur, ut, quæ priori libro sunt contra justitiam Romanorum bellorum dicta, ea refellantur. Ceterum hic liber eleganter venusteque conscriptus est, ita, ut, Autorem in polita elegantique oratione satis versatum fuisse, appareat. Ceteri, qui in hoc *Tomo* continentur, libri ita sunt in vulgus noti, ut de iis dicere nihil attineat.

Tomo secundo inserta sunt maximam partem ejusmodi scripta, quæ ad *Inscriptiones*, *Gemmas*, *Numos*, *Marmora*, & alia antiqua monumenta illustranda, pertinent. In quo Cel. Editor veritus, ne, cum eos libros in hoc Syntagma induxerit, harum rerum collectores compilasse videretur, aut certe opus aliquod inutile fecisse, cum singularia ac permulta hujus generis corpora exstent. Huic igitur reprehensioni occurrere conatus est statim ita, uti dicat, se nulla alia ex hoc genere commentaria hic proposuisse, quam in quibus viri doctissimi abditos quosdam Græcarum Latinarumque literarum recessus aperuerint. Sed sunt ea: 1) *Cuperi Apotheosis Homeri*; 2) *Ejusdem Cuperi Explicatio Gemmæ Augusteæ*; 3) *Numismata*; 4) *Inscriptiones & Marmora* antiqua exposita, & illustrata; 5) *de Utilitate, quam Principes ex Numismatibus capere possint, Dissertatio*; 6) *Schotti Homericæ Apotheoseos*, in antiquo lapide designatæ, *Explanatio*; 7) *Achates Tiberianus, sive Gemma Cæsarea, D. Augusti Apotheosin*, Imp. *Cæs. Tiberii*, Augustæque *Juliæ* domus seriem, iconas, gentesque bello captas, repræsentans, *Autore Jacobo Le Roy*, Libero Barone S. R. I.; 8) *Cuperi Harpocrates*, & antiqua monumenta; 9) *Claudii Salmasii Explicatio duarum Inscriptionum, & ad quædam perantiqua Poematia Notæ*, primo editæ Lutetiæ Paris. A. 1619; 10) *De Diis παρέδροις, seu assessoribus & conjunctis, Commentarius Georgii d'Arnaud*; 11) *Tobiæ Guthberlethi Dissertatio de Diis Cabiris*, ad editionem anni 1704 expressa; 12) *de Diis Cabiris Dissertatio Jo. Astorii, Veneti*; 13) *Matthæi Brouerii de Niedeck Dissertatio de Populorum veterum ac recentiorum adorationibus*, primum Amstelædami A. 1713 edita; 14) *Caroli Patini in tres Inscriptiones Græcas Commentarius*; 15) *Ejusd. in antiquum monumentum Marcellinæ Commentarius*; 16) *Ejusd. in antiquum Centotaphium M. Artorii Commentarius.*

Jam,

Jam, quæ ad horum librorum cognitionem aut commendationem pertinent, ex ipsa Præfatione referemus. Ac primo in *Cuperi* libris indicandis, sicuti & in ceteris, vitam ejus breviter commemorat, &, quæ Dissertationi *de Apotheosi Homeri* scribendæ dederint locum, & alia quædam, quæ ad historiam libri pertinent, exponit. Tum vero, cum in ipsa *Cuperi* Dissertatione *Homeri* sedentis effigiem non reperisset, eam Cel. Editor in Præfatione exprimendam bona fide curavit. Quæ *Cuperi* Dissertationes excipit, *Schotti* Explanatio Homericæ Apotheoseos, ea Gallice prodierat Amstelædami A. 1714. Sed, cum Cel. Vir videret, eam quasi supplementum quoddam & accessionem ad *Cuperi* librum esse, eam in Latinum convertendam a Doctissimo Viro, *Petro Facciolo*, & his *Cuperianis* subjiciendam, curavit. Reliqua, quæ de hoc libro commemorantur, ea jam sunt in his *Actis A. 1715* & *1718* prodita. *Cuperi* autem *Harpocratem* ad novissimam, & ab ipso *Cupero* auctam, editionem expressit. Cui quoniam adjecit *Cuperus Stephani le Moyne* Epistolam *de Melanophoris*, eam & Noster relinquere noluit. Dissertatio *Astorii*, Veneti, *de Diis Cabiris* Venetiis primum A. 1703 vulgata est, nunc autem ab ipso Autore iterum emendata, atque aucta. Ad quem librum utile esse putavit Cel. *Polenus*, doctissimi *Montefalconii* quasdam explicationes tabularum, ex iisdem fontibus derivatas, referre ex libro, qui inscribitur *l' Antiquité expliqueé & representeé en Figures Tom. I Part. II pag. 300 seq.* De ceteris, nihil est, quod dicamus; quod omnia satis nota omnibus ac pervulgata arbitramur.

Ad multos difficilesque Autorum locos & intelligendos & explicandos pertinet inprimis etiam cognitio accurata servorum Romanorum, eorumque ministeriorum, ordinum, aliarumque rerum, quæ ad eos spectant; neque ea est antiquitatis studiosis negligenda. Quare, cum in Antiquitatibus *Grævii* parum inveniret Cel. *Polenus*, quod quidem servorum conditionem explicaret, non dubitavit, *tertium* horum *Supplementorum Tomum* in hac parte antiquitatis consumere, eique varios doctorum hominum libros, ad hunc locum pertinentes, inserere. Neque putabat doctissimum *Grævium* eos libros

prætermiſſurum fuiſſe, niſi, recens tum editis libris in *Theſaurum* inducendis, bibliopolis injuriam jacturamque afferri noluiſſet. Sed, quæ hic reperiuntur, ſunt hæc: 1) *Antonii Franciſci Gorii Deſcriptio Monumenti ſive Columbarii libertorum & ſervorum Liviæ Auguſtæ & Cæſarum*, XX æri inciſis tabulis illuſtrati; 2) *Octavii Ferrarii Diſſertatio de Balneis*; 3) *Ejusd. Diſſertatio de Gladiatoribus*; 4) *Nic. Calliachii Diſſertatio de Gladiatoribus*; 5) *Ejusd. Diſſertatio de Suppliciis ſervorum*; 6) *Wilhelmi a Loon Eleutheria, ſeu de Manumiſſione ſervorum apud Romanos Libri IV*; 7) *Jo. Jac. Claudii Diatribe de Nutricibus & Pædagogis*; 8) *Hieronymi Mercurialis de Arte gymnaſtica Libri ſex*; 9) *Antonii Bombardini de Carcere, & antiquo ejus uſu*, ad hæc uſque tempora deducto, *Tractatus*, cum annotationibus, Tractatui ipſi nunc primum ſubjectis; 10) *Chriſtiani Schœtgenii Hiſtoria Librariorum ac Bibliopolarum veteris ac medii ævi, ex idoneis monumentis collecta*; 11) *Jo. Andreæ Eſchenbachii de Scribis Veterum Romanorum Diſſertatio*; 12) *Jo. Clerici de Stilis veterum, & variis chartarum generibus, Diſſertatio*; 13) *Laurentii Pignorii de Servis*, & eorum apud veteres miniſteriis, *Commentarius*; 14) *Antonii Velſeri ad Hieronymum Fabrum, Medicum, de Zeta & Zetario, ſive de Diæta ac Diætario, Epiſtola*; 15) *Titi Popmæ Phryſii de Operis Servorum Liber*. Jam, de nonnullis quid dixerit Cel. *Polenus*, & quid ſtatuendum ſit, videbimus. Inter multa antiquitatis monumenta miranda, eſt ſine dubio Columbarium Libertorum Domus Auguſtæ, juxta viam Appiam hoc Seculo A. 1726 repertum; e quo multa cognoſci poſſunt, quæ cum ad alia, tum inprimis multum ad ſervorum libertorumque conditionem illuſtrandam, valent. Itaque tum temporis in Italia docti homines nihil prius habuerunt, nihilque antiquius, quam ut hoc velut opimum antiquitatis ſpolium in templo Æternitatis dicatum conſervarent. Sed princeps eruditorum cognitioni propoſuit, qua fortuna repertum ſit, indicavit, & multa antiquitatis luce perfudit, *Franciſcus Blanchinius*, Canonicus Romanus. At, cum reliqua eſſent in eo multa, quæ doctiſſimi & in explicandis veterum monumentis verſatiſſimi *Gorii* operam, ſtudium, doctrinamque, flagitare

tare

tare viderentur, hic tam præclaro operi ſuas opes denegandas eſſe non putavit. Namque edidit illud in lucem iterum, plurimis Inſcriptionibus auctum, & totius monumenti deſcriptionem, formam, ordinem, diligenter exhibuit, illuſtravit, & doctiſſimis animadverſionibus, cum ſuis, tum Celeberrimi *Antonii Mariæ Salvinii*, explicavit. Quæ cum ita ſint, nihil ad explicandas ſervorum libertorumque antiquitates elegantius facere ſe poſſe arbitratus eſt Cel. *Polenus*, quam ſi hunc Doctiſſimi *Gorii* librum huic *Tomo* inſerendum curaret. Et, cum intellexiſſet, in *Ghezzii*, Equitis, Opere, nuper edito, quaſdam hujus Columbarii Inſcriptiones inveniri, ſtudioſe eas perluſtravit, interque ſe comparavit, &, ubi diverſitatem lectionis reperiret, e qua ad hoc monumentum aliquid lucis pervenire poſſet, hic in Præfatione diligenter ſignificavit. Nam totum illud *Ghezzii* Opus, cum tantummodo Inſcriptiones ſine explicatione & illuſtratione referret, non erat ejusmodi, ut in ſua Antiquitatum Supplementa referendum exiſtimaret. Diſſertationes autem *Ferrarii de Gladiatoribus*, binæ *Calliachii*, *Jo. Clerici* una *de Stilis veterum*, *Velſeri* Epiſtola *de Zeta & Zetario*, hominum doctiſſimorum, ne quis putet libros eſſe, totas Diſſertationes duæ treſve paginæ capiunt; ſed pretium ſcriptis non ex mole, ſed ex præſtantia, ſtatuendum eſſe conſtat. Jam in Diſſertatione *de Suppliciis ſervorum* exponuntur inſtrumenta, quibus pœnæ infligi ſolitæ fuerint, lora, nervi, fuſtes, flagra, virgæ, ſcorpiones, & vites. Quæ, cum ſint paucis, uti diximus, explicata, Doctiſſimus Editor diligenter ſub examen diſquiſitionemque vocavit, & addendos eſſe vidit funes, quod docet in Præfatione. Primum enim cognoſcere eos licet in imaginibus, in marmore, anaglyptico opere ſcalptis, apud *Franciſcum Ficoronium* in eo Commentario, cui titulum fecit *le Maſchere ſceniche, pag. 25*, ex quibus Vir Doctiſſimus hic duas in ipſa Præfatione exhibuit. Deinde, eos funes fuiſſe ſparteos, ex *Horatii Ep. Od. IV, 3*, docere conatur. In eo autem dubitandum ipſi eſſe videtur, quod *vites* in ſuppliciorum inſtrumentis retulerit *Calliachius*, cum ſatis conſtet, militare illud Romanorum militum ſupplicium fuiſſe, quod ne in extraneis quidem adhibitum

tum esse videatur, cum in *Livii Lib. LVII Epit.* ita scriptum sit: *Quem militem si extra ordinem deprehendit, si* Romanus *esset*, vitibus, *si* extraneus, fustibus, *cecidit*. Multo minus ergo in servis. Hæc Doctissimo Viro animadvertenda esse ad hanc Dissertatiunculam visa sunt; quæ nos propterea afferenda esse duximus, ut, quid ipse nos de hoc parvulo Opusculo statuere velit, & quales sint ipsius animadversiones, si quas faciat, Lectorem doceremus. *Schœtgenii Historia Librariorum, & Bibliopolarum*, cum esset primo Latine, deinde Germanice, sed longe auctior, edita, hic a Viro Cel. *Jo. Erhardo Kappio* Latine conversa reperitur, qui eam, cum quibusdam commentariolis de vita *Eschenbachii*, ad *Polenum* miserat. Hæc sunt, quæ de *tertio Tomo* monenda esse videbantur.

Jam *quartum Tomum* recensebimus. Qui quidem, cum totus fere in rerum vetustarum, sive antiquariarum, explicatione consumatur, unus omnium ornatissimus ac splendidissimus apparet. Nam, præter plurimas integras tabulas æneas, in ipsis paginis multæ figuræ ære expressæ conspiciuntur. Sed hi sunt libri: 1) *Gisberti Cuperi & Ottonis Sperlingii Dissertatio*, sive *Epistolæ mutuæ*, de variis rebus, & quæstionibus, quæ pertinent ad antiquitates Græcas & Latinas; 2) *Nic. Calliachii Dissertatio de Osiride*; 3) *Ejusd. Dissertatio de Sacris Eleusiniis, & eorundem mysteriis*; 4) *Adriani Relandi Dissertatio de Diis Cabiris*; 5) *Tobiæ Guthberlethi Conjectanea in monumentum Heri ac Thisbes Monodiariæ, & Titi Claudii Glaphyri Choraulæ*, in quibus multi veterum Autorum loci, inscriptiones, & numi, illustrantur, & emendantur; 6) *Ejusd. Animadversiones philologicæ in antiquam Inscriptionem, Smyrnæ repertam*; 7) *Jacobi Sponii rei antiquariæ selectæ quæstiones*, in varias Dissertationes distributæ; 8) *Miscellanea eruditæ antiquitatis*, in quibus Marmora, Statuæ, Musiva, Toreumata, Gemmæ, Numismata, referuntur & illustrantur. In his scriptionibus, *Cuperi Sperlingii*que Epistolæ mutuæ antea nondum fuerunt in vulgus editæ; sed in MSto ex Museo *Jo Grammii*, Hafniensis Historiographi, Bibliothecarii Regii, & Literarum Græcarum in Academia Hafniensi Professoris Celeberrimi, cura & humanitate Cel. *Havercampii*, ad *Polenum*

lenum pervenerunt, qui illas nunc primum, huic *Tomo* insertas, edidit. Ceperat jam olim Cel. *Moshemius* consilium Sylloges hujus edendæ, quod deinde, multis sine dubio aliis gravibus occupationibus obligatus, posuit. Scripserat idem etiam Procemium, quo, quanta harum Epistolarum præstantia sit, omnes facile vel suspicaturos esse, dicit, qui horum virorum doctrinam vel leviter cognitam habeant. Ad codicis marginem paucas quasdam & breves annotationes adscripserat, sed jam inhibuerat, cum ad Epistolam sextam pervenisset, sine dubio propterea, judice *Poleno*, quod, ejusmodi annotationes alienas esse ab his Epistolis, viderat, quarum quoddam specimen hic in *Præf. pag. 3* Noster descripsit. Multa sunt egregie in his Epistolis docteque disputata, & dijudicata, quæ nomen Autorum suorum implent, inprimis nonnulla de *Runicis Inscriptionibus*, & multa de illa quæstione: num *M. Julius Augustus Philippus* vere & sancte Christianam religionem secutus sit, suasu scilicet uxoris suæ *Marciæ Otaciliæ Severæ* a superstitione conversus, non vero an Christianis faverit, Christumque magno honore habuerit. Tum vero non pauca reperiuntur, eaque exquisita, de Numis, præcipue de non cusis, de quibus *Sperlingii* Dissertatio postea in lucem est emissa. Porro, quæ de Honoratis & Donatis Imperatorum dicuntur, quæ de Candidatis Imperatorum, quæ de Græcorum ac Judæorum commerciis, de variarum gentium scribendi ratione, de vexillis ac signis militaribus Romanorum, & alia, egregia sunt. Atque hoc in Epistolarum mutuarum lectione commodi est, quod, ubi in una aliqua Epistola aliquid explicatur, illustratur, & conjicitur, tum in altera alterius viri dicuntur ea, quæ contra eam sententiam afferri possunt; & postea rursus refutantur, confirmantur, pleniusque & majorem in modum exponuntur. Nunc, cum primum hic editæ Epistolæ exstent, unum aliquod specimen ex iis delibabimus, ut, qualia sint cetera, judicium fieri possit. *Cuperus Ep. XIX*, cum suscepisset contra illorum sententiam doctorum opinari, qui, *Philippos Augustos* non fuisse Christianos, statuerant, his argumentis est usus. Ac primo quidem *Eusebium* pro sua sententia affert, qui certo affirmare videtur, *Philippum*

Pag. 33 seq.

Imp. Christiana sacra coluisse. *Lib. VI Cap. 34* κατέχει λόγος, &c. celebratur fama, *Philippum*, cum esset Christianus, in extrema Paschatis vigilia &c. In quibus verbis non id videtur in dubium vocare, (si dubitatio inest verbis κατέχει λόγος,) fuisse Christianum, sed tantummodo veritatem ejus rei, quæ loco illo prolata est. Neque vero ullum est dubium, quin *Eusebius*, laudum gloriæque *Constantini M.* fautor studiosissimus, nisi coactus fuisset veritati cedere, cupidissime hanc laudem *Philippo* detracturus, & ad *Constantinum M.* translaturus fuisset; ut primus Imperatorum sacra Christiana amplexus videretur. Idem *Lib. IV Vit. Const.* ait, *Constantinum* ex omnibus retro Imperatoribus primum Christianam religionem palam διαφανῶς professum. Quo quid aliud, quam ante ipsum jam plures, sed clanculum, sacra Christianorum amplexos, significat? *Dionysius*, qui, Alexandrinæ præfectus scholæ Catecheseon, temporibus *Philippi Arabis* vixit, apud eundem *Lib. VII Cap. 10* nullum superiorum Imp. ne illos quidem, οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι, tanta benevolentia, tantoque studio, quanto *Valerianum* ab initio, prosecutum esse Christianos. Et ab *Origene* etiam scriptam Epistolam ad *Philippum Arabem*, & conjugem ipsius, *Severam*, memoriæ prodidit *Eusebius Lib. VI Cap. 36.* Quod quidem a vero alienum videri non potest, si quis reputaverit, & *Hippolytum* ad *Augustam Severam* dedisse προτρεπτικὸν, uti ex laterculo ipsius operum apparet: πρὸς Σέβηραν Αὐγ. *Philippus* igitur Imp. Christianus fuit, & Christianis mirifice studuit, quod non facturus fuisse videtur, si superstitioni veterum adhuc fuisset addictus. Hinc βασιλείαν ejus εὐμενεστέραν τοῖς Χριστιανοῖς fuisse scribit *Dionysius* apud *Eusebium Lib. VI Cap. 41.* Et *Zosimus*, Christianis infensissimus scriptor, maximopere carpit *Philippum Lib. I Cap. 21.* Neque causa est, quare *Decius* Christianos pressisse ab *Eusebio* dici possit, odio in *Philippum* ductus, nisi hic Christianis studiose favisset, hisque sacris imbutus fuisset, idque pro indubitato habuissent omnes. His & aliis pluribus argumentis sententiam suam confirmare studet *Cuperus*; quæ *Sperlingius* in Epistolis sequentibus commovere conatur. Nunc etiam paucissima quædam ex *Sperlingianis* afferemus. *Cuperus* propo-

proposuerat in Epistolis Inscriptionem aliquam e *Gruterianis*, in qua est IMP. OMNIUM HONORATO ET DONATO, &, quid hoc esset, rogarat. Hic vero solertissimo responso explicat: ab omnibus Imperatoribus propter virtutem bellicam honorato, & donato, CORONIS MUR. VALL. &c. quæ in Inscriptione sequuntur. Cui cum *Cuperus* respondisset, se male habere illud OMNIUM IMP. pro *ab Imp.*, quod an dicatur, se vehementer dubitare; *Sperlingius* refert *Ep. LI*, hoc dici eodem modo, quo EVOCATI AUGUSTI, CANDIDATI IMPERATORIS, qui sæpe in Inscriptionibus occurrant. Pag. 142. Namque pleraque officia, beneficia, & dignitates, solis adjectivis significari, quæ substantivorum morem imitentur. Deinde aliam dictionem explicat *Ep. LVII* in *Inscript. 6 pag. 457*, in qua dicitur *C. Popilius Carus Pedo*, IN OMNIBUS HONORIBUS CANDIDATUS IMP. ita uti dicat, fuisse eum designatum ab Imperatore, si qua esset vacatio honorum, ut ille succederet, & ita ad omnes honorum gradus ab Imp. nominatum in spem successionis adscendisse. Fuisse quidem alios, qui CANDIDATI CÆS. fuissent, sed non in omnibus honoribus, ad Quæsturam hunc, ad Præturam illum, alium ad Consulatum; sed in hoc præcipuum esse hoc, quod statim ad omnes honores constitutus fuerit. In quo quidem multa disputat de honorum petitione & adeptione sub Cæsaribus. Et hæc sint speciminis loco allata; ex quibus facile perspici potest, non tralatitias res in iis Epistolis disputari. Dissertationes *Calliachii de Osiride*, & *Sacris Eleusiniis*, *eorundemque mysteriis*, sunt illæ quidem hic nunc primum editæ, atque adeo pro instituto nostro ex iis quoddam specimen capi ac deligi deberet; sed & Dissertationum brevitas, (nam singulæ vix duo folia implent,) & doctrinæ in iis propositæ levitas, nos hoc labore supersedere jubet; &, si quis specimen capere velit, totas capere debet. Quæ reliqua sunt in hoc *Tomo* commentaria, ampliori recensu non indigent.

Itaque, quæ *quinti Tomi* sint, nunc referemus. Atque ejus quidem pars prior in *theatralibus rebus* explicandis versatur, altera autem pæne *miscellanea* habet. En tibi librorum

Tomos Supplementorum ad utrumque *Grævii* & *Gronovii* Thesaurum, tam nitida charta expressos, tam illustribus & perspicuis literis exscriptos, tam splendidis tabulis & figuris æneis pæne innumeris ornatos, ut nullis sumtibus bibliopolæ, nulli labori ac studio Editor, pepercisse videantur. Et non poterat Viris judicii & doctrinæ elegantia celeberrimis, *Grævio Gronovio*que, ab ullo rectius succedi, quam a *Poleno*, qui ita eos referendos imitatione putavit, ut ab eorum consiliis, & tota operis forma, ne minimum quidem recederet. Igitur ab initio statim in Præfatione, toti Operi fere communi, hoc est, *primi Tomi*, eadem repetiit, designatis locis, quæ Autores illi in hujusmodi operibus monenda esse duxerant. Et in hoc una pars Præfationis consumitur; altera autem explicat vitam & scripta virorum, quorum quoddam opus in his *Supplementis* apparet, & judicium interdum quoddam interponit. Et hanc formam per omnes *Tomos* conservavit. Nunc, quæ in quoque *Tomo* contineantur, breviter commemorabimus.

Ac in *primo* quidem *Tomo*, vestigiis *Grævii* insistens, proposuit nobis libros maximam partem ejusmodi, qui civilem Romanæ Reipublicæ administrationem illustrant. Primum locum obtinent *Pauli Merulæ Liber posthumus de Legibus Romanorum*, & alter *de Comitiis Romanorum*. Tum legitur 3) P. *Ottonis Aicheri* brevis *Institutio de Comitiis Romanorum, Libris III* comprehensa; 4) *Francisci Polleti Historia Fori Romani* restituta, illustrata, & aucta; 5) *M. Antonii Majoragii Libellus de Senatu Romano*; 6) *Matthæi Ægyptii SCti de Bacchanalibus explicatio*; 7) *P. Burmanni de Vectigalibus Populi Rom. Dissertatio*; 8) *Balthasaris Bonifacii de Archivis Liber singularis*; 9) *Albertini Barisonii de Archivis* Commentarius; 10) *Scip. Gentilis Disputationum illustrium, sive de Jure Publico Populi Romani Liber*; 11) *Alberici Gentilis de Armis Romanorum Liber*. In quibus quidem *P. Merulæ* libri, judice ipso *Poleno*, apprime utiles accommodatique sunt iis, qui *Justiniani* Institutionibus recte intelligendis interpretandisque operam navare cupiunt. *Majoragii* libellum *Grævius* quidem condemnaverat, & nullum ei pretium statuerat; sed Doctissimus *Polenus* vidit, *Grævium* hunc librum non legisse: si legisset, aliter

ter judicaturum fuisse. Neque enim tam absurdum esse & inutilem, ut a Collectione sua excludendus esse videretur. *P. Burmanni* Dissertatio doctissima truncata est Dissertatione politissima *de Jove καταιβάτῃ*, quæ ceteroquin illi adjuncta reperitur; propterea quod ad hanc materiam, huic *Tomo* assignatam, non pertinere videbatur. *Alberti* autem *Barisonii de Archivis* Commentarius nondum editus fuit. Hunc Doctissimus *Polenus* a Nobilissimo Marchione *Ugolino Barisonio* in αὐτογράφῳ accepit, temporis injuria male affectum; sed tamen, ut restitueretur, magnum laborem adhibuit. Is *Barisonius* fuit Nobilis Patavinus, vir humaniorum literarum & Juris utriusque consultissimus, primo Canonicus & Professor Moralium in patria, deinde Episcopus Cenetensis. Vixit usque ad A. 1567, quo anno pæne octogenarius mortuus est. Nihil, quod quidem constet, ex ejus scriptis in lucem editum reperitur. In hoc autem libro *de Archivis*, nunc primum edito, disputat de Archivis, seu tabulariis publicis, in quibus commentarii rerum gestarum, acta, monumenta, publice asservabantur; non tamen nihil de privatis Archivis perstringit. Tempus, quo institutum Romæ Archivum primo constiterit, quo loco fuerint, cujus curæ demandata, quas res continuerint, quibus subinde commutationibus obnoxia, quæ facies eorum, Cæsaribus Romæ imperantibus, quæ forma Constantinopoli, qui custodes & curatores, quomodo dicti, hæc, inquam, omnia satis docte eleganterque pro illius ætatis habitu exposuit, & illustravit, ita, ut, si hoc nostro tempore forte majori luce perfusa hæc materia appareat, illud non tam hominibus, quam tempori, tribuendum esse videatur. Jam, qui ultimo loco positi sunt Angli cujusdam libri, *de Armis Romanorum*, videntur illi quidem, cum in corpus Antiquitatum sint adsciti, de Armis Romanorum bellicisque machinis, & variis earum generibus, agere; sed omnia alia potius ibi proponuntur. Nam sunt libri duo, qui contrarias de jure & justitia Romanorum bellorum disputationes habent, quibus in utramque partem de iis statuitur ac judicatur. In primo quidem id agitur, ut, Romanorum bella pleraque injuste fuisse & inique commissa, ostendatur, alterius autem disputatio in eo

consumitur, ut, quæ priori libro sunt contra justitiam Romanorum bellorum dicta, ea refellantur. Ceterum hic liber eleganter venusteque conscriptus est, ita, ut, Autorem in polita elegantique oratione satis versatum fuisse, appareat. Ceteri, qui in hoc *Tomo* continentur, libri ita sunt in vulgus noti, ut de iis dicere nihil attineat.

Tomo secundo inserta sunt maximam partem ejusmodi scripta, quæ ad *Inscriptiones*, *Gemmas*, *Numos*, *Marmora*, & alia antiqua monumenta illustranda, pertinent. In quo Cel. Editor veritus, ne, cum eos libros in hoc Syntagma induxerit, harum rerum collectores compilasse videretur, aut certe opus aliquod inutile fecisse, cum singularia ac permulta hujus generis corpora exstent. Huic igitur reprehensioni occurrere conatus est statim ita, uti dicat, se nulla alia ex hoc genere commentaria hic proposuisse, quam in quibus viri doctissimi abditos quosdam Græcarum Latinarumque literarum recessus aperuerint. Sed sunt ea: 1) *Cuperi Apotheosis Homeri;* 2) *Ejusdem Cuperi Explicatio Gemmæ Augusteæ;* 3) *Numismata;* 4) *Inscriptiones & Marmora* antiqua exposita, & illustrata; 5) *de Utilitate, quam Principes ex Numismatibus capere possint, Dissertatio;* 6) *Schotti Homericæ Apotheoseos*, in antiquo lapide designatæ, *Explanatio;* 7) *Achates Tiberianus, sive Gemma Cæsarea, D. Augusti Apotheosin*, Imp. *Cæs. Tiberii*, Augustæque *Juliæ* domus seriem, iconas, gentesque bello captas, repræsentans, *Autore Jacobo Le Roy*, Libero Barone S. R. I.; 8) *Cuperi Harpocrates*, & antiqua monumenta; 9) *Claudii Salmasii Explicatio duarum Inscriptionum, & ad quædam perantiqua Poematia Notæ*, primo editæ Lutetiæ Paris. A. 1619; 10) *De Diis* παρέδροις, *seu assessoribus & conjunctis, Commentarius Georgii d'Arnaud;* 11) *Tobiæ Guthberlethi Dissertatio de Diis Cabiris*, ad editionem anni 1704 expressa; 12) *de Diis Cabiris Dissertatio Jo. Astorii, Veneti;* 13) *Matthæi Brouerii de Niedeck Dissertatio de Populorum veterum ac recentiorum adorationibus*, primum Amstelædami A. 1713 edita; 14) *Caroli Patini in tres Inscriptiones Græcas Commentarius;* 15) *Ejusd. in antiquum monumentum Marcellinæ Commentarius;* 16) *Ejusd. in antiquum Centotaphium M. Artorii Commentarius.*

Jam,

Jam, quæ ad horum librorum cognitionem aut commendationem pertinent, ex ipsa Præfatione referemus. Ac primo in *Cuperi* libris indicandis, sicuti & in ceteris, vitam ejus breviter commemorat, &, quæ Dissertationi *de Apotheosi Homeri* scribendæ dederint locum, & alia quædam, quæ ad historiam libri pertinent, exponit. Tum vero, cum in ipsa *Cuperi* Dissertatione *Homeri* sedentis effigiem non reperisset, eam Cel. Editor in Præfatione exprimendam bona fide curavit. Quæ *Cuperi* Dissertationes excipit, *Schotti* Explanatio Homericæ Apotheoseos, ea Gallice prodierat Amstelædami A. 1714. Sed, cum Cel. Vir videret, eam quasi supplementum quoddam & accessionem ad *Cuperi* librum esse, eam in Latinum convertendam a Doctissimo Viro, *Petro Facciolo*, & his *Cuperianis* subjiciendam, curavit. Reliqua, quæ de hoc libro commemorantur, ea jam sunt in his *Actis A. 1715* & *1718* prodita. *Cuperi* autem *Harpocratem* ad novissimam, & ab ipso *Cupero* auctam, editionem expressit. Cui quoniam adjecit *Cuperus Stephani le Moyne* Epistolam *de Melanophoris*, eam & Noster relinquere noluit. Dissertatio *Astorii*, Veneti, *de Diis Cabiris* Venetiis primum A. 1703 vulgata est, nunc autem ab ipso Autore iterum emendata, atque aucta. Ad quem librum utile esse putavit Cel. *Polenus*, doctissimi *Montefalconii* quasdam explicationes tabularum, ex iisdem fontibus derivatas, referre ex libro, qui inscribitur *l' Antiquité expliqueé & representeé en Figures Tom. I Part. II pag. 300 seq.* De ceteris, nihil est, quod dicamus; quod omnia satis nota omnibus ac pervulgata arbitramur.

Ad multos difficilesque Autorum locos & intelligendos & explicandos pertinet inprimis etiam cognitio accurata servorum Romanorum, eorumque ministeriorum, ordinum, aliarumque rerum, quæ ad eos spectant; neque ea est antiquitatis studiosis negligenda. Quare, cum in Antiquitatibus *Grævii* parum inveniret Cel. *Polenus*, quod quidem servorum conditionem explicaret, non dubitavit, *tertium* horum *Supplementorum Tomum* in hac parte antiquitatis consumere, eique varios doctorum hominum libros, ad hunc locum pertinentes, inserere. Neque putabat doctissimum *Grævium* eos libros

prætermiſſurum fuiſſe, niſi, recens tum editis libris in *Theſaurum* inducendis, bibliopolis injuriam jacturamque afferri noluiſſet. Sed, quæ hic reperiuntur, ſunt hæc: 1) *Antonii Franciſci Gorii Deſcriptio Monumenti ſive Columbarii libertorum & ſervorum Liviæ Auguſtæ & Cæſarum*, XX æri inciſis tabulis illuſtrati; 2) *Octavii Ferrarii Diſſertatio de Balneis*; 3) *Ejusd. Diſſertatio de Gladiatoribus*; 4) *Nic. Calliachii Diſſertatio de Gladiatoribus*; 5) *Ejusd. Diſſertatio de Suppliciis ſervorum*; 6) *Wilhelmi a Loon Eleutheria, ſeu de Manumiſſione ſervorum apud Romanos Libri IV*; 7) *Jo. Jac. Claudii Diatribe de Nutricibus & Pædagogis*; 8) *Hieronymi Mercurialis de Arte gymnaſtica Libri ſex*; 9) *Antonii Bombardini de Carcere, & antiquo ejus uſu*, ad hæc uſque tempora deducto, *Tractatus*, cum annotationibus, Tractatui ipſi nunc primum ſubjectis; 10) *Chriſtiani Schœtgenii Hiſtoria Librariorum ac Bibliopolarum veteris ac medii ævi, ex idoneis monumentis collecta*; 11) *Jo. Andreæ Eſchenbachii de Scribis Veterum Romanorum Diſſertatio*; 12) *Jo. Clerici de Stilis veterum, & variis chartarum generibus, Diſſertatio*; 13) *Laurentii Pignorii de Servis*, & eorum apud veteres miniſteriis, *Commentarius*; 14) *Antonii Velſeri ad Hieronymum Fabrum, Medicum, de Zeta & Zetario, ſive de Diæta ac Diætario, Epiſtola*; 15) *Titi Popmæ Phryſii de Operis Servorum Liber*. Jam, de nonnullis quid dixerit Cel. *Polenus*, & quid ſtatuendum ſit, videbimus. Inter multa antiquitatis monumenta miranda, eſt ſine dubio Columbarium Libertorum Domus Auguſtæ, juxta viam Appiam hoc Seculo A. 1726 repertum; e quo multa cognoſci poſſunt, quæ cum ad alia, tum inprimis multum ad ſervorum libertorumque conditionem illuſtrandam, valent. Itaque tum temporis in Italia docti homines nihil prius habuerunt, nihilque antiquius, quam ut hoc velut opimum antiquitatis ſpolium in templo Æternitatis dicatum conſervarent. Sed princeps eruditorum cognitioni propoſuit, qua fortuna repertum ſit, indicavit, & multa antiquitatis luce perfudit, *Franciſcus Blanchinius*, Canonicus Romanus. At, cum reliqua eſſent in eo multa, quæ doctiſſimi & in explicandis veterum monumentis verſatiſſimi *Gorii* operam, ſtudium, doctrinamque, flagitare

tare

tare viderentur, hic tam præclaro operi suas opes denegandas esse non putavit. Namque edidit illud in lucem iterum, plurimis Inscriptionibus auctum, & totius monumenti descriptionem, formam, ordinem, diligenter exhibuit, illustravit, & doctissimis animadversionibus, cum suis, tum Celeberrimi *Antonii Mariæ Salvinii*, explicavit. Quæ cum ita sint, nihil ad explicandas servorum libertorumque antiquitates elegantius facere se posse arbitratus est Cel. *Polenus*, quam si hunc Doctissimi *Gorii* librum huic *Tomo* inserendum curaret. Et, cum intellexisset, in *Ghezzii*, Equitis, Opere, nuper edito, quasdam hujus Columbarii Inscriptiones inveniri, studiose eas perlustravit, interque se comparavit, &, ubi diversitatem lectionis reperiret, e qua ad hoc monumentum aliquid lucis pervenire posset, hic in Præfatione diligenter significavit. Nam totum illud *Ghezzii* Opus, cum tantummodo Inscriptiones sine explicatione & illustratione referret, non erat ejusmodi, ut in sua Antiquitatum Supplementa referendum existimaret. Dissertationes autem *Ferrarii de Gladiatoribus*, binæ *Calliachii*, *Jo. Clerici* una *de Stilis veterum*, *Velseri* Epistola *de Zeta & Zetario*, hominum doctissimorum, ne quis putet libros esse, totas Dissertationes duæ tresve paginæ capiunt; sed pretium scriptis non ex mole, sed ex præstantia, statuendum esse constat. Jam in Dissertatione *de Suppliciis servorum* exponuntur instrumenta, quibus pœnæ infligi solitæ fuerint, lora, nervi, fustes, flagra, virgæ, scorpiones, & vites. Quæ, cum sint paucis, uti diximus, explicata, Doctissimus Editor diligenter sub examen disquisitionemque vocavit, & addendos esse vidit funes, quod docet in Præfatione. Primum enim cognoscere eos licet in imaginibus, in marmore, anaglyptico opere scalptis, apud *Franciscum Ficoronium* in eo Commentario, cui titulum fecit *le Maschere sceniche, pag. 25*, ex quibus Vir Doctissimus hic duas in ipsa Præfatione exhibuit. Deinde, eos funes fuisse sparteos, ex *Horatii Ep. Od. IV, 3*, docere conatur. In eo autem dubitandum ipsi esse videtur, quod *vites* in suppliciorum instrumentis retulerit *Calliachius*, cum satis constet, militare illud Romanorum militum supplicium fuisse, quod ne in extraneis quidem adhibitum

tum esse videatur, cum in *Livii Lib. LVII Epit.* ita scriptum sit: *Quem militem si extra ordinem deprehendit, si* Romanus *esset*, vitibus, *si* extraneus, fustibus, *cacidit.* Multo minus ergo in servis. Hæc Doctissimo Viro animadvertenda esse ad hanc Dissertatiunculam visa sunt; quæ nos propterea afferenda esse duximus, ut, quid ipse nos de hoc parvulo Opusculo statuere velit, & quales sint ipsius animadversiones, si quas faciat, Lectorem doceremus. *Schætgenii Historia Librariorum, & Bibliopolarum*, cum esset primo Latine, deinde Germanice, sed longe auctior, edita, hic a Viro Cel. *Jo. Erhardo Kappio* Latine conversa reperitur, qui eam, cum quibusdam commentariolis de vita *Eschenbachii*, ad *Polenum* miserat. Hæc sunt, quæ de *tertio Tomo* monenda esse videbantur.

Jam *quartum Tomum* recensebimus. Qui quidem, cum totus fere in rerum vetustarum, sive antiquariarum, explicatione consumatur, unus omnium ornatissimus ac splendidissimus apparet. Nam, præter plurimas integras tabulas æneas, in ipsis paginis multæ figuræ ære expressæ conspiciuntur. Sed hi sunt libri: 1) *Gisberti Cuperi & Ottonis Sperlingii Dissertatio*, sive *Epistolæ mutuæ*, de variis rebus, & quæstionibus, quæ pertinent ad antiquitates Græcas & Latinas; 2) *Nic. Calliachii Dissertatio de Osiride*; 3) *Ejusd. Dissertatio de Sacris Eleusiniis, & eorundem mysteriis*; 4) *Adriani Relandi Dissertatio de Diis Cabiris*; 5) *Tobiæ Guthberlethi Conjectanea in monumentum Heri ac Thisbes Monodiariæ, & Titi Claudii Glaphyri Choraulæ*, in quibus multi veterum Autorum loci, inscriptiones, & numi, illustrantur, & emendantur; 6) *Ejusd. Animadversiones philologicæ in antiquam Inscriptionem, Smyrnæ repertam*; 7) *Jacobi Sponii rei antiquariæ selectæ quæstiones*, in varias Dissertationes distributæ; 8) *Miscellanea eruditæ antiquitatis*, in quibus Marmora, Statuæ, Musiva, Toreumata, Gemmæ, Numismata, referuntur & illustrantur. In his scriptionibus, *Cuperi Sperlingii*que Epistolæ mutuæ antea nondum fuerunt in vulgus editæ; sed in MSto ex Museo *Jo Grammii*, Hafniensis Historiographi, Bibliothecarii Regii, & Literarum Græcarum in Academia Hafniensi Professoris Celeberrimi, cura & humanitate Cel. *Havercampii*, ad *Po-*

lenum

lenum pervenerunt, qui illas nunc primum, huic *Tomo* insertas, edidit. Ceperat jam olim Cel. *Moshemius* consilium Sylloges hujus edendæ, quod deinde, multis sine dubio aliis gravibus occupationibus obligatus, posuit. Scripserat idem etiam Procemium, quo, quanta harum Epistolarum præstantia sit, omnes facile vel suspicaturos esse, dicit, qui horum virorum doctrinam vel leviter cognitam habeant. Ad codicis marginem paucas quasdam & breves annotationes adscripserat, sed jam inhibuerat, cum ad Epistolam sextam pervenisset, sine dubio propterea, judice *Poleno*, quod, ejusmodi annotationes alienas esse ab his Epistolis, viderat, quarum quoddam specimen hic in *Præf. pag. 3* Noster descripsit. Multa sunt egregie in his Epistolis docteque disputata, & dijudicata, quæ nomen Autorum suorum implent, inprimis nonnulla de *Runicis Inscriptionibus*, & multa de illa quæstione: num *M. Julius Augustus Philippus* vere & sancte Christianam religionem secutus sit, suasu scilicet uxoris suæ *Marciæ Otaciliæ Severæ* a superstitione conversus, non vero an Christianis faverit, Christumque magno honore habuerit. Tum vero non pauca reperiuntur, eaque exquisita, de Numis, præcipue de non cusis, de quibus *Sperlingii* Dissertatio postea in lucem est emissa. Porro, quæ de Honoratis & Donatis Imperatorum dicuntur, quæ de Candidatis Imperatorum, quæ de Græcorum ac Judæorum commerciis, de variarum gentium scribendi ratione, de vexillis ac signis militaribus Romanorum, & alia, egregia sunt. Atque hoc in Epistolarum mutuarum lectione commodi est, quod, ubi in una aliqua Epistola aliquid explicatur, illustratur, & conjicitur, tum in altera alterius viri dicuntur ea, quæ contra eam sententiam afferri possunt; & postea rursus refutantur, confirmantur, pleniusque & majorem in modum exponuntur. Nunc, cum primum hic editæ Epistolæ exstent, unum aliquod specimen ex iis delibabimus, ut, qualia sint cetera, judicium fieri possit. *Cuperus Ep. XIX*, cum suscepisset contra illorum sententiam doctorum opinari, qui, *Philippos Augustos* non fuisse Christianos, statuerant, his argumentis est usus. Ac primo quidem *Eusebium* pro sua sententia affert, qui certo affirmare videtur, *Philippum* Pag. 33 seq.

Imp. Christiana sacra coluisse. *Lib. VI Cap. 34* κατέχει λόγος, &c. celebratur fama, *Philippum*, cum esset Christianus, in extrema Paschatis vigilia &c. In quibus verbis non id videtur in dubium vocare, (si dubitatio inest verbis κατέχει λόγος,) fuisse Christianum, sed tantummodo veritatem ejus rei, quæ loco illo prolata est. Neque vero ullum est dubium, quin *Eusebius*, laudum gloriæque *Constantini M.* fautor studiosissimus, nisi coactus fuisset veritati cedere, cupidissime hanc laudem *Philippo* detracturus, & ad *Constantinum M.* translaturus fuisset; ut primus Imperatorum sacra Christiana amplexus videretur. Idem *Lib. IV Vit. Const.* ait, *Constantinum* ex omnibus retro Imperatoribus primum Christianam religionem palam διαφανῶς professum. Quo quid aliud, quam ante ipsum jam plures, sed clanculum, sacra Christianorum amplexos, significat? *Dionysius*, qui, Alexandrinæ præfectus scholæ Catecheseon, temporibus *Philippi Arabis* vixit, apud eundem *Lib. VII Cap. 10* nullum superiorum Imp. ne illos quidem, οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι, tanta benevolentia, tantoque studio, quanto *Valerianum* ab initio, prosecutum esse Christianos. Et ab *Origene* etiam scriptam Epistolam ad *Philippum Arabem*, & conjugem ipsius, *Severam*, memoriæ prodidit *Eusebius Lib. VI Cap. 36.* Quod quidem a vero alienum videri non potest, si quis reputaverit, & *Hippolytum* ad *Augustam Severam* dedisse προτρεπτικόν, uti ex laterculo ipsius operum apparet: πρὸς Σέβηραν Αὐγ. *Philippus* igitur Imp. Christianus fuit, & Christianis mirifice studuit, quod non facturus fuisse videtur, si superstitioni veterum adhuc fuisset addictus. Hinc βασιλείαν ejus εὐμενεστέραν τοῖς Χριστιανοῖς fuisse scribit *Dionysius* apud *Eusebium Lib. VI Cap. 41.* Et *Zosimus*, Christianis infensissimus scriptor, maximopere carpit *Philippum Lib. I Cap. 21.* Neque causa est, quare *Decius* Christianos pressisse ab *Eusebio* dici possit, odio in *Philippum* ductus, nisi hic Christianis studiose favisset, hisque sacris imbutus fuisset, idque pro indubitato habuissent omnes. His & aliis pluribus argumentis sententiam suam confirmare studet *Cuperus*; quæ *Sperlingius* in Epistolis sequentibus commovere conatur. Nunc etiam paucissima quædam ex *Sperlingianis* afferemus. *Cuperus* propo-

propoſuerat in Epiſtolis Inſcriptionem aliquam e *Gruterianis*, in qua eſt IMP. OMNIUM HONORATO ET DONATO, &, quid hoc eſſet, rogarat. Hic vero ſolertiſſimo reſponſo explicat: ab omnibus Imperatoribus propter virtutem bellicam honorato, & donato, CORONIS MUR. VALL. &c. quæ in Inſcriptione ſequuntur. Cui cum *Cuperus* reſpondiſſet, ſe male habere illud OMNIUM IMP. pro *ab Imp.*, quod an dicatur, ſe vehementer dubitare; *Sperlingius* refert *Ep. LI*, hoc dici eodem modo, quo EVOCATI AUGUSTI, CANDIDATI IMPERATORIS, qui ſæpe in Inſcriptionibus occurrant. Pag. 142. Namque pleraque officia, beneficia, & dignitates, ſolis adjectivis ſignificari, quæ ſubſtantivorum morem imitentur. Deinde aliam dictionem explicat *Ep. LVII* in *Inſcript. 6 pag. 457*, in qua dicitur *C. Popilius Carus Pedo*, IN OMNIBUS HONORIBUS CANDIDATUS IMP. ita uti dicat, fuiſſe eum deſignatum ab Imperatore, ſi qua eſſet vacatio honorum, ut ille ſuccederet, & ita ad omnes honorum gradus ab Imp. nominatum in ſpem ſucceſſionis adſcendiſſe. Fuiſſe quidem alios, qui CANDIDATI CÆS. fuiſſent, ſed non in omnibus honoribus, *ad Quæſturam* hunc, ad Præturam illum, alium ad *Conſulatum*; ſed in hoc præcipuum eſſe hoc, quod ſtatim ad omnes honores conſtitutus fuerit. In quo quidem multa diſputat de honorum petitione & adeptione ſub Cæſaribus. Et hæc ſint ſpeciminis loco allata; ex quibus facile perſpici poteſt, non tralatitias res in iis Epiſtolis diſputari. Diſſertationes *Calliachii de Oſiride*, & *Sacris Eleuſiniis*, *eorundemque myſteriis*, ſunt illæ quidem hic nunc primum editæ, atque adeo pro inſtituto noſtro ex iis quoddam ſpecimen capi ac deligi deberet; ſed & Diſſertationum brevitas, (nam ſingulæ vix duo folia implent,) & doctrinæ in iis propoſitæ levitas, nos hoc labore ſuperſedere jubet; &, ſi quis ſpecimen capere velit, totas capere debet. Quæ reliqua ſunt in hoc *Tomo* commentaria, ampliori recenſu non indigent.

Itaque, quæ *quinti Tomi* ſint, nunc referemus. Atque ejus quidem pars prior in *theatralibus rebus* explicandis verſatur, altera autem pæne *miſcellanea* habet. En tibi librorum

 nomi-

nomina: 1) *Marchionis Scipionis Maffei de Amphitheatro, ac praecipue de Veronensi, Libri duo;* 2) *Ejusd. de Amphitheatris Galliae Epistola ad Marchionem Joannem Polenum;* 3) *Ejusd. De antiquis Galliae Theatris Epistola;* 4) *Emmanuelis Martini, Ecclesiae Alonensis Decani, de Theatro Saguntino Epistola;* 5) *F. Josephi Emmanuelis Minianae, Valentini, de Theatro Saguntino Dialogus;* 6) *Ejusd. de Circi antiquitate, & ejus structura, Dialogus;* 7) *Nic. Calliachii Dissertatio de Ludis Scenicis;* 8) *Ejusd. de Ludis Circensibus Dissertatio;* 9) *Alexii Symmachi Mazochii in mutilum Campani Amphitheatri titulum, aliasque nonnullas Campanas Inscriptiones, Commentarius;* 10) *Tobiae Gutbberlethi, JCti, de Saliis, Martis sacerdotibus apud Romanos, Liber singularis;* 11) *Jo. Schefferi, Argentoratensis, de Militia navali veterum Libri quatuor, ad Historiam Graecam Latinamque utiles;* 12) *Ejusd. de re vehiculari veterum Libri duo;* 13) *Pyrrhi Ligorii, Neapolitani, de Vehiculis antiquorum Diatriba, excepta ex libris ejus de Familiis Romanis;* 14) *Jo. Schefferi in Diatribam Pyrrhi Ligorii de Vehiculis antiquorum Notae.* In his qui primo loco eminent, *Scipionis Maffei Libri de Theatris & Amphitheatris*, quis est, qui non multa eruditione refertos existimet? Ejus enim Viri Illustris autoritas apud omnes ita constituta est, & doctissimis ejus scriptis comprobata, ut ipsum nomen satis commendationis habere possit. Doctissimus Collector omnes hos libros utraque Italica lingua exhibendos curavit, altera recentiori, vetere altera. In Latinam convertit Vir Cel. *Petrus Facciolus*, cum in Italica scripsisset Autor Illustris. Quod institutum ne quis reprehendat, Doctissimus *Polenus* cavit. Docet enim, elegantiam sermonis Italici, qua scripti sint hi libri, tantam esse, ut Interpres consequi non possit, converti autem debuisse, quod Italici sermonis notitia non admodum vulgaris esse soleat, tum vero, si qua in interpretatione, ut fit, relicta sit obscuritas, eam facile a lectore, modo non sit penitus Italicae linguae rudis, tolli posse. Neque vero emtoribus injuriam fieri, his scriptis bis exhibitis, cum tamen opus in se receptum Editores approbaverint, qui promiserint, totum Opus 750 folia habiturum, & exhibuerint circiter 900, ut, sub-

subductis, quæ Italicis implentur, hisque, summis comparatis, tamen 750 folia in Latinis scriptis occupata reperiantur, & Italica velut accessiones & corollaria, quoniam contra spem cogitationemque adventitia cadant, in lucro deputanda esse videantur. Jam, *de Amphitheatro Veronensi* Commentarius quam bonæ frugis plenus sit, ex hoc perspici potest, quod, cum primum in Angliam perlatus esset, a Viro Doctissimo *Alexandro Gordon* in Britannicam linguam conversus Londini prodiit. Ille autem, in *duos Libros* ab Autore tributus, *primo* historiam Amphitheatrorum persequitur, *altero* autem rem architectonicam, singulas eorum partes, moles, ordines, figuras, & alia, pertractat, ita, uti ante eum nemo. Omnino multa tradit ex veterum Autorum locis hausta, quæ totam hanc materiam, inprimis Veronense Amphitheatrum, egregie illustrant; & multa, quæ hac de re adhuc exposita fuere, falsa esse demonstrat. Sed, cum ipsum per se Opus se commendet, non opus est, plura de eo Commentario dicere. Huic subjectæ sunt binæ *Epistolæ* ejusdem Viri, in quarum *altera* Gallica Amphitheatra, Nemausense, Arelatense, Forojuliense, describuntur, & ex architectonica ratione explicantur; *altera* autem versatur in *Theatri Arausiensis* notitia, icone, & explanatione, tradenda. *Emanuelis Martini*, Hispani natione, viri docti, cujus vitam paulo accuratius Editor noster hic in Præfatione persequitur, ejus igitur *Descriptio Theatri Saguntini* primo sub alieno nomine prodiit Romæ, cum *Alcaratius*, famæ popularis captator, hoc scriptum ab Autore dolis subreptum, inscio & non commemorato vero Autore, vulgavit. Quod ubi resciit *Martinus*, vehementer condoluit, hunc sui laboris fructum ab alieno scelere interversum, & a *Gravina*, veteri suo summo amico, impetravit, ut hanc sibi illatam injuriam defenderet. Deinde ipse descriptionem suam concessit *Montefalconio*, Viro Cel. qui eam *Parti II Tomi III Antiquitatis explanatæ & figuris illustratæ* inseruit. Iterum autem postea prodiit in *Volumine I Epistolarum* ejusdem *Martini*, quas *Majansius* in vulgus extrusit A. 1735 Mantuæ; & tertium in earum *Epistolarum* editione Amstelædamensi. Et profecto magna in hoc libro vis & doctrinæ elegan-

prætermissurum fuisse, nisi, recens tum editis libris in *Thesaurum* inducendis, bibliopolis injuriam jacturamque afferri noluisset. Sed, quæ hic reperiuntur, sunt hæc: 1) *Antonii Francisci Gorii Descriptio Monumenti sive Columbarii libertorum & servorum Liviæ Augustæ & Cæsarum*, XX æri incisis tabulis illustrati; 2) *Octavii Ferrarii Dissertatio de Balneis*; 3) *Ejusd. Dissertatio de Gladiatoribus*; 4) *Nic. Calliachii Dissertatio de Gladiatoribus*; 5) *Ejusd. Dissertatio de Suppliciis servorum*; 6) *Wilhelmi a Loon Eleutheria, seu de Manumissione servorum apud Romanos Libri IV*; 7) *Jo. Jac. Claudii Diatribe de Nutricibus & Pædagogis*; 8) *Hieronymi Mercurialis de Arte gymnastica Libri sex*; 9) *Antonii Bombardini de Carcere, & antiquo ejus usu*, ad hæc usque tempora deducto, *Tractatus*, cum annotationibus, Tractatui ipsi nunc primum subjectis; 10) *Christiani Schœtgenii Historia Librariorum ac Bibliopolarum veteris ac medii ævi, ex idoneis monumentis collecta*; 11) *Jo. Andreæ Eschenbachii de Scribis Veterum Romanorum Dissertatio*; 12) *Jo. Clerici de Stilis veterum, & variis chartarum generibus, Dissertatio*; 13) *Laurentii Pignorii de Servis*, & eorum apud veteres ministeriis, *Commentarius*; 14) *Antonii Velseri ad Hieronymum Fabrum, Medicum, de Zeta & Zetario, sive de Diæta ac Diætario, Epistola*; 15) *Titi Popmæ Phrysii de Operis Servorum Liber*. Jam, de nonnullis quid dixerit Cel. *Polenus*, & quid statuendum sit, videbimus. Inter multa antiquitatis monumenta miranda, est sine dubio Columbarium Libertorum Domus Augustæ, juxta viam Appiam hoc Seculo A. 1726 repertum; e quo multa cognosci possunt, quæ cum ad alia, tum inprimis multum ad servorum libertorumque conditionem illustrandam, valent. Itaque tum temporis in Italia docti homines nihil prius habuerunt, nihilque antiquius, quam ut hoc velut opimum antiquitatis spolium in templo Æternitatis dicatum conservarent. Sed princeps eruditorum cognitioni proposuit, qua fortuna repertum sit, indicavit, & multa antiquitatis luce perfudit, *Franciscus Blanchinius*, Canonicus Romanus. At, cum reliqua essent in eo multa, quæ doctissimi & in explicandis veterum monumentis versatissimi *Gorii* operam, studium, doctrinamque, flagitare

tare

tare viderentur, hic tam præclaro operi ſuas opes denegandas eſſe non putavit. Namque edidit illud in lucem iterum, plurimis Inſcriptionibus auctum, & totius monumenti deſcriptionem, formam, ordinem, diligenter exhibuit, illuſtravit, & doctiſſimis animadverſionibus, cum ſuis, tum Celeberrimi *Antonii Mariæ Salvinii*, explicavit. Quæ cum ita ſint, nihil ad explicandas ſervorum libertorumque antiquitates elegantius facere ſe poſſe arbitratus eſt Cel. *Polenus*, quam ſi hunc Doctiſſimi *Gorii* librum huic *Tomo* inſerendum curaret. Et, cum intellexiſſet, in *Ghezzii*, Equitis, Opere, nuper edito, quaſdam hujus Columbarii Inſcriptiones inveniri, ſtudioſe eas perluſtravit, interque ſe comparavit, &, ubi diverſitatem lectionis reperiret, e qua ad hoc monumentum aliquid lucis pervenire poſſet, hic in Præfatione diligenter ſignificavit. Nam totum illud *Ghezzii* Opus, cum tantummodo Inſcriptiones ſine explicatione & illuſtratione referret, non erat ejuſmodi, ut in ſua Antiquitatum Supplementa referendum exiſtimaret. Diſſertationes autem *Ferrarii de Gladiatoribus*, binæ *Calliachii*, *Jo. Clerici* una *de Stilis veterum*, *Velſeri* Epiſtola *de Zeta & Zetario*, hominum doctiſſimorum, ne quis putet libros eſſe, totas Diſſertationes duæ treſve paginæ capiunt; ſed pretium ſcriptis non ex mole, ſed ex præſtantia, ſtatuendum eſſe conſtat. Jam in Diſſertatione *de Suppliciis ſervorum* exponuntur inſtrumenta, quibus pœnæ infligi ſolitæ fuerint, lora, nervi, fuſtes, flagra, virgæ, ſcorpiones, & vites. Quæ, cum ſint paucis, uti diximus, explicata, Doctiſſimus Editor diligenter ſub examen diſquiſitionemque vocavit, & addendos eſſe vidit funes, quod docet in Præfatione. Primum enim cognoſcere eos licet in imaginibus, in marmore, anaglyptico opere ſcalptis, apud *Franciſcum Ficoronium* in eo Commentario, cui titulum fecit *le Maſchere ſceniche, pag. 25*, ex quibus Vir Doctiſſimus hic duas in ipſa Præfatione exhibuit. Deinde, eos funes fuiſſe ſparteos, ex *Horatii Ep. Od. IV, 3*, docere conatur. In eo autem dubitandum ipſi eſſe videtur, quod *vites* in ſuppliciorum inſtrumentis retulerit *Calliachius*, cum ſatis conſtet, militare illud Romanorum militum ſupplicium fuiſſe, quod ne in extraneis quidem adhibitum

rum esse videatur, cum in *Livii Lib. LVII Epit.* ita scriptum sit: *Quem militem si extra ordinem deprehendit, si* Romanus *esset*, vitibus, *si* extraneus, fustibus, *cecidit.* Multo minus ergo in servis. Hæc Doctissimo Viro animadvertenda esse ad hanc Dissertatiunculam visa sunt; quæ nos propterea afferenda esse duximus, ut, quid ipse nos de hoc parvulo Opusculo statuere velit, & quales sint ipsius animadversiones, si quas faciat, Lectorem doceremus. *Schœtgenii Historia Librariorum, & Bibliopolarum*, cum esset primo Latine, deinde Germanice, sed longe auctior, edita, hic a Viro Cel. *Jo. Erhardo Kappio* Latine conversa reperitur, qui eam, cum quibusdam commentariolis de vita *Eschenbachii*, ad *Polenum* miserat. Hæc sunt, quæ de *tertio Tomo* monenda esse videbantur.

Jam *quartum Tomum* recensebimus. Qui quidem, cum totus fere in rerum vetustarum, sive antiquariarum, explicatione consumatur, unus omnium ornatissimus ac splendidissimus apparet. Nam, præter plurimas integras tabulas æneas, in ipsis paginis multæ figuræ ære expressæ conspiciuntur. Sed hi sunt libri: 1) *Gisberti Cuperi & Ottonis Sperlingii Dissertatio*, sive *Epistolæ mutuæ*, de variis rebus, & quæstionibus, quæ pertinent ad antiquitates Græcas & Latinas; 2) *Nic. Calliachii Dissertatio de Osiride;* 3) *Ejusd. Dissertatio de Sacris Eleusiniis, & eorundem mysteriis;* 4) *Adriani Relandi Dissertatio de Diis Cabiris;* 5) *Tobiæ Guthberlethi Conjectanea in monumentum Heri ac Thisbes Monodiariæ, & Titi Claudii Glaphyri Choraulæ*, in quibus multi veterum Autorum loci, inscriptiones, & numi, illustrantur, & emendantur; 6) *Ejusd. Animadversiones philologicæ in antiquam Inscriptionem, Smyrnæ repertam;* 7) *Jacobi Sponii rei antiquariæ selectæ quæstiones*, in varias Dissertationes distributæ; 8) *Miscellanea eruditæ antiquitatis*, in quibus Marmora, Statuæ, Musiva, Toreumata, Gemmæ, Numismata, referuntur & illustrantur. In his scriptionibus, *Cuperi Sperlingii*que Epistolæ mutuæ antea nondum fuerunt in vulgus editæ; sed in MSto ex Museo *Jo Grammii*, Hafniensis Historiographi, Bibliothecarii Regii, & Literarum Græcarum in Academia Hafniensi Professoris Celeberrimi, cura & humanitate Cel. *Havercampii*, ad *Polenum*

lenum pervenerunt, qui illas nunc primum, huic *Tomo* insertas, edidit. Ceperat jam olim Cel. *Moshemius* consilium Sylloges hujus edendæ, quod deinde, multis sine dubio aliis gravibus occupationibus obligatus, posuit. Scripserat idem etiam Procemium, quo, quanta harum Epistolarum præstantia sit, omnes facile vel suspicaturos esse, dicit, qui horum virorum doctrinam vel leviter cognitam habeant. Ad codicis marginem paucas quasdam & breves annotationes adscripserat, sed jam inhibuerat, cum ad Epistolam sextam pervenisset, sine dubio propterea, judice *Poleno*, quod, ejusmodi annotationes alienas esse ab his Epistolis, viderat, quarum quoddam specimen hic in *Præf. pag. 3* Noster descripsit. Multa sunt egregie in his Epistolis docteque disputata, & dijudicata, quæ nomen Autorum suorum implent, inprimis nonnulla de *Runicis Inscriptionibus*, & multa de illa quæstione: num *M. Julius Augustus Philippus* vere & sancte Christianam religionem secutus sit, suasu scilicet uxoris suæ *Marciæ Otaciliæ Severæ* a superstitione conversus, non vero an Christianis faverit, Christumque magno honore habuerit. Tum vero non pauca reperiuntur, eaque exquisita, de Numis, præcipue de non cusis, de quibus *Sperlingii* Dissertatio postea in lucem est emissa. Porro, quæ de Honoratis & Donatis Imperatorum dicuntur, quæ de Candidatis Imperatorum, quæ de Græcorum ac Judæorum commerciis, de variarum gentium scribendi ratione, de vexillis ac signis militaribus Romanorum, & alia, egregia sunt. Atque hoc in Epistolarum mutuarum lectione commodi est, quod, ubi in una aliqua Epistola aliquid explicatur, illustratur, & conjicitur, tum in altera alterius viri dicuntur ea, quæ contra eam sententiam afferri possunt; & postea rursus refutantur, confirmantur, pleniusque & majorem in modum exponuntur. Nunc, cum primum hic editæ Epistolæ exstent, unum aliquod specimen ex iis delibabimus, ut, qualia sint cetera, judicium fieri possit. *Cuperus Ep. XIX*, cum suscepisset contra illorum sententiam doctorum opinari, qui, *Philippos Augustos* non fuisse Christianos, statuerant, his argumentis est usus. Ac primo quidem *Eusebium* pro sua sententia affert, qui certo affirmare videtur, *Philippum* Pag. 33 seq.

Imp. Christiana sacra coluisse. *Lib. VI Cap. 34* κατέχει λόγος, &c. celebratur fama, *Philippum*, cum esset Christianus, in extrema Paschatis vigilia &c. In quibus verbis non id videtur in dubium vocare, (si dubitatio inest verbis κατέχει λόγος,) fuisse Christianum, sed tantummodo veritatem ejus rei, quæ loco illo prolata est. Neque vero ullum est dubium, quin *Eusebius*, laudum gloriæque *Constantini M.* fautor studiosissimus, nisi coactus fuisset veritati cedere, cupidissime hanc laudem *Philippo* detracturus, & ad *Constantinum M.* translaturus fuisset; ut primus Imperatorum sacra Christiana amplexus videretur. Idem *Lib. IV Vit. Const.* ait, *Constantinum* ex omnibus retro Imperatoribus primum Christianam religionem palam διαφανῶς professum. Quo quid aliud, quam ante ipsum jam plures, sed clanculum, sacra Christianorum amplexos, significat? *Dionysius*, qui, Alexandrinæ præfectus scholæ Catecheseon, temporibus *Philippi Arabis* vixit, apud eundem *Lib. VII Cap. 10* nullum superiorum Imp. ne illos quidem, οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριςιανοὶ γεγονέναι, tanta benevolentia, tantoque studio, quanto *Valerianum* ab initio, prosecutum esse Christianos. Et ab *Origene* etiam scriptam Epistolam ad *Philippum Arabem*, & conjugem ipsius, *Severam*, memoriæ prodidit *Eusebius Lib. VI Cap. 36.* Quod quidem a vero alienum videri non potest, si quis reputaverit, & *Hippolytum* ad *Augustam Severam* dedisse προτρεπτικὸν, uti ex laterculo ipsius operum apparet: πρὸς Σέβηραν Αυγ. *Philippus* igitur Imp. Christianus fuit, & Christianis mirifice studuit, quod non facturus fuisse videtur, si superstitioni veterum adhuc fuisset addictus. Hinc βασιλείαν ejus εὐμενεςέραν τοῖς Χριςιανοῖς fuisse scribit *Dionysius* apud *Eusebium Lib. VI Cap. 41.* Et *Zosimus*, Christianis infensissimus scriptor, maximopere carpit *Philippum Lib. I Cap. 21.* Neque causa est, quare *Decius* Christianos pressisse ab *Eusebio* dici possit, odio in *Philippum* ductus, nisi hic Christianis studiose favisset, hisque sacris imbutus fuisset, idque pro indubitato habuissent omnes. His & aliis pluribus argumentis sententiam suam confirmare studet *Cuperus*; quæ *Sperlingius* in Epistolis sequentibus commovere conatur. Nunc etiam paucissima quædam ex *Sperlingianis* afferemus. *Cuperus* propo-

propoſuerat in Epiſtolis Inſcriptionem aliquam e *Gruterianis*, in qua eſt IMP. OMNIUM HONORATO ET DONATO, &, quid hoc eſſet, rogarat. Hic vero ſolertiſſimo reſponſo explicat: ab omnibus Imperatoribus propter virtutem bellicam honorato, & donato, CORONIS MUR. VALL. &c. quæ in Inſcriptione ſequuntur. Cui cum *Cuperus* reſpondiſſet, ſe male habere illud OMNIUM IMP. pro *ab Imp.*, quod an dicatur, ſe vehementer dubitare; *Sperlingius* refert *Ep. LI*, hoc dici eodem modo, quo EVOCATI AUGUSTI, CANDIDATI IMPERATORIS, qui ſæpe in Inſcriptionibus occurrant. Pag. 142. Namque pleraque officia, beneficia, & dignitates, ſolis adjectivis ſignificari, quæ ſubſtantivorum morem imitentur. Deinde aliam dictionem explicat *Ep. LVII* in *Inſcript. 6 pag. 457*, in qua dicitur *C. Popilius Carus Pedo*, IN OMNIBUS HONORIBUS CANDIDATUS IMP. ita uti dicat, fuiſſe eum deſignatum ab Imperatore, ſi qua eſſet vacatio honorum, ut ille ſuccederet, & ita ad omnes honorum gradus ab Imp. nominatum in ſpem ſucceſſionis adſcendiſſe. Fuiſſe quidem alios, qui CANDIDATI CÆS. fuiſſent, ſed non in omnibus honoribus, ad *Quæſturam* hunc, ad Præturam illum, alium ad *Conſulatum*; ſed in hoc præcipuum eſſe hoc, quod ſtatim ad omnes honores conſtitutus fuerit. In quo quidem multa diſputat de honorum petitione & adeptione ſub Cæſaribus. Et hæc ſint ſpeciminis loco allata; ex quibus facile perſpici poteſt, non tralatitias res in iis Epiſtolis diſputari. Diſſertationes *Calliachii de Oſiride*, & *Sacris Eleuſiniis*, *eorundemque myſteriis*, ſunt illæ quidem hic nunc primum editæ, atque adeo pro inſtituto noſtro ex iis quoddam ſpecimen capi ac deligi deberet; ſed & Diſſertationum brevitas, (nam ſingulæ vix duo folia implent,) & doctrinæ in iis propoſitæ levitas, nos hoc labore ſuperſedere jubet; &, ſi quis ſpecimen capere velit, totas capere debet. Quæ reliqua ſunt in hoc *Tomo* commentaria, ampliori recenſu non indigent.

Itaque, quæ *quinti Tomi* ſint, nunc referemus. Atque ejus quidem pars prior in *theatralibus rebus* explicandis verſatur, altera autem pæne *miſcellanea* habet. En tibi librorum

nomina: 1) *Marchionis Scipionis Maffei de Amphitheatro, ac præcipue de Veronensi, Libri duo;* 2) *Ejusd. de Amphitheatris Galliæ Epistola ad Marchionem Joannem Polenum;* 3) *Ejusd. De antiquis Galliæ Theatris Epistola;* 4) *Emmanuelis Martini, Ecclesiæ Alonensis Decani, de Theatro Saguntino Epistola;* 5) *F. Josephi Emmanuelis Minianæ, Valentini, de Theatro Saguntino Dialogus;* 6) *Ejusd. de Circi antiquitate, & ejus structura, Dialogus;* 7) *Nic. Calliachii Dissertatio de Ludis Scenicis;* 8) *Ejusd. de Ludis Circensibus Dissertatio;* 9) *Alexii Symmachi Mazochii in mutilum Campani Amphitheatri titulum, aliasque nonnullas Campanas Inscriptiones, Commentarius;* 10) *Tobiæ Gutbberlethi, JCti, de Saliis, Martis sacerdotibus apud Romanos, Liber singularis;* 11) *Jo. Schefferi, Argentoratensis, de Militia navali veterum Libri quatuor, ad Historiam Græcam Latinamque utiles;* 12) *Ejusd. de re vehiculari veterum Libri duo;* 13) *Pyrrhi Ligorii, Neapolitani, de Vehiculis antiquorum Diatriba, excepta ex libris ejus de Familiis Romanis;* 14) *Jo. Schefferi in Diatribam Pyrrhi Ligorii de Vehiculis antiquorum Notæ.* In his qui primo loco eminent, *Scipionis Maffei Libri de Theatris & Amphitheatris*, quis est, qui non multa eruditione refertos existimet? Ejus enim Viri Illustris autoritas apud omnes ita constituta est, & doctissimis ejus scriptis comprobata, ut ipsum nomen satis commendationis habere possit. Doctissimus Collector omnes hos libros utraque Italica lingua exhibendos curavit, altera recentiori, vetere altera. In Latinam convertit Vir Cel. *Petrus Facciolus*, cum in Italica scripsisset Autor Illustris. Quod institutum ne quis reprehendat, Doctissimus *Polenus* cavit. Docet enim, elegantiam sermonis Italici, qua scripti sint hi libri, tantam esse, ut Interpres consequi non possit, converti autem debuisse, quod Italici sermonis notitia non admodum vulgaris esse soleat, tum vero, si qua in interpretatione, ut fit, relicta sit obscuritas, eam facile a lectore, modo non sit penitus Italicæ linguæ rudis, tolli posse. Neque vero emtoribus injuriam fieri, his scriptis bis exhibitis, cum tamen opus in se receptum Editores approbaverint, qui promiserint, totum Opus 750 folia habiturum, & exhibuerint circiter 900, ut, sub-

subductis, quæ Italicis implentur, hisque, summis comparatis, tamen 750 folia in Latinis scriptis occupata reperiantur, & Italica velut accessiones & corollaria, quoniam contra spem cogitationemque adventitia cadant, in lucro deputanda esse videantur. Jam, *de Amphitheatro Veronensi* Commentarius quam bonæ frugis plenus sit, ex hoc perspici potest, quod, cum primum in Angliam perlatus esset, a Viro Doctissimo *Alexandro Gordon* in Britannicam linguam conversus Londini prodiit. Ille autem, in *duos Libros* ab Autore tributus, *primo* historiam Amphitheatrorum persequitur, *altero* autem rem architectonicam, singulas eorum partes, moles, ordines, figuras, & alia, pertractat, ita, uti ante eum nemo. Omnino multa tradit ex veterum Autorum locis hausta, quæ totam hanc materiam, inprimis Veronense Amphitheatrum, egregie illustrant; & multa, quæ hac de re adhuc exposita fuere, falsa esse demonstrat. Sed, cum ipsum per se Opus se commendet, non opus est, plura de eo Commentario dicere. Huic subjectæ sunt binæ *Epistolæ* ejusdem Viri, in quarum *altera* Gallica Amphitheatra, Nemausense, Arelatense, Forojuliense, describuntur, & ex architectonica ratione explicantur; *altera* autem versatur in *Theatri Arausiensis* notitia, icone, & explanatione, tradenda. *Emanuelis Martini*, Hispani natione, viri docti, cujus vitam paulo accuratius Editor noster hic in Præfatione persequitur, ejus igitur *Descriptio Theatri Saguntini* primo sub alieno nomine prodiit Romæ, cum *Alcaratius*, famæ popularis captator, hoc scriptum ab Autore dolis subreptum, inscio & non commemorato vero Autore, vulgavit. Quod ubi resciit *Martinus*, vehementer condoluit, hunc sui laboris fructum ab alieno scelere interversum, & a *Gravina*, veteri suo summo amico, impetravit, ut hanc sibi illatam injuriam defenderet. Deinde ipse descriptionem suam concessit *Montefalconio*, Viro Cel. qui eam *Parti II Tomi III Antiquitatis explanatæ & figuris illustratæ* inseruit. Iterum autem postea prodiit in *Volumine I Epistolarum* ejusdem *Martini*, quas *Majansius* in vulgus extrusit A. 1735 Mantuæ; & tertium in earum *Epistolarum* editione Amstelædamensi. Et profecto magna in hoc libro vis & doctrinæ elegan-

tia, & rei antiquariæ summa peritia, elucet, ita, ut, quanquam brevi tempore sæpius repetitum, tamen & hic jure merito inseruisse Cel. *Polenus* videatur. De eodem Theatro Dialogum *F. Jos. Emmanuelis Minianæ*, antea nondum vulgatum, Doctissimus *Polenus*, a Nobilissimo *Jo. Basilio Castelvinio*, Cervellionis Comite, benignissime acceptum, ut ederetur, libentissime hic induxit, propterea quod Autoris doctrina, ingenii præstantia, & scriptorum gloria, illum sibi commendarent. Fuit is Hispanus, ac primo in pluribus Academiis docuit, sed deinde his scholasticis curriculis agitatam doctrinam ad res gestas scribendas contulit, & *Bellum rusticum Valentinum*, ac postea *Historiam rerum Hispanicarum*, a fine *Marianæ* ductam, scilicet ab obitu *Ferdinandi Catholici* ad initium Regis *Philippi tertii*, *decem Libris* persecutus est. Nullum itaque dubium esse cuiquam potest, quin, quæ de theatri ejus origine, de initiis, de interitu ac ruinis, de antiquitate ac situ, commentatur, quæ ad singularium partium explicationem affert, ea docta esse & elegantia debeant. Huic adjunxit Doctissimus *Polenus* alterum ejus *Dialogum de Circi antiquitate ac structura*, de quo ex altero etiam specimen capi potest. *Calliachii* Dissertatio *de Ludis scenicis*, & altera *de Circensibus*, hic primam lucem adspexere. In illa ludorum scenicorum origo, triplex scenæ genus, Comicum, Tragicum, Satyricum, Pantomimorum Mimorumque actiones, exponuntur; in altera autem Circensium ludorum principia origoque traduntur, quæ, si non rerum doctrinæque præstantia, certe brevitate, sese probabunt. Namque eæ non ita sunt elaboratæ industria, & ingenio excultæ, ut magno opere commendari posse videantur. Sed, iis, uti paulo ante de aliis ejus Viri Dissertationibus commemoravimus, diligenter examinatis ac ponderatis, *Polenus* monet in Præfatione, ex *Inscriptione* apud *Gruterum pag. 1089* addendos esse *Archimimos*, & ex *Fabretti Collect. pag. 707 n. 285 Archimimas*. Cum ita Theatrorum in exteris potissimum terris descriptiones servarit Cel. *Polenus*, patriæ suæ amans ac memor; æquum esse putavit, *Theatrum Eugubinum*, cujus schemata & ichnographias edidit A. 1729 Comes Ill. *Passionei*, & vestigium theatri effossum prope muros veteris Coloniæ

niæ Antiatis supra littus Tyrrheni maris A. 1712, quod Vir Nobiliss. *Blanchinius* jam exposuit in *Camera ed Iscrizioni sepulcrali*, memoriæ commendare, & brevem in hac Præfatione formam, enucleatamque descriptionem, prodere. Habes igitur, quæ commemoranda esse visa sunt, cum de hoc *Tomo*, tum de toto Opere. Ex quibus quisque, quod pretium sit huic labori institutoque statuendum, nobis vel tacentibus intelliget.

PHRYNICHI ECLOGÆ NOMINUM ET VERborum Atticorum, cum versione Latina PETRI JOANNIS NUNNESII, *& ejusdem ac* DAVIDIS HOESCHELII *Notis, ut & Notis* JOSEPHI SCALIGERI *in Phrynichum & Nunnesii Notas, curante* JOANNE CORNELIO DE PAUW, *qui Notas quoque suas addidit.*

Trajecti ad Rhenum, apud Joannem Evelt, 1739, 4.
Alph. 1 plag. 17.

Instituti sui tenax Cl. Editor de Græcis Autoribus non male mereri pergit. Neque vero monitorum, quæ antea dedimus, memor ab obtrectatione atque cavillis abstinuit. Testatur id ipsum vel verbosa satis Præfatio, contra Cel. *Dorville* potissimum directa. Nos ii non sumus, qui tales eruditorum contentiones cum voluptate spectamus; speramusque adeo, nos veniam facile modesti lectoris consecuturos esse, si Præfationem hanc, homine liberali sane indignam, sicco, quod ajunt, pede transierimus. Quin ad institutum potius properamus. Qui *Phrynichum* in lucem protraxit, primus fuit *Zacharias Calliergus*, usus Codice non malo, sed minus perfecto, quam postea usus fuit *Nunnesius*. Idem ille *Calliergus* alphabeti ordine *Phrynichum* edidit serie continua; quem in *duos Libros* divisum, cum *tertii* principio, neglecto istiusmodi ordine, exhibuit alter. Librum *Nunnesii* satis negligenter concinnatum esse, arbitratur Cl. *Pauw*, cum & *Libri tertii* initium contineat, quæ *duobus Libris* præcedentibus jam dicta erant, & in ipsis illis *duobus Libris* præcedentibus exstent etiam, quæ male geminentur.

nentur. Unde non inepte colligi poſſit, & ea, quæ *Calliergus*, & ea, quæ *Nunneſius* dedit, excerpta ex integro opere, atque inde vel parcius, vel copioſius,deſcripta eſſe. Quid? quod & *Liber primus* ita finiatur, ut ipſa confuſio ſtatim ſeſe prodat, & non autorem, ſed excerptorem, & quidem minus accuratum, nobis demonſtret. Ceterum accuratius utramque editionem contulit Noſter, atque exhibendam curavit. Quo vero in animadverſionibus verſatus ſit modo, (antiqua enim non jam recoquemus,) per exempla euntes, demonſtrabimus. *Phrynichi* ipſius ſui, tantum abeſt, ut nimio capiatur amore, quo quidem vitio, ſunt editores, qui laborant, ut, ſi qua ineſſe vitia putat, ſæpius manifeſtet. Neque tamen id ita facit, ut autori ſuo præſtare ſe videatur inimicum; ſed commendat etiam eundem, atque data occaſione defendit, e. g. *pag. 11*, ubi *Phrynichi* ſui autoritatem adverſus *Cuſterum* erudite tuetur; item *pag. 17* adverſus *Henricum Stephanum*, qui diſſenſus cum ſemet ipſo accuſaverat noſtrum, ut & contra *Thomam*, qui, τὸ ἔισω de ſtatu dici, atque *intus* ſignificare, opinatus eſt; quod tamen recte Noſter per *intro* expreſſit. Non minus præclare de *Phrynicho* ſuo meretur Cl. *Pauw*, ſi qua emendavit, &, quæ emunctiſſimæ naris homine non ſatis digna videntur, indicavit, e. g. *pag. 26 ſeq.* ubi præterea notat, quod in hoc libello Ἀττικοὶ per excellentiam aliquando dicantur Ἕλληνες, unde alibi *voc.* Ἐυσταθεια ἢ ἐυσταθές: πόθεν καὶ ταῦτα ἐις τὴν τῶν Ἑλλήνων Φωνὴν ἐισεῤῥύη &c. *Voc.* Στηθύνιον: πόθεν ἐισεκώμασε καὶ τοῦτο τὸ κακὸν τῆ τῶν Ελλήνων Φωνῆ; *Voc.* Χήμη: πόθεν ἀνεμίχθη τῆ τῶν Ἑλλήνων Φωνῆ ἄδηλον. Unde & ἀνελλήνιστον pro ἀνάττικον ſumatur: κατὰ χειρῶν δεινῶς ἀνελλήνιστον. Conf. Cl. *Salmaſius* in libro *de Lingua Helleniſtica*. Item *pag. 75*, ubi verba Ἐνήλατα κλίνης ἢ σκίμποδος, ὀυ χρὴ λέγειν τὸν Ἀττικίζοντα, ἀλλὰ κραστήρια, audacter quidem ita transponit: κραστήρια κλίνης ἢ σκίμποδος, ὀυ χρὴ λέγειν τὸν Ἀττικίζοντα, ἀλλὰ ἐνήλατα. Sunt ſcilicet interpreti noſtro κραστήρια ligna, de quibus pendebat fœnum in præſepibus, neque referri poſſunt ad ſpondas lecti, præſertim ubi a κράστις, *fænum*, fit κραστήριον. Ἐνήλατα vero pro ſpondis habemus apud *Pollucem*

Lib. X

Lib. X segm. 34. Ista ἐνήλατα erant quatuor, & κραστήρια dixerunt rudiores, quæ & ipsa numero erant quatuor, & ἐνήλατα quodammodo referebant forma & positura sua. Deinde vero etiam in aliam incidit sententiam Vir ingeniosus, legens: Ἐνήλατα κλίνης ἢ σκίμποδος, οὐ χρὴ λέγειν τὸν Ἀττικίζοντα, ἀλλὰ κρατήρια. Scilicet a κρατέω, *retineo*, format κρατήριον, *retinaculum*. Hanc suam sententiam fulcit *Hesychii*, quem optimum Grammaticorum vocat, loco: Κρατηρίαι, τῶν ἐνηλάτων αἱ κεφαλαὶ καὶ συμβολαὶ καὶ τὰ ἄκρα. Speciminis id loco attulimus, addentes hoc monitum, ne arbitrentur Critici, quidlibet audendi semper ipsis æquam esse potestatem. Non unum autem *Phrynichum* correxit Noster, verum & aliis medicinam attulit, essi adeo nonnunquam amaram, ut & ineptias eorum, e. g. *Phavorini*, nos ridere jubeat. Paulo autem modestius tractantur *Athenæus pag. 45*, *Pollux pag. 76*, atque alii. Modestius etiam ipsum *Nunnesium* haud raro Noster excipit, quippe quem, tantum abest, ut ubique contemnat, ut & laudet subinde ac defendat, e. g. *pag. 67*. Immodestissimus autem est, ubi aculeum suum *Petro Burmanno* infigit, quippe de quo Viro Celeberrimo addere non veretur: *Vulgo Latine creditur eruditissimus. Si de Græcis ageretur, haud dubie aqua ei hæreret propter summam in illis imperitiam.* Sunt tamen et loca, ubi non sane mitius antecessorem illum suum, cujus humeris sæpe insistit, *Nunnesium* excipit, e. g. *pag. 7*, ubi *Nunnesius* observarat, ἀπὸ τοῦ εἶμι non dici ἴναι sed ἰέναι, addit Noster: *Linguam antiquam non intelligit Vir doctus*; ἴναι *est* ab ἴμι, ἴω, ἴμι, ἴναι: & quæ deinde sequuntur. Ponamus, humani aliquid passum esse *Nunnesium*, quis, quæso, paulo humanior propterea ejusmodi viro totius linguæ ignorantiam objiciet? Neque forte deerunt, qui, supercilium criticum præ se ferre, judicabunt, quando Cl. *Pauw pag. 10*, rusticum esse, dicit, ἀποτάσσομαί σοι, *tibi avellor*, & quando *pag. 17*, ridiculum esse, pronuntiat, quod Syracusanis non licuisse dicatur, quod licuerit Atticis. Nos sane neque illud ridiculum, neque mirum, putamus, cum diversæ utriusque dialecti fuerint proprietates. Dialectus Syracusana, Doricæ species, gravitatem in ipso sono affectabat; Attica suavitatem. Unde etiam, muliebre aliquid

inesse dialecto Atticæ, Doricæ virile nonnihil, quidam observarunt. Sed manum de tabula. Nolumus enim plura tangere, quod vestigia terrent. Quin potius gratulamur Cl. *de Pauw* præclarum non spernendæ eruditionis specimen, cui si æqualem semper modestiam tueretur, omne merito punctum ferret.

PHILOSOPHIA PRACTICA UNIVERSALIS, Methodo scientifica pertractata. Pars prior, Theoriam complectens, qua omnis actionum humanarum differentia, omnisque juris ac obligationum omnium principia, a priori demonstrantur. Autore CHRISTIANO WOLFIO, Pot. Suecorum Regis, Hassiæ Landgravii, Consiliario Regiminis; Mathematum ac Philosophiæ Professore primario in Academia Marburgensi, Prof. Petropolitano honorario, Academiæ Regiæ Scientiarum Parisinæ, Societatumque Regiarum Britannicæ atque Borussicæ, Membro.

Veronæ, typis Dionysii Ramanzini, 1739, 4 ch. aug.
Alph. 1 plag. 21.

Prodiit primum Francofurti & Lipsiæ in officina libraria Rengeriana, 1738, 4.
Alph. 2 plag. 10.

Cum Illustris Celeberrimusque Autor ab A. 1728 publicare cœpisset Opera sua philosophica, quæ hodienum indefessa opera persequitur, nec deessent in Italia, quibus philosophandi ratio probaretur; Cl. *Sererius*, Philosophiæ ac Medicinæ Doctor, Vir Mathematum ac Philosophiæ peritissimus, commodis conterraneorum suorum velificaturus, de iis Veronæ recudendis consilium iniit. Quamprimum itaque aliquod Volumen in Germania editum fuisset, idem, impetrata Censura Inquisitionis & Secretarii Status Veronæ, recudi curavit. Quamvis vero, non sine rei literariæ damno, præmatura morte rebus humanis fuerit exemtus, non tamen desunt alii, qui recudendis Operibus *Wolfianis*

Wolfianis operam impendunt. Illustris ipse Autor Opus præsens inscripserat Eminentissimo Cardinali *Melchiori de Polignac*; *Serenius* vero Eminentissimo Cardinali & S. R. I. Principi Comiti *de Lamberg*. Solenne enim ipsi fuit, novas præmittere Dedicationes.

Postquam Ill. Autor in Prolegomenis ea præmisit, quæ ad notionem Philosophiæ practicæ universalis faciunt, in indifferentiam actionum humanarum inquirit. Primum itaque scrupulose docet, quomodo actiones, tam internæ, quam externæ, a *libertate* animæ dependeant, ut inferius penitus intelligatur, in quantum actiones humanæ agenti imputari debeant; qua etiam occasione differentiam inter ignorantiam ac errorem vincibilem & invincibilem exponit. Demonstrat deinde actionum liberarum intrinsecam bonitatem & malitiam, seu honestatem ac turpitudinem intrinsecam; quem in finem ostendit, eas vel per easdem, vel per diversas, rationes finales determinari, per quas determinantur naturales, & illas ad perfectionem, has vero ad imperfectionem, hominis ac status ejusdem tendere. Inde adeo est, quod actiones liberæ cum naturalibus per easdem rationes finales determinatæ sint in se bonæ, determinatæ vero per *diversas in se malæ*. Porro docet, quasdam actiones, in genere spectatas, esse *indifferentes*, sed propter determinationes accidentales, in casu particulari supervenientes, fieri vel bonas, vel malas. Ostendit autem porro, actiones in se bonas per se appetibiles esse, in se autem malas aversabiles, apparenter vero bonas per se appetibiles non esse, nec apparenter malas per se aversabiles. Inprimis autem multus in eo est, ut actionum rectitudinem distincte explicet, quæ a recto usu omnium facultatum, in eundem actum conspirantium, dependet, cum sine hac notione doctrina de culpa & vita perfecta penitus intelligi nequeat. Actionum differentia sufficienter explicata, obligationem, tam activam, quam passivam, una cum jure ac lege naturali, enodat. Obligationem activam per connexionem motivi cum actione, passivam vero per necessitatem moralem agendi, vel non agendi, jus per facultatem moralem agendi, legem per regulam, secundum quam actiones nostras determinare obligamur, definit. Unde naturalis obligatio & lex naturæ est, quæ rationem suffi-

Cap. 1.

2.

cientem in ipsa hominis natura atque essentia habet. Quamobrem, ubi evicit, actiones in se bonas & in se malas, ac propter determinationes accidentales in bonas vel malas abeuntes, per ipsam hominis rerumque essentiam atque naturam bonas vel malas esse, hinc porro deducit, homines per ipsam essentiam & naturam suam obligari ad committendas actiones, quæ ad perfectionem suam statusque sui tendunt; & ad omittendas eas, quæ tendunt ad imperfectionem suam statusque sui. Hanc obligationem naturalem non minus, quam ipsam naturæ legem, esse necessariam & immutabilem; ex ea autem oriri jus naturale tum ad eas res, tum ad eos actus, sine quibus obligationi naturali satisfieri nequit. Jus hoc esse commune hominum ac brutorum, quatenus rationem sufficientem in natura hominum ac brutorum communi habet; hominum vero proprium, quatenus ratio illa petitur a differentia specifica hominum ac brutorum. Explicat deinde, quid debitum, quid licitum, quid illicitum, quid honestum, quid inhonestum, quid decorum, quid indecorum, quid justum, quid injustum, quid denique æquum, quid iniquum, sit, & demonstrat, dari etiam legem naturalem decori, quemadmodum & legem naturæ perfectivam, qua melius præferre tenemur, ut adeo lex naturæ proscribat facienda, quæ bona, honesta, licita, recta, & decora, sunt, atque prohibeat, quæ mala, inhonesta, illicita, minus recta, & indecora, sunt. Cum haud raro casus emergant, in quibus leges naturales inter se colliduntur, ita, ut iis simul satisfieri minime possit; Noster quoque docet, quomodo fieri debeat exceptio: quæ exceptionum theoria usum quoque habet in variis Juris Naturæ capitibus demonstrandis. Et, postquam ostendit, per ipsam essentiam & naturam suam obligari homines ad perfectionem suam statusque sui conjunctis viribus promovendum, ne obligatio aliorum perfectionem pro virili promovendi ultra limites suos extendatur, Noster evincit, neminem hominum ad alteri faciendum teneri, quod ipsemet facere possit, nec teneri ultra id, quod in potestate sua positum. Hinc alieno auxilio indigenti non competere nisi jus petendi, ut alii faciant, quod ipsemet facere nequit, minime autem

tem jus cogendi, ut faciant. Atque hinc nascitur differentia inter jus perfectum & imperfectum, quorum illud jus cogendi involvit, hoc vero in sola aptitudine consistit, ex qua jus petendi resultat. Et hoc pacto simul patet discrimen inter injustum, quod est contra jus perfectum alterius, & iniquum, quod fit contra alterius jus imperfectum. Quamvis vero contendat, moralitatem intrinsecam actionum etiam in hypothesi athei consistere; hoc tamen non obstante demonstrat, per ipsam essentiam & naturam suam hominem obligari ad actiones suas per motiva ab attributis divinis desumta determinandas, ut qualibet actione sua gloriam divinam illustret; immo probat, Deum esse autorem legis naturæ, & ad eam servandam homines obligare, ut adeo lex naturæ sit etiam lex divina. Etsi autem demonstret, obligationem naturalem esse quoque obligationem divinam; præter eam tamen adhuc etiam dari positivam docet, quæ perinde ac in lege positiva præmiorum & pœnarum positivarum constitutione introducatur, quæ a præmiis & pœnis naturalibus, ex actionibus humanis necessario consequentibus, distinguuntur. Exponit deinceps veram virtutis ac vitii indolem una cum beatitudine, quæ summi boni nomine vulgo venit, ac felicitate, cum fortuna non confundenda, docetque perspicue, quomodo virtus & pietas philosophica a Christiana, seu theologica, differat, & quomodo pietas in omnem virtutem influat. Theoriam conscientiæ jam olim dedit Ill. Autor in Philosophia morali, patrio sermone conscripta, de qua etiam tunc diximus in his *Actis*. Hic vero singula eo, quem tenet in Operibus Latinis, more plenius demonstrat. Ultimo demum loco de imputatione, dolo, & culpa, copiose agit. Definit imputationem actionis per judicium, quo agens declaratur causa libera ejus, quod ex actione ipsius consequitur, boni malique vel sibi, vel aliis. Quamobrem, cum imputativitatis fundamentum sit libertas, in superioribus autem Ill. Autor accuratius, quam hactenus ab aliis factum, docuerit, quænam actiones, tam internæ, quam externæ, liberis accensendæ veniant, profundius quoque scrutatur, in quantum homini actiones, tam internæ, quam externæ, imputari possint, ut clarissime eluceat, imputationem multo

Cap. 3. 4. 6. 7.

multo latius patere, quam vulgo putatur. Docetur etiam, quatenus homini imputentur actiones alienæ, tam privativæ, quam positivæ. Et, quoniam eidem quoque imputantur actiones, quatenus rectæ sunt, vel a rectitudine deficiunt, ubi penes eum stetit, quo minus deficerent, ab imputatione delabitur ad amplissimam & longe utilissimam doctrinam de dolo & culpa. Est enim, quemadmodum Noster docet, defectus rectitudinis actionis vincibilis culpa in genere sic dicta; quæ abit in dolum & culpam in specie, vulgo simpliciter sic dictam in oppositione ad dolum. Dolum nimirum consistere in defectu actionis a rectitudine quoad voluntatem & noluntatem; culpam vero in defectu rectitudinis quoad facultatem cognoscitivam, seu intellectum. Ubi ea exposuit, quæ de dolo & culpa, in specie sic dicta, in genere tenenda sunt, in varios inquirit modos, quibus quoad intellectum a rectitudine deficere potest actio, non usu vel abusu facultatum cognoscitivarum. Et hinc nascuntur culpæ, in specie sic dictæ, diversæ species, incogitantia, negligentia, inconsiderantia, improvidentia, præcipitantia in agendo, imprudentia, incuria: sit ita, quod vulgo Juris civilis doctores, notione distincta culpæ destituti, vocabulis hisce tanquam synonymis utantur, ubi de culpa loquuntur. Distinctionem culpæ in latam, levem, & levissimam, perinde ac divisionem diligentiæ in maximam, mediam, & minimam, inventum Juris civilis esse. Immo ne quidem in Jure civili culpam quamvis in latam, levem, & levissimam, dividi; sed eam tantummodo, quæ spectatur in negotiis alienis, in quibus agentis diligentia lege exigitur, & damnum, ab agente datum, alteri reparandum venit. Hoc tamen non obstante, ut aliorum attentionem & acumen excitet, paucis docet, quomodo culpa lata, levis, & levissima, in casu quocunque dato determinetur. Culpam mediam appellat Noster defectum rectitudinis actionis ob exceptionem in casu collisionis officiorum minus recte factam, quæ *Zasio* versutia, aliis aliter, appellatur, & cujus exemplum occurrit *l. 7 ff. de Dolo malo*, si quis, misericordia ductus, solvit servum, alterius vinculis compeditum, ut fugeret. Ostendit autem,

rem, culpam mediam peculiarem quandam esse speciem culpæ in genere sic dictæ, distinctam a dolo & culpa in specie sic dicta.

JO. FRIDERICI WEIDLERI HISTORIA Astronomiæ, sive de Ortu & progressu Astronomiæ Liber singularis.

Vitembergæ, apud Gottlieb Henricum Schwartzium, 1741, 4. Alph. 3 plag. 17.

Optime de scientiis merentur, qui earum ortum & progressum accurate describunt. Quamobrem operæ pretium fecit Cel. Autor, quod, cum Professio Astronomiæ in Academia Vitembergensi ipsi demandata sit, fata Astronomiæ, scientiæ nobilissimæ, copiosius enarravit, & Virorum præclarorum quovis tempore & ubivis terrarum in eandem merita recensuit. Opus egregium *sedecim* absolvitur *Capitibus*, quorum *primum* de fabulosis Astronomiæ originibus, *secundum* de Astronomia Patriarcharum, *tertium* de Chaldæorum, *quartum* de Ægyptiorum veterum, *quintum, sextum,* & *septimum*, de Græcorum, *octavum* de Arabum, *nonum* de Persarum & Tartarorum, *decimum* de reliquorum populorum orientalium, Mogolensium, Siamensium, Sinensium, Americanorum, *undecimum* de Judæorum, *sequentia* de Europæorum, Astronomia agunt. Copiosum nimis foret, si de singulis *Capitibus* ex instituto dicere vellemus. Suffecerit itaque nobis, notatu digniora hinc inde delibasse. Ubi fabulosas Astronomiæ origines exponit Cel. Autor, ea recenset, quæ Poetæ inter scriptores profanos vetustissimi de Astronomiæ inventoribus tradiderunt, &, quid veritatis subsit fabulis, inquirit multa cum eruditione. Sed nec ex his, nec ex iis, quæ de Patriarchis narrantur, apparet, quinam illo tempore in scientia fuerit progressus. Immo nec satis constat, quantum Chaldæi profecerint & Phœnices, etsi *Diodorus Siculus* autor sit, eos longa observatione astrorum cursum & naturam diligentissime scrutatos fuisse, & Astrologiæ, cum diutius in ea versati sint, præter ceteros peritos fuisse. Inventor scientiæ sideralis apud eos celebratur *Jupiter Belus*, in cujus honorem Babylone

Babylone templum exſtructum fuit. Putat autem Noſter, cum *Jupiter Belus* pro Deo fuerit habitus, Chaldæos Aſtronomiæ inventorem ignoraſſe, & ejus originem ad Deum retuliſſe, eaque de cauſa aliquot mille annorum obſervationes jactaſſe; *Diodoro* enim *Siculo* teſte uſque ad *Alexandrum M.* quadraginta tria annorum millia numerant, ex quo Aſtronomorum obſervationes ab ipſis fuerunt cœptæ, & *Cicero* obſervat, quod quadringintorum & ſeptuaginta millium annorum obſervationes crepent. Noſter multus in eo eſt, ut oſtendat, non niſi oſtentationis cauſa tantam Aſtronomiæ ſuæ vetuſtatem jactaſſe Chaldæos. Probat hoc inprimis ex eo, quod *Hipparchus* tres tantum eclipſes lunares, in Babylonia obſervatas, quarum prima in annum 480 ante C. N. incidit, ad indagandas lunaris inæqualitatis differentias adhibuerit, & *Ptolemæus* non niſi tres alias eclipſes laudet, quarum prima A. 721 ante C. N. contigit. Parum quoque in Aſtronomia pro tanta obſervationum antiquitate profeciſſe videntur Chaldæi, quippe qui, *Diodoro* teſte, de ſolis defectione incerta, nec unanimia, tradiderunt, neque cauſam afferre, nec tempus prædicere, auſi. Chaldæis palmam de Aſtronomiæ inventione dubiam reddiderunt Ægyptii, qui, ſcientiam a ſe inventam a colonis in Babyloniam fuiſſe illatam, contenderunt. Exiguæ autem tantummodo Aſtronomiæ Ægyptiacæ ſuperſunt reliquiæ, quas ex antiquis ſcriptoribus, apud quos earum mentio fit, Noſter collegit. Aſtronomiæ Græcorum tres ætates diſtinguit, quarum prima uſque ad conditum Gymnaſium Alexandrinum, ſecunda ab eo condito uſque ad Chriſtum natum, tertia denique a Chriſto nato uſque ad Seculum octavum incluſive, pertingit. A Babyloniis & Ægyptiis Aſtronomiæ ſcientiam accepiſſe Græcos, *Plato* & *Ariſtoteles* confitentur. Gymnaſium Alexandrinum cœpit ab anno ante Chriſtum 283, quo *Ptolemæus Philadelphus* patri *Ptolemæo Lagi* ſuccedebat. Cum enim eſſet Princeps eruditionis amantiſſimus, & eruditorum Mecænas maximus, ſub ipſa ſtatim regni ejus auſpicia ex Græcia confluxerunt viri doctrina & ingenio præſtantes, quibus Rex honores & ſtipendia liberaliter decrevit. Hi, in Muſæo, quæ erat regiarum ædium pars, congregati, regiisque

giisque sumtibus alti, Philosophiam & Mathesin diligenter pertractarunt, inventisque & scriptis suis illustrarunt. Tum etiam Astronomia magis, quam antea, excoli cœpit, quamvis paulo ante circa annum ante C. N. 290 Alexandriæ *Timochares* & *Aristyllus*, coævi & laborum astronomicorum socii, sidera jam observassent, quorum observationibus usus ipse *Hipparchus*. Hanc ætatem nominis sui fama maxime illustrarunt *Aristarchus Samius*, *Euclides*, *Eratosthenes*, *Conon*, *Archimedes*, *Apollonius Pergæus*, ac inprimis *Hipparchus*, qui primus integræ scientiæ Astronomicæ systema condere aggressus est. Floruit autem ab anno ante C. N. 160 usque ad 125. Post Christum natum Seculo secundo astrorum observationibus operam dedit *Claudius Ptolemæus*, qui integrum Astronomiæ systema digessit, atque effecit, ut Astronomia deinceps facilius coleretur, perficeretur, & augeretur. Opus ejus, cui *Magnæ compositionis* titulum fecit, præcepto *Maimonis*, Regis Arabum, ab *Alhazen* & *Sergio* in Arabicum sermonem translatum, nomen *Almogesti* accepit, ex Arabico autem in Latinum conversum est auspiciis *Friderici II* Imperatoris circa annum 1230. Græcus textus in Europa demum *Seculo XV* legi cœpit, quo versionem ex ipso fonte adornavit *Georgius Trapezuntius*, editam Basileæ A. 1541, sed eandem castigatam denuo vulgavit ibidem *Erasmus Oswaldus Schreckenfuchsius* A. 1551, qua editione usus fuit *Tycho de Brahe*. Græce Opus idem prodiit cura *Simonis Grynæi* Basileæ A. 1538, cum Commentariis *Theonis Alexandrini*, ex MSto Bibliothecæ Norimbergensis, quo usus erat *Regiomontanus*. Seculo nono & sequentibus Astronomia ab Arabibus præcipue exculta, atque ab illis ad Europæos traducta est. Inter Arabes claruit inprimis circa A. C. 880 *Muhammed Ben Geber Albatani*, qui *Albategnius* appellari suevit, Dynasta Syriæ, qui tabulas Astronomicas novas adornavit, & Astronomiam totam singulari Tractatu de Numeris & motibus stellarum ex *Ptolemæi* & propriis observationibus illustravit, Latine verso a *Platone Tiburtino*, & additionibus ac demonstrationibus aucto a *Joanne Regiomontano*. Eodem etiam Seculo floruit *Geberus*, Hispalensis, qui novem Libris Magnam *Ptolemæi* constructionem exposuit, a *Pe-*

trejo Norimbergæ A. 1533 cum instrumento primi mobilis *Petri Apiani* editis. Ex hoc opere, judice *Mersenno*, multa desumserunt *Purbachius* & *Regiomontanus*. Fecit etiam magna solertia machinam, qua omnia *Ptolemai* instrumenta jucundo compendio mirifice complectitur; & quam *machinam collectitiam* vocavit *Regiomontanus*. Monet autem Noster, Astronomorum Arabum merita nobis adhuc parum esse perspecta, cum *Eduardus Bernhardus* autor sit, in solo Mertoniensi Oxonii Musæo plus quam quadringentos Codices Arabicos, doctrina & observationibus siderum refertos, haberi. Recenset etiam ex *Herbeloti* Bibliotheca orientali non exiguum numerum Tabularum Astronomicarum, ab Arabibus & Persis digestarum. Inter Tartaros eminet *Ulugbeigh*, Parthiæ & Indiæ Rex, magni *Tamerlanis* nepos, qui circa annum Christi 1430 Samarcandam, regni sui metropolin, Astronomos doctissimos undique accersivit, & cujus Tabulas longitudinis ac latitudinis fixarum edidit *Thomas Hyde*, ex propriis observationibus ad A. C. 1437 conditas. Catalogus hic pars est majoris operis Astronomici, cujus Codex MStus Oxonii asservatur. Ejusdem Principis Tabulas geographicas edidit *Joannes Gravius*; Epochas vero celebriores, Astronomis, Historicis, Chronologis Chatajorum, Syrogræcorum, Arabum, Persarum, Chorosmiorum, usitatas, ex ejusdem Principis traditione publicavit idem *Gravius*. Historiam Astronomiæ Sinensium ex *Soucieto* repetit Autor, de qua diximus in his *Actis A. 1732 pag. 371 seq.* Addit tamen alia ex *Schallio, Verbiestio*, & *Ludovico le Comte*, de statu Astronomiæ Seculo XVI labente, cum Missionarii Sinam ingrederentur. Judæi olim rerum astronomicarum fuerunt admodum imperiti, unde, florente Hierosolymis Synedrio, neomeniæ inventio facta fuit ex ratione visionis primæ lunæ phaseos, qua conspecta, Synedrii decreto neomenia indicta, & per nuntios dissitis locis significata fuit, donec post Christum natum inter alias gentes dispersi nonnulli eorum ad studium Astronomiæ animum appellerent. In Europa Astronomiæ studium promovere cœpit *Fridericus II* Imperator, qui A. 1230 *Ptolemæi* versionem ex Arabico in Latinum fieri curavit, & mox *Alphonsus X*, Rex Castiliæ, instaurationem Astro-

nomiæ

nomiæ molitus est, qui A. 1240 Toledum convocavit viros Astronomiæ peritia celebres, Christianos, Judæos, Mauros, tandemque novas Tabulas, quæ *Alphonsinæ* dicuntur, eo ipso, quo patri successit, anno, nimirum Christi 1252, in lucem protulit. Sed Seculo demum decimo quinto, circa medium ejus, instaurationem totius Astronomiæ magno ingenio & studio, nec minori successu, aggressus est *Georgius Purbachius*, Mathematum in Academia Viennensi Professor. Ab eo feliciter cœpta ulterius perfecit discipulus, *Joannes Regiomontanus*, cujus scripta magno numero recenset Noster ex Catalogo, quem ipse *Regiomontanus* confecit, *Georgius Tannstetterus* vero in limine Tabularum eclipsium *Purbachii* elogio *Regiomontani* subjunxit. Ab eo tempore astrorum scientia magis excoli cœpit apud Europæos, præsertim cum *Tycho de Brahe*, a *Wilhelmo*, Hassiæ Landgravio, qui in Astronomiam perficiendam solerter incumbebat, *Friderico II*, Daniæ Regi, commendatus, Uraniburgi observationibus cœlestibus ab A. 1576 usque ad 1597 vacasset, & ex ejus observationibus *Joannes Keplerus* Tabulas Astronomicas felici successu emendasset, atque Astronomiæ scientiam mirifice instaurasset. Ab eo tempore apud omnes fere Europæ gentes Astronomia excoli cœpit, & hodienum magno fervore, nec minore successu, excolitur. Hic cum tantus sese offerat dicendorum campus, in quem exspatiari nobis minime conceditur; Lectorem ad ipsum Opus Cel. Autoris remittendum judicamus, præsertim cum eo carere nequeat, qui Historiam literariam curæ cordique habet, de qua, quod ad Astronomiam, optime omnino meritus est Noster, optime etiam meritus de tot, tam antiquis, quam recentioribus, Autoribus, quorum præclara opera & diligenter ab eo descripta, & justis laudibus sunt celebrata.

D. JACOBI HENRICI CHRISTIANI ADAMI, Civitatis Luccaviensis Physici adjuncti, Senatusque Assessoris, Observatio Halonum solarium, & quatuor Parheliorum, die 13 Aprilis anni 1733 Luccaviæ visorum.

 Quam-

Quanquam complures jam in Physicorum Commentariis Halonum Solis, atque Parheliorum, exstant enarrationes; tamen, cum viri harum rerum intelligentissimi pridem monuerint, quo plures illarum observationum publice exponantur, eo majus ad illustrandam ejusmodi phænomenorum rationem lumen accendi, etiam huic nostræ aliquem relictum iri locum, mihi penitus persuasi. Equidem de eodem hoc Phænomeno, Landshuthæ Silesiorum d. 13 Aprilis ejusdem anni conspecto, Vir quidam doctus in *Novis literariis Lipsiensibus A. 1733 pag. 291* retulit. Enimvero utrasque observationes inter se contendenti, mox palam fit, non in omnibus momentis eas inter se convenire, & pro locorum diversitate aliter atque aliter se hoc spectaculum repræsentasse. Ut adeo pateat, vera esse, quæ summus Vir, *Christ. Wolffius*, in libro, qui inscribitur: *Vernünfftige Gedancken von denen Würckungen der Natur*, *§. 314 pag. m. 428* tradidit, unumquemque non eundem, quem alius videt, Parhelium, atque Halonem, Circulumque, sed sibi proprium, contueri, multoque hæc magis in tanto locorum intervallo, pro aëris reliquarumque rerum conditione, variari. Præcipue de altero illo Halone dimidiato, & novis duobus Parheliis, quorum inferius incidet mentio, prorsus silet Observator Silesiensis. Erat autem, ut jam indicavi, anni 1733 dies tertius decimus mensis Aprilis, cum isti Solis Halones cum quatuor Parheliis hic Luccaviæ in Lusatia observarentur. Aerem antecedentibus diebus subinde obscurabat nebula, quæ mane, altius adscendente Sole, elevata, evanescebat, posterioribus vero, post conspectum phænomenon, diebus, aliquoties in tenuem pluviam resoluta, delabebatur. Qui eo die flabat Boreas, non nimis acris erat & vehemens. Cum proxime Sol a Meridiano abesset, Halo circa illum aliquantum fractus in conspectum veniebat, ita, ut alter arcus versus meridiem, alter versus septentrionem, cerneretur. Postquam Sol Meridianum superaverat, versus Occidentem progressus, Halo hic & major & clarior evadebat, ita quidem, ut, quamvis spatium interius obscurum magis, quam reliqua cœli facies, ipsiusque etiam Halonis color versus idem spatium subrufus & fere obscurus esset, exterior tamen ejus pars

TAB. IV ad Nov. Act. Erud. A. 1742 Mens. Jun. P. I
pag. 317. 320 et 333.

Fig. I.





Fig. II



Fig. III.

pars albicans & valde lucida observaretur. Versus horam secundam pomeridianam circulus oriebatur albicans, Horizonti parallelus, qui, per Solem transiens, Halonem solarem bis intersecabat. Ea vero ipsa intersectio duos generabat Parhelios, maculas scilicet lucidiores, figuræ irregularis, quæ lucis & coloris claritate multum omnino circulum Horizonti parallelum vincebat, eadem cum vero Sole elevatione. Post horam secundam pomeridianam novo spectaculo major aliquis, sed subobscurus, Halonis arcus versus Zenith in oculos incidebat, qui, cum circulum Horizonti parallelum iridem bis intersecaret aliquantum, his intersectionibus efficiebat, ut novi duo Parhelii orirentur. Interim prior ille Halo admodum mutabatur, ut divisus, & ab utroque latere divergens, a figura sua circulari recederet, & priores duo Parhelii extra eundem positi esse viderentur. Versus horam tertiam cœlum peræque inclarescebat, & omne phænomenon oculis subducebatur. Postea, die 15 Aprilis, hora pomeridiana tertia, cœlo admodum claro, duo Parhelii sine Halone quodam, aut circulo Horizonti paralleto, ad breve tempus observabantur. Die 20 Aprilis, post horam decimam antemeridianam, ingens Halo solaris cernebatur, qui integram horam atque amplius perdurabat. Colores ejus Iridi erant similes, tenues quidem, distincti tamen, ex quibus subrufus denuo interiorem locum tenebat. Vapores quosdam advexerat Eurus, aliquantum ad Septentrionem inclinans, a quo tamen non ita multo post cœlum penitus clarum reddebatur. Magnitudinem gradusque omnium horum Halonum, & circuli Horizonti paralleli, ex defectu instrumenti idonei determinare non licuit.

Conspectus Circulorum atque Parheliorum, prout circiter in oculos incurrerunt. TAB. IV Fig. 1.

a. Sol verus.
b. Arcus Halonis, cujus pars exterior valde lucida, interior obscura & subrufa, erat.
c. Arcus Halonis alter versus Occidentem, non ita lucidus.
d. Circulus Horizonti parallelus.
e. f. Duo Parhelii in utroque latere Solis.

g. Novus arcus Halonis succedens, subobscurus.
h. i. Novi Parhelii.
k. Horizon.

HENRICI KÜHN, J. U. D. IN ATHENÆO GEdanensi Mathematum Professoris, Solutio dubiorum Hydraulicorum & Aerometricorum, in Diario Trevoltiensi A. 1741 Artic. 85 & 94 propositorum, continuata.

Conf. *Acta* hujus Anni *Mens. Maji pag. 564 seq.*

Nunc operam dabo tollendis difficultatibus, a Viro Doctissimo in *Diario Trevoltiensi A. 1741 Art. 85 & 94* propositis, & duarum Epistolarum, mihi inscriptarum, forma indutis; quas (amputatis saltem verbis officiosis) integras, fideliter ad mentem Autoris Latine redditas, responsis meis interpolabo. Ita vero Cl. Censor inquit:

I. „A primo propositum tibi fuisse videtur defendere „*Cassinianam* de forma Telluris sententiam, postposita *Neuto-* „*niana*; quem in finem fundamenti loco ponis, aquas Oceani „sub Æquatore magis salsas esse, sub Polis minus salsas, ex quo „*pag.* 21 & 22 colligis, posita ratione gravitatum specificarum „aquæ sub Æquatore, & Polis ut 7 ad 5, altitudinem columnæ „aqueæ sub Æquatore, ad altitudinem columnæ sub utrolibet Po- „lo illi æquiponderantem, fore ut 5 ad 7, consequenter dia- „metrum Telluris, per Polos transeuntem, majorem esse diame- „tro Æquatoris. Ex quo oritur figura Telluris sphæroidica. „Ad effugienda vitilitigia sit, me non refragante, aqua mari- „na sub Æquatore salsior, quam sub Polis, sit item harum gra- „vitas specifica ea, quam sumis; per leges Hydrostaticas nullo „modo inde consequetur, columnas aquæ sub Polis altiores esse „illis sub Æquatore. Leges istæ non pertinent nisi ad fluida, „in tubis communicantibus constituta, &, ob latera tuborum „cedere nescia, ad diversam altitudinem suspensa. In ejusmo- „di hypothesi diversæ columnæ non nisi extremitatum occursu „in se invicem agunt, & fluidum majoris gravitatis specificæ ad

ad æquilibrium cum altero gravitatis specificæ minoris constituendum, efficere debet columnam, cujus altitudo sit ad alterius altitudinem in ratione reciproca gravitatum specificarum. „ At vero, ubi eadem fluida in unum idemque receptaculum infundas, videbis, diversas has columnas illico confundi, aut „ unam super alteram defluere, atque exhibere formam maris „ exigui, ad eandem ubique altitudinem assurgentis. Cujus rei „ ratio evidens hæc est, quod fluidum gravitatis specificæ minoris, quatenus altitudine superat fluidum alterum, cum præter aerem contiguum nullo aggere coerceatur, proprio pondere perrumpere debeat aggerem aereum disterminantem, „ & defluere in fluidum alterum, cum eodem mox commiscendum, si fluida fuerint homogenea. Ex quo efficitur, aquam „ Oceani sub Polis nunquam ad majorem altitudinem consistere posse, respectu aquæ sub Æquatore. Proinde *Cassiniana* „ de figura Telluris sententia, pro tua parte, omni adhucdum „ ope destituitur. „

(I). Nusquam in Dissertatione mea expresse dixi, figuram Telluris *sphæroidicam* esse; nec tacite idem affirmasse videri possum ex eo, quod diametrum per Polos diametro Æquatoris majorem esse statui, si utraque in Oceano desinat. Ex solo enim Oceano, vix tertiam superficiei Telluris partem occupante, vera Telluris figura æstimari nequit (Vid. *Differt. pag. 68*), & præterea passim copiose satis docui, maria, tam clausa, quam particularia aperta, ubicunque sita sint, notabiliter admodum altiora esse Oceano, tractusque terrestres diversos adhuc multo altiore loco sitos esse. Quæ omnia cum *Cassiniana* de Terræ forma sententiæ adversentur, & præterea in §. 68 citato aperte ita scripserim: *Hinc satis liquet, longe aliter de vera Telluris figura sentiendum esse, ac hactenus fecimus*, &c. facile videre licuit, me *Cassinianam* sententiam non amplecti, nec adeo eam contra quemcunque defendendam suscepisse. Conjecto igitur, Cl. Censorem in istam partium studii accusationem hac forte occasione incidisse, quod perpendens, Mathematicos sententiam communem de figura Terræ sphærica dudum abdicasse, sibi persuasit, inter figuram Sphæroidis oblongi & depressi nihil

hil jam medium relinqui, atque sic *Caſſinianum* me eſſe oportere, cum *Neutonianus* non ſim, ut qui (in *Differt. §. 15*) aperte dixerim, figuram *Caſſinianam* cum certa aliqua obſervatione multo melius convenire, quam *Neutonianam*. Cur autem, ſi alterutrum eligendum eſſet, *Caſſinum* in hoc negotio ſequi mallem, quam *Neutonum*, in præſenti Commentatione (ſupra ſub litera *A*) plenius expoſui. Porro, etſi ita generaliter, ac in *§. 9 Differt.* feci, amplius aſſerere nolim, aquas Oceani circa Æquatorem maxime ſalſas in æquilibrio conſiſtere cum aquis Polo vicinioribus minus ſalſis (vid. dicta ſub litera *F*); attamen facile oſtenditur contra Cl. Cenſorem, ſalvo ejus argumento utique fieri poſſe, ut aqua Oceani extra Tropicos ad majorem altitudinem conſiſtat, quam ea circa Æquatorem, & nihilo minus cum hac æquilibrium ſervet. Et quomodo lex Hydroſtatica de æquilibrio fluidorum, in tubis communicantibus ſuſpenſorum, mihi obſtare poſſet, qui eadem hac lege in *§. 10 Diff.* uſus ſum, ad propoſitionem, de qua nunc diſceptatur, demonſtrandam? Nimirum ſint tubi *A, C, E, G*, ope alterius *LM* communicantes. Hocce tuborum communicantium ſyſtema impleatur fluido ejusdem gravitatis ſpecificæ; habebuntur columnæ ſeparatæ *A, C, E, G*, non niſi extremitatum occurſu in ſe invicem agentes, & pro æquilibrio conſtituendo ad eandem præciſe libellam *NO* aſſurgentes. Porro tubi intermedii infra clauſi *B, D, F*, itidem impleantur fluido ejusdem ac ante gravitatis ſpecificæ, & diaphragmata horizontalia *b, d, f*, removeantur, ut extremitatum occurſu in ſe invicem & in illas *A, C, E, G*, agere poſſint; columnæ fluidi etiam in his tubis interpoſitis ad eandem illam libellam *NO* ſuſtinebuntur. Tandem tollantur etiam diaphragmata lateralia *α, β, γ, δ, ε, ς*, atque eorum loco ſubſtituantur diaphragmata fluida, nempe columnæ ejusdem fluidi, quæ itidem non niſi extremitatum interventu in illas agent (ſiquidem proprio pondere deorſum nituntur, & niſus laterales, ex natura fluidi alias reſultantes, cum utrobique æquales ſint, ſeſe mutuo deſtruunt,); apparet, etiam has ultimas columnas, pro æquilibrio conſtituendo, aſſurgere debere ad libellam *NO*. Atque ſic hoc maxime

TAB. IV Fig. 2.

ximè compoſitum tuborum communicantium ſyſtema exhibebit receptaculum aliquod commune, eodem fluido repletum, in quo ſingulæ columnæ ad eandem horizontalem *NO* aſſurgunt, ſive ſingulas columnas componentes tantum interventu extremitatum in ſe mutuo agere ponas, ſive etiam niſum lateralem erga ſe invicem exercere ſumas. Jam ſit angulus declivitatis admodum exiguus *ONQ*, &, remotis illis columnis *A*, *B*, *C*, *D*, *E*, *F*, *G*, ſubſtituantur columnæ cognomines diverſæ gravitatis *ſpecificæ*, ita quidem, ut columnarum *A*, *B*, *C*, *D*, *E*, *F*, *G*, altitudines ſint inter ſe ut gravitates ſpecificæ fluidorum *G*, *F*, *E*, *D*, *C*, *B*, *A*; evidens eſt, has columnas æquilibrium ſervaturas, & ſuperficiem inclinatam *NQ* formaturas, quamdiu, prout hypotheſis poſtulat, nihil in ratione gravitatum ſpecificarum mutatur. Quare, cum Oceani ſalſedo ab Æquatore verſus Polos decreſcat, adeoque determinatum gradum ſalſedinis atque gravitatis ſpecificæ pro diverſis locis diverſum conſtanter tueatur, (*§. 6 Diſſert.*) patet, Oceanum in hac hypotheſi extra Tropicos utique altius aſſurgere, quam ſub Æquatore. Nec licet cum Cl. Cenſore excipere, columnam altiorem, *quatenus altior eſt, ſpreto aggere* aereo diſterminante, defluere debere ſupra columnam proximam depreſſiorem; nam, ob angulum declivitatis *ONQ* (per *hypoth.*) admodum exiguum, exceſſus iſte altitudinis (p) duarum columnarum proximarum tantum non infinite parvus eſt, adeoque & niſus lateralis ſeu preſſio inde orta (quæ ſemper eſt ut p) plane inſenſibilis erit, atque nimium impar ad aggerem iſtum aereum perrumpendum, viſciditatemque fluidi vincendam, ut diffuſio maſſularum conſequi poſſit. E. g. in exemplo, *§. 12 Diſſ.* dato, eſt *NO* arcus 50° circuli maximi $= 15 \cdot 50 = 750$ mill. Germ. $= 750 \cdot 20000 = 15000000$ pedum geom., & $OQ = 4000$ ped. geom. Jam ſumatur $No = \frac{1}{100}$ ped. geom., quæraturque hujus columnæ *A* excedens altitudo oq ſupra alteram *B*; reperietur $oq =$

$$\frac{OQ \cdot No}{NO} = \frac{4000 \cdot \frac{1}{100}}{15000000} = \frac{4}{1500000} = \frac{1}{375000} \text{ ped. geom.}$$

qualis altitudo infinite parva cenſenda eſt pro niſu atque motu aquæ laterali producendo. Imo, ſi operæ pretium videtur, arte parari poteſt receptaculum continuum ejus conditionis, ut diverſæ gravitatis ſpecificæ fluida infuſa, dum ſibi mutuo æqui-

ponderant, saltem intra aliquot minuta temporis prima, superficiem sensibiliter concavam constituant. At in Oceano (qui minime est simplex aquarum receptaculum, (vid. supra sub lit. *B*,) sed potius machinamentum Hydraulicum naturale perfectionis admodum compositæ, uti vel ex ejus diaphragmatibus interruptis, apertis, & cœcis, ex Euripis sorbentibus & vomentibus, ex innumeris fluminibus in idem sese effundentibus, &c. quodammodo intelligitur,) determinatus gravitatis specificæ gradus, diversis locis diversus, cum constanter conservetur, altitudo columnarum diversis locis diversa in omne ævum perdurare potest.

II. „Videamus, an argumentum, a cursu fluminum ductum, magis idoneum sit ad novum aliquem probabilitatis gradum huic opinioni acquirendum. Convenit inter nos, fluentorum, rivorum, fluminumque, cursum versus mare aliquod dirigi, adeoque locum, ad quem aqua fluit, depressiorem, seu centro Telluris propiorem, esse loco altero, a quo fluit. At quid inde conficitur? Terram sphæroidicam esse? Conclusio non cohæret cum suo principio; quin & ipsemet hujus rei incommodum præsensisse videris. Posteaquam enim multum operæ posuisti in diversa diversorum marium altitudine determinanda, nixus principio, quod deinceps in disquisitionem veniet, consentis demum, multa diversis locis, sociata plurium opera, accurate exploranda esse, antequam diversæ Telluris partes ad diversam quandam figuram geometricam quam proxime reduci possint.„

(II). Ex sententia Cel. *Cassini*, omnis omnino aqua marina stagnans est, atque in nullam partem progreditur, adeoque ob figuram Sphæroidis oblongi, quam Telluri tribuit, omnia loca maris, minimum in eodem parallelo, sunt æque alta, seu in una eademque libella. Ego vero ex consideratione cursus fluminum situsque marium passim ostendi, maria particularia ad instar fluminum versus Oceanum decurrere, Sinum Mexicanum versus Orientem, maria Europæa versus Occidentem, notabiliter declivia esse, darique tractus maris, etiam in eodem parallelo, quorum alter altero aliquot milliaribus Germ. altior est, & præterea satis perspicue meam de his rebus sententiam exposui, quando digressionem de figura Telluris abrupturus,

pag.

pag. 84 & 85 *Differt.* ita loquor: *Neque enim putandum est, Tellurem, ad instar solidi Geometrici, certa figura geometrica præditam esse oportere, quin potius certum habendum est, --- organicæ Telluris structuræ figuram simplicem, qualis geometrica est, minime convenire,* &c. Quæ omnia cum *Cassinianæ* hypothesi æque ac *Neutonianæ* maxime adversentur; nescio, unde factum sit, ut Cl. Censor sibi persuaserit, me *Cassinianam* hypothesin, argumento a cursu fluminum ducto, firmare voluisse, eventu tamen spem fallente.

III. „Mensura declivitatis aquarum, inquis *pag.* 10 & 11, cum„ sit ratio, quam habet distantia linearum horizontalium verarum,„ per terminos a quo & ad quem ductarum, ad veram longi-„ tudinem viæ fluminis, inter hos terminos interceptam; & fi-„ de experientiæ constet, si hæc 100 pedum fuerit, illam mini-„ mum esse pedis dimidii; calculus satis facilis, his duobus prin-„ cipiis fultus, ostendit tibi omnium marium altitudines diver-„ sas; unde statim tibi nascitur curiosa admodum enarratio re-„ rum maxime singularium. Secundum calculum tuum, ostium„ Ligeris in comparatione ad ostium Sequanæ depressius est„ 1000 ped. geom. & amplius; Isthmi Panamici latus occiden-„ tale, respectu lateris orientalis, altius est quantitate 14800 ped.„ geom.; Freti Magellanici ostium occidentale, respectu ostii„ orientalis, altius situm est quantitate 19045 ped. geom.; ma-„ re Mediterraneum notabiliter altius situm est Oceano Atlan-„ tico, &c.„

(III). Declivitas unius ejusdemque fluminis minime uniformis est, sed pro diversis tractibus variat; nunc enim crescens est, nunc decrescens, ita, ut e. g. alicubi reperiatur mensura declivitatis = 1 : 55, alibi = 1 : 70, alibi = 1 : 120, alibi = 1 : 210, &c. (vid. supra sub litera *E*). Unde, si integram fluminis dati declivitatem ruditer æstimaturus, sumat declivitatem uniformem fictam, mensuramque hujus declivitatis mediæ ponat = 1 : 200, fere certus esse potest, se potius in defectu peccasse, quam in excessu. Interim Cl. Censor ipse agnoscet, me de ipsis, prout jacent, numeris, quibus differentiam altitudinis nonnullorum locorum terrestrium & marinorum, ruditer expressi, nec spondere voluisse, nec potuisse, non tam propterea, quod pro fluminibus mensuram declivitatis mediæ assumtam 1:

TAB. IV ad Nov. Act. Erud. A. 1742 Mens. Jun. P. I
pag. 317. 320 et 333







pars albicans & valde lucida obſervaretur. Verſus horam ſecundam pomeridianam circulus oriebatur albicans, Horizonti parallelus, qui, per Solem tranſiens, Halonem ſolarem bis interſecabat. Ea vero ipſa interſectio duos generabat Parhelios, maculas ſcilicet lucidiores, figuræ irregularis, quæ lucis & coloris claritate multum omnino circulum Horizonti parallelum vincebat, eadem cum vero Sole elevatione. Poſt horam ſecundam pomeridianam novo ſpectaculo major aliquis, ſed ſubobſcurus, Halonis arcus verſus Zenith in oculos incidebat, qui, cum circulum Horizonti parallelum itidem bis interſecaret aliquantum, his interſectionibus efficiebat, ut novi duo Parhelii orirentur. Interim prior ille Halo admodum mutabatur, ut diviſus, & ab utroque latere divergens, a figura ſua circulari recederet, & priores duo Parhelii extra eundem poſiti eſſe viderentur. Verſus horam tertiam cœlum peræque inclareſcebat, & omne phænomenon oculis ſubducebatur. Poſtea, die 15 Aprilis, hora pomeridiana tertia, cœlo admodum claro, duo Parhelii ſine Halone quodam, aut circulo Horizonti parallelo, ad breve tempus obſervabantur. Die 20 Aprilis, poſt horam decimam antemeridianam, ingens Halo ſolaris cernebatur, qui integram horam atque amplius perdurabat. Colores ejus Iridi erant ſimiles, tenues quidem, diſtincti tamen, ex quibus ſubruſus denuo interiorem locum tenebat. Vapores quoſdam advexerat Eurus, aliquantum ad Septentrionem inclinans, a quo tamen non ita multo poſt cœlum penitus clarum reddebatur. Magnitudinem gradusque omnium horum Halonum, & circuli Horizonti paralleli, ex defectu inſtrumenti idonei determinare non licuit.

Conſpectus Circulorum atque Parheliorum, prout circiter in oculos incurrerunt. TAB. IV Fig. 1.

a. Sol verus.

b. Arcus Halonis, cujus pars exterior valde lucida, interior obſcura & ſubruſa, erat.

c. Arcus Halonis alter verſus Occidentem, non ita lucidus.

d. Circulus Horizonti parallelus.

e. f. Duo Parhelii in utroque latere Solis.

g. Novus arcus Halonis ſuccedens, ſubobſcurus.
h. i. Novi Parhelii.
k. Horizon.

HENRICI KÜHN, J. U. D. IN ATHENÆO GEdanenſi Mathematum Profeſſoris, Solutio dubiorum Hydraulicorum & Aerometricorum, in Diario Trevoltienſi A. 1741 Artic. 85 & 94 propoſitorum, continuata.

Conf. *Acta* hujus Anni *Menſ. Maji pag. 564 ſeq.*

Nunc operam dabo tollendis difficultatibus, a Viro Doctiſſimo in *Diario Trevoltienſi A. 1741 Art. 85 & 94* propoſitis, & duarum Epiſtolarum, mihi inſcriptarum, forma indutis; quas (amputatis ſaltem verbis officioſis) integras, fideliter ad mentem Autoris Latine redditas, reſponſis meis interpolabo. Ita vero Cl. Cenſor inquit:

I. „A primo propoſitum tibi fuiſſe videtur defendere „*Caſſinianam* de forma Telluris ſententiam, poſtpoſita *Neuto-„niana*; quem in finem fundamenti loco ponis, aquas Oceani „ſub Æquatore magis ſalſas eſſe, ſub Polis minus ſalſas, ex quo „*pag. 21* & *22* colligis, poſita ratione gravitatum ſpecificarum „aquæ ſub Æquatore, & Polis ut 7 ad 5, altitudinem columnæ „aqueæ ſub Æquatore, ad altitudinem columnæ ſub utrolibet Po-„lo illi æquiponderantem, fore ut 5 ad 7, conſequenter dia-„metrum Telluris, per Polos tranſeuntem, majorem eſſe diame-„tro Æquatoris. Ex quo oritur figura Telluris ſphæroidica. „Ad effugienda vitilitigia ſit, me non refragante, aqua mari-„na ſub Æquatore ſalſior, quam ſub Polis, ſit item harum gra-„vitas ſpecifica ea, quam ſumis; per leges Hydroſtaticas nullo „modo inde conſequetur, columnas aquæ ſub Polis altiores eſſe „illis ſub Æquatore. Leges iſtæ non pertinent niſi ad fluida, „in tubis communicantibus conſtituta, &, ob latera tuborum „cedere neſcia, ad diverſam altitudinem ſuſpenſa. In ejusmo-„di hypotheſi diverſæ columnæ non niſi extremitatum occurſu „in ſe invicem agunt, & fluidum majoris gravitatis ſpecificæ, ad

ad æquilibrium cum altero gravitatis specificæ minoris consti-„ tuendum, efficere debet columnam, cujus altitudo sit ad alte-„ rius altitudinem in ratione reciproca gravitatum specificarum.„ At vero, ubi eadem fluida in unum idemque receptaculum in-„ fundas, videbis, diversas has columnas illico confundi, aut„ unam super alteram defluere, atque exhibere formam maris„ exigui, ad eandem ubique altitudinem assurgentis. Cujus rei„ ratio evidens hæc est, quod fluidum gravitatis specificæ mi-„ noris, quatenus altitudine superat fluidum alterum, cum præ-„ ter aerem contiguum nullo aggere coerceatur, proprio pon-„ dere perrumpere debeat aggerem aereum disterminantem, „ & defluere in fluidum alterum, cum eodem mox commiscen-„ dum, si fluida fuerint homogenea. Ex quo efficitur, aquam„ Oceani sub Polis nunquam ad majorem altitudinem consi-„ stere posse, respectu aquæ sub Æquatore. Proinde *Cassiniana*„ de figura Telluris sententia, pro tua parte, omni adhucdum„ ope destituitur.„

(I). Nusquam in Dissertatione mea expresse dixi, figuram Telluris sphæroidicam esse; nec tacite idem affirmasse videri possum ex eo, quod diametrum per Polos diametro Æquatoris majorem esse statui, si utraque in Oceano desinat. Ex solo enim Oceano, vix tertiam superficiei Telluris partem occupante, vera Telluris figura æstimari nequit (Vid. *Dissert. pag. 68*), & præterea passim copiose satis docui, maria, tam clausa, quam particularia aperta, ubicunque sita sint, notabiliter admodum altiora esse Oceano, tractusque terrestres diversos adhuc multo altiore loco sitos esse. Quæ omnia cum *Cassinianæ* de Terræ forma sententiæ adversentur, & præterea in *§. 68* citato aperte ita scripserim: *Hinc satis liquet, longe aliter de vera Telluris figura sentiendum esse, ac hactenus fecimus*, &c. facile videre licuit, me *Cassinianam* sententiam non amplecti, nec adeo eam contra quemcunque defendendam suscepisse. Conjecto igitur, Cl. Censorem in istam partium studii accusationem hac forte occasione incidisse, quod perpendens, Mathematicos sententiam communem de figura Terræ sphærica dudum abdicasse, sibi persuasit, inter figuram Sphæroidis oblongi & depressi nihil

hil jam medium relinqui, atque sic *Cassinianum* me esse oportere, cum *Neutonianus* non sim, ut qui (in *Dissert.* §. 15) aperte dixerim, figuram *Cassinianam* cum certa aliqua observatione multo melius convenire, quam *Neutonianam*. Cur autem, si alterutrum eligendum esset, *Cassinum* in hoc negotio sequi mallem, quam *Neutonum*, in præsenti Commentatione (supra sub litera *A*) plenius exposui. Porro, etsi ita generaliter, ac in §. 9 *Dissert.* feci, amplius asserere nolim, aquas Oceani circa Æquatorem maxime salsas in æquilibrio consistere cum aquis Polo vicinioribus minus salsis (vid. dicta sub litera *F*); attamen facile ostenditur contra Cl. Censorem, salvo ejus argumento utique fieri posse, ut aqua Oceani extra Tropicos ad majorem altitudinem consistat, quam ea circa Æquatorem, & nihilo minus cum hac æquilibrium servet. Et quomodo lex Hydrostatica de æquilibrio fluidorum, in tubis communicantibus suspensorum, mihi obstare posset, qui eadem hac lege in §. 10 *Diss.* usus sum, ad propositionem, de qua nunc disceptatur, demonstrandam? Nimirum sint tubi *A*, *C*, *E*, *G*, ope alterius *LM* communicantes. Hocce tuborum communicantium systema impleatur fluido ejusdem gravitatis specificæ; habebuntur columnæ separatæ *A*, *C*, *E*, *G*, non nisi extremitatum occursu in se invicem agentes, & pro æquilibrio constituendo ad eandem præcise libellam *NO* assurgentes. Porro tubi intermedii infra clausi *B*, *D*, *F*, itidem impleantur fluido ejusdem ac ante gravitatis specificæ, & diaphragmata horizontalia *b*, *d*, *f*, removeantur, ut extremitatum occursu in se invicem & in illas *A*, *C*, *E*, *G*, agere possint; columnæ fluidi etiam in his tubis interpositis ad eandem illam libellam *NO* sustinebuntur. Tandem tollantur etiam diaphragmata lateralia α, β, γ, δ, ε, ς, atque eorum loco substituantur diaphragmata fluida, nempe columnæ ejusdem fluidi, quæ itidem non nisi extremitatum interventu in illas agent (siquidem proprio pondere deorsum nituntur, & nisus laterales, ex natura fluidi alias resultantes, cum utrobique æquales sint, sese mutuo destruunt,); apparet, etiam has ultimas columnas, pro æquilibrio constituendo, assurgere debere ad libellam *NO*. Atque sic hoc maxime

TAB. IV Fig. 2.

xime compositum tuborum communicantium systema exhibebit receptaculum aliquod commune, eodem fluido repletum, in quo singulæ columnæ ad eandem horizontalem *NO* assurgunt, sive singulas columnas componentes tantum interventu extremitatum in se mutuo agere ponas, sive etiam nisum lateralem erga se invicem exercere sumas. Jam sit angulus declivitatis admodum exiguus *ONQ*, &, remotis illis columnis *A, B, C, D, E, F, G*, substituantur columnæ cognomines diversæ gravitatis *specificæ*, ita quidem, ut columnarum *A, B, C, D, E, F, G*, altitudines sint inter se ut gravitates specificæ fluidorum *G, F, E, D, C, B, A*; evidens est, has columnas æquilibrium servaturas, & superficiem inclinatam *NQ* formaturas, quamdiu, prout hypothesis postulat, nihil in ratione gravitatum specificarum mutatur. Quare, cum Oceani salsedo ab Æquatore versus Polos decrescat, adeoque determinatum gradum salsedinis atque gravitatis specificæ pro diversis locis diversum constanter tueatur, (*§. 6 Dissert.*) patet, Oceanum in hac hypothesi extra Tropicos utique altius assurgere, quam sub Æquatore. Nec licet cum Cl. Censore excipere, *columnam altiorem, quatenus altior est, spreto aggere aereo disterminante, defluere debere supra columnam proximam depressiorem*; nam, ob angulum declivitatis *ONQ* (per *hypoth.*) admodum exiguum, excessus iste altitudinis (p) duarum columnarum proximarum tantum non infinite parvus est, adeoque & nisus lateralis seu pressio inde orta (quæ semper est ut p) plane insensibilis erit, atque nimium impar ad aggerem istum aereum perrumpendum, viscíditatemque fluidi vincendam, ut diffusio massularum consequi possit. E. g. in exemplo, *§. 12 Diss.* dato, est *NO* arcus 50° circuli maximi $= 15 \cdot 50 = 750$ mill. Germ. $= 750 \cdot 20000 = 15000000$ pedum geom., & $OQ = 4000$ ped. geom. Jam sumatur $No = \frac{1}{100}$ ped. geom., quæraturque hujus columnæ *A* excedens altitudo oq supra alteram *B*; reperietur $oq = \frac{OQ \cdot No}{NO} = \frac{4000 \cdot \frac{1}{100}}{15000000} = \frac{4}{1500000} = \frac{1}{375000}$ ped. geom, qualis altitudo infinite parva censenda est pro nisu atque motu aquæ laterali producendo. Imo, si operæ pretium videtur, arte parari potest receptaculum continuum ejus conditionis, ut diversæ gravitatis specificæ fluida infusa, dum sibi mutuo æqui-

 pon-

ponderant, ſaltem intra aliquot minuta temporis prima, ſuperficiem ſenſibiliter concavam conſtituant. At in Oceano (qui minime eſt ſimplex aquarum receptaculum, (vid. ſupra ſub lit. *B*,) ſed potius machinamentum Hydraulicum naturale perfectionis admodum compoſitæ, uti vel ex ejus diaphragmatibus interruptis, apertis, & cœcis, ex Euripis ſorbentibus & vomentibus, ex innumeris fluminibus in idem ſeſe effundentibus, &c. quodammodo intelligitur,) determinatus gravitatis ſpecificæ gradus, diverſis locis diverſus, cum conſtanter conſervetur, altitudo columnarum diverſis locis diverſa in omne ævum perdurare poteſt.

II. „Videamus, an argumentum, a curſu fluminum ductum, magis idoneum ſit ad novum aliquem probabilitatis gradum huic opinioni acquirendum. Convenit inter nos, fluentorum, rivorum, fluminumque, curſum verſus mare aliquod dirigi, adeoque locum, ad quem aqua fluit, depreſſiorem, ſeu centro Telluris propiorem, eſſe loco altero, a quo fluit. At quid inde conficitur? Terram ſphæroidicam eſſe? Concluſio non cohæret cum ſuo principio; quin & ipſemet hujus rei incommodum præſenſiſſe videris. Poſteaquam enim multum operæ poſuiſti in diverſa diverſorum marium altitudine determinanda, nixus principio, quod deinceps in diſquiſitionem veniet, conſentis demum, multa diverſis locis, ſociata plurium opera, accurate exploranda eſſe, antequam diverſæ Telluris partes ad diverſam quandam figuram geometricam quam proxime reduci poſſint.„

(II). Ex ſententia Cel. *Caſſini*, omnis omnino aqua marina ſtagnans eſt, atque in nullam partem progreditur, adeoque ob figuram Sphæroidis oblongi, quam Telluri tribuit, omnia loca maris, minimum in eodem parallelo, ſunt æque alta, ſeu in una eademque libella. Ego vero ex conſideratione curſus fluminum ſitusque marium paſſim oſtendi, maria particularia ad inſtar fluminum verſus Oceanum decurrere, Sinum Mexicanum verſus Orientem, maria Europæa verſus Occidentem, notabiliter declivia eſſe, darique tractus maris, etiam in eodem parallelo, quorum alter altero aliquot milliaribus Germ. altior eſt, & præterea ſatis perſpicue meam de his rebus ſententiam expoſui, quando digreſſionem de figura Telluris abrupturus,

pag.

pag. 84 & 85 *Differt.* ita loquor: *Neque enim putandum est, Tellurem, ad instar solidi Geometrici, certa figura geometrica præditam esse oportere, quin potius certum habendum est, --- organicæ Telluris structuræ figuram simplicem, qualis geometrica est, minime convenire,* &c. Quæ omnia cum *Cassinianæ* hypothesi æque ac *Neutonianæ* maxime adversentur; nescio, unde factum sit, ut Cl. Censor sibi persuaserit, me *Cassinianam* hypothesin, argumento a cursu fluminum ducto, firmare voluisse, eventu tamen spem fallente.

III. „Mensura declivitatis aquarum, inquis *pag.* 10 & 11, cum„ sit ratio, quam habet distantia linearum horizontalium verarum,„ per terminos a quo & ad quem ductarum, ad veram longi-„ tudinem viæ fluminis, inter hos terminos interceptam; & si-„ de experientiæ constet, si hæc 100 pedum fuerit, illam mini-„ mum esse pedis dimidii; calculus satis facilis, his duobus prin-„ cipiis fultus, ostendit tibi omnium marium altitudines diver-„ sas; unde statim tibi nascitur curiosa admodum enarratio re-„ rum maxime singularium. Secundum calculum tuum, ostium„ Ligeris in comparatione ad ostium Sequanæ depressius est„ 1000 *ped. geom.* & amplius; Isthmi Panamici latus occiden-„ tale, *respectu lateris* orientalis, altius est quantitate 14800 ped.„ geom.; Freti Magellanici ostium occidentale, respectu ostii„ orientalis, altius situm est quantitate 19045 ped. geom.; ma-„ re Mediterraneum notabiliter altius situm est Oceano Atlan-„ tico, &c.„

(III). Declivitas unius ejusdemque fluminis minime uniformis est, sed pro diversis tractibus variat; nunc enim crescens est, nunc decrescens, ita, ut e. g. alicubi reperiatur mensura declivitatis = 1 : 55, alibi = 1 : 70, alibi = 1 : 120, alibi = 1 : 210, &c. (vid. supra sub litera *E*). Unde, si integram fluminis dati declivitatem ruditer æstimaturus, sumat declivitatem uniformem fictam, mensuramque hujus declivitatis mediæ ponat = 1 : 200, fere certus esse potest, se potius in defectu peccasse, quam in excessu. Interim Cl. Censor ipse agnoscet, me de ipsis, prout jacent, numeris, quibus differentiam altitudinis nonnullorum locorum terrestrium & marinorum, ruditer expressi, nec spondere voluisse, nec potuisse, non tam propterea, quod pro fluminibus mensuram declivitatis mediæ assumtam 1:

TAB. IV ad Nov. Act. Erud. A. 1742. Mens. Jun. P. I
pag. 317. 320 et 333







pars albicans & valde lucida observaretur. Versus horam secundam pomeridianam circulus oriebatur albicans, Horizonti parallelus, qui, per Solem transiens, Halonem solarem bis intersecabat. Ea vero ipsa intersectio duos generabat Parhelios, maculas scilicet lucidiores, figuræ irregularis, quæ lucis & coloris claritate multum omnino circulum Horizonti parallelum vincebat, eadem cum vero Sole elevatione. Post horam secundam pomeridianam novo spectaculo major aliquis, sed subobscurus, Halonis arcus versus Zenith in oculos incidebat, qui, cum circulum Horizonti parallelum itidem bis intersecaret aliquantum, his intersectionibus efficiebat, ut novi duo Parhelii orirentur. Interim prior ille Halo admodum mutabatur, ut divisus, & ab utroque latere divergens, a figura sua circulari recederet, & priores duo Parhelii extra eundem positi esse viderentur. Versus horam tertiam cœlum peræque inclarescebat, & omne phænomenon oculis subducebatur. Postea, die 15 Aprilis, hora pomeridiana tertia, cœlo admodum claro, duo Parhelii sine Halone quodam, aut circulo Horizonti parallelo, ad breve tempus observabantur. Die 20 Aprilis, post horam decimam antemeridianam, ingens Halo solaris cernebatur, qui integram horam atque amplius perdurabat. Colores ejus Iridi erant similes, tenues quidem, distincti tamen, ex quibus subrufus denuo interiorem locum tenebat. Vapores quosdam advexerat Eurus, aliquantum ad Septentrionem inclinans, a quo tamen non ita multo post cœlum penitus clarum reddebatur. Magnitudinem gradusque omnium horum Halonum, & circuli Horizonti paralleli, ex defectu instrumenti idonei determinare non licuit.

Conspectus Circulorum atque Parheliorum, prout circiter in oculos incurrerunt. TAB. IV Fig. 1.

a. Sol verus.
b. Arcus Halonis, cujus pars exterior valde lucida, interior obscura & subrufa, erat.
c. Arcus Halonis alter versus Occidentem, non ita lucidus.
d. Circulus Horizonti parallelus.
e. f. Duo Parhelii in utroque latere Solis.

 g. Novus

g. Novus arcus Halonis succedens, subobscurus.
h. i. Novi Parhelii.
k. Horizon.

HENRICI KÜHN, J. U. D. IN ATHENÆO GEdanensi Mathematum Professoris, Solutio dubiorum Hydraulicorum & Aerometricorum, in Diario Trevoltiensi A. 1741 Artic. 85 & 94 propositorum, continuata.

Conf. *Acta* hujus Anni *Mens. Maji pag. 564 seq.*

Nunc operam dabo tollendis difficultatibus, a Viro Doctissimo in *Diario Trevoltiensi A. 1741 Art. 85 & 94* propositis, & duarum Epistolarum, mihi inscriptarum, forma indutis; quas (amputatis saltem verbis officiosis) integras, fideliter ad mentem Autoris Latine redditas, responsis meis interpolabo. Ita vero Cl. Censor inquit:

I. „A primo propositum tibi fuisse videtur defendere „*Cassinianam* de forma Telluris sententiam, postposita *Neuto*-„*niana*; quem in finem fundamenti loco ponis, aquas Oceani „sub Æquatore magis salsas esse, sub Polis minus salsas, ex quo „*pag. 21* & *22* colligis, posita ratione gravitatum specificarum „aquæ sub Æquatore, & Polis ut 7 ad 5, altitudinem columnæ „aqueæ sub Æquatore, ad altitudinem columnæ sub utrolibet Po-„lo illi æquiponderantem, fore ut 5 ad 7, consequenter dia-„metrum Telluris, per Polos transeuntem, majorem esse diame-„tro Æquatoris. Ex quo oritur figura Telluris sphæroidica. „Ad effugienda vitilitigia sit, me non refragante, aqua mari-„na sub Æquatore salsior, quam sub Polis, sit item harum gra-„vitas specifica ea, quam sumis; per leges Hydrostaticas nullo „modo inde consequetur, columnas aquæ sub Polis altiores esse „illis sub Æquatore. Leges istæ non pertinent nisi ad fluida, „in tubis communicantibus constituta, &, ob latera tuborum „cedere nescia, ad diversam altitudinem suspensa. In ejusmo-„di hypothesi diversæ columnæ non nisi extremitatum occursu „in se invicem agunt, & fluidum majoris gravitatis specificæ, ad

ad æquilibrium cum altero gravitatis specificæ minoris constituendum, efficere debet columnam, cujus altitudo sit ad alterius altitudinem in ratione reciproca gravitatum specificarum. At vero, ubi eadem fluida in unum idemque receptaculum infundas, videbis, diversas has columnas illico confundi, aut unam super alteram defluere, atque exhibere formam maris exigui, ad eandem ubique altitudinem assurgentis. Cujus rei ratio evidens hæc est, quod fluidum gravitatis specificæ minoris, quatenus altitudine superat fluidum alterum, cum præter aerem contiguum nullo aggere coerceatur, proprio pondere perrumpere debeat aggerem aereum disterminantem, & defluere in fluidum alterum, cum eodem mox commiscendum, si fluida fuerint homogenea. Ex quo efficitur, aquam Oceani sub Polis nunquam ad majorem altitudinem consistere posse, respectu aquæ sub Æquatore. Proinde *Cassiniana* de figura Telluris sententia, pro tua parte, omni adhucdum ope destituitur."

(I). Nusquam in Dissertatione mea expresse dixi, figuram Telluris sphæroidicam esse; nec tacite idem affirmasse videri possum ex eo, quod diametrum per Polos diametro Æquatoris majorem esse statui, si utraque in Oceano desinat. Ex solo enim Oceano, vix tertiam superficiei Telluris partem occupante, vera Telluris figura æstimari nequit (Vid. *Dissert. pag. 68*), & præterea passim copiose satis docui, maria, tam clausa, quam particularia aperta, ubicunque sita sint, notabiliter admodum altiora esse Oceano, tractusque terrestres diversos adhuc multo altiore loco sitos esse. Quæ omnia cum *Cassinianæ* de Terræ forma sententiæ adversentur, & præterea in *§. 68* citato aperte ita scripserim: *Hinc satis liquet, longe aliter de vera Telluris figura sentiendum esse, ac hactenus fecimus*, &c. facile videre licuit, me *Cassinianam* sententiam non amplecti, nec adeo eam contra quemcunque defendendam suscepisse. Conjecto igitur, Cl. Censorem in istam partium studii accusationem hac forte occasione incidisse, quod perpendens, Mathematicos sententiam communem de figura Terræ sphærica dudum abdicasse, sibi persuasit, inter figuram Sphæroidis oblongi & depressi nihil

hil jam medium relinqui, atque sic *Cassinianum* me esse oportere, cum *Neutonianus* non sim, ut qui (in *Dissert.* §. 15) aperte dixerim, figuram *Cassinianam* cum certa aliqua observatione multo melius convenire, quam *Neutonianam*. Cur autem, si alterutrum eligendum esset, *Cassinum* in hoc negotio sequi mallem, quam *Neutonum*, in præsenti Commentatione (supra sub litera *A*) plenius exposui. Porro, etsi ita generaliter, ac in §. 9 *Dissert.* feci, amplius asserere nolim, aquas Oceani circa Æquatorem maxime salsas in æquilibrio consistere cum aquis Polo vicinioribus minus salsis (vid. dicta sub litera *F*); attamen facile ostenditur contra Cl. Censorem, salvo ejus argumento utique fieri posse, ut aqua Oceani extra Tropicos ad majorem altitudinem consistat, quam ea circa Æquatorem, & nihilo minus cum hac æquilibrium servet. Et quomodo lex Hydrostatica de æquilibrio fluidorum, in tubis communicantibus suspensorum, mihi obstare posset, qui eadem hac lege in §. 10 *Diss.* usus sum, ad propositionem, de qua nunc disceptatur, demonstrandam? Nimirum sint tubi *A, C, E, G*, ope alterius *LM* communicantes. Hocce tuborum communicantium systema impleatur fluido ejusdem gravitatis specificæ; habebuntur columnæ separatæ *A, C, E, G*, non nisi extremitatum occursu in se invicem agentes, & pro æquilibrio constituendo ad eandem præcise libellam *NO* assurgentes. Porro tubi intermedii infra clausi *B, D, F*, itidem impleantur fluido ejusdem ac ante gravitatis specificæ, & diaphragmata horizontalia *b, d, f*, removeantur, ut extremitatum occursu in se invicem & in illas *A, C, E, G*, agere possint; columnæ fluidi etiam in his tubis interpositis ad eandem illam libellam *NO* sustinebuntur. Tandem tollantur etiam diaphragmata lateralia α, β, γ, δ, ε, ς, atque eorum loco substituantur diaphragmata fluida, nempe columnæ ejusdem fluidi, quæ itidem non nisi extremitatum interventu in illas agent (siquidem proprio pondere deorsum nituntur, & nisus laterales, ex natura fluidi alias resultantes, cum utrobique æquales sint, sese mutuo destruunt,); apparet, etiam has ultimas columnas, pro æquilibrio constituendo, assurgere debere ad libellam *NO*. Atque sic hoc maxime

TAB. IV Fig. 2.

xime

xime compositum tuborum communicantium systema exhibebit receptaculum aliquod commune, eodem fluido repletum, in quo singulæ columnæ ad eandem horizontalem *NO* assurgunt, sive singulas columnas componentes tantum interventu extremitatum in se mutuo agere ponas, sive etiam nisum lateralem erga se invicem exercere sumas. Jam sit angulus declivitatis admodum exiguus *ONQ*, &, remotis illis columnis *A, B, C, D, E, F, G*, substituantur columnæ cognomines diversæ gravitatis *specificæ*, ita quidem, ut columnarum *A, B, C, D, E, F, G*, altitudines sint inter se ut gravitates specificæ fluidorum *G, F, E, D, C, B, A*; evidens est, has columnas æquilibrium servaturas, & superficiem inclinatam *NQ* formaturas, quamdiu, prout hypothesis postulat, nihil in ratione gravitatum specificarum mutatur. Quare, cum Oceani salsedo ab Æquatore versus Polos decrescat, adeoque determinatum gradum salsedinis atque gravitatis specificæ pro diversis locis diversum constanter tueatur, (*§. 6 Dissert.*) patet, Oceanum in hac hypothesi extra Tropicos utique altius assurgere, quam sub Æquatore. Nec licet cum Cl. Censore excipere, columnam altiorem, *quatenus altior est, spreto aggere aereo disterminante, defluere debere supra columnam proximam depressiorem*; nam, ob angulum declivitatis *ONQ* (per *hypoth.*) admodum exiguum, excessus iste altitudinis (p) duarum columnarum proximarum tantum non infinite parvus est, adeoque & nisus lateralis seu pressio inde orta (quæ semper est ut p) plane insensibilis erit, atque nimium impar ad aggerem istum aereum perrumpendum, viscidi tatemque fluidi vincendam, ut diffusio massularum consequi possit. E. g. in exemplo, *§. 12 Diss.* dato, est *NO* arcus 50° circuli maximi $= 15 \cdot 50 = 750$ mill. Germ. $= 750 \cdot 20000 = 15000000$ pedum geom., & $OQ = 4000$ ped. geom. Jam sumatur $No = \frac{1}{100}$ ped. geom., quæraturque hujus columnæ *A* excedens altitudo oq supra alteram *B*; reperietur $oq =$

$$\frac{OQ \cdot No}{NO} = \frac{4000 \cdot \frac{1}{100}}{15000000} = \frac{4}{1500000} = \frac{1}{375000} \text{ ped. geom,}$$

qualis altitudo infinite parva censenda est pro nisu atque motu aquæ laterali producendo. Imo, si operæ pretium videtur, arte parari potest receptaculum continuum ejus conditionis, ut diversæ gravitatis specificæ fluida infusa, dum sibi mutuo æqui-

 pon-

ponderant, ſaltem intra aliquot minuta temporis prima, ſuperficiem ſenſibiliter concavam conſtituant. At in Oceano (qui minime eſt ſimplex aquarum receptaculum, (vid. ſupra ſub lit. *B*,) ſed potius machinamentum Hydraulicum naturale perfectionis admodum compoſitæ, uti vel ex ejus diaphragmatibus interruptis, apertis, & cœcis, ex Euripis ſorbentibus & vomentibus, ex innumeris fluminibus in idem ſeſe effundentibus, &c. quodammodo intelligitur,) determinatus gravitatis ſpecificæ gradus, diverſis locis diverſus, cum conſtanter conſervetur, altitudo columnarum diverſis locis diverſa in omne ævum perdurare poteſt.

II. „Videamus, an argumentum, a curſu fluminum ductum, magis idoneum ſit ad novum aliquem probabilitatis gradum huic opinioni acquirendum. Convenit inter nos, fluentorum, rivorum, fluminumque, curſum verſus mare aliquod dirigi, adeoque locum, ad quem aqua fluit, depreſſiorem, ſeu centro Telluris propiorem, eſſe loco altero, a quo fluit. At quid inde conficitur? Terram ſphæroidicam eſſe? Concluſio non cohæret cum ſuo principio; quin & ipſemet hujus rei incommodum præſenſiſſe videris. Poſteaquam enim multum operæ poſuiſti in diverſa diverſorum marium altitudine determinanda, nixus principio, quod deinceps in diſquiſitionem veniet, conſentis demum, multa diverſis locis, ſociata plurium opera, accurate exploranda eſſe, antequam diverſæ Telluris partes ad diverſam quandam figuram geometricam quam proxime reduci poſſint.„

(II). Ex ſententia Cel. *Caſſini*, omnis omnino aqua marina ſtagnans eſt, atque in nullam partem progreditur, adeoque ob figuram Sphæroidis oblongi, quam Telluri tribuit, omnia loca maris, minimum in eodem parallelo, ſunt æque alta, ſeu in una eademque libella. Ego vero ex conſideratione curſus fluminum ſitusque marium paſſim oſtendi, maria particularia ad inſtar fluminum verſus Oceanum decurrere, Sinum Mexicanum verſus Orientem, maria Europæa verſus Occidentem, notabiliter declivia eſſe, darique tractus maris, etiam in eodem parallelo, quorum alter altero aliquot milliaribus Germ. altior eſt, & præterea ſatis perſpicue meam de his rebus ſententiam expoſui, quando digreſſionem de figura Telluris abrupturus,

pag.

pag. 84 & 85 *Dissert.* ita loquor: *Neque enim putandum est, Tellurem, ad instar solidi Geometrici, certa figura geometrica praditam esse oportere, quin potius certum habendum est, --- organica Telluris structura figuram simplicem, qualis geometrica est, minime convenire,* &c. Quæ omnia cum *Cassiniana* hypothesi æque ac *Neutoniana* maxime adversentur; nescio, unde factum sit, ut Cl. Censor sibi persuaserit, me *Cassinianam* hypothesin, argumento a cursu fluminum ducto, firmare voluisse, eventu tamen spem fallente.

III. „Mensura declivitatis aquarum, inquis *pag.* 10 & 11, cum„ sit ratio, quam habet distantia linearum horizontalium verarum,„ per terminos a quo & ad quem ductarum, ad veram longi-„ tudinem viæ fluminis, inter hos terminos interceptam; & fi-„ de experientiæ constet, si hæc 100 pedum fuerit, illam mini-„ mum esse pedis dimidii; calculus satis facilis, his duobus prin-„ cipiis fultus, ostendit tibi omnium marium altitudines diver-„ sas; unde statim tibi nascitur curiosa admodum enarratio re-„ rum maxime singularium. Secundum calculum tuum, ostium„ Ligeris in comparatione ad ostium Sequanæ depressius est„ 1000 *ped. geom.* & amplius; Isthmi Panamici latus occiden-„ tale, *respectu lateris* orientalis, altius est quantitate 14800 ped.„ geom.; Freti Magellanici ostium occidentale, respectu ostii„ orientalis, altius situm est quantitate 19045 ped. geom.; ma-„ re Mediterraneum notabiliter altius situm est Oceano Atlan-„ tico, &c.„

(III). Declivitas unius ejusdemque fluminis minime uniformis est, sed pro diversis tractibus variat; nunc enim crescens est, nunc decrescens, ita, ut e. g. alicubi reperiatur mensura declivitatis = 1 : 55, alibi = 1 : 70, alibi = 1 : 120, alibi = 1 : 210, &c. (vid. supra sub litera *E*). Unde, si integram fluminis dati declivitatem ruditer æstimaturus, sumat declivitatem uniformem fictam, mensuramque hujus declivitatis mediæ ponat = 1 : 200, fere certus esse potest, se potius in defectu peccasse, quam in excessu. Interim Cl. Censor ipse agnoscet, me de ipsis, prout jacent, numeris, quibus differentiam altitudinis nonnullorum locorum terrestrium & marinorum, ruditer expressi, nec spondere voluisse, nec potuisse, non tam propterea, quod pro fluminibus mensuram declivitatis mediæ assumtam 1:

200 declivitatem mediam veram facile excedere posse existimem, sed maxime propterea, quod vera fluminis longitudo ex Mappis geographicis & hydrographicis, quales nunc habemus, ne quidem quam proxime haberi possit. Accurata enim harum rerum determinatio, in re præsenti instituenda, ad Academiæ Scientiarum curam pertinet. Interea ejusmodi de locorum diversa altitudine conjecturas, licet saltem ex crassioribus observationibus deductæ sint, haud contemnendas arbitror, cum inserviant studiis eruditorum hydrographicis excitandis, viamque sternant ad veras locorum altitudines comparativas olim definiendas.

IV. „At vero multa sunt, quæ his assertionibus opponi „possunt. Primo enim altitudo Mercurii, in tubo *Torricelliano* „suspensi, vi observationum, a *Cassino* A. 1672, a *Labirio* A. „1682, a *Maraldo* A. 1703, institutarum, est vera mensura al„titudinis montium, & eminentiæ locorum terrestrium supra „superficiem maris. Namque, si ponas, ad oram maris primæ „lineolæ descensus Mercurii respondere altitudinem aeris 60 „pedum supra mare, secundæ lineolæ convenire secundam co„lumnam aëris priori æqualem, sed uno pede auctam, & sic „porro, ex variatione barometri, in diversis locis eodem tem„pore observata, pauculis plus minus hexapedis neglectis, co„gnosci potest, quantum datorum locorum unus altior sit alte„ro; quemadmodum ex *Maraldi* observationibus constat. Un„de sponte sua duo consideranda sese offerunt. Aut nova tua „methodus consentit cum ista Academicorum theoria, aut ab „eadem dissentit. Si consentit, altera ad alteram confirmandam „adhiberi potest, & in eo casu ex methodorum consensu osten„so autoritas theoriæ tuæ comparanda fuisse videtur. Si non „consentiunt, earum altera falsa est, & tum rei consentaneum „erat, labefactare theoriam Academicorum, quorum magna „in Republica literaria autoritas, & vis animi in judicando in„gens, & diligentia in observando summa, magno momento „fuerunt ad eam eruditis in universum omnibus approbandam.

(IV). Variationem Mercurii in barometro, in diversis locis, eodem licet tempore, observatam, nullo modo dare veram mensuram altitudinis montium, aliorumve locorum supra superficiem maris, supra satis perspicue ostendi (sub lit. *C*). Primi hujus

hujus theoriæ inventores haud dubie suspicati sunt, multum precarii in eam ingredi, & propterea eam non nisi pro erudito tentamine habuisse videntur, olim ex Aerometria, ad majorem perfectionis gradum interim evecta, dijudicando aut emendando. Accidit tamen, quod solet, ut multi, incautius aut præpropere judicantes, theoriam istam tantum non omnibus numeris absolutam esse crederent; multum autem fallitur Cl. Censor, quando sibi persuadet, etiam nostro ævo, quo Aerometriam in formam disciplinæ mathematicæ redactam, & egregiis inventis locupletatam, habemus, theoriam hanc eruditis omnibus probari. Certe in judiciis de eruditorum conatibus tritum illud: qui tacet, consentire videtur, minime valet. Cur autem in Dissertatione *de Origine fontium* nihil de hac methodo dixerim, nec ejus a mea dissensum, nec causam dissensus, ostenderim, præterquam quod Virorum suo merito Celeberrimorum egregiis conatibus, si fieri potest, adjuvandis operam impendere malim, quam sufflaminandis, hanc quoque rationem habui, quod parum consentaneum videbatur, digressionem de figura Telluris, in quam, minime a me quæsitam, forte incideram, tanquam quæstionem principalem tractare, præsertim mole & tempore Dissertationis transmittendæ præfinito. Ceterum facile apparet, in ista methodo altitudines aeris, singulis lineolis descensus Mercurii respondentes, constituere progressionem arithmeticam, in qua est terminus primus $a = 60'$, differentia terminorum $d = 1'$, summa progressionis $c =$ altitudini aeris integræ, ad quam barometrum supra superficiem maris evectum est, in pedibus datæ, & numerus terminorum $x =$ numero lineolarum descensus Mercurii, integræ altitudini, modo commemoratæ, respondentium. Erit ergo $(2a + (x-1)d) . \frac{1}{2}x = c$; & $dx^2 + (2a-d)x = 2c$. Qua æquatione reducta, prodit $x = \surd \left(\frac{(2a-d)^2}{4d^2} + \frac{2c}{d}\right) - \frac{2a-d}{2d}$, hoc est, si brevitatis gratia fiat $\frac{(2a-d)}{d} = m$, erit $x = \surd \left(\frac{1}{4}m + \frac{2c}{d}\right) - \frac{1}{2}m$. Cujus formulæ utendæ mox occasio dabitur.

V. „Secundo, ratio distantiæ duarum linearum horizontalium, per terminos a quo & ad quem ductarum, ad longitu-„ dinem inter istos terminos interceptam, non est accurata men-„

„ſura declivitatis aquarum, ſi quando accidat, ut duo fluvii, „longitudine curſus admodum inter ſe differentes, ex eadem al- „titudine proficiſcantur; tum enim ſemper res ita eveniet, ut „nimiam rapiditatem unius compenſet immodica longitudo „alterius.

(V). Ex eodem termino communi digrediantur duo flumina, exonerenturque in aliquod mare, ita quidem, ut eorum oſtia multis milliaribus ſint ab invicem disjuncta. Jam, quia accuratæ declivitates deſiderantur, in re præſenti, adhibita Mathematicorum opera, explorentur veræ eorum longitudines inter terminos datos, quæ ſint L & l, & præter ea determinentur, uti in aquis librandis moris eſt, trium extremarum horizontalium verarum H, h, & k, diſtantiæ, ſeu integri lapſus aquarum inter H & h; item inter H & k, qui ſint A & a; erit in priore flumine accurata declivitatis mediæ menſura $= A:L$, & in poſteriore $= a:l$. An ergo menſuræ, quæ accuratæ ſunt, propter ea degenerabunt in minus accuratas ſeu falſas, quia ab uno eodemque termino incipit dimenſio? Nullo modo. Porro accuratæ illæ declivitatum menſuræ $\frac{A}{L}$ & $\frac{a}{l}$ ſunt inter ſe ut $lA : La$.

Quodſi jam majorem rapiditatem fluminis prioris præciſe compenſare debet major longitudo poſterioris, ponendum erit $A = a$, adeoque tunc menſuræ declivitatum erunt ut $l : L$, hoc eſt, in ratione longitudinum reciproca. Quam rem, ego quidem non abnuo, aliquando, præſertim in mari clauſo, magno caſu ita contingere poſſe; at, quando Cl. Cenſor affirmat, ſemper ita rem eventuram, hoc eſt, duobus fluminibus ex eodem termino proficiſcentibus, & ad diverſa maris loca decurrentibus, ſemper eſſe $A = a$, manifeſtum eſt, eum ex improviſo ad precariam, imo falſam, hypotheſin de figura maris ſphærica delabi, atque ſic, invita maris hiſtoria, mare haberi pro ſtagno, omnique adeo motu progreſſionis aquarum deſtituto. (Vid. dicta ſub litera *D*, & *Diſſert. pag.* 31, 56, 57 *ſeq.*)

VI. „Tertio impoſſibile eſt, (quod paulo ante demon- „ſtraſſe mihi videor,) ut aqua ad inæquales altitudines conſiſtat „in maribus, quæ alio modo inter ſe communicant, quam per „canales ſubterraneos. Poſterioris generis aquæ obtemperabunt „legibus fluidorum, in tubis communicantibus ſuſpenſorum; at vero

vero aquæ maris Pacifici & Atlantici, Oceani atque maris Me-„ diterranei, cum per freta secum communicent, necessario erunt„ his legibus solutæ, ob rationes supra commemoratas. Præter-„ ea quantum terroris affers nautis, quando asseris, freti Ma-„ gellanici ostium occidentale 19045 ped geom. altius esse o-„ stio orientali! Nonne verebare, ne nautici homines animo con-„ ciderent, aut saltem, ne in commentorum acta referri videres,„ dari montes liquidos, qui altitudine superent montes, quos su-„ per terra continente novimus altissimos?„

(VI). Aut maria omnia æquilibrium inter se servant, (hoc est, nullum eorum versus alterum defluit,) aut non sunt in æquilibrio. Si prius ponas; ob *permanentem* maris *salsedinem*, in diversis locis *diversam*, maria diversis locis ad diversam altitudinem consistent, etsi non per canales subterraneos, sed per freta saltem communicent (vid. dicta ad *N. 1*). Sin autem, quod historiæ maris magis convenit, sumas, ea non esse in æquilibrio, sed quædam eorum in alterum aquas suas exonerare; marium superficies in una eademque libella esse nequit, sed diversa maris loca ad diversam altitudinem consistent, & nihilo *minus ista libellæ maris* turbatio perpetuo conservari poterit, ob continuum aquæ per fluvios affluxum, & continuam aquæ decessionem, tam per evaporationem, quam per Euripos sorbentes, effectam, æque uti in fluminibus aberratio superficiei a libella ex similibus causis perpetuo conservatur. Nec est, quod quis propterea altissimos montes liquidos extimescat, ubi nulli usquam apparent. E. g. Basilea, respectu Roterodami, altius sita est, quantitate $\frac{1}{2}$ aut $\frac{3}{4}$ mill. Germ. aut etiam paulo amplius. Nihilo minus navigantes, Roterodamo solventes, adverso flumine Mosæ atque Rheni, Basileam tendere possunt, sine ullo metu montis fluidi occursuri, (quem demum visuri sunt, ubi ultra pergentes celebrem Rheni cataractam prope Scaphusiam attigerint). Eadem est ratio freti Magellanici. Cujus ostium occidentale etsi 19045 ped. geom. hoc est, fere integro milliari Germ. altius situm esse ponatur ostio ejusdem orientali, nihilo minus, cum freti longitudo sit circiter 150 mill. Germ., inde saltem orietur mensura declivitatis aut acclivitatis mediæ $=$ 1 : 157 (*Differt. pag. 75*), quæ cum proxime accedat ad declivitatem fluminum modice saltem rapidorum (vid. sub litera *E*); nec

nec hic montes aquarum exſpectandi erunt, niſi quos colliculos aqueos, vix per aliquot minuta temporis ſecunda durantes, ſæviens procella ibidem, æque ut alibi, excitaverit.

VII. „Denique quarto, ex obſervationibus Cel. *de la Condamine* A. 1738, altitudo Mercurii barometrici prope ſuperficiem maris Panamici circiter eſt 28 digitorum, quæ eſt altitudo ordinaria ad oram marium omnium. Vi obſervationum Cel. *Maraldi* & *Piccardi*, ſuperficies Oceani atque maris Mediterranei ſunt in eadem libella. En præjudicatas opiniones ſatis moleſtas, & nuperrimæ methodo tuæ adverſarias, usque dum tua opera convincamur, aut falſam eſſe theoriam, qua obſervationes iſtæ barometricæ nituntur, aut obſervationes ipſas vitio aliquo laborare.„

(VII). Ponamus, per obſervationes accuratiſſimas conſtare, quod Cl. Cenſor aſſerit, tam in loco maris Pacifici prope Panamam, quam in freto Britannico ad oſtium Sequanæ, ordinariam Mercurii barometrici altitudinem eſſe 28 dig. Pariſinorum. Jam quæritur de altitudine horum locorum obſervationis, ſeu de eorum diſtantia a centro Telluris. Cl. Cenſor affirmabit, loca iſta æque alta eſſe, ſeu æqualiter a centro Terræ remota, & haud dubie aſſertionem ſuam in hunc circiter modum demonſtrabit. Ex Aerometricis conſtat, in tubo *Torricelliano* majorem columnam Mercurii ſuſpendi in locis profundioribus, quam in altioribus. Jam aut horum locorum alter *P* altior eſt loco *S*; aut contra, locus *S* altior eſt loco *P*; aut denique ambo loca ſunt æque alta. Si ponatur primum; erit columna Mercurii, in *S* ſuſpenſi, major columna Mercurii, in *P* ſuſpenſi. Si ponatur ſecundum; erit columna Mercurii, in *P* ſuſpenſi, major columna Mercurii, in *S* ſuſpenſi. Sed utrumque, cum repugnet obſervationibus modo commemoratis, eſt abſurdum. Ergo relinquitur tertium, hoc eſt, loca *P* & *S* ſunt æque alta, ſeu æqualiter a centro Terræ remota. Si tamen mihi dicendum eſſet, quid mihi de iſthac demonſtratione videatur, negarem, eam admittendam, ac dicerem, paralogiſmum in ea committi, dum infertur, quod inferri non debebat. Nimirum Theorema aerometricum citatum ſaltem intelligendum eſt de altitudinibus locorum a ſuperficie Telluris computatis, cum ejus Theorematis demonſtrationem diſtantia loci obſervationis

a centro

a centro Terræ plane non ingrediatur. Quapropter ex observationibus istis saltem inferri debebat, loca observationum *P* & *S* æque alta esse, altitudinibus a superficie maris ad Panamam & a superficie freti Britannici ad ostium Sequanæ respective computatis, minime vero, altitudinibus a centro Terræ computatis. Ut taceam, propositiones aerometricas perpetuam hanc conditionem adjunctam habere, *ceteris paribus.* Permultum autem interest, an in Problematibus aerometricis resolvendis hujus conditionis rationem habeas, an non habeas (vid. dicta sub litera *C*). Denique ostendam, admissa hac theoria pro altitudinibus locorum comparativis, per observationes barometricas determinandis, talia inde phænomena consequi debere, quæ nusquam deprehenduntur. Nimirum, quia e. g. via vera fluminis Rheni atque Mosæ inter Basileam & Roterodamum minimum est 150 mill. Germ. $= 150 . 22917 = 2291700 + 1145850 = 3437550$ ped. Paris.; posita mensura declivitatis mediæ $= 1 : 200$, (quæ pro tam rapido flumine haud dubie justa minor est,) erit Basilea, in comparatione ad Roterodamum, altior quantitate $\frac{1 \cdot 3437550}{200} = \frac{343755}{20} = \frac{68751}{4} = 17188$ ped. Paris. $= c$. Unde, cum per formulam, quam supra ad *n.* *IV* exhibui, sit $x = \sqrt{\left(\frac{1}{4}m^2 + \frac{2c}{d}\right)} - \frac{1}{2}m$, ubi est $m = \frac{2a-d}{d} = \frac{120-1}{1} = 119$; erit $x = \sqrt{\left(\frac{119^2}{4} + \frac{2.\ 17188 \cdot 4}{1 \cdot 4}\right)} - \frac{119}{2} = \frac{\sqrt{(14161 + 137504)} - 119}{2} = \frac{\sqrt{151665} - 119}{2} = \frac{389 - 119}{2} = \frac{270}{2} = 135''' = 11''.\ 3'''$. Jam vero in locis maritimis, adeoque & Roterodami, (per *hypoth.*) est altitudo Mercurii barometrici ordinaria $= 28''$. Ergo Basileæ Mercurius in tubo *Torricelliano* consistere debebit ad altitudinem $28'' - 11'' - 3''' = 16''.\ 9'''$. Quod ipsum haud dubie est absurdum; cum Mercurius Basileæ nunquam infra $26''$ consistere possit, ob integram scalam variationis barometricæ intra $28''.\ 4'''$, & $26''.\ 4'''$ contentam. Vicissim consistat ☿

Tt Rotero-

Roterodami ad altitudinem $28''$, sed eodem tempore Basileæ (ut maxime liberalis sim in concedendo) saltem ad altitudinem $26''$, quarum altitudinum barometricarum differentia est $= 2'' = 24'''$, adeoque numerus terminorum $x = 24$. Unde per formulam, supra *n. IV* datam, cum sit $dx^2 + (2a-d)x = 2c$, erit $2c = 1.24^2 + 119.24 = 576 + 2380 + 476 = 3432$, adeoque $c = 1716$ ped. Paris. = altitudini comparativæ locorum Basileæ & Roterodami. Quare, cum via vera fluminis interjecta sit = 3437550 ped. Paris., foret pro tantæ rapiditatis flumine Rheno atque Mosa mensura declivitatis mediæ = 1716 : 3437550 = 1 : 2003. Quod itidem est absurdum. Conf. dicta lit. *E*. His probe pensitatis, de falsitate theoriæ *Maraldi* non amplius dubitabitur. Restat, ut lustremus difficultates, quas Cl. Censor contra eum, quem feci, voraginum sorbentium & vomentium usum movit.

VIII. „Ex tua sententia dantur in mari Euripi sorbentes „& vomentes. Priorum ope, aqua marina absorbetur, in loca „subterranea defertur, atque per horum meatuum ramificatio„nes longe lateque usque infra tractus montosos, cavernosos, fi„stulososque, distribuitur, dum interea hæc aqua salsa, per ca„lorem subterraneum fere ubique disseminatum, ad exhalatio„nem tantum non insensibilem disponitur, vaporesque per loca „fistulosa atque cavernosa, qua datur, in altiores altioresque ca„vernas, sub ipsis tandem tractibus montosis sitas, adscendunt, - - - „& tandem fontes perennes, ad radicem montis aut jugi aut col„lis scaturientes, efficiunt. Posteriorum ope, aqua in canale re„sidua, quæ, tanta aquæ dulcis decessione per evaporationem ef„fecta, salsedinem gravitatemque specificam acquisivit marina „majorem, & ex ramusculis in ramos atque canales confluxit, „mari appropinquans, aquam marinam, etsi ad multo altiorem „libellam consistentem, loco pellit, & sub forma Euripi vomen„tis in mare exoneratur; hæc quidem omnia, prout inquis, ad „eum effectum obtinendum, ut sorbitio voraginis sorbentis per„ennare, & evaporatio aquæ dulcis continuare possit, nec ta„men mare quidquam salsedinis suæ amittat. His in rebus duæ „præcipue difficultates sese offerunt annotandæ. Primo, cana-

lis

lis ſubterranei lumen utrumque (per *hypoth.*) longe infra„ ſuperficiem maris collocatum eſt, conſequenter neceſſe eſt, ut„ utrumque eorum ab initio vorago ſorbens fuerit. Quo pacto„ igitur eorum alterum ex voragine ſorbente in Euripum vo-„ mentem transformari potuit? Nullam ejus rei in Diſſertatione„ tua rationem ſufficientem deprehendo; imo (quod addo) e-„ jusmodi mutatio nec cum principiis tuis, nec cum legibus„ naturæ, conjungi poſſe videtur. Ambo Euripi inter ſe com-„ municant, quia eorum alter reliquias aquæ marinæ, ab altero„ hauſtæ, in mare deferre ponitur. Canales igitur ſubterranei,„ aquis utriusque Euripi iter miniſtrantes, conſiderari poſſunt ut„ tubi communicantes, ac hiantes in nnum idemque recepta-„ culum, fluido homogeneo repletum: conſtat autem, his poſi-„ tis, fluida æquilibrium ſervare, uſque dum nova aliqua cauſa„ ſupervenerit, æquilibrium turbatura. Cauſa huic rei idonea„ in principiis tuis nulla alia occurrit, niſi evaporatio aquæ dul-„ cis, conſtituendis fontibus deſtinata; at vero, ſtantibus prin-„ cipiis tuis, ea ipſa huic effectui producendo impar eſt. Ut„ æquilibrium *fluidorum*, contra nitentium, in caſu propoſito per„ *evaporationem tollatur*, oporteret eam ab utraque canalis„ ſubterranei parte inæqualem eſſe. Nihil eſt, quod, cur ita cre-„ damus, nos inducat. Calor ſubterraneus, evaporationem effici-„ ens, ubique æqualiter agere ponitur eo ipſo, dum, eundem per„ viſcera Telluris diſſeminatum eſſe, cenſes, ibique ſeſe prode-„ re, dum ubique aquam præbet, fontibus ſtratisque aquoſis alen-„ dis inſervituram. Quodſi vero etiam iſthanc evaporationis in-„ æqualitatem admitterem; attamen hoc ad ſummum conſeque-„ retur, Euriporum unum ad tempus ſaltem vomentem fore;„ longinquitate temporis enim penitus obſtrui debuiſſet. Quod„ ita eſſe ut appareat, ſumatur aqua, ſale æque ſaturata, ac illam„ eſſe concipis, quæ ſub Euripi vomentis forma in mare exone-„ ratur; hæc, ſuper corpore quocunque, ad horizontem ſive in-„ clinato, ſive perpendiculari, effuſa, primo temporis momento„ ibi deponet cruſtam ſalis, magis magisque augendam, quo ſæ-„ pius ejusmodi ſalſugo affunditur. Ex quo manifeſto conſe-„ quitur, canales vomentes inde ab initio ſenſim ſale obſtrui, &„ d eum, quem his tribuis, effectum producendum inutiles„ eddi debuiſſe.„

(VIII). Multa hic precario ſumuntur, multa mihi dicta attribuuntur, quorum contrarium diſerte affirmavi; quin & contra genuinam methodum in Phyſicis ſequendam, experimenta, arte facta, opponuntur atque præferuntur experientiis, ex ipſa rerum natura obſervata hauſtis, ad Hiſtoriam naturalem, ſi fieri poſſet, confutandam. Nimirum 1), etſi uterque Euripus ſecum communicet ope canalis ſubterranei, propterea tamen comparatio hujus aquæductus naturalis cum ejusmodi tubis communicantibus, quales in Hydroſtatica ſupponuntur, non ſatis accurata eſt. In his preſſio fluidi ab utraque parte plena eſt, ita, ut a neutra parte ulla cauſa externa, preſſionem minuens aut adaugens, accedat; at in illo canali ſubterraneo, præſertim in mediterraneo ejus tractu, fluidum maximopere diſperſum eſt, & per loca glareoſa ac ſabuloſa dum difficulter percolatur, plenam preſſionem, ab utroque Euripo pendentem, non ſuſtinet, & ope caloris, accedentis per innumeros meatus anguſtos, urgetur, per quos alias vix ac ne vix quidem perrumpere poſſet (vid. *Diſſert. pag.* 160 & 161). 2) Mare non eſt ſimplex aquarum receptaculum, ſed potius machinamentum hydraulicum ſummopere admirandum (conf. dicta ad *n. I*, item *Diſſert. pag.* 16, 17, & 18,). 3) Quando hic mare comparatur cum uno eodemque aquarum receptaculo, eo ipſo tacite ſupponitur, ſuperficiem maris omnem, tanquam ſi ſtagnum, & quidem ubique homogeneum, foret, eſſe in una eademque libella, ſeu illam ubique ad eandem altitudinem aſſurgere; at vero, ſuperficiem ejus, tanquam aquæ perpetuo per declivia fluentis, in diverſis locis ad diverſam altitudinem aſſurgere, oſtendi ſupra ad *n. II*, & in *Diſſert. pag.* 31, 36, 37, 57, & 58. Et vel ſola hæcce ſuperficiei marinæ declivitas facile rationem ſufficientem ſuggerit, cur Euriporum communicantium uterque vorago ſorbens eſſe nequeat, ſed ceteris paribus ſorbere aut vomere debeat, prout ad altiorem, aut depreſſiorem, maris tractum collocatus eſt. Poſita autem ſuperficie maris perfecte horizontali, & fluido utrobique homogeneo, ceteriſque paribus omnibus, quemadmodum Cl Cenſor facit, neuter Euripus neque ad ſorbendum, neque ad vomendum, determinatus eſt, ſed utrumque Euriporum genus, tanquam correlata, ſimul exiſtere debent. 4) Multo minus mare conſiderandum eſt tanquam receptaculum, fluido homogeneo (hoc eſt, fluido ejusdem ubique ſalſedinis atque gravitatis ſpecificæ,) repletum, (vid. *Diſſert. pag.* 15, 16, & 17,) quod ipſum vel ex eo apparet, quod aqua maris, ubi oſtia aliquot fluminum majorum vicina ſunt, minus ſalſa atque gravis eſſe debeat, quam in locis multum inde remotis. 5) Calorem per viſcera Telluris (non æqualiter, ſed potius) valde inæqualiter diſſeminatum eſſe, multis obſervationibus adductis affirmavi (*Diſſert. pag.* 141-144). 6) Imo, etiamſi is æqualiter per ſubterranea diſtribueretur, non tamen propterea ſequeretur, actionem caloris in aquam canalis ſubterranei ubique æqualem fore, quin potius majorem minoremve eſſe, prout applicatur ad maſſam aquæ magis minusve diviſam aut diſperſam, uti expreſſe monui (*Diſſert. pag.* 161 & 171,) adeoque & evaporatio producta non ubique æqualis eſſe poteſt.

7) Non

7) Non ſequitur, ubicunque fontes ſtrataque aquoſa reperiuntur, ſub iis locis dari calorem ſubterraneum & evaporationem, iſta producentem; in locis enim mari propioribus, adeoque reſpectu mediterraneorum valde depreſſis, his cauſis immediatis neceſſario opus non eſt, ſed ſufficiunt aquæductus naturales, ex ſtratis aquoſis altioribus ſeu mediterraneis pendentes (vid. *Diſſert. pag. 112 & 113*). 8) Quod attinet ad experimentum, quo Cl. Cenſor oſtendere conatur, canales vomentes, per cruſtam ſalis continuo augeſcentem, brevi tempore coarctari atque obſtrui debuiſſe; facile credo, fieri potuiſſe, ut prima ſalſuginis affuſione ſuperficies tubi interior tenuiſſima atque vix obſervabili cruſta ſalis obducatur, at, affuſione continuata cruſtam illam continuo augeri, mihi nunquam perſuadebit. Enimvero, ſi res ita comparata eſſet, eadem vel ex re culinaria aut ſalſamentaria dudum in vulgus nota eſſe deberet; item fundus maris, quantus eſt, ſale maxime incruſtatus foret; item ſcaturigines in Salinis Halenſibus, Luneburgenſibus, ceterisque, dudum deficere debuiſſent; item Cel. *Caſſinus* in Comitatu Ruſcinonenſi, prope montem Bugarach, tres illas ſcaturigines ſalſas, ſuper monte minimum non exſpectatas, & ad Confluentes rivum ſalſum ſatis amplum formantes, nunquam obſervare potuiſſet (vid. *Suite des Memoires de l'Academie Royale des Sciences A. 1718 pag. 118*), quas dum recenſet, nullius plane cruſtæ ſalis nec in ſcaturigine, nec in rivi alveo, conſpectæ mentionem facit, nec facere potuit. Quibus conſideratis, vix opus eſſe videtur, ut moneam, experimentum propoſitum propterea quoque non quadrare ad Euripos vomentes, quod per hos, ex vivo ſaxo conſtantes, effluat aqua & ſale, & bitumine, aliisque parum cognitæ naturæ materiis, impraegnata, in experimento autem non niſi aqua ſale imbuta, & tubus ex materia emortua paratus, adhibeantur. 9) Denique in gratiam Cl. Cenſoris ponam, mare prope Euripum utrumque ad eandem altitudinem conſiſtere, idemque eſſe ejusdem ubique gravitatis ſpecificæ, & aquæductum, inter Euripos interjectum, nulla glarea ſabulove impeditum, convenire cum tubis communicantibus, quales in Hydroſtatica ſupponuntur, atque ſic rem ad ipſius hypotheſes, quantum fieri poteſt, accommodabo; & nihilo minus poſſibilitatem Euriporum vomentium ſorbentibus reſpondentium evincam. Ut exemplum prope verum habeatur, comparabo *Scyllam* in freto Siculo cum loco maris prope Siciliæ promontorium *Paſſaro*, tanquam Euripum ſorbentem *S* cum vomente reſpondente *P* (vid. *Diſſert pag. 84*), quorum locorum diſtantia eſt plus minus 36 milliarium Germ. Nimirum Figura, hic adducta, exhibeat partem ſectionis Telluris per ejus centrum *T*. Ex *T* deſcripti ſint quinque arcus circulares *ADGB*, *SR*, *QqP*, *IK*, & *OZC*; ſitque *DFG* tractus terreſtris Siciliæ; *DA* & *GB* repræſentent mare, ad eandem libellam ubique conſiſtens; *DSE* & *GPL* fundum maris, tubo autem recurvo & declivi *SVMNKP* aquæductum naturalem exhibente, inter Euripos *S* & *P* interjectum, & eadem plane aqua marina repletum, qualis Euripis incumbit; per conditiones poſitas manifeſtum eſt, preſſiones fluidi reſpectivas ab u- TAB. IV Fig. 3.

traque parte *BR* & *AS*, item *BP* & *AQ* seu *ASVq*, item *BK* & *AI*, seu *ASVMNK*, ab initio prorsus æquales fore, atque sic hactenus neutrum Euriporum *S* & *P* nec ad sorbendum, nec ad vomendum aptum esse, sed partem fluidi *ASVK* æquiponderaturam fluido, ab altera parte incumbenti *BRPK*. Jam agere incipiat calor subterraneus in aquæductum versus *K* declivem, & quidem maxime in partem ejus mediterraneam *MN*, atque ibi per canalem pars aliqua aquæ non salsæ quasi transspiret aut exsudet, per loca fistulosa atque cavernosa sub vaporum forma versus tractus montosos *F* adscensura; aqua in *MN* residua necessario inde acquiret salsedinem atque gravitatem specificam majorem, etsi per *S* & *P* nova aqua marina irrumpat, molem amissam suppletura. Quod dum contingit, aqua residua *MN* locum pristinum *MN* amplius tueri non poterit, sed, tanquam specifice gravior facta, per locum declivem delabetur versus *K*, liquore specifice leviore obstante, quantum datur, loco pulso, & horum locis, quantum datur, permutatis. Quoniam vero calor subterraneus, & evaporatio in tractu canalis *MN*, & continuus affluxus aquæ marinæ, non cessant; salsugo, in inferiore canalis parte prope *KP* continuo augescens, brevi adscendet, primo ad libellam *QqP*, dein ad paulo altiorem libellam *OZC*. Etsi vero, in hoc statu, columnæ *BC* & *AO* seu *ASVZ* sibi mutuo æquiponderent, columna tamen *OQ* seu *Zq* præponderabit columnæ *CP* aquæ marinæ, ordinariæ contranitentis, & salsugo per *P* effluere incipiet. Lumen igitur *P* sistet Euripum, continuo aut per intervalla vomentem, prout tubus *PK* pro effluxu continuo obtinendo satis angustus, aut nimis amplus, fuerit, alterum autem lumen *S* exhibebit Euripum sorbentem illi respondentem. Quodsi vero præterea (quod scopo prolixius favet) ponas, aquam marinam super *P* non consistere ad libellam *B*, sed ad depressiorem aliquam libellam *R*, item huic loco maris *R* vicina esse ostia unius pluriumve fluminum majorum, quæ salsedinem atque gravitatem specificam aquæ marinæ incumbentis *RP* minuant; celeritas atque impetus salsuginis, per *P* erumpentis, tanto major evadet. Atque, has ipsas conditiones in Euripis *Scyllæ* atque *Passaro* re vera locum habere, exinde satis persuasus sum, quod aqua maris Mediterranei, ex Sinu Adriatico & mari Ionio decurrens, *Melitam* Insulam & Promontorium *Passaro* præterlabatur, declivitate superficiei marinæ versus fretum Herculeum, adeoque versus Noto-Zephyrum, spectante, (vid. *Dissert. pag.* 57 & 58,) & quod (testante Mappa Siciliæ) in fretum Siculum prope *Scyllam* nullum flumen exoneretur, contra autem ipsi Promontorio *Passaro* trium aut quatuor fluminum majorum ostia sint admodum vicina. Qua occasione obiter annotare libet, hos ipsos Euripos *S* & *P* multo imperfectiores futuros, si *Scyllæ S* vicina forent ostia aliquot fluminum notabilium; tum enim ob pressionem versus *S* minorem, vorago *S* multo lentius sorberet, & quidem aquam nimis modice salsam, & multo majori temporis spatio opus foret ad salsuginem satis densam gravemque in canali subterraneo præparandam, quæ ad eruptionem per *P* satis apta sit, &c.

IX. „Quid

IX. „Quid causæ est, cur calor subterraneus, evaporationem efficiens, non omnem aquam dulcem a sale secernat, & in vapores conversam versus cavernas superpositas urgeat? Ignis actio hunc effectum producit, & calor subterraneus eundem pariter effectum producere deberet; quod ubi evenerit, canalium tuorum conspiratio erit restincta. Equidem procul dubio concipis, gradum caloris spei tuæ perfecte accommodatum esse; at denuo quærere liceat, quo fundamento fretus ita statuas. Causa hujus caloris, quam, *Charrasium* secutus, videris referre ad commixtionem aquæ cum succis acribus vitrioli aut *sulphuris*, quibus accedere quoque possint alii sales, aut calces subterraneæ, quas perluit aqua, ea certe non sistit nobis fundamentum firmum. Dicam plenius: hac causa semel admissa, hypothesis tua de origine fontium funditus evertitur. Calor, ejusmodi commixtione productus, diutius subsistere nequit, quam quoad fermentatio durat, quandoquidem experientia docet, fermenta, qualiacunque fuerint, post fermentationem, quæ semper parum diuturna est, pugnam semel sedatam redintegrare non valere. Si dixeris, aquam continuo a visceribus terræ novos succos acres abluere; en, tecum ipse pugnabis, ut qui *pag. 168* ita inquis: Cum rationis & experientiæ fide constet, talem esse Telluris fabricam, quæ ad ejus conservationem tendat; statuendum est, salia ex visceribus terræ non exedi, pro desiderato aquæ marinæ, in canali subterraneo fluentis, incremento salsedinis acquirendo. Si enim res ita ageretur; quousque successu temporis excrescere deberent cavitates excsæ? Eadem est fermentorum ratio, quorum exhaustionem intra tot Seculorum decursum oporteret esse prodigiosam. „

(IX). Si salsugo, in canali subterraneo apparata, per neutrum canalis lumen erumpere posset, tum eadem, ob capacitatem canalis semper eandem, nova continuo salsedinis incrementa caperet, canalis ipse sale concreto tandem penitus obstrueretur, &, affluxu aquæ marinæ, consequenter & aquæ dulcis, sublato, evaporatio quoque aquæ dulcis cessaret, quantulumcunque licet gradum caloris hic adhiberi fingas. Quare, cum in *Dissert. pag. 170-175*, & hic ad *n. VIII*, evidenter ostenderim, cur salsugo ista ex canali subterraneo per Euriporum unum, altero scilicet depressiorem *P*, necessario erumpere debeat, frustra quæritur de gradu caloris ita attemperando, ne per evaporationem omnis aqua dulcis a sale secernatur. Experimentum de vase, ex quo per ignis actionem omnis aqua dulcis a sale secernitur, non quadrat ad casum propositum. Adhibendum enim fuisset vas destillatorium fundi declivis, satis in longitudinem porrectum, aqua salsa repletum, & præterea uno lumine prope fundum, altero prope fornicem vasis, instructum, ejus conditionis, ut per hoc tantundem aquæ salsæ continuo affluat, quantum partim per illud, partim per evaporationem aut destillationem, igne admoto, evacuatur: id si fiat, ego nolim exspectare, usquedum (quod nunquam futurum est) omnis aqua dulcis a salsugine in vase contenta per evaporationem secernatur. Cur causam caloris subterranei ad disquisitionem meam vocare noluerim, dixi in *Diss.*

pag.

pag. 150; ubi quoque facile apparet, me *Charrasii* ſuper hac re ſententiam tantiſper ſaltem tanquam probabilem admittere, donec ex acquiſitis olim accuratioribus obſervationibus meliora edoceamur. Fac autem, *Charrasii* de ortu hujus caloris explicationem aliquando evidentiſſime ad abſurdum deductum iri, an propterea corruet Syſtema de origine fontium, in quo calor ſubterraneus in aquam circumjectam agere ponitur? Minime; Syſtema illud ſalvum manebit, ſive cauſam hujus caloris perſpectam habeas, ſive non habeas, modo, calorem in ſubterraneis hoſpitari, per obſervationes conſtet; ſed ſaltem Syſtema illud de origine caloris ſubterranei erit repudiandum, & de magis probabili inveniendo cogitandum. Denique, etſi ego his meditationibus pro *Charrasii* Syſtemate perficiendo nunc immergi nolim, nihilo minus ejusdem explicationem contra Cl. Cenſoris cenſuram levi negotio tueri poſſem. Nam, licet calor, ex commixtione ejusmodi ſuccorum acrium productus, exſtincta miſcibilium fermentatione parum diuturna, ſimul exſtinguatur, atque præterea omnino verum ſit, pro iterando effectu iterandam eſſe cauſam efficientem, propterea tamen neceſſe non eſt, ut ſtatuamus, (quemadmodum Cl. Cenſor me atque *Charrasium* dicturum exiſtimat,) aquam continuo a viſceribus Telluris novos ſuccos acres abluere aut avellere. Quis enim adeo tardus eſt, quin ſtatim intelligat, ad inevitabilem Telluris deſtructionem iſta tendere, modico temporis lapſu eventuram? Proinde ego aut ignorantiam modi operandi, quo natura utitur, ingenue fateri mallem, aut rem ita circiter explicare tentarem. Notum eſt, aquam marinam leniter deſtillando equidem obtineri aquam a ſale liberatam, at non aquam dulcem, qualis pro fontibus requiritur, ſed eam adhuc eſſe amaram, & bitumine aliisque haud dubie materiis infectam, bibentibusque intolerabilem (vid. *Lud. Ferdin.* Comitis *Marſilii Hiſtoire phyſique de la Mer fol. 41*). Conſequenter aqua, ex canalibus ſubterraneis ope caloris ſubterranei exſudans, in primis viis nondum erit pro aqua fontana ſatis elaborata. Relinquitur ergo, ut eadem in ſecundis viis perfectius elaboretur, ita quidem, ut aqua in his frequenter offendat tenuiſſimos ductus laterales ſecundis viis inſertos, vaſorum ſecretoriorum officio fungentes, quorum alii, bitumine liquido ſemel imbuti, non niſi bitumen, alii, vitriolo liquido tincti, non niſi vitriolum, &c. ſecernant, atque ſic, pluribus ductibus ſimilibus convergentibus, forment rivulos bituminis, vitrioli, &c. per declivia fluentes, atque in ipſos canales ſubterraneos, ubi res poſtulat, exonerandos, pro novo fermento novæ aquæ, continuo præterlabenti, præbendo, ad calorem producendum idoneo.

Ceterum, quemadmodum rem mihi aliisque gratam feciſſe putandus eſt Cl. Cenſor, quod eruditis Dubiis ſuis, tanta humanitate mecum publice communicatis, me invitaverit ad mentem meam de rebus hactenus maxime controverſis plenius ac luculentius explicandam, ita quoque haud ex vano mihi perſuadeo, eundem Virum Doctiſſimum, pro eo, quem teſtatur, veri cognoſcendi ardore, penſitatis his Annotationibus ſat amplis, haud difficulter in meam ſententiam diſceſſurum.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ
Calendis Junii Anno MDCCXLII.
Pars II.

ANNALES MINORUM, SEU TRIUM ORDInum, a S. Francisco institutorum, Autore A. R. P. LUCA WADDINGO, Hiberno, S. T. Lectore Jubilato, & Ordinis Chronologo. Editio secunda, locupletior & accuratior, opera & studio R. P. JOSEPHI MARIÆ FONSECA AB EBORA, Ord. Minor. Scriptoris & Ex-Generalis, Sac. & univers. Inquisitionis Consultoris, Sac. Congreg. Consistor. Votantis, Episcoporum Examinatoris, & apud S. Sedem tractandis Lusitanis rebus præfecti, &c.

Tomus XIII.

Romæ, typis Rochi Bernabò, 1736, fol.
Alph. 6 plag. 15.

Qua nos diligentia in enarrandis *Voluminum* priorum argumentis versatos olim meministi, eadem, age, Lector, reliqua nunc percurramus, horumque præcipua, neglectis iis, quæ leviora videri possunt, momenta persequamur. *Tomus* igitur *XIII* illustrissimi Minorum Ordinis historiam ab anno inde 1457 ad 1471 complectitur. Eundem nos in recensendo ordinem tenebimus, &, ut continuam quamdam rerum a religiosa illa Sodalitate gestarum habeat narrationem Lector, quid annus quisque memorabile cumprimis & notatu dignum tulerit, breviter & per summa tantum capita indicabimus. Anno igitur

1457, exstincto *Joanne Capistrano*, in Hungariam, tuendæ hic
Pag. 2 seq. Christianæ doctrinæ causa, missus a Pontifice *Jacobus Picenus*,
5. eidemque, paulo post in Italiam reduci, substitutus est *Joannes de Taliacotio*. Alios ex Ordine Minorum in alias terras
8 seq. misit Pontifex, *Marianum de Senis* in Dalmatiam & civitatem Ragusinam, postea etiam in Bosnam & Serviam, *Joannem*
11 seq. *de Albania* & *Eugenium de Somma* ad Principem *Scanderbe-*
12. *chium*, adversus Turcas strenue pugnantem, *Robertum de Licio* in ditiones *Francisci Sfortiæ*, Vice-Comitis Mediolanensis, &
14. 22. *Ludovici*, Montisferratensis Marchionis, *Antonium a Monte-Falcone* & *Cherubinum de Spoleto* in Ducatum Spoletanum & nonnullos Italiæ Episcopatus, *Franciscum de Viterbio* in provinciam Patrimonii in Tuscia, *Franciscum de Carbonibus* in
19. Marchiam Anconitanam & Massam Trebariam, *Angelum a*
23. *Bolsena* in Orientem, *Alphonsum de Palenzuela* in Hispaniam,
24. *Laurentium Panormitanum* in Orientem, ad subsidium classi Pon-
26. tificiæ ferendum, & *Ludovicum Bononiensem* in Æthiopiam.
29 seq. Mediolani generalia Ordinis Comitia sunt celebrata; quibus
31. finitis, mortuus est Generalis Minorum Minister, *Jacobus de Mozanica*, ab Ordine suo inscriptione hac sepulchrali honestatus:

Hac Jacobus humo tegitur Mozanica frater,
Ingenio Salomon, integritate Cato.
Hic fratrum princeps, hic gloria summa Minorum,
Hic fuerat sanctæ relligionis honos.

Huic substitutus est a Pontifice Vicarius Generalis *Jacobus de Sarzuela*, Provinciæ Aragoniæ Minister, genus ex Catalanis ducens. Eodem anno rebus humanis exemti sunt duo Vica-
32. rii generales regularis Observantiæ, Ultramontanus *Theodoricus Auriga*, & Cismontanus *Antonius a Montefalcone*, sanctæ præ-
39. terea & incorruptæ vitæ fœmina, *Seraphina*, nobilis Clarissa. Pa-
33 seq. risiis graves adversus Mendicantes turbæ sunt commotæ, sed a
40. Pontifice paulo post feliciter sedatæ. In Corsicam missi sunt religiosi homines, qui gentem barbaram purioribus doctrinis
41. instituerent. Novi Episcopi complures sunt creati; splendidissima passim Cœnobia exstructa, & ecclesiæ novis immunitatibus

bus donatæ. A. 1458 *Calixtus III*, Pontifex, quosdam ex Ordine Pag. 41.
Minorum in Hungariam ablegavit, horum opera ad infringen- 47.
dam Turcarum potentiam usurus. Fratres Hungari a Vicarii 52.
Generalis Observantum jurisdictione ad præsidium Ministri Ge- 54.
neralis transierunt. Hierosolymitanos beneficiis multis ac pri- 56.
vilegiis donavit Pontifex. Indictum est Capitulum generale,
cujus suffragiis Minister Generalis factus est *Jacobus de Sarzue-* 58.
la. Diem obiit *Calixtus III*, Pontifex, in cujus locum *Pius II* 59. 84.
successit. Eidem fato succubuit *Dominicus a Castranica*, Cardi-
nalis Firmanus, Protector Ordinis, cui substitutus est *Bessarion* 63.
Trapezuntius, Cardinalis Nicænus. Ministro Burgundiæ novus
Pontifex autoritatem constituendi Inquisitores concessit. Con- 61.
troversiæ Observantum cum Conventualibus ita sunt compo-
sitæ, ut, rejecta Bulla *Calixtina*, in usum pristinum revoca- 63 seq.
retur *Eugeniana*. *Jacobus Picenus* ad Firmanos, sacra hic obi- 74.
turus, abiit. Mortuus est B. *Paulus*, Perpinianensis. Cœnobia
& Conventus novi sunt exstructi. Memorabile & religionis ple- 75 seq.
num testamentum, quod integrum hic exhibetur, Frater *Lope-* 86-115.
tius de Salinis condidit. A. 1459 *Pius*, Pontifex, justa adversus
Turcorum potentiam remedia inventurus, Mantuæ Con- 116.
cilium indixit, in quo salutarem *Jacobi Piceni* maxime & *Ma-*
riani Senensis operam expertus est. *Angelum de Vulsinio* ad Du-
cem Mediolanensem Legatum misit, subortam de eligendo Ec- 122.
clesiæ Papiensis novo Episcopo litem compositurum. De *Joan-* 123.
ne Capistrano inter Sanctos collocando consilia sunt agitata.
Alphonsus Bolanus, sopita controversia Canariensi, in Æthio- 129.
piam se contulit. Fundamenta jacta sunt Custodiæ Majo- 130.
ricensis. Ex hac vita abierunt *Antonius Bitontinus*, *Hieronymus*
de Stupha, *Philippus Asculanus*, *Demetrius Insuber*, & *Joan-* 131 seq.
nes Nursinus. *Lupus de Salinas* suspectæ doctrinæ accusa- 136.
tus, & a sacro munere remotus, vitam in solitudine finivit.
Nova magno numero Cœnobia ædificata. A. 1460 ex lega-
tione Ultramarina Romam reversus est *Ludovicus Bono-* 137 seq.
niensis, qui plures Orientalium Principum Oratores, ipsum Pa- 153 seq.
triarcham sibi expetentes, secum duxit, sed cessisse res ea ali-
ter, ac speraverat *Ludovicus*, ipse etiam, in suspicionem muneris

sui male administrati adductus, gratia excidisse Pontificis, dicitur, negantibus id aliis, qui, omni tempore Pontifici fuisse gra-
Pag. 157- tum, perhibent. Hungariæ Principes ad sacrum *Joannis Capi-*
162. *strani* cultum multis precibus & literis cives Italos sollicitarunt.
Ad Superos abierunt *Vincentius Rusca*, Comensis, *Daniel a Nimbro*, *Christophorus a Modœtia*, *Thomas* sive *Thomasius Apru-*
162 seq. *tinus*, *Dominicus Castilionus*. Floruerunt *Blasius de Conto*, *An-*
164 seq. *gelus delle Pesche*, *Ruffinus de Ferezano*, *Franciscus de S. Severo*, *Robertus de Rodio*, *Gregorius* & *Bernardus Faventini*, *Franciscus de Linari*, & complures nobiles Clarissæ, quibus ac-
166. cedunt illustres doctrina viri, ex Germanis *Joannes Kaaneman* & *Henr. Herpius*, ex Gallis *Nicolaus de Orbellis*, & ex Anglis *Robertus Finimghamus*. *Henricus*, Rex Castellæ, omnium
166 seq Observantum unionem tentavit, & injurias, his a Turcis illatas,
172 seq. gravissime ultus est. Complures Episcopi creati, & novi Conven-
185. tus instituti. A. 1461 *Gabriel Veronensis* Inquisitor per Bohemiam, *Bartholomæus Egresanus* Inquisitor per partes Gratianopolitanas, *Angelus Vulsinus* Nuntius per Florentinas ditiones,
187. nominatus est. *Sigismundus*, Austriæ Dux, *Nicolaum*, Cardinalem Cusanum, bonis omnibus privatum, vinculis detinuit, quem liberaturus Pontifex, *Martinum de Rotemburga* in Ger-
188. maniam misit. Canonizationem *Joannis Capistrani* urgere non
190 seq. intermisit *Fridericus I* Imperator. Tria Ordinis Minorum Comitia generalia sunt celebrata, primum Divione, alterum in Conventu antiquo Auximano, ubi Vicarius generalis electus est *Lu-*
193. *dovicus Vincentinus*, tertium in Conventu Salamantino. Viri docti floruerunt *Franciscus de Seminaria*, *Jo. Antonius de Crema*, *Petrus Fulginas*, *Barnabas Interamnensis*, & *Petrus Maurocenus*.
206-216. A. 1462 denuo de sanguine Christi controversia agitari cœpit. Omnes fere Germaniæ, Poloniæ, & Hungariæ, Principes precibus suis eo adducere conati sunt Pontificem, ut Sanctis
217-248. adscribendum concederet *Capistranum*, cujus hoc anno discipuli inclaruere *Ladislaus a Gelnono*, *Melchisedech Polonus*, *Sta-*
249. *nislaus de Huyma*, *Clymacus Cobilinius*, pii omnes doctique
251. homines. Dissidium inter Bosnæ & Dalmatiæ fratres sedare Pontifex studuit. Capitalem hostem Minoritæ Pragenses *Joannem Rochiza-*

Rocbizanam habuere, ab eodem ipsis urbis finibus expulsi. A. Pag. 252.
1463 controversia de sanguine Christi aliquantum sedari visa 264 seq.
est, sed postea in novas flammas erupit. Pontifex modis omni- 266 seq.
bus id egit, ut Principes Christianos adversus Turcas in arma
concitaret, eumque in finem per terras late omnes sic dictos
Prædicatores Cruciatæ misit. Bosnensi regno a Turcis ejecti Mi- 271-279.
noritæ, Venetias corpus S. *Lucæ* transportarunt, quod, etsi su-
spectum primo visum, postea tamen verum Evangelistæ cor-
pus declaratum est. Hierosolymis defunctus est *Gabriel Bononien-* 280.
sis, Commissarius locorum Terræ Sanctæ, in cujus locum suc-
cessit *Marcus Bononiensis*. Observantes ad unum omnes unius
capitis imperio adstricti. Ad cœlestem vitam abierunt S. *Dida-*
cus Complutensis, miraculis editis nulli secundus, & ob id a *Sixto V* 281-324.
inter Sanctos relatus, *Catharina*, Bononiensis Clarissa, sanctissima
fœmina, & *Joannes Mogin*, Vicarius Generalis Ultramontanus. A. 324 seq.
1464 sopita est tandem a *Pio II*, quæ diu agitata fuerat, de sanguine 328.
Christi controversia. Celebratum est Capitulum generale in urbe 340 seq.
Perusina, in quo *Jacobus a Sarzuela* abdicavit se officio Ministri 344.
Generalis, qui successorem habuit *Franciscum Savonensem*. Duo 345.
alia Capitula instituta sunt ab Observantibus Ultramontanis & Cis- 346 seq.
montanis. Veteres Bosnensium, Dalmatarum, & Ragusinorum,
Minoritarum simultates sopitæ. Austriæ provincia regimini Vi-
carii generalis Observantum subjecta. Observantes, multorum 348.
huc usque obtrectationibus petitos, veros Pontifex S. *Francisci*
filios declaravit. Vivis excessit *Pius II*, successorem nactus *Pau-* 353.
lum II, cui, adversus Turcas bellum paranti, insignem opem Mi-
noritæ tulerunt. Obierunt præterea *Petrus Aretinus* & *Petrus de* 356.
Fuxo, Cardinalis; floruit autem præ ceteris *Amadeus Lusitanus*.
A. 1465 *Ludovicus Bononiensis* Legatus missus est ad Principem
Tartarorum & Regem Polonorum, hos adversus Turcas ar- 369.
maturus. Ragusini literis Pontificiis in unionem provinciæ suæ
cum Dalmatia & Bosna consentire jussi sunt. Ab Ordine S. *Hie-*
ronymi recesserunt quidam, in separatam & singularem Congre- 373.
gationem abeuntes. Decessit Cardinalis *Ludovicus de Allibreto*,
regia Gallorum stirpe oriundus, nec non *Ludovicus*, Dux Sa- 375.
baudiæ, Gebennæ habitu Minoritico sepultus. Annus 1466 385.

parum memorabile tulit, nisi quod Italorum nonnulli,
Pag. 386. adversus Pontificem rebelles, ab excommunicatione, quam
incurrerant, sunt absoluti, Polonis suus datus est Commissarius,
387. novi Episcopi electi, nova etiam Cœnobia sunt constituta. A.
1467 tria celebrata sunt Capitula generalia, unum a Patribus
397 seq. Conventualibus Florentiæ, alterum ab Observantibus Ultramontanis in Conventu Montis Lucii, tertium a Cismontanis in Cœnobio Mantuano. Provincia Austriaca scissa est in tres alias, Au-
400. striacam, Polonicam, & Bohemam. Inter Mediolanenses &
402. Brixienses Monachos gravis controversia suborta est. Bosnen-
405. sium Fratrum mira adversus Turcas virtus & constantia emi-
406. nuit. Rebus humanis erepti sunt *Philippus Bonus*, Dux Burgun-
407. diæ, *Thomas Theutonicus*, & *Christoph. Crivellus*. A. 1468 Bo-
421. hemis Commissarius præfectus est; qualem & dari sibi pe-
423. tierunt aliæ provinciæ, inprimis Sardinia. Mortui sunt *Ludo-*
425 seq. *vicus Petri Latini*, *Franciscus de Castro Millio*, & *Francisca An-*
427. *drea Perusina*. *Franciscus Savonensis*, Minister Generalis, sacra
purpura donatus est. A. 1469 Venetiis indicta sunt generalia
435. Comitia, & in his totius Ordinis Minister constitutus est *Joannes*
sive *Zanettus* Utinensis; generale item Capitulum in Insula Bisentina Fratres Observantes habuerunt, & Vicarium Generalem
Marcum Bononiensem nominarunt. Condemnatus est in his Co-
436. mitiis *Georgius Constat de Podiebrat*, Rex Bohemiæ, &, inter alia,
438. an Mercurii diebus abstinendum sit a carnibus, quæsitum. E vita
abierunt *Alphonsus Boroxius*, & *Theodora Annibaldensis*. A.
1470 rebus humanis erepti sunt *Antonius Scozellus*, *Didacus*
453 seq. *a Solorzano*, *Paula Fulginas*, & *Margarita*, Comitissa Venafri &
454. Menfrii. In Polonia floruerunt *Ludovicus de Varta* & *Nicolaus Passer*. Capitulum generale Observantum in Conventu
456. Palentiolæ celebratum. A. 1471, exstincto *Paulo II*, supremum
463. Ecclesiæ regimen collatum est *Sixto IV*, magna adversus Turcas molienti, sedandisque turbis Bohemicis intento. *Petrus Ria-*
464 seq. *rius* & *Julianus de Ruvere* ad purpuram evecti sunt. In Mino-
465. ritas indulgentissimum se gessit Pontifex. Gravem Senensium &
466. Florentinorum controversiam *Fortunatus a Perusio* composuit.
467. *Bernardini Feltrensis* clarissimum nomen fuit. Decessit *Antonius*
Stron-

Stronconius, integerrimæ vitæ Minorita. Acceſſit huic *Tomo*, ut, qui præceſſerunt, omnibus, Regeſtum Pontificium, ſeu Collectio Bullarum ab A. 1457 ad 1471, rerumque notabiliorum Index.

THE DIVINE AUTHORITY OF THE OLD AND New Teſtament aſſerted, &c.
hoc eſt,
DIVINA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI autoritas aſſerta. Inſperſæ ſunt ſpeciales vindiciæ characterum Moſis, Prophetarum, Jeſu Chriſti, Servatoris noſtri, ejusque Apoſtolorum, ab injuſtis criminationibus, & falſis ratiocinationibus, libri, the Moral Philoſopher *inſcripti. Autore JOANNE LELANDO, M. A., eo, qui Reſponſionem ad librum, cujus index eſt:* Chriſtiana religio æque antiqua ac creatio, *compoſuit.*

Londini, ſumtibus Richardi Hett, 1739, 8 maj.
Alph. 1 plag. 10.

Cum Lectoribus noſtris notitiam quandam peſtilentiſſimi illius libri, a *Morgano* ſub *Philoſophi veritate morali innitentis* indice evulgati, ſuperiore Anno in *Actis* noſtris exhibuerimus; partium noſtrarum eſſe ducimus, ut cum iisdem quoque notitiam libri docti & egregii, in quo impiæ Philoſophi moralis aſſertiones atque cavillationes ſolide docteque refelluntur, communicemus. Quod eo alacriori animo facimus, quo certius ſumus perſuaſi, omnia illa officia, quæ doctum atque æquum veritatis vindicem decent, in eo eſſe præſtita. Autor hujus elegantiſſimi libri, *Lelandus*, is, qui jam olim in controverſia, a *Tindalio* mota, ea eruditione atque ſoliditate ſanctiſſimæ veritatis cauſam defendit, ut inter eos, qui calamum contra *Tindalium* ſtrinxerunt, palma merito ei ſit conceſſa, ſtatim ſub Præfationis initium illud obſervat, quod, qui Chriſtianam religionem evertere ſuſcipiunt homines, nobile illud nomen hominis, libere de rebus ad religionem

ligionem ſpectantibus ſentientis (*a Free-thinker*), magna ſibi audacia arrogent. Cum vero ſentiendi libertatis juſtæ finis is ſit, ut veritas cognoſcatur, eaque, quæ bona ſunt atque juſta, majora capiant incrementa; hocce nomine *orthodoxos* potius ornandos eſſe oſtendit. Qui enim jus illud, libere de religione ſentiendi, ſibi tribuunt, audacter, magnaque animi fiducia, ea, quæ aſſerunt, proponere, de ſe ipſis, eaque, qua ſibi ornati videntur, perſpicacia acieque judicii, nimis arroganter ſentire, eoſque, qui ſecum non conſentiunt, alto ſupercilio contemnere, res, quas ſuæ cauſæ haud patrocinari arbitrantur, aliter, quam ſeſe habent, exhibere, deſiderio quodam, res ad revelationem ſpectantes odioſa aut ludicra ratione repræſentandi, flagrare, his vero non obſtantibus, ſemper reverentiam erga eam, quam ſubvertere penituſque delere moliuntur, religionem obtendere, ſolent. Talem igitur cum *Philoſophi moralis* Autor, *Morganus*, ſeſe præbeat; illorum ſceleſtiſſimorum hominum numero jure meritoque eum annumerari patet, ſimulque illud patet, quantæ gratiæ habendæ ſint Doctiſſimo *Lelando*, quod calamum contra talem virum ſtrinxerit, qui ea impudentia, animique acerbitate, ſanctiſſimam religionem aggreſſus eſt, ut omnes, qui ante eum infelix hoc negotium tentarunt, audacia atque malitia ſuperare videatur. Quod igitur ad ipſum librum Cel. *Lelandi* attinet, in *XVI Capita* ille eſt diſtinctus, in quorum ſingulis graviſſimæ religionis noſtræ doctrinæ, ab adverſario impugnatæ, examinantur, & ab ejus objectionibus atque criminationibus vindicantur. *Primo Capite autoritatem revelationis, generatim conſideratæ,* vindicat *Lelandus.* Adverſarius magna paſſim cum reverentia de revelatione, generatim conſiderata, loquitur, eandemque neque impoſſibilem eſſe, neque uſu ſuo deſtitui, concedit, quin imo, magnam ex ea utilitatem in genus humanum, ſub miſera hac, cui ſubjecti ſumus, conditione conſtitutum, redundare, affirmat *pag. 143, 144,* & *145.* Aſt vero, anguem ſub herba latere, ex eorum, quæ *pag. 82 ſeq.* de uſu & autoritate revelationis diſſerit, cum iis, quæ jam adducta ſunt, locis collatione patere, ob-
Pag. 5-7 ſervat Autor. Ibi enim divinæ revelationi haud majorem, quam

quam nos humano testimonio adhibemus, autoritatem vult tributam. Secundum ipsius enim asserta haudquaquam obstricti sumus ad doctrinam quandam, ut veram, amplectendam, quia ab aliis, quibuscum a Deo est communicata, ad nos pervenit, sed ideo nobis incumbit credere, a Deo eam esse revelatam, quia ratio, eam veram esse, argumentis, ex natura rerum, ab autoritate revelationis minime pendentium, ductis, dictitat. Cujus rei cum simus certi, amplecti nos doctrinas, tanquam veras, debere, neque quærere, utrum a Deo profectæ sint, an minus. Idem vero hoc esse ostendit *Lelandus*, ac si affirmetur, nihil, tanquam divinitus revelatum, a nobis esse accipiendum, nisi ipsa revelatio nobis obtigerit; & doctrinas legesque, per revelationem nobis traditas, non majori autoritatis atque evidentiæ gradu gaudere, quam doctrinas, a Philosophis aliisque, immediatam revelationem sibi haud tribuentibus, propositas. Fontem, unde hæc sententia profecta sit, quærendum esse in falsa illa assertione, passim sæpiusque ab adversario repetita, quod scilicet *veritas, aut justitia, & æquitas, unicum illud, idque infallibile, veritatis, a Deo profectæ, criterium* constituant. Quodsi vero nosse cupias, quid per *veritatem & justitiam moralem* intelligat adversarius, eum ita vagum in determinanda harum vocum notione deprehendes, ut vix ac ne vix quidem, quo sensu voces illæ ab eo accipiantur, divinare queas, præsertim cum phrases istas: *veritas moralis, ratio & æquitas rerum, & veritas moralis, consensus* (reasonableness) *& æquitas ipsarum doctrinarum*, tanquam phrases idem significantes adhibeat (vid. *pag. 10, 86, & 94.*); quanquam eo adversarii mens redire videatur, quod nos tum demum certi esse queamus, doctrinam quandam a Deo immediate esse revelatam, quando ea in se ipsa æqua est, nostroque intellectui ex argumentis, a natura & ratione rerum desumtis, vera apparet. Inde vero & illud clarum est, quod ex argumentis, ab adversario allatis, nullum ad divinam cujusdam doctrinæ revelationem probandam, aut nostram, quam tuemur, revelationem infringendam, nedi queat argumentum, cum res verissima esse queat & rationi quam maxime consentanea, quæ tamen a Deo immediate

Pag. 9.

10.

 non

non ſit revelata. Simul vero, quo tendat inprimis adverſarius,
patet, eo nimirum, ut hominibus perſuadeat, nullam doctri-
nam per immediatam revelationem a Deo eſſe profectam.
Quam adverſarii aſſertionem ſi refellere velimus, duas nobis
quæſtiones expendendas eſſe docet eruditiſſimus *Lelandus*, al-
Pag. 11. teram, utrum illi, quibus revelatio ipſa immediate obtigit, ſa-
tis certi eſſe potuerint, quod vere a Deo profecta ſit, quam
per immediatam inſpirationem accepere, revelatio; alteram,
utrum præter eos, quibus ipſa ab origine revelatio acci-
dit, adhuc alii convicti ſatis eſſe queant, a Deo eſſe revelata,
adeoque tanquam revelationem accipienda, quæ illi tanquam
a Deo revelata mundo annuntiarunt. Quas duas quæſtiones
omnino affirmandas eſſe docetur, hacque occaſione, cum ad
ſecundam quæſtionem oſtenſum ſit, nos per miracula de divi-
na, aliis facta, revelatione convinci poſſe, ad vindicanda mira-
cula, a *Moſe* & Chriſto ejuſque legatis perpetrata, progreditur
19 seq. *Lelandus*, docetque primum, ex miraculis, a *Moſe* effectis, ſuf-
ficiens ad divinam ejus miſſionem probandam argumentum
peti poſſe, & ea ita fuiſſe comparata, ut ii, in quorum
conſpectu ea facta fuere, per hæc ipſa miracula commoveri po-
tuerint ad doctrinas & leges, a *Moſe* publicatas, tanquam divini-
21. tus datas recipiendas; deinde, miracula, a Chriſto perpetrata, am-
pliſſimum doctrinis legibusque, quæ ſunt miraculis iſtis firmatæ,
teſtimonium præbere. Excedunt enim humanam potentiam ſci-
entiamque omnem, unde, ut per potentiam & adjumentum en-
tis ſuperioris edita ſint, ſequitur. Quæ vero cum ita ſint,
illud omnino concedendum eſſe monſtratur, quod is, ad cu-
jus miſſionem divinam confirmandam miracula illa fuere facta,
extra ordinem a Deo ſit miſſus, & quod adeo religio, in cujus
gratiam miracula illa edita ſunt, vera ſit, divinaque gaudeat
autoritate. Adverſarius, ut, quod e miraculis ad divinam do-
ctrinæ cujusdam originem probandam ducitur argumentum,
robore ſuo privet, objicit *pag. 80, 83, & 93*, donum, mira-
cula perpetrandi, eos, qui illo fuerint ornati, neque infalli-
biles, neque peccandi neſcios, reddidiſſe, indeque ex hoc do-
no argumentum peti non poſſe. Sed recte Autor noſter mo-
net,

net, argumento a miraculis desumto proprie fallibilitatem & infallibilitatem, peccabilitatem & impeccabilitatem (liceat ad mentem adversarii rectius exponendam barbaris vocabulis uti) eo- Pag. 29. 30.
rum, qui miracula illa perpetrarunt, non posse evinci. Hoc enim in casu quæ iis, de divina revelatione gloriantibus, tribuitur fides, neque verbis, neque veracitate, neque integritate eorum, sed reali quodam argumento, a verbis eorum plane diverso, eo scilicet testimonio, quod Deus divinæ eorum missioni atque inspirationi, legibusque, suo nomine publicatis, præbet, nititur. Eos, qui tum, cum miracula perpetrata fuere, 35. 36.
non vixerunt, homines ex his de divina doctrinæ, miraculis firmatæ, origine convinci posse, docet *Lelandus*, si eandem apud illos efficaciam atque convictionem gignant, quam apud eos, in quorum conspectu fuerunt edita, exseruerunt. Neque valere objectionem, quod hæ vel illæ res *humano* nitantur testimonio, quandoquidem testimonium illud iis instructum esse possit circumstantiis, ex quibus nos certissime convinci queamus, illa facta priscis accidisse temporibus, ejusque generis leges fuisse promulgatas. Cum igitur hoc *Capite* adversarii de revelatione, generatim considerata, sententiam sub examen vocaverit, ejusque autoritatem defenderit, *Lelandus*; jam *Capite secundo* ejus *contra Vet. Test. divinam autoritatem allatas objectiones* discutere atque refellere aggreditur. *Morganus* legem *Mosaicam institutum excæcans captivansque, jugumque tenebrarum minime ferendum*, vocat. Vid. *pag. 29, 32, & 51*, ubi maximis conviciis legem hanc laceratam ab adversario deprehendes. Hanc vero appellationem iniquissime legi tribui, *Lelandus*, naturam finemque legum *Mosaicarum* explicando, docte ostendit. Finis legum earum eo directus erat, ut Judæi ab idololatria vitiisque immunes servarentur, & e contrario ad colendum unum illum, eundemque verum, Deum, & id, quod bonum 47.
atque justum est, exercendum, excitarentur. Et, quanquam fines legis cerimonialis omnes indicari atque exponi nequeant, dubium tamen non est, quin ritus, lege illa præscripti, bonum atque sapientem, illique tempori atque populo quam 49. 50.
maxime convenientem, scopum habuerint. Quidam enim ex

 iis

iis eo tendebant, ut Judæi ab idololatria servarentur immunes;
alii ideo erant instituti, ut facta quædam singularia, quorum
recordatio cum maxima erat utilitate conjuncta, populo in me-
moriam revocarentur; alii demum, ut typi, Messiam, ejusque
Pag. 52. beneficia, adumbrabant atque præfigurabant. Quemadmodum
vero lex *Mosaica* universo populo Israelitico, nationis sive so-
cietatis instar considerato, data erat; ita sanctiones, sive pro-
missiones atque comminationes ejus, ad naturam quoque atque
circumstantias societatis accommodatæ, adeoque temporalis
erant naturæ, & felicitatem atque infelicitatem, bonas aut ma-
las consequentias, ex obedientia vel inobedientia eorum fluen-
55. tes, respiciebant. Quod vero Deus populum sibi peculiarem,
idque ratione adeo extraordinaria, elegerit, eique ejusmodi le-
ges observandas injunxerit, non ob hunc speciatim populum,
sed ideo, ut bonum generatim consideratum promoveretur,
factum est; qui finis quam maxime hoc modo obtinebatur,
quoniam sic veræ religionis notitia per integrum terrarum or-
bem percrebrescebat. Id enim per constitutionem hanc pecu-
liarem efficiebatur, ut populus quidam reliquus exstaret, qui
veri Dei notitiam, idololatriæ vitio haud conspurcatam, profi-
57. teretur, eidemque debitum præstaret cultum. Cui accedit,
quod Deus filium suum, impleto temporis spatio, missurus erat,
qui homines redimeret, iisdemque divinam voluntatem claris-
sima perfectissimaque ratione exponeret. Varia quidem con-
tra ea, quæ jam a *Lelando* monita sunt, adversarius objicit, quæ
vero docte solideque *Lelandus* refellit. Primo quidem verita-
tem factorum illorum extraordinariorum, quæ legis promulga-
tionem comitata sunt, infringere studet. Quod dum facit, nec
a *Mose* narrationem horum factorum conscriptam esse, &
ipsam narrationem falsam esse, arguit, sed illud persuadere
nobis cupit, ut, non eum in finem factorum istorum historiam
conscriptam esse, credamus, quasi res illæ vere contigerint, sed
ut *eas, tanquam poeticas exornationes, Homeri fictionibus simi-
les*, accipiamus; quo sensu *Mosen* eam, quam de hisce factis
retulit, narrationem acceptam quoque voluisse, affirmat *pag.
247-251.* Sed observat *Lelandus, Mosen*, qui Pentateuchi autor
est,

eſt, facta hæc eodem illo tempore, quo peracta ſunt, literis
mandaſſe; hinc populum certum omnino eſſe potuiſſe, utrum Pag. 65.
facta illa miranda, quæ *Moſes* accidiſſe refert, vere geſta fuerint,
nec ne. Si enim & illud concedatur, quod Iſraelitæ
gens fuerint cœca atque ſtupida, tamen, niſi illis omnem
ſenſuum uſum denegare velit adverſarius, & illud eſſe concedendum
monetur, quod facta, in conſpectu eorum geſta, dijudicare,
&, utrum vere in Ægypto, mari rubro, atque deſerto,
acciderint, quæ ibi accidiſſe affirmat *Moſes*, miracula, explorare,
potuerint. Sed adverſarius amplius ad ſenſum hiſtoriæ,
a *Moſe* conſcriptæ, literalem infringendum urget, nos, ſi, quæ 69.
de exitu Iſraelitarum ex Ægypto, & occupatione Cananææ, a
Moſe referuntur, ſecundum literam accipiamus, concedere debere,
*illis temporibus Deum, humana forma indutum, ut hominem,
ſive ens finitum atque circumſcriptum, ratione viſibili, & quæ
ceciderit ſub ſenſus, apparuiſſe, egiſſe, atque locutum fuiſſe.*
Vid. *pag. 252.* Aſt vero ſine omni fundamento hæc ab adverſario
deblaterata eſſe, ex eo apparere *Lelandus* docet, quoniam
in integra hiſtoriæ hujus narratione ne unicus quidem, in quo
Deus Iſraelitis humana forma indutus apparuiſſe dicatur, locus 71.
inveniri poſſit; contrarium potius hujus aſſertionis in ſacris literis,
& inprimis *Devt. IV, 12, 15,* adſtrui, ubi Iſraelitis Deum
ſub imagine quadam, a rebus corporeis deſumta, colere interdicatur.
Omne autem, quod ex narratione *Moſis,* ſi ſecundum
literam accipiatur, poſſit colligi, illud eſſe, quod Deus, cum
ſapientiſſimis rationibus adductus, Iſraeliticum populum in peculiarem
ſibi populum elegerit, ſimul, quo magis Iſraelitas de
immediata præſentia ſua, atque majeſtate divina, convinceret,
in nubis illa columna, quæ ſpecialis Dei præſentiæ ſignum erat,
mirandumque ſplendorem, licet ſine ulla humana forma
& imagine, reddebat, illis ſeſe revelaverit. Ad quam *Moſen,*
divinam voluntatem exploraturum, acceſſiſſe, atque ex ea per
vocem, e medio nubis egredientem, divinam voluntatem
cognoviſſe, *Lelandus* conjectat; ſimulque monet, ſi hæc
rite perpendantur, ex iis quidem argumentum divinæ bonitatis
deſumi, nulla vero ratione probari, poſſe, abſurdi aliquid

aut Deo indignum, & perfectionibus ejus essentialibus repugnans, in iisdem contineri. *Capite tertio* ad eas, quas, *Pauli*, ut videri vult, autoritate commotus, *contra legem Mosaicam* affert *Philosophi moralis* Autor, *objectiones* progreditur, easque simul refellit, *Lelandus*. Eo vero redit adversarii sententia, quod *lex Mosaica, positiva æque ac ceremonialis illa, quæ Levitica, sive sacerdotalis, vulgo vocatur, partem politiæ carnalis atque mundanæ constituerit; neque adeo ab origine a Deo sit profecta, atque revelata, ita, ut aliquando per aliam revelationem fuerit destruenda atque abroganda.* Quam quidem sententiam tanta audacia proponit, ut victas ei manus promittat, qui probare possit, *Paulum*, rite intellectum, ipsi adversari. Vid. *pag. 23 & 24.* Quod vero licet præstiterit erudita *Lelandi* diligentia; neque tamen promissis suis stetisse, mentemque meliorem induisse adversarium, merito dolemus. Ita vero in de-
Pag. 81. struenda *Morgani* assertione versatur solide doctus *Lelandus*, ut, cum divinam legis *Mosaicæ* originem ex variis sacri Codicis locis ostendat, tum deinde ipsas adversarii objectiones atque exceptiones speciatim examinet diluatque. Ubi primo id demonstrat, quod *Paulus*, quando scripta *Mosis* atque Prophetarum
89. affert, omnino divinam eis autoritatem tribuat; deinde eam, quæ *Paulo* cum doctoribus quibusdam Judaizantibus intercedebat, controversiam enarrat, ad quam id observandum esse monet, quod *Paulus*, quando contra falsos illos doctores disputat, nequaquam divinam legis cerimonialis originem inficietur, sed illud tantummodo præcipiat, quod lex illa non in perpetuum homines sit obligatura, cum œconomia legalis, quæ ad imperfectum ecclesiæ statum accommodata est, imperfecta sit, neque clarum illud lumen, spiritualem scilicet gloriam, perfectamque Evangelii libertatem, attingat. Amplius *Lelandus* contra eam adversarii objectionem, qua, *Paulum novam doctrinam, doctrinæ Mosis atque Prophetarum adversam, proposuisse*, affirmat, eumque in finem urget: 1) *quod Moses Israelitis universam legem, tanquam fœdus æternum inter Deum & Israelitas, per omnes eorum generationes ad finem usque mundi observandum, dederit; cum e contrario Paulus eandem ad tempus tan-*

tummodo

tantummodo per paucas generationes duraturam affirmet; 2) quod Moses propitiationes & expiationes peccatorum per sanguinem animalium fieri jusserit, perque hanc sacerdotis, sacrificii sanguinem spargentis, actionem, expiationem obtineri docuerit, neque tamen in his nullam typi mentionem fecerit; Paulus vero affirmet, fieri non posse, ut per bestiarum sanguinem peccata auferantur, hæc observat: 1) quod Hebræorum illo vocabulo, עולם, quod utplurimum *in æternum* redditur, non semper ejusmodi perpetua duratio, quæ ad mundi usque finem se extendat, innuatur; sed quod haud raro longissimus temporum tractus, per plura secula duraturus, eodem significetur; Pag. 99.
2) quod divina sacrificiorum origo atque institutio haudquaquam in dubium a *Paulo* vocetur; sed quod, cum sacrificia abrogata *Paulo* dicuntur, ita ejus mens accipienda sit, quod lex illa cerimonialis, cum Deus sacrificia in Novo Fœdere amplius haud requirat, nos quoque amplius non obliget. His illud accedere simul docetur, quod sacrificia illa eum in finem a Deo fuerint instituta, ut iisdem Christus repræsentaretur, Judæique adeo typicis hisce expiationibus ad magnam illam, eandemque infiniti valoris, propitiationem præpararentur. Quod vero in *Mosis* atque vatum voluminibus mentio sensus typici fiat, ex quamplurimis, in scriptis eorum obviis, locis, in quibus de redemtore futuro sermo est, ostenditur, simulque contra *Morganum* & illud adstruitur, quod ea, quæ in lege, ejusque œconomia, obscurius proposita sunt, in Evangelio, ejusque œconomia, clarius atque fusius sint expressa atque exposita. *Capite quarto* eæ, quas *contra legem Mosaicam ex interna ejus conditione atque constitutionibus* petiit adversarius, objectiones examinantur ac diluuntur. *Constitutiones legis mere temporales esse, externamque tantummodo hominum, societatem unam gerentium, felicitatem, nullatenus vero futurum quendam statum, respicere, hincque adeo lege illa civiles tantum virtutes, commodaque societatis, contra fraudem violentiamque humanam defendi; neque igitur eam ad principia interna motivaque actionum referri posse, adeoque obligationes legis, quatenus civilem aut socialem virtutem respicit, non amplius, nisi ad societatis ejus,*

Margin notes: 102. (beside "quam in dubium a Paulo vocetur…"); 109 seq. (beside "tra Morganum & illud adstruitur…")

ejus, cui lex data erat, membra extendi debere, quæ membra, licet ad amicitiam inter se colendam obligata fuerint, simul tamen ad bellum cum ceteris orbis incolis gerendum obstricta fuisse, adversarius affirmat *pag. 27, 28, 29, 42, 359, 360, & 37*.

Pag. 118. Hic *Lelandus* primo contrarium ejus, quod sub initi-
119. um hujus assertionis defenditur, cum ex ipsis decem illis præceptis, in quibus non externæ solum actiones malæ, sed etiam interni irregulares affectus, motusque concupiscentiæ, prohibentur, tum ex iis, quæ *Devt. XII, 4, 5*, & *Levit. XIX, 17, 18*, injuncta sunt, patere docet. Deinde illud monet, quod civilis illa lex *Mosaica*, quanquam sit a Deo profecta, non
126. tamen eum lata sit in finem, ut omnes *in universum* homines ei fiant obnoxii, sed quod ad eam *speciatim* gentem, cui immediate data erat, fuerit accommodata; ut adeo naturam specialis cujusdam inter Deum & eam, cui data erat, gentem fœderis involvat. Inde vero illud fluere amplius docet, ut hæc lex directe atque primario ea, quæ membris societatis erga se invicem observanda fuerint, præscribat. Quo respectu si consideretur, ita eam comparatam esse, ut mirando quodam modo eos, quibus erat lata, ad omnia officiorum genera sibi præstanda, amoremque fraternum erga se invicem colendum, excitet; id quod, adductis præceptis illis, de exercenda erga pauperes liberalitate, de abolenda omnis generis inimici-
132. 133. tia, de æquitate erga servos observanda, &c. probatur. Simulque illud ex iis, quæ *Levit. XIX, 34, Devt. X, 17, 18, 19, XXIV, 19*, occurrunt, locis Scripturæ, pluribusque aliis, in *Devteronomio* obviis, evincitur, quod jam commemorata officiorum genera non iis tantummodo, qui eandem cum Judæis societatem constituebant, sed exteris quoque, nullo societatis vinculo cum illis junctis, fuerint præstanda. Neque Judæos ad idolorum cultum prorsus exstirpandum, omnesque idolorum cultores, quacunque fuerint ex gente oriundi, ferro flammaque delendos, obstrictos fuisse, ex lege *Mosaica*, in qua ne ulla quidem hujus præcepti mentio occurrit, patere, *Lelandus* ostendit; simulque ex *Exod. XXIII, 23, 24, XXXIV, 11, 13, Num. XXXII, 52, Devt. VII, 5-25*, probat, quod, quando Israelitis idolorum cultores,

cultores, &, quæ ab illis exstructa fuerint, monumenta, evertenda injunguntur,* hoc præceptum ad eos solum, qui ex Israelitarum gente idola colebant, & ad ea, quibus terra Cananæa contaminata erat, monumenta, restringendum sit. Eodem quoque, id est, nullo plane, fundamento eam niti, docet Autor noster, adversarii assertionem, qua, Israelitis, bellum non Cananææ solum, sed omnibus terræ incolis, inferre permissum fuisse, asseverat. Quanquam enim *Moses*, fiducia in Deum fretus, Israelitis sæpissime terræ Cananææ occupationem, ejusque incolarum internecionem, promittat; nunquam tamen de universali in omnes terrarum gentes acquirendo imperio gloriatur. Cum vero adversarius, ut hypothesi suæ inserviat, ψευδερμηνείαις suis vicesimum *Deuteronomii Caput* laceraverit vehementer atque depravaverit; hinc, hac data occasione, elegans *Lelandi* doctrina atque industria circa illud vindicandum Pag. 136 seq.
strenue occupata est. Illud autem ex dicto *Capite* patere ostenditur, quod Israelitis suo arbitratu, suaque ex voluntate, alias gentes hostili animo invadere interdictum, e contrario vero legitima atque justa bella gerere præceptum fuerit. *Capite quinto* ab ea *Morgani* objectione, qua, *humana sacrificia, in significationem maximi cultus divini gradus, offerenda lege fuisse*, cavillatur, legem liberat *Lelandus*. Inter alias enim calumnias, quibus legem *Mosaicam* onerat adversarius, eam etiam evomit *pag. 129 & 130*, quod *sacrificiis illis spontaneis, Deo ab Israelitis* 147 seq.
oblatis, annumeranda quoque sint sacrificia humana, quæ Deo quam maxime grata atque accepta fuerint. Quod vero hæc sine omni veritatis specie allata sint, ex eo *Lelandus* ostendit, quoniam nullum exstet mandatum divinum de ejusmodi sacrificiis offerendis. Quid? quod *Devt. XII, 30, 31*, Deus expressis verbis, ne sacrificia humana ipsi offerrentur, jusserit. Adversarius quidem, ut veri quandam speciem sententiæ suæ conciliet, ad historiam *Jephtæ*, ad legem de primogenito, & mandatum divinum, *Abrahamo* de mactando filio suo datum, provocat; sed, omnia hæc non id, quod adversarius intendit, probare, neque eum ex hisce allatis exemplis pro adstruenda sententia sua argumentum petere posse, *Lelandus* docet, simulque, inprimis in 152-166.

 singulari

singulari illo facto *Isaaci* Dei jussu ab *Abrahamo* mactandi, quod adversarius verbis asperioribus perstrinxit, vindicando, & veritate specialis revelationis divinæ, hac in re *Abrahamo* factæ, demonstranda, multus atque copiosus est eruditissimus *Lelandus*. *Capite sexto* ea, quæ *de sacerdotii & sacrificiorum*
Pag. 177. *origine* effutiit adversarius, sub examen vocantur. Ita vero de sacerdotibus effrænata adversarii audacia pronuntiat, quod *illi, tanquam primi reipublicæ administri, Deique in terra vicarii, populum gubernaverint, omnemque adeo regni thesaurum ad ecclesiam deportaverint*. Vid. *pag. 42.* Sed, neque hæc ve-
179. ritati consentanea esse, *Lelandus* docet. *Moses* enim per integrum vitæ suæ spatium imperium tenebat, *Aaron* autem sacerdotis maximi munere fungebatur. Posteaquam vero e vivis excesserat *Moses*, non *Eleazaro*, Pontificis maximi munere ornato, sed *Josuæ*, qui non e tribu *Levi* oriundus erat, imperium tradebatur. Qui deinde populo cum imperio præerant judices, ex unaquaque tribu promiscue sumebantur. Judices excipiebant Reges ad Babylonicam usque captivitatem, qui quidem ea præditi erant potestate, ut summos sacerdotes removere ab officio possent, cujus quidem rei luculentum nobis præbet testimonium *Abiathari*, per *Salomonem* ab officio remoti, exemplum. Quid? quod ipsum Synedrium magnum, Judæis ipsis id affirmantibus, non ex solis sacerdotibus atque Levitis, sed ex viris quoque, aliis ex tribus oriundis, fuerit compositum. De sacrificiis vero hæc ejus est sententia. *Originem ea traxisse*, ait, *ex ejusmodi epulis, quæ sociis pluribus læte atque*
177. *hilariter fuere transactæ*; quæ vero quomodo cum iis, quæ *Gen. VIII, 20, XV, 9, 10, Job. I, 5, XIII, 8,* leguntur, conciliaverit *Morganus*, vix conjecturando assequi licet. *Sacrificiis hilasticis sub legis œconomia nullo modo pœnas tolli aut mutari potuisse; ipsas vero pœnas transgressoribus legis secundum ejus præscriptum infligendas fuisse, neque, quod veniam atque impunitatem* (Pardon) *vocamus, sub hac œconomia obtinuisse. Quæ vero hisce sacrificiis adscripta fuerit virtus, posita in sparsione sanguinis sacrificialis, a sacerdote peragenda, ex mera sacerdotum fraude derivandam atque repetendam esse*, calumniose affirmat

pag.

pag. 126 seq. In his vero refutandis ita versatur *Lelandus*, ut primo, sacrificiorum originem non ex lege *Mosis* repetendam, sed ea jam ante latam legem in usu fuisse, ostendat; quod dum facit, simul divinam eorum originem evincit, ubi, ea primis parentibus tum a Deo præscripta fuisse, putat, cum solatii illam plenam de futuro Messia promissionem acciperent. Deinde, hæc sacrificia non contra ea, quæ morte mulctanda fuerint, crimina, aut contra peculiares illas, lege præscriptas, pœnas, ordinata, neque etiam sine adjuncta pœnitentia offerenda fuisse, ipsam vero sacrificiorum expiatoriorum virtutem in sanguinis versus altare sparsione positam fuisse, docet. Quibus præmonitis, ipsas demum *Morgani*, contra sacrificia hilastica, eorumque virtutes, allatas, objectiones examinat, easque docte solideque infirmat atque convellit. *Capite septimo*, quibus amplius legem proscindit *Morganus*, criminationes atque convicia retundit atque refellit *Lelandus*. Adversarius eam, quam *Moses* Israelitis divino jussu tradidit, *legem*, *non tanquam legem aut religionem naturalem, sed tanquam immediatam vocem, & voluntatem Dei positivam, in cujus rationes atque causas nullo modo inquirendum fuerit, considerari debere*, affirmat, *ut adeo Israelitæ legem illam amplecti debuerint non ut fundatam in æterna atque immutabili rerum æquitate, aut quasi ex humana prudentia profectam; quæ vero cum Israelitis de hac lege generatim considerata sederit opinio, hinc eos inter morale & rituale, inter obligationes æternas & temporarias, immutabiles & mutabiles, sive, quod idem est, inter naturæ, & quæ huic oppositæ sunt, leges, nullum fecisse discrimen. Inde igitur factum* pronuntiat, *quod Israelitæ nihil ut necessarium, & secundum naturam atque rationem æternam verum, credere voluerint, sed semper ad quamlibet rem probandam miracula & prodigia postulaverint; neque ullam ejus, quod moraliter bonum aut malum est, habuerint notionem.* Vid. *pag. 256 & 271.* Contra hæc quando Autor noster differit, *Mosen* omnino ex immediata Dei autoritate atque voluntate accepisse, quas populo tradidit, leges, commonstrat. Neque vero illud circa leges divinas requiri monet, ut in particulares omnium præceptorum rationes inquiratur, neque ut

Pag. 170.
192 seq.
196 seq.
201.

eædem concatenatis philoſophicis ratiocinationibus ex æterna rerum æquitate deducantur. Jam vero, ſi id adverſarius velit, quod, quæ in lege propoſitæ ſunt res, populo nunquam fuerint oſtenſæ, prout rationi per ſe ſint conſentaneæ, neque rationes & fundamenta legis eidem explicata, veritati aperte contradicere adverſarium, *Lelandus* docet. Quin immo, ipſum ſibi contradicere, obſervat, cum *pag. 34* peſtilentiſſimi illius, quem evulgavit, libri affirmet, quod *Moſes* vera actionum principia & motiva, internum ſcilicet Dei & proximi amorem, populo inculcaverit. Neque majori veritatis ſpecie illud gaudet argumentum adverſarii, quod ad ſuam tuendam ſententiam ex
Pag. 203 hiſtoria mirandorum illorum factorum, Iſraelitarum in gratiam
ſeq. editorum, repetit. *Horum* enim *factorum recordatione anſam occaſionemque naturali illi cœcitati, animique obſtinationi, atque deſiderio illi, quo omnia miraculis firmata volebant Iſraelitæ, datam eſſe*, inquit *pag. 263* & *264*. Aſt vero, facta hæc, eorumque recordationem, eo potius tendiſſe, *Lelandus* monet, ut Iſraelitæ reverentiſſima ratione de Deo, ejuſque potentia, ſentire, & iſtas ei gratias, ad quas ob beneficia, a Deo in ipſos collata, obſtricti erant, agere atque habere, diſcerent; utque ſimul ad obedientiam legibus hiſce alacriori animo præſtandam ex-
206. citarentur. Adverſarius ſæpius quidem de cœcitate quadam naturali, quam Iſraelitica gens in Ægypto contraxerit, loquitur, hancque cœcitatem, ignorantiam, opinionesque præjudicatas, ſemper ei adhæſiſſe; inde igitur eam inter voluntatem Dei permiſſivam atque effectivam haud diſtinguere voluiſſe, & quamlibet rem Deo, quaſi ille res moraliter malas æque ac eas, quæ moraliter quam maxime bonæ ſunt, ordinaret ac dirigeret, tribuiſſe; eaque demum ſuperſtitione imbutos eos fuiſſe cavillatur, ut neque naturæ illa lege, neque communibus iſtis divinæ providentiæ argumentis, affici potuerint. Vid. *pag. 248, 256*
207. *ſeq. 263*, & *271*. Sed, iniquiſſima ratione Judæos traduci ab adverſario, ex eo oſtendit *Lelandus*, quoniam ea, quæ temporibus depravatiſſimis a ſceleratiſſimis e gente Judaica hominibus commiſſa atque peracta ſunt, ſcelera integræ genti a primo uſque ad ultimum illud, quo floruit, tempus, ſine ullo adhibito diſcrimine,

crimine, tribuit. Illud autem e contrario concedendum esse Judæis privilegium, *Lelandus* monet, quod, unius illius veri Dei notitiam veramque religionem quod attinet, ceteras gentes omnes, eas etiam, quæ sapientiæ ac doctrinæ fama quam maxime floruere, superaverint, cujus rei testem adducit *Canon. chron. Sec. IX*, ubi hæc leguntur: *Certe nulla est controversia, quin περὶ μοναρχίας, de unius regimine, sive de Deo unico, reverens fuerit & rectissima Hebræorum, non item recta Ægyptiorum, existimatio.* Legem Judæorum mirandam spirasse sapientiam, pietatem, justitiam, atque puritatem, hasque ejus virtutes gentiles ipsos perspexisse, indeque haud infrequenter venerationem erga Judæos, eorumque legem, testatos esse, adductis ex *Strabone, Justino, Porphyrio*, testimoniis, *Lelandus* comprobat, simulque *Josephi* autoritate *Antiqu. Jud. Lib. XIII Cap. V Sect. 9*, & *de Bel. Jud. Lib. II Cap. VIII Sect. 14*, ostendit, quod Judæi effectivam Dei voluntatem a permissiva ejus voluntate distinxerint, quodque Sadducæi, quos veras priscorum Judæorum reliquias esse, adversarius affirmat, ne quidem circa actiones humanas, multo minus igitur circa malas actiones, divinam providentiam versari, docuerint. A *Capite octavo* ad *duodecimum* ea, *quæ contra vates, donumque vaticinandi*, a *Morgano* sunt allata, examinantur atque refelluntur. Omnibus enim viribus in id incumbit infelix ille homo, ut donum illud vaticinandi, quo sub veteris Fœderis œconomia præditi fuere viri divinitus acti, ludibrio atque risui hominum exponat. Quo cum tendat impius ejus labor, quid mirum, quod *pag. 265* & *267*, *Prophetas neque infallibiles fuisse, neque hocce dono se instructos credidisse, sed necessitate ad hoc de se ipsis affirmandum coactos fuisse*, pronuntiet. Cum autem, sua fide hanc assertionem ut veram neminem sanæ mentis hominem amplexurum esse, perspiciat *Morganus*, hinc, ut colorem ei obducat, 1) ad illud τȣ Urim & Thummim oraculum, 2) ad ordinem Prophetarum, provocat. Originem τȣ Urim & Thummim a Jove Hammonio, cujus cultum populo valde arrisisse ait, repetit. Eum autem in finem hoc oraculum institutum esse pronuntiat, ut in rebus gravioribus atque difficilioribus populus a sententia judicum ad illud

Pag. 210. 217. 219.

provocare posset. Hac vero in re maximopere a recto veritatis tramite aberrare adversarium, sive id fiat ex ignorantia, sive
Pag. 220. deliberato animo, *Lelandus* docet. Non enim eum in finem oraculum istud fuit constitutum, ut per illud res, in judicio agitatæ, quæ alio modo componi poterant, deciderentur, sed ideo, ut Dei consilium per illud non in privatis, sed publicis, causis, quæ ad rempublicam, regem, optimates, aut integrum populum, spectabant, expeteretur, id quod ex *Num. XXVII, 21*, patet. Quod vero oraculum hoc non floruerit aut cessaverit tum, cum sacerdotum autoritas atque existimatio floreret aut cessaret, ex eo *Lelandus* ostendit, quoniam *Eli* atque
235. *Samuelis* temporibus, quibus sacerdotum ordinem quam maxime depravatum fuisse, ipse adversarius fatetur, hoc oraculum maxima in existimatione erat, & ab ipso *Davide*, cum ante, tum postea, quam ad regiam dignitatem evectus erat, consulebatur, cum contra ea sub templo secundo, quo tempore maxima in existimatione atque autoritate sacerdotes versatos esse, adversarius iterum affirmat, oraculum τȣ Urim & Thummim prorsus cessaverit. Huic τȣ Urim & Thummim oraculo adjungit ordinem Prophetarum *Morganus*, quem *a Samuele de-*
237. *mum institutum esse*, affirmat *pag. 282*. Quod vero hæc assertio, si eo sensu accipiatur, quod ante *Samuelem* non exstiterint Prophetæ, veritati quam maxime contrarietur, ex *Gen. XX, 7, Num. XI, 25, 26, Judic. VI, 8, 1 Sam. II, 27-36*, patere docet Autor. Maximopere quidem in honorem ordinis Prophetarum cedere videntur, quæ de ea occasione, qua institui cœpit ordo ille, *Morganus* disserit. Eum enim in finem excitatum ordinem illum a *Samuele* fuisse ait *pag. 282 seq.*, *ut vates illi, degenerantibus sacerdotibus, scientiam virtutemque postliminio quasi revocarent, & sacerdotum æque ac populi flagitia vitiaque taxarent*. Hinc, *eos scientiis literisque deditos, & inprimis morum scientiæ quam observantissimos, fuisse*, perhibet. Quis vero animo illud præsagiret, fore, ut, qui tantis laudibus ornati sunt vates, conviciis maximis deinde proscinderentur? Sed is adversarii mos est, ut, quem taxare sibi proposuit, encomiis antea prosequatur, ut scilicet incautos eo faciliori ratione decipere,

cipere, atque in sententiam suam pertrahere, possit. Quod infelix negotium, dum de vatibus agit, etiam persecutus est. Hinc maximas laudes convicia comitantur maxima. *Perniciosissimos* enim *incendiarios*, *maximamque civitatis pestem*, *omnes gentes vexantem*, *causamque omnium istarum calamitatum*, *quæ populus Judaicus per tercentum fere annos perpessus est*, & *quæ* Pag. 242.
ruinam tandem ei attulere, vates vocare non erubescit perfrictæ frontis homo *pag. 299, 304, & 320 seq.* Inprimis vero in *Samuelem*, cui ordinis Prophetarum natales adscribit, quam maxime invehitur. *Eo* enim *consilia ejus rediisse* calumniatur, *ut Regem, ejusque familiam, penitus exstingueret, quod ut eo facilius efficere posset, hinc seriem fraudis atque conspirationis ab eo esse excogitatam, idque sub religionis, atque sanctissimi nominis divini, specie, quo scilicet ambitionem suam eo melius tegere posset.* Vid. *pag. 295 seq.* Quæ vero calumniæ cum clarissimis Scripturæ Sacræ effatis ita aperte prosternantur, ut facili negotio ab iis quoque, qui
mediocri tantum ingenio præditi sunt, detegi queant; hinc re- 265.
sponsione fusiori eas haud dignas esse, merito judicat *Lelandus*. Eam vero retundendam merito esse judicat calumniam, qua *Samuelem* accusat adversarius, quod *Saulum*, posteaquam Rex
fuerat creatus, domum, ut vitam ageret privatam, miserit, per 266. 267.
quod temporis spatium ipse regiam potestatem exercuerit. Ad quam assertionem probandam cum provocet ad obsidionem urbis Jabesh Gilead, ab Ammonitis susceptam, quam viginti annos postea, quam *Saulus* in regiam dignitatem evectus erat, accidisse perhibet; *Lelandus* e contrario docet, hanc obsidionem factam esse tum, cum unicus tantum mensis ab inauguratione *Sauli* in Regem, Mizpæ peracta, esset præterlapsus. In cujus rei testimonium cum S. Codicis libros, tum *Josephum*, illum Historiæ Judaicæ scriptorem, *Antiq. Jud. Lib. VI Cap. 5*, bellum *Sauli* cum Ammonitis enarrantem, tum versionem LXX Virorum adducit, in qua posteriori *1 Sam. XI, 1*, ita habet interpretatio: καὶ ἐγενήθη ὡς μετὰ μῆνα, καὶ ἀνέβη Ναὰς ὁ Ἀμμανίτης, κ. τ. λ. Hacque simul occasione verus vocum בחור & נער, quibus sensum quam maxime alienum adversarius affinxerat, sensus atque significatus vindicatur

catur atque ostenditur. *Saulo* relicto, ad *Davidem* progreditur *Morganus*, quem ita conviciis lacerat, ut erga neminem majo-
Pag. 280. ri odio atque ira flagrasse videatur. Cujus quidem odii hæc causa esse videtur, quod *Davides* vatis æque ac Regis personam sustinuerit, iique, quos composuit, libri in canonem sint recepti, adeoque ut divinæ originis libri a nobis suscepti. Ea vero calumniarum, in *Davidem*, Heroem maximum, effusarum, quasi summa est: *Regni eum potitum esse longa perjuriorum, simulationum, ingratitudinis, proditionis, quin immo rebellionis, serie; neque ullum Judæis vitium exprobrari posse, cui Davides non fuerit deditus, & quod non docuerit illos suo exemplo. Quod vates autem tantis eum laudibus cumulent, atque in exemplum, quod posteriorum temporum principes imitentur, proponant, ideo fieri, cum quod idolorum cultum exstirpaverit, idolorumque cultores ferro flammisque exsciderit, tum quod sacerdotum reditus auxerit, populumque ad sacrificia Hierosolymis offerenda coegerit. Quam vero servitutem cum ceteræ tribus perferre non potuerint, hinc commodam quandam occasionem, qua excutere istud jugum possent, exspectasse, oblatamque arripuisse.* Vid. *pag. 299, 300, 323, 324,* & *334.* Quod vero veritati, & inprimis divinæ illi atque cœlesti, proprium est, ut obfuscari quidem, opprimi autem nullis humanis consiliis atque insidiis, queat, illud & hæ adversarii, veritati structæ, insidiæ comprobant. Tanta cura enim *Davidis* res gestæ in sacris literis nobis exhibentur, ut, quem eas tantummodo evolvere haud pœniteat, is calumnias *Morgani* statim perspicere atque refellere queat. Ex iis enim satis superque, monente *Lelando*, patet, tantum abesse, ut ulla *Saulo* data fuerit a *Davide* sibi irascendi
281. occasio, ut potius *Saulo*, ejusque familiæ, maxima semper fide maximoque zelo fuerit addictus. Unicum ejus crimen, dummodo criminis nomen meretur, in eo positum fuisse, ex sacris literis constat, quod, quas perpetrabat, actiones heroicæ populi favorem atque plausum ei conciliarent. Hæc erat causa illa, ob quam *Saulus* odio adversus *Davidem* ita incendebatur, ut interitum ejus quovis modo quæreret. *Davides*, qui zelo in Deum veramque religionem flagrabat, varias quidem

dem, easque sapientissimas, evulgabat constitutiones, ad sacerdotum officia spectantes; quod vero sacerdotum reditus ab eo Pag. 284.
fuerint aucti, de eo ne γρὺ quidem in S. Codice exstat. Quemadmodum vero is, qui semel odio & malitia adductus, carpere alium suscipit, etiam ex iis, quæ ab omni vitio immunes sunt, actionibus aliquid reprehensione dignum exsculpere laborat; ita quoque *Morganus* eas *Davidis* actiones, in quibus nihil, quod sit perstringendum, inest, perstringere atque sugillare infelici negotio suscipit. Pertinet huc ille *Davidis* actus, cum gaudii plenus ante arcam fœderis saltaret. Hoc autem factum acerbissimo sale perstringit *Morganus*. *Eodem* enim *risui sese Davidem exposuisse* ait, *idque præcipue propterea, quod eas corporis partes, quas tectas modestia cupit, retexerit. Quo facto* 289.
licet ridicule egerit, magis tamen ridicule egisse, cum factum hoc, ut uxori suæ id probaret, zelo in Deum tribuerit, & deinde, cum excusatio hæc nullum apud uxorem ejus pondus haberet, consilium, nunquam cum ea concumbendi, ceperit, perhibet *pag. 22.* Sed, minus philosophice agere, certissimumque impudentiæ, ac levioris animi, atque usitatæ ipsi malitiæ, argumentum rursus edere, qui Philosophum se jactitat, *Morganum*, ostendit *Lelandus*. *Davides* enim, quem ipse *maximum* inter Israelitas *Politicum* vocat, ea erat a Deo ingenii judiciique vi præditus, ut, eam, quam adversarius ei tribuit, actionem occasione tam solenni, idque in conspectu principum e tribubus Israeliticis virorum, perpetratam ab eo esse, cogitare nefas sit. Contrarium potius ex 2 *Sam. VI, 14*, patet. Quando enim ibi *Davidis* ante arcam salta- 290.
tionis mentio injicitur, additur statim, *eum indutum fuisse ephodo linteo.* Sed 1 *Chron. XV, 27*, adhuc clarius hæc exprimuntur. Refertur enim ibi, *Davidem amictum fuisse prætexta byssina, omnesque Levitas arcam gestantes*, &c. *Davidem vero insuper indutum fuisse ephodo linteo.* Ex his igitur verbis illud elucere *Lelandus* docet, quod *Davides* singulari hac occasione, regio vestitu deposito, iisdem, quibus Levitæ, vestibus fuerit indutus. Hoc igitur illud erat, quod *Michali* displiceret, quod nimirum *Davides* iis vestibus ante arcam saltando incederet. Ea enim in opinione versabatur mulier illa, quod

Davides facto hoc nimium se demitteret, atque infra regiam ageret dignitatem. Quam opinionem cum e mente *Michalis* evellere laboraret *Davides*, non ludicra, sed seria omnino, ratione eum egisse, *Lelandus* ostendit, simulque, hac data occasione, hoc *Davidis*, ante arcam Dei saltantis, factum ab iniqua,
Pag. 291. qua illud notavit *Shaftsburius*, acutissimi ingenii vir, *Characteristicor. Vol. III pag. 117*, censura vindicat. Eos, qui ante captivitatis Assyriacæ tempora vixere, vates ea onerat *Morganus* calumnia, quod *a tempore rebellionum, sub Davide factarum,* (ita enim Philosophus iste loqui amat,) *usque ad captivitatem Babylonicam parci admodum atque lenes in taxandis populi vitiis fuerint, eo majori autem zelo in idolorum cultum fuerint*
330. *invecti, ad quem eo facilius exstirpandum ferri flammarumque necessitatem urserint. Eos autem, qui post captivitatem illam Assyriacam vixere, vates diversa plane ratione egisse, neque tantum necessitatem abstinendi a cultu idolorum, sed potius veræ pænitentiæ, exactæque, legi præstandæ, obedientiæ, necessitatem, neglecta illa de sacrificiis & absolutione sacerdotali doctrina, inculcasse,* inquit *pag. 323* & *324.* Miratur vero jure meritoque *Lelandus*, tanta audacia hæc ab adversario affirmari, cum potius ex scriptis Prophetarum pateat, cum eos, qui ante, tum qui post, captivitatem Babylonicam vaticinati sunt, vates eodem spiritu divino fuisse ornatos, eodemque Dei honorem, & religionis atque pietatis commoda, promovendi af-
331. fectu præditos. *Hoseas*, *Amos*, atque *Micha*, ante tempora captivitatis, *Esaias* vero cum ante, tum post, ista tempora vaticinia protulit. Hi omnes vero clarissimis verbis eversionem gentis Judaicæ, atque captivitatem, prædixere, hancque eos experturos esse, non tantum in fictorum, quæ coluere, numinum, sed criminum quoque, ab iis commissorum, pœnam, minati sunt. Adversarius quidem illud vatibus exprobrat crimen, quod *ante captivitatis Assyriacæ tempora ne ullus quidem ex sacerdotum aut vatum inter Judæos numero futuræ a mortuis resurrectionis, judicii universalis in bonos & malos exercendi, futurique præmiorum & pœnarum status, mentionem fecerit;* unde facile & illud probari posse ait, quod, *quæ Christi & Apostolorum*

lorum ævo floruit Sadducæorum secta, recentioris sectæ nomen minime mereatur, sed ex priscis illis Judæis manserit reliqua. Vid. *pag. 440* & *441.* Quæ objectio cum sæpius ab adversario sit allata atque repetita; hinc fusius eam refellit, simulque contrarium ejus, quod affirmavit *Morganus*, ex ea, quæ in Sacro Codice comprehensa legitur, populi Israelitici historia patere, solide docteque ostendit *Lelandus*, sicque ea, quæ contra Vet. Test. proposita sunt ab adversario dubia, examinandi atque retundendi finem facit. *Capite* igitur jam sequenti *duodecimo* ad ea, quæ contra Novi Fœderis volumen, scriptoresque ejus divinitus actos, attulit dubia *Morganus*, discutienda progreditur. Ubi vero eam inprimis observandam monet adversarii astutiam, quod, cum Vet. Testamenti apertum hostem se professus sit, jam, quando de Novi Fœderis œconomia loquitur, amici speciem induat. Ast vero, speciem amici eum tantummodo induere atque simulare, ex eo statim apparere docet *Lelandus*, quod, licet Christum, Servatorem optimum, laudibus prosequi videatur, dum eum non ut ceteros legislatores virtutis atque communis hominum utilitatis causam, *præjudiciis populi dominantibus ut inserviret*, deseruisse affirmat *pag. 168*, simul tamen *ipsa* ea, a quibus eum antea immunem fuisse pronuntiavit, ei tribuat, atque crimini ducat. Ita enim Christum, quem antea præjudiciis non inserviisse affirmaverat, jam præjudiciis populi favisse ait, idque in eo demonstrasse, cum quod œconomiam Evangelicam in *Mose* fundatam affirmaverit, tum quod scriptorum illorum, divinam inspirationem falso obtendentium, autoritatem non solum defenderit, sed præterea falsum quoque sensum iis affinxerit, tum denique, quod, se personam illam, de qua sub *Messiæ* charactere vaticinati sint Prophetæ, esse, affirmaverit, licet, ut *Morganus* cavillatur, convictus Christus fuerit, vates nunquam de se, sed de principe quodam terreno, opportuno tempore in Judæam profecturo, Judæosque liberaturo, fuisse locutos. Quid? quod & illud Christo exprobret, quod *a populo se ut Messiam* (id est, terrenum principem, Cæsari adversum,) *coli passus sit. Hoc enim facto sacerdotes atque legis peritos Judæorum ad ea, quæ cum Christo per-*

Pag. 334 seq.

346.

egere, peragenda coactos fuisse, nisi urbem voluerint deletam, calumniatur. Vid. *pag. 350 seq.* Ast vero, cum malitia versutissima scatere, tum a veritate quam maxime aliena esse, quæ effutiit adversarius, *Lelandus* solide atque erudite evincit. Pag. 351. Illud enim tam certum esse, quam quod certissimum, ostendit, quod Christus ex una parte negaverit, mundanum se esse principem, Cæsari adversum; ex altera vero de se affirmaverit, esse se ipsum illum Messiam, quem prædixere vates. Adversarius quidem duas quasi notas atque signa, ex quibus Messias cognosci possit, constituit; quorum alterum illud est, ut tan- 353. tum sit princeps civilis atque terrenus, alterum, ut Judæorum tantummodo Rex, gentisque eorum, nullo vero modo gentilium, liberator sit atque servator. Hæc vero signa minime in Messiam convenire, ex scriptis Prophetarum ostendi fusius posse, *Lelandus* docet, simulque hac occasione, ea Scripturæ S. loca, in quibus beneficia, in Christi regno obtinenda, sub figuris, a splendore atque magnificentia regnorum terrestrium desumtis, repræsentantur, quæ quidem ad literam intellecta vult 360. *Morganus*, spiritualiter intelligenda esse, ostendit. Neque hic valere eam, quæ obvertitur, objectionem, quod hæc vaticinia ad Christum trahi non queant, propterea, quod eventus non responderit magnificis illis de pace universali, justitia, &c. quæ in regno Messiæ obtineri debere dicuntur, prædictionibus; hisce probat *Lelandus* argumentis, cum quia Christus novam, eandemque perfectissimam, constituit œconomiam, cujus is est finis, ut justitia, veritas, pax, amor, atque benevolentia, inter homines stabiliantur, nullo inter Judæos & gentiles adhibito discrimine, tum quia suavissimum illud de regno Christi Evangelium, non obstantibus iis, quæ contra illud facta sunt, impedimentis, per exiguum annorum intervallum quam maxima cepit, miranda certe ratione, incrementa, adeo, ut per vastissimum Romanorum imperium fuerit divulgatum, destructoque satanæ regno atque vanorum Deorum cultu, maxima hominum multitudo ad colendum verum Deum se accinxerit. Quæ qui attente atque curate perpenderit, ei haud amplius mirum videri posse ostenditur, quod personæ adeo illustris facta

adeo

adeo illuſtria ſtilo prophetico ita ſublimi, figuriſque atque luminibus excelſis diſtincto, fuerint prædicta, propoſita, atque expreſſa. *Capite tertio decimo & quarto decimo eæ, quas in Apoſtolos effutiit criminationes Morganus*, confutantur. Primo quidem Apoſtolorum infallibilitatem atque divinam inſpirationem ſugillare ſuſcipit adverſarius. *Neminem*, ait, *Apoſtolorum ætate ſpiritum ſibi quendam ſanctum tribuiſſe, qui homines fallere aut peccare neſcios redderet, itaque eos a vitio errandi ſervaret immunes, ut neque ſe ipſos in judicando deciperent, neque opinione ſua alios ſeducerent. Poſterioribus demum temporibus hanc ſibi prærogativam tribuiſſe Romanam eccleſiam, quam Apoſtoli, qui vere Spiritu S. donoque perpetrandi miracula præditi fuerint, prorſus ignoraverint*, cavillatur adverſarius Pag. 369.
pag. 80 & 81. Contra quæ *Lelandus* obſervat, duplici modo ſumi vocem impeccabilitas. Si enim per eam intelligatur omnimoda prorſus non peccandi, aut per totum vitæ curſum nullam malam actionem perpetrandi, impoſſibilitas, monetur, neque Apoſtolos, neque, qui ante eorum tempora vixere, ſanctos viros, ejusmodi donum non peccandi ſibi arrogaſſe. Sufficere potius docetur, quod ea honeſtatis atque integritatis gloria fuerint conſpicui, ut ſub divini nominis obtentu homines fallere, iisdemque deliberato animo imponere, adeoque res aperte falſas ſub divinæ revelationis ſpecie propo- 371.
nere, nequiverint. Neque, quando, Chriſti legatos fallere neſcios fuiſſe, perhibemus, abſolutam illam infallibilitatem, quæ ſoli Deo propria eſt, & ſecundum quam nec ullo tempore, nec ulla in re, falli potuiſſent, iisdem tribuimus; ſed per infallibilitatis donum illud Apoſtolorum privilegium intelligimus, ſecundum quod fuerunt ſub infallibili Spiritus Sancti directione, idque ita, ut ab omni errore aut fraude in prædicanda Chriſti doctrina fuerint immunes. Donum linguarum, quod acriter 375.
Morganus perſtringit, ita comparatum fuiſſe, ut in bonam & malam partem adhiberi potuerit, adverſario concedi poſſe, *Lelandus* monet, cum hac liberalitate divinæ Apoſtolorum autoritati nihil derogetur. Primam enim illam facultatem, peregrinis linguis loquendi, perſonis quibusdam colla-

tam, miraculum proprie inferre; hoc vero, quando alii dono illo fuere usi, proprie miraculum dicendum non esse, quandoquidem donum istud, eo modo consideratum, immediate atque proprie eo non spectaverit, ut doctrinæ veritas firmetur atque stabiliatur, sed potius, ut hoc dono instructi ad veritatem, miraculis jam firmatam, cum aliis communicandam ido-
Pag. 378. nei efficerentur. Quod vero ad cetera dona miraculosa, sapientiæ atque scientiæ *1 Cor. XII*, vaticinandi illud donum *1 Cor. XIV*, & facultatem miracula perpetrandi, pertinet, circa illa Apostolis, iisdem in bonam aut malam partem, uti ipsis visum fuerit, utendi, libertatem relictam non fuisse, sed tum demum facultatem, illis donis utendi, datam iis fuisse, monetur, quando Deo idoneum fuerit visum, ut dona hæc ad certum quendam, eundemque maximi momenti, scopum, qualis Evangelii confirmatio est, adhiberent. Qui Novi Fœderis libros animo a partium studio alieno contemplandos sibi sumunt, unum idemque
391. religionis σχῆμα in iisdem proponi deprehendent. Omnes enim, ne uno quidem excepto, Apostoli, quod ad doctrinas de Deo, ejusque attributis, de modo Deum colendi, de redemtione per Christum facta, &c. attinet, quam maxime inter se consentiunt. Quæ cum ita sint, miranda sane est proterva adversarii audacia, qui veritatem hanc non in dubium solum vocat, sed prorsus omnino negat, & non solum negat, sed contrarium affirmare atque perhibere non veretur, quod *Christi legati in maximis fidei atque revelationis momentis a se invicem dissenserint* (*pag. 80*), *populusque non solum eam de Messia conceperit opinionem, quod a Romanorum imperio eos liberaturus sit, sed ipsi Christi discipuli hanc eum ob causam fuerint secuti, ipsumque & post ejus resurrectionem haud alio sensu ut Messiam prædicaverint*. Vid. a *pag. 350* ad *354*, coll. *pag. 361*. Quod vero & hic malitiæ suæ specimen edat, ex adductis a
394. *Lelando* locis, *Act. II, 38, III, 19, 26, V, 31, X, 42, 43, 1 Petr. I, 2, II, 2, 5, V, 10, XV, 8, 9, 21*, apparet. In iis omnibus enim id agit *Petrus*, quem principem Judaizantium Christianorum *Morganus* constituit, ut evincat, quæ a Messia nobis pacta sunt beneficia, spiritualis esse naturæ, vatesque, quando de

de Messia sunt locuti, hanc semper animo suo habuisse obversantem notionem. Unde, quam inter *Paulum* & ceteros Apostolos in doctrina Evangelica sit consensus suavis, apparet. *Capite quinto decimo Morgani de Apocalypsi* sententia examinatur. Eo redire generatim Philosophi hujus scopum, ut Servatorem optimum, ejusque legatos, quin immo integrum Novum Fœdus, contemtui hominum exponat, jam sæpius observatum est. Quod Pag. 425.
infelix negotium ut eo melius conficere possit, opiniones nonnullas Christianis Judaizantibus, Evangelium, quod vocat, Judaicum amplectentibus, adscribit. Ut vero eo felicius has illis doctrinas tribuere possit, non ad Evangelia & Epistolas, a Christi legatis compositas, sed ad Apocalypsin, provocat, quam quidem systema Christianorum Judaizantium fuisse perhibet, idque iis potissimum de causis, ut ex stilo libri hujus obscuro atque figurato commodum aliquod sententiæ suæ lucretur. Hinc igitur, *librum hunc revelationem Christianam, sive revelationem Jesu Christi, proprie complecti, adeoque hocce indice, qui nulli alii Novi Fœderis libro tribuatur, vere insigniri*, affirmat *pag. 369.*
Verum enim vero, ex ipsa, hoc in libro facta, declaratione illud 426.
clarum esse, *Lelandus* docet, quod ille proprie loquendo eum in finem non sit conscriptus, ut, quæ creditu sint necessariæ, *doctrinæ* ex eo addiscantur, sed ut, quæ *futura* & *eventura* sint, nobis significentur; unde *revelatio Jesu Christi I, 1,* & *prophetia XXII, 19,* dicatur. Sed, cum adversarius, præconceptis opinionibus obnubilatus, quæcunque Christianis tribuit, vitia hoc in libro deprehendere sibi videatur; quid mirum, quod affirmet, ex hoc libro, & inprimis *Cap. V v. 8*, probari posse, *Christianos Judaizantes in crassissimam idololatriam fuisse delapsos, maximumque mediatorum numerum loco unius illius mediatoris, una cum cultu mediatorio, sanctis atque angelis præstando, effinxisse.* Vid. *pag. 364, 365,* & *372.* Merito autem cum *Lelando* miramur, quod, qui perspicacissimus videri vult adversarius, alium *Apocalypseos* locum, qui magis sententiæ ejus favere videtur, eum nimirum, qui *Cap. VIII v. 3* & *4* legitur, non adduxerit. Sed, uti ii, qui ab illo adducti sunt, loci sententiæ ejus robur haud addunt, ita neque hoc patrocinium aliquod opinioni suæ

con-

provocare posset. Hac vero in re maximopere a recto veritatis tramite aberrare adversarium, sive id fiat ex ignorantia, sive
Pag. 220. deliberato animo, *Lelandus* docet. Non enim eum in finem oraculum istud fuit constitutum, ut per illud res, in judicio agitatæ, quæ alio modo componi poterant, deciderentur, sed ideo, ut Dei consilium per illud non in privatis, sed publicis, causis, quæ ad rempublicam, regem, optimates, aut integrum populum, spectabant, expeteretur, id quod ex *Num. XXVII, 21*, patet. Quod vero oraculum hoc non floruerit aut cessaverit tum, cum sacerdotum autoritas atque existimatio floreret aut cessaret, ex eo *Lelandus* ostendit, quoniam *Eli* atque
235. *Samuelis* temporibus, quibus sacerdotum ordinem quam maxime depravatum fuisse, ipse adversarius fatetur, hoc oraculum maxima in existimatione erat, & ab ipso *Davide*, cum ante, tum postea, quam ad regiam dignitatem evectus erat, consulebatur, cum contra ea sub templo secundo, quo tempore maxima in existimatione atque autoritate sacerdotes versatos esse, adversarius iterum affirmat, oraculum τȣ̃ Urim & Thummim prorsus cessaverit. Huic τȣ̃ Urim & Thummim oraculo adjungit ordinem Prophetarum *Morganus*, quem *a Samuele de-*
237. *mum institutum esse*, affirmat *pag. 282*. Quod vero hæc assertio, si eo sensu accipiatur, quod ante *Samuelem* non exstiterint Prophetæ, veritati quam maxime contrarietur, ex *Gen. XX, 7, Num. XI, 25, 26, Judic. VI, 8, 1 Sam. II, 27-36*, patere docet Autor. Maximopere quidem in honorem ordinis Prophetarum cedere videntur, quæ de ea occasione, qua institui cœpit ordo ille, *Morganus* disserit. Eum enim in finem excitatum ordinem illum a *Samuele* fuisse ait *pag. 282 seq.*, *ut vates illi, degenerantibus sacerdotibus, scientiam virtutemque postliminio quasi revocarent, & sacerdotum æque ac populi flagitia vitiaque taxarent.* Hinc, *eos scientiis literisque deditos, & inprimis morum scientiæ quam observantissimos, fuisse*, perhibet. Quis vero animo illud præsagiret, fore, ut, qui tantis laudibus ornati sunt vates, conviciis maximis deinde proscinderentur? Sed is adversarii mos est, ut, quem taxare sibi proposuit, encomiis antea prosequatur, ut scilicet incautos eo faciliori ratione decipere,

cipere, atque in sententiam suam pertrahere, possit. Quod in-
felix negotium, dum de vatibus agit, etiam persecutus est.
Hinc maximas laudes convicia comitantur maxima. *Pernicio-
sissimos* enim *incendiarios*, *maximamque civitatis pestem*, *omnes
gentes vexantem*, *causamque omnium istarum calamitatum*, *quæ
populus Judaicus per tercentum fere annos perpessus est*, & *quæ* Pag. 242.
ruinam tandem ei attulere, vates vocare non erubescit perfri-
ctæ frontis homo *pag. 299, 304*, & *320 seq.* Inprimis vero in *Sa-
muelem*, cui ordinis Prophetarum natales adscribit, quam maxi-
me invehitur. *Eo* enim *consilia ejus rediisse* calumniatur, *ut Regem,
ejusque familiam, penitus exstingueret, quod ut eo facilius efficere
posset, hinc seriem fraudis atque conspirationis ab eo esse excogita-
tam, idque sub religionis, atque sanctissimi nominis divini, specie,
quo scilicet ambitionem suam eo melius tegere posset.* Vid. *pag. 295
seq.* Quæ vero calumniæ cum clarissimis Scripturæ Sacræ effa-
tis ita aperte prosternantur, ut facili negotio ab iis quoque, qui
mediocri tantum ingenio præditi sunt, detegi queant; hinc re- 265.
sponsione fusiori eas haud dignas esse, merito judicat *Lelandus.*
Eam vero retundendam merito esse judicat calumniam, qua
Samuelem accusat adversarius, quod *Saulum*, posteaquam Rex
fuerat creatus, domum, ut vitam ageret privatam, miserit, per 266.267.
quod temporis spatium ipse regiam potestatem exercuerit. Ad
quam assertionem probandam cum provocet ad obsidionem
urbis Jabesh Gilead, ab Ammonitis susceptam, quam viginti
annos postea, quam *Saulus* in regiam dignitatem evectus erat,
accidisse perhibet; *Lelandus* e contrario docet, hanc obsidio-
nem factam esse tum, cum unicus tantum mensis ab inaugu-
ratione *Sauli* in Regem, Mizpæ peracta, esset præterlapsus. In
cujus rei testimonium cum S. Codicis libros, tum *Josephum*,
illum Historiæ Judaicæ scriptorem, *Antiq. Jud. Lib. VI Cap.
5*, bellum *Sauli* cum Ammonitis enarrantem, tum versio-
nem LXX Virorum adducit, in qua posteriori *1 Sam. XI,
1*, ita habet interpretatio: καὶ ἐγενήθη ὡς μετὰ μῆνα, καὶ
ἀνέβη Ναὰς ὁ Ἀμμανίτης, κ. τ. λ. Hacque simul occasione
verus vocum בחור & נער, quibus sensum quam maxime
alienum adversarius affinxerat, sensus atque significatus vindi-
catur

catur atque ostenditur. *Saulo* relicto, ad *Davidem* progreditur *Morganus*, quem ita conviciis lacerat, ut erga neminem majo-
Pag. 280. ri odio atque ira flagrasse videatur. Cujus quidem odii hæc causa esse videtur, quod *Davides* vatis æque ac Regis personam sustinuerit, iique, quos composuit, libri in canonem sint recepti, adeoque ut divinæ originis libri a nobis suscepti. Ea vero calumniarum, in *Davidem*, Heroem maximum, effusarum, quasi summa est: *Regni eum potitum esse longa perjuriorum, simulationum, ingratitudinis, proditionis, quin immo rebellionis, serie; neque ullum Judæis vitium exprobrari posse, cui Davides non fuerit deditus, & quod non docuerit illos suo exemplo. Quod vates autem tantis eum laudibus cumulent, atque in exemplum, quod posteriorum temporum principes imitentur, proponant, ideo fieri, cum quod idolorum cultum exstirpaverit, idolorumque cultores ferro flammisque exsciderit, tum quod sacerdotum reditus auxerit, populumque ad sacrificia Hierosolymis offerenda coegerit. Quam vero servitutem cum ceteræ tribus perferre non potuerint, hinc commodam quandam occasionem, qua excutere istud jugum possent, exspectasse, oblatamque arripuisse.* Vid. *pag. 299, 300, 323, 324, & 334.* Quod vero veritati, & inprimis divinæ illi atque cœlesti, proprium est, ut obfuscari quidem, opprimi autem nullis humanis consiliis atque insidiis, queat, illud & hæ adversarii, veritati structæ, insidiæ comprobant. Tanta cura enim *Davidis* res gestæ in sacris literis nobis exhibentur, ut, quem eas tantummodo evolvere haud pœniteat, is calumnias *Morgani* statim perspicere atque refellere queat. Ex iis enim satis superque, monente *Lelando*, patet, tantum abesse, ut ulla *Saulo* data fuerit a *Davide* sibi irascendi
281. occasio, ut potius *Saulo*, ejusque familiæ, maxima semper fide maximoque zelo fuerit addictus. Unicum ejus crimen, dummodo criminis nomen meretur, in eo positum fuisse, ex sacris literis constat, quod, quas perpetrabat, actiones heroicæ populi favorem atque plausum ei conciliarent. Hæc erat causa illa, ob quam *Saulus* odio adversus *Davidem* ita incendebatur, ut interitum ejus quovis modo quæreret. *Davides*, qui zelo in Deum veramque religionem flagrabat, varias quidem

dem, easque sapientissimas, evulgabat constitutiones, ad sacerdotum officia spectantes; quod vero sacerdotum reditus ab eo fuerint aucti, de eo ne γρῦ quidem in S. Codice exstat. Quemadmodum vero is, qui semel odio & malitia adductus, carpere alium suscipit, etiam ex iis, quæ ab omni vitio immunes sunt, actionibus aliquid reprehensione dignum exsculpere laborat; ita quoque *Morganus* eas *Davidis* actiones, in quibus nihil, quod sit perstringendum, inest, perstringere atque sugillare infelici negotio suscipit. Pertinet huc ille *Davidis* actus, cum gaudii plenus ante arcam fœderis saltaret. Hoc autem factum acerbissimo sale perstringit *Morganus*. *Eodem* enim *risui sese Davidem exposuisse* ait, *idque præcipue propterea, quod eas corporis partes, quas tectas modestia cupit, retexerit. Quo facto licet ridicule egerit, magis tamen ridicule egisse, cum factum hoc, ut uxori suæ id probaret, zelo in Deum tribuerit, & deinde, cum excusatio hæc nullum apud uxorem ejus pondus haberet, consilium, nunquam cum ea concumbendi, ceperit*, perhibet *pag. 22.* Sed, minus philosophice agere, certissimumque impudentiæ, ac levioris animi, atque usitatæ ipsi malitiæ, argumentum rursus edere, qui Philosophum se jactitat, *Morganum*, ostendit *Lelandus*. *Davides* enim, quem ipse *maximum* inter Israelitas *Politicum* vocat, ea erat a Deo ingenii judiciique vi præditus, ut, eam, quam adversarius ei tribuit, actionem occasione tam solenni, idque in conspectu principum e tribubus Israeliticis virorum, perpetratam ab eo esse, cogitare nefas sit. Contrarium potius ex *2 Sam. VI, 14*, patet. Quando enim ibi *Davidis* ante arcam saltationis mentio injicitur, additur statim, *eum indutum fuisse ephodo linteo.* Sed *1 Chron. XV, 27*, adhuc clarius hæc exprimuntur. Refertur enim ibi, *Davidem amictum fuisse prætexta byssina, omnesque Levitas arcam gestantes*, &c. *Davidem vero insuper indutum fuisse ephodo linteo.* Ex his igitur verbis illud elucere *Lelandus* docet, quod *Davides* singulari hac occasione, regio vestitu deposito, iisdem, quibus Levitæ, vestibus fuerit indutus. Hoc igitur illud erat, quod *Michali* displiceret, quod nimirum *Davides* iis vestibus ante arcam saltando incederet. Ea enim in opinione versabatur mulier illa, quod

Pag. 284. 289. 290.

Davides facto hoc nimium se demitteret, atque infra regiam a-
geret dignitatem. Quam opinionem cum e mente *Michalis*
evellere laboraret *Davides*, non ludicra, sed seria omnino, ratio-
ne eum egisse, *Lelandus* ostendit, simulque, hac data occasio-
ne, hoc *Davidis*, ante arcam Dei saltantis, factum ab iniqua,
Pag. 291. qua illud notavit *Shaftsburius*, acutissimi ingenii vir, *Characte-
risticor. Vol. III pag. 117*, censura vindicat. Eos, qui ante ca-
ptivitatis Assyriacæ tempora vixere, vates ea onerat *Morganus*
calumnia, quod *a tempore rebellionum, sub Davide factarum,*
(ita enim Philosophus iste loqui amat,) *usque ad captivitatem
Babylonicam parci admodum atque lenes in taxandis populi vi-
tiis fuerint, eo majori autem zelo in idolorum cultum fuerint*
330. *invecti, ad quem eo facilius exstirpandum ferri flammarumque
necessitatem urserint. Eos autem, qui post captivitatem illam
Assyriacam vixere, vates diversa plane ratione egisse, neque tan-
tum necessitatem abstinendi a cultu idolorum, sed potius ve-
ræ pœnitentiæ, exactæque, legi præstandæ, obedientiæ, necessitatem,
neglecta illa de sacrificiis & absolutione sacerdotali doctrina, in-
culcasse*, inquit *pag. 323 & 324.* Miratur vero jure meritoque
Lelandus, tanta audacia hæc ab adversario affirmari, cum
potius ex scriptis Prophetarum pateat, cum eos, qui ante,
tum qui post, captivitatem Babylonicam vaticinati sunt, vates
eodem spiritu divino fuisse ornatos, eodemque Dei hono-
rem, & religionis atque pietatis commoda, promovendi af-
331. fectu præditos. *Hoseas, Amos*, atque *Micha*, ante tempora
captivitatis, *Esaias* vero cum ante, tum post, ista tempora
vaticinia protulit. Hi omnes vero clarissimis verbis eversionem
gentis Judaicæ, atque captivitatem, prædixere, hancque eos
experturos esse, non tantum in fictorum, quæ coluere, numi-
num, sed criminum quoque, ab iis commissorum, pœnam, mi-
nati sunt. Adversarius quidem illud vatibus exprobrat crimen,
quod *ante captivitatis Assyriacæ tempora ne ullus quidem ex sa-
cerdotum aut vatum inter Judæos numero futuræ a mortuis re-
surrectionis, judicii universalis in bonos & malos exercendi, fu-
turique præmiorum & pœnarum status, mentionem fecerit*; un-
de facile & illud probari posse ait, quod, *quæ Christi & Aposto-
lorum*

lorum ævo floruit Sadducæorum secta, recentioris sectæ nomen minime mereatur, sed ex priscis illis Judæis manserit reliqua. Vid. *pag. 440* & *441.* Quæ objectio cum sæpius ab adversario sit allata atque repetita; hinc fusius eam refellit, simulque contrarium ejus, quod affirmavit *Morganus*, ex ea, quæ in Sacro Codice comprehensa legitur, populi Israelitici historia patere, solide docteque ostendit *Lelandus*, sicque ea, quæ contra Vet. Test. proposita sunt ab adversario dubia, examinandi atque retundendi finem facit. *Capite* igitur jam sequenti *duodecimo* ad ea, quæ contra Novi Fœderis volumen, scriptoresque ejus divinitus actos, attulit dubia *Morganus*, discutienda progreditur. Ubi vero eam inprimis observandam monet adversarii astutiam, quod, cum Vet. Testamenti apertum hostem se professus sit, jam, quando de Novi Fœderis œconomia loquitur, amici speciem induat. Ast vero, speciem amici eum tantummodo induere atque simulare, ex eo statim apparere docet *Lelandus*, quod, licet Christum, Servatorem optimum, laudibus prosequi videatur, dum eum non ut ceteros legislatores virtutis atque communis hominum utilitatis causam, *præjudiciis populi dominantibus ut inserviret*, deseruisse affirmat *pag. 168*, simul tamen ipsa ea, a quibus eum antea immunem fuisse pronuntiavit, ei tribuat, atque crimini ducat. Ita enim Christum, quem antea præjudiciis non inserviisse affirmaverat, jam præjudiciis populi favisse ait, idque in eo demonstrasse, cum quod œconomiam Evangelicam in *Mose* fundatam affirmaverit, tum quod scriptorum illorum, divinam inspirationem falso obtendentium, autoritatem non solum defenderit, sed præterea falsum quoque sensum iis affinxerit, tum denique, quod, se personam illam, de qua sub *Messiæ* charactere vaticinati sint Prophetæ, esse, affirmaverit, licet, ut *Morganus* cavillatur, convictus Christus fuerit, vates nunquam de se, sed de principe quodam terreno, opportuno tempore in Judæam profecturo, Judæosque liberaturo, fuisse locutos. Quid? quod & illud Christo exprobret, quod *a populo se ut Messiam* (id est, terrenum principem Cæsari adversum,) *coli passus sit. Hoc enim facto sacerdotes atque legis peritos Judæorum ad ea, quæ cum Christo peregere,*

Pag. 334 seq.

346.

egere, peragendis coactos fuisse, nisi urbem voluerint deletam, calumniatur. Vid. *pag. 350 seq.* Ast vero, cum malitia versutissima scatere, tum a veritate quam maxime aliena esse, quæ effutiit adversarius, *Lelandus* solide atque erudite evincit. Illud enim tam certum esse, quam quod certissimum, ostendit, quod Christus ex una parte negaverit, mundanum se esse principem, Cæsari adversum; ex altera vero de se affirmaverit, esse se ipsum illum Messiam, quem prædixere vates. Adversarius quidem duas quasi notas atque signa, ex quibus Messias cognosci possit, constituit; quorum alterum illud est, ut tantum sit princeps civilis atque terrenus, alterum, ut Judæorum tantummodo Rex, gentisque eorum, nullo vero modo gentilium, liberator sit atque servator. Hæc vero signa minime in Messiam convenire, ex scriptis Prophetarum ostendi fusius posse, *Lelandus* docet, simulque hac occasione, ea Scripturæ S. loca, in quibus beneficia, in Christi regno obtinenda, sub figuris, a splendore atque magnificentia regnorum terrestrium desumtis, repræsentantur, quæ quidem ad literam intellecta vult *Morganus*, spiritualiter intelligenda esse, ostendit. Neque hic valere eam, quæ obvertitur, objectionem, quod hæc vaticinia ad Christum trahi non queant, propterea, quod eventus non responderit magnificis illis de pace universali, justitia, &c. quæ in regno Messiæ obtineri debere dicuntur, prædictionibus; hisce probat *Lelandus* argumentis, cum quia Christus novam, eandemque perfectissimam, constituit œconomiam, cujus is est finis, ut justitia, veritas, pax, amor, atque benevolentia, inter homines stabiliantur, nullo inter Judæos & gentiles adhibito discrimine, tum quia suavissimum illud de regno Christi Evangelium, non obstantibus iis, quæ contra illud facta sunt, impedimentis, per exiguum annorum intervallum quam maxima cepit, miranda certe ratione, incrementa, adeo, ut per vastissimum Romanorum imperium fuerit divulgatum, destructoque satanæ regno atque vanorum Deorum cultu, maxima hominum multitudo ad colendum verum Deum se accinxerit. Quæ qui attente atque curate perpenderit, ei haud amplius mirum videri posse ostenditur, quod personæ adeo illustris facta adeo

Pag. 351. 353. 360.

adeo illustria stilo prophetico ita sublimi, figurisque atque luminibus excelsis distincto, fuerint prædicta, proposita, atque expressa. *Capite tertio decimo & quarto decimo ea, quas in Apostolos effutiit criminationes Morganus*, confutantur. Primo quidem Apostolorum infallibilitatem atque divinam inspirationem sugillare suscipit adversarius. *Neminem*, ait, *Apostolorum ætate spiritum sibi quendam sanctum tribuisse, qui homines fallere aut peccare nescios redderet, itaque eos a vitio errandi servaret immunes, ut neque se ipsos in judicando deciperent, neque opinione sua alios seducerent. Posterioribus demum temporibus hanc sibi prærogativam tribuisse Romanam ecclesiam, quam Apostoli, qui vere Spiritu S. donoque perpetrandi miracula præditi fuerint, prorsus ignoraverint*, cavillatur adversarius Pag. 369.
pag. 80 & 81. Contra quæ *Lelandus* observat, duplici modo sumi vocem impeccabilitas. Si enim per eam intelligatur omnimoda prorsus non peccandi, aut per totum vitæ cursum nullam malam actionem perpetrandi, impossibilitas, monetur, neque Apostolos, neque, qui ante eorum tempora vixere, sanctos viros, ejusmodi donum non peccandi sibi arrogasse. Sufficere potius docetur, quod ea honestatis atque integritatis gloria fuerint conspicui, ut sub divini nominis obtentu homines fallere, iisdemque deliberato animo imponere, adeoque res aperte falsas sub divinæ revelationis specie proponere, nequiverint. Neque, quando, Christi legatos fallere nescios 371.
fuisse, perhibemus, absolutam illam infallibilitatem, quæ soli Deo propria est, & secundum quam nec ullo tempore, nec ulla in re, falli potuissent, iisdem tribuimus; sed per infallibilitatis donum illud Apostolorum privilegium intelligimus, secundum quod fuerunt sub infallibili Spiritus Sancti directione, idque ita, ut ab omni errore aut fraude in prædicanda Christi doctrina fuerint immunes. Donum linguarum, quod acriter 375.
Morganus perstringit, ita comparatum fuisse, ut in bonam & malam partem adhiberi potuerit, adversario concedi posse, *Lelandus* monet, cum hac liberalitate divinæ Apostolorum autoritati nihil derogetur. Primam enim illam facultatem, peregrinis linguis loquendi, personis quibusdam colla-

tam, miraculum proprie inferre; hoc vero, quando alii dono illo fuere usi, proprie miraculum dicendum non esse, quandoquidem donum istud, eo modo consideratum, immediate atque proprie eo non spectaverit, ut doctrinæ veritas firmetur atque stabiliatur, sed potius, ut hoc dono instructi ad veritatem, miraculis jam firmatam, cum aliis communicandam idonei efficerentur. Quod vero ad cetera dona miraculosa, sapientiæ atque scientiæ *1 Cor. XII*, vaticinandi illud donum *1 Cor. XIV*, & facultatem miracula perpetrandi, pertinet, circa illa Apostolis, iisdem in bonam aut malam partem, uti ipsis visum fuerit, utendi, libertatem relictam non fuisse, sed tum demum facultatem, illis donis utendi, datam iis fuisse, monetur, quando Deo idoneum fuerit visum, ut dona hæc ad certum quendam, eundemque maximi momenti, scopum, qualis Evangelii confirmatio est, adhiberent. Qui Novi Fœderis libros animo a partium studio alieno contemplandos sibi sumunt, unum idemque religionis σχῆμα in iisdem proponi deprehendent. Omnes enim, ne uno quidem excepto, Apostoli, quod ad doctrinas de Deo, ejusque attributis, de modo Deum colendi, de redemtione per Christum facta, &c. attinet, quam maxime inter se consentiunt. Quæ cum ita sint, miranda sane est proterva adversarii audacia, qui veritatem hanc non in dubium solum vocat, sed prorsus omnino negat, & non solum negat, sed contrarium affirmare atque perhibere non veretur, quod *Christi legati in maximis fidei atque revelationis momentis a se invicem dissenserint* (*pag. 80*), *populusque non solum eam de Messia conceperit opinionem, quod a Romanorum imperio eos liberaturus sit, sed ipsi Christi discipuli hanc eum ob causam fuerint secuti, ipsumque & post ejus resurrectionem haud alio sensu ut Messiam prædicaverint.* Vid. a *pag. 350* ad *354*, coll. *pag. 361*. Quod vero & hic malitiæ suæ specimen edat, ex adductis a *Lelando* locis, *Act. II, 38, III, 19, 26, V, 31, X, 42, 43, 1 Petr. I, 2, II, 2, 5, V, 10, XV, 8, 9, 21*, apparet. In iis omnibus enim id agit *Petrus*, quem principem Judaizantium Christianorum *Morganus* constituit, ut evincat, quæ a Messia nobis pacta sunt beneficia, spiritualis esse naturæ, vatesque, quando de

Margin references: Pag. 378 (at "nei efficerentur"), 391 (at "religionis σχῆμα"), 394 (at "Lelando locis").

de *Messia* sunt locuti, hanc semper animo suo habuisse obversantem notionem. Unde, quam inter *Paulum* & ceteros Apostolos in doctrina Evangelica sit consensus suavis, apparet. *Capite quinto decimo Morgani de Apocalypsi* sententia examinatur. Eo redire generatim Philosophi hujus scopum, ut Servatorem optimum, ejusque legatos, quin immo integrum Novum Fœdus, contemtui hominum exponat, jam sæpius observatum est. Quod Pag. 425.
infelix negotium ut eo melius conficere possit, opiniones nonnullas Christianis Judaizantibus, Evangelium, quod vocat, Judaicum amplectentibus, adscribit. Ut vero eo felicius has illis doctrinas tribuere possit, non ad Evangelia & Epistolas, a Christi legatis compositas, sed ad Apocalypsin, provocat, quam quidem systema Christianorum Judaizantium fuisse perhibet, idque iis potissimum de causis, ut ex stilo libri hujus obscuro atque figurato commodum aliquod sententiæ suæ lucretur. Hinc igitur, *librum hunc revelationem Christianam, sive revelationem Jesu Christi, proprie complecti, adeoque hocce indice, qui nulli alii Novi Fœderis libro tribuatur, vere insigniri*, affirmat *pag. 369.*
Verum enim vero, ex ipsa, hoc in libro facta, declaratione illud 426.
clarum esse, *Lelandus* docet, quod ille proprie loquendo eum in finem non sit conscriptus, ut, quæ creditu sint necessariæ, *doctrinæ* ex eo addiscantur, sed ut, quæ *futura* & *eventura* sint, nobis significentur; unde *revelatio Jesu Christi I, 1,* & *prophetia XXII, 19,* dicatur. Sed, cum adversarius, præconceptis opinionibus obnubilatus, quæcunque Christianis tribuit, vitia hoc in libro deprehendere sibi videatur; quid mirum, quod affirmet, ex hoc libro, & inprimis *Cap. V v. 8*, probari posse, *Christianos Judaizantes in crassissimam idololatriam fuisse delapsos, maximumque mediatorum numerum loco unius illius mediatoris, una cum cultu mediatorio, sanctis atque angelis præstando, effinxisse.* Vid. *pag. 364, 365,* & *372.* Merito autem cum *Lelando* miramur, quod, qui perspicacissimus videri vult adversarius, alium *Apocalypseos* locum, qui magis sententiæ ejus favere videtur, eum nimirum, qui *Cap. VIII v. 3* & *4* legitur, non adduxerit. Sed, uti ii, qui ab illo adducti sunt, loci sententiæ ejus robur haud addunt, ita neque hoc patrocinium aliquod opinioni suæ

con-

Pag. 428. conciliasset. Dummodo enim illud observetur, quod vox *angeli* non uno in *Apocalypseos* volumine sensu sumatur, statim corruet adversarii propositum. Quemadmodum enim *Cap. V*, & aliis *Apocalypseos* locis, per angelos, qui ibi commemorantur, ii intelliguntur, quorum ministerio Deus in proponenda Evangelii doctrina, hominibusque ad verum Dei cultum perducendis, usus est; ita *Cap. VIII v. 3* & *4* per angelum, cujus ibi mentio fit, unicus ille Novi Fœderis sacerdos summus, Jesus Christus, significatur, id quod ex circumstantiis hujus loci, ubi ad ritus a summo Vet. Test. sacerdote expiationis die peragendos alluditur, clarum est. Ut taceamus manifestum illum, ab adversario commissum, errorem, quo seniores, qui *Cap. V v. 8* memorantur, cum angelis, ab illis *v. 11* ejusdem *Capitis* distinctis, confundit. Neque de invocatione Sanctorum, precibusque ad demortuos dirigendis, unica tantum litera in *Apoca-*
429 seq. *lypsi* legitur. Quæ enim ex *Cap. VI v. 9* & *10* allegat verba adversarius, illud sane non probant, quod debent. Si enim & illud ei concedamus, quod Sancti demortui Deo pro ecclesia his in terris militante supplicent; inde tamen minime sequi, recte monet *Lelandus*, Sanctos illos demortuos a nobis esse invocandos, eoque, quo a Pontificiis coluntur, cultu afficiendos. Maximum demum causæ suæ patrocinium in eo quærit adversarius, quod liber hic *revelatio rerum mox eventurarum* dicatur, cum tamen res prædictæ non statim acciderint. Sed
434. egregie monet *Lelandus*, eas, quæ in hoc libro prædictæ sunt, res non ita esse accipiendas, quasi statim post prædictionem illam fuerint futuræ, sed eum esse phraseos istius sensum, ut terminus a quo, quando scilicet initium harum prædictionum futurum sit, non vero terminus ad quem, quando finis earum sit futurus, significetur. Cum vero effrænata adversarii audacia atque detestanda malitia non *Apocalypseos* solum autoritatem divinam infringere atque evertere, sed integrum Novi Fœderis canonem labefactare atque subruere, laboret; mirandum non est, quod tam execrandis conviciis atque scommatibus Novum Testamentum laceret & proscindat. *Adeo corruptum esse atque interpolatum Novi Fœderis Codicem, ut fides haberi nullo*

modo

modo eidem queat; Christianos Judaizantes suo tempore pro arbitrio, quicquid ipsis haud arriserit, mutasse, indeque, quem nunc habemus, Codicem Novi Fœderis systema esse Christianismi Judaizantis, mixtionemque duarum, minime inter se consentientium, religionum; Christi discipulos ea, quæ dixit fecitque Servator optimus, secundum præjudicatas, quibus dediti fuerint, opiniones enarrasse, adeoque fidem narrationibus eorum haud tribuendam esse, calumniatur *pag.* 440 & 441. Tantum vero abesse, ut cum veritate hæc consentiant, ut potius eidem aperta fronte contrarientur, hisce evincit argumentis *Lelandus*. Primo, quod omnino in potestate Judæorum, illorum, qui, secundum ejus assertionem, mille prius Messias crucifixissent, quam gentiles in societatem regni una cum electo Dei populo recepissent, positum non fuerit, sacrum Novi Fœderis codicem, per longe Pag. 439. dissitas gentilium ecclesias dissipatum, mutando corrumpere; deinde, quod ne mica quidem ex iis, quas illis proprias vocat, doctrinis, scilicet de Messia temporali, Judæorum tantummodo servatore, de necessitate legem, ad justificationem coram Deo consequendam, observandi, de cultu angelorum, &c. quarum causa Novum Fœdus ab illis interpolatum dicit, in illo deprehendatur inculcata. Posteaquam igitur *quindecim* jam *Capitibus* varias illas, a *Morgano*, ad Vet. & Novi Fœderis autoritatem infringendam, allatas, objectiones examinavit atque discussit, unum adhuc *Caput*, quod *sextum decimum* est, vindicandis sanctissimæ, quam profitemur, religionis dogmatibus, misere a *Morgano* tractatis, dicavit *Lelandus*. Non quidem id permittit instituti nostri ratio, ut omnia illa, quæ solidissime ad defendenda fidei Christianæ capita monuit *Lelandus*, afferamus; eas tamen, quas pro suavissima illa de satisfactione Christi doctrina contra adversarium protulit, vindicias, non possumus, quin strictim breviterque cum Lectoribus nostris communicemus. Variæ autem sunt, quibus hanc solatii quam maxime plenam doctrinam proscindit adversarius, criminationes. Primo quidem 447. *nimis arduum* ei videtur, affirmare, *quod Deus innocentem nocentum loco puniverit, eisque eam pepercerit ob causam, quoniam innocens ea, quæ reis fuerint sustinenda, perpessus sit; sed magis*

gis adhuc arduum, quod ad placandam divinam justitiam ejusmodi eversio imperii moralis omnis, cursusque justitiæ gubernatricis, fuerit omnino necessaria. Vid. *pag. 148.* Sed, cum ipse adversarius illud concedat, quod Christus perfecte purus fuerit atque innocens, & ex patris voluntate acerbissimis cruciatibus subjectus, ut adeo ita cum eo actum fuerit, ac si ipse peccatis fuerit onustus, ipseque adeo in nostrum commodum peccatorum in locum substitutus fuerit, (vid. *pag. 225*) mirari omnino subit, quomodo, illud divinæ justitiæ indecens fuisse, pronuntiare queat, quod personæ perfecte puræ atque innocenti acerbissimos dolores in creaturarum peccatis onustarum emolumen-
Pag. 448. tum inflixerit. Obvertit quidem adversarius, quos persona innocentia adeo illustri conspicua sustinuerit nocentium loco cruciatus, proprie loquendo nomen satisfactionis justitiæ præstitæ haud mereri; sed pulchre, tum demum aliquid ponderis habituram esse hanc objectionem, *Lelandus* observat, si justitia consisteret in desiderio quodam, vindictam de eo, a quo quis est offensus, sumendi; tum enim non nisi per pœnam *personalem* satisfactionem præstari, nulloque modo, quæ alteri infligatur pœna, alterius loci accipi posse. Cum vero divina justitia sapiens sit constansque, honorem atque autoritatem legum suarum imperiique sui vindicandi ac defendendi voluntas, firmumque ita semper agendi propositum, ut sapientem illum justumque mundi gubernatorem decet; hinc, cum huic
449. fini satisfactio Christi ex asse respondeat, justitiæ divinæ perfectissimo illo atque quam maxime proprio sensu, quo vocabulum hocce accipi possit, satisfactum esse, *Lelandus* ostendit. Secundo, *haud prorsus necessariam esse Christi satisfactionem*, cavillatur, idque ex eo probare sustinet, *quoniam Deus, dum-*
453. *modo pœnitentia præcesserit, peccata hominibus remittere, neque eum, qui serio ob peccata commissa dolet, rejicere, velit;* quam *æternam rationis & revelationis vocem* esse dicit, indeque *eundem casum futurum infert, etiamsi Christus passus aut mortuus non fuisset.* Vid. *pag. 148 seq.* Quam absurda vero sit hæc objectio, quæ, si absolute & sine adhibita limitatione intelligatur, omnem divini imperii legumque divinarum autoritatem evertit,

tit, ex eo apparet, quod ex sola sapientia & justitia Dei gubernatrice pendet, quatenus ipse pœnitentiam accipere & remunerari velit. Ut taceamus, Deum filium suum ad acerbissimos dolores sustinendos non tradidisse, si nostra salus sine morte Christi æque facile obtineri potuisset, ac jam, mortuo Christo, nobis parta illa est. Quanquam vero Christus pro omnibus omnino hominibus mortuus est atque satisfecit; tamen hæc, Christi morte ac satisfactione acquisita, beneficia iis tantummodo applicantur, qui conditionibus illis, in Novo Fœdere præscriptis, se submittunt, id est, iis, qui pœnitentiam agunt, novamque obedientiam præceptis Christi testantur. Tertio obvertitur, *fructus meriti Christi nobis applicari non posse, idque propterea, quod, quæ Christus fecit atque passus est, ipsi necessario in suum commodum facienda atque sustinenda fuerint, pag. 154 & 155.* Sed, licet concedamus, Christum, cum redemtionis illud opus in se susceperit, ad illud exequendum fuisse obligatum, illud tamen simul, monente *Lelando*, observandum ducimus, quod opus istud non ex sola divina autoritate, sed ex libero atque voluntario consensu, in se receperit. Jam igitur, cum lex, cujus mediatorem proprio consensu se stiterat *nostri* causa, eum obligaret, ut animam suam in sacrificium pro *nostris* peccatis traderet, absurdum omnino esset, quod, quæ ipse, sub lege constitutus, fecit atque perpessus est, nostri loco atque in commodum nostrum accipi nequeant, cum potius clarum sit, ei secundum legis tenorem omnia nostri causa facienda atque perpetienda fuisse. Denique quarto singulari quadam audacia, quasi reportata jam victoria, ex eo se doctrinam de satisfactione Christi infringere putat, quando affirmat, *sub legis œconomia sacrificia vicaria non obtinuisse*, & in ejus θέσεως probationem urget, quod *sub œconomia legali per sacrificia nulla ademta aut mitigata sit pœna;* quare, cum in Novo Fœdere de morte Christi sermo sit, ad sacrificia Veteris Testamenti respici non posse putat. Cum vero, quæ hic objicit adversarius, *Capite sexto* fusius jam discussa sint; iisdem strictius hic non inhæret, sed illud tantummodo monet *Lelandus*, discrimen hic omnino esse constituendum. Eum enim, qui

Pag. 454. 455. 458. 461. 466. 467.

criminis, cui civilis pœna a lege decreta erat, reus fuerit, a legis illa pœna haud liberatum fuisse, concedendum, illud vero prorsus negandum esse, monet, quod nulla sacrificia vicaria sub lege fuerint in usu. Ipsius expiationis enim hæc erat ratio, ut sanguis sive vita cujusdam animalis loco rei offerretur, idque eum in finem, ut reus ille cum ab eo, quem sibi contraxerat, reatu, tum a legis illa pœna atque maledictione, quam peccatis suis meruerat, liberaretur. Quæ doctrina de sacrificio vicario, quod non a sacerdotibus Christianis demum fuerit introducta, sed jam longe ante tum inter Judæos, tum inter gentiles, obtinuerit, clarissimis certissimisque argumentis evi-
Pag. 469. cit *Outramus de Sacrificiis Lib. I Cap. 20 & 22 pag. 228 seq.* Hæc adeo summa earum observationum est, quibus a *Morgani* calumniis doctrinam de satisfactione Christi vindicavit *Lelandus*. Alias quidem præterea hoc *Capite* doctrinas, ab adversario depravatas, nitori suo restituit elegans *Lelandi* doctrina; cum vero fines præstitutos propemodum supergressi simus, paucis tantummodo illas indicandas esse intelligimus. Affirmat *Morganus*, peccatum nullum, quod proæreticum dicitur, Evangelii sub œconomia remitti, licet homo pœnitentiam quam maxime seriam agat. Quando enim peccatorum remissio sub pœnitentiæ conditione in Evangelio promittatur, promissionem hanc tantum de peccatis, a Judæis & gentilibus ante Evangelii receptionem commissis, intelligendam, minime vero ad omnia
471-478. generatim peccata proæretica sub œconomia Evangelica ab homine, ad Christianismi fœdus adstricto, peracta, extendendam esse. Vid. *pag. 170 & 177*. Qua vero asseveratione cum arctiores gratiæ Evangelii limites, quam quibus Vet. Test. circumscriptum fuit, ponantur; hanc doctrinam una cum illis Novi Fœderis locis, ex *Hebr. VI, 4-6, X, 26, 27, 1 Jo. V, 16-18*, adductis, vin-
478-484. dicat, atque integritati suæ restituit, *Lelandus*. Quo facto, ad ea, quæ contra Baptismi & S. Cœnæ Sacramenta sanctissima audacter
485-488. effutiit adversarius, progreditur. Hinc, quæ ex dissensu, quo, quod ad quam plurimos fidei articulos, scinduntur Christiani, ad ipsam religionis certitudinem infirmandam, desumsit argumenta adversarius, examinat atque retundit. Iisdem enim argumentis

gumentis, quibus Christianæ religionis certitudinem atque veritatem infringere studet adversarius, naturalis, quæ vocatur, religionis certitudinem labefactari posse, ostendit. Tandem in summum illud, quo *moralem Philosophiam* prosequitur adversarius, laudis encomium *Lelandus* inquirit. Hoc vero eo tendere docet, ut hominem, neglectis sacris literis, ad veram religionem ex cœli, terræ, sui ipsius, brutorumque animantium, contemplatione quærendam atque addiscendam adhortetur. Unde simul, quam infenso in Christianam religionem animo sit, sole meridiano clarius patet. Quem animum ut deponere, seriaque acta pœnitentia, meritum Christi perfectissimum vera fide amplecti, & ad meliorem in sanctissimam solatiique plenam Christianam religionem mentem redire, velit *Morganus*, ex animo optamus. Pag. 489.

METHODUS SECANDI, ET CONTEMPLANDI corporis humani musculos, in usum Medicinæ & Chirurgiæ studiosorum, Autore JOANNE FRIDERICO CASSEBOHM, Med. D. & Prof. Publ.

Halæ Magdeburgicæ, ex officina Rengeriana, 1740, 8.

Plag. 6.

Clarissimus & de re anatomica egregie meritus Autor qualibet æstate Auditores suos methodo, quasvis humani corporis partes secandi, contemplandique, adhuc instituit. Aliquam hujus tractationis partem, eam scilicet, quæ de musculis agit, quoniam hi, remotis corporis integumentis, primum in conspectum veniunt, illorum aliorumque tironum in usus primum nunc publice proponit. Quoniam vero sine accurata musculorum contemplatione omnis futura esset inutilis eorum sectio, utramque statim in hoc libello conjungendam putavit. Equidem & Cel. *Albinus* in *Historia musculorum hominis* duplicem ordinem exponit, ad cujus ductum omnes in humano corpore musculi incidi queant. Utrumque autem aliquo laborare defectu, Noster, adductis aliquot exemplis, ostendit. Methodum, reliquas etiam corporis partes dissecandi, quamvis jam

elaboratam habeat, promittere vix audet, atque simul pollicitationes suas continuandæ de aure humana Commentationis, ante aliquot annos publice factas, revocat. Usus est methodo, ad quam nunc pro seculi more & genio omne doctrinæ genus detorqueri solet, scientifica, quæ tamen in hoc argumento non majorem lucem fructumque attulisse, sed potius res implicasse magis, & difficiliores reddidisse tironibus, nec ubique hic ad severas leges exacta esse, nobis videtur. Post Prolegomena igitur *Capite I* requisita ad sectionem externam necessaria, & quæ ad quamlibet sectionem pertinent, ut locum, tempus, instrumenta, & reliquum apparatum, enumerat. *Capite II* de rebus circa musculos contemplandis agit. *Capite III* sectionem in genere pertractat, *Cap. IV* autem præparationem musculorum, *Cap. V* eorundem contemplationem, & *Cap. VI* abscissionem, *Cap. VII* demum ordinem præparationis ratione omnium corporis humani musculorum, persequitur, idque tam perite, & accurate, ut, libellum hunc tironibus non minus, quam aliis jam magis exercitatis, facem ad opus faciendum præclare esse prælaturum, nulli dubitemus. Quæ argumenta singulis *Capitibus* contineantur, viri earum rerum intelligentes non ignorant. Quædam autem excerpere, ob methodi rationem fere non licet.

MEMOIRES POUR SERVIR A L' HISTOIRE, &c.
hoc est,
COMMENTARII, HISTORIÆ CELEBERRIMOrum in Republica literaria Virorum inservientes. Accedunt catalogi librorum, a singulis scriptorum, de iisque judicia. Autore NICERONIO, Barnabita.

Tomus XL.

Lutetiæ Parisiorum, apud Briassonium, 1740, 8.
Plag. 18, & totidem plag. dimid.

Nimirum vivit post funera *Niceronius*, &, biennio abhinc rebus humanis ereptus, tamen verba hic ad nos facit de viris

ris eruditione claris, deque ipsorum monumentis ingeniorum. Sufficiet nostris Lectoribus vel index horum nominum. Habetis igitur hoc in *Volumine* vitam *Isaaci Barrovii*, in Cantabrigiensi Academia prius Græcæ linguæ, postea Geometriæ, tandem, lampade Geometrica *Isaaco Neutono* tradita, Theologiæ, Professoris, m. 1677 d. 4 Maji; *Salomonis Gesneri*, Prof. Theol. Witteb. m. 1605 d. 7 Februarii; *Augustini Dati*, Prof. Urbinensis, deinde Senensis, tum Reip. Senensis Secretarii, m. 1478 d. 6 Aprilis; *Andreæ de Saussay*, Concionatoris & Eleemosynarii Regii, tandem Episcopi Tullensis, m. 1675 d. 6 Junii, vivendo superatis quinque & octoginta annis. Vocat hunc Noster virum nullius judicii, referens simul, ejus *Acta Sanctorum Galliæ* vocari solere *plaustrum mendaciorum*. Sequitur hunc *Marinus Libergius*, JCtus Gallus, m. 1559; *Paulus Arcudius*, Corcyræus, Romæ quondam degens in Collegio Græcorum, m. 1637; *Paulus Æmilius*, Veronensis, Historicus Regis Galliæ, m. 1529 d. 5 Maji; *Sixtus Senensis*, (quem quo errore nonnulli vocent *Franciscum Sixtum*, Noster indicat,) m. 1569; *Georgius Cassander*, Theologus Irenicus, m. 1566 d. 3 Februarii; *Ludovicus Jacobus a S. Carolo*, Cabillonensis, Bibliothecarius Parisinus, m. 1670; cujus & *Bibliotheca Pontificia* & liber *de Bibliothecis optimis* valde hic contemnitur; *Emanuel Tremellius*, (qui eximio errore semper hic nominatur *Fremellius*,) m. 1580 d. 9 Octobris; *Jo. Albertus Fabricius*, Polyhistor Hamburgensis, m. 1736 d. 30 Aprilis; *Joannes Chenu*, JCtus Bituricensis, m. 1627 d. 16 Dec.; *Jo. Garnierius*, Jesuita Parisiensis, m. 1681 d. 16 Oct.; *Franciscus Maria Nigrisolius*, Medicus Ferrariensis, m. 1727 d. 10 Dec.; *Joannes Cloppenburgius*, Theologus Franequeranus, m. 1652 d. 30 Aug.; *Paulus Philippus de Chaumont*, Episcopus Aquensis, m. 1697 d. 24 Martii; cujus etiam patris, *Joannis de Chaumont*, m. 1667 d. 2 Aug. octogenario majoris, libri hac occasione recensentur; *Adamus Olearius*, Consiliarius Ducis Holsatiæ, m. 1671: cujus *Itinerarii* hic recensentur non solum editiones Germanicæ, sed etiam versiones Gallica, Anglica, Belgica, & Italica; *Antonius Mizaldus*, Medicus Parisiensis,

fienfis, immeritis a *Thuano* affectus laudibus, m. 1578; *Aloysius Novarinus*, Monachus Theatinus, fcriptor multorum, fed haud magni pretii, librorum, m. 1650 d. 14 Januarii; *Theodorus Petrejus*, Carthufiani Ordinis Monachus, m. circa annum 1645; *Jacobus Billius*, Jefuita, Mathematicus, m. 1679 d. 14 Januarii; *Joannes Claubergius*, Philof. & Theol. Prof. prius Herbornenfis, hinc Duisburgenfis, m. 1665 d. 31 Januarii; *Banaventura d' Argonne*, Carthufianus Monachus, m. 1704 d. 28 Januarii; qui fub nomine *Vigneul-Marville* edidit *Melanges d' Hiftoire & de Literature* tribus Voluminibus; *Jafon Denores*, (non *de Nores*,) in infula Cypro natus, Philofophus Academiæ Patavinæ, m. 1590; *Cornelius Schryver* five *Scribonius*, Secretarius urbis Antverpienfis, m. 1558 d. 19 Decembris; *Joannes Petrus Gibertus*, JCtus Canonicus, m. 1736 d. 2 Decembris; *Davides Clericus*, Profeffor Genevenfis, m. 1655; *Thomas Woolftonus*, Anglus, impius fcriptor *de Miraculis Chrifti*, m. 1733 d. 27 Januarii; *Gabriel de Collange*, Mathematicus Gallus, m. 1592; *Joannes Clericus*, m. 1736 d. 8 Januarii; *Jafon Mainus*, JCtus Italus, anno vitæ 84 m. 1519 d. 22 Martii; *Laurentius Joffeus Clericus*, Theologus Gallus, m. 1736 d. 6 Maji.

Claudit hoc *Volumen pag. 379-396* noftri fcriptoris vita, *Joannis Petri Niceronii*, a quodam fcripta, qui indignum judicavit, ejus viri mori memoriam, per quem tot hominum doctorum memoria immortalitatem eft adepta. Nos & ipfi noftrarum exiftimamus effe partium, huic noftræ Hiftoriæ literariæ inferere vitam Viri de literatorum hiftoria optime promeriti. Natus fuit die 11 Martii anni 1685 honeftis & parentibus & mojoribus Lutetiæ. Impertitus optimis literis, adjecit animum ad vitam monafticam; cumque in Monafterio Barnabitarum unus viveret fuæ familiæ, ipfe quoque facro huic adfcribi voluit collegio. Ac primo anni 1704 menfe factus eft hujus generis monachus. Peracto poftea cum Philofophiæ, tum Theologiæ, ftudio, creatus fuit Profeffor humaniorum literarum ac Rhetorices, deincepsque Philofophiæ. A. 1708 d. 2 Junii, accepta ætatis venia, Presbyteris adfcriptus fuit folenni ritu;

ritu; tumque ſacras habuit conciones non ſolum cum applauſu, ſed etiam cum fructu maximo. Utebatur ſacris in ſermonibus dicendi genere ſimplici, ſed tamen puro. Non tam ornamenta oratoria conſectabatur, quam juſtam & ſolidam argumenti ſui pertractationem; idque potiſſimum agebat, ut pectora audientium impleret & veritatis amore, & pietatis ſtudio. A. 1716 revocatus Lutetiam, (nam diu egerat extra hanc urbium reginam,) addiſcebat omnes ferme hodiernas Europæ linguas. Hinc totum ſe dedit componendis eminentium in republica literaria virorum vitis, tamque ſtrenue ac feliciter decurrit hoc ſtadium, ut inde ab anno 1727 in lucem produxerit *undequadraginta Volumina*. In his de vita cujusque ac ſcriptis ita diſſerit, ut nec breviores juſto, nec longiores, habeantur vitæ literatorum, ab eo concinnatæ. Quanto ſtudio undecunque collegit hanc notitiam! Quam induſtrius eſt & accuratus in recenſendis librorum editionibus, ferendoque de ſingulis judicio! Quam vacuus eſt ſtudii partium! Non minus laudat, quæ laudanda veniunt, in hæreticis, (liceat loqui ex mente *Niceronii*,) quam in Catholicis; nec minus Catholicorum notat, quæ ſibi occurrunt, vitia, quam hæreticorum. Libenter etiam agnoſcebat, Opus hoc ſuum haud carere nævis, nec ſolum ſine dolore accipiebat correctiones, ſed etiam cum voluptate. Summæ ejus induſtriæ hoc etiam exſtat ſpecimen, quod in tanto laborum concurſu duos libros ex Anglico ſermone traduxit in Gallicum, alterum A. 1729, alterum A. 1735. Præterea, ut planiſſime appareat, natum eum fuiſſe ad Hiſtoriam literariam, multa collegit ad inſtruendam novam *Bibliothecam Gallicam*, hoc eſt, ad condendos ampliſſimos Commentarios de Scriptoribus, quotquot unquam habuit Gallia, eorumque ſcriptis. Hoc vero Opus quo minus perficeret, mors interceſſit, qua ſublatus eſt *Niceronius* noſter A. 1738 d. 8 Julii, quinquageſimum quartum agens annum.

VITA MARTINI LUTHERI, BREVITER EXpoſita ab ipſius collega, PHIL. MELANCHTHONE. Adjuncta eſt PETRI MOSELLANI Narratio de Diſputa-

tione Lipsiensi anni 1519. Adjecit Præfationem, annotationesque subtexuit, CHRISTOPH. AUG. HEUMANNUS, D.

Gottingæ, sumtu Hageriano, 1741, 4.

Plag. 7.

Diu desiderata fuit librariis in officinis *Vita Lutheri*, a *Melanchthone* scripta, non recusa scilicet hoc nostro Seculo. Cum igitur scriptorem ea habeat fide dignissimum, ejusque lectio multum utilitatis afferat juvenibus Theologiæ cultoribus, hos diutius carere hoc libello non passus est Cel. *Heumannus* noster. Ut autem ei nonnihil circumdaret ornamenti, & Præfationem præmisit, & annotationes adjecit, & appendicem subtexuit. Et in Præfatione quidem diversas, easque multas, hujus libri editiones recenset, annotationesque suas plerasque docet ex ipsius *Lutheri* scriptis petitas esse ad ea, quorum testem se præbet *Melanchthon*, confirmanda. Ipsam *Lutheri Vitam* in *Paragraphos* dissecuit, sive *Capita*, quorum singula singulas absolvunt materias. In *Annotationibus pag. 3* docet Cel. Editor, veram & antiquam scripturam esse *Lutherus*, quidque id nominis significet, ostendit. *Pag. 4* judicat, pro *Martino*, qui, Constantiensi in Concilio creatus Papa, reformare jubebatur Ecclesiam, sed promissum suum negligebat, eodem Seculo nasci Deum voluisse *Martinum* nostrum, reformatorem & strenuissimum & felicissimum. Similis est *pag. 15* observatio, eodem anno initium reformationis fecisse *Lutherum*, quo (1517) Romæ finitum fuerat sine fructu Concilium reformatorium Lateranense. *Pag. 8* docet, *Lutherum* in monasterio gessisse prænomen *Augustini*. E *pag. 10* discimus, *Occamicæ* sectæ suum nomen quondam dedisse *Lutherum*. Unde natam ipsi fuisse *Occamicam* adversus Papam fortitudinem, Noster conjicit. Ad acrius intemperantiusque scribendi genus *Lutheri* quod attinet, Noster *pag. 20 seq.* id minime laudat, sed tamen probabiliter excusat. Verum satis esto, hæc depromsisse ex *Annotationibus*. Venimus ad Appendicem, in qua exhibetur, & quidem emendatissima, *Petri Mosellani* ad *Julium Pflugium* Epistola, (cujus

de

de editionibus in Præfatione differitur,) describens Lipsiensem *Ecii* cum *Carolostadio* & *Luthero* disputationem publicam; cui ipse interfuerat *Mosellanus*. Nec hoc scriptum caret annotatiunculis; quæ, etsi breves sunt, plura tamen ejus loca illustrant.

MISCELLANEA LIPSIENSIA NOVA, AD INcrementum scientiarum, ab his, qui sunt in colligendis Eruditorum Novis Actis occupati, per partes publicata. Edendi consilium suscepit, sua nonnulla passim addidit, Præfationem, qua instituti ratio explicatur, præmisit, FRIDERICUS OTTO MENCKENIUS, Phil. & Jur. Utr. Doctor.

Voluminis I Pars I.

Lipsiæ, sumtibus Autorum, 1742, 8.

Plag. 13.

Qui in *Novis* his *Eruditorum Actis* colligendis edendisque præcipuam ponit operam curamque suam *Menckenius*, novum nunc, de civitate erudita non male merendi, consilium suscepit. Suasu enim hortatuque virorum & consiliis & doctrina valentium *Miscellanea* instauravit, atque viris doctis stadium aperuit, in quo ipsi industriam suam acuere, ac in commoda publica exercere, possint. Floruerunt dudum in Academia Lipsiensi Collegia, *Gellianum*, *Conferentium*, *Anthologicum*, *Philobiblicum*, atque eorum, qui *Eruditorum Acta* adornant. Cœpit olim doctus Vir & doctorum valde studiosus, *Carolus Fridericus Petzoldus*, plenissimum rerum optimarum penu aperire, modesto *Miscellaneorum Lipsiensium* nomine inscriptum, idque A. 1716 inchoavit institutum, omni elegantioris eruditionis apparatu instructum. Operi illi ortum & initia dederunt flores illi, ex *Anthologorum* hortis decerpti, gratum & jucundum naribus etiam delicatissimis odorem, & varietate ipsa suavissimum adspectum oculis, præbentes. Auspicia & fata hujus instituti perspicue ac copiose in Præfatione exposuit *Menckenius*. Norunt eruditi, *Petzoldi* illud Opus *Volumine XII*

Præf. A. 1722 fuisse conclusum, dolentibus iis omnibus, qui eru-
pag. 25. ditæ bene cupiunt civitati. Rogandi sunt Lectores, ne de omni, quod dicitur, texto judicent ex fimbria hac tenui, nec laboris universi pretium ex prima ejus magis particula, quam parte, æstiment. Elaborant ii, qui symbolas conferunt, ut *Miscellanea* restituant, decore priori ac laudibus olim impetratis
27. digna. Ut præcipuam Philosophiæ, Mathematices, rei medicæ, & naturalis, rationem habebunt; ita nec deserta ipsis aut contemta Historiæ, tam sacræ, quam civilis, & literarum fata describentis, antiquitatum omnis generis, Philologiæ sacræ, Criticæ, non aridæ illius & cadaverosæ, sed cui succum atque
28. vitam artes debent ceteræ, studia jacebunt. Abesse ab hoc Opere jubent, quæcunque aut nullam prorsus, aut exiguam, in
29. cognitione rerum utilitatem habent. Vulgaria sexcentiesque dicta hic haud occupabunt locum. Qui igitur in hanc societatem admitti cupit, is non nisi rebus bonis & utilibus, & sibi tanquam propriis, onustus veniat. *Volumina* singula *Partibus*
30. *quaternis* distinguentur. Tempus certum *Partibus* singulis edendis haud definitum est. Efficiet tamen Editor, ut annis singulis singula in lucem *Volumina* emittantur. Non est nostrum, præconiis nobis prospicere. Industriam nostram favor & approbatio lectorum accendet & conservabit. Hæc ad rationem instituti, Præfatione ipsa copiosius repræsentatam. *Parte* hac *prima* continentur sex potissimum capita. *Joannes Christophorus Harenbergius*, S. Th. Doctor, & Scholarum per terras Brunsuico-Luneburgicas Inspector generalis, in expositione succincta *Parabolæ de operariis in vinea, Matth. XX, 1-16*, occupatus est, persuadens lectori, designari die illo, intra quem operarii conducti traduntur in vineam Christi θεανθρώπου, tempus, quod a Christo nato ad templi Hierosolymitani excidium effluxit. Intra illud enim Judæi primo a *Joanne* & discipulis Christi, & ante hos a *Simeone*, *Zacharia*, *Hanna*, aliisque, ad œconomiam novam regni externi cœlorum vocati sunt. Periodo tertia advocati & arcessiti fuerunt ad eam Samaritæ. Quarto intervallo proselytorum quoque portæ, a *Cornelii* centurionis ætate, ratio fuit habita. Tandem usus doctrinæ Christi & charismatum cum gentibus

gentibus quoque fuit communicatus, quæ, in civitatem Christi adscitæ, in primorum numero censitæ fuerunt, quamprimum Judæi murmurantes repudiarunt Jesum, & postremi evasere. Levissimi sunt momenti errata, quæ in hanc Diatriben irrepserunt. Ita enim *pag. 8 lin. 5 epiphonema* legendum est pro *epiphomena; pag. 9 lin. 1 ejusque similes* pro *ejus similes; pag. 14 lin. 27* vacaturos pro *vocaturos; pag. 24 lin. 24 horam tertiam* pro *Romam tertiam.* Sub finem cujusque *Voluminis* paroramata ejusmodi curate emendabimus. Expositioni illi integræ Lector sese accingat oportet, qui argumenta & vim eorum avet pensitare & suffragio dignari. Tum *Joannes Conradus Schwarzius*, S. Th. Doctor, & Gymnasii Coburgensis Director, sed qui sub literis *J. C. S.* latere hic consultum duxit, *Ironiam a Jesu* Pag. 31.
& discipulis ejus abjudicatam exhibuit, progressus per singula Nov. Test. loca, in quibus species ironiæ videtur delitere. Verba illa *Matth. XXVI, 45*: καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε, ita exponit, vertitque in Latinum: *Dormitis in reliquum* (proximum tempus), *& requiescitis?* Non miratur, *Judam* 33.
dici a Jesu ἑταῖρον *XXVI, 50*, siquidem *Judas* omnino erat socius sodalitii paschalis, quod *Josephus* ἑταιρίαν vocat. Verba Jesu *Marc. VII, 9*, per *communicationis* figuram & quæstionis modum exponit hunc in modum: *An* (vos Pharisæi) *bene abrogastis præceptum Dei, ut majorum vestrorum decreta servetis?* Quærit Jesus, an Pharisæi suo in Deum officio satisfaciant. Verba Jesu, *Luc. XI, 41*, perscripta: πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, sic reddit: *Sed ea, quæ intus sunt*, (interiora animi co- 34.
gitata & consilia,) *misericordiæ plena efficite.* Per *justos, qui pœ-* 35.
nitentia haud indigent, Luc. XV, 7, commemoratos, designari ostendit *justos, quibus peccata sunt remissa, & quos Deus injustitia purgat, tributa filii sui Jesu justitia.* Vindicat deinde loca *Jo. III, 10, VII, 28, 1 Cor. IV, 8, 2 Cor. X, 12, XI, 19.* Verba *2 Cor. XII, 13*: Χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην, includenda 39.
esse parenthesi existimat, complexa quippe formulam, quam urbanitas & communis illorum temporum lepos dictitabat. Huic succedit Commentationi Ἐπίκρισις Φιλολογικὴ *Christopho-* 40.
ri Saxii, Philosophiæ Magistri, in nuperum Franci cujusdam li-

bellum *de Incerto historiæ Romanorum antiquissimæ*, sed cujus laboris hic tantum *Partem priorem* legimus, reliquas in his *Miscellaneis* proxime lecturi. Solide Autor hic & eleganter adjumenta recenset, quæ Historia præstat Philosophiæ & Historiæ Philosophia, ac vanitatem eorum recenset, qui ob philosophandi studium præposterum injurii sunt in historicas veritates. Exponit verisimilitudinis historicæ leges, eisque congruenter de priscis Romanorum rebus judicat. Multa omnino & præclara præcepta hic traduntur tum solide, tum diserte, quibus in dijudicandis fontibus, e quibus hauriri solet notitia historica, est utendum. Pyrrhonismo historico, cujus ipse *Bierlingius* coarguitur, obicem ac repagulum hic fuisse oppositum, veritatis historicæ amatores jure suo gaudebunt, inprimis illi, qui historiam Romæ Seculorum quinque priorum
Pag. 79. incertam verentur existimare. Tum vero *Christophori Augusti Heumanni*, omnibus noti nominis, diligentia adamantina labores criticos offert, quibus tribus *Plinii*, qui *Historiam naturalem* scripsit, locis affert medicinam & emendationem. Locus primus legitur *Hist. Nat. Lib. VII Cap. 50*, hunc in modum: *Atque etiam morbus est aliquis, per sapientiam mori.* Quem ita jubet legendum *Heumannus: Itaque etiam morbis est aliquid sapientiæ. Morbis enim quoque quasdam leges natura posuit; quadrini circuitus febres nunquam bruma, nunquam hibernis mensibus, incipere - - .* Consentit cum hac sententia *Cicero de Nat. De. Lib. III Cap. 10.* Tentaverat *Heumannus* medicinam huic loco jam in *Pœciles Tom. I Lib. III pag. 436.* Alter locus est in *Plinii Lib. VII Cap.*
82. *51*, ubi legitur *ægritudo sapientiæ.* Locum omnem, valde depravatum, ita legendo restituit: *Jam signa letalia: in furoris morbo risus; in sapientium vero ægritudine fimbriarum & stragulæ vestis plicatura; in somno etiam neglectum præfandi humoris* (id est, urinæ,) effluvium. Ægritudo *sapientum*, seu sanam servantium mentem, discernitur ab ægritudine vel potius morbo eorum, qui in furorem fuerant acti. Si conferatur *Cornelius Celsus Lib. I Cap. 6, 7.* sanationis illius criticæ facile patescet ratio. Tandem Autor procedit ad *Plin. Lib. XXXV Cap. 2*, ubi hæc verba leguntur intolerabilia: *Ingenia hominum rempublicam fecit*, cum legendum sit: *Ingeniorum*

geniorum horum rempublicam fecit Asinius Pollio. Arguta hæc Pag. 84.
est dictio, exemplis illustrata. Excipit triadem hanc emendationum *Plinianarum Criticæ literariæ Specimen primum*, exhibens *duas Decadas Plagiariorum*, ab ipso horum *Miscellaneorum* editore, *Menckenio*, spicilegii instar post *Thomasii*, *Fabricii*, *Crenii*, *Almeloveenii*, & aliorum, messem collectas. Ubi 87.
suum putavit *Menckenius*, non tantum indicare plagia, sed etiam demonstrare & evincere. Scenam aperit Gallus haud incelebris, *Joannes Ludovicus de Balzac*, multa mutuatus ex uno 96.
Josephi Halli libello *Considerationum fortuitarum*, Anglice scripto, teste *Carolo Ancillonio*. *Franciscus Balduinus Francisco Duareno* objecit turpe plagium, commissum in libro *de sacris Ecclesiæ ministeriis & beneficiis*, in quem ex scriptis *Jo. Calvini de Sacerdotio* multa transtulisse furtim dicitur a *Balduino*. *Calvinus* 99.
ipse & *Theodorus Beza Duarenum* ab hoc crimine absolverunt.
Desiderium Erasmum e scriniis *Ludovici Cælii Rhodigini* nonnihil 104.
transtulisse in librum suum *de Adagiis*, negat Autor. *Orontium Finæum* plagii absolvit. *Samuelis Guichenonii*, Historici
Galliarum præstantissimi, famam vindicat. *Ludovicum* vero 110.
Guyonium, qui *Lectiones diversas* edidit, *Jo. Bodini* vitula sæ- 112.
pius arasse, ostendit. *Bartholomæi Keckermanni* fama labe eadem laborat. *Joannem Maccovium*, Autorem *Collegiorum theologicorum*, rapinæ, in *Molinæi Anatoma Arminianismi* commissæ, accusavit *Guil. Saldenus*; quod an jure sit factum, non disquirit Noster, ipsis quippe, ex quorum collatione id disci possit, libris destitutus. *M. Ant. Majoragium* nihil surripuisse *Petro Victorio*, ostendit adversus eos, qui ex male intellectis *Natalis Comitis* verbis tale quid conjecerant. Copiosus inprimis est Noster in recensendis *Ægidii Menagii*, Gallorum alioqui doctissimi, furtis literariis, quorum a multis suæ ætatis viris doctis, nec id immerito, postulatus est. *Jenkinus Thomasius Philips* in *Historia Atheismi breviter delineata* habet multa, exscripta ex Diss. *B. G. Struvii de doctis Italiæ Naturalistis*. *Victorinus Strigelius* in classe plagiariorum haud minus peperit sibi locum. Disserit posthæc Autor de *Joanne Taisnerio*, *Joanne Baptista Tavernierio*, *Jacobo Philippo Tomassino*, Episcopo Istriensi, *Laurentio*

Valla,

Valla, Emanuele Fernandez Villareal, Laurentio a Villavicentio, qui *Andreæ Gerbardi Hyperii* libros duos integros pro suis edidit, *Nicolao Raimaro Urso*, ac tandem de *Davide Wendlero*, qui Dissertationem *de Piscina Bethesda ad Jo. V, 2*, Vitebergæ A. 1676 editam, pæne totam transscripsit ex *Jo. Frischmuthi*, Præsidis, Vitebergæ A. 1663 habita, *de Piscina Bethesdea* Dissertatione. In calce *Partis* hujus *primæ* offerunt sese Lectori *duæ Guilielmi Cavei ad Ottonem Menckenium Epistolæ*, quibus de doctis viris librisque summorum in Anglia Phœborum eleganter exponitur. Non est nostrum, de Sylloge hac, & de usibus, inde in civitatem eruditam redundaturis, ferre judicium. Id vero partium judicabimus nostrarum, ut in posterum quoque promamus nova, utilia, jucunda, doctisque hominibus placitura. Si cui sint in promtu Dissertationes & Diatribæ, ad hosce corymbos referendæ, ei, non possumus, quin societatem instituti hujus offeramus. Id unum oramus obnixe, ne quis liticulas & res nullius frugis *Miscellaneis* nostris destinare conetur. Ceterum docendi sunt Lectores, prodire hæc *Miscellanea* ipsius sumtibus Editoris; cujus generis libri cum sint rarius in officinis illorum hominum, qui vendunt libros novos, obvii, hinc bene fecerint, qui *Miscellanea* hæc propius inspicere, remque suam recte curari, cupiunt, si per amicos Lipsienses aut ab ipso Editore, aut a *Jo. Frid. Gleditschio*, librario hujus urbis nobili & officioso, hoc sibi, quicquid est libelli, comparaverint.

Prodiit *Tomi quinti Supplementorum ad Nova* hæc *Eruditorum Acta Sectio prima*, hos in compendium missos libros exhibens: 1) *Anonymi* Historiam & Vitam S. Epiphanii, Gallice scriptam, Paris. 1738, 4; 2) *Anonymi* Tomos V Tractationis de vera religione adversus Atheos, Deistas, simulacrorum cultores, Judæos, &c. Gallico sermone scriptæ, Paris. 1737, 8; 3) *Anonymi* Vitam & expeditiones militares Principis Sabaudiæ, *Francisci Eugenii*, Italice exaratam, Venet. 1739, 4; 4) *Nic. Hier. Gundlingii* Solidas Prælectiones in Capitulationem Imperatoriam *Caroli VI*, Germanico sermone compositam, Francof. & Lips. 1741, 4; 5) *Richardi Reynell*, Pharmacopœi Londinensis, de Catalepsi Schediasma, una cum historia mulieris catalepticæ, Londini, 1736, 4; 6) *Caroli Frid. Hundertmark*, Med. D. de Sacchari Saturni usu interno salutari Exercitationem Academicam, Lips. 1741, 4; 7) *Jo. Matthæi Hübschmanni*, Ecclesiastæ Eckartshusensis, celerem Hebræum, Lips. & Isenaci, 1741, 8.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Julii Anno MDCCXLII.

ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΠΕΡΙ ΟΜΟΙΩΝ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΛΕΞΕΩΝ. *AMMONIUS de affinium vocabulorum differentia. Accedunt e MSto ERANIUS PHILO de Differentia significationis, LESBONAX de Figuris grammaticis.*

Lugduni Batavorum, apud Jo. Luzac, 1739, 4. Alph. 2 plag. 20.

Cum Vir Clarissimus *Lud. Casp. Valckenaer Isaaci Vossii Adversaria* versaret, quæ in Bibliotheca Batava Lugdunensi asservantur; accidit, ut, in multis aliis, varias lectiones in *Ammonium de similium vocum differentia* inveniret. Quæ cum eum ad legendum, curatiusque evolvendum, *Ammonii* libellum invitavissent, & ipse hunc ad Græcæ linguæ accuratam scientiam utilem esse vidisset, multis autem locis male affectum jacere; consilium cepit, laudabile prorsus, & felici eventu probatum, hunc librum emendatius edendi, & Commentariis illustrandi suis. Nam, quanquam illius edendi jam olim spes erat a Cel. *Dukero* facta, tamen ea, majoribus Viri Eruditissimi laboribus intercepta, cecidisse videbatur. Sed, ne alienæ tamen falcem messi immittere, fructusque laborum alienorum intercipere, videretur Cl. *Valckenaerius*, consilium suum prius, quam exequeretur, cum Cel. *Dukero* communicandum esse duxit; a quo confirmatus egregie & magis impulsus, *Ammonio* operam dedit, & nunc eum ornatiorem in lucem emisit. Quare non est, quod vehementer dolendum putemus, quod Cel. *Dukeri* opera in eo illustrando non eluxerit; quod quidem faciendum videretur, si ab alio minus perito, & Græcarum

tione Lipsiensi anni 1519. Adjecit Præfationem, annotationesque subtexuit, CHRISTOPH. AUG. HEUMANNUS, D.

Gottingæ, sumtu Hageriano, 1741, 4.

Plag. 7.

Diu desiderata fuit librariis in officinis *Vita Lutheri*, a *Melanchthone* scripta, non recusa scilicet hoc nostro Seculo. Cum igitur scriptorem ea habeat fide dignissimum, ejusque lectio multum utilitatis afferat juvenibus Theologiæ cultoribus, hos diutius carere hoc libello non passus est Cel. *Heumannus* noster. Ut autem ei nonnihil circumdaret ornamenti, & Præfationem præmisit, & annotationes adjecit, & appendicem subtexuit. Et in Præfatione quidem diversas, easque multas, hujus libri editiones recenset, annotationesque suas plerasque docet ex ipsius *Lutheri* scriptis petitas esse ad ea, quorum testem se præbet *Melanchthon*, confirmanda. Ipsam *Lutheri Vitam* in *Paragraphos* dissecuit, sive *Capita*, quorum singula singulas absolvunt materias. In *Annotationibus pag. 3* docet Cel. Editor, veram & antiquam scripturam esse *Lutherus*, quidque id nominis significet, ostendit. *Pag. 4* judicat, pro *Martino*, qui, Constantiensi in Concilio creatus Papa, reformare jubebatur Ecclesiam, sed promissum suum negligebat, eodem Seculo nasci Deum voluisse *Martinum* nostrum, reformatorem & strenuissimum & felicissimum. Similis est *pag. 15* observatio, eodem anno initium reformationis fecisse *Lutherum*, quo (1517) Romæ finitum fuerat sine fructu Concilium reformatorium Lateranense. *Pag. 8* docet, *Lutherum* in monasterio gessisse prænomen *Augustini*. E *pag. 10* discimus, *Occamicæ* sectæ suum nomen quondam dedisse *Lutherum*. Unde natam ipsi fuisse *Occamicam* adversus Papam fortitudinem, Noster conjicit. Ad acrius intemperantiusque scribendi genus *Lutheri* quod attinet, Noster *pag. 20 seq.* id minime laudat, sed tamen probabiliter excusat. Verum satis esto, hæc depromsisse ex *Annotationibus*. Venimus ad Appendicem, in qua exhibetur, & quidem emendatissima, *Petri Mosellani* ad *Julium Pflugium* Epistola, (cujus de

de editionibus in Præfatione differitur,) describens Lipsiensem *Eccii* cum *Carolostadio* & *Luthero* disputationem publicam; cui ipse interfuerat *Mosellanus*. Nec hoc scriptum caret annotatiunculis; quæ, etsi breves sunt, plura tamen ejus loca illustrant.

MISCELLANEA LIPSIENSIA NOVA, AD INcrementum scientiarum, ab his, qui sunt in colligendis Eruditorum Novis Actis occupati, per partes publicata. Edendi consilium suscepit, sua nonnulla passim addidit, Præfationem, qua instituti ratio explicatur, præmisit, FRIDERICUS OTTO MENCKENIUS, Phil. & Jur. Utr. Doctor.

Voluminis I Pars I.

Lipsiæ, sumtibus Autorum, 1742, 8.

Plag. 13.

Qui in *Novis* his *Eruditorum Actis* colligendis edendisque præcipuam ponit operam curamque suam *Menckenius*, novum nunc, de civitate erudita non male merendi, consilium suscepit. Suasu enim hortatuque virorum & consiliis & doctrina valentium *Miscellanea* instauravit, atque viris doctis stadium aperuit, in quo ipsi industriam suam acuere, ac in commoda publica exercere, possint. Floruerunt dudum in Academia Lipsiensi Collegia, *Gellianum*, *Conferentium*, *Anthologicum*, *Philobiblicum*, atque eorum, qui *Eruditorum Acta* adornant. Cœpit olim doctus Vir & doctorum valde studiosus, *Carolus Fridericus Petzoldus*, plenissimum rerum optimarum penu aperire, modesto *Miscellaneorum Lipsiensium* nomine inscriptum, idque A. 1716 inchoavit institutum, omni elegantioris eruditionis apparatu instructum. Operi illi ortum & initia dederunt flores illi, ex *Anthologorum* hortis decerpti, gratum & jucundum naribus etiam delicatissimis odorem, & varietate ipsa suavissimum adspectum oculis, præbentes. Auspicia & fata hujus instituti perspicue ac copiose in Præfatione exposuit *Menckenius*. Norunt eruditi, *Petzoldi* illud Opus *Volumine XII*

Præf. A. 1722 fuisse conclusum, dolentibus iis omnibus, qui eru-
pag. 25. ditæ bene cupiunt civitati. Rogandi sunt Lectores, ne de omni, quod dicitur, texto judicent ex fimbria hac tenui, nec laboris universi pretium ex prima ejus magis particula, quam parte, æstiment. Elaborant ii, qui symbolas conferunt, ut *Miscellanea* restituant, decore priori ac laudibus olim impetratis
27. digna. Ut præcipuam Philosophiæ, Mathematices, rei medicæ, & naturalis, rationem habebunt; ita nec deserta ipsis aut contemta Historiæ, tam sacræ, quam civilis, & literarum fata describentis, antiquitatum omnis generis, Philologiæ sacræ, Criticæ, non aridæ illius & cadaverosæ, sed cui succum atque
28. vitam artes debent ceteræ, studia jacebunt. Abesse ab hoc Opere jubent, quæcunque aut nullam prorsus, aut exiguam, in
29. cognitione rerum utilitatem habent. Vulgaria sexcentiesque dicta hic haud occupabunt locum. Qui igitur in hanc societatem admitti cupit, is non nisi rebus bonis & utilibus, & sibi tanquam propriis, onustus veniat. *Volumina* singula *Partibus*
30. *quaternis* distinguentur. Tempus certum *Partibus* singulis edendis haud definitum est. Efficiet tamen Editor, ut annis singulis singula in lucem *Volumina* emittantur. Non est nostrum, præconiis nobis prospicere. Industriam nostram favor & approbatio lectorum accendet & conservabit. Hæc ad rationem instituti, Præfatione ipsa copiosius repræsentatam. *Parte* hac *prima* continentur sex potissimum capita. *Joannes Christophorus Harenbergius*, S. Th. Doctor, & Scholarum per terras Brunsuico-Luneburgicas Inspector generalis, in expositione succincta *Parabolæ de operariis in vinea, Matth. XX, 1-16*, occupatus est, persuadens lectori, designari die illo, intra quem operarii conducti traduntur in vineam Christi θεανθρώπου, tempus, quod a Christo nato ad templi Hierosolymitani excidium effluxit. Intra illud enim Judæi primo a *Joanne* & discipulis Christi, & ante hos a *Simeone*, *Zacharia*, *Hanna*, aliisque, ad œconomiam novam regni externi cœlorum vocati sunt. Periodo tertia advocati & arcessiti fuerunt ad eam Samaritæ. Quarto intervallo proselytorum quoque portæ, a *Cornelii* centurionis ætate, ratio fuit habita. Tandem usus doctrinæ Christi & charismatum cum gentibus

gentibus quoque fuit communicatus, quæ, in civitatem Christi adscitæ, in primorum numero censitæ fuerunt, quamprimum Judæi murmurantes repudiarunt Jesum, & postremi evasere. Levissimi sunt momenti errata, quæ in hanc Diatriben irrepserunt. Ita enim *pag. 8 lin. 5 epiphonema* legendum est pro *epiphomena; pag. 9 lin. 1 ejusque similes* pro *ejus similes; pag. 14 lin. 27* vacaturos pro *vocaturos; pag. 24 lin. 24 horam tertiam* pro *Romam tertiam.* Sub finem cujusque *Voluminis* parorammata ejusmodi curate emendabimus. Expositioni illi integræ Lector sese accingat oportet, qui argumenta & vim eorum avet pensitare & suffragio dignari. Tum *Joannes Conradus Schwarzius*, S. Th. Doctor, & Gymnasii Coburgensis Director, sed qui sub literis *J. C. S.* latere hic consultum duxit, *Ironiam a Jesu* Pag. 31.
& discipulis ejus abjudicatam exhibuit, progressus per singula Nov. Test. loca, in quibus species ironiæ videtur delitere. Verba illa *Matth. XXVI, 45*: καθεύδετε τὸ λοιπὸν καὶ ἀναπαύεσθε, ita exponit, vertitque in Latinum: *Dormitis in reliquum* (proximum tempus), *& requiescitis?* Non miratur, *Judam* 33.
dici a Jesu ἑταῖρον *XXVI, 50*, siquidem *Judas* omnino erat socius sodalitii paschalis, quod *Josephus* ἑταιρίαν vocat. Verba Jesu *Marc. VII, 9*, per *communicationis* figuram & quæstionis modum exponit hunc in modum: *An* (vos Pharisæi) *bene abrogastis præceptum Dei, ut majorum vestrorum decreta servetis?* Quærit Jesus, an Pharisæi suo in Deum officio satisfaciant. Verba Jesu, *Luc. XI, 41*, perscripta: πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην, sic reddit: *Sed ea, quæ intus sunt*, (interiora animi co- 34.
gitata & consilia,) *misericordiæ plena efficite.* Per *justos, qui pœ-* 35.
nitentia haud indigent, Luc. XV, 7, commemoratos, designari ostendit *justos, quibus peccata sunt remissa, & quos Deus injustitia purgat, tributa filii sui Jesu justitia.* Vindicat deinde loca *Jo. III, 10, VII, 28, 1 Cor. IV, 8, 2 Cor. X, 12, XI, 19.* Verba *2 Cor. XII, 13*: Χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην, includenda 39.
esse parenthesi existimat, complexa quippe formulam, quam urbanitas & communis illorum temporum lepos dictitabat. Huic succedit Commentationi Επιχειρησις Φιλολογικὴ *Christophori Saxii*, Philosophiæ Magistri, in nuperum Franci cujusdam li- 40.

 bellum

bellum *de Incerto historiæ Romanorum antiquissimæ*, sed cujus laboris hic tantum *Partem priorem* legimus, reliquas in his *Miscellaneis* proxime lecturi. Solide Autor hic & eleganter adjumenta recenset, quæ Historia præstat Philosophiæ & Historiæ Philosophia, ac vanitatem eorum recenset, qui ob philosophandi studium præposterum injurii sunt in historicas veritates. Exponit verisimilitudinis historicæ leges, eisque congruenter de priscis Romanorum rebus judicat. Multa omnino & præclara præcepta hic traduntur tum solide, tum diserte, quibus in dijudicandis fontibus, e quibus hauriri solet notitia historica, est utendum. Pyrrhonismo historico, cujus ipse *Bierlingius* coarguitur, obicem ac repagulum hic fuisse oppositum, veritatis historicæ amatores jure suo gaudebunt, inprimis illi, qui historiam Romæ Seculorum quinque priorum
Pag. 79. incertam verentur existimare. Tum vero *Christophori Augusti Heumanni*, omnibus noti nominis, diligentia adamantina labores criticos offert, quibus tribus *Plinii*, qui *Historiam naturalem* scripsit, locis affert medicinam & emendationem. Locus primus legitur *Hist. Nat. Lib. VII Cap. 50*, hunc in modum: *Atque etiam morbus est aliquis, per sapientiam mori.* Quem ita jubet legendum *Heumannus: Itaque etiam morbis est aliquid sapientiæ. Morbis enim quoque quasdam leges natura posuit; quadrini circuitus febres nunquam bruma, nunquam hibernis mensibus, incipere - - .* Consentit cum hac sententia *Cicero de Nat. De. Lib. III Cap. 10.* Tentaverat *Heumannus* medicinam huic loco jam in *Pœciles Tom. I Lib. III pag. 436.* Alter locus est in *Plinii Lib. VII Cap.*
82. *51*, ubi legitur *ægritudo sapientiæ.* Locum omnem, valde depravatum, ita legendo restituit: *Jam signa letalia: in furoris morbo risus; in sapientium vero ægritudine fimbriarum & stragulæ vestis plicatura; in somno etiam neglectum præfandi humoris* (id est, urinæ,) effluvium. Ægritudo *sapientum*, seu sanam servantium mentem, discernitur ab ægritudine vel potius morbo eorum, qui in furorem fuerant acti. Si conferatur *Cornelius Celsus Lib. I Cap. 6, 7*, sanationis illius criticæ facile patescet ratio. Tandem Autor procedit ad *Plin. Lib. XXXV Cap. 2*, ubi hæc verba leguntur intolerabilia: *Ingenia hominum rempublicam fecit*, cum legendum sit: *Ingeniorum*

geniorum

geniorum horum rempublicam fecit Asinius Pollio. Arguta hæc est dictio, exemplis illustrata. Excipit triadem hanc emendationum *Plinianarum Criticæ literariæ Specimen primum*, exhibens *duas Decadas Plagiariorum*, ab ipso horum *Miscellaneorum* editore, *Menckenio*, spicilegii instar post *Thomasii*, *Fabricii*, *Crenii*, *Almeloveenii*, & aliorum, messem collectas. Ubi suum putavit *Menckenius*, non tantum indicare plagia, sed etiam demonstrare & evincere. Scenam aperit Gallus haud incelebris, *Joannes Ludovicus de Balzac*, multa mutuatus ex uno *Josephi Halli* libello *Considerationum fortuitarum*, Anglice scripto, teste *Carolo Ancillonio*. *Franciscus Balduinus Francisco Duareno* objecit turpe plagium, commissum in libro *de sacris Ecclesiæ ministeriis & beneficiis*, in quem ex scriptis *Jo. Calvini de Sacerdotio* multa transtulisse furtim dicitur a *Balduino*. *Calvinus* ipse & *Theodorus Beza Duarenum* ab hoc crimine absolverunt. *Desiderium Erasmum* e scriniis *Ludovici Cælii Rhodigini* nonnihil transtulisse in librum suum *de Adagiis*, negat Autor. *Orontium Finæum* plagii absolvit. *Samuelis Guichenonii*, Historici Galliarum præstantissimi, famam vindicat. *Ludovicum* vero *Guyonium*, qui *Lectiones diversas* edidit, *Jo. Bodini* vitula sæpius arasse, ostendit. *Bartholomæi Keckermanni* fama labe eadem laborat. *Joannem Maccovium*, Autorem *Collegiorum theologicorum*, rapinæ, in *Molinæi Anatoma Arminianismi* commissæ, accusavit *Guil. Saldenus*; quod an jure sit factum, non disquirit Noster, ipsis quippe, ex quorum collatione id disci possit, libris destitutus. *M. Ant. Majoragium* nihil surripuisse *Petro Victorio*, ostendit adversus eos, qui ex male intellectis *Natalis Comitis* verbis tale quid conjecerant. Copiosus inprimis est Noster in recensendis *Ægidii Menagii*, Gallorum alioqui doctissimi, furtis literariis, quorum a multis suæ ætatis viris doctis, nec id immerito, postulatus est. *Jenkinus Thomasius Philips* in *Historia Atheismi breviter delineata* habet multa, exscripta ex Diss. *B. G. Struvii de doctis Italiæ Naturalistis*. *Victorinus Strigelius* in classe plagiariorum haud minus peperit sibi locum. Differit posthæc Autor de *Joanne Taisnerio*, *Joanne Baptista Tavernierio*, *Jacobo Philippo Tomassino*, Episcopo Istriensi, *Laurentio Valla*,

Pag. 84. 87. 96. 99. 104. 110. 112.

Valla, Emanuele Fernandez Villareal, Laurentio a Villavicentio, qui *Andreæ Gerhardi Hyperii* libros duos integros pro suis edidit, *Nicolao Raimaro Urso*, ac tandem de *Davide Wendlero*, qui Dissertationem *de Piscina Bethesda ad Jo. V, 2*, Vitebergæ A. 1676 editam, pæne totam transscripsit ex *Jo. Frischmuthi*, Præsidis, Vitebergæ A. 1663 habita, *de Piscina Bethesdea* Dissertatione. In calce *Partis* hujus *primæ* offerunt sese Lectori *duæ Guilielmi Cavei ad Ottonem Menckenium Epistolæ*, quibus de doctis viris librisque summorum in Anglia Phœborum eleganter exponitur. Non est nostrum, de Sylloge hac, & de usibus, inde in civitatem eruditam redundaturis, ferre judicium. Id vero partium judicabimus nostrarum, ut in posterum quoque promamus nova, utilia, jucunda, doctisque hominibus placitura. Si cui sint in promtu Dissertationes & Diatribæ, ad hosce corymbos referendæ, ei, non possumus, quin societatem instituti hujus offeramus. Id unum oramus obnixe, ne quis liticulas & res nullius frugis *Miscellaneis* nostris destinare conetur. Ceterum docendi sunt Lectores, prodire hæc *Miscellanea* ipsius sumtibus Editoris; cujus generis libri cum sint rarius in officinis illorum hominum, qui vendunt libros novos, obvii, hinc bene fecerint, qui *Miscellanea* hæc propius inspicere, remque suam recte curari, cupiunt, si per amicos Lipsienses aut ab ipso Editore, aut a *Jo. Frid. Gleditschio*, librario hujus urbis nobili & officioso, hoc sibi, quicquid est libelli, comparaverint.

Prodiit *Tomi quinti Supplementorum ad Nova* hæc *Eruditorum Acta Sectio prima*, hos in compendium missos libros exhibens: 1) *Anonymi* Historiam & Vitam S. Epiphanii, Gallice scriptam, Paris. 1738, 4; 2) *Anonymi* Tomos V Tractationis de vera religione adversus Atheos, Deistas, simulacrorum cultores, Judæos, &c. Gallico sermone scriptæ, Paris. 1737, 8; 3) *Anonymi* Vitam & expeditiones militares Principis Sabaudiæ, *Francisci Eugenii*, Italice exaratam, Venet. 1739, 4; 4) *Nic. Hier. Gundlingii* Solidas Prælectiones in Capitulationem Imperatoriam *Caroli VI*, Germanico sermone compositam, Francof. & Lips. 1741, 4; 5) *Richardi Reynell*, Pharmacopœi Londinensis, de Catalepsi Schediasma, una cum historia mulieris catalepticæ, Londini, 1736, 4; 6) *Caroli Frid. Hundertmark*, Med. D. de Sacchari Saturni usu interno salutari Exercitationem Academicam, Lips. 1741, 4; 7) *Jo. Matthæi Hübschmanni*, Ecclesiastæ Eckartshusensis, celerem Hebræum, Lips. & Isenaci, 1741, 8.

N. IX.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ
Calendis Julii Anno MDCCXLII.

ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΠΕΡΙ ΟΜΟΙΩΝ ΚΑΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΛΕΞΕΩΝ. *AMMONIUS de affinium vocabulorum differentia. Accedunt e MSto ERANIUS PHILO de Differentia significationis, LESBONAX de Figuris grammaticis.*

Lugduni Batavorum, apud Jo. Luzac, 1739, 4.
Alph. 2 plag. 20.

Cum Vir Clarissimus *Lud. Casp. Valckenaer Isaaci Vossii Adversaria* versaret, quæ in Bibliotheca Batava Lugdunensi asservantur; accidit, ut, in multis aliis, varias lectiones in *Ammonium de similium vocum differentia* inveniret. Quæ cum eum ad legendum, curatiusque evolvendum, *Ammonii* libellum invitavissent, & ipse hunc ad Græcæ linguæ accuratam scientiam utilem esse vidisset, multis autem locis male affectum jacere; consilium cepit, laudabile prorsus, & felici eventu probatum, hunc librum emendatius edendi, & Commentariis illustrandi suis. Nam, quanquam illius edendi jam olim spes erat a Cel. *Dukero* facta, tamen ea, majoribus Viri Eruditissimi laboribus intercepta, cecidisse videbatur. Sed, ne alienæ tamen falcem messi immittere, fructusque laborum alienorum intercipere, videretur Cl. *Valckenaerius*, consilium suum prius, quam exequeretur, cum Cel. *Dukero* communicandum esse duxit; a quo confirmatus egregie & magis impulsus, *Ammonio* operam dedit, & nunc eum ornatiorem in lucem emisit. Quare non est, quod vehementer dolendum putemus, quod Cel. *Dukeri* opera in eo illustrando non eluxerit; quod quidem faciendum videretur, si ab alio minus perito, & Græ-

 carum

carum literarum eruditione minus tincto, quam a Cl. *Valckenaerio*, productus esset. Etenim in eo edendo ita versatus est, ut, etsi antea, uti constat, *Ammonius* erat omnibus Græcæ linguæ studiosis apprime utilis, qui proprietatem vocabulorum differentiamque, in intelligendis Autoribus necessariam, egregie maximam partem demonstraverit, tamen, *Valckenaerii* opera multo ad percipiendos istos fructus accommodatior, & ad lectionis jucunditatem opportunior, factus, exsplendescat. Quod quidem paulo post, speciminibus quibusdam editis, demonstrabimus. Nunc autem, quibus partibus ornatior *Ammonius* prodierit, quam antea, paucis exponendum videtur.

Clarissimus Editor, etsi, ἄτακτον librum hunc scriptum fuisse, putat, tamen priorum Editorum autoritatem sequi cupiens, & commoditatem videns, ordinem literarum retinuit. Editionem *H. Stephani* potissimum secutus, tamen, quo correctiorem daret *Ammonium*, alias veteres editiones, magna ad emendandos Autores adjumenta, adhibuit. Sunt autem: editio *Ammonii* prima, ab *Aldo* procurata, a qua, etsi reliquæ sunt, tanquam a capite suo, derivatæ, tamen non parum, sine scriptorum Codicum autoritate, recesserunt; inprimis vero *Stephanus* in ea, quam hæc nostra expressit, lectiones *Aldinas* mirum quantum immutavit; Veneta prima, Dictionario Græco-Latino & *Cyrilli* Opusculo subjuncta, & A. 1497 ex *Aldi* officina progressa; altera Veneta, A. 1524, una cum *Phrynicho*, *Thoma Magistro*, & *Moschopulo*, *Aldi* & *Andreæ Asulani* operis elaborata. Has editiones veteres appellat; ex iis scripturæ varietatem sedulo excerpsit: Parisina A. 1521, Basileensis A. 1522, *Valentini Curionis* typis nitide exscripta, Basileensis, *Valentini Curionis*, A. 1525; Parisinæ A. 1530 & 1552, quarum illa mendis typothetarum omnium maxime fœdata est, hæc autem, a *Stephano* fere expressa, multo melior, Lexico Græco-Latino, a *Jac. Tusano* locupletato, in fine adjuncta reperitur. Omnium autem, si a prima *Aldi* discesseris, optimam invenit *Joannis Frellonii*, editam Lugduni A. 1553, quam tamen paulo serius, cum jam esset in litera *I* occupatus, accepit. Hæc editio non pauca subministravit emendata, quæ in ceteris omnibus fuerunt vitiosa, nisi quod Basileensis A. 1554 ab ea fere nusquam recedit; ita,

ut

ut apparuerit, viri haud indocti eam conjecturis esse emaculatam. MStis Bibliothecæ Lugdunensis usus est, conjecturas doctorum virorum adjecit, in quibus præcipue *Scaligeri* & *Jo. Vossii* eminent. Et, cum viderentur veteres Grammatici & Lexicographi multum posse adjumenti, tum in emendando, tum in illustrando, afferre, eos diligenter evolvit, & locos v. c. *Thomæ Magistri, Ptolemæi Ascalonitæ, Eranii Philonis, Cyrilli* in Lexico inedito, *Eustathii, Moschopuli, Phavorini, Etymologi M.*, commemoravit. Quæ meliora videbantur, e MStis profecta, in textum reduxit; quibus tamen, non tam religiosus fuit, quin interdum, ubi res & ratio poscere videretur, conjecturas doctorum virorum præferret. Suas autem, timore quodam, nimis fortasse modesto, etsi veras, in textum inculcare non sustinuit. In Metricis *Menandreas Bentleji* emendationes probavit. Ceterum Vir Cl. interpretationem Latinam non addidit, ratus, neminem fore, qui, si tam hospes Græcæ linguæ esset, ut ne hunc quidem tam facilem libellum intelligeret, ad eum legendum esset accessurus. Jam vero Præfationem eam præmisit, quæ eruditioni Viri elegantissimi, & libri utilitati, perquam belle respondet; ex qua, quoniam, quæ ibi disserit, bene huc conveniunt, pauca quædam huc transferemus. In ea Pag. 13.
itaque de Autore hujus libri ita disputat, ut, *Ammonium* sine dubio eum esse, dicat. Quanquam enim multi, *Herennio Philoni* eum tribuendum esse, putant, quod *Eustathius* ad *Homerum* multa, *Herennii Philonis* nomine, iisdem verbis in medium afferat, quibus in hoc libro leguntur, tamen, quoniam fieri potuerit, ut ex uno eodemque fonte uterque hauriret, ex eo, 14.
Ammonio hunc librum non esse abjudicandum, arbitratur; præ- 16.
sertim cum MSta constanter *Ammonium* agnoscant. Huc accedit, quod *Aristophanis* Scholiasta doctissimus, idemque antiquissimus, quædam ex hoc libro commemorat, & ad *Ammonium* refert. Hic autem *Ammonius* floruisse videtur primo post 17.
Christum natum Seculo ad finem inclinato; quod, qui ab eo nominantur Grammatici, ante *Augustum*, eo imperante, usque 18.
ad *Tiberium* vixerunt; deinde, quod *Heraclidem* Grammati- 19.
cum vocat ἡμέτερον, hoc est, ut Cl. Editor conatur ostendere,

præceptorem suum. Vixit autem is *Augusto* imperante. *Ammonii* consilium fuit, differentias vocabulorum, quæ antiquis temporibus discreta multum, recentioribus autem confusa promiscue usurpabantur, explicare, & e probatissimis antiquæ ætatis scriptoribus illustrare. Fuit enim tum tempus illud, cum Græcus sermo, patrios fines egressus, externis ac barbaris & verbis se oblineret & moribus, & pristinam suam sanitatem amittere inciperet.

Huic *Ammonio* Opuscula quædam adhuc inedita adjunxit, quæ insignem quandam utilitatem Græcæ linguæ studiosis videbantur allatura. Sunt autem: *Eranii Philonis* libellus *de Differentia significationis*, qui iisdem pæne verbis *Ammonii* sententiam, sed in paucioribus vocibus, descripsit; *Lesbonax de Figuris grammaticis*, utilissimus ad Græci sermonis facultatem liber, quem olim *Leo Allatius* edere voluit, & *Salmasius* in libro *de Hellenistica* sæpissime laudavit; incerti Scriptoris *de Solœcismis & Barbarismis* capita; Lexicon *de Spiritibus dictionum*, e Codice MSto *Vossiano* annorum circiter quadringentorum. Sed satis de Præfatione. Nunc ipsas Notas, age, & Commentarios, intuebimur, &, quales sint, quibusdam locis proferendis ostendemus. In Notis, textui subjectis, breviter de scriptura Codicum agit, conjecturas affert, locos explicat, & breviter illustrat. In Commentarios autem, ad finem rejectos, ea transtulit, quæ majoris disputationis esse & disquisitionis videbantur.

Quanti sit facienda sobria illa in emendandis locis corruptis diligentia & solertia, nemo est, qui Autores veteres paulo accuratius legerit, quin sciat. Et, quemadmodum ea corrigendi prurigo, quæ in sanos locos sine necessitate involat, culpanda est, valdeque reprehendenda, sic critica conjectandi audentia in locis suspectis non potest non probari. Jam, quam feliciter interdum conjecerit Cl. Editor, hæc exempla sunto. *Pag. 6 Ammonii* legitur: τὸ ἐν τισιν ἐπιδιστάζειν, quod emendat: ἔτι διστάζειν. *Pag. 6* in *v.* ἄινος exhibetur ... κατὰ ἀναπόλησιν μυθικὴν, quæ vox cum sit intellectu difficilis, seu potius nulla, sensui convenientem, & literarum vestigiis erutam, conjecturam affert: κατὰ ἀνάπλασιν μυθικήν. *Pag. 24* legitur in

textu:

textu: Ἀράχνη καὶ Ἀράχνιον διαφέρει. Sed, cum hæc eadem sint, & telam araneorum proprie significent, ceterorum Grammaticorum autoritate, qui ἀράχνης exponunt *araneus motus*, rescribendum judicat: Ἀράχνη καὶ ἀράχνιον Ἀράχνης διαφέρει. *Pag.* 32: βρύκειν καὶ βρύχειν διαφέρει. βρύκειν μὲν γὰρ διὰ τοῦ κ, τοῖς ὀδοῦσι. βρύχειν δὲ διὰ τοῦ χ, ἐπὶ λέοντος τὸ βρύχεσθαι. Hæc, sine dubio mutila, ita sanitati restituenda putat: βρύκειν καὶ βρύχειν διαφέρει. βρύκειν μὲν γὰρ διὰ τοῦ κ, τὸ ἐσθίειν. βρύχειν δὲ διὰ τοῦ χ, τοῖς ὀδοῦσι. ἐπὶ δὲ λέοντος τὸ βρυχᾶσθαι. Nam Grammaticis & Lexicographis Autoribus βρύχειν est τοῖς ὀδοῦσι τρίζειν. βρύκειν autem, interprete *Schol. Aristoph. Lysistr.* 367, τὸ ἐσθίειν. βρυχᾶσθαι autem de leonibus semper, non autem βρύχεσθαι, dicitur. *Pag.* 44 διαπολιτεύεσθαι καὶ ἀντιπολιτεύεσθαι διαφέρει. Διαπολιτεύεσθαι μὲν γὰρ λέγουσι τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως. Ἀντιπολιτεύεσθαι δὲ τοὺς ἐξ ἑτέρας δι' ἑτέρας ἀντιδιαστατοῦντας ἀλλήλοις. In hoc cum interpretationem τοῦ ἀντιπολιτεύεσθαι, ἀντιδιαστατοῦντας non convenire putet, legit: ἀντιδιαπολιτεύεσθαι. Namque eadem forma *Hesychius* ἀντιδιαστέλλεται, ἀντιδιίστησιν, & plurima. Jam, etsi officio Editoris & Critici satis luculenter defunctus erat Vir Cl., cum, quæ ad textum intelligendum necessaria erant, in animadversionibus, textui subjectis, exposuerit, tamen etiam Animadversionum libros addidit, in quibus multa cum ad hunc librum intelligendum, tum ad alios Autores, egregia protulit. Præclare de voce ἀγχιστεὺς & ἀγχιστεία disserit, & primo ostendit, id æque ac Latinum *proximus* metaphorice usurpari. *Trachin. Sophocl.* v. 259: ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους. *Phædrus: culpæ proximus.* Deinde jus ἀγχιστείας apud Athenienses involutum sane & perobscurum explicat. Si quis moriebatur Athenis intestatus & sine liberis, proximi ἀγχιστεῖς hæreditatem adibant; quare eos, non secus ac liberos, mortuis oportebat justa ἀγχιστικὰ δίκαια facere; ac propterea ταφῆες & κηδεσαὶ vocabantur. Tertio ἀγχιστεὺς dicebatur, qui virgini ἐπικλήρῳ genere proximus erat, eamque in matrimonium ducere tenebatur lege *Solonis*; isque hinc dicitur ἀγχιστίνδην γαμεῖν. Sed non solum est propter egregiam Græcæ antiquitatis scientiam, quod hæc disputatiuncula

Pag. 4.

tatiuncula ſe omnesque ejus animadverſiones commendent, verum etiam propter quandam ſagacitatem & *εὐστοχίαν*, quam in multis veterum Autorum locis emendandis probavit. Sed, ut in hoc loco maneamus, Vir eruditus feliciter emendat corruptam *Heſychii* gloſſam: *Ἀγχιστίνδην ὀμνύων ἐγγὺς τῶν βωμῶν παρὰ Σόλωνι*, ita, ut, duas in unam coaluiſſe, dicat, easque ſic dividat: *Ἀγχιστίνδην ..... παρὰ Σολωνι. Ἀγχ᾽ ἱστίην ὀμνύων, ἐγγὺς τῶν βωμῶν.* Et locum *Demoſthenis adv. Macart. pag. 667 C.* conſtituit, cum pro: *τὰ πάτρια τοῖς ἀποφθινομένοις ἐνικνεμενα ἡμεραιτελεῖν τὰς ποθήκοντας*, diviſis vocibus, legit: *ἐν ἱκνεμένᾳ ἡμέρᾳ τελεῖν*, hoc eſt, *ἐν ταῖς καθηκέσαις ἡμέραις*, ut paulo poſt Orator dicit. Ex iſtis autem ſpeciminibus apparet, quam circumſpecte, & feliciter tamen, emendet Vir eruditus; quare mirabamur, quomodo acciderit, ut a ſuo more receſſerit, & locum *Orphei Argonaut. v. 221* emendandum exiſtimaverit, cum nulla in MStis varietas exſtiterit, nulla viris doctis mendi ſuſpicio inciderit unquam, nec ulla ad corrigendum neceſſitas impellat. Eſt autem is:

Αυτὰρ δὴ πελίαο Φεράιοθεν ἦλυθ᾽ ἄνακτος
Ἀγχιστεὺς· νηὸς γὰρ ἐπ᾽ ἀργώας γεγένητο,
Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ᾽ ἡρώεσσιν ἐλάσσαι.

Sic autem commutat:

Αυτὰρ δ᾽ Αισονίδαο Φεραίοθεν ἦλυθ᾽ Ἄκαστος
Ἀγχιστεὺς· νηὸς γὰρ ἐπ᾽ ἀργώας τε γέγηθεν
Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ᾽ ἡρώεσσι πελάσσαι.

Lubens enim voluit una cum Heroibus Argoa navi ad inhoſpitalem Phaſin accedere. In his *Ακαστος*, a Cel. *Burmanno* ad *Valerium Flaccum* prolatum, recepit, in ceteris autem ſuo ingenio permiſit. Atque illud quidem *Ακαστος* omnium veriſimillima eſt, cum propter nominis neceſſitatem, quod hic deeſſet, tum propter literarum ſimilitudinem, correctio. Sed in ceteris videat, ut ſuam cuiquam ſententiam poſſit probare. Nam, ut ab eo incipiamus, quod tanquam fundamentum totam emendationis cauſam ſuſtinet, *Ἀγχιστεὺς* negat poſſe de filiis dici, ſed tantum proximis convenire affirmat propinquis, qui in hæreditatem liberis vacuam lege

lege agere, eamque adire, possunt. Quod quanquam negari non potest; tamen etiam hoc velimus nobis dari, si ἀγχιστεία de hæreditate liberorum in bonis paternis dicatur, τὸ ἀγχιστεὺς etiam de filio, patris sui hærede, poni posse. Atqui ἀγχιστεία ita est apud *Aristophanem* Ὀρνιθ. *1660*: Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν, παίδων ὄντων γνησίων. ἐὰν δὲ παῖδες μὴ ὦσι γνήσιοι τοῖς ἐγγυτάτω τοῦ γένους μετεῖναι τῶν χρημάτων. Ex quo loco cognosci illud etiam potest, non necesse esse, ut in *Ulpiano* in *Demosth. Orat. in Leptin. pag. 374 C.* pro ἐγγυτάτω γένει emendetur ἐγγύτατα τῷ γένει; præsertim cum apud *Demosthenem adv. Macart. pag. 669 B.* reperiatur: τοὺς γένει ὄντας ἐγγυτάτω ἀγχιστείᾳ, τούτους ἐξελαύνοιεν. Si quid tamen sit, adjiciendum videtur τῷ. Sed, ut eo redeat, unde est digressa oratio, ἀγχιστεὺς pro hærede legitimo in loco *Orphei* positum esse existimamus. Nam *Acastus* unicus erat *Peliæ* filius, ad quem aliquando regnum posset venire. Quod si bene est, ἀγχιστέα patris posse nominari filium, illa emendatio: Αἰσονίδαο jam simul labefactata concidit. In iis quoque, quæ sequuntur: νηὸς γὰρ ἐπ' ἀργώας τε γέγηθεν, liceat nobis modeste a Viro docto dissentire. Manifeste enim particula τε inculcata & abundans, non habebit, neque in antecedentibus, neque in sequentibus verbis, ad quod possit referri. Non est autem hæc Græcorum Poetarum consuetudo seu inopia, quemadmodum vulgo existimari solitum, ut sic sine sensu complementi tantum causa particulas hujusmodi versibus suis inserant, & tanquam inferciant. Deinde non est, quare γεγένητο in τε γεγηθε possit mutari, cum nulla literarum similitudo, nulla sensus necessitas, reperiatur. Nam, cum Poeta dixisset, post alios heroas venisse etiam *Acastum*, Regis filium; quoniam suspicari quis poterat, spectandi tantum causa eum adfuisse, cum non credibile esset, Regem navi tam infidæ unicum suum filium commissurum fuisse, qui totam navigationem ad *Jasonis* ceterorumque vectorum interitum comparasset, subjicit: *Venerat autem ille ad Argoam navim, ut una cum heroibus in Phasin inhospitalem navigaret.* Ad extremum quis rationem Viri Cl. probet, cum ἐλάσσαι in πελάσσαι transformat? Ἐλαύνειν & ἐλάειν de

de navigatione sæpius dicitur & longe elegantius τῷ πελάζειν. Aristophanes ἱππ. 1179 ἵνα τὰς ναῦς ἐλαύνωμεν καλῶς. Et simpliciter pro navigare Homerus Od. μ.: μάλα σφοδρῶς ἐλάαν. Phasis autem pro terra Colchica, solenni Poetarum more, fluvios pro regionibus, in quibus fluunt, ponendi, dicitur. Quibus rebus omnibus inducti, Virum doctum, existimamus, eam nobis libertatem concessurum esse, ut emendationem ejus ab Orpheo prohibendam esse judicemus. Sensus autem totius loci esse videtur: *Tunc vero Pheris venit Acastus, Regis Peliæ filius unicus & hæres. Venerat autem ille propterea ad navem Argoam, ut una cum heroibus in Phasin inhospitalem inveheretur.*

Pag. 29. Sed ad alia pergimus. Explicat Cl. Editor, quæ vis & potestas fuerit verbo προσήλυτος subjecta. Verba Ammonii sunt: Ἐξελεύθερος ὁ διὰ τὰ χρέα γενόμενος προσήλυτος. In vocis προσήλυτος sensu exponendo, cum multa a summis viris, Salmasio & Heraldo, antea disputata essent, ea autem non satis certe firmiterque stare viderentur; rationem habuit Vir Cl., quomodo melius posset accuratiusque cum vocis ἐξελεύθερος, tum προσήλυτος, vis definiri. Atque ita quidem disputat: Qui Athenis solvendo non essent, lege, postea ad Romanos translata, a creditoribus domum duci, ἀγώγιμοι γίνεσθαι, & servilibus negotiis administrandis adhiberi, solebant. Qui homines quoniam capite deminuti inquilinorum in statum deveniebant, dominorum acerborum, aliorumque hominum, libidini & ludibrio opportuni, miserrima erant & contemtissima conditione. Hæc autem indicare videntur verba Ammonii: ἐξελεύθερος ὁ γενόμενος διὰ τὰ χρέα προσήλυτος, *qui ob æs alienum*, civitatis jure privatus, *inquilinus factus est*. Hæc autem significatio vocis προσήλυτος recentioris ævi est, quo προσήλυτοι, ἐπήλυτοι, συνήλυτοι, dicebantur, quos veteres ἐπήλυδας & συνήλυδας, *advenas*, *convenas*, appellabant. Ἐπήλυδες sunt μέτοικοι opposite ad *indigenas*. Ad hunc usum opportunus est Scholiasta ad *Apollonii Rhodii Argon. I v. 834*: πλανᾶσθαι περὶ τὰς πόλεις ἀτημελήτως καθάπερ προσηλύτους. Ibidem: Ἐν ἁπάσαις ταῖς πολιτικαῖς κοινωνίαις, καθάπερ
110. μετοίκους διατρίβειν καὶ προσηλύτους. Μέτοικοι seu *inquilini* sunt,

sunt, qui, relicta urbe patria, Athenis habitant. Antiquo tempore μετανάσαι dicebantur, ut patet ex *Homeri Il. I v. 642*, ubi μετανάστην vetus Interpres MStus expressit per μέτοικον Hi Athenis, autore *Eustathio*, τὸ μηδὲν σχεδὸν ἦσαν, a Comicis frequenter derisi. Πολλάκις καὶ συνεστράτευον τοῖς Ἀθηναίοις, ut refert *Ammonius*. Μετοίκιον debebant τιθέναι singuli quotannis δραχμὰς δέκα. Ab hoc immunes dicebantur ἰσοτελεῖς. Nam, si qui ex iis virtute exstarent meritisque præstantes, tributis & sordidis muneribus liberati, iisdem pæne, quibus Athenienses ipsi, honoribus & privilegiis utebantur, ac propterea vocabantur ἰσοτελεῖς. *Hesychius*: ἰσοτελεὶς ὁ ἐξελεύθερος καὶ μετέχων τῶν νόμων, μετοίκιον δὲ ὁ φέρων. Dicebantur & ἀσόξενοι. Ex his speciminibus colligi potest sine dubio, quantum pretium huic *Ammonii* editioni statuendum sit, quanta Viri Clarissimi in Græcis literis sit eruditio, quam in eo præcipue ostendit, cum demonstravit, qua in re vere, ubi falso, judicaverit *Ammonius*, quæ dictio Græca probatis scriptoribus usitata, quæ differentia usu confirmata, consistat. Vid. Διαβόντες, Επιβόντος. Εσχάρα, Αρπάγη. Αλοιᾶν & Αλοᾶν. Ευφυής. Ολίγον & Μικρόν. Et summum scilicet hoc ejus consilium fuit, ut in Animadversionibus bonitatem locutionum & vocum Græcarum demonstraret & refutaret; quod *Grævius*, Vir summus, in illustrando *Luciani Pseudosophista* propositum sibi habuit.

ADRIANI A CATTENBURCH, S. S. THEOLOgiæ inter Remonstrantes Professoris, Syntagma sapientiæ Mosaicæ, in quo multa ex prioribus Mosis Libris eruuntur contra Atheos, Deistas, & Libertinos, variaque illustrantur de antiquitate multarum artium & scientiarum.

Amstelædami, ex officina Martini Schagen, 1737, 4.

Alph. 2.

Britannorum, interque eos præ ceteris *Roberti Boyle*, merita, quibus veritatem doctrinæ Christianæ confirmare studuerunt, sacra æmulatione *Cattenburchium*, in orbe literario dudum

clarissimum, inflammarunt. Subiit animum ea cogitatio, fierine possit, ut ad capita religionis confirmanda ex monumentis, a *Mose* literis consignatis, depromi argumenta possent. Nec Virum doctissimum concepta spes fefellit. Ut autem antiquitatem scriptorum *Mosaicorum*, integritatemque eorundem, evinceret, fuerunt varia immiscenda, quæ primo intuitu aliena, atque ab instituti ratione disjuncta, possent videri. In ipsis inprimis enarrationibus, & filo historiæ Reipublicæ, digna Autore afferuntur, veritasque adstruitur factorum, quæ *Moses* exposuit. Ita nempe disputat Vir Clarissimus: Cum nemo non *Mosen* teneatur agnoscere solertissimum virum, quidni credendum sit, ab ipso literis potuisse consignari res gestas, de quarum fide ipsa plebecula poterat judicare? Legatur modo in posterioribus *Capitibus Geneseos* historia *Josephi;* tota Ægyptus *Mosen*, si fuisset ficta, potuisset falsitatis redarguere, uti & omnes gentes vicinæ, si non vera fuissent, quæ tradit de strage *Pharaonis* cum exercitu, & incolumi Israelitarum transitu per mare rubrum. Sed, quæ, positis in adverso litore castris, mox evenerunt, & ab ipso describuntur, quanto robore militant ad comprobandum, *Mosen* a summo Numine afflatum, inque operibus suis fuisse gubernatum! Divinitatem scriptorum *Mosis Cattenburchius* porro exinde probandam putat, quod tam artificiosa admirabilisque tabernaculi descriptio in iis contineatur. Iis enim neque temporibus, neque subsequentibus, tam exquisiti ingenii opus esse exstructum, declarat; hinc historiam artium, speciatim Architecturæ, repetit altius. Animum sane ad hæc advertenti, nostra quidem sententia, aliquid probabilitatis occurrit; certi autem quid cum *Cattenburchio* statuere, eamque ob causam divinitatem adscribere *Mosis* scriptis, haud licet. Probe vero observat, in *Geneseos* libro variarum artium & scientiarum exstare vestigia, de quibus nulla apud veteres injicitur mentio. Suffecerit monere, ut vel ad vestimentum, quo *Jacobus Josephum* ornavit, lector respiciat; quam varia occurrunt ad illud conficiendum necessaria! Vox *versicolor* determinat artem omnem tinctoriam. Si opere *Phrygionio* fuerit vestimentum adornatum, quam exquisitam oportuit fuisse ejus materiam, & quanta arte elaboratam! Ne dicamus de arte

plumaria,

plumaria, de filis ex auro argentove conficiendis, metallis effundendis, formandisque rebus ſtupendis, v. c. Cherubinis, de quibus in *Exodo* curate omnia tradita ſunt. Nec prætermiſit illuſtranda *Cattenburchius* Reipublicæ inſtituta, legesque, tam morales, quam cerimoniales. Nec ſicco tranſit pede vaticinia, a *Moſe* prolata, divini afflatus vera teſtimonia. Ut autem ſigiliatim hujus libri argumenta præcipua ordine aperiamus, quid boni ſecum ferant Capita ejusdem ſingula, dicemus. *Libri I Caput I* agit de *Moſe*, ejusque eximiis dotibus; *Caput II* de literarum inventione; *Caput III* de variis mediis memoriam rerum conſervandi; *Caput IV* de antiquitate *Moſaicorum* ſcriptorum; *Caput V* de certitudine ſcientiæ *Moſis*, ejusque fidelitate; *Caput VI* aſſerit, *Moſen* eſſe autorem Pentateuchi. *Caput VII* de modo revelationis *Moſi* factæ, de ſomniis, viſionibus, vaticiniis, oraculis, divinationibus, item de Urim & Thummim, agit. *Libri II Caput I* de ſcientia *Moſis* Chronologica & Genealogica inſcriptum eſt; *Caput II* de ſcientia *Moſis* Geographica, & itineribus Patriarcharum; *Caput III* de philoſophica *Moſis* ſcientia, item Aſtronomica; *Caput IV* de *Moſis* ſcientia theologica, juridica, politica, medica, poetica; *Caput V* de *Moſis* architectonice, exponit. *Libri III*, rebus ſacris dicati, *Caput I* agit de ſacrificiis; *Caput II* de altaribus, titulis, ſeu monumentis, & lucis; *Caput III* de purificationibus; *Caput IV* de fœderibus; *Caput V* de juramentis & votis; *Caput VI* de decimis; *Caput VII* de circumciſione; *Caput VIII* de Theraphim. *Libri IV*, de rebus publicis civilibus agentis, *Caput I* eſt de imperio, ejusque partibus, vel officiis, de origine civitatis, aliisque rebus, huc ſpectantibus; *Caput II* de judiciis & ſuppliciis; *Caput III* de muneribus aulicis; *Caput IV* de armis militaribus, deque caſtrametatione. *Libri V*, res civiles continentis, *Caput I* de matrimonio agit, ejusque ritibus; *Caput II* de conviviis, rebusque ad apparatum victus ſpectantibus, deque hoſpitalitate; *Caput III* de ſervis; *Caput IV* de mercatura; *Caput V* de metallis, eorumque uſu, re nummaria, annulis, armillis, ſigillis, &c.; *Caput VI* de artibus fabrorum auri, argenti, & æris, variisque operibus, factis ex metallis, de Cherubinis, &c.; *Caput VII* de gemmis in ephodo & pectorali, & arte ſculpendi in iis, item de tabulis Decalogi; *Caput VIII* de veſtimen-

tis, quorum fit mentio in *Libro I Mosis*, de variis artibus in adornando illorum apparatu, speciatim de arte tinctoria, de re vestiaria, aliisque artibus, in *Libri II Mosis Cap. IX* commemoratis, de luctu, ejusque signis, de sepulchris, ritibusque sepeliendi. Officii exigit ratio, ut penitius dispiciamus de una alteraque ex dictis materia. Contemplaturi sumus *Libri III Caput VIII*, ubi de Theraphim sermo est Autori nostro. Statim in limine de vocis Theraphim significatione agitur, excitantur eruditorum derivandi eam rationes, *Pfeifferi* in *Dubiis vexatis*, *Clerici*, Paraphrastæ ad *Genes. XXXI, 19*, *Antonii van Dalen*, *de Dieu*, aliorum. Noster, quæ conjectura præ ceteris eligenda sit, nec ne, disquirens, *§. 2* de forma Theraphim ancipitem instituit disputationem, hoc dixisse contentus, omnia esse de ea incerta. Num ita exiguæ fuerint imagunculæ, sicut Urim, quod contendit *Spencerus* ad exemplar Theraphim factum fuisse, id Noster admodum ait esse dubium; uti nec firma fide amplectendum, quod multi tradunt, illas retulisse humanam speciem, vel hominis faciem. Hæsitat autem *Cuttenburchius*, nihilque addit, quam expositionem sententiarum diversorum interpretum. Rejicit tamen *Spenceri* hypothesin, nempe similitudinem inter Urim & Theraphim, & vetustissimum eorum usum apud Ægyptios, quem passim ille tradit ut indubitatum, nullo collectum hunc esse argumento solido, pronuntians. Theraphim vero non fuisse Ægyptiacæ, sed Chaldaicæ, aut Syriacæ potius, originis, nobis persuadet historia, quæ *Genes. XXXI* commemoratur, & primam eorum videtur facere mentionem *vers. 19, 30, 32, 34, 35*. Syros Theraphim maximo in pretio & honore habuisse, illo loco *Laban*, qui vocatur Syrus, docet sua querela de eorum ablatione, fervida pervestigatione facti, & præcipue quod eos *vers. 30* nomine suorum Deorum *Elohim* insignire dignetur, hic & profundam reverentiam testetur erga Deum *Abrahami*. Accedimus ad *§. 4*, ubi de usu & natura Theraphim agitur. *Ludovicus de Dieu* ad *Gen. XXXI, 19*, Deos penates Theraphim fuisse, judicat, qui ad tuendam amplificandamque rem domesticam colerentur. Has imagines ad certum stellarum positum fuisse confe-

ctas,

ctas, & cœlestia iis inscripta signa, idque superstitionis genus Syris pariter atque Amonitis solenne fuisse, tam Scriptores a *Cattenburchio* citati, quam *Michaelis* in Notis ad *Gaffarellum* de Curiositatibus inauditis, produnt. Varias quoque altiorum figurarum exsculptas imagines fuisse fatidicas, communi eruditorum calculo est approbatum, quamvis hoc de Theraphim sollicitetur. Sane in divinationibus de rebus ambiguis usum Theraphim ipso *Ezechielis* tempore substitisse, comprobat abunde Regis Babyloniorum exemplum *Ezech. XXI, 21.* Conf. *Zachar. X, 2.* Noster *§. 5* rejicit opinionem, qua, tradita fuisse responsa tam a bonis, quam malis, spiritibus per Theraphim, affirmatur. Ad fidem conciliandam sententiæ *Spencerus* & reliqui, contra quos insurgit *Cattenburchius*, perhibent, Deum interdum per Theraphim oracula reddidisse, nitentes *Judic. XVIII, 4, 5,* & *Hos. III, 4:* Quia dies multos sedebunt filii Israel sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod & sine Theraphim. Sed respondet *Cattenburchius:* Quomodo illorum defectum potuisset Propheta comminari inter futura mala, cum *Cap. VII* disserens de oraculi hujus duratione & defectu, fuse doceat, oraculum Urim, quod vult ab *Hosea* voce Theraphim indicari, sub ultima *Davidis*, aut prima *Salomonis*, tempora siluisse? Reproba quidem significatione *Hoseam* voce non usum fuisse, haud difficulter concedi videtur, nec cœlum cum gehenna commiscuisse, sed recte cum vulgato interprete transferri *manifestationes*, aut cum *Aquila* Φωτισμοὺς sensu medio, auguror. Restat, ut expediamus eorum mentem, qui, omnia, quæ de imagunculis hisce ut fatidicis traduntur, fictitia aut plane esse, aut saltem longe diverso sensu esse accipienda, arbitrantur. In medium profert *Cattenburchius Joannis Cocceji* verba in Lexico Ebraico ad *Ezech. XXI, 21,* & *Zach. X, 2,* disserentis ita: *Non puto, ut imagines responderent, sed sacerdotes imaginum, aut aliis signis innotesceret, quod rogabatur.* Rabbi *Levi ben Gesson* opinatur, eas, quamvis fuerint imagines, tamen non fuisse locatas; qua in re cum *Kimchi* & *Rambam* (seu *Maimonide*) ipsi plane convenit, quatenus ille, in sola imaginatione superstitiosorum idololatrarum constitisse,

ponit, atque addit, non posse fieri sermonem seu loquelam humanam nisi per organa, quæ Deus ad id in natura creavit. Et quomodo responsa adscribuntur, & a spiritibus infessa dicuntur simulacra, cum tot turbis a *Labane* datis pisce permanserint mutiora. Noster denique huic disquisitioni finem imponit verbis *Antonii van Dalen*, quæ exstant in Dissertatione *de Divinationibus idololatricis sub Vet. Test.*, & ita sese habent: *Dico, ex omnibus, de Theraphim a me jam adductis, nihil aliud posse concludi, quam quod fuerint instrumenta quædam divinatoria, quibus ethnici vel idololatræ orientales, ut futura quasi divinitus cognoscerent, abutebantur.* Ceterum in omni hoc Opere observamus, *Cattenburchium* semper fere judicium suspendere suum, & aliorum unice conquisivisse sententias, minime vero, prout debebat, veritati convenientia a falsis discernere.

JOANNIS GUILIELMI MARCKARTI PROBAbilia receptarum Lectionum Juris Civilis.

Trajecti ad Rhenum, apud Matthæum Visch, 1737, 8.
Plag. 12½.

Ex quo Pandectæ Juris A. 1535 sunt repertæ, & alii Juris codices describi cœperunt, dici non potest, quantæ in Jus Romanum irrepserint depravationes, quot menda traxerint originem. Inde innumeræ ortæ sunt lectiones, sibi invicem contrariæ, aut minimum diversæ. Et, quanquam nemo non operam daret, ut haberet codicem emendatum, atque idcirco vel ex ingenio, vel ex exemplaribus aliorum, corrigeret leges, attamen rudis literarum humaniorum ignorantia sat grandem sordium molem reliquit, ab illis everrendam, qui, illucescente sereniori eruditione, acutius cernebant. Interim, quæ in scriptis Codicibus latebant menda, tantum imponebant possessoribus, vel paucis, quibuscum vel evolvendi, vel describendi, gratia communicabantur. Tum magnum veritatis argumentum erat, plures habere codices, in unam lectionem consentientes. Post typographiam inventam depravatæ lectiones indies magis apparebant, simulque clarissimorum

morum hominum ingenia ad purgandum Themidos ſtabulum excitabant. Hic *Ang. Politiani*, *Andreæ Alciati*, *Jac. Cujacii*, & *Guil. Budæi*, inclaruerunt nomina, quorum tamen induſtriam *Haloander*, audacior ſubinde medicus, ſuperavit, cui ob editionem Corporis Juris Noricam, eamque caſtigatiſſimam, æternæ debentur gratiæ. Veſtigia *Haloandrina* preſſit *Lælius Taurellius*, qui, cum integrum decennium collationi Pandectes Florentinæ conſecraſſet, ſplendidam ejus editionem A. 1553 publici juris fecit, ſimulque plurium correctorum monſtravit audaciam. Aſt inter hos non pauci ægre tulerunt, excogitatas a ſe ſubtiliter emendationes in conjecturis cenſeri ac divinationibus, ideoque contra codicis Thuſci autoritatem inſurrexerunt. Hinc ſæpe vindicibus lectionis receptæ fuit opus, quorum partes in ſe receperunt *Edm. Merillius*, *Jo. Robertus*, *Rad. Fornerius*, *Juſt. Riccius*, *Franc. Duarenus*, *Jo. Steckius*, *Adr. Pulvæus*, *Gordonius*, *Suerinius*, aliique quamplurimi; in quem cenſum ii etiam veniunt, qui regulas emendandi tradidere, *Alb. Gentilis*, *Jo. Clericus*, *Corn. a Bynckershœck.* Jam novus in ſcenam prodit vindex, *Jo. Guil. Marckartus*, Vir & felici ingenio & judicio acri inſtructus, qui, ceu Dedicatio docet, per integrum ſeptennium *Jo. Ludovico* & *Leopoldo Caſimiro*, Comitibus *de Rechteren*, non ſine laude præfuit. Indicem libello dedit *Probabilia receptarum lectionum*, eaque inſcriptione curioſum lectorem fecit, quæ lectio *receptæ*, ſeu, quod idem eſt, *vulgatæ*, veniat elogio. Non eandem in omnibus Juris voluminibus ſervat regulam. In Digeſtis ea lectio, quam Thuſcus probavit liber, recepta habetur; in Inſtitutionibus, Codice, & Novellis, editio *Dionyſii Gothofredi* normam dedit. Horum lectiones codicum partim defendit, partim excuſavit, Vir Clariſſimus, isque labor quo ſuccederet felicius, compilatores *Haloandrum* & *Taurellium* in conſilium advocavit. *Probabilium* voce uſus eſt, non tam ut affectaret modeſtiam, quam quod re vera emendationes quasdam adeo probabiles & tantum non certas deprehendit, ut receptam lectionem non niſi probabiliter poſſet defendere. Equidem, ſi acutiores artis diſſerendi magiſtri ſederent judices, dubitamus, an hanc tituli apologiam, ab ipſo Au-

tore ſubtiliter excogitatam, omni ex parte ſint probaturi. Illi enim, cum gradus probabilitatis hermeneuticæ metiantur, nullam ideo lectionem recipiunt, quod recepta eſt, niſi ſimul majorem, quam emendatio, veri habeat ſpeciem. Quantos in eruenda probabilitate progreſſus fecerit *Jo. Guil. Marckartus*, ex triga ſpeciminum patebit, quam in medium ſumus allaturi.
Pag. 84. In *l. 1 §. 3 π. de Poſtulando* legitur: *Initium autem fecit Prætor ab his, qui in totum prohibentur poſtulare, in quo edicto aut pueritiam, aut caſum, excuſavit. Cujacio* tanta hic latere viſa eſt barbaries, ut ſubſtitueret *excuriavit*, quam emendationem ſuam fecerunt, præter *Marqu. Freherum*, alii JCtorum quamplurimi. *Petro Fabro excepit* legere, viſum eſt conſentaneum. Cl. *Marckartus* neutrum probat, ſed cum *Noodtio, Heineccio*, & *Bynckershœckio*, vulgatam tuetur lectionem. Solenne JCtis Quiritium *excuſandi* verbum eſt, cum ipſam legis prohibitionem aut impoſſibilitatem moralem indicare conantur. Latet hic εὐφημισμὸς quidam, quam & Græci *Baſilicorum* conditores confiсto novo verbo ἐξκυσατεύειν exprimere voluerunt. In
113. *l. 40 §. 1 π. de Ædil. edicto* reperitur: *Deinde ajunt Ædiles, ne quis canem, verrem, vel minorem aprum*, &c. Hanc apri minoris mentionem contra Πανδέκτης *Taurellianæ* & *Haloandrinæ* fidem una litura delendam *Jo. Strauchius*, *Charondam* & *Cujacium* ſecutus, cenſuit. Summa concludendi vis in eo latet, quod & *Theophilus* σύαγρον ſolum, & *Baſilici* nil niſi κάπρον, commemorent. At enim vero Cl. *Marckartus* argumentationem, ex eo, quod aliqua vox in *Baſilicis* non exſtet, petitam, fallacem & utrovis pede claudam pronuntiat. Quid, inquit, ſi *Baſilici* tantum animal noxium βλαπτικὸν ζῶον memoraſſent, brevitatis cauſa nulla expreſſa animalium noxiorum ſpecie, quod ipſis certe liberum erat, an ideo omnia illa reliqua, in Edicto ædilitio memorata, animalia forent delenda? Græcis videbatur ſufficere, ſi fieret unius alteriusve noxii animalis mentio. Aliter exiſtimarunt Ædiles, qui duo vocabula cumularunt, quorum alterum explicat, vel certe clariorem facit, Ædilium intentionem. Prohibentes enim, ne liceat, qua vulgo iter fit, habere verrem vel minorem aprum, eo elidunt ipſo prætextum

omnem

omnem id genus animalia habendi. Nam, prohibito verre, non videbatur aper minor prohibitus, at, minori apro prohibito, multo magis & proniore consecutione prohibitus esse censeri poterat aper major, dentibusque valide armatus. Nostrum non est, litem hanc nostram facere, in qua quidem ita versari nobis videtur Autor Clarissimus, ut & in regulas, a se præsante propositas, aliquantum impingat, & rationibus non omni ex parte satis firmis utatur. In *l. 6 π. de Furtis* Thuscus Πανδέκτης codex legit: *Quamvis enim sæpe furtum contrectando fiat, tamen initio, id est, faciendi furti tempore, constituere visum est, manifestus, nec ne, fur esset.* *Petrus Pithœus*, JCtus nulli secundus, acutissimaque virtute judicandi instructus, vocem *sæpe* ex lege *Pauli* proscribendam, substituendamque vocem *semper*, arbitratur certissimum. Cl. *Marckartus* vero, *Antonii Fabri* subscribens sententiæ, neutiquam hic negare *Paulum*, JCtum, credit, quod furtum non semper contrectando fiat, sed id indicare vult potius, quod furtum separatam habeat ab illis delictis rationem, assidua quippe furtivæ rei contrectatione efficiente, ut in singula momenta fur non moram solum, sed furtum etiam, facere intelligatur. Confirmat hanc explanationem legis *Paulinæ* scopus, qui ad tempus spectat, unde, fur manifestus sit, nec ne, queat dijudicari. Definivit autem, ad tempus solum furti faciendi esse respiciendum, quamvis fur, rem furto ablatam contrectando, iterare sæpius delictum videatur. Pondus addit *Basilicorum Lib. LX Tit. 12* autoritas: *εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ* ΠΟΛΛΑΚΙΣ *ἀπὸ τῆς ψηλαφήσεως ἁμαρτάνεται κλοπὴ, ὅμως ἀπὸ τῆ προοιμίε ὁ φανερὸς κλέπτης νομίζεται.* Sapienti *Actorum* nostrorum lectori, hæc speciminis, vel, si mavis, promulsidis, loco degustasse, sufficiet. Facile enim intelliget, tantam esse Cl. *Marckarti* dexteritatem, ut, si eadem, qua cœpit, via pergat de cultiori Romani Juris prudentia, & erudita legum antiquarum interpretatione, bene mereri, dignus aliquando sit futurus, quem & plausu & honore boni omnes justissimo prosequantur.

Pag. 129 seq.

WYERI GUILIELMI MUYS INVESTIGATIO

fabricæ, quæ in partibus, musculos componentibus, exstat. Dissertatio prima, de carnis musculosæ, fibrarumque carnearum, structura, quatenus sine vasis sanguiferis, nervis, nervorumque villis atque membranis, spectantur.

Lugduni Batavorum, apud Jo. Arnold Langerak, 1741, 4 maj.

Alph. 3 plag. 3, Tabb. æn. 3.

Quanta assiduitate & laboris patientia, quanta circumspectione, & mentis acie, quam felici etiam successu, Cel. Autor in obscuro hoc & perdifficili subtilioris Anatomes capite explicando versatus fuerit, ipse Operis docti & exasciati, omnesque boni libri dotes complexi, conspectus satis declarat. Ad quod enarrandum antequam procedamus, non prætereunda nobis videtur Præfatio bene longa, undeviginti quippe plagulis constans, sed docta, acuta, bonæque frugis plena, & ad præstantissimas gravioris momenti doctrinas majori luce illustrandas comparata, stilo denique terso, eleganti, ac florido, conscripta. In qua Autor, post brevem de actionum animalium naturaliumque ratione sermonem, ad generationis opus conversus, præcipue contendit, omnes plantas, animalia, & homines, ex suis staminibus, jam initio mundi conditi a Deo formatis, & suo generi insitis, evolvi, atque in lucem educi, non vero a naturis demum fictricibus, sive plasticis, quas nonnulli comminiscuntur, elaborari, simulque objectiones, quod scilicet tot innumerabilia plantarum, animantium, hominumque, stamina pereant, antequam evolvantur, & ad id, quod pro sua natura poterant, educantur, aut formata etiam præmature, ut dici vulgo solet, exstinguantur, aliisve modis tollantur e medio; item quod generationum naturalium lentitudo vanæ habeat pompæ speciem, & quod tot noxæ hominum animaliumque fœtibus, antequam in lucem edantur, evenire soleant, copiose solideque refellit. Qua data occasione, & cum ita demonstrationis nexus postularet, ad varias simul quæstiones, inprimis & spinosam illam atque difficilem de origine

origine & permissione mali, tam physici, quam moralis, digreditur, easdemque eum in modum definit, ut ubique vestigia Philosophiæ *Leibnitianæ* atque *Wolfianæ* nobis reperisse videamur. Quamobrem, Deum, demonstrat, hunc mundum in sui omnino nominis gloriam condidisse, illumque tot staminum interitum sapientissimis permisisse ex causis; ac proinde injustas esse querelas, ex eo, quod rerum naturalium aliæ alias destruant & corrumpant, petitas, neque ea re quidquam imperfecti in præsenti rerum ordine argui, sed duplici potissimum fine illam fieri, ut 1) scilicet confusio in nostro terrarum orbe, ex nimia hominum, animantium, plantarumque, progenie certo eventura, averteretur, & 2) castigarentur homines, hincque vitiis occurrere, atque idoneam corruptis suis animis medicinam adhibere, instituerent. Occasione postremæ objectionis multa simul de vi imaginationis maternæ in embryonem copiosissime disputantur. Et, quoniam malum physicum sæpius ex malo morali oritur, atque illius adeo origo sine hujus cognitione perspici nequit, Cel. Autor de hujus etiam moralis mali origine & permissione disquirit, &, mundum hunc, quanquam hoc malum continet, perfectissimum esse, ostendit, quod ex ista, quæ nunc existit, mali moralis scena bonum aliquod permagni momenti atque ponderis prodeat, & inde perfectionis cumulus haudquaquam exiguus huic, in quo comparet, mundo accedat, nullaque ratione pateat, hoc malum, qua tale, illud, quocum connexum & colligatum est, bonum superare. Bonum vero istud consistere in eo dicitur, quod 1), oborto malo morali, major in orbem introducta fuerit varietas, a qua major huic orbi perfectio & ornamentum accedat; 2) quod alias nullæ injusti pravique, miseriæ, peccatorumque, perobscuræ etiam bonitatis virtutisque, notiones, hinc & languidior Dei cultus, nec ullæ harum rerum ideæ in geniis coelestibus fuissent futuræ, quarum hi notitiam nunc, nostrum intuendo statum, sibi comparant; 3) quod hoc mali genus incredibilem actionum humanarum casuumque & eventuum illustrissimorum varietatem pariat, simulque Dei & hominum virtutibus ac perfectionibus manifestandis, atque e tenebris in lu-

 cem

cem protrahendis, admirabili prorſus ratione inſerviat. Reverſus ad naturas generatrices, hunc quidem generationis modum minus, quam illum, quem ſuperius ipſe ediſſeruit, cum ſummi opificis ſapientia, & cum perfectione rerum, ab eo conditarum, convenire, imo cum utraque aperte ſatis pugnare, aſſeverat. Belle, etiam ex iſto ſtaminum ordine ſibi primus deducere videtur, tum humano generi, tum unicuique animalium plantarumque ſpeciei, & fuiſſe initium, & definitum quoque adfuturum eſſe finem. Docte hæc omnia, quæ hic breviter attigimus, accurateque, nec barbaro quodam ac ſcabro dicendi genere, ſed profluente ac nitido, diſputat, ut non omnino nullam lucem perobſcuris his argumentis attuliſſe nobis videatur. Verum nos, miſſis his, tandem ad Opus ipſum aggrediamur. Perfectum id jam pridem a Cel. Autore fuit. Cum enim is juvenili jam ætate animadvertiſſet, illa, quæ de villis muſculorum carneis ab Anatomes doctoribus traduntur, manca admodum eſſe atque mutila, ipſemet in iis, quæ ad anatomen & œconomiam animalem pertinent, explorandis curioſus, ad horum quoque villorum fabricam experimentis & obſervationibus, præcipue microſcopiorum ope indagandis, acceſſit, haud alio tamen conſilio, quam ut ipſe ſibi ſatisfaceret, atque ardenti illi ſtudio obſequeretur, quo ad omnia propriis contuenda oculis & perluſtranda concitabatur. Poſtquam autem hic gradatim alia atque alia obſervavit, de quibus antea haud quidquam inaudiverat, memoriæ cauſa res obſervatas ſcriptis mandare, ſæpe etiam iconibus pro ſua pingendi dexteritate exprimere, inſtituit, quo ſcilicet deinceps, dato otio, nonnunquam ad easdem explorandas reverteretur. Hinc plurium annorum decurſu obſervationes in ingentem excreverunt molem, quas tandem redegit in ordinem, & in certa capita digeſſit; quo facto, exorſus eſt ea, quæ de rebus ſingulis notaverat, inter ſe conferre, &, quid inde de ipſarum fabrica conſtare, quid ulteriori obſervandi opera indigere, videretur, diſcernere, omniaque novis denuo obſervationibus quam accuratiſſime examinare, &, ſi quid adhuc obſcurum in iis videretur, ad id omni, qua poterat, ope conniti. Ita gradatim auctum magisque elaboratum

ratum fuit hoc Opus. Tum vero, quas iisdem de rebus alii, præsertim ii, qui microscopiis ad eas investigandas accesserant, ediderant, observationes omni attentione evolvere, & cum suis comparare, cœpit; qua ab re antea consulto abstinuerat, ne forte sibi præjudicata opinio alicubi illuderet, atque in vera villorum istorum fabrica retegenda obesset. Ubi vero, aliorum observationes a suis dissentire, comperit, utrasque perinde suspectas habuit, donec, quid de re controversa statuendum esset, observationibus iteratis ac minime dubiis didicisset. Cum autem hoc tandem Opus luce non indignum videretur, ad illud in publicos usus edendum animum adjecit. Itaque *Pars prima*, quæ nunc prodit, A. 1717 typis *Francisci Halma* exprimi cœpta, atque in æs incisæ fuerunt Tabulæ. Deinde vero accidit, ut idem ille sculptor, quam ære exprimeret Tabulam, *Parti secundæ* dicatam, in tertium usque annum suppresserit, atque adeo istius hominis incuria hanc Autor omnino deperditam putarit; cui accuratissime pingendæ cum maximam navasset operam, hujus amissæ tædio ab his scriptis edendis animum avertit, præsertim cum ipse interea *Halma*, ejusque filii, eidem muneri successuri, ex numero vivorum eriperentur. Ita interrupta fuit Operis editio, cum hæc ejus *Pars* jam usque ad *paginam 120* typis descripta, brevique absolvenda, videretur. Impressæ postea chartæ, una cum ea, quam diximus, Tabula, quæ tunc præter spem sero recuperata fuit, in alias atque alias typographorum manus transierunt, qui Autorem, studiis tum aliis implicitum, ad hoc Opus persequendum frustra permovere tentarunt, donec ille, cujus nunc sumtibus in lucem exit, tandem aliquando ipsum perpulit, ut ad hunc laborem vergente jam ætate reverteretur. Interea, cum anniversariis lectionibus œconomiam animalem explicarit Autor, atque, ubi de musculorum, fibrarumque motricium, fabrica agendum esset, conclusiones ex suis observationibus ducendas summatim exposuerit, inde jam dudum evenit, ut ea, quæ nomulli ex discipulis his de rebus annotaverant, in alias deinde manus pervenerint, fuerintque ita in diversis Eruditorum Diariis, & in *Philosophicis* Anglorum *Actis*, pervulgata. Maximo ipsi inter alia

adjumento fuerunt exquisitissima microscopia, quorum ad examen carnes tum hominum, tum omnis generis animalium, vocavit, eorumque hinc etiam laudes in Præfatione a *Clerici* objectionibus vindicat, & necessarias circa illorum usum cautelas proponit. Quicquid observavit singulare, illud depinxit confestim, & ex iconibus variis, inter se collatis, longe semper perfectius structuram ejusmodi villorum cognovit. Quæ adhuc restant, ea *alteri Volumini*, quod *priori* hoc non erit spissius, reservantur. Hæc de fatis libri non prætereunda silentio putavimus, sine mora nunc ad ipsum Opus Lectores nostros admissuri. Agit igitur *prima* hæc *Dissertatio* de carnis musculosæ, fibrarumque carnearum, structura, quatenus sine vasis sanguiferis, nervis, nervosisque villis & membranis, spectantur. *Caput I* compositionem carnis ex fibris carneis, harumque diversos ordines, evolvit. In carne ex majoribus hominum quadrupedumque musculis tres distincti fibrarum carnearum ordines, crassitudine & compositione diversi, observantur. Fibras primi ordinis, sive crassiores, eas vocat Autor, in quas universa musculi caro primo omnium distributa cernitur. Medias vero, sive mediocres, sive secundi ordinis, fibras tenuiores illas appellat, in quas singulæ iterum crassiores divisæ reperiuntur; fibras tenues, sive tertii ordinis, dicit fibras omnium illarum tenuissimas, quas nudis oculis in carne distincte conspicere licet, in quas videlicet singulæ fibræ mediæ ultimo dispertitæ videntur. Caro ex musculis exilioribus duos tantum harum fibrarum ordines continet; ex minimis autem nullum ordinum discrimen in fibris sistit. Caro cordis ex lamellis, non autem ex fibris crassioribus, constat, quamvis hæ iterum lamellæ ex duplicis ordinis fibris componantur. Linguæ caro singularem fibrarum situm obtinet, quarum aliæ in bove tres, aliæ duos fibrarum ordines, in ove vero pauciores, complectuntur. Carneæ ventriculi pariter atque vesicæ tunicæ tres fibrarum ordines insunt. Caro autem ex musculis avium in nonnullis tres, in aliis duos tantum, fibrarum ordines exhibet. Caro in carnosis avium ventriculis ex tenuissimis coaluit lamellis, quæ fibrarum, ex quibus componuntur, duos iterum ordines continent. Piscium

caro

caro ex laminis coaluit, quæ fibras perbreves continent, quarum tres in piscibus nonnullis ordines patent. Carnes tamen, piscium capiti vel pinnis admotæ, nullas ejusmodi laminas, sed similes ac in quadrupedibus fibras, illasque diversis nonnunquam ordinibus distinctas, obtinent. *Caput II* compositionem tenuissimæ fibræ carneæ ex carneis fibrillis, harumque diversos ordines, explicat. Anatome hujus fibrillæ res magni momenti est, & sine microscopiis frustra tentatur. Ejusmodi fibrilla, quæ fibram tenuissimam componit, si mediocris fuerit, ab ista fere fibra ducenties, a capillo autem subtiliori novies, superatur. Similis ultimæ fibræ carneæ ex similibus fibrillis compositio in ceteris etiam animalibus est, nec in externis tantum musculis, sed & in corde, lingua, ventriculo, vesica, &c. In quibusdam autem piscium carnibus fibrillæ crassiores, in aliis minus discriminatæ, in aliis supra dictis omnino similes, adsunt. In cordis etiam carne fibrillæ crassiores atque mediocres minus, tenuiores autem magis, discriminatæ, omnes vero carneis inter se ramulis magis connexæ, habentur. Pari etiam ratione in carne, ventriculum vestiente, fibrillæ minus discriminatæ, eodemque modo, quo in carne, connexæ, comparent. In carneis vesicæ fibris fibrillæ quidem satis discriminatæ, attamen ita, ut in corde & ventriculo, inter se connexæ, observantur. In junioribus animalibus carneæ fibrillæ multo tenuiores, quam in adultis, adsunt. Tres hi fibrillarum carnearum ordines distincti, crassitudine differentes, in hominum, & cunctorum, quod quidem constat, animantium, carne animadvertuntur, nec tantum crassitudine, sed & compositione, inter se discrepant. *Caput III* de compositione tenuissimæ fibrillæ carneæ ex carneis filis, horumque diversis ordinibus, exponit. Quanquam enim jam a musculi ventre per tot compositionum gradus ad ultimam fibrillam carneam perventum est; hæc tamen in carnea demum fila resolvitur, quorum duo distincti ordines, crassitudine & compositione diversi, filorum scilicet crassiorum & tenuiorum, observantur. Crassiora fila diametrum plus duplo & sæpe triplo minorem obtinent, quam tenuissimæ, quas componunt, fibrillæ. Figura eorum passim cylindracea, nonnunquam etiam nodosa,

dosa, esse solet. Sed hæc ipsa crassiora fila ex tenuioribus adhuc componuntur. Tenuissimi ejusmodi fili diameter ad diametrum fibrillæ crassioris eam quam proxime rationem habet, quam 1 ad 18, & ad diametrum fibrillæ mediocris, quam 1 ad 10, &, quod subducto calculo conficitur, ejusmodi fili carnei crassitudo ad eam ultimæ hujusmodi fibræ hanc circiter rationem habet, quam 1 ad 20000, hoc est, illa tantum $\frac{1}{20000}$ hujus crassitudinis æquat. Ex quo etiam intelligitur, in fibrilla mediocri centum ejusmodi fila, si nempe tam arcte compacta essent, ut nulla interstitia relinquerent, in ultima vero atque subtilissima carnea fibra viginti illorum millia, contineri posse. Quando eorundem quoque & globulorum sanguineorum diametri inter se comparantur, manifestum fit, si fila hæc canaliculi sive tubuli forent humori, ex arteriis influenti, pervii, id quod proxima Dissertatione noster exquirit, tantam eorundem fore angustiam, ut, rubro sanguinis globulo in 46 particulas æquales atque globosas diviso, hæ tamen præ nimia mole ad illos permeandos ineptæ forent, utpote quæ facile externam eorum diametrum æquarent, internam, quæ utrinque, deducta parietum, sive tunicarum, tubulos efficientium, crassitudine, superest, plurimum excederent. Igitur ex *Leeuwenhækii* calculo, quo talem sanguinis globulum tantum $\frac{1}{1000000}$ arenulæ majoris æquare statuit, necessario sequeretur, istiusmodi arenula in 46000000 particulas globosas & æquales, hoc est, in quadringenties sexagies centena millia talium particularum, divisa, has ipsas tamen præ nimia mole cavos horum filorum tubulos nondum ingredi posse. Quæ sane admiranda est & prodigiosa talium filorum tenuitas, quæ a nostris tam sentiendi, quam imaginandi, facultatibus quam longissime distat. Figura horum filorum plerumque cylindracea est, interdum nodosa, situs vero subinde variat. *Caput IV* ea enarrat, quæ hactenus Autores de compositione carnis ex fibris carneis, harumque diversis ordinibus, tradiderunt. Placuit enim Autori, suis observationibus aliorum inventa, & opiniones, quæ quidem hisce de rebus ipsi innotuerunt, subjungere, easque ab antiquissimis temporibus ad nostram usque ætatem repetere.

petere. Quæ quidem res, postea sæpius dubitavit, an esset tanto molimine digna. Propter multiplicem vero usum tandem non ea solum inventa, quæ ad veram carnium fabricam cognoscendam conducunt, sed commenta etiam atque opiniones, nullis observationibus atque experimentis innixas, recensere, animum induxit. Adjecit his annotationes historicas atque criticas, quibus & historia Scriptorum, præcipue veterum, illustratur, & inventa illorum ac sententiæ ad examen vocantur, quas tamen, nescimus, quibus ex causis, nunc dolet, cum hoc Opere a se conjunctas. Certe hoc & duo sequentia *Capita* exhibent præstantissimum Historiæ literariæ specialissimæ, ejusdemque criticæ, specimen, quo singularis hujus de musculorum fibris & filamentis doctrinæ historia tam accurate explicatur, ut de omnibus singularum scientiarum doctrinis ad perficiendam tum cujuslibet artis & disciplinæ, tum eruditionis universæ, historiam, talis, qualis hæc est, Commentatio, simili nempe doctrina & industria conscripta, exoptanda esset. Refert igitur, quid Scriptores veteres ante *Hippocratis* tempora, quid *Hippocrates* & alii *ad Celsi* ætatem, quid Scriptores inter *Celsum* atque *Galenum* interjecti, quid *Galenus* cum sectatoribus suis, quid ex recentioribus *Valverdus*, *Piccolhomineus*, horumque sectatores, quid *Leeuwenhækius*, quid *Mery*, de fibræ carneæ fabrica literarum monumentis consignarint, qui ex recentioribus Scriptoribus *Stenonem*, *Borellum*, & *Leeuwenhækium*, secuti fuerint, & quid *Bellini* tandem, hujusque sectator, *Santorini*, de ejusdem fibræ fabrica tradiderint. Judicium vero de Scriptoribus, qui, excusso *Galeni* jugo, in carnis musculosæ fabricam inquisiverunt, ita interponit suum, ut, *Valverdum*, putet, *Piccolhomineum*, & alios, in carne fibras mere carneas, sed nullo intus latitante filo tendinoso præditas, recte posuisse, *Stenonem* itidem, & præsertim *Borellum*, aliosque, qui hos secuti fuerunt, *Galeni* commentum de carne pro tomento seu parenchymate habenda maxime rejecisse, *Borellum* etiam fibras carneas ut fasciculos prismaticos non male descripsisse, at eos a vero aberrasse, qui fibras carneas sine microscopii adjumento oculis obvias, non ex subtilioribus fibrillis, sed

tore subtiliter excogitatam, omni ex parte sint probaturi. Illi enim, cum gradus probabilitatis hermeneuticæ metiantur, nullam ideo lectionem recipiunt, quod recepta est, nisi simul majorem, quam emendatio, veri habeat speciem. Quantos in eruenda probabilitate progressus fecerit *Jo. Guil. Marckartus*, ex triga speciminum patebit, quam in medium sumus allaturi.

Pag. 84. In *l. 1 §. 3 π. de Postulando* legitur: *Initium autem fecit Prætor ab his, qui in totum prohibentur postulare, in quo edicto aut pueritiam, aut casum, excusavit. Cujacio* tanta hic latere visa est barbaries, ut substitueret *excuriavit*, quam emendationem suam fecerunt, præter *Marqu. Freberum*, alii JCtorum quamplurimi. *Petro Fabro excepit* legere, visum est consentaneum. Cl. *Marckartus* neutrum probat, sed cum *Noodtio, Heineccio*, & *Bynckershoeckio*, vulgatam tuetur lectionem. Solenne JCtis Quiritium *excusandi* verbum est, cum ipsam legis prohibitionem aut impossibilitatem moralem indicare conantur. Latet hic εὐφημισμὸς quidam, quam & Græci *Basilicorum* conditores confičto novo verbo ἐξκουσατεύειν exprimere voluerunt.

113. In *l. 40 §. 1 π. de Ædil. edicto* reperitur: *Deinde ajunt Ædiles, ne quis canem, verrem, vel minorem aprum*, &c. Hanc apri minoris mentionem contra Πανδέκτης *Taurellianæ* & *Haloandrinæ* fidem una litura delendam *Jo. Strauchius*, *Charondam* & *Cujacium* secutus, censuit. Summa concludendi vis in eo latet, quod & *Theophilus* σύαγρον solum, & *Basilici* nil nisi κάπρον, commemorent. At enim vero Cl. *Marckartus* argumentationem, ex eo, quod aliqua vox in *Basilicis* non exstet, petitam, fallacem & utrovis pede claudam pronuntiat. Quid, inquit, si *Basilici* tantum animal noxium βλαπτικὸν ζῶον memorassent, brevitatis causa nulla expressa animalium noxiorum specie, quod ipsis certe liberum erat, an ideo omnia illa reliqua, in Edicto ædilitio memorata, animalia forent delenda? Græcis videbatur sufficere, si fieret unius alteriusve noxii animalis mentio. Aliter existimarunt Ædiles, qui duo vocabula cumularunt, quorum alterum explicat, vel certe clariorem facit, Ædilium intentionem. Prohibentes enim, ne liceat, qua vulgo iter fit, habere verrem vel minorem aprum, eo elidunt ipso prætextum omnem

omnem id genus animalia habendi. Nam, prohibito verre, non videbatur aper minor prohibitus, at, minori apro prohibito, multo magis & proniore consecutione prohibitus esse censeri poterat aper major, dentibusque valide armatus. Nostrum non est, litem hanc nostram facere, in qua quidem ita versari nobis videtur Autor Clarissimus, ut & in regulas, a se præsante propositas, aliquantum impingat, & rationibus non omni ex parte satis firmis utatur. In *l. 6 π. de Furtis* Thuscus Πανδέκτης codex legit: *Quamvis enim sæpe furtum contrectando fiat, tamen initio, id est, faciendi furti tempore, constituere visum est, manifestus, nec ne, fur esset.* *Petrus Pithœus*, JCtus nulli secundus, acutissimaque virtute judicandi instructus, vocem *sæpe* ex lege *Pauli* proscribendam, substituendamque vocem *semper*, arbitratur certissimum. Cl. *Marckartus* vero, *Antonii Fabri* subscribens sententiæ, neutiquam hic negare *Paulum*, JCtum, credit, quod furtum non semper contrectando fiat, sed id indicare vult potius, quod furtum separatam habeat ab illis delictis rationem, assidua quippe furtivæ rei contrectatione efficiente, ut in singula momenta fur non moram solum, sed furtum etiam, facere intelligatur. Confirmat hanc explanationem legis *Paulinæ* scopus, qui ad tempus spectat, unde, fur manifestus sit, nec ne, queat dijudicari. Definivit autem, ad tempus solum furti faciendi esse respiciendum, quamvis fur, rem furto ablatam contrectando, iterare sæpius delictum videatur. Pondus addit *Basilicorum Lib. LX Tit. 12* autoritas: ει καὶ τὰ μάλιςα γὰρ ΠΟΛΛΑΚΙΣ ἀπὸ τῆς ψηλαφήσεως ἁμαρτάνεται κλοπὴ, ὅμως ἀπὸ τȣ̃ προοιμίȣ ὁ φανερὸς κλέπτης νομίζεται. Sapienti *Actorum* nostrorum lectori, hæc speciminis, vel, si mavis, promulsidis, loco degustasse, sufficiet. Facile enim intelliget, tantam esse Cl. *Marckarti* dexteritatem, ut, si eadem, qua cœpit, via pergat de cultiori Romani Juris prudentia, & erudita legum antiquarum interpretatione, bene mereri, dignus aliquando sit futurus, quem & plausu & honore boni omnes justissimo prosequantur.

Pag. 129 seq.

WYERI GUILIELMI MUYS INVESTIGATIO

fabricæ, quæ in partibus, musculos componentibus, exstat. Dissertatio prima, de carnis musculosæ, fibrarumque carnearum, structura, quatenus sine vasis sanguiferis, nervis, nervorumque villis atque membranis, spectantur.

Lugduni Batavorum, apud Jo. Arnold Langerak, 1741, 4 maj.

Alph. 3 plag. 3, Tabb. æn. 3.

Quanta assiduitate & laboris patientia, quanta circumspectione, & mentis acie, quam felici etiam successu, Cel. Autor in obscuro hoc & perdifficili subtilioris Anatomes capite explicando versatus fuerit, ipse Operis docti & exasciati, omnesque boni libri dotes complexi, conspectus satis declarat. Ad quod enarrandum antequam procedamus, non prætereunda nobis videtur Præfatio bene longa, undeviginti quippe plagulis constans, sed docta, acuta, bonæque frugis plena, & ad præstantissimas gravioris momenti doctrinas majori luce illustrandas comparata, stilo denique terso, eleganti, ac florido, conscripta. In qua Autor, post brevem de actionum animalium naturaliumque ratione sermonem, ad generationis opus conversus, præcipue contendit, omnes plantas, animalia, & homines, ex suis staminibus, jam initio mundi conditi a Deo formatis, & suo generi insitis, evolvi, atque in lucem educi, non vero a naturis demum fictricibus, sive plasticis, quas nonnulli comminiscuntur, elaborari, simulque objectiones, quod scilicet tot innumerabilia plantarum, animantium, hominumque, stamina pereant, antequam evolvantur, & ad id, quod pro sua natura poterant, educantur, aut formata etiam præmature, ut dici vulgo solet, exstinguantur, aliisve modis tollantur e medio; item quod generationum naturalium lentitudo vanæ habeat pompæ speciem, & quod tot noxæ hominum animaliumque fœtibus, antequam in lucem edantur, evenire soleant, copiose solideque refellit. Qua data occasione, & cum ita demonstrationis nexus postularet, ad varias simul quæstiones, inprimis & spinosam illam atque difficilem de origine

origine & permiſſione mali, tam phyſici, quam moralis, digreditur, easdemque eum in modum definit, ut ubique veſtigia Philoſophiæ *Leibnitianæ* atque *Wolfianæ* nobis reperiſſe videamur. Quamobrem, Deum, demonſtrat, hunc mundum in ſui omnino nominis gloriam condidiſſe, illumque tot ſtaminum interitum ſapientiſſimis permiſiſſe ex cauſis; ac proinde injuſtas eſſe querelas, ex eo, quod rerum naturalium aliæ alias deſtruant & corrumpant, petitas, neque ea re quidquam imperfecti in præſenti rerum ordine argui, ſed duplici potiſſimum fine illam fieri, ut 1) ſcilicet confuſio in noſtro terrarum orbe, ex nimia hominum, animantium, plantarumque, progenie certo eventura, averteretur, & 2) caſtigarentur homines, hincque vitiis occurrere, atque idoneam corruptis ſuis animis medicinam adhibere, inſtituerent. Occaſione poſtremæ objectionis multa ſimul de vi imaginationis maternæ in embryonem copioſiſſime diſputantur. Et, quoniam malum phyſicum ſæpius ex malo morali oritur, atque illius adeo origo ſine hujus cognitione perſpici nequit, Cel. Autor de hujus etiam moralis mali origine & permiſſione diſquirit, &, mundum hunc, quanquam hoc malum continet, perfectiſſimum eſſe, oſtendit, quod ex *iſta*, quæ nunc exiſtit, mali moralis ſcena bonum aliquod permagni momenti atque ponderis prodeat, & inde perfectionis cumulus haudquaquam exiguus huic, in quo comparet, mundo accedat, nullaque ratione pateat, hoc malum, qua tale, illud, quocum connexum & colligatum eſt, bonum ſuperare. Bonum vero iſtud conſiſtere in eo dicitur, quod 1), oborto malo morali, major in orbem introducta fuerit varietas, a qua major huic orbi perfectio & ornamentum accedat; 2) quod alias nullæ injuſti praviq̀ue, miſeriæ, peccatorumque, perobſcuræ etiam bonitatis virtutisque, notiones, hinc & languidior Dei cultus, nec ullæ harum rerum ideæ in geniis cœleſtibus fuiſſent futuræ, quarum hi notitiam nunc, noſtrum intuendo ſtatum, ſibi comparant; 3) quod hoc mali genus incredibilem actionum humanarum caſuumque & eventuum illuſtriſſimorum varietatem pariat, ſimulque Dei & hominum virtutibus ac perfectionibus manifeſtandis, atque e tenebris in lu-

cem protrahendis, admirabili prorſus ratione inſerviat. Reverſus ad naturas generatrices, hunc quidem generationis modum minus, quam illum, quem ſuperius ipſe ediſſeruit, cum ſummi opificis ſapientia, & cum perfectione rerum, ab eo conditarum, convenire, imo cum utraque aperte ſatis pugnare, aſſeverat. Belle etiam ex iſto ſtaminum ordine ſibi primus deducere videtur, tum humano generi, tum unicuique animalium plantarumque ſpeciei, & fuiſſe initium, & definitum quoque adfuturum eſſe finem. Docte hæc omnia, quæ hic breviter attigimus, accurateque, nec barbaro quodam ac ſcabro dicendi genere, ſed profluente ac nitido, diſputat, ut non omnino nullam lucem perobſcuris his argumentis attuliſſe nobis videatur. Verum nos, miſſis his, tandem ad Opus ipſum aggrediamur. Perfectum id jam pridem a Cel. Autore fuit. Cum enim is juvenili jam ætate animadvertiſſet, illa, quæ de villis muſculorum carneis ab Anatomes doctoribus traduntur, manca admodum eſſe atque mutila, ipſemet in iis, quæ ad anatomen & œconomiam animalem pertinent, explorandis curioſus, ad horum quoque villorum fabricam experimentis & obſervationibus, præcipue microſcopiorum ope indagandis, acceſſit, haud alio tamen conſilio, quam ut ipſe ſibi ſatisfaceret, atque ardenti illi ſtudio obſequeretur, quo ad omnia propriis contuenda oculis & perluſtranda concitabatur. Poſtquam autem hic gradatim alia atque alia obſervavit, de quibus antea haud quidquam inaudiverat, memoriæ cauſa res obſervatas ſcriptis mandare, ſæpe etiam iconibus pro ſua pingendi dexteritate exprimere, inſtituit, quo ſcilicet deinceps, dato otio, nonnunquam ad easdem explorandas reverteretur. Hinc plurium annorum decurſu obſervationes in ingentem excreverunt molem, quas tandem redegit in ordinem, & in certa capita digeſſit; quo facto, exorſus eſt ea, quæ de rebus ſingulis notaverat, inter ſe conferre, &, quid inde de ipſarum fabrica conſtare, quid ulteriori obſervandi opera indigere, videretur, diſcernere, omniaque novis demuo obſervationibus quam accuratiſſime examinare, &, ſi quid adhuc obſcurum in iis videretur, ad id omni, qua poterat, ope conniti. Ita gradatim auctum magisque elabo-

ratum

ratum fuit hoc Opus. Tum vero, quas iisdem de rebus alii, præsertim ii, qui microscopiis ad eas investigandas accesserant, ediderant, observationes omni attentione evolvere, & cum suis comparare, cœpit; qua ab re antea consulto abstinuerat, ne forte sibi præjudicata opinio alicubi illuderet, atque in vera villorum istorum fabrica retegenda obesset. Ubi vero, aliorum observationes a suis dissentire, comperit, utrasque perinde suspectas habuit, donec, quid de re controversa statuendum esset, observationibus iteratis ac minime dubiis didicisset. Cum autem hoc tandem Opus luce non indignum videretur, ad illud in publicos usus edendum animum adjecit. Itaque *Pars prima*, quæ nunc prodit, A. 1717 typis *Francisci Halma* exprimi cœpta, atque in æs incisæ fuerunt Tabulæ. Deinde vero accidit, ut idem ille sculptor, quam ære exprimeret Tabulam, *Parti secundæ* dicatam, in tertium usque annum suppresserit, atque adeo istius hominis incuria hanc Autor omnino deperditam putarit; cui accuratissime pingendæ cum maximam navasset operam, hujus amissæ tædio ab his scriptis edendis animum avertit, præsertim cum ipse interea *Halma*, ejusque filii, eidem muneri successuri, ex numero vivorum eriperentur. Ita interrupta fuit Operis editio, cum hæc ejus *Pars* jam usque ad *paginam 120* typis descripta, brevique absolvenda, videretur. Impressæ postea chartæ, una cum ea, quam diximus, Tabula, quæ tunc præter spem sero recuperata fuit, in alias atque alias typographorum manus transierunt, qui Autorem, studiis tum aliis implicitum, ad hoc Opus persequendum frustra permovere tentarunt, donec ille, cujus nunc sumtibus in lucem exit, tandem aliquando ipsum perpulit, ut ad hunc laborem vergente jam ætate reverteretur. Interea, cum anniversariis lectionibus œconomiam animalem explicarit Autor, atque, ubi de musculorum, fibrarumque motricium, fabrica agendum esset, conclusiones ex suis observationibus ducendas summatim exposuerit, inde jam dudum evenit, ut ea, quæ nonnulli ex discipulis his de rebus annotaverant, in alias deinde manus pervenerint, fuerintque ita in diversis Eruditorum Diariis, & in *Philosophicis* Anglorum *Actis*, pervulgata. Maximo ipsi inter alia

adjumento fuerunt exquisitissima microscopia, quorum ad examen carnes tum hominum, tum omnis generis animalium, vocavit, eorumque hinc etiam laudes in Præfatione a *Clerici* objectionibus vindicat, & necessarias circa illorum usum cautelas proponit. Quicquid observavit singulare, illud depinxit confestim, & ex iconibus variis, inter se collatis, longe semper perfectius structuram ejusmodi villorum cognovit. Quæ adhuc restant, ea *alteri Volumini*, quod *priori* hoc non erit spissius, reservantur. Hæc de fatis libri non prætereunda silentio putavimus, sine mora nunc ad ipsum Opus Lectores nostros admissuri. Agit igitur *prima* hæc *Dissertatio* de carnis musculosæ, fibrarumque carnearum, structura, quatenus sine vasis sanguiferis, nervis, nervosisque villis & membranis, spectantur. *Caput I* compositionem carnis ex fibris carneis, harumque diversos ordines, evolvit. In carne ex majoribus hominum quadrupedumque musculis tres distincti fibrarum carnearum ordines, crassitudine & compositione diversi, observantur. Fibras primi ordinis, sive crassiores, eas vocat Autor, in quas universa musculi caro primo omnium distributa cernitur. Medias vero, sive mediocres, sive secundi ordinis, fibras tenuiores illas appellat, in quas singulæ iterum crassiores divisæ reperiuntur; fibras tenues, sive tertii ordinis, dicit fibras omnium illarum tenuissimas, quas nudis oculis in carne distincte conspicere licet, in quas videlicet singulæ fibræ mediæ ultimo dispertitæ videntur. Caro ex musculis exilioribus duos tantum harum fibrarum ordines continet; ex minimis autem nullum ordinum discrimen in fibris sistit. Caro cordis ex lamellis, non autem ex fibris crassioribus, constat, quamvis hæ iterum lamellæ ex duplicis ordinis fibris componantur. Linguæ caro singularem fibrarum situm obtinet, quarum aliæ in bove tres, aliæ duos fibrarum ordines, in ove vero pauciores, complectuntur. Carneæ ventriculi pariter atque vesicæ tunicæ tres fibrarum ordines insunt. Caro autem ex musculis avium in nonnullis tres, in aliis duos tantum, fibrarum ordines exhibet. Caro in carnosis avium ventriculis ex tenuissimis coaluit lamellis, quæ fibrarum, ex quibus componuntur, duos iterum ordines continent. Piscium

caro

caro ex laminis coaluit, quæ fibras perbreves continent, quarum tres in piscibus nonnullis ordines patent. Carnes tamen, piscium capiti vel pinnis admotæ, nullas ejusmodi laminas, sed similes ac in quadrupedibus fibras, illasque diversis nonnunquam ordinibus distinctas, obtinent. *Caput II* compositionem tenuissimæ fibræ carneæ ex carneis fibrillis, harumque diversos ordines, explicat. Anatome hujus fibrillæ res magni momenti est, & sine microscopiis frustra tentatur. Ejusmodi fibrilla, quæ fibram tenuissimam componit, si mediocris fuerit, ab illa fere fibra ducenties, a capillo autem subtiliori novies, superatur. Similis ultimæ fibræ carneæ ex similibus fibrillis compositio in ceteris etiam animalibus est, nec in externis tantum musculis, sed & in corde, lingua, ventriculo, vesica, &c. In quibusdam autem piscium carnibus fibrillæ crassiores, in aliis minus discriminatæ, in aliis supra dictis omnino similes, adsunt. In cordis etiam carne fibrillæ crassiores atque mediocres minus, tenuiores autem magis, discriminatæ, omnes vero carneis inter se ramulis magis connexæ, habentur. Pari etiam ratione in carne, ventriculum vestiente, fibrillæ minus discriminatæ, eodemque modo, quo in carne, connexæ, comparent. In carneis vesicæ *fibris fibrillæ* quidem satis discriminatæ, attamen ita, ut in corde & ventriculo, inter se connexæ, observantur. In junioribus animalibus carneæ fibrillæ multo tenuiores, quam in adultis, adsunt. Tres hi fibrillarum carnearum ordines distincti, crassitudine differentes, in hominum, & cunctorum, quod quidem *constat*, animantium, carne animadvertuntur, nec tantum crassitudine, sed & compositione, inter se discrepant. *Caput III* de compositione tenuissimæ fibrillæ carneæ ex carneis filis, horumque diversis ordinibus, exponit. Quanquam enim jam a musculi ventre per tot compositionum gradus ad ultimam fibrillam carneam perventum est; hæc tamen in carnea demum fila resolvitur, quorum duo distincti ordines, crassitudine & compositione diversi, filorum scilicet crassiorum & tenuiorum, observantur. Crassiora fila diametrum plus duplo & sæpe triplo minorem obtinent, quam tenuissimæ, quas componunt, fibrillæ. Figura eorum passim cylindracea, nonnunquam etiam nodosa,

dosa, esse solet. Sed hæc ipsa crassiora fila ex tenuioribus adhuc componuntur. Tenuissimi ejusmodi fili diameter ad diametrum fibrillæ crassioris eam quam proxime rationem habet, quam 1 ad 18, & ad diametrum fibrillæ mediocris, quam 1 ad 10, &, quod subducto calculo conficitur, ejusmodi fili carnei crassitudo ad eam ultimæ hujusmodi fibræ hanc circiter rationem habet, quam 1 ad 20000, hoc est, illa tantum $\frac{1}{20000}$ hujus crassitudinis æquat. Ex quo etiam intelligitur, in fibrilla mediocri centum ejusmodi fila, si nempe tam arcte compacta essent, ut nulla interstitia relinquerent, in ultima vero atque subtilissima carnea fibra viginti illorum millia, contineri posse. Quando eorundem quoque & globulorum sanguineorum diametri inter se comparantur, manifestum fit, si fila hæc canaliculi sive tubuli forent humori, ex arteriis influenti, pervii, id quod proxima Dissertatione noster exquirit, tantam eorundem fore angustiam, ut, rubro sanguinis globulo in 46 particulas æquales atque globosas diviso, hæ tamen præ nimia mole ad illos permeandos ineptæ forent, utpote quæ facile externam eorum diametrum æquarent, internam, quæ utrinque, deducta parietum, sive tunicarum, tubulos efficientium, crassitudine, superest, plurimum excederent. Igitur ex *Leeuwenhœkii* calculo, quo talem sanguinis globulum tantum $\frac{1}{1000000}$ arenulæ majoris æquare statuit, necessario sequeretur, istiusmodi arenula in 46000000 particulas globosas & æquales, hoc est, in quadringenties sexagies centena millia talium particularum, divisa, has ipsas tamen præ nimia mole cavos horum filorum tubulos nondum ingredi posse. Quæ sane admiranda est & prodigiosa talium filorum tenuitas, quæ a nostris tam sentiendi, quam imaginandi, facultatibus quam longissime distat. Figura horum filorum plerumque cylindracea est, interdum nodosa, situs vero subinde variat. *Caput IV* enarrat, quæ hactenus Autores de compositione carnis ex fibris carneis, harumque diversis ordinibus, tradiderunt. Placuit enim Autori, suis observationibus aliorum inventa, & opiniones, quæ quidem hisce de rebus ipsi innotuerunt, subjungere, easque ab antiquissimis temporibus ad nostram usque ætatem repetere.

petere. Quæ quidem res, postea sæpius dubitavit, an esset tanto molimine digna. Propter multiplicem vero usum tandem non ea solum inventa, quæ ad veram carnium fabricam cognoscendam conducunt, sed commenta etiam atque opiniones, nullis observationibus atque experimentis innixas, recensere, animum induxit. Adjecit his annotationes historicas atque criticas, quibus & historia Scriptorum, præcipue veterum, illustratur, & inventa illorum ac sententiæ ad examen vocantur, quas tamen, nescimus, quibus ex causis, nunc dolet, cum hoc Opere a se conjunctas. Certe hoc & duo sequentia *Capita* exhibent præstantissimum Historiæ literariæ specialissimæ, ejusdemque criticæ, specimen, quo singularis hujus de musculorum fibris & filamentis doctrinæ historia tam accurate explicatur, ut de omnibus singularum scientiarum doctrinis ad perficiendam tum cujuslibet artis & disciplinæ, tum eruditionis universæ, historiam, talis, qualis hæc est, Commentatio, simili nempe doctrina & industria conscripta, exoptanda esset. Refert igitur, quid Scriptores veteres ante *Hippocratis* tempora, quid *Hippocrates* & alii *ad Celsi* ætatem, quid Scriptores inter *Celsum* atque *Galenum* interjecti, quid *Galenus* cum sectatoribus suis, quid ex recentioribus *Valverdus*, *Piccolhomineus*, horumque sectatores, quid *Leeuwenbækius*, quid *Mery*, de fibræ carneæ fabrica literarum monumentis consignarint, qui ex recentioribus Scriptoribus *Stenonem*, *Borellum*, & *Leeuwenbækium*, secuti fuerint, & quid *Bellini* tandem, hujusque sectator, *Santorini*, de ejusdem fibræ fabrica tradiderint. Judicium vero de Scriptoribus, qui, excusso *Galeni* jugo, in carnis musculosæ fabricam inquisiverunt, ita interponit suum, ut, *Valverdum*, putet, *Piccolhomineum*, & alios, in carne fibras mere carneas, sed nullo intus latitante filo tendinoso præditas, recte posuisse, *Stenonem* itidem, & præsertim *Borellum*, aliosque, qui hos secuti fuerunt, *Galeni* commentum de carne pro tomento seu parenchymate habenda maxime rejecisse, *Borellum* etiam fibras carneas ut fasciculos prismaticos non male descripsisse, at eos a vero aberrasse, qui fibras carneas sine microscopii adjumento oculis obvias, non ex subtilioribus fibrillis, sed

ex materia porosa & spongiosa, & in cellulas distincta, concretas, finxerunt, miraturque, neminem huc usque diversos fibrarum carnearum ordines in carne musculosa cognovisse. Pari etiam ratione exponit, quid Autores de carne linguæ, ejusque fabrica & compositione ex fibris carneis, tradiderint, putatque, neminem adhuc a *Rufi Ephesii* ætate ad nostra usque tempora explicasse, quantum carnis hujus fabrica ab illa differat, quæ generatim & constanter in musculorum sic dictorum carne obtinet, licet ob nonnulla utrique communia ad idem, ac illa, genus referri queat, & in communi aliquo usu & officio cum illa conveniat. In quo tamen casu Anatomes doctorem decet linguæ carnem pro specie ab illa musculorum differente habere, atque, ad confusionem in hac scientia vitandam, differentes ejusmodi carnis species diversis nominibus distinguere, non autem hæc uno eodemque nomine, nisi ad genus, eas complectens, denotandum adhibeatur, inter se confundere. Etsi enim carneæ linguæ fibræ musculosæ sunt; nondum tamen, carnem linguæ musculum esse, constat, dum systema membranaceum, fibras carneas connectens, magnopere differt. Hinc ad ea progreditur Noster, quæ Autores de illa carnis specie, quæ in corde aliisque partibus reperitur, ejusque fabrica & compositione ex fibris carneis, tradiderunt, nominatim *Hippocrates* & *Galenus*, ex quibus ille, cor esse musculum, affirmavit, hic vero pernegavit, & plerosque ad Seculum usque decimum septimum sequentes habuit scriptores, quamvis, omnem eam pugnam logomachiam fuisse, a Nostro ostendatur. Scena tamen hæc Seculo decimo septimo prorsus mutata fuit, dum primus *Piccolhomineus*, & præcipue *Herveus*, post hunc vero complures, omnium tamen maxime *Steno*, contra *Galenum* musculosam cordis substantiam propugnaverunt, & *Stenonem* gradatim plures alii, ac tandem, vergente superiori Seculo, uti etiam hoc nostro, fere universi, secuti fuerunt. Miratur Autor, post tot Secula Anatomes cultores in scrutanda cordis carne haud plus profecisse, & tandem hanc communi consensu pro musculosa habuisse. Falsum enim est, eandem carnis & fibrarum motricium fabricam in corde & musculis adesse, ut quod per microscopia

croscopia evincatur. Quid Autores de carnis specie, in ventriculo & vesica obvia, tradiderint, hic Noster non enarrat, id ipsum singulari olim, quod cupide expectamus, Opusculo persecuturus. Id tantum breviter indicat, eos parum in retegenda hujus carnis fabrica profecisse, suisque se observationibus primum ad hanc detegendam aditum parasse, atque insigne inter hanc musculosamque carnem & utriusque fabricam discrimen reperisse. Quamobrem, cum alia in musculis, alia in corde, ventriculo, & vesica, observetur caro, accuratioris doctrinæ causa Cel. Autor duas has carnis species distinguendas putat, ita, ut altera musculosa, altera reticulata, appelletur, & utraque ad idem carnis motricis genus referatur. Eodem modo fibras carneas in duas species, scilicet in ramosas & musculosas, distinguit, atque ad idem fibrarum motricium genus refert. Porro carnem reticulatam in duas species inferiores dividit, quarum alteram lamellatam, alteram simpliciter fibratam, appellat. *Caput V* iis destinatur, quæ huc usque Autores de compositione fibræ carneæ ex carneis fibrillis, harumque diversis ordinibus, prodiderunt. Fibræ carneæ ex carneis fibrillis compositio ad Seculum usque XVII ignorata fuit. Primus omnium hanc rem nudis, ut videtur, oculis *Steno* attigit, *Borellus* autem microscopiis itidem primus, quantum constat, examinasse videtur, eandemque multo clariori in luce posuit. Deinde *Leeuwenhækius*, microscopiis longe melioribus usus, hoc inventum longe amplius promovit. Quas ille hac de re sparsas & inordinatas observationes edidit, hic conjunctim ordine refert Noster, scholiisque suis ab ea, qua laborant, confusione expedire conatur. Post hunc virum pauci hoc opus aggressi, nec parem in eo fortunam experti fuerunt, ut *Antonius de Heide*, *Wilhelmus Cowperus*, *Georgius Baglivus*, qui quid boni præstiterint, candide Noster refert, simul vero errores notat, in subtili ejusmodi fabrica indaganda ob operis difficultatem facile excusandos; unde quidem mirandum haud est, hos scriptores alia minus accurate, alia male, observasse, ac multa etiam valde notabilia præteriisse. *Caput VI* de iis disquirit, quæ hactenus Autores de compositione fibrillarum carnearum ex carneis filis, horumque

diversis ordinibus, scripta reliquerunt. Hæc quidem compositionis ratio usque ad *Hookii* & *Leeuwenhækii* ætatem latuit. *Hookius* primus omnium hanc rem, sed in una duntaxat piscium crustatorum specie, reperit. *Leeuwenhækius* autem in hoc invento ulterius excolendo longius processit. Nonnulla etiam *Antonius de Heide* de istis retulit. At enim vero omnes hi scriptores rerum notabilium partem longe maximam hic silentio prætermiserunt. *Sex* his *Capitibus* hoc Opus absolvere, deliberatum olim habuit Autor. Mutavit vero nunc consilium, postquam tria priora *Capita*, jam tum, cum ista primum editio ante duodeviginti annos cœpta fuit, typis exscripta, ab eo autem tempore neglecta, ex tanto nunc intervallo relegit, diversaque nonnullis in locis desiderari vidit, quæ ad hoc argumentum vel confirmandum, vel accuratius definiendum, vel magis illustrandum, latiusque promovendum, pertinerent. Quare Supplementi loco *Caput VII* adjecit, quo duplex systema de carnis compositione ex villis gradatim minoribus, alterum Autoris, alterum aliorum, observationibus innixum, breviter exponitur, atque inter se comparatur, operæ, ab ipsis in utrumque collatæ, ratio redditur, & observationes novæ, quæ ad Autoris systema de carne musculosa, tum & quavis alia, accuratius definiendum, illustrandum, & promovendum, valent, memorantur. Quippe Autor noster illud de carnis musculosæ compositione ex fibris, fibrillis, filisque carneis, systema, ex Autorum observationibus enatum, tum generatim illustravit, tum ad singulas ejus partes perficiendas multa contulit. Ac primam quidem partem a commento dudum inveterato, atque etiam nunc vigente, repurgavit; alteram a commentis & erroribus liberavit itidem, partibus deficientibus auxit, novisque observationibus confirmavit & amplificavit. Tertiam non minus partem repurgavit ab erroribus, partibus deficientibus auxit, novis observationibus confirmavit, & quam maxime amplificavit. Hinc Autor suum de carnis musculosæ compositione ex villis gradatim minoribus systema enarrat, & cum systemate priori confert. Neque minus etiam novis iconibus, sua manu exaratis, quarum præstantiam

tiam hic multis verbis edisseri, de hoc systemate illustrando bene meruit. Quæ autem de fibræ carneæ divisione ulteriori in fibras gradatim exiliores ad fibrillas usque tradita fuerunt, novis nunc observationibus confirmat. Inprimis vero crassitudinem & figuram fibrarum tertii ordinis, hactenus haud satis definitam, variis nunc novis observationibus definire aggreditur, simili etiam ratione crassitudinem fibrillarum filorumque carneorum, ac diametrorum rationes, quas inter se invicem, & cum fibrillis carneis, habent, rationem item diametri fili carnei tenuissimi ad rubrum sanguinis globulum, accuratius, quam antea, determinare tentans; quæ omnia fusius nobis excerpere non licet, ne copiosior hæc recensio tædium tandem Lectori pariat. Posthæc disquirit, utrum tenuissima fila carnea hactenus visa sint ultima simplicia, an vero ex aliis etiam subtilioribus, & visum fugientibus, componantur. Probabile fit eidem, fila, huc usque visa, simplicia esse atque ultima. Primo enim nunquam observatione microscopiorum compertum fuit, fila hæc ad extremitates fissa apparuisse; deinde constat, inter ultimas & minimas partes organicas, quæ microscopio patent, esse ultimos canaliculos sanguiferos, & ultimos medullæ cerebri & nervorum tubulos, ac forte subtilissima etiam fila, membranas contexentia, id quod postremum Autor tum observatione de fibris, membranam, quæ fibras tendinosas investit, contexentibus, tum observationibus duabus, altera *Leeuwenhœkii*, altera sua, de filis intimam arteriæ tunicam contexentibus, tum denique observationibus ejusdem *Leeuwenhœkii* de filis, unicam propaginum venosarum tunicam contexentibus, probabile reddere, quod scilicet fila hæc, membranas contexentia, inter ultima atque simplicia jure meritoque referantur, conatur. Ex quibus omnibus verisimili ratione concludit, ultima atque simplicia carnium fila, haud secus ac alias minimas atque ultimas partes organicas, in corpore animali retegi posse, atque hinc, quæ per microscopium observavit, vere esse ultima. Denique cogitandum est, ultimis atque simplicibus carnium fibris haud immodicam, sed perquam limitatam, in homine adulto subtilitatem esse tribuendam, siquidem crassitudinem longe exce-

dere debeant eam, quam eædem in embryone habuerunt, & jam tum, cum in tenuiſſimo hoc corpuſculo cavis ſuis tubulatis nutritio primum ſucco perviæ fieri cœperunt. Nova hinc quæſtio expenditur, quouſque in diverſis animantibus villi carnei, qui ejusdem ſunt ordinis, craſſitudine conveniant, vel diſcrepent. Demonſtrat itaque Noſter, villos carneos ex diverſis animantibus ſemper a ſe ad eum relatos fuiſſe ordinem, ad quem vere pertinent. Cum ergo ejusdem ordinis villi in diverſis animantibus craſſitudine fere pares exiſtant; idem de villis ultimis, ſi forte hi nondum viſi forent, credibile eſſet. Proinde digreſſionem quandam inſtituit de regulis generalibus ratione molis, qua partes minimæ in diverſis animantibus exiſtunt, & animadvertit, in multis eorum, etſi mole plus minus, vel etiam magnopere, differant, minimas & ultimas partes organicas, itemque rubras ſanguinis particulas, haud tamen diſpares, ſed mole fere æquales, exiſtere, niſi quod in inſectis, aliisque beſtiolis exilibus, aliter res comparata videatur, in quibus, vix credibile eſt, carneos earum villos cum aliorum animantium villis, qui ejusdem ſunt ordinis, craſſitudine convenire, cum potius ab iisdem tenuitate longe majori differre videantur. Multo autem magis hoc de carneis beſtiolarum inſenſibilium villis veriſimile eſſe, quorum plerorumque villi ſimilibus ſaltem non tantum hominum, atque animalium majorum, ſed ipſorum quoque inſectorum, villis ſubtiliores eſſe videntur, Poſthæc regulæ generales de ſubtilitate minimarum partium organicarum, præſertim de tenuitate atque multitudine ultimarum propaginum ſanguiferarum in tribus animantium claſſibus, explanantur. Tranſitu ad alias carnium ſpecies, a muſculoſa differentes, facto, monet Autor, ſuperius in cartilagineis linguæ fibris idem eſſe villorum gradatim tenuiorum ſyſtema a ſe inventum, ac in carneis muſculi fibris, has tamen linguæ fibras poſitu, nexu, ac ſyſtematis membranacei, has inveſtientis, conſtructione, multum a muſculorum fibris diſcrepare videri, eandemque ob cauſam linguæ carnem haud pro muſculoſa habendam eſſe, & diſparem quoque actionem, quam linguæ muſculorumque caro edit, diſparem utrobique conſtructionem exigere.

exigere. Quæ superius de cordis carne expromsit nova inventa, hic novis pariter observationibus confirmare magis & promovere contendit. Proinde dubitationem de lamellis, cordis carnem componentibus, quod nemini antea patuerint, tollit e medio, &, nunc inventos esse parietes membranaceos, ostendit, qui ex membranaceo cordis involucro prognati, &, inter carneas istas lamellas porrecti, easdem discriminant atque sejungunt, ex quibus novi deinde parietes membranacei subtiliores producuntur, qui, inter fibras, lamellam componentes, porrecti, has sejungunt, & ambos parietes, lamellam terminantes, connectunt. Neque minus etiam in iisdem fibris pariter atque in carneis fibrarum fibrillis ramosa ac reticulata structura confirmatur, qualis etiam in carneis tertii ordinis fibrillis demum patuit. De ceteris vero carnium speciebus, quæ itidem a carne musculosa discrepant, observationes suas singulari libro exponet. Ad extremum ostendit, diversum carnis, quæ in corde & in musculis est, usum in hac, ejusque villis, fabricam adeo diversam, talemque exigere, qualis hic invenitur.

JOANNIS LEONHARDI FRISCHII
Teutsch-Lateinisches Wörterbuch.
id est,
LEXICON GERMANICO-LATINUM.
Pars I.

Berolini, impensis Christophori Gottlibii Nicolai, 1741, 4.
Alph. 3 plag. 18.

Arduum sane & applausu publico dignum opus Cel. Autor molitur. Exhibet enim in hoc vocum Germanicarum, quibus expositio Latina est adjecta, thesauro non solum primitiva & origines verborum, sed etiam voces, inde derivatas compositasque, imo appellationes rerum artificiis ac opificiis propriarum recenset. Voces promit, quæ metallurgiæ, salinarum apparatui, piscationibus, venatui, lignationi ac silvis, œconomiæ, rebusque domesticis, sunt familiares. Exhibet voces,

ces, quæ ſeſe offerunt in *Hiſtoriis*, Chronicis, Interpretationibus, Carminibusque *vetuſtis* mediique ævi Germanicis. Addidit loca Scriptorum, in quibus voces illæ deprehenduntur. Adjunxit vocibus ac verbis originationes, tum certas, tum conjecturales, criticasque annotationes. Addidit Indicem nominum Latinorum. Quis inficiari auſit, multorum annorum ſudore monumentum hoc laborioſiſſimum Autori conſtitiſſe? Quæ tamen ejus eſt modeſtia, doctis id Opus tradit adaugendum & emendandum. Nomina locorum Germaniæ geographica, multitudine quippe laborantia, omiſit, exceptis vocibus *Aar* & *Land*, quæ ſunt indicio, quantum apparatum, & quantam eruditionem, Autor hic adhibere potuiſſet, ſi hoc altum voluiſſet ingredi. Nomina Nobilium ac ſexus æque omiſit, exceptis vocibus *Ber* & *Ger*. Teutonas poſt annum 1000 demum cognominibus uſos fuiſſe, in Præfatione monuit. Si forte originationem vocis ignoravit, etymologiam prætermiſit, incertis haud impediturus lectorem. Largitur enim is facile, voces in linguam noſtram translatas eſſe per commercia & bellicas expeditiones ex permultis regionibus, ac ex Aſia ipſa. Ad etymologias recte expiſcandas, neceſſum eſt, noſſe gentium & noſtrarum & vicinarum hiſtorias. Gloſſarium *Wachteri* excellit in cognationibus vocum Teutonicarum, Gothicarum, Anglo-Saxonicarum, ac confinium. Cognationes illas vocum Autor *Wachtero* plerumque reliquit. Ne vero opus dimitteret deſtinatum, incitamento ei fuerunt exhortationes Ill. *Leibnitii*, ac benignitas Regiæ Scientiarum Societatis Berolinenſis, cujus decreto in conſortionem tam illuſtrem ac partem Hiſtoriæ linguæque Germanicæ ornandam receptus fuit. *Schilteri Gloſſarium Teutonicum* meritiſſimis laudibus extollit, & hoc ſuum Opus pro *Schilteriani* Operis ſpicilegio habet. Ut exteri hoc Opere uti poſſint, expoſitio ubique adjecta eſt Latina. Alemannicæ dialecti ac ceterarum, quibus in Diplomatum ac Chronicorum collectionibus quondam fuit locus, hic inprimis ratio fuit habita. Denominationibus obſoletis, & extra uſum poſitis, additus eſt aſteriſcus. Monet Cel. Autor ſolidiſſime, pro varietate accentus diverſum ſæpe eſſe verbi

verbi significatum, atque de hoc momento sese scripturum aliquid promittit. Admiratione dignum est profecto, Virum satis senem, inter occupationes muneris publici distentissimas, sine aliorum adjumento, Lexicon tam operosum adornasse, nec dubitamus, quin posteri illud sint expolituri ac ditaturi veluti alterum *Fabri Thesaurum*. Vocem *Mousquet*, *Mo-
schetto*, *Muskette*, deducit Cel. Autor ex denominatione nisi Pag. 676.
avis. Malumus eam ex *Mæserkeden*, *mortariolo*, repetere, siquidem res tormentaria a Germanis dicta fuit *Moserie*, & præfectus pyrotechniæ appellatur in Ordinario Brunsuicensi *Mose-
mester*. Omisit Vir Celeberrimus utramque hanc vocem. 1.
Aal, anguilla, est vox decerpta ex *Ele*, *Angolna*, *Ingola*, ἔγχελυς, עֲלוּקָה, si Autori accedimus. Ipse vocem *Ahr*, aquilam, deducendam existimat ex ὄρνις. *Abend*, vespera, ab ipso deducitur ex *aben*, descendendo. Vocem *Ebentheur* derivat
ex Gallica *avanture*. *Admiral*, supremus navium præfectus, 12.
ipso arbitro, est ex Arabico *Amir*, id est, Principe. Vocem Gallicam *alesne*, *alêne*, ex *Agel-eisen*, id est, *aculeato ferro*,
decerptam docet. *Äs*, unum, derivat ex Latinorum *asse*. 37.
Utramque vocem ex Græca εἷς & Orientali חד, *bhads*, deflexam credimus. Abstinet laudabili instituto a Græcis vocibus compositis, quoties Latinæ suppetunt, sæpius etiam circumlocutionibus utitur, rei accommodatis. Largissimam exhibet segetem vocabulorum ex omni disciplinarum, scientiarum, artificiorum, & opificiorum, genere. Origines multarum vocum Batavicarum, Slavonicarum, Gallicarum, Italicarum, Græcarum, &c. felicissime eruit. Voci *bann*, *bannus*, insignem affudit lu-
cem. *Bannus regius*, ipso judice, est jurisdictio superior & 58.
criminalis. Id ipsum quidem veritati haud est absimile; at 59.
addendi sunt alii quoque significatus, banno regio innexi. Bannus enim regius denotat etiam certam pecuniæ summam, quotannis fisco regio inferri solitam, quod omnino patescit ex *Muratorii Parte I* libri, *Antichità Estensi* inscripti, ejusque *Cap. 28 pag. 275*. Designat illa vox quoque jussum & præceptum Regis. In Charta *Conradi II* apud *Butkenium* in *Preuves des Trophées de Brabant Tom. I pag. 39* hæc leguntur: *Attendens, nulli lici-*

 tum

tum esse alicujus ecclesiæ advocatiam usurpare, nisi banno regio ad hoc esset institutus. *Brabantiæ* denominationem Autor ducit ex voce composita *Brachland*, quæ *terram omnibus perruptam, & aggere circumdatam*, denotat. *Brach* enim est ex *brechen*, frangendo, perrumpendo, & *band*, ex *binden*, circum-
Pag. 19. dando, vinciendo. *Aloen* Autor ex Græco ἀλόη repetit, omittens monere, hoc ex Ebraico אהל profluxisse. Ad vocem *Blarren pag. 104* addimus, accolis Leinæ *blarren* esse idem ac *lamentationes edere cum lacbrymis ac incondita vociferatione.* Nomina animalium, plantarum, ludorum, herbarum, & arborum, solertissime conquisivit Cel. Autor, lectoribusque immortali beneficio consuluit, dum voces & phrases Latinas evidentiores, plerumque haud unas, singulis nominibus verbisque addidit. Frequentissime errores inveteratos solide profligavit. Dabimus exemplum & unum & alterum. Pirum butyraceum viroris obscurioris vulgus jam appellat *pire grise, poire grise.* Hoc vero Gallice vocandum esse Noster ostendit *burrée*
99. *grise.* Langobardos, multi credunt, obtinuisse nomen ex spatio
120. arabilis terræ diffuso. At Cel. Vir ostendit, eos sic dictos esse *ex longa terræ extremitate*, ex *lange barde*, seu *borde.* Quæ originatio confirmatur distributione præfecturæ Wickensen & Winzenburg in Saxonia inferiori, fieri solita ex ævo antiquo in *obere bærde* & *neer bærde.* Pleraque horum tractuum sunt silvis saxisque plena, terraque arabili carent. Omittimus alia complura. Prædicamus justissimisque laudibus concelebramus Cel. Autoris insigne hoc Opus, avide exspectantes ejus continuationem. Prævidere nobis jam videmur iteratas præstantissimi hujus Thesauri editiones, & accessiones aliorum. Dabimus & nos symbolam nostram, ac voculas adjiciemus lanci saturæ nonnullas. *As, Asne,* est *merces.* Vide *Leges Brunsuic. Cap. 1 n. 37,* & *Leges veteres Cellenses n. 19.* *Asa* in codice Ulphilæ est *id, quod recipimus ex agro.* *Asneis,* & Anglo-Saxonibus *esne*, est *mercenarius, servus.* Videntur hæc ad *As*, cibum, referenda. *Glammer* est Saxonibus ad Inneram *nævus, vitium,* &c. Gratulamur præterea Germanis nostris, qui nunc in partem gloriæ, Tuscorum, ac Parisiensium, veniunt, a quibus Lexica, linguæ verna-

vernaculæ ſermonisque patrii recludentia, theſaurum civitas accepit & lubens excepit erudita.

Anleitung zur Hiſtorie der Theologiſchen Gelahrheit, ꝛc.
hoc eſt,

INTRODUCTIO IN HISTORIAM THEOLOGIÆ, Autore GOTTLIEB STOLLIO, Prof. Acad. Jenenſis.

Jenæ, in officina Meyeriana, 1739, 4.
Alph. 5 plag. 2.

Cujus *Hiſtoriæ literariæ* primam editionem *A. 1718 Menſ. Dec. pag. 558 ſeq.* recenſuimus, alteram auctiorem *A. 1725 Menſ. Nov. pag. 508*, ejusque Latinam verſionem *A. 1728 Menſ. Jul. pag. 335*, cujus item *Hiſtoriam Medicinæ A. 1732 Menſ. Oct. pag. 465* Lectorum noſtrorum oculis expoſuimus, ejus Celeberrimi Viri nunc exhibemus *Hiſtoriam Theologiæ*, etiam atque etiam optantes, ut & *Hiſtoriam Jurisprudentiæ*, in qua elaboranda nunc occupatur ſtrenue, ad finem perducat & in publicum edat. Commendarunt ſuperiores libros inprimis acumen judicii, & generoſa ſentiendi cenſendique libertas. Utramque virtutem in hoc etiam Opere, cujus recenſionem aggredimur, læti deprehendimus. Conſtat Opus hoc *octo Capitibus*, vel potius *Libris*, quibus abſolvi poſſe Theologiæ Hiſtoriam, Autor credidit. In *primo*, præmiſſis de naturali Theologia nonnullis, generatim diſſerit de Theologia, e ſacro Codice exſtructa. In *§. 10 ſeq.* eos commemorans, qui Introductionem in Theologiam ſcripſerunt, *Buddei Iſagogen* ceteris præfert omnibus. Syſtematis theologici conditorem e Patribus primum eſſe *Auguſtinum*, e Scholaſticis *Thomam*, e noſtratibus *Melanchthonem*, *§. 14 ſeq.* docet, de cujusque opere proferens & ſuum & aliorum judicium. Recentiores inter Synopſes Theologiæ e noſtratibus majorem in modum laudat *Pfaffianam*, e Reformatis *Heideggerianam*, ex Arminianis *Limborchianam*. Hinc Scriptores *Bibliothecæ theologicæ* commemorat, itemque Scriptores hiſtoriæ dogmatum theologicorum; quos inter primum Germanorum tale opus conficere aggreſſum

esse *Henr. Altingium*, observat. In *secundo* de sacro Codice agit, in eumque editis Commentariis. Exhibitis hic sacri illius codicis non solum versionibus, sed etiam optimis editionibus, indicatisque iis, qui de Commentatoribus Biblicis singulares ediderunt libros, recenset cum Judæorum, tum Christianorum, Commentarios, & horum quidem prius universales, deinde particulares. Inter Pontificios præcipue laudat *Maldonatum* & *Calmetum*; inter Lutheranos *Lutherum* & *Schmidium*; inter Reformatos *Calvinum*. Producit item Scriptores *Harmoniæ Evangelicæ*, eosque, qui locorum Biblicorum illorum, qui contradicere inter se videntur, protulerunt conciliationes. In *tertio* Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ reperimus. Ac inter eos quidem, qui Veteris Testamenti condiderunt historiam, principem locum *Buddeo* Noster assignat. Novi Testamenti historiæ ecclesiasticæ Scriptores producit ordine chronologico. Tum Scriptores commemorat de Scriptoribus ecclesiasticis, de Vitis Sanctorum, de Martyribus, de Hæreticis, de Conciliis, de Ritibus sacris, de Patribus Ecclesiæ, de recentioris ævi Theologis, de Colloquiis religiosis, post Reformationem habitis. Ut judiciorum, a Nostro latorum, nonnihil proferamus, §. 34 *seq.* insigni laude mactat *Centurias Magdeburgicas*; & §. 43 observat, Pontificia in Ecclesia solos ferme Gallos colere agrum Historiæ Ecclesiasticæ, interque eos præcipuam ait laudem mereri Florentium (*Fleury*). Reformatos inter maxime ei placet *Sudorius* (*le Sueur*), inter nostrates *Weismannus*. De Theologis veteris Ecclesiæ, qui quinto vixerunt Seculo, eorumque Operibus, accurate agit §. 81-98, inprimis, quæ digna memoratu erant de *Augustino*, exponens, suamque annectens de hujus viri theologica scientia sententiam. Pari modo sexti secutorumque Seculorum Theologos exhibet §. 102 *seq.* In *quarto* de dogmaticæ Theologiæ Scriptoribus disputat, initio facto a Scriptoribus Catechesium. De *Petri Lombardi* decantatissimo Opere, scriptisque in id Commentariis, plura profert. Lutheranorum & Reformatorum Systemata & Compendia postquam recensuit, etiam eos laudat, qui unum aliquem locum theologicum singulari libro illustrarunt, e. g. de Christo, de imagine

gine Dei, de resurrectione. In *quinto* agit de Scriptoribus Theologiæ moralis. Non omissa eorum mentione, qui historiam hujus Theologiæ composuerunt, ipse luculenter disserit de Theologia morali Patrum Ecclesiæ, de conditoribus Theologiæ mysticæ, de Scriptoribus Theologiæ moralis recentioribus, Lutheranis potissimum ac Reformatis. In §. 51 observat, perpaucos scripsisse de prudentia ecclesiastica, quique adhuc aliquid ejus argumenti ediderint, eruditis haud satisfecisse. Cognoscere hinc licet Theologis eruditione præstantioribus, faciendum sibi esse, ut lacunam hanc insignem posthac expleant. Patres Ecclesiæ minus felices progressus fecisse morali in Theologia, judicat; mysticæ autem Theologiæ scriptores margaritas suas multo fimo involvisse. Inter hos tamen *Taulerum* laudat, *Thomam*que *Kempensem;* quibus & *Arndium* §. 29 & 38 adjungit socium. In *sexto* Theologia consideratur polemica. Nec alienum hoc loco duxit Autor Celeberrimus, disserere de *Symbolis*, aliisque Confessionibus fidei, e. g. Augustana nostra; itemque de *Corporibus doctrinæ.* Theologos polemicos ordine exhibet chronologico, nec eos prætermittens, qui Atheos refutarunt & Naturalistas, Indifferentistas item, atque Scepticos. Imo & illos producit, qui adversus Judæos & Muhammedanos disputarunt; qua occasione & Scriptores de veritate religionis Christianæ commemorat, de singulis quædam proferens, eruditiorem reddentia lectorem. Libros Patrum Ecclesiæ polemicos admodum parvi facit, caruisse dicens eos solida eruditione arteque critica, & oratorie magis, quam philosophice, disceptasse. *Lutherum* & *Melanchthonem* bene se gessisse in hac palæstra, judicat. Omnium tamen polemicorum Theologorum principem esse censet *Chemnitium*; cui proximum locum *Gerhardo* concedit. In *septimo* agit de Theologia casuistica, recensens primo Pontificios, (quorum in horto casuistico plurimum zizaniorum natum fuisse, observat,) deinde Reformatos, postremo Lutheranos. Ac inter hos palmam ceteris præripuisse *Spenerum, Buddeo & Reimmanno* assentitur. In *octavo* denique de Theologia homiletica differit, describens concinne historiam sacrorum sermonum,

deinde conciones commemorans in libros Biblicos, itemque Postillarum scriptores, compositores item artis homileticæ, confectoresque Concordantiarum Biblicarum, quorum antesignanus est Cardinalis *Hugo de S. Charo.* Finito sic Operi præclaro subjungitur Appendix, quatuor nostræ ætatis Theologorum vitas exhibens, *Carpzovii*, *Færtschii*, *Zieroldi*, & *Rusii.*

JOANNIS NICOLAI, ANTIQUITATUM quondam in Academia Tubingensi Professoris celeberrimi, Libellus de Luctu Christianorum, seu de Ritibus, ad sepulturam pertinentibus, nunc primum editus ex Bibliotheca SIGEBERTI HAVERCAMPI.

Lugduni Batavorum, apud Joannem Hasebrœk, 1739, 8 maj. Plag. 15.

Propitio Musarum choro in manus Celeberrimi olim *Havercampi*, accuratissimi ingeniorum æstimatoris, præsens pervenit libellus, a Viro in omni quondam antiquitate versatissimo, plurimisque bonæ frugis Operibus immortalitatem consecuto, compositus. Quem partum, sane pulcherrimum, dum parentis loco in tutelam recepit suam, primusque ex MSto in lucem protulit, laudatus modo *Havercampus*, & suam in Autoris cineres ostendit pietatem, & novum reipublicæ inserviendi literariæ specimen exhibuit, dignus propterea, qui communem ejusdem applausum ferat. Ipsum, quod Lectoribus nostris non vulgari modo commendamus, Opusculum *novem & viginti* absolvitur *Capitibus*, quorum *primum de Sepulturæ definitione, tum nominali, quam reali*, ut Philosophi dicunt, inscribitur. *Alterum, defunctorum corpora sepelienda esse*, ex Veteris pariter Novique Testamenti locis, & Jure gentium, docet. Tum *Capite tertio Sepultura barbarorum improbatur populorum*, quorum alii belluis projecerunt, alii sub dio exposuerunt, alii in sterquilinia detruserunt, defunctorum cadavera. Chios, addit Autor, combustis corporibus ossa contundere in mortario, & navigio deinceps imposita, per cribrum ad ventorum flatus dispergere, donec penitus

nitus dissipentur. Quod succedit *Caput quartum*, de *Christianorum Cœmiteriis* agit. Disquirit in illo potissimum Autor, cur sepultura necessaria, quare sepulchra cœmiteria dicantur, an cœmiteria consecrari debeant, quod affirmant quidem Pontificii, atque sic effici putant, ne in locis consecratis habitent diaboli, rectius tamen ab Autore exploditur. *Caput quintum: combustionem cadaverum rejicit*, & *humationem Christianorum laudat*. Hæc an recentior sit illa, dubitatur ex eo, quod Patriarchæ omnibus priores gentibus fuerunt, de quorum tamen crematione altum in sacra Historia silentium est. Hinc, illam ex Philosophorum gentilium cerebro natam, nec a Græcis semper & Romanis observatam esse, censet Autor, & *Capite sexto* in Pontificios graviter invehitur, quos quippe, *insepulta Protestantium cadavera relinquentes, peccare turpiter*, & *ne minimam quidem justitiæ speciem præ se ferre*, contendit. *Septimum Caput* errorem notat Pontificiorum, *quod ad ossuaria & reliquias attinet*, ac, religiosum erga demortuorum ossa & reliquias cultum, moremque effodiendi easdem ex terra, rursus alibi condendi, & adorandi, divinis repugnare præceptis, evincit. *Caput octavum sepeliendi potestatem summo vindicat magistratui; nonum* autem, *viventes adhuc de sepulchro sibi posse prospicere, dummodo absit superstitio*, commonstrat. *Capite decimo de Sepulturæ materia* disserit Autor. Eos, qui violentas sibi ipsi manus intulerunt, sepultura privandos putat, nisi quidem id ex humano affectu perpetraverint, quo refert antiquæ Ecclesiæ Christianos, (qui, ne tormentis adacti sacra ejurarent sua, αὐτόχειρες fuerunt,) aut vita pie & innocenter transacta, vel profunda tristitia & atra bile, quæ rationis compotes esse non sivit, vel manifesta abrepti dementia, voluntaria morte ex vita discesserint. Quid vero hic juris circa maleficos? Sane, ex Hebræorum lege suspensos eodem die, ante solis occasum, sepeliri debuisse, memorat Autor, cujus legis rationem putat esse genuinam, ne tactu cadaveris impuri redderentur homines, inprimis cum immundities, ex mortuo contracta, omnium haberetur maxima apud Hebræos. Id ipsum tamen fueritne lex pure cerimonialis, an mixta, valde disceptatur. Autoris

eo

ces, quæ sese offerunt in Historiis, Chronicis, Interpretationibus, Carminibusque vetustis mediique ævi Germanicis. Addidit loca Scriptorum, in quibus voces illæ deprehenduntur. Adjunxit vocibus ac verbis originationes, tum certas, tum conjecturales, criticasque annotationes. Addidit Indicem nominum Latinorum. Quis inficiari ausit, multorum annorum sudore monumentum hoc laboriosissimum Autori constitisse? Quæ tamen ejus est modestia, doctis id Opus tradit adaugendum & emendandum. Nomina locorum Germaniæ geographica, multitudine quippe laborantia, omisit, exceptis vocibus *Aar* & *Land*, quæ sunt indicio, quantum apparatum, & quantam eruditionem, Autor hic adhibere potuisset, si hoc altum voluisset ingredi. Nomina Nobilium ac sexus æque omisit, exceptis vocibus *Ber* & *Ger*. Teutonas post annum 1000 demum cognominibus usos fuisse, in Præfatione monuit. Si forte originationem vocis ignoravit, etymologiam prætermisit, incertis haud impediturus lectorem. Largitur enim is facile, voces in linguam nostram translatas esse per commercia & bellicas expeditiones ex permultis regionibus, ac ex Asia ipsa. Ad etymologias recte expiscandas, necessum est, nosse gentium & nostrarum & vicinarum historias. Glossarium *Wachteri* excellit in cognationibus vocum Teutonicarum, Gothicarum, Anglo-Saxonicarum, ac confinium. Cognationes illas vocum Autor *Wachtero* plerumque reliquit. Ne vero opus dimitteret destinatum, incitamento ei fuerunt exhortationes Ill. *Leibnitii*, ac benignitas Regiæ Scientiarum Societatis Berolinensis, cujus decreto in consortionem tam illustrem ac partem Historiæ linguæque Germanicæ ornandam receptus fuit. *Schilteri Glossarium Teutonicum* meritissimis laudibus extollit, & hoc suum Opus pro *Schilteriani* Operis spicilegio habet. Ut exteri hoc Opere uti possint, expositio ubique adjecta est Latina. Alemannicæ dialecti ac ceterarum, quibus in Diplomatum ac Chronicorum collectionibus quondam fuit locus, hic inprimis ratio fuit habita. Denominationibus obsoletis, & extra usum positis, additus est asteriscus. Monet Cel. Autor solidissime, pro varietate accentus diversum sæpe esse verbi

verbi significatum, atque de hoc momento sese scripturum aliquid promittit. Admiratione dignum est profecto, Virum satis senem, inter occupationes muneris publici distentissimas, sine aliorum adjumento, Lexicon tam operosum adornasse, nec dubitamus, quin posteri illud sint expolituri ac ditaturi veluti alterum *Fabri Thesaurum*. Vocem *Mousquet*, *Moschetto*, *Muskette*, deducit Cel. Autor ex denominatione nisi Pag. 676.
avis. Malumus eam ex *Mæserkeden*, *mortariolo*, repetere, siquidem res tormentaria a Germanis dicta fuit *Moserie*, & præfectus pyrotechniæ appellatur in Ordinario Brunsuicensi *Mosemester*. Omisit Vir Celeberrimus utramque hanc vocem. 1.
Aal, anguilla, est vox decerpta ex *Ele*, *Angolna*, *Ingola*, ἔγχελυς, עֲלוּקָה, si Autori accedimus. Ipse vocem *Ahr*, aquilam, deducendam existimat ex ὄρνις. *Abend*, vespera, ab ipso deducitur ex *aben*, descendendo. Vocem *Ebentheur* derivat ex Gallica *avanture*. *Admiral*, supremus navium præfectus, 12.
ipso arbitro, est ex Arabico *Amir*, id est, Principe. Vocem Gallicam *alesne*, *alêne*, ex *Agel-eisen*, id est, *aculeato ferro*, decerptam docet. *Äs*, unum, derivat ex Latinorum *asse*. 37.
Utramque vocem ex Græca εἷς & Orientali חד, *hhads*, deflexam credimus. Abstinet laudabili instituto a Græcis vocibus compositis, quoties Latinæ suppetunt, sæpius etiam circumlocutionibus utitur, rei accommodatis. Largissimam exhibet segetem vocabulorum ex omni disciplinarum, scientiarum, artificiorum, & opificiorum, genere. Origines multarum vocum Batavicarum, Slavonicarum, Gallicarum, Italicarum, Græcarum, &c. felicissime eruit. Voci *bann*, *bannus*, insignem affudit lucem. *Bannus regius*, ipso judice, est jurisdictio superior & 58.
criminalis. Id ipsum quidem veritati haud est absimile; at 59.
addendi sunt alii quoque significatus, banno regio innexi. Bannus enim regius denotat etiam certam pecuniæ summam, quotannis fisco regio inferri solitam, quod omnino patescit ex *Muratorii Parte I* libri, *Antichità Estensi* inscripti, ejusque *Cap. 28 pag. 275*. Designat illa vox quoque jussum & præceptum Regis. In Charta *Conradi II* apud *Butkenium* in *Preuves des Trophées de Brabant Tom. I pag. 39* hæc leguntur: *Attendens, nulli licitum*

tum esse alicujus ecclesiæ advocatiam usurpare, nisi banno regio ad hoc esset institutus. *Brabantiæ* denominationem Autor ducit ex voce composita *Brachband*, quæ *terram omnibus perruptam, & aggere circumdatam*, denotat. *Brach* enim est ex *brechen*, frangendo, perrumpendo, & *band*, ex *binden*, circum-
Pag. 19. dando, vinciendo. *Aloen* Autor ex Græco ἀλόη repetit, omittens monere, hoc ex Ebraico אהל profluxisse. Ad vocem *Blarren pag. 104* addimus, accolis Leinæ *blarren* esse idem ac *lamentationes edere cum lacbrymis ac incondita vociferatione.* Nomina animalium, plantarum, ludorum, herbarum, & arborum, solertissime conquisivit Cel. Autor, lectoribusque immortali beneficio consuluit, dum voces & phrases Latinas evidentiores, plerumque haud unas, singulis nominibus verbisque addidit. Frequentissime errores inveteratos solide profligavit. Dabimus exemplum & unum & alterum. Pirum butyraceum viroris obscurioris vulgus jam appellat *pire grise, poire grise.* Hoc vero Gallice vocandum esse Noster ostendit *burrée*
99. *grise.* Langobardos, multi credunt, obtinuisse nomen ex spatio
120. arabilis terræ diffuso. At Cel. Vir ostendit, eos sic dictos esse *ex longa terræ extremitate*, ex *lange barde*, seu *borde.* Quæ originatio confirmatur distributione præfecturæ Wickensen & Winzenburg in Saxonia inferiori, fieri solita ex ævo antiquo in *obere bærde* & *neer bærde.* Pleraque horum tractuum sunt silvis saxisque plena, terraque arabili carent. Omittimus alia complura. Prædicamus justissimisque laudibus concelebramus Cel. Autoris insigne hoc Opus, avide exspectantes ejus continuationem. Prævidere nobis jam videmur iteratas præstantissimi hujus Thesauri editiones, & accessiones aliorum. Dabimus & nos symbolam nostram, ac voculas adjiciemus lanci saturæ nonnullas. *As, Asne*, est *merces.* Vide *Leges Brunsuic. Cap. 1 n. 37, & Leges veteres Cellenses n. 19. Asa* in codice Ulphilæ est *id, quod recipimus ex agro. Asneis*, & Anglo-Saxonibus *esne*, est *mercenarius, servus.* Videntur hæc ad *As*, cibum, referenda. *Glammer* est Saxonibus ad Inneram *nævus, vitium*, &c. Gratulamur præterea Germanis nostris, qui nunc in partem gloriæ, Tuscorum, ac Parisiensium, veniunt, a quibus Lexica, linguæ verna-

vernaculæ sermonisque patrii recludentia, thesaurum civitas accepit & lubens excepit erudita.

Anleitung zur Historie der Theologischen Gelahrheit, rc. hoc est, *INTRODUCTIO IN HISTORIAM THEOLOGIÆ, Autore GOTTLIEB STOLLIO, Prof. Acad. Jenensis.*

Jenæ, in officina Meyeriana, 1739, 4.
Alph. 5 plag. 2.

Cujus *Historiæ literariæ* primam editionem *A. 1718 Mens. Dec. pag. 558 seq.* recensuimus, alteram auctiorem *A. 1725 Mens. Nov. pag. 508*, ejusque Latinam versionem *A. 1728 Mens. Jul. pag. 335*, cujus item *Historiam Medicinæ A. 1732 Mens. Oct. pag. 465* Lectorum nostrorum oculis exposuimus, ejus Celeberrimi Viri nunc exhibemus *Historiam Theologiæ*, etiam atque etiam optantes, ut & *Historiam Jurisprudentiæ*, in qua elaboranda nunc occupatur strenue, ad finem perducat & in publicum edat. Commendarunt superiores libros inprimis acumen judicii, & generosa sentiendi censendique libertas. Utramque virtutem in hoc etiam Opere, cujus recensionem aggredimur, læti deprehendimus. Constat Opus hoc *octo Capitibus*, vel potius *Libris*, quibus absolvi posse Theologiæ Historiam, Autor credidit. In *primo*, præmissis de naturali Theologia nonnullis, generatim disserit de Theologia, e sacro Codice exstructa. In *§. 10 seq.* eos commemorans, qui Introductionem in Theologiam scripserunt, *Buddei Isagogen* ceteris præfert omnibus. Systematis theologici conditorem e Patribus primum esse *Augustinum*, e Scholasticis *Thomam*, e nostratibus *Melanchthonem*, *§. 14 seq.* docet, de cujusque opere proferens & suum & aliorum judicium. Recentiores inter Synopses Theologiæ e nostratibus majorem in modum laudat *Pfaffianam*, e Reformatis *Heideggerianam*, ex Arminianis *Limborchianam*. Hinc Scriptores *Bibliothecæ theologicæ* commemorat, itemque Scriptores historiæ dogmatum theologicorum; quos inter primum Germanorum tale opus conficere aggressum

esse *Henr. Altingium*, observat. In *secundo* de sacro Codice agit, in eumque editis Commentariis. Exhibitis hic sacri illius codicis non solum versionibus, sed etiam optimis editionibus, indicatisque iis, qui de Commentatoribus Biblicis singulares ediderunt libros, recenset cum Judæorum, tum Christianorum, Commentarios, & horum quidem prius universales, deinde particulares. Inter Pontificios præcipue laudat *Maldonatum* & *Calmetum;* inter Lutheranos *Lutherum* & *Schmidium;* inter Reformatos *Calvinum*. Producit item Scriptores *Harmoniæ Evangelicæ*, eosque, qui locorum Biblicorum illorum, qui contradicere inter se videntur, protulerunt conciliationes. In *tertio* Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ reperimus. Ac inter eos quidem, qui Veteris Testamenti condiderunt historiam, principem locum *Buddeo* Noster assignat. Novi Testamenti historiæ ecclesiasticæ Scriptores producit ordine chronologico. Tum Scriptores commemorat de Scriptoribus ecclesiasticis, de Vitis Sanctorum, de Martyribus, de Hæreticis, de Conciliis, de Ritibus sacris, de Patribus Ecclesiæ, de recentioris ævi Theologis, de Colloquiis religiosis, post Reformationem habitis. Ut judiciorum, a Nostro latorum, nonnihil proferamus, *§. 34 seq.* insigni laude mactat *Centurias Magdeburgicas;* & *§. 43* observat, Pontificia in Ecclesia solos ferme Gallos colere agrum Historiæ Ecclesiasticæ, interque eos præcipuam ait laudem mereri Florentium (*Fleury*). Reformatos inter maxime ei placet *Sudorius* (*le Sueur*), inter nostrates *Weismannus*. De Theologis veteris Ecclesiæ, qui quinto vixerunt Seculo, eorumque Operibus, accurate agit *§. 81-98*, inprimis, quæ digna memoratu erant de *Augustino*, exponens, suamque annectens de hujus viri theologica scientia sententiam. Pari modo sexti secutorumque Seculorum Theologos exhibet *§. 102 seq.* In *quarto* de dogmaticæ Theologiæ Scriptoribus disputat, initio facto a Scriptoribus Catechesium. De *Petri Lombardi* decantatissimo Opere, scriptisque in id Commentariis, plura profert. Lutheranorum & Reformatorum Systemata & Compendia postquam recensuit, etiam eos laudat, qui unum aliquem locum theologicum singulari libro illustrarunt, e. g. de Christo, de ima-

gine

gine Dei, de resurrectione. In *quinto* agit de Scriptoribus Theologiæ moralis. Non omissa eorum mentione, qui historiam hujus Theologiæ composuerunt, ipse luculenter disserit de Theologia morali Patrum Ecclesiæ, de conditoribus Theologiæ mysticæ, de Scriptoribus Theologiæ moralis recentioribus, Lutheranis potissimum ac Reformatis. In §. 51 observat, perpaucos scripsisse de prudentia ecclesiastica, quique adhuc aliquid ejus argumenti ediderint, eruditis haud satisfecisse. Cognoscere hinc licet Theologis eruditione præstantioribus, faciendum sibi esse, ut lacunam hanc insignem posthac expleant. Patres Ecclesiæ minus felices progressus fecisse morali in Theologia, judicat; mysticæ autem Theologiæ scriptores margaritas suas multo fimo involvisse. Inter hos tamen *Taulerum* laudat, *Thomam*que *Kempensem*; quibus & *Arndium* §. 29 & 38 adjungit socium. In *sexto* Theologia consideratur polemica. Nec alienum hoc loco duxit Autor Celeberrimus, disserere de *Symbolis*, aliisque Confessionibus fidei, e. g. Augustana nostra; itemque de *Corporibus doctrinæ*. Theologos polemicos ordine exhibet chronologico, nec eos prætermittens, qui Atheos refutarunt & Naturalistas, Indifferentistas item, atque Scepticos. Imo & illos producit, qui adversus Judæos & Muhammedanos disputarunt; qua occasione & Scriptores de veritate religionis Christianæ commemorat, de singulis quædam proferens, eruditiorem reddentia lectorem. Libros Patrum Ecclesiæ polemicos admodum parvi facit, caruisse dicens eos solida eruditione arteque critica, & oratorie magis, quam philosophice, disceptasse. *Lutherum* & *Melanchthonem* bene se gessisse in hac palæstra, judicat. Omnium tamen polemicorum Theologorum principem esse censet *Chemnitium*; cui proximum locum *Gerhardo* concedit. In *septimo* agit de Theologia casuistica, recensens primo Pontificios, (quorum in horto casuistico plurimum zizaniorum natum fuisse, observat,) deinde Reformatos, postremo Lutheranos. Ac inter hos palmam ceteris præripuisse *Spenerum*, *Buddeo* & *Reimmanno* assentitur. In *octavo* denique de Theologia homiletica disserit, describens concinne historiam sacrorum sermonum,

deinde conciones commemorans in libros Biblicos, itemque Postillarum scriptores, compositores item artis homileticæ, confectoresque Concordantiarum Biblicarum, quorum antesignanus est Cardinalis *Hugo de S. Charo.* Finito sic Operi præclaro subjungitur Appendix, quatuor nostræ ætatis Theologorum vitas exhibens, *Carpzovii*, *Færtschii*, *Zieroldi*, & *Rusii.*

JOANNIS NICOLAI, ANTIQUITATUM quondam in Academia Tubingensi Professoris celeberrimi, Libellus de Luctu Christianorum, seu de Ritibus, ad sepulturam pertinentibus, nunc primum editus ex Bibliotheca SIGEBERTI HAVERCAMPI.

Lugduni Batavorum, apud Joannem Hasebrœk, 1739, 8 maj. Plag. 15.

Propitio Musarum choro in manus Celeberrimi olim *Havercampi*, accuratissimi ingeniorum æstimatoris, præsens pervenit libellus, a Viro in omni quondam antiquitate versatissimo, plurimisque bonæ frugis Operibus immortalitatem consecuto, compositus. Quem partum, sane pulcherrimum, dum parentis loco in tutelam recepit suam, primusque ex MSto in lucem protulit, laudatus modo *Havercampus*, & suam in Autoris cineres ostendit pietatem, & novum reipublicæ inserviendi literariæ specimen exhibuit, dignus propterea, qui communem ejusdem applausum ferat. Ipsum, quod Lectoribus nostris non vulgari modo commendamus, Opusculum *novem & viginti* absolvitur *Capitibus*, quorum *primum de Sepulturæ definitione, tam nominali, quam reali*, ut Philosophi dicunt, inscribitur. *Alterum, defunctorum corpora sepelienda esse*, ex Veteris pariter Novique Testamenti locis, & Jure gentium, docet. Tum *Capite tertio Sepultura barbarorum improbatur populorum*, quorum alii belluis projecerunt, alii sub dio exposuerunt, alii in sterquilinia detruserunt, defunctorum cadavera. Chios, addit Autor, combustis corporibus ossa contundere in mortario, & navigio deinceps imposita, per cribrum ad ventorum flatus dispergere, donec penitus

nitus dissipentur. Quod succedit *Caput quartum*, de *Christianorum Cœmiteriis* agit. Disquirit in illo potissimum Autor, cur sepultura necessaria, quare sepulchra cœmiteria dicantur, an cœmiteria consecrari debeant, quod affirmant quidem Pontificii, atque sic effici putant, ne in locis consecratis habitent diaboli, rectius tamen ab Autore exploditur. *Caput quintum: combustionem cadaverum rejicit*, & *humationem Christianorum laudat*. Hæc an recentior sit illa, dubitatur ex eo, quod Patriarchæ omnibus priores gentibus fuerunt, de quorum tamen crematione altum in sacra Historia silentium est. Hinc, illam ex Philosophorum gentilium cerebro natam, nec a Græcis semper & Romanis observatam esse, censet Autor, & *Capite sexto* in Pontificios graviter invehitur, quos quippe, *insepulta Protestantium cadavera relinquentes, peccare turpiter*, & *ne minimam quidem justitiæ speciem præ se ferre*, contendit. *Septimum Caput* errorem notat Pontificiorum, *quod ad ossuaria & reliquias attinet*, ac, religiosum erga demortuorum ossa & reliquias cultum, moremque effodiendi easdem ex terra, rursus alibi condendi, & adorandi, divinis repugnare præceptis, evincit. *Caput octavum sepeliendi potestatem summo vindicat magistratui; nonum* autem, *viventes adhuc de sepulchro sibi posse prospicere, dummodo absit superstitio*, commonstrat. *Capite decimo de Sepulturæ materia* differit Autor. Eos, qui violentas sibi ipsi manus intulerunt, sepultura privandos putat, nisi quidem id ex humano affectu perpetraverint, quo refert antiquæ Ecclesiæ Christianos, (qui, ne tormentis adacti sacra ejurarent sua, *αὐτόχειρες* fuerunt,) aut vita pie & innocenter transacta, vel profunda tristitia & atra bile, quæ rationis compotes esse non sivit, vel manifesta abrepti dementia, voluntaria morte ex vita discesserint. Quid vero hic juris circa maleficos? Sane, ex Hebræorum lege suspensos eodem die, ante solis occasum, sepeliri debuisse, memorat Autor, cujus legis rationem putat esse genuinam, ne tactu cadaveris impuri redderentur homines, inprimis cum immundities, ex mortuo contracta, omnium haberetur maxima apud Hebræos. Id ipsum tamen fueritne lex pure cerimonialis, an mixta, valde disceptatur. Autoris

eo

eo redit ſententia, omnino eſſe ſepelienda cadavera delinquentium apud Chriſtianos. *Caput undecimum de Sepulturæ loco* diſpicit. Hic extra urbes erat apud Hebræos, Græcos, Romanos. Rariſſime hæc conſuetudo fuit neglecta. Chriſtiani e contrario communem humandis defunctorum corporibus deſtinatum habuerunt locum, quem Cœmiterium appellarunt. Jucundas hic addit Autor obſervationes, quando intra urbes ſepultura admiſſa apud Chriſtianos fuerit; de ſepultura in templis, prope Martyrum monumenta, quod tandem lucri cauſa factum, & propterea ſucceſſu temporis ab Imperatoribus fuit cohibitum. Idque recte omnino. Probat enim Autor gravibus argumentis, plane non eſſe tolerandam in templis ſepulturam. *Duodecimum Caput de Ritibus ſepulturæ adhibendis, & quidem de lotione, conditura, oſculo, & veſtitu*, exponit. Quod & olim, ut hodie, albis cadavera veſtibus ornaverint Chriſtiani, non ſine ratione factum cenſet, albumque colorem ſalutis fuiſſe ſignum ſcribit Autor, dataque hac occaſione luxum reprehendit in adornandis defunctorum corporibus. *Decimum tertium Caput cadaverum Chriſtianorum compoſitionem* Lectoribus præbet conſpiciendam. Chriſtiani veteres cadaver lotum atque veſtitum loculo imponebant. Quo facto, caput, ſi juvenis, vel puella, corona ornabant, reliquo corpore floribus & herbis conſperſo. Deinde, ut Græci ac Romani, aliorum dabant conſpectui cadavera, eademque tandem, arca occluſa, panno ſerico, vel ex lana confecto, tegebant. *Caput decimum quartum funerum* deſcribit *indictores.* Hi olim apud Romanos præcones erant; hodie vero vel per certos homines, ſive mares, ſive fœminas, vel per literas, funus indicitur, cui addit Autor æris campani ſonitum, in Saxonia potiſſimum uſitatum. *In decimo quinto Capite funeris* ſequitur *deductio*, quæ apud veteres Chriſtianos noctu nonnunquam, nonnunquam interdiu, fieri ſolebat. *Capite decimo ſexto comitatum ſeu pompam funebrem Chriſtianorum, & veterem, & hodiernum*, doctiſſimus Autor enarrat, & *decimo ſeptimo Capite de precibus & concionibus funebribus veterum Chriſtianorum* exponit. *Capitis decimi octavi de Curriculo vitæ, & orationibus funebribus*, inſcriptio eſt. Et,

cum

cum nostris sæpe temporibus busta floribus ac rosis conspergantur, hæcque deinde templis inferantur, & in his suspendantur, *de ritu sparsionis florum atque eleemosynarum Capite decimo nono* disseritur. *Vicesimum Caput de Pontificiorum ritibus funebribus, illorumque usu & abusu; vicesimum primum de Reformatorum sepeliendi ritu, & usu honesto; vicesimum secundum de Ritu sepulturæ Lutheranorum; vicesimum tertium de Silicerniis & cœnis Christianorum funebribus; vicesimum quartum de Concionum funebrium usu & abusu; vicesimum quintum de Religione sepulchrorum; vicesimum sextum de Tempore luctus apud Christianos, ejusque moderatione; vicesimum septimum de Defunctorum consecratione; vicesimum octavum de Excessu & moderatione Christianorum circa sepulturam; ultimum* denique, quod est *nonum & vicesimum, Caput de Usu sepulturæ practico*, agit. Allicient hæc omnia sine dubio Lectores, ejusmodi deliciarum cupidos, ad perlustrandum libellum ipsum; neque adeo opus esse judicamus, ut copiosa ex politissimo, quod aliena commendatione plane non indiget, Opusculo specimina proferantur.

PETRI ZORNII, PROFESSORIS REGII ORDINARII, Historia Eucharistiæ infantium, ex Antiquitatibus Ecclesiarum, tum occidentalium, tum orientalium, secundum decem Seculorum seriem, & multiplicem varietatem, illustrata.

Berolini, apud Jo. Petr. Schmid, 1736, 8.

Alph. 1 plag. 19.

Cum multa momenta restent in Historia Ecclesiastica veteri excutienda, & in lucem adspectumque publicum protrahenda; tum illi operam & studium non male collocare videntur, qui ex hac nobilioris doctrinæ parte unum itemque alterum sibi seligunt argumentum illustrandum, & ex veterum monumentis contra falsas aliorum opiniones confirmandum. Quis igitur erit, qui Cl. *Zornio* in malam accipiat partem, quod animum induxerit ad historiam Eucharistiæ infantium hoc ipso libello illustrandam, & nonnullorum iniquas sententias de hac ipsa re convellendas?

das? Eo enim inprimis ſpectat Doctiſſ. Autoris opera, ut, quicquid ad hanc hiſtoriam pertinet, ab origine uſque ad ultima ſecula initio breviter enarret, deinde idoneis teſtimoniis probet atque confirmet, omniaque ea explicet, quæ in Eccleſia & orientali & occidentali de hac Euchariſtia infantium ſunt tradita. Tandem operam collocat in refutando *Jac. Benigno Boſſueto*, qui de Euchariſtia infantium in Eccleſiis orientalibus & occidentalibus multa fingit, & in gratiam ſuæ Eccleſiæ exponit, id quod Cl. Autor uberius in Præfatione explicat, illud ſimul monens, *Jo. Frid. Mayeri* Commentarium *de Euchariſtia, infantibus olim data*, cum hoc libello non idem pertractare. Ne vero tædium lectori in perlegendo hoc libello moveretur, diviſit Cl. Autor totam hanc hiſtoriam in *Capita XXXIV*, quæ brevibus, noſtrum erit, indicare, quo de pretio hujus tractationis Lectoribus noſtris eo
Pag. 1 ſeq. melius conſtet. *Capite* igitur *I* explicantur varia nomina, quibus antiqua Eccleſia Euchariſtiam infantum appellavit. *Boſſuetus*, ut probet, in veteri Eccleſia infantes, quibus mammam adhuc dabant matres, tantummodo vinum in S. Cœna ſuctu quodam hauſiſſe, ætate autem provectiores non niſi panem accepiſſe, in conſilium advocat nomina, quibus olim Euchariſtia infantum fuerit deſignata. At fruſtra id quidem, quandoquidem voces oblationis, communionis, euchariſtiæ, & confirmationis, quæ de hac re adhibentur, non habent hanc vim, ut ejus ſen-
13 ſeq. tentiam confirment. *Capite II* quæritur, an infantibus recens natis Euchariſtiam veteres in melle & lacte dederint. Nam, cum *Simplicius Verinus*, ſeu *Claudius Salmaſius*, in libro *de Transſubſtantiatione* affirmet, loco panis mel, loco vini lac, accepiſſe infantes, hunc falli oſtendit Cl. *Zornius* ex variis locis Patrum & ſilentio antiquitatis de hoc ritu, nec recte ab eo provo-
20. cari ad Canonem Eccleſiæ Africanæ. *Caput III* inquirit, an infantes adulta ætate tantum reliquias Euchariſtiæ, ſive tantum panem, acceperint. *Evagrius* atque *Calliſtus* memorant, antiquiori Eccleſiæ in more fuiſſe poſitum, ut, ſi quædam particulæ panis in adminiſtratione S. Cœnæ remanſerint, pueri impuberes, παῖδες ἄφθοροι, qui ſcholam frequentarunt, accerſerentur, illas manducaturi. *Boſſuetus* autem ex hoc ritu colligit, in-

fantes adulta ætate solum panem in Eucharistia accepisse, contra quem Autor disputans, demonstrat solide, pueros illos non accepisse communionem, sed tantummodo comedisse panem, qui remanserat ex communione, ne ille, sanctissimis usibus destinatus, ad usum communem transiret. Agnovisse veritatem hujus rei nonnullos Gallos, *Chamierum*, & alios, monet, nec miraculum, ab *Evagrio* traditum, favere *Bossueto*, nec Edictum Concilii II Matisconensis, quod ritum, modo dictum, nec quidquam præterea, confirmat. *Caput IV*, an infantes tenellæ admodum ætatis in Eucharistia solum calicem acceperint, disquirit, Pag. 35. doceturque hic, *Bellarminum*, *Garnerium*, & *Bossuetum*, contendere, communionem infantum sub una specie vini celebratam fuisse, provocantes ad *Cyprianum*, & historiam, quam ille tradit. Sed, hanc non esse mentem *Cypriani*, qui potius fateatur, infantes suo tempore utramque speciem accepisse in sacra Cœna, probat Autor, non simul negans, sequiori ætate variatam 42. esse Eucharistiam infantium, quibus vinum tantum fuerit porrectum Seculis recentioribus, quod ipsum de prioribus Seculis non possit asseri. Cum præterea panis eucharisticus apud veteres vino nonnunquam fuerit tinctus in usum ægrotorum; cœ- 59. ptum est quæri, an infantes in Eucharistia panem in calice sacro intinctum tantummodo acceperint. Pontificios ex historia virginis apud *Aquitanum* illud confirmare velle, *Caput V* decla- 65. rat, monente Cl. Autore, virginem hanc jam grandiusculam videri, adeoque hanc narrationem illud non posse demonstrare, neque tamen prorsus negante, illis temporibus, quibus panis, vino intinctus, non solum ægrotis, sed etiam sanis, fuerit porrectus, idem evenisse infantibus. *Capite VI* de Eucharistia infan- 73. tum sub utraque specie, præcipue in Ecclesiis Orientalibus, secundum Seculorum multorum seriem disputatur. Sunt ex cordatioribus Pontificiis, qui, Eucharistiam infantum sub utraque specie fuisse celebratam, fatentur, aliis tamen hanc rem apertam negantibus. Ut itaque rem ex Historia demonstret, docet Autor, in Constitutionibus Apostolicis & Liturgia veterum, ubi ordo communicantium exponitur, etiam παιδία enumerari, quod de infantibus Noster accipit, remque eandem referre de infantibus

 Dionysium

ysium Areopagitam, ex Seculo tertio *Cyprianum*, contra cujus testimonium nihil valeant *Bossueti* argumentationes, ex quarto *Augustinum*, *Pontium Paulinum*, ex quinto *Gennadium Massiliensem*, ex septimo *Joannem Moschum*, & Concilium Toletanum XI, ex octavo *Caroli M.* testimonium & *Jessei*, ex nono *Gualterum*, *Theodulphum*, & *Riculphum*, &c. *Caput VII* inquirit, an Eucharistia infantum traditione Apostolica
Pag. 88. & Conciliorum Oecumenicorum consensu probari & confirmari possit. Prius affirmare *Augustinum*, posterius recte negare, docetur, *Christ. Kortholtum* & *Fechtium*. *Caput VIII* quæ-
95. stionem movet, an Baptismum æque ac Eucharistiam infantum inter inventa humana Patrum referre liceat. Cui *Salmasius* occasionem dedit, qui, Apostolicam Pædobaptismi originem negans, postera ætate demum inventam, & tunc etiam Eucharistiam infantibus porrectam esse, credit. Eandem sententiam defendit *Godofr. Arnoldus*, referens Eucharistiam & Baptismum infantum inter inventa humana Patrum, sed qui male in suam sententiam *Tertullianum* trahit. Quemadmodum vero, quod ad originem Baptismi infantium attinet, horum sententiam falsam esse, pronuntiat Autor; ita etiam, nullo fundamento niti illud, contendit, quod Eucharistia & Baptismus infantum uno eodemque tempore in Ecclesia originem habuerint, cum Seculo
105. demum III Eucharistia horum orta fuisse videatur. *Caput IX* ex antiquitate recenset nonnulla exempla illorum, qui Eucharistia
111. ad morbum infantum tollendum abusi sunt. Sunt ex Pontificiis nonnulli, qui, in Ecclesia occidentali infantes, ad Eucharistiam admissos, etiam extremam unctionem accepisse, diserte dicunt, contra quos *Capite X* ostenditur, illos oleo quodam sacro morbos depellere consuesse, & post Baptismum etiam infantium corpora, quæ tenera illa ætate malis maxime sunt obno-
116. xia, unxisse veteres. An primi Patres Ecclesiæ, Eucharistiam infantibus ad salutem æternam esse necessariam, crediderint, *Caput XI* disquirit. Hanc quæstionem esse affirmandam, ex *Augustino* & aliis Patribus fit clarum, hique sententiam suam ex *Jo. VI*
136. confirmarunt. Inde contra eos disputatur, qui Patres volunt hac in re excusare. Ignorantiam Doctorum Concilii

Tri-

Tridentini circa doctrinam Eucharistiæ infantum memorat *Caput XII.* Hi enim partim in eo errant, quod asserant, hunc ritum,Eucharistiam dandi infantibus, in quibusdam tantum locis fuisse observatum, contra fidem historiarum, partim quod sibi persuadent, nulla salutis necessitate Eucharistiam datam, in quibus omnibus confutantur ab Autore. *Caput XIII* probat, tum Pag. 158.
demum Eucharistiam infantium in Ecclesia Romana vel variasse, vel abrogatam omnino esse, cum transsubstantiatio passim altas egerit radices. Cum multæ dentur Ecclesiæ Romanæ variatio- 170.
nes in doctrina veteri, tum etiam illis variationem circa Eucharistiam infantum debere annumerari, ostendit Autor *Capite XIV.* Sic etiam, in antiquis Bohemorum Ecclesiis Euchari- 179.
stiam infantum in usu fuisse, ex *Capite XV* fit clarum. Miracula nonnulla in Eucharistia infantum divinitus edita in Ecclesiis occidentalibus fuisse, sibi Pontificiorum nonnullos ad confirmandam transsubstantiationem persuadere, refert *Caput XVI.* Pau- 192.
ciora Eucharistiæ infantum in Orientali, seu Græca,Ecclesia reperiri exempla,tradit *Caput XVII*, idque propterea esse factum,quia 202.
plerique Græcæ Ecclesiæ Patres verba *Joannis Cap. VI* de spirituali manducatione & bibitione corporis & sanguinis Christi acceperint. *Inde scilicet* Baptismum & sacram Cœnam differebant usque ad mortem. Magnas, ut ex *Capite XVIII* discimus, habent lites 229.
Ecclesiæ Græcæ & Romanæ de Eucharistia infantium, & Græcæ Romanas hæreseos & novationis hac in re accusant; quod fieri non deberet,cum nullum præceptum aut testimonium de hac re sacrarum literarum possit produci; quo loco argumenta *Metrophanis Critopuli* confutantur. *Caput XIX* multis veterum Græ- 246.
corum testimoniis demonstrat, in veteri Græca Ecclesia communionem sub utraque fuisse usitatam; quid? quod etiam Aubessinis hæc, dissentientibus licet nonnullis, asseritur. Porro, infantum Eucharistiam non solum apud Græcos, sed apud Armenos etiam, Jacobitas, Abyssinos, & omnes fere orientales, nunc obtinere, & quidem sub utraque specie, contendit Autor. 271.
Quando *Capite XX* quæritur de Ecclesia Græca, an transsubstantiationi faveat, contra Pontificios, antiquam Græcam Ecclesiam hoc suo consensu non comprobare, respondetur, recentiorem autem Græcam Ecclesiam in doctrina trans-

esse *Henr. Altingium*, observat. In *secundo* de sacro Codice agit, in eumque editis Commentariis. Exhibitis hic sacri illius codicis non solum versionibus, sed etiam optimis editionibus, indicatisque iis, qui de Commentatoribus Biblicis singulares ediderunt libros, recenset cum Judæorum, tum Christianorum, Commentarios, & horum quidem prius universales, deinde particulares. Inter Pontificios præcipue laudat *Maldonatum* & *Calmetum*; inter Lutheranos *Lutherum* & *Schmidium*; inter Reformatos *Calvinum*. Producit item Scriptores *Harmoniæ Evangelicæ*, eosque, qui locorum Biblicorum illorum, qui contradicere inter se videntur, protulerunt conciliationes. In *tertio* Scriptores Historiæ Ecclesiasticæ reperimus. Ac inter eos quidem, qui Veteris Testamenti condiderunt historiam, principem locum *Buddeo* Noster assignat. Novi Testamenti historiæ ecclesiasticæ Scriptores producit ordine chronologico. Tum Scriptores commemorat de Scriptoribus ecclesiasticis, de Vitis Sanctorum, de Martyribus, de Hæreticis, de Conciliis, de Ritibus sacris, de Patribus Ecclesiæ, de recentioris ævi Theologis, de Colloquiis religiosis, post Reformationem habitis. Ut judiciorum, a Nostro latorum, nonnihil proferamus, §. 34 *seq.* insigni laude mactat *Centurias Magdeburgicas*; & §. 43 observat, Pontificia in Ecclesia solos ferme Gallos colere agrum Historiæ Ecclesiasticæ, interque eos præcipuam ait laudem mereri Florentium (*Fleury*). Reformatos inter maxime ei placet *Sudorius* (*le Sueur*), inter nostrates *Weismannus*. De Theologis veteris Ecclesiæ, qui quinto vixerunt Seculo, eorumque Operibus, accurate agit §. 81-98, inprimis, quæ digna memoratu erant de *Augustino*, exponens, suamque annectens de hujus viri theologica scientia sententiam. Pari modo sexti secutorumque Seculorum Theologos exhibet §. 102 *seq.* In *quarto* de dogmaticæ Theologiæ Scriptoribus disputat, initio facto a Scriptoribus Catecheseum. De *Petri Lombardi* decantatissimo Opere, scriptisque in id Commentariis, plura profert. Lutheranorum & Reformatorum Systemata & Compendia postquam recensuit, etiam eos laudat, qui unum aliquem locum theologicum singulari libro illustrarunt, e. g. de Christo, de imagine

gine

gine Dei, de resurrectione. In *quinto* agit de Scriptoribus Theologiæ moralis. Non omissa eorum mentione, qui historiam hujus Theologiæ composuerunt, ipse luculenter disserit de Theologia morali Patrum Ecclesiæ, de conditoribus Theologiæ mysticæ, de Scriptoribus Theologiæ moralis recentioribus, Lutheranis potissimum ac Reformatis. In §. 51 observat, perpaucos scripsisse de prudentia ecclesiastica, quique adhuc aliquid ejus argumenti ediderint, eruditis haud satisfecisse. Cognoscere hinc licet Theologis eruditione præstantioribus, faciendum sibi esse, ut lacunam hanc insignem posthac expleant. Patres Ecclesiæ minus felices progressus fecisse morali in Theologia, judicat; mysticæ autem Theologiæ scriptores margaritas suas multo fimo involvisse. Inter hos tamen *Taulerum* laudat, *Thomam*que *Kempensem;* quibus & *Arndium* §. 29 & 38 adjungit socium. In *sexto* Theologia consideratur polemica. Nec alienum hoc loco duxit Autor Celeberrimus, differere de *Symbolis*, aliisque Confessionibus fidei, e. g. Augustana nostra; itemque de *Corporibus doctrinæ*. Theologos polemicos ordine exhibet chronologico, nec eos prætermittens, qui Atheos refutarunt & Naturalistas, Indifferentistas item, atque Scepticos. Imo & illos producit, qui adversus Judæos & Muhammedanos disputarunt; qua occasione & Scriptores de veritate religionis Christianæ commemorat, de singulis quædam proferens, eruditiorem reddentia lectorem. Libros Patrum Ecclesiæ polemicos admodum parvi facit, caruisse dicens eos solida eruditione arteque critica, & oratorie magis, quam philosophice, disceptasse. *Lutherum* & *Melanchthonem* bene se gessisse in hac palæstra, judicat. Omnium tamen polemicorum Theologorum principem esse censet *Chemnitium*; cui proximum locum *Gerhardo* concedit. In *septimo* agit de Theologia casuistica, recensens primo Pontificios, (quorum in horto casuistico plurimum zizaniorum natum fuisse, observat,) deinde Reformatos, postremo Lutheranos. Ac inter hos palmam ceteris præripuisse *Spenerum*, *Buddeo* & *Reimmanno* assentitur. In *octavo* denique de Theologia homiletica differit, describens concinne historiam sacrorum sermonum,

deinde conciones commemorans in libros Biblicos, itemque Postillarum scriptores, compositores item artis homileticæ, confectoresque Concordantiarum Biblicarum, quorum antesignanus est Cardinalis *Hugo de S. Charo.* Finito sic Operi præclaro subjungitur Appendix, quatuor nostræ ætatis Theologorum vitas exhibens, *Carpzovii*, *Færtschii*, *Zieroldi*, & *Rusii.*

JOANNIS NICOLAI, ANTIQUITATUM quondam in Academia Tubingensi Professoris celeberrimi, Libellus de Luctu Christianorum, seu de Ritibus, ad sepulturam pertinentibus, nunc primum editus ex Bibliotheca SIGEBERTI HAVERCAMPI.

Lugduni Batavorum, apud Joannem Hasebrœk, 1739, 8 maj. Plag. 15.

Propitio Musarum choro in manus Celeberrimi olim *Havercampi*, accuratissimi ingeniorum æstimatoris, præsens pervenit libellus, a Viro in omni quondam antiquitate versatissimo, plurimisque bonæ frugis Operibus immortalitatem consecuto, compositus. Quem partum, sane pulcherrimum, dum parentis loco in tutelam recepit suam, primusque ex MSto in lucem protulit, laudatus modo *Havercampus*, & suam in Autoris cineres ostendit pietatem, & novum reipublicæ inserviendi literariæ specimen exhibuit, dignus propterea, qui communem ejusdem applausum ferat. Ipsum, quod Lectoribus nostris non vulgari modo commendamus, Opusculum *novem & viginti* absolvitur *Capitibus*, quorum *primum de Sepulturæ definitione, tum nominali, quam reali*, ut Philosophi dicunt, inscribitur. *Alterum, defunctorum corpora sepelienda esse*, ex Veteris pariter Novique Testamenti locis, & Jure gentium, docet. Tum *Capite tertio Sepultura barbarorum improbatur populorum*, quorum alii belluis projecerunt, alii sub dio exposuerunt, alii in sterquilinia detruserunt, defunctorum cadavera. Chios, addit Autor, combustis corporibus ossa contundere in mortario, & navigio deinceps imposita, per cribrum ad ventorum flatus dispergere, donec penitus

nitus dissipentur. Quod succedit *Caput quartum*, de *Christianorum Cœmiteriis* agit. Disquirit in illo potissimum Autor, cur sepultura necessaria, quare sepulchra cœmiteria dicantur, an cœmiteria consecrari debeant, quod affirmant quidem Pontificii, atque sic effici putant, ne in locis consecratis habitent diaboli, rectius tamen ab Autore exploditur. *Caput quintum: combustionem cadaverum rejicit*, & *humationem Christianorum laudat*. Hæc an recentior sit illa, dubitatur ex eo, quod Patriarchæ omnibus priores gentibus fuerunt, de quorum tamen crematione altum in sacra Historia silentium est. Hinc, illam ex Philosophorum gentilium cerebro natam, nec a Græcis semper & Romanis observatam esse, censet Autor, & *Capite sexto* in Pontificios graviter invehitur, quos quippe, *insepulta Protestantium cadavera relinquentes, peccare turpiter*, & *ne minimam quidem justitiæ speciem præ se ferre*, contendit. *Septimum Caput* errorem notat Pontificiorum, *quod ad ossuaria & reliquias attinet*, ac, religiosum erga demortuorum ossa & reliquias cultum, moremque effodiendi easdem ex terra, rursus alibi condendi, & adorandi, divinis repugnare præceptis, evincit. *Caput octavum sepeliendi potestatem summo vindicat magistratui; nonum* autem, *viventes adhuc de sepulchro sibi posse prospicere, dummodo absit superstitio*, commonstrat. *Capite decimo de Sepulturæ materia* disserit Autor. Eos, qui violentas sibi ipsi manus intulerunt, sepultura privandos putat, nisi quidem id ex humano affectu perpetraverint, quo refert antiquæ Ecclesiæ Christianos, (qui, ne tormentis adacti sacra ejurarent sua, αὐτόχειρες fuerunt,) aut vita pie & innocenter transacta, vel profunda tristitia & atra bile, quæ rationis compotes esse non sivit, vel manifesta abrepti dementia, voluntaria morte ex vita discesserint. Quid vero hic juris circa maleficos? Sane, ex Hebræorum lege suspensos eodem die, ante solis occasum, sepeliri debuisse, memorat Autor, cujus legis rationem putat esse genuinam, ne tactu cadaveris impuri redderentur homines, inprimis cum immundities, ex mortuo contracta, omnium haberetur maxima apud Hebræos. Id ipsum tamen fueritne lex pure cerimonialis, an mixta, valde disceptatur. Autoris

eo redit ſententia, omnino eſſe ſepelienda cadavera delinquentium apud Chriſtianos. *Caput undecimum de Sepulturæ loco* diſpicit. Hic extra urbes erat apud Hebræos, Græcos, Romanos. Rariſſime hæc conſuetudo fuit neglecta. Chriſtiani e contrario communem humandis defunctorum corporibus deſtinatum habuerunt locum, quem Cœmiterium appellarunt. Jucundas hic addit Autor obſervationes, quando intra urbes ſepultura admiſſa apud Chriſtianos fuerit; de ſepultura iñ templis, prope Martyrum monumenta, quod tandem lucri cauſa factum, & propterea ſucceſſu temporis ab Imperatoribus fuit cohibitum. Idque recte omnino. Probat enim Autor gravibus argumentis, plane non eſſe tolerandam in templis ſepulturam. *Duodecimum Caput de Ritibus ſepulturæ adhibendis, & quidem de lotione, conditura, oſculo, & veſtitu,* exponit. Quod & olim, ut hodie, albis cadavera veſtibus ornaverint Chriſtiani, non ſine ratione factum cenſet, albumque colorem ſalutis fuiſſe ſignum ſcribit Autor, dataque hac occaſione luxum reprehendit in adornandis defunctorum corporibus. *Decimum tertium Caput cadaverum Chriſtianorum compoſitionem* Lectoribus præbet conſpiciendam. Chriſtiani veteres cadaver lotum atque veſtitum loculo imponebant. Quo facto, caput, ſi juvenis, vel puella, corona ornabant, reliquo corpore floribus & herbis conſperſo. Deinde, ut Græci ac Romani, aliorum dabant conſpectui cadavera, eademque tandem, arca occluſa, panno ſerico, vel ex lana confecto, tegebant. *Caput decimum quartum funerum* deſcribit *indictores.* Hi olim apud Romanos præcones erant; hodie vero vel per certos homines, ſive mares, ſive fœminas, vel per literas, funus indicitur, cui addit Autor æris campani ſonitum, in Saxonia potiſſimum uſitatum. *In decimo quinto Capite funeris* ſequitur *deductio*, quæ apud veteres Chriſtianos noctu nonnunquam, nonnunquam interdiu, fieri ſolebat. *Capite decimo ſexto comitatum ſeu pompam funebrem Chriſtianorum, & veterem, & hodiernum,* doctiſſimus Autor enarrat, & *decimo ſeptimo Capite de precibus & concionibus funebribus veterum Chriſtianorum* exponit. *Capitis decimi octavi de Curriculo vitæ, & orationibus funebribus,* inſcriptio eſt. Et,

cum

cum nostris sæpe temporibus busta floribus ac rosis conspergantur, hæcque deinde templis inferantur, & in his suspendantur, *de ritu sparsionis florum atque eleemosynarum Capite decimo nono* differitur. *Vicesimum Caput de Pontificiorum ritibus funebribus, illorumque usu & abusu; vicesimum primum de Reformatorum sepeliendi ritu, & usu honesto; vicesimum secundum de Ritu sepulturæ Lutheranorum; vicesimum tertium de Silicerniis & cœnis Christianorum funebribus; vicesimum quartum de Concionum funebrium usu & abusu; vicesimum quintum de Religione sepulchrorum; vicesimum sextum de Tempore luctus apud Christianos, ejusque moderatione; vicesimum septimum de Defunctorum consecratione; vicesimum octavum de Excessu & moderatione Christianorum circa sepulturam; ultimum* denique, quod est *nonum & vicesimum, Caput de Usu sepulturæ practico*, agit. Allicient hæc omnia sine dubio Lectores, ejusmodi deliciarum cupidos, ad perlustrandum libellum ipsum; neque adeo opus esse judicamus, ut copiosa ex politissimo, quod aliena commendatione plane non indiget, Opusculo specimina proferantur.

PETRI ZORNII, PROFESSORIS REGII ORDINARII, Historia Eucharistiæ infantium, ex Antiquitatibus Ecclesiarum, tum occidentalium, tum orientalium, secundum decem Seculorum seriem, & multiplicem varietatem, illustrata.

Berolini, apud Jo. Petr. Schmid, 1736, 8.

Alph. 1 plag. 19.

Cum multa momenta restent in Historia Ecclesiastica veteri excutienda, & in lucem adspectumque publicum protrahenda; tum illi operam & studium non male collocare videntur, qui ex hac nobilioris doctrinæ parte unum itemque alterum sibi seligunt argumentum illustrandum, & ex veterum monumentis contra falsas aliorum opiniones confirmandum. Quis igitur erit, qui Cl. *Zornio* in malam accipiat partem, quod animum induxerit ad historiam Eucharistiæ infantium hoc ipso libello illustrandam, & nonnullorum iniquas sententias de hac ipsa re convellendas?

das? Eo enim inprimis ſpectat Doctiſſ. Autoris opera, ut, quicquid ad hanc hiſtoriam pertinet, ab origine uſque ad ultima ſecula initio breviter enarret, deinde idoneis teſtimoniis probet atque confirmet, omniaque ea explicet, quæ in Eccleſia & orientali & occidentali de hac Euchariſtia infantium ſunt tradita. Tandem operam collocat in refutando *Jac. Benigno Boſſueto*, qui de Euchariſtia infantium in Eccleſiis orientalibus & occidentalibus multa fingit, & in gratiam ſuæ Eccleſiæ exponit, id quod Cl. Autor uberius in Præfatione explicat, illud ſimul monens, *Jo. Frid. Mayeri* Commentarium *de Euchariſtia, infantibus olim data*, cum hoc libello non idem pertractare. Ne vero tædium lectori in perlegendo hoc libello moveretur, diviſit Cl. Autor totam hanc hiſtoriam in *Capita XXXIV*, quæ brevibus, noſtrum erit, indicare, quo de pretio hujus tractationis Lectoribus noſtris eo

Pag. 1 ſeq. melius conſtet. *Capite* igitur *I* explicantur varia nomina, quibus antiqua Eccleſia Euchariſtiam infantum appellavit. *Boſſuetus*, ut probet, in veteri Eccleſia infantes, quibus mammam adhuc dabant matres, tantummodo vinum in S. Cœna ſuctu quodam hauſiſſe, ætate autem provectiores non niſi panem accepiſſe, in conſilium advocat nomina, quibus olim Euchariſtia infantum fuerit deſignata. At fruſtra id quidem, quandoquidem voces oblationis, communionis, euchariſtiæ, & confirmationis, quæ de hac re adhibentur, non habent hanc vim, ut ejus ſen-

13 ſeq. tentiam confirment. *Capite II* quæritur, an infantibus recens natis Euchariſtiam veteres in melle & lacte dederint. Nam, cum *Simplicius Verinus*, ſeu *Claudius Salmaſius*, in libro *de Transſubſtantiatione* affirmet, loco panis mel, loco vini lac, accepiſſe infantes, hunc falli oſtendit Cl. *Zornius* ex variis locis Patrum & ſilentio antiquitatis de hoc ritu, nec recte ab eo provo-

20. cari ad Canonem Eccleſiæ Africanæ. *Caput III* inquirit, an infantes adulta ætate tantum reliquias Euchariſtiæ, ſive tantum panem, acceperint. *Evagrius* atque *Calliſtus* memorant, antiquiori Eccleſiæ in more fuiſſe poſitum, ut, ſi quædam particulæ panis in adminiſtratione S. Cœnæ remanſerint, pueri impuberes, παῖδες ἄφθοροι, qui ſcholam frequentarunt, accerſerentur, illas manducaturi. *Boſſuetus* autem ex hoc ritu colligit, infantes

fantes adulta ætate solum panem in Eucharistia accepisse, contra quem Autor disputans, demonstrat solide, pueros illos non accepisse communionem, sed tantummodo comedisse panem, qui remanserat ex communione, ne ille, sanctissimis usibus destinatus, ad usum communem transiret. Agnovisse veritatem hujus rei nonnullos Gallos, *Chamierum*, & alios, monet, nec miraculum, ab *Evagrio* traditum, favere *Bossueto*, nec Edictum Concilii II Matisconensis, quod ritum, modo dictum, nec quidquam præterea, confirmat. *Caput IV*, an infantes tenellæ admo- Pag. 35.
dum ætatis in Eucharistia solum calicem acceperint, disquirit, doceturque hic, *Bellarminum*, *Garnerium*, & *Bossuetum*, contendere, communionem infantum sub una specie vini celebratam fuisse, provocantes ad *Cyprianum*, & historiam, quam ille tradit. Sed, hanc non esse mentem *Cypriani*, qui potius fateatur, infantes suo tempore utramque speciem accepisse in sacra Cœna, probat Autor, non simul negans, sequiori ætate variatam 42.
esse Eucharistiam infantium, quibus vinum tantum fuerit porrectum Seculis recentioribus, quod ipsum de prioribus Seculis non possit asseri. Cum præterea panis eucharisticus apud ve- 59.
teres vino nonnunquam fuerit tinctus in usum ægrotorum; cœptum est quæri, an infantes in Eucharistia panem in calice sacro intinctum tantummodo acceperint. Pontificios ex historia virginis apud *Aquitanum* illud confirmare velle, *Caput V* decla- 65.
rat, monente Cl. Autore, virginem hanc jam grandiusculam videri, adeoque hanc narrationem illud non posse demonstrare, neque tamen prorsus negante, illis temporibus, quibus panis, vino intinctus, non solum ægrotis, sed etiam sanis, fuerit porrectus, idem evenisse infantibus. *Capite VI* de Eucharistia infan- 73.
tum sub utraque specie, præcipue in Ecclesiis Orientalibus, secundum Seculorum multorum seriem disputatur. Sunt ex cordatioribus Pontificiis, qui, Eucharistiam infantum sub utraque specie fuisse celebratam, fatentur, aliis tamen hanc rem apertam negantibus. Ut itaque rem ex Historia demonstret, docet Autor, in Constitutionibus Apostolicis & Liturgia veterum, ubi ordo communicantium exponitur, etiam παιδία enumerari, quod de infantibus Noster accipit, remque eandem referre de infantibus

nysium Areopagitam, ex Seculo tertio *Cyprianum*, contra cujus testimonium nihil valeant *Bossueti* argumentationes, ex quarto *Augustinum*, *Pontium Paulinum*, ex quinto *Gennadium Massiliensem*, ex septimo *Joannem Moschum*, & Concilium Toletanum XI, ex octavo *Caroli M.* testimonium & *Jessaei*, ex nono *Gualterum*, *Theodulphum*, & *Riculphum*, &c. *Caput*
Pag. 88. *VII* inquirit, an Eucharistia infantum traditione Apostolica & Conciliorum Oecumenicorum consensu probari & confirmari possit. Prius affirmare *Augustinum*, posterius recte nega-
95. re, docetur, *Christ. Kortholtum* & *Fechtium*. *Caput VIII* quaestionem movet, an Baptismum aeque ac Eucharistiam infantum inter inventa humana Patrum referre liceat. Cui *Salmasius* occasionem dedit, qui, Apostolicam Paedobaptismi originem negans, postera aetate demum inventam, & tunc etiam Eucharistiam infantibus porrectam esse, credit. Eandem sententiam defendit *Godofr. Arnoldus*, referens Eucharistiam & Baptismum infantum inter inventa humana Patrum, sed qui male in suam sententiam *Tertullianum* trahit. Quemadmodum vero, quod ad originem Baptismi infantium attinet, horum sententiam falsam esse, pronuntiat Autor; ita etiam, nullo fundamento niti illud, contendit, quod Eucharistia & Baptismus infantum uno eodemque tempore in Ecclesia originem habuerint, cum Seculo
105. demum III Eucharistia horum orta fuisse videatur. *Caput IX* ex antiquitate recenset nonnulla exempla illorum, qui Eucharistia
111. ad morbum infantum tollendum abusi sunt. Sunt ex Pontificiis nonnulli, qui, in Ecclesia occidentali infantes, ad Eucharistiam admissos, etiam extremam unctionem accepisse, diserte dicunt, contra quos *Capite X* ostenditur, illos oleo quodam sacro morbos depellere consuesse, & post Baptismum etiam infantium corpora, quae tenera illa aetate malis maxime sunt obno-
116. xia, unxisse veteres. An primi Patres Ecclesiae, Eucharistiam infantibus ad salutem aeternam esse necessariam, crediderint, *Caput XI* disquirit. Hanc quaestionem esse affirmandam, ex *Augustino* & aliis Patribus fit clarum, hique sententiam suam ex *Jo. VI*
136. confirmarunt. Inde contra eos disputatur, qui Patres volunt hac in re excusare. Ignorantiam Doctorum Concilii Tri-

Tridentini circa doctrinam Euchariſtiæ infantum memorat *Caput XII.* Hi enim partim in eo errant, quod aſſerant, hunc ritum, Euchariſtiam dandi infantibus, in quibusdam tantum locis fuiſſe obſervatum, contra fidem hiſtoriarum, partim quod ſibi perſuadent, nulla ſalutis neceſſitate Euchariſtiam datam, in quibus omnibus confutantur ab Autore. *Caput XIII* probat, tum Pag. 158.
demum Euchariſtiam infantium in Eccleſia Romana vel variaſſe, vel abrogatam omnino eſſe, cum transſubſtantiatio paſſim altas
egerit radices. Cum multæ dentur Eccleſiæ Romanæ variatio- 170.
nes in doctrina veteri, tum etiam illis variationem circa Euchariſtiam infantum debere annumerari, oſtendit Autor *Capite*
XIV. Sic etiam, in antiquis Bohemorum Eccleſiis Euchari- 179.
ſtiam infantum in uſu fuiſſe, ex *Capite XV* fit clarum. Miracula nonnulla in Euchariſtia infantum divinitus edita in Eccleſiis occidentalibus fuiſſe, ſibi Pontificiorum nonnullos ad confirmandam
transſubſtantiationem perſuadere, refert *Caput XVI.* Pau- 192.
ciora Euchariſtiæ infantum in Orientali, ſeu Græca, Eccleſia reperiri
exempla, tradit *Caput XVII*, idque propterea eſſe factum, quia 202.
plerique Græcæ Eccleſiæ Patres verba *Joannis Cap. VI* de ſpirituali manducatione & bibitione corporis & ſanguinis Chriſti acceperint. Inde ſcilicet Baptiſmum & ſacram Cœnam differebant uſque
ad mortem. Magnas, ut ex *Capite XVIII* diſcimus, habent lites 229.
Eccleſiæ Græcæ & Romanæ de Euchariſtia infantium, & Græcæ Romanas hæreſeos & novationis hac in re accuſant; quod fieri non deberet, cum nullum præceptum aut teſtimonium de hac re ſacrarum literarum poſſit produci; quo loco argumenta *Metrophanis Critopuli*
confutantur. *Caput XIX* multis veterum Græ- 246.
corum teſtimoniis demonſtrat, in veteri Græca Eccleſia communionem ſub utraque fuiſſe uſitatam; quid? quod etiam Aubeſſinis hæc, diſſentientibus licet nonnullis, aſſeritur. Porro, infantum Euchariſtiam non ſolum apud Græcos, ſed apud Armenos etiam, Jacobitas, Abyſſinos, & omnes fere orientales, nunc
obtinere, & quidem ſub utraque ſpecie, contendit Autor. 271.
Quando *Capite XX* quæritur de Eccleſia Græca, an transſubſtantiationi faveat, contra Pontificios, antiquam Græcam Eccleſiam hoc ſuo conſenſu non comprobare, reſpondetur, recentiorem autem Græcam Eccleſiam in doctrina trans-

ſubſtantiationis a majorum ſuorum doctrinis diſceſſiſſe. Eucha-
Pag. 318. riſtiam apud infantes uſum medium habere in ſanandis morbis, credere Græcos, *Capite XXI* docetur, qui corporis ἀντίτυπον ad omnes morbos efficaciſſimum putant, & propterea in infantum
326. mitris conſuunt. Quamvis non negetur *Capite XXII*, ægrotos olim apud Græcos fuiſſe unctos a ſacerdotibus oleo quodam; tamen extremam unctionem ex his exſculpere non poſſunt Pontificii, cum qua illa unctio nihil habet commune. Hodierni
344. Græci, tradente id *Capite XXIII*, communionem ægrotis aut moribundis maxime neceſſariam eſſe, credunt, inde & Euchariſtiam ad infirmos aut moribundos mittunt; panis vero vino communi prius intingitur: quo ipſo Pontificii ſuam communio-
369. nem ſub una ſpecie confirmari clamant. *Caput XXIV* de mimica & joculari per pueros Apamenſes Euchariſtiæ celebratione ex *Moſchi Prato ſpirituali* diſſerit, exponens inprimis, quomodo iſti pueri per ludum celebrare inſtituerint Miſſam, & deinde per ignem, de cœlo delapſum, ſymbola fuerint conſumta. Pontificii, hanc hiſtoriam veram eſſe, contendunt; quam tamen contra ejus fidem multi multa excipiant, docet Autor, non verum his ineſſe
394. miraculum, oſtendens. Varia expendit *Caput XXV* judicia doctorum Pontificiorum de Euchariſtia infantum in veteri Eccleſia, & quidem initio Concilii Tridentini, quod anathemate communionem infantum rejicit; quam ſententiam antiquis Patribus fuiſſe, male defendunt Pontificii. Idem Concilium in eo errare, fuſius demonſtrat Autor, quod, hunc morem in quibusdam tantum Eccleſiis in uſu fuiſſe, putat. *Suarezius* loca *Auguſtini* de ſpirituali, non de ſacramentali, infantum communione interpretatur, & eundem in modum alii doctores Pontificii placita Concilii
414. Tridentini defendere conantur. Quid Reformati Theologi de infantum Euchariſtia apud veteres ſentiant, prodit *Caput XXVI*. Illos uno cenſenſu hanc Euchariſtiam infantum reprobare, variis teſtimoniis confirmat, &, *Caput VI Joannis* de propria carne Chriſti, proprioque ſanguine, ut ad mortem datis, ſpiritualiterque
422. per fidem participandis, intelligi debere, indicat. *Lutheranos* Theologos Euchariſtiam infantum veterum improbare, *Arnoldum* vero hunc morem veterum inter actiones ludicras

&

& pessimos abusus referre, *Caput XXVII* memorat, ubi etiam nonnulli ex nostratibus nominantur, qui hunc morem improbant. *Caput VI Joannis Lutherus* & plurimi ex nostratibus de spirituali manducatione exponunt. Præterea Autor monet, etiamsi *Caput VI Joannis* de sacramentali manducatione exponeretur, tamen illud non probare Eucharistiam infantum. Hodiernos Græcos Eucharistiam infantum admittere, & transsubstantiationem in S. Cœna credere, probatur. Cum *Bartholdus Nibusius* inter indifferentia Pag. 459.
referat Eucharistiam infantum, de eo disquirit *Caput XXVIII*, & omnino illud assertum miratur, cum Concilium Tridentinum anathema omnibus minetur, qui Eucharistiam infantum existiment retinendam esse, & male ad hanc rem probandam producitur mos, quo olim, calamo in sacro calice tincto, scribebant ea, quæ fixa vellent & rata esse. *Caput XXIX* varias exhibet observationes, qui- 466.
bus Eucharistia infantium illustratur. *Bellarminus* Eucharistiam infantum prorsus repudiat in Ecclesia, rationibus tamen non solidis, utpote quæ possent inverti, ut *Gerhardus* & Autor noster pluribus exponunt. Postea refutatur *Natalis Alexander*, qui asserit, *Augustinum* non statuere, Eucharistiam infantibus esse necessariam, sed hoc illum intelligere de virtute corporis & sanguinis *Christi, in* Baptismo cum ipsis communicata. Deinde disputatur contra *Jo. Stephanum Durantum*, qui de Eucharistia infantum credit, statim post Baptismum eam datam fuisse infantibus, sed, postquam cessaverit adultorum Baptismus, & certa baptizandi tempora immutata fuerint, istum morem in Ecclesia Latina antiquatum fuisse. *Dupinium* in eo errare, palam est, quod affirmat, infantibus in Eucharistia tantummodo unicam speciem vini datam fuisse. *Dionysius Petavius* in multis circa hanc doctrinam fallitur, ut in notulis subjectis exponit Cl. Autor. Denique *Jo. Launojus* humani quid passus in eo dicitur, quod judicium Concilii Tridentini de Eucharistia infantum summopere commendet. *Caput XXX*, an *Innocentii* I, Pontificis Ro- 493.
mani, literæ, ad Episcopos Africanos contra Pelagianos scriptæ, synodicæ fuerint, disquirit. In his literis necessitatem Eucharistiæ infantum doceri, ad quæstionem autem propositam *Garnerium, Augustinum*, & *Launojum*, affirmando respondere, docet Autor.

Esse

Pag. 498. Esse nonnullos doctores Pontificios, qui necessitatem Baptismi infantum probandam in se recipiant, fatetur *Caput XXXI*, eorumque nonnullos nominat. Hoc in loco illud etiam docetur, multa esse Pontificiæ doctrinæ capita, quæ hanc infantum
509. Eucharistiam magis confirment, quam labefactent. *Caput XXXII* judicia Remonstrantium, Mennonistarum, & Socinianorum, de Eucharistia infantum expendit, nominatim *Grotii, Simonis Episcopii, Steph. Curcellæi, Philippi a Limborch, Adriani a Cattenburch*, qui minus honorifice de ea sentiunt. Ex Mennonitis *Hermannus Schyn* Baptismum & Eucharistiam infantum ad humana inventa Patrum refert. Ex Socinianis *Socinus* & *Schlichtingius* infantes putant & baptizari, & ad Cœnam Domini posse admitti, &, si non deberent ad S. Cœnam, nec ad Baptismum debere ad-
521. mitti. *Jacobus Pierce,* celeberrimus inter Presbyterianos doctor, librum edidit sermone Anglico de Eucharistia infantum in Ecclesiis Christianorum more antiquo instauranda, in cujus conspectu repræsentando *Caput XXXIII* occupatum est, quamvis librum ipsum non viderit Cl. Autor, sed tantummodo ex relationibus aliorum habeat cognitum. *Caput XXXIV* post mes-
548-619. sem spicilegium instituit, & varia additamenta continet, historiam Eucharistiæ infantum illustrantia, suo quæque loco inserenda. Index tandem locorum Scripturæ S. illustratorum, rerum, & Capitum, totum hunc librum claudit, cui omnino sua laus & honos constat. Nam, cum satis omnes sciant, Cl. Autorem in Historia Ecclesiastica non esse mediocriter versatum, sed ad hanc ornandam illustrandamque prorsus natum atque factum, hunc etiam libellum præclarum esse limatissimæ doctrinæ suæ monumentum jussit, atque insigne hoc doctorumque hominum studio dignissimum argumentum docte solideque persecutus est, nec minori labore, quam lectionis apparatu, Opus hoc egregium, præsertim in subjectis notis, in quibus, quæ dixit, uberius probat, instruxit, ut nullum dubium sit, quin rem harum rerum amatoribus fecerit gratissimam, hosque in spem magnam erexerit, si pergat in hoc studiorum genere otii sui aliquam partem collocare, certissime futurum, ut nobili ejus opera illustrissima quæque sanctioris doctrinæ capita lucem accipiant clarissimam.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Augusti Anno MDCCXLII.

BIBLIOTHECA BIBLIOTHECARUM MANUscriptorum nova, ubi, quæ innumeris pæne Manuscriptorum Bibliothecis continentur, ad quodvis literaturæ genus spectantia, & notatu digna, describuntur & indicantur. Autore R. P. D. BERNARDO DE MONTFAUCON, Benedictino Congregationis Sancti Mauri.

Tomi II.

Parisiis, apud Briassonum, 1739, fol. maj.

Tom. I Alph. 10 plag. 11, Tom. II Alph. 9 plag. 9.

Dudum ita viri docti judicarunt, quanta quanta sit librorum, ab ipsis inde typographiæ initiis ad hæc usque tempora in lucem editorum, copia & multitudo, nullum tamen superesse dubium, quin eorum, quæ a cujuscunque gentis eruditis civibus elaborata unquam sunt & scriptis consignata, pars longe maxima in tenebris adhuc lateat, nec pauca horum, si in lucem proferantur, insigni bonis artibus & decori & adjumento sint futura. Inprimis vero, quod ad veteres Autores Græcos & Latinos attinet, satis utique constat, horum in illustrioribus passim Bibliothecis Codices MStos, & numero multos, & ex parte omni nobilissimos, servari, quorum si usus, quam fuit huc usque, communior possit effici, omnes intelligunt, certissima hinc iis, qui ad edenda vetustiorum temporum monumenta curam suam convertunt, subsidia sperari posse, & suavissimis humanitatis

ſtudiis ita egregie conſultum iri. Itaque in ea ſententia diu multi fuerunt, id ſalutare inprimis & fructuoſum literis futurum, ſi cui ad Bibliothecarum principum ſacraria aditus tam facilis pateret, ut librorum, qui fatali quodam caſu luce nondum publica fruuntur, ſi non omnium, at eorum tantum, unde literis præſidium & ornamentum exſpectari poteſt, ſibi comparare notitiam, hancque deinde cum ceteris communicare elegantioris doctrinæ ſtudioſis, poſſit. Sed negata omnibus ad hunc diem hæc fortuna fuit, aut, ſi verius dicendum, nemo laboris, quem ea res ſane ſummum habet, ita patiens fuit, ut volvendo huic ſaxo manum admoveret, nedum ejus molem fortiter, ut par eſt, ſuſtineret. Explevit igitur tandem vota noſtra, qui unus explendis iis par videbatur, ferreæ Vir induſtriæ, & moleſtiſſimis dudum laboribus aſſuetus, *Montfauconius*, tunc annis magis, quam vigore, ſenex, qui, præſtantiſſimis tot ſcriptis, magno bonorum omnium plauſu a longo inde tempore publicatis, pulcherrimam coronidem impoſiturus, hoc velut ultimo ſuorum operum aliis, poſt ſe literariam rempublicam ornaturis, indicare fontes voluit, unde ſcribendi poſſint, & de literis optime merendi, materiam haurire. Is, ineunte hoc, quod vivimus, Seculo, in itinere literario, per Italiæ urbes nobiliſſimas ſuſcepto, inter alias nobiliores curas, magni etiam hujus, quo nunc gaudentes utimur, theſauri fundamenta jecit. Admiſſus enim ad Romanas, & ſi quæ aliæ in Italia magnum nomen habent, Bibliothecas, hic MStos Codices, præcipua Bibliothecarum ornamenta, non tantum inſpexit diligenter, ſed horum etiam, in ſuos & amicorum uſus, accuratos catalogos confecit. Quibus ſpoliis onuſtus cum A. 1701 in Galliam rediiſſet, jam etiam domeſticas ſuæ gentis Bibliothecas attentiore, quam olim conſueverat, oculo circumſpicere, & ex his colligere MStorum omnis generis Indices, cœpit, egregie etiam in rem ſuam uſus inſigni liberalitate *Coſmi III*, magni Etruriæ Principis, qui celeberrimæ *Laurentianæ* Bibliothecæ Catalogum, intra decem annorum ſpatium confectum, petenti ipſi deſcribendum benigniſſime conceſſit. Optatum igitur ſucceſſum habuit labor *Montfauconii*, ita quidem,

dem, ut jam A. 1720 instructam a se duorum majoris formæ Voluminum Bibliothecam videret, cui tunc in ordinem redigendæ, & concinno Indice augendæ, operam adhibuit *Joannes le Maistre*, Vir industrius, & *Montfauconii* sui valde studiosus. Sed minime in animo tunc fuerat Autori nostro, usus publici hoc Opus facere, ad id unice destinatum, ut suis partim, partim amicorum, usibus inserviret, quorum multi ex pretiosissimo hoc thesauro suis literis subsidia, nec id frustra, petierunt. Iidem vero, non committendum rati, ut laboris tam præclari fructu res literaria destitueretur, eo tandem suis eum precibus consiliisque adduxerunt, ut & famæ suæ, & seræ posteritati, Opere hoc edito consulere, in animum induceret. Convertit se igitur ad hanc curam A. 1733, totusque ab eo tempore in augendo hoc Opere, & pulcherrime instruendo, fuit, nec quidquam intermisit eorum, unde Bibliothecæ huic gratiam conciliari dignitatemque posse judicaret. Jam enim, quæ ab anno inde 1720 nova ad ipsum undecunque fuerant allata, commode cum ceteris conjunxit, inprimis vero ex Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, &, quam adjunctam ei constat, *Colbertinæ*, quæ tria & triginta millia Codicum MStorum, & in his quater millia Græcorum, numerant, Catalogis præstantissima huc multa transtulit, ex aliis etiam, jam olim editis, Bibliothecarum principum, Cæsareæ Vindobonensis, Anglicarum, Coislinianæ, Lipsiensis Academicæ, & quæ sunt aliæ, Catalogis utilissima quæque excerpsit, &, quod magnam inprimis laudem habet, abesse ab universo Opere scripta leviora, jussit, aut quæ eruditionem ipsam haud adeo prope tangunt, quo pertinent inprimis Menæa, Troparia, Pentecostaria, ritus Ecclesiasticos spectantia, Commentarii in *Aristotelem*, tam Græci, quam Latini, quibus ita abundant Bibliothecæ omnes, ut vix ullo genere scriptorum magis, denique Decretalium interpretes, Jurisprudentiæ nostræ, si foras producantur, parum adjumenti præstituri, illisque adeo tenebris, quibus sepulti jacent, dignissimi. Nec in his substitit Autoris Celeberrimi industria, sed, cum unius Bibliothecæ Catalogos sæpe duos, eosque inter se diversos, ad manus haberet,

beret, ne qua notitia careret lector, utrumque apposuit; ipsorum vero *Codicum* indicium facturus, non, quod solet interdum fieri, *breves* tantum horum notas attulit, sed singulorum, *quæ his* continentur, Operum titulos, sæpe etiam argumenta, interdum vero his plura, annotavit, ut facile patet legenti in hoc Opere Tabularii Britannici titulos notasque omnes, Acta item Comitum Sabaudiæ, & integra passim ex Chartulariis & vetustioribus Codicibus capita descripta. Præterea, cum in Catalogos nonnullos incuria Autorum, quorum plurimos fuisse literarum ignarissimos apparet, errores multi, iique venia vix digni, irrepserint, his, quantam potuit, operam tollendis adhibuit; non paucos tamen, ita desperatos, ut vix manum medicam admitterent, emendandos sagacioribus reliquit, iis vero, de quibus quid statueret, non satis certo scivit, asteriscum apposuit. Sed, quod omnium maxime commoditati lectoris inservit, & Opus hoc ad usum accommodatissimum facit, illud est, quod duo ei Indices accesserunt, copiosissimus uterque, & ad integri Voluminis molem proxime accedens. Horum alter, non tam utilis, quam plane necessarius, in prioris *Tomi* fronte collocatus, Autores omnes Codicesque, per amplissimam hanc *Bibliothecam* dispersos, exhibet, qui nisi esset, boni lectores, unius Codicis notitiam quærentes, singulos perquirendi Catalogos, quorum hic plus quam ducenti & triginta sunt congesti, impositam sibi necessitatem viderent. Sed erunt forte, qui, conficiendi hujus Indicis molestia facile supersedere potuisse Autorem præstantissimum, existiment, si Opus ipsum ita instruere, ut Codices omnes MSti, per tot Catalogos dispersi, uno, secundum Alpheti ordinem decurrente, Indice conjuncti, cuique vero Codici tot Catalogi, quot ejus mentionem faciunt, subnotati, apparerent, quam singulorum Catalogorum collectionem dare, ad ipsas literas, nostro judicio, habentem momenti perparum, maluisset. At ita æquitas postulat, ut, causas, cur hanc inprimis disponendi sui Operis rationem teneret, Cel. Autori, earum rerum, quæ maxime conducunt literis, satis gnaro, fuisse & multas & graves, suspicemur; nec harum nobis fuisse ultima vide-

videtur, quod unius ejusdemque Codicis diversi sæpe in Catalogis diversis tituli legantur, quos ad idem tanquam genus revocare, & incommodum valde, & lectorum multis, sciendi illam diversitatem cupidis, valde ingratum, fuisset. Forsan & alia accessit, quod tituli Codicum non pauci ab Autoribus Catalogorum tam corrupte sint expressi, ut certus iis locus assignari vix possit; quos adeo, satius putavit Noster, suis Catalogis relinquere, quam ad genus aut falsum prorsus, aut quod difficile inventuri sint Lectores, revocare. Sed majori forsan jure de altero, *rerum* & *Autorum*, Indice, ad *Tomi secundi* calcem adjecto, affirmabimus, hoc tuto carere nos potuisse, Operisque molem ampla hac accessione præter rem adauctam. Nam, quod ex ipsa ejus inscriptione patet, & frequens usus nos docuit, paucissima is habet, non in altero jam obvia, quæ ipsa etiam magno chartæ compendio, & quærentium commodo, adjungi priori illi potuissent. Id sane dubium non habet, ejus generis Opera, cujus hoc est, nulla re magis, quam Indicum adminiculo, ad usum accommodari eruditorum posse; sed, eo usque hoc valere, ut res eadem bis aut ter in diversis sit Indicibus repetenda, nemo facile, eorum inprimis, qui, emtorum etiam haberi rationem, æquitatis judicant, persuaderi sibi patiatur. Est hæc ratio & tanquam œconomia magnæ hujus, nec similem sui habentis, Bibliothecæ, quam ingressus, Scriptorum omnis generis, tam veterum, quam recentiorum, Historicorum inprimis, & si qui alii præter suum meritum literaria hac luce carent, amicissimo conventu gaudebis. In eo vero præclare factum ab Autore, quod, ex parte omni commodis Lectorum prospecturus, toti Operi Diatriben præliminarem præmisit, indicantem nobis, cujus generis Scriptores hic præ ceteris cum fructu sint quærendi. Docet igitur, ut nulla sit nobiliorum gentium, quæ non rerum suarum Commentarios hic multos & diversos habeat, ita Gallicæ inprimis historiæ Scriptores tanto numero hic inveniri, ut vel soli hi Bibliothecam possint satis amplam & spectabilem implere. Utque specimine rem probaret, provinciarum Gallicarum, præcipuarum item Urbium & Monaste-

riorum, Chartas & Chartularia, censuales libros, bonorum, terrarum, & proventuum, consignationes, quæ barbaro vocabulo *Terrearia* appellantur, Necrologia etiam Ecclesiarum, & quæ similis sunt generis, magno Indice collecta exhibet; cujus operæ quam late pateat usus, ii optime sciunt, qui, quantum intersit, integrarum gentium aut familiarum principum origines & jura in lucem proferri, non ignorant. Dolendum autem, hoc, quicquid est, egregii laboris intra solius fines Galliæ coarctari, nec ad alias illustriores regiones, quarum cuique suus magis, quam alienus, honor curæ est, protendi; in quo si paulo minus suæ patriæ favisset Autor, eandem ab Italis, Hispanis, & Germanis nostris, gratiam tulisset, quam nunc a solis Gallis, sed ab his magno quodam jure, poscit. Accedamus jam ad ipsa Bibliothecæ, nobis liberaliter reclusæ, limina, &, salutatis omnis ævi sapientissimis doctoribus, in hoc Musarum elegantissimo diversorio jucunde hospitemur.

T. I pag. 1-155. Quæ suo jure locum principem hic tenet, Vaticana est Bibliotheca, olim nulli, nunc soli Parisiensi Regiæ, secunda, quam per annos duos & dimidium frequentavit Noster, idque tam diligenter, ut rarissimos quosque Codices ipse manibus tractaret, nec pauca, sibi aliquando usui futura, hinc excerperet. Horum nonnulla, haud a præsenti instituto aliena, multa item alia, a *Claudio Stephanotio*, Congregationis S. *Mauri* in Curia Romana Procuratore generali, complures intra annos observata, & si qua aliunde comperta habuit, hic larga manu Autor Celeberrimus expromit, id inprimis agens, ut Codicum vetustiorum & maxime notabilium Lectori notitiam suppeditet. Hæc inter cum varia nobis obvenerint, scitu omnino dignissima, tum pergratum inprimis multis erit, cognoscere ordinem & prima verba Epistolarum *Platonis*, quæ longe alia sunt in Vaticanis Codicibus, quam in editione *Stephaniana*, ut minime sit dubitandum, si

1 seq. quis ad novam Operum *Platonis* editionem studium convertat, multum ei ex Vaticana gaza posse adjumenti expectari. Nec

3. usu suo caret Catalogus ille Codicum Græcorum, quos olim exscribere Autori licuit, ordine Alphabetico concinnatus, & alius Historicorum & Poetarum, tam Græcorum, quam Latinorum,

tinorum, ab egregio Vito, *Justo Fontanino*, Archiepiscopo Ancyrano, olim ad Autorem A. 1734 transmissus, quem comitatur accuratior notitia Codicum *Herodoti*, quotquot horum in Pag. 4.
illustrioribus Italiæ Bibliothecis asservantur, a Doctiss. *Vernæo*, Genevensi cive, A. 1729 cum Autore communicata. Præcipuum vero post hæc locum occupant Codicum Græcorum, 5.
quos habet Bibliotheca Vaticana, Catalogus antiquus, & ob id minus plenus, cujus ex Bibliotheca *Colbertina* copia Autori facta est; Notæ quorundam Codicum MStorum ejusdem Bi- 14.
bliothecæ, qui ad primum & secundum Ecclesiæ Seculum pertinent; Catalogus MStorum Codicum Bibliothecæ Reginæ Sue- ibid. &
ciæ, Romam olim translatæ, & cum Vaticana conjunctæ; pag. 96.
MStorum Codicum, qui olim *Alexandri Petavii* fuerunt, postea vero emtionis jure Reginæ Sueciæ cesserunt, & cum hujus Bibliotheca Romam sunt translati, Catalogus Alphabeticus, A. 1660 adornatus, Vitis inprimis Sanctorum ditissimus, qui, etsi partem maximam in Catalogo, modo nominato, legatur, ob id tamen, quod illo altero accuratius confectus, & Codicum copia sit instructior, non immerito seorsim hic comparet; denique præcipuorum Codicum MStorum Bibliothecæ Vati- 98.
canæ designatio, ex *Tomis sex* Indicis Vaticani collecta, quam ornant tum Codicum selectus, tum plenissimus Operum *Nice*- 144.
phori Gregoræ index, & variæ Lectiones ad Chronicon *Euse*- 146.
bii, a S. *Hieronymo* Latine redditum, ex quatuor Seculi XIII & XIV Codicibus descriptæ. Vaticanam sequuntur minores aliæ Romanæ: Archivii Basilicæ S. *Petri*; Archivii S. *Isidori*; Val- 156.
licellana; Cardinalium *Antonii* & *Caroli Barberinorum*; *Chig*- 159. 170.
gia, cujus cimelium est Codex *Dionysii Halicarnassei*, omnium, 171.
qui usquam exstant, præstantissimus; Cardinalis *Imperialis*; *Slu*- 174.
siana, Chartis inprimis, quæ pertinent ad Ecclesiam Cajeta- 175.
nam, abundans; Cardinalis *Ottoboni*; Tabularii Basilicæ *Con*- 183.
stantinianæ S. Salvatoris in Laterano, cujus maxime memora- 191.
bilis est Codex, quo Homiliæ & Sermones veteres magno numero continentur; S. Crucis in Jerusalem, quam qui ornant 193.
nunc Codices, ex diversis olim Ordinis Cisterciensis Monasteriis ab Abbate *Hilarione Rancato* sunt collecti; Patrum S. *Basilii*, cujus

Pag. 194. cujus Codices potiores, maxime vero continentem *Gregorii Nazianzeni* opera, & alium, quo Nomocanon *Doxopatris* continetur, non descriptum tantum, sed annotationibus etiam
199. criticis & literariis exornatum, hic videas; Monasterii Cryptæ ferraræ, cujus notari merentur Epistolæ *Isidori Pelusiotæ*, & S.
200. *Maximi* opera; Congregationis S. *Mauri*, cujus Codici Epistolarum *Phalaridis* adjecta est Epistola *Francisci Aretini* ad *Franciscum Patavinum* (sine dubio *Barbarum*), quæ integra
ibid. hic legitur; alia denique, cujus sibi nomen excidisse ait *Montfauconius*. Harum omnium Catalogi, alii aliis breviores, hic
203. leguntur, velut Appendicem post se trahentes Indicem Literarum & Diplomatum, quæ sunt in Castro S. Angeli in Came-
215.217. ra Thesaurarii, & alium Codicum Bibliothecæ Cassinensis, quæ & ipsa nobilioribus Italiæ annumeratur. Romanas Neapolita-
230. næ excipiunt, Olivetanorum, Valletæ, Augustinianorum S.
231. *Joannis de Carbonaria*, & Monasterii S. *Severini*, singulæ ipsam
233. urbem Neapolim illustrantes, Codicibus non adeo multis, at satis bonis, instructæ. Sed illustriora utique Musarum domicilia Etruriæ metropolis, Florentia, ostendit, quam, si decus nullum aliud haberet, vel sola *Laurentiana*, illa Bibliothecarum velut regina, pluteis LXXXVIII magnum antiquissimorum Codicum thesaurum continens, ad eam gloriam, quæ putari potest maxima, extolleret. Hujus postquam præcipua ornamenta, a se
237. ipso olim inspecta, ante oculos Lectorum posuit *Montfauconius*,
239-413. amplissimum Catalogum exhibet, a duobus viris doctis ita adornatum, ut præstantissimorum Codicum tam ratio externa, quam internum pretium, copiose indicetur. Ubi cum de ceteris multa accurate sint prolata; miramur, de Pandectarum Codice Pisano, quo Bibliotheca illa pretiosiorem non habet, sed quem eo, quo par erat, studio a se inspectum ipse negat
413. *Montfauconius*, nihil hic dici, nisi quod ex *Brencmanni* Historia Pandectarum dudum omnibus constabat. Sed, cum in his, quæ maxime expetebamus, parcus est, eodem tamen in loco illud nos docet, quod & ipsum jucunde cognoscimus, exstare Parisiis in Sangermanensi Bibliotheca *Pandectarum* Codicem, sexcentos circiter annos habentem, aliqua ex parte mutilum,

tilum, sed cujus lectiones non uno in loco illis Florentini multo meliores sint habendæ; in *Colbertina* autem *Pandectarum* opus *tribus Tomis* comprehensum inveniri. Præter *Laurentianam*, non ignobiles sunt Florentiæ Camaldulensium B. *Mariæ de* Pag. 413.
Angelis, Monasterii Benedictinorum B. *Mariæ*, Canonicorum 430.
regularium Fesulanorum, S. *Marci* Dominicanorum, S. *Mariæ* ibid.
Annuntiatæ Ordinis Servorum B. *Mariæ*, & Monasterii S. *Bar-* 418.419.
tholomæi Fesulani, Bibliothecæ, quarum Codices MStos par- 429.
tim ex propria inspectione, partim ex Catalogis, secum com- 430.
municatis, recenset & describit Autor. Florentinis accedunt vicinarum urbium Bibliothecæ, Bononiensis Canonicorum re- 431.
gularium, itemque alia Dominicanorum; & Cesenensis Fratrum 432.
Minorum, quæ olim *Malatestarum* fuit; quibus subjicitur Raven- 433.
natense Tabularium, Bullis & libris Pontificum, Chartisque 435.
omnis generis, refertum. Inde Noster ad Venetos digreditur, quorum princeps sine dubio Bibliotheca est illa S. *Marci* dicta, cujus cum nobilissimam nunc partem faciant *Bessarionis*, Cardi- 467.
nalis, Codices, horum Catalogus, ab homine non imperito confectus, cum Epistola *Bessarionis* ad Senatum Venetum, qua suam ei Bibliothecam dono offert, ex *Colbertinæ* Codice MSto hic exscriptus legitur. Ex parte reliqua splendidissimæ hujus Bibliothecæ, paucissima sunt, quæ excerpsit Noster, ejus 477.
olim, ut videtur, adeundæ facultate destitutus. Profert deinde memorabilia nonnulla ex ceteris Venetorum Museis: *Gri-* 478.479.
mano; *Meletii Typaldi*, Archiepiscopi Philadelphiæ; Dominicanorum, cujus rarissimus est Codex S. Evangelii *Marci*, quem vulgo avtographum esse S. *Marci* dicunt, & cui similem, quod ad externas antiquitatis notas, ipse sibi visum *Montfauconius* negat; porro *Antonii Capelli*, cujus notabile Diploma, ineun- 480.
te, ut videtur, Seculo octavo scriptum, partes litigantes aut Gothos, aut Langobardos, judices vero Romanos, exhibens, hic & integrum adducitur, & erudite illustratur; *Turvisiano*, 482.
rerum Venetarum Scriptorem habente omnium antiquissimum, & singularia multa continentem; denique Procuratoris *Justiniani*, cujus Codices maximam partem Græci sunt, & ex ipsa Græcia advecti. Pergit Autor ad Bibliothecas Patavinas, qui-

 bus

bus nulla urbs Italiæ numerosiores habet. Harum præcipuas, quæ *sunt Ecclesiæ Cathedralis*; *S. Joannis* in Viridario; Cœnobii S. *Justinæ*; *S. Augustini*; *S. Antonii*; *S. Francisci*; Fratrum S. *Ursulæ*; PP. Eremitarum; S. *Mariæ* Montis Ortoni; Theatinorum; *Benedicti Silvatici*; *Laurentii Pignorii*; *Flavii Quarengi*; *Candorum*; *Zabarellarum*; *Corradinorum*; *Hippolyti Oddi*; *M. Antonii Gabrielii*; *M. Mantuæ Benavidii*; *Hieronymi Gualdi*; *Jo. Franc. Barisoni*; *Caroli Avantii*; *Marci Bolzanini*; *Bernardini Plazzolæ*; *Nic. Trivisani*; *Barthol. Sanguinati*; *Bonifacii Papafavæ*; *Alexandri de Este*; *Ursati de Ursatis*; *Francisci Ursati*; *Manfredi de Comitibus*; *Jo. Franc. Musati*; *Jo. Pauli Tarvisii*; *Alexandri Synclitici*; *Camilli de Merzariis*; *Attilii Bulgelii*; *Hieronymi de S. Sophia*; *Alberti Zuchati*; *Jo. Bapt. Ficheti*; *Jac. Caimi*; *Jac. Phil. Thomasini*, & *Jo. Rhodii*, olim singulari Opere, Utini A. 1639, 4, edito, descripsit *Jac. Phil. Thomasinus*, cujus labore Noster in rem suam usus, excerpta inde selecta quæque dedit, his addens nonnulla de S.
Pag. 485. *Justinæ* Bibliotheca, a se ipso observata. Similiter, quæ de
484. Veronensibus Museis habet, ex Celeberrimi Viri, *Scipionis*
490. *Maffæi*, *Parte tertia Veronæ illustratæ* huc translata sunt. Panditur inde Ambrosiana urbis Mediolanensis Bibliotheca, inter præstantissimas, quod nemo nescit, suo jure numeranda, cu-
491. jus triplex hic, Græcorum, Latinorum, & Italicorum, Codicum index, ab homine artis non satis perito concinnatus,
527. notæ item & observationes, ab ipso *Montfauconio* A. 1698 in-
531. de descriptæ, leguntur. Huic adjunctæ sunt Ducis Mutinensis, &, quæ omnium Italicarum postrema est, Monasterii S.
ibid. *Benedicti Padolironensis*, Bibliothecæ, sed quarum Codices Noster non adeo multos, etsi hos notatu satis dignos, profert. Proximum ab Italia locum tenet Germania nostra, sed cujus Bibliothecæ hic tam paucæ nominantur, ut ignaris istarum rerum lectoribus, cum videant, in nostris rebus, quod laudaret, tam parum habuisse *Montfauconium*, sterilis possit Germania & omnium rerum incuriosa putari, multoque adeo consultius fuisse videatur, tacere prorsus de Germania, quam ita leviter & negligenter dicere. Nobis vero, animadvertentibus hanc

hanc paupertatem, facillimum est judicatu, si in rebus suis tales, quales nos in nostris, lacunas gentes aliæ detexerint, Opus hoc nihil posse minus, quàm plenum & omni ex parte absolutum, dici, & Bibliothecarum notitia carere Nostrum, quæ, si non omnibus, saltem *Montfauconio*, heroi illi literario, esse notissimæ debebant. Quarum hic mentio facta est, Bibliothecæ non nisi quinque sunt, ideo feliciores ceteris, quod publicos, & in omnium manibus versantes, Codicum suorum Catalogos ostendant: Cæsarea Vindobonensis, cujus Co- Pag. 532.
dices MSti ex magnis *Lambecii* & *Nesselii* Commentariis recensentur; Ingolstadiensis Serenissimi Bavariæ Ducis, cujus Codices 587.
Græcos, facile apparet, hic exhiberi ex Catalogo, Ingolstadii A. 1602 in 4 edito, etsi nihil hujus rei, quod miramur, nos doceat Cel. Editor; Augustana, cujus divitiæ ex Catalogo quodam, A. 1595 Augustæ Vindelicorum publicato, (sed quid- 592.
ni potius ex *Eliæ Ehingeri* Catalogo, eadem in urbe A. 1633 forma majore edito, &, quod nemo nescit, diligentissime confecto?) lectorum ante oculos ponuntur; Lipsiensis nostra Academica, sive *Paulina* dicta, ex cujus Catalogo Codicum MStorum, A. 1686 (non, quod hic habetur, 1636,) a *Joa-* 594.
chimo Fellero, Academiæ Bibliothecario, publici juris facto, hic excerpta quædam leguntur, in quibus an eum Autor, quem debebat, adhibuerit delectum, veremur, ne dubitaturi sint multi, quibus alia præter meritum omissa, alia temere adjecta, videbuntur; denique Gothana Ducis Serenissimi *Friderici II*, cujus Indicem MStorum Codicum A. 1714 edidit Cel. 599.
Ern. Sal. Cyprianus, hic in compendium redactum. Itaque de selectissimis tot aliis Bibliothecis, loco non sane infimo habendis, Berolinensi Regia, Francofurtana ad Oderam, Hanoverana, Wolfenbuttelana, Quedlinburgensi, Vinariensi, Isenacensi, Vratislaviensibus, & ea ipsa, quam urbis nostræ Senatus prætoriis sumtibus exstruxit, magnoque advenarum plausu in dies splendidiorem facit, quarum omnium MSti Codices aut in Catalogis, facile cuique obviis, leguntur, aut, si tanti putasset *Montfauconius*, aliquid temporis commercio literarum tribuere, ex illarum præfectis facile cognosci potuissent, adeo,

quod commemoraret, nihil habuit Vir Celeberrimus, ut harum ne quidem nomina hic indicaverit. Tacemus alias hominum privatorum Bibliothecas, *Uffenbachianam*, *Krafftianam*, & *Menckenianam*, quarum Indices, dudum editi, Codicum MStorum numerosissimum & plane regalem apparatum ostendunt. Non hæc pluribus exprobrabimus doctissimi Autoris manibus: sed illud tamen ab ejus, si quem nunc nostrarum rerum sensum habet, æquitate postulamus, ut, sui fuisse hoc in loco muneris, agnoscat, nihil dare patriæ amori, & cavere inprimis, ne ulla exterarum gentium, negligentius se habitam, jure posset conqueri. Quis enim, cum viderit in hoc Opere uni Galliæ tantum spatii datum, (integrum enim *Tomum alterum* hæc implet,) quantum vix omnibus aliis regionibus, in eam statim sententiam deveniat, aut exiguum esse extra Galliam literarum & librorum studium, aut de alienis parum sollicitum fuisse *Montfauconium*, quorum alterum injurium est in exterorum merita, alterum & famæ Autoris, & pretio hujus Operis, haud parum officit. Monenda hæc duximus, si forte suppleri aliquando in nova hujus Operis editione possint; jam ad cetera pergamus. Cum Germania fata eadem Belgium habuit, cujus cum plurimæ sint, nec eæ ignobiles, Bibliothecæ, Lugdunensis, Amstelodamensis, Trajectina, Franeccerana, & quæ non aliæ? una Lugdunensis digna visa est Autori, quæ hic locum inveniret.
Pag. 601. Quæ vero causa sit, cur Musei hujus singularia ex *Spizelii* potius *Bibliothecarum illustrium arcanis retectis*, quæ tantum vetustiora continent, quam ex ipso ejus *Catalogo*, A. 1716 Lugduni edito, & satis diligenter confecto, petenda Autor duxerit, non videmus; nisi forte pauca illa, quæ de
602. libris MStis Arabicis, ex Oriente a *Jac. Golio* advectis, & de
603. aliis, e Mauritania allatis, hic leguntur, ex Catalogo illo decerpta putes. Ex privatis Batavorum Bibliothecis in hanc collectionem migrare contigit ei, qua usus olim fuit, aut adhuc utitur, Leodii L. B. *de Craffier*, quæ inter cimelia sua Codicem precum, Græce scriptum, mille annis antiquiorem, & alium qua-
604. tuor Evangeliorum, habentem annos plus quam nongentos,
605. rarissimos item quosdam Codices membranaceos, numerat, quorum

quorum Catalogum ipse eorum possessor A. 1733 confecit. Nec Helvetiæ interesse huic celebriorum gentium conventui liceret, nisi Basileensis Bibliothecæ Codices in libro, paulo ante indica- Pag. 607.
to, *Spizelius* dedisset, quos hic ad verbum repetitos legimus. Hispaniam Scorialensis ipsius Regis Bibliotheca nobilitat, cujus qui 616.
hic exhibetur, amplus satis, & ad Alphabeti ordinem confectus, Index MStorum, unde venerit in manus *Montfauconianas*, ne verbo quidem docemur. De Anglia nemo dubitat, hanc *Tomi* integri posse materiam sufficere; sed non ita visum Autori nostro, qui magnas illas MStorum Codicum velut cohortes, quas *Dav.* 625.
Casley in *Catalogo MStorum Bibliothecæ Londinensis regiæ*, A. 634.
1734 edito, *Thomas Smithius* in *Catalogo MStorum Bibliothecæ Cottonianæ*, foras exire jusso A. 1696, & Anonymus quidam Autor in *Catalogo MStorum Angliæ & Hiberniæ*, Oxoniæ vulgato A. 1697, &, quos Magnæ Britanniæ Bibliothecæ habent varios ac nobiles, Codicum notitiam suppeditante, spectandas admirandasque exteris dederunt, paucissimarum plagularum spatio contraxit, nulla Codicum Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis, quorum Catalogus Londini A. 1722 prodiit, Bibliothecæ item *Tenisonianæ* & *Dugdalianæ*, quos in Indicem redactos Oxoniæ A. 1692 scimus, ratione habita. Huc usque procedit Operis *Montfauconiani prior Tomus*, cui Appendicis loco accessit Catalogus MStorum librorum Bibliothecæ Cardi- 693.
nalis *Sfortiæ*, omissus in Italicorum indice, cujus ex Bibliothecæ Cardinalis *Chigii* Codice quodam MSto copia Autori facta est.

Quem nunc in manus sumimus, *Tomus alter* soli Galliæ dicatus est, &, si industriam Editoris spectes, *priori* illi multis modis præferendus videtur. Nam, quod ad Bibliothecas attinet, in his vestigandis diligentissimum fuisse *Montfauconium*, vel numerus earum docet; de ipsa vero Codicum præstantia & raritate pleniores utique, quam in *priore Tomo*, annotationes hic comparent. Nos igitur, etsi jam satis longi fuimus in Opere hoc recensendo, tamen, ne quis idem nobis exprobret, quod *Montfauconio* multi exprobrabunt, fuisse nos eorum, quæ foras geruntur, quam quæ pertinent ad nostram glo-

riorum, Chartas & Chartularia, censuales libros, bonorum, terrarum, & proventuum, consignationes, quæ barbaro vocabulo *Terrearia* appellantur, Necrologia etiam Ecclesiarum, & quæ similis sunt generis, magno Indice collecta exhibet; cujus operæ quam late pateat usus, ii optime sciunt, qui, quantum intersit, integrarum gentium aut familiarum principum origines & jura in lucem proferri, non ignorant. Dolendum autem, hoc, quicquid est, egregii laboris intra solius fines Galliæ coarctari, nec ad alias illustriores regiones, quarum cuique suus magis, quam alienus, honor curæ est, protendi; in quo si paulo minus suæ patriæ favisset Autor, eandem ab Italis, Hispanis, & Germanis nostris, gratiam tulisset, quam nunc a solis Gallis, sed ab his magno quodam jure, poscit. Accedamus jam ad ipsa Bibliothecæ, nobis liberaliter reclusæ, limina, &, salutatis omnis ævi sapientissimis doctoribus, in hoc Musarum elegantissimo
T. I diversorio jucunde hospitemur. Quæ suo jure locum princi-
pag. 1- pem hic tenet, Vaticana est Bibliotheca, olim nulli, nunc soli
155. Parisiensi Regiæ, secunda, quam per annos duos & dimidium frequentavit Noster, idque tam diligenter, ut rarissimos quosque Codices ipse manibus tractaret, nec pauca, sibi aliquando usui futura, hinc excerperet. Horum nonnulla, haud a præsenti instituto aliena, multa item alia, a *Claudio Stephanotio*, Congregationis S. *Mauri* in Curia Romana Procuratore generali, complures intra annos observata, & si qua aliunde comperta habuit, hic larga manu Autor Celeberrimus expromit, id inprimis agens, ut Codicum vetustiorum & maxime notabilium Lectori notitiam suppeditet. Hæc inter cum varia nobis obvenerint, scitu omnino dignissima, tum pergratum inprimis multis erit, cognoscere ordinem & prima verba Epistolarum *Platonis*, quæ longe alia sunt in Vaticanis Codicibus, quam in editione *Stephaniana*, ut minime sit dubitandum, si
1 seq. quis ad novam Operum *Platonis* editionem studium convertat, multum ei ex Vaticana gaza posse adjumenti expectari. Nec
3. usu suo caret Catalogus ille Codicum Græcorum, quos olim exscribere Autori licuit, ordine Alphabetico concinnatus, & alius Historicorum & Poetarum, tam Græcorum, quam Latinorum,

tinorum, ab egregio Vito, *Justo Fontanino*, Archiepiscopo An-
cyrano, olim ad Autorem A. 1734 transmissus, quem comi-
tatur accuratior notitia Codicum *Herodoti*, quotquot horum in Pag. 4.
illustrioribus Italiæ Bibliothecis asservantur, a Doctiss. *Vernæo*,
Genevensi cive, A. 1729 cum Autore communicata. Præci-
puum vero post hæc locum occupant Codicum Græcorum, 5.
quos habet Bibliotheca Vaticana, Catalogus antiquus, & ob
id minus plenus, cujus ex Bibliotheca *Colbertina* copia Auto-
ri facta est; Notæ quorundam Codicum MStorum ejusdem Bi- 14.
bliothecæ, qui ad primum & secundum Ecclesiæ Seculum per-
tinent; Catalogus MStorum Codicum Bibliothecæ Reginæ Sue- ibid. &
ciæ, Romam olim translatæ, & cum Vaticana conjunctæ; pag. 96.
MStorum Codicum, qui olim *Alexandri Petavii* fuerunt, po-
stea vero emtionis jure Reginæ Sueciæ cesserunt, & cum hujus
Bibliotheca Romam sunt translati, Catalogus Alphabeticus, A.
1660 adornatus, Vitis inprimis Sanctorum ditissimus, qui,
etsi partem maximam in Catalogo, modo nominato, legatur,
ob id tamen, quod illo altero accuratius confectus, & Codi-
cum copia sit instructior, non immerito seorsim hic comparet;
denique præcipuorum Codicum MStorum Bibliothecæ Vati- 98.
canæ designatio, ex *Tomis sex* Indicis Vaticani collecta, quam
ornant tum Codicum selectus, tum plenissimus Operum *Nice-* 144.
phori Gregoræ index, & variæ Lectiones ad Chronicon *Euse-* 146.
bii, a S. *Hieronymo* Latine redditum, ex quatuor Seculi XIII
& XIV Codicibus descriptæ. Vaticanam sequuntur minores aliæ
Romanæ: Archivii Basilicæ S. *Petri*; Archivii S. *Isidori*; Val- 156.
licellana; Cardinalium *Antonii* & *Caroli Barberinorum*; *Chig-* 159. 170.
gia, cujus cimelium est Codex *Dionysii Halicarnassei*, omnium, 171.
qui usquam exstant, præstantissimus; Cardinalis *Imperialis*; *Slu-* 174.
siana, Chartis inprimis, quæ pertinent ad Ecclesiam Cajeta- 175.
nam, abundans; Cardinalis *Ottoboni*; Tabularii Basilicæ *Con-* 183.
stantinianæ S. Salvatoris in Laterano, cujus maxime memora- 191.
bilis est Codex, quo Homiliæ & Sermones veteres magno nu-
mero continentur; S. Crucis in Jerusalem, quam qui ornant 193.
nunc Codices, ex diversis olim Ordinis Cisterciensis Monaste-
riis ab Abbate *Hilarione Rancato* sunt collecti; Patrum S. *Basilii*,

cujus

Pag. 194. cujus Codices potiores, maxime vero continentem *Gregorii Nazianzeni* opera, & alium, quo Nomocanon *Doxopatris* continetur, non descriptum tantum, sed annotationibus etiam criticis & literariis exornatum, hic videas; Monasterii Cryptæ
199. ferratæ, cujus notari merentur Epistolæ *Isidori Pelusiotæ*, & S. *Maximi* opera; Congregationis S. *Mauri*, cujus Codici Epi-
200. stolarum *Phalaridis* adjecta est Epistola *Francisci Aretini* ad *Franciscum Patavinum* (sine dubio *Barbarum*), quæ integra hic legitur; alia denique, cujus sibi nomen excidisse ait *Mont-*
ibid. *fauconius*. Harum omnium Catalogi, alii aliis breviores, hic leguntur, velut Appendicem post se trahentes Indicem Lite-
203. rarum & Diplomatum, quæ sunt in Castro S. Angeli in Came-
215.217. ra Thesaurarii, & alium Codicum Bibliothecæ Cassinensis, quæ & ipsa nobilioribus Italiæ annumeratur. Romanas Neapolita-
230. næ excipiunt, Olivetanorum, Valletæ, Augustinianorum S.
231. *Joannis de Carbonaria*, & Monasterii S. *Severini*, singulæ ipsam
233. urbem Neapolim illustrantes, Codicibus non adeo multis, at satis bonis, instructæ. Sed illustriora utique Musarum domicilia Etruriæ metropolis, Florentia, ostendit, quam, si decus nullum aliud haberet, vel sola *Laurentiana*, illa Bibliothecarum velut regina, pluteis LXXXVIII magnum antiquissimorum Codicum thesaurum continens, ad eam gloriam, quæ putari potest maxima, extolleret. Hujus postquam præcipua ornamenta, a se
237. ipso olim inspecta, ante oculos Lectorum posuit *Montfauconius*,
239-413. amplissimum Catalogum exhibet, a duobus viris doctis ita adornatum, ut præstantissimorum Codicum tam ratio externa, quam internum pretium, copiose indicetur. Ubi cum de ceteris multa accurate sint prolata; miramur, de Pandectarum Codice Pisano, quo Bibliotheca illa pretiosiorem non habet, sed quem eo, quo par erat, studio a se inspectum ipse negat
413. *Montfauconius*, nihil hic dici, nisi quod ex *Brencmanni* Historia Pandectarum dudum omnibus constabat. Sed, cum in his, quæ maxime expetebamus, parcus est, eodem tamen in loco illud nos docet, quod & ipsum jucunde cognoscimus, exstare Parisiis in Sangermanensi Bibliotheca *Pandectarum* Codicem, sexcentos circiter annos habentem, aliqua ex parte mutilum,

tilum, sed cujus lectiones non uno in loco illis Florentini mul-
to meliores sint habendæ; in *Colbertina* autem *Pandectarum*
opus *tribus Tomis* comprehensum inveniri. Præter *Laurentia-*
nam, non ignobiles sunt Florentiæ Camaldulensium B. *Mariæ de* Pag. 413.
Angelis, Monasterii Benedictinorum B. *Mariæ*, Canonicorum 430.
regularium Fesulanorum, S. *Marci* Dominicanorum, S *Mariæ* ibid.
Annuntiatæ Ordinis Servorum B. *Mariæ*, & Monasterii S. *Bar-* 418.419.
tholomæi Fesulani, Bibliothecæ, quarum Codices MStos par- 429.
tim ex propria inspectione, partim ex Catalogis, secum com- 430.
municatis, recenset & describit Autor. Florentinis accedunt
vicinarum urbium Bibliothecæ, Bononiensis Canonicorum re- 431.
gularium, itemque alia Dominicanorum; & Cesenensis Fratrum 432.
Minorum, quæ olim *Malatestarum* fuit; quibus subjicitur Raven- 433.
natense Tabularium, Bullis & libris Pontificum, Chartisque 435.
omnis generis, refertum. Inde Noster ad Venetos digreditur,
quorum princeps sine dubio Bibliotheca est illa S. *Marci* dicta,
cujus cum nobilissimam nunc partem faciant *Bessarionis*, Cardi- 467.
nalis, Codices, horum Catalogus, ab homine non imperito
confectus, cum Epistola *Bessarionis* ad Senatum Venetum, qua
suam ei Bibliothecam dono offert, ex *Colbertinæ* Codice MSto
hic exscriptus legitur. Ex parte reliqua splendidissimæ hujus
Bibliothecæ, paucissima sunt, quæ excerpsit Noster, ejus 477.
olim, ut videtur, adeundæ facultate destitutus. Profert de-
inde memorabilia nonnulla ex ceteris Venetorum Museis: *Gri-* 478.479.
mano; Meletii Typaldi, Archiepiscopi Philadelphiæ; Domini-
canorum, cujus rarissimus est Codex S. Evangelii *Marci*, quem
vulgo avtographum esse S. *Marci* dicunt, & cui similem, quod
ad externas antiquitatis notas, ipse sibi visum *Montfauconius*
negat; porro *Antonii Capelli*, cujus notabile Diploma, ineun- 480.
te, ut videtur, Seculo octavo scriptum, partes litigantes aut
Gothos, aut Langobardos, judices vero Romanos, exhibens,
hic & integrum adducitur, & erudite illustratur; *Turvisiano*, 482.
rerum Venetarum Scriptorem habente omnium antiquissimum,
& singularia multa continentem; denique Procuratoris *Justi-*
niani, cujus Codices maximam partem Græci sunt, & ex ipsa
Græcia advecti. Pergit Autor ad Bibliothecas Patavinas, qui-

ſtudiis ita egregie conſultum iri. Itaque in ea ſententia diu multi fuerunt, id ſalutare inprimis & fructuoſum literis futurum, ſi cui ad Bibliothecarum principum ſacraria aditus tam facilis pateret, ut librorum, qui fatali quodam caſu luce nondum publica fruuntur, ſi non omnium, at eorum tantum, unde literis præſidium & ornamentum exſpectari poteſt, ſibi comparare notitiam, hancque deinde cum ceteris communicare elegantioris doctrinæ ſtudioſis, poſſit. Sed negata omnibus ad hunc diem hæc fortuna fuit, aut, ſi verius dicendum, nemo laboris, quem ea res ſane ſummum habet, ita patiens fuit, ut volvendo huic ſaxo manum admoveret, nedum ejus molem fortiter, ut par eſt, ſuſtineret. Explevit igitur tandem vota noſtra, qui unus explendis iis par videbatur, ferreæ Vir induſtriæ, & moleſtiſſimis dudum laboribus aſſuetus, *Montfauconius*, tunc annis magis, quam vigore, ſenex, qui, præſtantiſſimis tot ſcriptis, magno bonorum omnium plauſu a longo inde tempore publicatis, pulcherrimam coronidem impoſiturus, hoc velut ultimo ſuorum operum aliis, poſt ſe literariam rempublicam ornaturis, indicare fontes voluit, unde ſcribendi poſſint, & de literis optime merendi, materiam haurire. Is, ineunte hoc, quod vivimus, Seculo, in itinere literario, per Italiæ urbes nobiliſſimas ſuſcepto, inter alias nobiliores curas, magni etiam hujus, quo nunc gaudentes utimur, theſauri fundamenta jecit. Admiſſus enim ad Romanas, & ſi quæ aliæ in Italia magnum nomen habent, Bibliothecas, hic MStos Codices, præcipua Bibliothecarum ornamenta, non tantum inſpexit diligenter, ſed horum etiam, in ſuos & amicorum uſus, accuratos catalogos confecit. Quibus ſpoliis onuſtus cum A. 1701 in Galliam rediiſſet, jam etiam domeſticas ſuæ gentis Bibliothecas attentiore, quam olim conſueverat, oculo circumſpicere, & ex his colligere MStorum omnis generis Indices, cœpit, egregie etiam in rem ſuam uſus inſigni liberalitate *Coſmi III*, magni Etruriæ Principis, qui celeberrimæ *Laurentianæ* Bibliothecæ Catalogum, intra decem annorum ſpatium confectum, petenti ipſi deſcribendum benigniſſime conceſſit. Optatum igitur ſucceſſum habuit labor *Montfauconii*, ita quidem,

dem,

dem, ut jam A. 1720 inſtructam a ſe duorum majoris formæ Voluminum Bibliothecam videret, cui tunc in ordinem redigendæ, & concinno Indice augendæ, operam adhibuit *Joannes le Maiſtre*, Vir induſtrius, & *Montfauconii* ſui valde ſtudioſus. Sed minime in animo tunc fuerat Autori noſtro, uſus publici hoc Opus facere, ad id unice deſtinatum, ut ſuis partim, partim amicorum, uſibus inſerviret, quorum multi ex pretioſiſſimo hoc theſauro ſuis literis ſubſidia, nec id fruſtra, petierunt. Iidem vero, non committendum rati, ut laboris tam præclari fructu res literaria deſtitueretur, eo tandem ſuis eum precibus conſiliisque adduxerunt, ut & famæ ſuæ, & ſeræ poſteritati, Opere hoc edito conſulere, in animum induceret. Convertit ſe igitur ad hanc curam A. 1733, totusque ab eo tempore in augendo hoc Opere, & pulcherrime inſtruendo, fuit, nec quidquam intermiſit eorum, unde Bibliothecæ huic gratiam conciliari dignitatemque poſſe judicaret. Jam enim, quæ ab anno inde 1720 nova ad ipſum undecunque fuerant allata, commode cum ceteris conjunxit, inprimis vero ex Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, &, quam adjunctam ei conſtat, *Colbertinæ*, quæ tria & triginta millia Codicum *MStorum*, & in his quater millia Græcorum, numerant, Catalogis præſtantiſſima huc multa tranſtulit, ex aliis etiam, jam olim editis, Bibliothecarum principum, Cæſareæ Vindobonenſis, Anglicarum, Coislinianæ, Lipſienſis Academicæ, & quæ ſunt aliæ, Catalogis utiliſſima quæque excerpſit, &, quod magnam inprimis laudem habet, abeſſe ab univerſo Opere ſcripta leviora, juſſit, aut quæ eruditionem ipſam haud adeo prope tangunt, quo pertinent inprimis Menæa, Troparia, Pentecoſtaria, ritus Eccleſiaſticos ſpectantia, Commentarii in *Ariſtotelem*, tam Græci, quam Latini, quibus ita abundant Bibliothecæ omnes, ut vix ullo genere ſcriptorum magis, denique Decretalium interpretes, Jurisprudentiæ noſtræ, ſi foras producantur, parum adjumenti præſtituri, illisque adeo tenebris, quibus ſepulti jacent, digniſſimi. Nec in his ſubſtitit Autoris Celeberrimi induſtria, ſed, cum unius Bibliothecæ Catalogos ſæpe duos, eosque inter ſe diverſos, ad manus haberet,

beret, ne qua notitia careret lector, utrumque apposuit; ipsorum vero Codicum indicium facturus, non, quod solet interdum fieri, breves tantum horum notas attulit, sed singulorum, quæ his continentur, Operum titulos, sæpe etiam argumenta, interdum vero his plura, annotavit, ut facile patet legenti in hoc Opere Tabularii Britannici titulos notasque omnes, Acta item Comitum Sabaudiæ, & integra passim ex Chartulariis & vetustioribus Codicibus capita descripta. Præterea, cum in Catalogos nonnullos incuria Autorum, quorum plurimos fuisse literarum ignarissimos apparet, errores multi, iique venia vix digni, irrepserint, his, quantam potuit, operam tollendis adhibuit; non paucos tamen, ita desperatos, ut vix manum medicam admitterent, emendandos sagacioribus reliquit, iis vero, de quibus quid statueret, non satis certo scivit, asteriscum apposuit. Sed, quod omnium maxime commoditati lectoris inservit, & Opus hoc ad usum accommodatissimum facit, illud est, quod duo ei Indices accesserunt, copiosissimus uterque, & ad integri Voluminis molem proxime accedens. Horum alter, non tam utilis, quam plane necessarius, in prioris *Tomi* fronte collocatus, Autores omnes Codicesque, per amplissimam hanc *Bibliothecam* dispersos, exhibet, qui nisi esset, boni lectores, unius Codicis notitiam quærentes, singulos perquirendi Catalogos, quorum hic plus quam ducenti & triginta sunt congesti, impositam sibi necessitatem viderent. Sed erunt forte, qui, conficiendi hujus Indicis molestia facile supersedere potuisse Autorem præstantissimum, existiment, si Opus ipsum ita instruere, ut Codices omnes MSti, per tot Catalogos dispersi, uno, secundum Alpheti ordinem decurrente, Indice conjuncti, cuique vero Codici tot Catalogi, quot ejus mentionem faciunt, subnotati, apparerent, quam singulorum Catalogorum collectionem dare, ad ipsas literas, nostro judicio, habentem momenti perparum, maluisset. At ita æquitas postulat, ut, causas, cur hanc inprimis disponendi sui Operis rationem teneret, Cel. Autori, earum rerum, quæ maxime conducunt literis, satis gnaro, fuisse & multas & graves, suspicemur; nec harum nobis fuisse ultima vide-

videtur, quod unius ejusdemque Codicis diversi sæpe in Catalogis diversis tituli legantur, quos ad idem tanquam genus revocare, & incommodum valde, & lectorum multis, sciendi illam diversitatem cupidis, valde ingratum, fuisset. Forsan & alia accessit, quod tituli Codicum non pauci ab Autoribus Catalogorum tam corrupte sint expressi, ut certus iis locus assignari vix possit; quos adeo, satius putavit Noster, suis Catalogis relinquere, quam ad genus aut falsum prorsus, aut quod difficile inventuri sint Lectores, revocare. Sed majori forsan jure de altero, *rerum* & *Autorum*, Indice, ad *Tomi secundi* calcem adjecto, affirmabimus, hoc tuto carere nos potuisse, Operisque molem ampla hac accessione præter rem adauctam. Nam, quod ex ipsa ejus inscriptione patet, & frequens usus nos docuit, paucissima is habet, non in altero jam obvia, quæ ipsa etiam magno chartæ compendio, & quærentium commodo, adjungi priori illi potuissent. Id sane dubium non habet, ejus generis Opera, cujus hoc est, nulla re magis, quam Indicum adminiculo, ad usum accommodari eruditorum posse; sed, eo usque hoc valere, ut res eadem bis aut ter in diversis sit Indicibus repetenda, nemo facile, eorum inprimis, qui, emtorum etiam haberi rationem, æquitatis judicant, persuaderi sibi patiatur. Est hæc ratio & tanquam œconomia magnæ hujus, nec similem sui habentis, Bibliothecæ, quam ingressus, Scriptorum omnis generis, tam veterum, quam recentiorum, Historicorum inprimis, & si qui alii præter suum meritum literaria hac luce carent, amicissimo conventu gaudebis. In eo vero præclare factum ab Autore, quod, ex parte omni commodis Lectorum prospecturus, toti Operi Diatriben præliminarem præmisit, indicantem nobis, cujus generis Scriptores hic præ ceteris cum fructu sint quærendi. Docet igitur, ut nulla sit nobiliorum gentium, quæ non rerum suarum Commentarios hic multos & diversos habeat, ita Gallicæ inprimis historiæ Scriptores tanto numero hic inveniri, ut vel soli hi Bibliothecam possint satis amplam & spectabilem implere. Utque specimine rem probaret, provinciarum Gallicarum, præcipuarum item Urbium & Monaste-

 riorum,

riorum, *Chartas* & *Chartularia*, censuales libros, bonorum, terrarum, & *proventuum*, consignationes, quæ barbaro vocabulo *Terrearia* appellantur, Necrologia etiam Ecclesiarum, & quæ similis sunt generis, magno Indice collecta exhibet; cujus operæ quam late pateat usus, ii optime sciunt, qui, quantum intersit, integrarum gentium aut familiarum principum origines & jura in lucem proferri, non ignorant. Dolendum autem, hoc, quicquid est, egregii laboris intra solius fines Galliæ coarctari, nec ad alias illustriores regiones, quarum cuique suus magis, quam alienus, honor curæ est, protendi; in quo si paulo minus suæ patriæ favisset Autor, eandem ab Italis, Hispanis, & Germanis nostris, gratiam tulisset, quam nunc a solis Gallis, sed ab his magno quodam jure, poscit. Accedamus jam ad ipsa Bibliothecæ, nobis liberaliter reclusæ, limina, &, salutatis omnis ævi sapientissimis doctoribus, in hoc Musarum elegantissimo
T. I diversorio jucunde hospitemur. Quæ suo jure locum princi-
pag. 1- pem hic tenet, Vaticana est Bibliotheca, olim nulli, nunc soli
155. Parisiensi Regiæ, secunda, quam per annos duos & dimidium frequentavit Noster, idque tam diligenter, ut rarissimos quosque Codices ipse manibus tractaret, nec pauca, sibi aliquando usui futura, hinc excerperet. Horum nonnulla, haud a præsenti instituto aliena, multa item alia, a *Claudio Stephanotio*, Congregationis S. *Mauri* in Curia Romana Procuratore generali, complures intra annos observata, & si qua aliunde comperta habuit, hic larga manu Autor Celeberrimus expromit, id inprimis agens, ut Codicum vetustiorum & maxime notabilium Lectori notitiam suppeditet. Hæc inter cum varia nobis obvenerint, scitu omnino dignissima, tum pergratum inprimis multis erit, cognoscere ordinem & prima verba Epistolarum *Platonis*, quæ longe alia sunt in Vaticanis Codicibus, quam in editione *Stephaniana*, ut minime sit dubitandum, si
1 seq. quis ad novam Operum *Platonis* editionem studium convertat, multum ei ex Vaticana gaza posse adjumenti expectari. Nec
3. usu suo caret Catalogus ille Codicum Græcorum, quos olim exscribere Autori licuit, ordine Alphabetico concinnatus, & alius Historicorum & Poetarum, tam Græcorum, quam Latinorum,

tinorum, ab egregio Viro, *Justo Fontanino*, Archiepiscopo Ancyrano, olim ad Autorem A. 1734 transmissus, quem comitatur accuratior notitia Codicum *Herodoti*, quotquot horum in Pag. 4.
illustrioribus Italiæ Bibliothecis asservantur, a Doctiss. *Vernæo*, Genevensi cive, A. 1729 cum Autore communicata. Præcipuum vero post hæc locum occupant Codicum Græcorum, 5.
quos habet Bibliotheca Vaticana, Catalogus antiquus, & ob id minus plenus, cujus ex Bibliotheca *Colbertina* copia Autori facta est; Notæ quorundam Codicum MStorum ejusdem Bi- 14.
bliothecæ, qui ad primum & secundum Ecclesiæ Seculum pertinent; Catalogus MStorum Codicum Bibliothecæ Reginæ Sue- ibid. &
ciæ, Romam olim translatæ, & cum Vaticana conjunctæ; pag. 96.
MStorum Codicum, qui olim *Alexandri Petavii* fuerunt, postea vero emtionis jure Reginæ Sueciæ cesserunt, & cum hujus Bibliotheca Romam sunt translati, Catalogus Alphabeticus, A. 1660 adornatus, Vitis inprimis Sanctorum ditissimus, qui, etsi partem maximam in Catalogo, modo nominato, legatur, ob id tamen, quod illo altero accuratius confectus, & Codicum copia sit instructior, non immerito seorsim hic comparet;
denique præcipuorum Codicum MStorum Bibliothecæ Vati- 98.
canæ designatio, ex *Tomis sex* Indicis Vaticani collecta, quam ornant tum Codicum selectus, tum plenissimus Operum *Nice-* 144.
phori Gregoræ index, & variæ Lectiones ad Chronicon *Euse-* 146.
bii, a S. *Hieronymo* Latine redditum, ex quatuor Seculi XIII & XIV Codicibus descriptæ. Vaticanam sequuntur minores aliæ
Romanæ: Archivii Basilicæ S. *Petri*; Archivii S. *Isidori*; Val- 156.
licellana; Cardinalium *Antonii* & *Caroli Barberinorum*; *Chig-* 159. 170.
gia, cujus cimelium est Codex *Dionysii Halicarnassei*, omnium, 171.
qui usquam exstant, præstantissimus; Cardinalis *Imperialis*; *Slu-* 174.
siana, Chartis inprimis, quæ pertinent ad Ecclesiam Cajeta- 175.
nam, abundans; Cardinalis *Ottoboni*; Tabularii Basilicæ *Con-* 183.
stantinianæ S. Salvatoris in Laterano, cujus maxime memora- 191.
bilis est Codex, quo Homiliæ & Sermones veteres magno numero continentur; S. Crucis in Jerusalem, quam qui ornant 193.
nunc Codices, ex diversis olim Ordinis Cisterciensis Monasteriis ab Abbate *Hilarione Rancato* sunt collecti; Patrum S. *Basilii*, cujus

Pag. 194. cujus Codices potiores, maxime vero continentem *Gregorii*
Nazianzeni opera, & alium, quo Nomocanon *Doxopatris*
continetur, non descriptum tantum, sed annotationibus etiam
199. criticis & literariis exornatum, hic videas; Monasterii Cryptæ
ferraræ, cujus notari merentur Epistolæ *Isidori Pelusiotæ*, & S.
200. *Maximi* opera; Congregationis *S. Mauri*, cujus Codici Epi-
stolarum *Phalaridis* adjecta est Epistola *Francisci Aretini* ad
Franciscum Patavinum (sine dubio *Barbarum*), quæ integra
ibid. hic legitur; alia denique, cujus sibi nomen excidisse ait *Mont-
fauconius*. Harum omnium Catalogi, alii aliis breviores, hic
203. leguntur, velut Appendicem post se trahentes Indicem Lite-
rarum & Diplomatum, quæ sunt in Castro S. Angeli in Came-
215.217. ra Thesaurarii, & alium Codicum Bibliothecæ Cassinensis, quæ
& ipsa nobilioribus Italiæ annumeratur. Romanas Neapolita-
230. næ excipiunt, Olivetanorum, Vallettæ, Augustinianorum S.
231. *Joannis de Carbonaria*, & Monasterii S. *Severini*, singulæ ipsam
233. urbem Neapolim illustrantes, Codicibus non adeo multis, at
satis bonis, instructæ. Sed illustriora utique Musarum domici-
lia Etruriæ metropolis, Florentia, ostendit, quam, si decus
nullum aliud haberet, vel sola *Laurentiana*, illa Bibliothecarum
velut regina, pluteis LXXXVIII magnum antiquissimorum Co-
dicum thesaurum continens, ad eam gloriam, quæ putari potest
maxima, extolleret. Hujus postquam præcipua ornamenta, a se
237. ipso olim inspecta, ante oculos Lectorum posuit *Montfauconius*,
239-413. amplissimum Catalogum exhibet, a duobus viris doctis ita ador-
natum, ut præstantissimorum Codicum tam ratio externa,
quam internum pretium, copiose indicetur. Ubi cum de ce-
teris multa accurate sint prolata; miramur, de Pandectarum
Codice Pisano, quo Bibliotheca illa pretiosiorem non habet,
sed quem eo, quo par erat, studio a se inspectum ipse negat
413. *Montfauconius*, nihil hic dici, nisi quod ex *Brencmanni* Hi-
storia Pandectarum dudum omnibus constabat. Sed, cum in
his, quæ maxime expetebamus, parcus est, eodem tamen in
loco illud nos docet, quod & ipsum jucunde cognoscimus,
exstare Parisiis in Sangermanensi Bibliotheca *Pandectarum* Co-
dicem, sexcentos circiter annos habentem, aliqua ex parte mu-
tilum,

Digitized by Google

tilum, ſed cujus lectiones non uno in loco illis Florentini multo meliores ſint habendæ; in *Colbertina* autem *Pandectarum* opus *tribus Tomis* comprehenſum inveniri. Præter *Laurentianam*, non ignobiles ſunt Florentiæ Camaldulenſium B. *Mariæ de* Pag. 413.
Angelis, Monaſterii Benedictinorum B. *Mariæ*, Canonicorum 430.
regularium Feſulanorum, S. *Marci* Dominicanorum, S. *Mariæ* ibid.
Annuntiatæ Ordinis Servorum B. *Mariæ*, & Monaſterii S. *Bar-* 418.419.
tholomæi Feſulani, Bibliothecæ, quarum Codices MStos par- 429.
tim ex propria inſpectione, partim ex Catalogis, ſecum com- 430.
municatis, recenſet & deſcribit Autor. Florentinis accedunt vicinarum urbium Bibliothecæ, Bononienſis Canonicorum re- 431.
gularium, itemque alia Dominicanorum; & Ceſenenſis Fratrum 432.
Minorum, quæ olim *Malateſtarum* fuit; quibus ſubjicitur Raven- 433.
natenſe Tabularium, Bullis & libris Pontificum, Chartisque 435.
omnis generis, refertum. Inde Noſter ad Venetos digreditur, quorum princeps ſine dubio Bibliotheca eſt illa S. *Marci* dicta, cujus cum nobiliſſimam nunc partem faciant *Beſſarionis*, Cardi- 467.
nalis, Codices, horum Catalogus, ab homine non imperito confectus, cum Epiſtola *Beſſarionis* ad Senatum Venetum, qua ſuam ei Bibliothecam dono offert, ex *Colbertinæ* Codice MSto hic exſcriptus legitur. Ex parte reliqua ſplendidiſſimæ hujus Bibliothecæ, pauciſſima ſunt, quæ excerpſit Noſter, ejus 477.
olim, ut videtur, adeundæ facultate deſtitutus. Profert deinde memorabilia nonnulla ex ceteris Venetorum Muſeis: *Gri-* 478.479.
mano; *Meletii Typaldi*, Archiepiſcopi Philadelphiæ; Dominicanorum, cujus rariſſimus eſt Codex S. Evangelii *Marci*, quem vulgo avtographum eſſe S. *Marci* dicunt, & cui ſimilem, quod ad externas antiquitatis notas, ipſe ſibi viſum *Montfauconius* negat; porro *Antonii Capelli*, cujus notabile Diploma, ineun- 480.
te, ut videtur, Seculo octavo ſcriptum, partes litigantes aut Gothos, aut Langobardos, judices vero Romanos, exhibens, hic & integrum adducitur, & erudite illuſtratur; *Turviſiano*, 482.
rerum Venetarum Scriptorem habente omnium antiquiſſimum, & ſingularia multa continentem; denique Procuratoris *Juſtiniani*, cujus Codices maximam partem Græci ſunt, & ex ipſa Græcia advecti. Pergit Autor ad Bibliothecas Patavinas, qui-

bus nulla urbs Italiæ numerosiores habet. Harum præcipuas, quæ
sunt Ecclesiæ Cathedralis; S. *Joannis* in Viridario; Cœnobii S.
Justinæ; S. *Augustini*; S. *Antonii*; S. *Francisci*; Fratrum S. *Ur-
sulæ*; PP. Eremitarum; S. *Mariæ* Montis Ortoni; Theatino-
rum; *Benedicti Silvatici*; *Laurentii Pignorii*; *Flavii Quærengi*;
Candorum; *Zabarellarum*; *Corradinorum*; *Hippolyti Oddi*;
M. Antonii Gabrielii; *M. Mantuæ Benavidii*; *Hieronymi Gual-
di*; *Jo. Franc. Barisoni*; *Caroli Avantii*; *Marci Bolzanini*;
Bernardini Plazzolæ; *Nic. Trivisani*; *Barthol. Sanguinati*; *Bo-
nifacii Papafavæ*; *Alexandri de Este*; *Ursati de Ursatis*; *Fran-
cisci Ursati*; *Manfredi de Comitibus*; *Jo. Franc. Musati*; *Jo.
Pauli Tarvisii*; *Alexandri Synclitici*; *Camilli de Merzariis*;
Attilii Bulgelii; *Hieronymi de S. Sophia*; *Alberti Zuchati*; *Jo.
Bapt. Ficheti*; *Jac. Caimi*; *Jac. Phil. Thomasini*, & *Jo. Rhodii*,
olim singulari Opere, Utini A. 1639, 4, edito, descripsit *Jac.
Phil. Thomasinus*, cujus labore Noster in rem suam usus, ex-
cerpta inde selecta quæque dedit, his addens nonnulla de S.
Pag. 485. *Justinæ* Bibliotheca, a se ipso observata. Similiter, quæ de
484. Veronensibus Museis habet, ex Celeberrimi Viri, *Scipionis
490. Maffæi*, *Parte tertia Veronæ illustratæ* huc translata sunt. Pan-
ditur inde Ambrosiana urbis Mediolanensis Bibliotheca, inter
præstantissimas, quod nemo nescit, suo jure numeranda, cu-
491. jus triplex hic, Græcorum, Latinorum, & Italicorum, Co-
dicum index, ab homine artis non satis perito concinnatus,
527. notæ item & observationes, ab ipso *Montfauconio* A. 1698 in-
531. de descriptæ, leguntur. Huic adjunctæ sunt Ducis Mutinen-
sis, &, quæ omnium Italicarum postrema est, Monasterii S.
ibid. *Benedicti Padolironensis*, Bibliothecæ, sed quarum Codices
Noster non adeo multos, etsi hos notatu satis dignos, profert.
Proximum ab Italia locum tenet Germania nostra, sed cujus
Bibliothecæ hic tam paucæ nominantur, ut ignaris istarum re-
rum lectoribus, cum videant, in nostris rebus, quod lauda-
ret, tam parum habuisse *Montfauconium*, sterilis possit Ger-
mania & omnium rerum incuriosa putari, multoque adeo con-
sultius fuisse videatur, tacere prorsus de Germania, quam ita
leviter & negligenter dicere. Nobis vero, animadvertentibus
hanc

hanc paupertatem, facillimum est judicatu, si in rebus suis tales, quales nos in nostris, lacunas gentes aliæ detexerint, Opus hoc nihil posse minus, quám plenum & omni ex parte absolutum, dici, & Bibliothecarum notitia carere Nostrum, quæ, si non omnibus, saltem *Montfauconio*, heroi illi literario, esse notissimæ debebant. Quarum hic mentio facta est, Bibliothecæ non nisi quinque sunt, ideo feliciores ceteris, quod publicos, & in omnium manibus versantes, Codicum suorum Catalogos ostendant: Cæsarea Vindobonensis, cujus Codices MSti ex magnis *Lambecii* & *Nesselii* Commentariis recensentur; Ingolstadiensis Serenissimi Bavariæ Ducis, cujus Codices Græcos, facile apparet, hic exhiberi ex Catalogo, Ingolstadii A. 1602 in 4 edito, etsi nihil hujus rei, quod miramur, nos doceat Cel. Editor; Augustana, cujus divitiæ ex Catalogo quodam, A. 1595 Augustæ Vindelicorum publicato, (sed quidni potius ex *Eliæ Ehingeri* Catalogo, eadem in urbe A. 1633 forma majore edito, &, quod nemo nescit, diligentissime confecto?) lectorum ante oculos ponuntur; Lipsiensis nostra Academica, sive *Paulina* dicta, ex cujus Catalogo Codicum MStorum, A. 1686 (non, quod hic habetur, 1636,) a *Joachimo Fellero*, Academiæ Bibliothecario, publici juris facto, hic excerpta quædam leguntur, in quibus an eum Autor, quem debebat, adhibuerit delectum, veremur, ne dubitaturi sint multi, quibus alia præter meritum omissa, alia temere adjecta, videbuntur; denique Gothana Ducis Serenissimi *Friderici II*, cujus Indicem MStorum Codicum A. 1714 edidit Cel. *Ern. Sal. Cyprianus*, hic in compendium redactum. Itaque de selectissimis tot aliis Bibliothecis, loco non sane infimo habendis, Berolinensi Regia, Francofurtana ad Oderam, Hanoverana, Wolfenbuttelana, Quedlinburgensi, Vinariensi, Isenacensi, Vratislaviensibus, & ea ipsa, quam urbis nostræ Senatus prætoriis sumtibus exstruxit, magnoque advenarum plausu in dies splendidiorem facit, quarum omnium MSti Codices aut in Catalogis, facile cuique obviis, leguntur, aut, si tanti putasset *Montfauconius*, aliquid temporis commercio literarum tribuere, ex illarum præfectis facile cognosci potuissent, adeo,

Pag. 530. 587. 592. 594. 599.

quod commemoraret, nihil habuit Vir Celeberrimus, ut harum ne quidem nomina hic indicaverit. Tacemus alias hominum privatorum Bibliothecas, *Uffenbachianam*, *Krafftianam*, & *Menckenianam*, quarum Indices, dudum editi, Codicum MStorum numerosissimum & plane regalem apparatum ostendunt. Non hæc pluribus exprobrabimus doctissimi Autoris manibus; sed illud tamen ab ejus, si quem nunc nostrarum rerum sensum habet, æquitate postulamus, ut, sui fuisse hoc in loco muneris, agnoscat, nihil dare patriæ amori, & cavere inprimis, ne ulla exterarum gentium, negligentius se habitam, jure posset conqueri. Quis enim, cum viderit in hoc Opere uni Galliæ tantum spatii datum, (integrum enim *Tomum alterum* hæc implet,) quantum vix omnibus aliis regionibus, in eam statim sententiam deveniat, aut exiguum esse extra Galliam literarum & librorum studium, aut de alienis parum sollicitum fuisse *Montfauconium*, quorum alterum injurium est in exterorum merita, alterum & famæ Autoris, & pretio hujus Operis, haud parum officit. Monenda hæc duximus, si forte suppleri aliquando in nova hujus Operis editione possint; jam ad cetera pergamus. Cum Germania fata eadem Belgium habuit, cujus cum plurimæ sint, nec eæ ignobiles, Bibliothecæ, Lugdunensis, Amstelodamensis, Trajectina, Franeccerana, & quæ non aliæ? una Lugdunensis digna visa est Autori, quæ hic locum inveniret.
Pag. 601. Quæ vero causa sit, cur Musei hujus singularia ex *Spizelii* potius *Bibliothecarum illustrium arcanis retectis*, quæ tantum vetustiora continent, quam ex ipso ejus *Catalogo*, A. 1716 Lugduni edito, & satis diligenter confecto, petenda Autor duxerit, non videmus; nisi forte pauca illa, quæ de
602. libris MStis Arabicis, ex Oriente a *Jac. Golio* advectis, & de
603. aliis, e Mauritania allatis, hic leguntur, ex Catalogo illo decerpta putes. Ex privatis Batavorum Bibliothecis in hanc collectionem migrare contigit ei, qua usus olim fuit, aut adhuc utitur, Leodii L. B. *de Crassier*, quæ inter cimelia sua Codicem precum, Græce scriptum, mille annis antiquiorem, & alium qua-
604. tuor Evangeliorum, habentem annos plus quam nongentos,
605. rarissimos item quosdam Codices membranaceos, numerat,

quorum

quorum Catalogum ipse eorum possessor A. 1733 confecit. Nec Helvetiæ interesse huic celebriorum gentium conventui liceret, nisi Basileensis Bibliothecæ Codices in libro, paulo ante indicato, *Spizelius* dedisset, quos hic ad verbum repetitos legimus. Hi- Pag. 607.
spaniam Scorialensis ipsius Regis Bibliotheca nobilitat, cujus qui 616.
hic exhibetur, amplus satis, & ad Alphabeti ordinem confectus, Index MStorum, unde venerit in manus *Montfauconianas*, ne verbo quidem docemur. De Anglia nemo dubitat, hanc *Tomi* integri posse materiam sufficere; sed non ita visum Autori nostro, qui magnas illas MStorum Codicum velut cohortes, quas *Dav.* 625.
Casley in *Catalogo MStorum Bibliothecæ Londinensis regiæ*, A. 634.
1734 edito, *Thomas Smithius* in *Catalogo MStorum Bibliothecæ Cottonianæ*, foras exire jusso A. 1696, & Anonymus quidam Autor in *Catalogo MStorum Angliæ & Hiberniæ*, Oxoniæ vulgato A. 1697, &, quos Magnæ Britanniæ Bibliothecæ habent varios ac nobiles, Codicum notitiam suppeditante, spectandas admirandasque exteris dederunt, paucissimarum plagularum spatio contraxit, nulla Codicum Collegii Corporis Christi Cantabrigiensis, quorum Catalogus Londini A. 1722 prodiit, Bibliothecæ item *Tenisonianæ* & *Dugdalianæ*, quos in Indicem redactos Oxoniæ A. 1692 scimus, ratione habita. Huc usque procedit Operis *Montfauconiani prior Tomus*, cui Appendicis loco accessit Catalogus MStorum librorum Bibliothecæ Cardinalis *Sfortiæ*, omissus in Italicorum indice, cujus ex Bibliotheca Cardinalis *Chigii* Codice quodam MSto copia Autori facta est. 641. 693.

Quem nunc in manus sumimus, *Tomus alter* soli Galliæ dicatus est, &, si industriam Editoris spectes, *priori* illi multis modis præferendus videtur. Nam, quod ad Bibliothecas attinet, in his vestigandis diligentissimum fuisse *Montfauconium*, vel numerus earum docet; de ipsa vero Codicum præstantia & raritate pleniores utique, quam in *priore Tomo*, annotationes hic comparent. Nos igitur, etsi jam satis longi fuimus in Opere hoc recensendo, tamen, ne quis idem nobis exprobret, quod *Montfauconio* multi exprobrabunt, fuisse nos eorum, quæ foras geruntur, quam quæ pertinent ad nostram glo-

riam, minus curiosos, non prius deponemus manibus hoc Opus, quam Bibliothecarum, quibus jure gloriari potest Gallia, nomina dederimus, & rariorum Codicum, si non omnium, eorum saltem, qui tanquam caput efferunt præ ceteris, aliquod indicium fecerimus. Eminet non inter Gallicas tantum, sed inter omnes, quotquot celebrantur unquam, Bibliothecas illa, toto terrarum orbe clarissima, Parisiensis regia, quæ & suo olim satis splendore effulsit, & nunc, cum aliis Cardinalis *Radulphi, Caroli de Montchal*, Archiep. Tolosani, *S. Martialis* Lemovicensis, inprimis vero *Colbertina*, conjuncta, ditata etiam Armenianorum Græcorumque Codicum, quos Constantinopoli A. 1730 attulit Abbas *Sevinus*, & itineris comes datus *Fourmontus*, junior, tantam, quanta haud esse major potest, celebritatem nacta est. Cujus etsi accuratum & complurium Voluminum indicem, non impressos tantum, sed MStos etiam, libros, diversis autem singulos Voluminibus, exhibentem, magno hominum doctorum gaudio, nuper edere susceperint præstantes quidam & de literis optime merentes Galliæ cives; non inanem tamen ipse *Montfauconius* hoc etiam in loco insumsisse operam putandus est, quod alterum illud Opus, ipsius sumtu Regis magnificentissime excusum, in paucissimorum manus sit venturum, nec tam intersit rei literariæ, libros & MSta, quotquot exstant, omnia, quam selecta tantum & maxime notabilia, scire. Non eodem omnia Catalogo complexus est Noster, sed, cum variæ, ut diximus, Biblio-
T. II thecæ quasi partes sint, primum ipsius regiæ, non cum illis
pag. 709. accessionibus spectatæ; postea Cardinalis *Radulphi*, cujus index
766. in *Colbertina* MStus asservatur; inde *Caroli de Montchal*, Tolo-
896. sani Archiepiscopi, & *Colbertinæ*, Codices recenset; tum
922. Armenianorum indicem, ab Abbate *de Villefroy* concinna-
1015. tum, & pulcherrimis annotationibus illustratum, & alium Græ-
1027. corum, ex Oriente advectorum, exhibet; postremo loco Bi-
1033. bliothecæ S. *Martialis Lemovicensis* memorabilia adjungens. Nec nudos Codicum titulos dedit, sed, cum plurimorum sedulus spectator fuerit, de his quicquid olim singulare observavit, diligenter indicavit; quam operam in describendis inprimis

Diosco-

Dioscoridis Operibus, uncialibus characteribus nono, ut videtur, Seculo in Ægypto exaratis, Liturgiis duabus Græco-Arabicis, itidem ex Ægypto allatis, memorabili isto Codice *Petronii* Traguriano, in quo *Cœna Trimalchionis* continetur, quem constat multis & acerrimis eruditorum controversiis occasionem dedisse, *Simonis de Phares* Elogiis celebriorum Astrologorum, Gallico sermone scriptis, *Eudociæ Macrembolitissæ*, Imperatricis, libro, Ἰωνιά inscripto, qui luce, si quis alius, dignissimus habetur, Vitis Sanctorum mensis Maji, Junii, Julii, & Augusti, non quas *Simeon Metaphrastes* concinnavit, sed his multo antiquioribus, Chartulario Monasterii de Sacro Portu, sive de Barbellis, Inscriptionum antiquarum, quæ charactere unciali exaratæ, & magnam partem incognitæ sunt eruditis, integra collectione, Chartulario Comitum Campaniæ, Epistolas eorum 441, ab A. 1210 ad A. 1246 scriptas, continente, &, ne nimis copiosi simus, *Guidonis de Vigevano* Thesauro Regis Franciæ, acquisitionis Terræ sanctæ de ultra mare, nec non sanitatis corporis ejus, & vitæ ipsius prolongationis, ac etiam cum custodia propter venenum, præclare posuit. *Sunt* etiam de Armenianis libris, horumque antiquitate, & de varia Armeniorum eruditione, utilia multa annotata ab Abbate *de Villefroy*, quæ harum literarum studiosi cum voluptate legent. Quod vero *Librum primum Strabonis* cum Codice MSto bombycino, Sec. XII vel XIII a perita manu scripto, & A. 1732 ex Oriente advecto, contulit, variasque lectiones huc transscripsit *Montfauconius*, id, nemo non intelligit, quam sit præclare & ex commodo lectorum factum. Ad Regiæ gloriam proxime accedit, quæ hic locum secundum tenet, Bibliotheca Benedictinorum Congregationis S. *Mauri*, seu Monasterii S. *Germani a Pratis*, Autori nostro quodammodo propria, cui similis, si copiam spectes Codicum, literis uncialibus descriptorum, quorum hic plus quam viginti comparent, nulla est. Crevit autem inprimis insigni accessione *Coisliniana*, quam olim singulari Opere, eoque doctissimo, descripsit Noster, & cujus varii hic Catalogi leguntur. His, separata opera, accedunt ipsius Monasterii Codices, inter quos præcipuum

Pag. 728. 737. 758. 791. 924. 925. 964. 973. 975. 1011. 1015 1025. 1027. 1042. 1046.

Pag.1067. cipuum decus habet, qui partem Epistolarum S. *Augustini* com-
1084. plectitur, in charta papyrea Ægyptiaca literis uncialibus ele-
1123. gantissime scriptus, & alius, recentior, *Ludovici XI* ætate scri-
1143. ptus, quo nummorum ratio explicatur, & varia, ipsi *Blanco*, Operis de Monetis Gallicis scriptori, non memorata, continentur. Jam, priusquam, quod restat Bibliothecarum, percurreret, visum est Autori; legenda nobis dare varia, quorum
1150. notitiam multis putavit gratissimam futuram; nimirum *Antonii Pougeti*, ex Congregatione S. *Mauri* Monachi, Annotationes in Chronica *Eusebii*, quæ in *Colbertina* exstant; Epitomen Historiæ,
1154. a *Nectario Cretensi*, Patriarcha Hierosolymitano, Græce descri-
1157. ptæ, quam a multis jam annis in Latinum Noster transtulit; Apographum aureæ instructionis & Constitutionum Synodalium, editarum ab *Augerio*, Conseranensi Episcopo, ad informationem & reformationem totius & universi Cleri; Excerpta ex ve-
1160. teri Hagiologio *S. Benigni*, Divionensis, XII circiter Seculo scripto, & alia ex veteri Necrologio ejusdem Cœnobii S. *Benigni*,
1165. Divionensis; Notas *Eusebii Renaudotii* in Bibliothecæ Regiæ Codicem Græco-Arabicum, Liturgias duas continentem, sed quas miramur hic repetitas, cum iisdem jam verbis descriptæ
ibid. supra *pag. 737* leguntur; denique brevissimum Codicum Hebraicorum indicem, quos ipse olim Autor A. 1698 Massiliæ ex Bibliotheca Equitis *d' Ervieux* excepit. Jam suo ordine alii Catalogi sequuntur; & quidem Codicum Arabicorum,
1166. Persicorum, Turcicorum, Copticorum, Æthiopicorum, &c. qui olim fuerunt D. *Abrah. Hinckelmanni*, jam vero in *Jo. Christoph. Wolfii*, Pastoris S. Catharinæ Hamburgensis, aut potius, hoc ante aliquot annos exstincto, in fratris Clarissimi, *Joannis Chri-*
1169. *stiani*, Bibliotheca exstant; Hebraicorum, quos olim *Zach. Conr. ab Uffenbach*, Consul Francofurtanus, nunc idem, quem modo di-
1175. ximus, *Jo. Christianus Wolfius*, tenet; variorum Monasterii Mur-
1178. bacensis in Alsatia; Archivii S. Deodatensis, vulgo S. *Diez*; Mo-
ibid. nasterii S. *Michaelis* in Diœcesi Verdunensi; Monasterii *S. Pe-*
1179. *tri* Senoniensis; Mediani Monasterii in Vosago, Ordinis S. *Be-*
1180. *nedicti*; Bibliothecæ *Nicolai Claudii Fabricii Peirescii*, fama &
1181. doctrina summi, cujus nunc pars maxima in bonis est Illustrissimi

ſimi Præſidis, *Henrici Joſephi de Mazaugues*; Abbatiæ S. *Vin-*
centii, quæ Veſontione eſt; Fontanellenſis Eccleſiæ, cujus ma- Pag. 1189.
jus Chronicon Fontanellæ, e ſparſis in Chartophylacio foliis 1195.
membranaceis ab *Auguſtino de Broiſe*, Monacho Congregationis
S. *Mauri*, A. 1639 collectum, & A. 1735 in meliorem ordinem
redactum, plurima, ſcitu utique digniſſima, momenta habet;
Eccleſiæ cathedralis Rotomagenſis, & ejuſdem urbis Monaſte- 1196.
rii Capucinorum; Cathedralis Sueſſionenſis, & in eadem urbe
Monaſterii S. *Medardi*, nec non Abbatiarum S. *Mariæ*, & Longi 1197.
Pontis; Abbatiæ S. *Cornelii* in urbe Compendio; Bibliothecæ Illu- ibid.
ſtriſſimi *de Agrifolio*, Præſidis curiæ rationum in urbe Mons Peſ-
ſulanus dicta; Abbatiæ S. *Petri de Selincurte* in diœceſi Ambia- 1202.
nenſi; Monaſterii porro S. Trinitatis de Vindocino; Monaſterii 1204.
Gemmeticenſis; Bibliothecæ S. *Vincentii Cenomanenſis*, & S. S. 1217.
Sergii & Bacchi; Monaſterii S. *Albini Andegavenſis*, & S. *Sul-* 1216.
pitii Bituricenſis; Abbatiæ S. *Theodorici* prope Remos; Mo- 1219.
naſteriorum S. *Audoeni Rothomagenſis*, S. *Guillelmi de Deſerto*, 1229.
S. *Petri de la Reolle*, *de Caunes* in Languedocia, Fiſcanenſis, B. 1230.
M. de Craſſa, *S. Petri Carnutenſis*, SS. Trinitatis Tironienſis, 1237.
S. *Martini Sagienſis*, B. *Mariæ de Becco*; Bibliothecæ Lyranæ, diœ- 1240.
ceſis Ebroïcenſis, S. *Petri de la Couture*, S. *Illidii Claromontenſis*, 1241.
S. *Petri Pratellenſis*, S. *Ebrulphi Uticenſis*, & S. *Gatiani Turonenſis*. 1242.
Succedunt Codices MSti antiqui, non additum loci, ubi aſſer- 1243.
vantur, judicium habentes, & alii deinde Bibliothecæ *Ranchi-* 1247.
ni, Conſiliarii; Divio-Benignianæ; Monaſterii S. *Oueni*; *Bi-* 1250.
gotianæ; Monaſterii Beccenſis; Abbatiæ Royaumontenſis, & 1256.
S. *Remigii*, Rhemenſis; Canonicorum regularium S. *Dionyſii* 1261.
Remenſis; Monaſteriorum Altivillarenſis & Radolienſis; Eccle- 1262.
ſiæ Bellovacenſis; Cathedralis Laudunenſis; Bibliothecæ Clariſſ. 1265.
Vaulerci, &, quæ nunc Regiæ adjuncta eſt, *Baluzianæ*. Inde pro- 1267.
fert Noſter indicem alphabeticum Autorum & eorum, quæ præ- 1272.
cipua in MStis Codicibus Græcis Cardinalis *Mazarini* continen- 1278.
tur; Codices Bibliothecæ Præſidis *de Meſme*; Monaſterii S. Trini- 1281.
tatis prope Conſtantinopolim in Inſula *Χαλκὴ* dicta; aliorum et- 128[illegible].
iam Monaſteriorum: Montis Dei; S. *Martini de Se'e's*; Lerinen- 1287.
ſis; Pratellenſis; Pontiniaci; B. M. *Deauratæ* Toloſanæ; S. *Remigii* 1288.

Rhemensis; Ecclesiæ S. *Martini Turonensis*; Saviniacensis Abbatiæ
Pag. 1341. Ordinis Cisterciensis; Abbatiæ Fulcardi Montis; Bibliothecæ
1343. Vallis Lucensis; *Boubierii*, in suprema Divionensi Curia Præ-
1345. sidis; *Jolii*, Viri Clarissimi; Monasterii S. *Quintini* Belvacen-
1346. sis; S. *Jacobi Leodiensis*; S. *Laurentii Leodiensis*; *Thuanæ*;
1347. Crassensis; Carcassonæ; Cœnobii Lirinensis; Fratrum Prædi-
1348. catorum Claromontii in Arvernia; Monasterii S. *Michaelis* in
1350. periculo maris; Ecclesiæ S. Trinitatis de Exaquio; Cathedralis
1351. Bajocensis; Monasterii S. *Petri Carnutensis*; Ecclesiæ S. *Mar-*
1352. *tini de Albamarla*; Cathedralis Lexoviensis; P.P. Franciscano-
1353. rum Cadomentanorum; Prædicatorum Carnotensium; Cathe-
1356. dralis Ebroicensis; Bibliothecæ Clarevallensis, cujus Catalogum,
1361. a se doctissime concinnatum, cum Cel. Autore communicavit
1362. *Jo. Delannes*, Clarevallensis Monachus; Bibliothecæ S. *Victo-*
1363. *ris Parisiensis*, ex cujus indice amplissimo, in Bibliotheca Re-
1364. gia conspicuo, non inutilia quædam excerpsit Noster; deni-
1365. que Ecclesiæ Cathedralis Metensis, cujus Codices & multi sunt,
1369. & in magno pretio habendi. His Catalogis comitem dedit
1376. *Montfauconius Epistolam S. Bernardi utilissimam & moralissi-*
1384. *mam de gubernatione familiæ*, in editione Operum *Bernardi*,
a Monachis Congregationis S. *Mauri* publicata, non obviam, sed ex antiqua editione, cujus hic nec locus, nec tempus, indicatur, ab *Augustino Calmeto* excerptam, cum Gallica ejus interpretatione, ab ipso *Bernardo* adornata, & ex antiquo Codice Abbatiæ Senoniensis in Vosago excerpta, aliam item ejus-
1388. dem *Bernardi* ad *Reymondum*, Equitem Castelli Ambrosii, Gallicam Epistolam, ex vetusto Codice descriptam. Post hæc
1393. locum dedit Noster Excerptis Catalogi MStorum Regis Sardiniæ, quem cum Nostro communicavit illius Bibliothecæ præfectus, *Josephus Roma*, Ordinis Minimorum, in Taurinensi
1402. Academia Professor Regius, nunc emeritus, ex cujus etiam Epistola de Codice Operum *Lactantii*, in tabulario Regis Sardiniæ latitante, excerpta quædam hic leguntur. Inde partem
1403. profert Catalogi MStorum R. R. Patrum Oratorii, in vico S. *Honorati* Lutetiæ Parisiorum, a Rev. P. *des Molets* eruditis an-
1406. notationibus illustrati. Omnium, quas amplissimum hoc Opus capit,

capit, Bibliothecarum ultima est, quæ Monasterium S. *Petri* Corbejensis ornat, magna Codicum copia instructa, quorum catalogum Rev. *Josephus Avril*, illius Cœnobii Prior, facile *Montfauconii* & orbis eruditi usibus concessit.

TRAJECTUM ERUDITUM, VIRORUM DOctrina illustrium, qui in urbe Trajecto & regione Trajectensi nati sunt, sive ibi habitarunt, vitas, fata, & scripta, exhibens, Autore CASPARO BURMANNO, Trajectino.

Trajecti ad Rhenum, apud Jurianum a Paddenburg, 1738, 4. Alph. 2 plag. 18½.

Et honori patriæ consuluit, & Historiam literariam amplificavit, hoc libro Vir Amplissimus, notus jam orbi literato ex *Analectis historicis de Papa Hadriano VI*, quæ A. 1727 edidit. Nec vero illos solum hic exhibet literatos, quos procreavit Trajectum, sed eos quoque ex alienigenis, qui præclaram hanc urbem illustrarunt qualicunque ingenii doctrinæque gloria. Et de unoquoque quidem exhibet, quicquid investigatione longa diligentique cognoscere potuit, singula etiam singulorum scripta recensens accurate. Qui vel *Voetium* hic quæsiverit, aut *Grævium*, aut *Utenbogardum*, fatebitur, nihil doctissimum Autorem fecisse reliqui, ut suscepto rite defungeretur munere. Nostrum est, clariores nominare, qui hoc in theatro exhibentur; quorum cum alii ante religionis reformationem vixerint, alii recentiori ævo, e prioribus tres præcipue digni videntur mentione nostra. *Adelboldus* primum hic locum tenet, Seculi undecimi Episcopus Trajectinus; cui tamen quam tribuit Noster *Vitam Imp. Henrici II*, eam abjudicat *Basnagius Tomo III Lect. Canis. P. II pag. 25 seq.* Præter hunc hic etiam e veteri ævo occurrunt *Joannes de Beka*, decimi quarti Seculi scriptor historicus, & *Bernardus*, duodecimi Seculi Poeta; quem esse putamus eum, cujus multos versus suis ad *Accoltum* annotationibus *Dempsterus* inseruit. Transimus ad recentiores, indicaturi Lectoribus nostris, de quibus clarissi-

clarissimis viris ampla hic reperiatur notitia. Prodeunt igitur hic *Antonius Æmilius*, Professor, (quo solo nomine hic a nobis designabuntur Trajectinæ Professores Academiæ,) m. 1660; *Theodorus Jansonius ab Almeloveen*, m. 1712; *Jo. Conradus Barchausen*, Professor, m. 1723; *Paul. Bauldry*, Professor, m. 1706; *Guil. Bestius*, m. 1719; *Francisci Burmanni*, pater & filius, Professores; quorum ille A. 1679, hic A. 1719, diem vidit supremum; *Guilielmus & Theodorus Canteri*, hic A. 1617, ille A. 1553, exstinctus; *Henricus Coccejus*, Professor, m. 1719; cujus filium, *Samuelem*, esse nunc unum e primariis Regis Borussiæ Ministris, adjici potuisset; *Cornelius ab Eck*, Professor, m. 1732; *Joannes Ens*, Professor, m. 1732; *Andreas Essenius*, Professor, m. 1677; *Timannus Gesselius*, qui quo anno vita excesserit, non indicatur; *Jo. Georgius Grævius*, Professor, m. 1703; *Franciscus Haræus*, m. 1632; *Joannes & Otto Heurnii*, pater ac filius; quorum ille A. 1601 obiit, hujus annum mortis Noster omisit; *Joannes Hoornbeekius*, Professor, m. 1666; *Lambertus Hortensius*, m. 1574; *Michael ab Isselt*, m. 1597; *Frider. Adolphus Lampius*, Professor, m. 1729; *Melchior Leidekkerus*, Professor, m. 1721; *Jo. Leusdenius*, Professor, m. 1699; *Gerardus Listrius*, scholæ Swollanæ Rector, Notarum in *Erasmi Moriam* editor; *Gilbertus Longolius*, m. 1543; *Georgius Macropedius*, patrio sermone *Langefeld*, m. 1558; *David Martinus*, m. 1721; *Petrus a Mastricht*, Professor, m. 1706; *Anton. Matthæus*, Professor, m. 1654; & filius cognominis, *vir diligentissimus*, uti Noster ait, *sed judicio & doctrina multo inferior patre*, m. 1710; *Matthæus Nethenus*, Professor Theologiæ, hoc munere A. 1661 exutus ob editum contumeliosissimum librum in magistratum Groningensem & *Maresium*, Theologum, m. 1686. Infra tamen *pag. 284* refertur, A. 1662 a synedrio Trajectino emissum fuisse librum, quo demonstretur, *Nethenum* in isto scribendi genere longe superari a *Maresio*; quem ibi Noster ipse vocat *virulentissimi ingenii hominem, nulli fere illius ætatis Theologo parcentem, & inauditis calumniis religionem eorum suspectam reddere conatum. Gerb. Noodt*, Professor, m. 1725; *Albertus Pighius*, mortuus non

A. 1562,

A 1562, quæ scriptio est errantis typographi, sed A. 1542; *Sam. Pitiscus*, m. 1727; *Georgius Ratallerus*, quem perperam *Rotallerum* nominant multi viri doctissimi, m. 1581; *Christianus Ravius*, Professor, m. 1677; *Henr. Regius*, Professor, m. 1679; *Adrianus Relandus*, Professor, m. 1718; *Herm. Alexander Roellius*, Professor, mortuus eodem anno; *Heribertus Rosweidus*, m. 1629; *Guilielmus Saldenus*, m. 1694; *Martinus Schookius*, Professor, m. 1669; *Anna Maria Schurmannia*, m. 1678; *Cornelius* & *Jacobus Tollius*: quorum hic ad plures abiit A. 1696; *Cornelius Valerius*, m. 1578; *Lambertus Velthusius*, m. 1685; *Gisbertus Voetius*, Professor, m. 1676; *Paulus Voetius*, Professor, m. 1667; *Gerardus de Vries*, Professor, m. 1705; *Jo. Uytenbogaartus*, m. 1644; *Herm. Witsius*, Professor, m. 1708; *Ludov. Wolzogenius*, Professor, m. 1690. Ceterum, cum & suam passim interspersit Autor de laudatis a se scriptoribus sententiam, haud supervacaneum erit, quædam ejus judicia recitare. *Pag. 176* de *Leidekkero* ita scribit: *Fuit vir multæ lectionis, & orientalium linguarum peritissimus, judicium tamen multi in eo desiderarunt, stilumque, barbariem meram redolentem, culparunt.* De *Antonio Matthæo*, seniore, sic judicat *pag. 216*: *Fuit Jureconsultus consummatissimus, imo, meo judicio, Academia Trajectina nunquam Professorem in Jure habuit, qui tanta omnium disciplinarum, & præcipue Juris, scientia imbutus fuit. Henricum Pontanum*, Theologiæ Professorem, A. 1714 mortuum, *pag.* [illegible] scribit, *obtrusum fuisse Trajectinis a Rege Wilhelmo III ob ductam in matrimonium filiam cujusdam, qui magna apud Regem illum gratia pollebat; fuisse enim imparem tanto oneri. Pag. 295* vocat *Relandum singulare ornamentum & decus Academiæ Trajectinæ.* De *Schookio* hæc est ejus *pag. 328* sententia: *Scripta ejus probant, fuisse virum diligentissimum, verum judicio destitutum; neque ullum credo unquam Autorem exstitisse, qui tot libris editis minorem inter eruditos famam* (dicere voluit *gloriam*,) *consecutus est.* Ad ultimum e *pag. 229* observamus, Trajectinis nostris perperam a nonnullis annumerari *Antonium Sebastianum Minturnum*, Italum quippe, in urbe regni Neapolitani *Trajetto* natum.

PETRI WESSELINGII DIATRIBE DE JUdæorum Archontibus, ad Inscriptionem Berenicensem, & Dissertatio de Evangeliis, jussu Imp. Anastasii non emendatis, in Victorem Turunensem.

Trajecti ad Rhenum, apud Jurianum a Paddenburg, 1738, 8. Plag. 12.

Qui, ab Eruditissimo *Wesselingio* nil nisi limatum, haustumque ex interioribus literis ac recondita doctrina, proficisci posse, adhuc sibi persuaserunt, illi, his Dissertationibus lectis, in sententia sua haud parum confirmabuntur. Ipse enim, laudatissima antecessorum suorum, *Duckeri*, *Burmanni*, *Grævii*, vestigia premens, non solum in scriptoribus profanis cum emaculandis, tum illustrandis, operam summa cum laude ponit, verum illas etiam res attingit, quæ, præter literarum Latinarum Græcarumque copiam, solis orientis opes deposcunt. Documento esse potest utraque Dissertatio, cujus potiora momenta, quo ex fimbria de texto judicare possit Lector, enotasse juvabit.

Prædicat quidem Cel. Autor nostri temporis felicitatem, quo gentis Judaicæ instituta, potissimum Synagogæ, in clariore luce sint posita; haud pauca tamen esse, quæ lumine adhuc egeant, subjungit. Ita, obscurum esse, arbitratur, quis per *patrem synagogæ* sit intelligendus, nisi quis, a paterno, quo in gentis suæ
Pag. 1-3. cœtum ferebatur, affectu dictum esse, velit. In horum numerum rejicit Judæorum *Archontes*, quorum cum luculenta mentio fiat in Inscriptione Berenicensi, ab Illustriss. *Scip. Maffejo* & *Boubierio* jamdum illustrata, illam integram exhibet, ac verba,
4-7. in illis occurrentia, obscuriora paululum, explanat. Docet igitur, *Paophi*, proximum a *Thot*, principio anni Ægyptii, in stabili & fixo Alexandrinorum anno maxima ex parte respondere Roma-
8. norum *Octobri*. *Metellitum* apud *Chrysostomum*, vel quisquis autor est Homiliæ in *Joannem*, quod pro σκηνοπηγία ponitur, esse ex Chaldaico מטלתא, quoniam in tabernaculorum tentoriis
9. festos hos dies Judæi agere consueverint. *Augusto Tiberio*que imperantibus, plura Judæorum millia vel manumissione, vel pecunia, id obtinuisse, ut civium Romanorum numero fuerint adscripti.

adscripti. Καλὸς καὶ ἀγαθὸς apud Græcos recte dici, contra *Suidam*, qui καλοκἀγαθὸς mavult, testimoniis *Aristotelis* atque *Themistii* probat. Pag. 9, 10.
Προςάτην illum esse, qui provinciæ præsit, & προςασίαν munus illius denotare, *Philonis* & *Josephi* testimoniis firmat. 11, 12.
Vocem ἀναςροφὴν pro ratione cum hominibus conversandi, vitæque instituendæ, scriptoribus Novi Test. familiarem, non tantum Judæis græcissantibus privam esse, verum etiam purioribus Græcis scriptoribus, *Polybio*, *Arriano*, aliis, usitatam. 13, 14.
Locutionem, ἀβαρῆ ἑαυτὸν παρέχειν, quam etiam *Paulus* 1 *Cor. XI*, 9, adhibet, cum simili apud *Stobæum* & *Plutarchum* phrasi confert.
Σύνοδον de Judæorum cœtu, qui sacrorum causa septimo quoque cogebatur die, ex *Philone* & *Josepho* adstruit; in illo autem insolens non erat, ut bene meritos corona dignos publice prædicarent. 15.
Coronis oleaginis apud Athenienses donabantur, qui rempublicam benefactis sibi obstrinxerant, quibus innectebantur λημνισκοὶ, *fasciolæ* coloris purpurei, quibus amplius decus ipsis conciliabatur. 16, 17.
Ψηφίσματα etiam Judæos in illorum gratiam, qui de ipsis bene meriti fuerint, scripsisse. 17-19.
Formulam λευκαὶ πᾶσαι, alias insolentem, in regione Cyrenensi haud insuetam fuisse, cui respondeat *Symmachi albus calculus Lib. I Ep.* 96. 19, 20.
Inscriptio illa posita fuit in Amphitheatro oppidi Berenicensis, quorum cum duo hoc nomine inclyta fuerint, alterum Ægypti prope sinum Arabicum, alterum Cyrenes, haud procul Boreo promontorio, quodnam horum intelligendum sit, anquirit *Cap. III.* 20, 21.
Bouhierius cogitavit de Berenice Ægypti, quoniam in Inscriptione memoratur mensis *Paophi*, & *Titius* fuit præfectus Augustalis. Contrarium cum *Maffejo* affirmat Autor, quoniam lapis hic, in Tripolitana Africæ urbe repertus, in Galliam Narbonensem fuerit translatus; probabile autem non esse ex Ægypto in Africam transvectum esse, nec inter præfectos Augustales, qui Ægypto, imperante *Tiberio*, præfuerint, aliquem nomine *M. Titium* numerari, quod ex serie præfectorum demonstrat; potuisse autem præesse Cyrenaicæ regioni, quæ una cum Creta insula ab uno eodemque præfecto fuerit recta.
Quod porro inde adstruit, quoniam in Pentapoli totaque Cyrene ingens 21-24.
Judæo-

Judæorum numerus, a *Ptolemæo Lagi* traductorum, obque *Antiochi Epiphanis* vexationes mirum in modum auctorum, exstiterit. Nec obstare appellationem mensis *Paophi.* A quo tempore enim Cyrene *Lagidarum* imperio est adjecta, Ægyptiorum
Pag. 24- menses recepisse videntur, quod testimoniis *Synesii* Autor probat.
27. *Cap. IV*, autores Inscriptionis non Græcos, sed Judæos, fuisse, contra *Maffejum* affirmat, quod adscripta σκηνοπηγίας festivitas & *Josephi Stratonis* F. nomen evincat, & Archontes ac tota Judæorum Berenicensium societas coronam & lemniscum, *Titio* decretum, sibi vindicent, nec a Judæorum consuetudine alienum sit, Ψηφίσματα in præfectorum honorem condere, ac Amphitheatra adire. Id unum videtur ipsi difficultatem creare, qui dici possit, decretum, incisum columnæ, in altiori Amphitheatri loco positum fuisse. Quam ita expedit, cum tale quid sæpe fecerint in synagogis, quidni id ipsum a Berenicensium magistratu obtinuissent, quo ipsorum pietas in *Titium* conspectior foret. Fecisse id in tabernaculorum solennitate, quoniam illo tempore in provinciis res suæ societatis ordinare, magistratus novos eligere, quæque observanda erant, decerne-
27-34. re, solebant. *Cap. V* tempus, quo Inscriptio exsculpta, exputat. Annus 55, qui nominatur, si numeratur ab anno U. C. *Varroniano* 659, a quo Cyrenenses libertate a Romanis sunt donati, illum, docet, in annum U.C. 714 incidere, quoniam autem dies 25 *Paophi* addatur, qui ob neglectum dierum intercalarium fixus
34, 35. non fuerit, sententiam hanc consistere non posse. Quod 2 *Maccab. I, 9, 18*, dicatur de σκηνοπηγίᾳ τῦ χασελεῦ μηνὸς, de extraordinaria solennitate, ad morem tabernaculorum festi
35-37. celebrata, intelligendum esse. Quoniam vero, Ægypto ab *Augusto* A. U. C. 724 expugnata, Ægyptii annum fixum atque stabilem pro erratico atque vago ante acceperunt, annum hunc 55 anno U. C. 779 illigandum esse, licet præter Alexandrinos
38-42. alii ex Ægyptiis priscum morem retinerent. Cum igitur probabile sit admodum, Cyrenenses, qui longe ante Romanis paruerant, interque illos Berenicenses, annum volubilem non dereliquisse, præterea tum temporis *Sejanus*, acerrimus gentis Judaicæ osor, adhuc superaret, qui *Titium* sua autoritate cohibuisset,

hibuisset, quo minus Judæis se adeo benignum præberet, tempus hoc non adeo certo definiri posse, concludit. *Cap. V* Pag. 42-
Ἄρχοντας Judæorum in lucem producere laborat. *Archisynagogos* non fuisse putat, quia tum sequeretur, novem Synagogas Berenicæ fuisse, quibus singulis suus Archisynagogus dandus. Berenicenses autem plures una Synagoga habuisse, verisimile non esse, cum una, eaque splendidissima, suffecerit Alexandrinis, quos inter tamen longe major sit Judæorum multitudo commorata. Præterea præfectorum Synagogæ fuisse, curam sui cœtus administrare, Ἄρχοντας autem Berenicensium communi tribulium suorum utilitati consuluisse. Ne- 44-46.
que cogitandum esse de Archisynagogo, ejusque septem assessoribus atque Chassane, cum ultimus, viliori addictus ministerio, qui numero præsidum synagogæ inseratur, dignus non sit. *Massejus*, ut hos novem Ἄρχοντας efficeret, *Josephum Ant. Jud. Lib. IV Cap. 8 §. 14* in subsidium vocaverat, qui, *Mosen* edixisse, memorat, ut per singulas civitates septemviri judices sederent, quibus adjungendi essent e tribu Levitica δύο ἄνδρες ὑπηρέται, ubi per ὑπηρέτας intelligi possint legis doctores ac interpretes, prioribus dignitate non inferiores; quo sensu etiam vox ὑπηρέτης veniat in Nov. Test. *Luc. I, 2, IV, 20*, (non 10, uti bis mendose scribitur,) *Act. XIII, 5, 1 Cor. IV, 1.* Levitas jure appellari posse ὑπηρέτας, concedit quidem Autor, sumi etiam vocem aliquando sensu excellentiori de *Mose*, rege, magistratibus, apostolis, sed, tum illos respici, addit, quatenus vice Dei fungantur, ejusdemque inter homines ministri habeantur, non autem, ubi simpliciter ponatur, posse designare doctorem & oraculorum divinorum interpretem. *Joannem* ὑπηρέτην *Act. XIII, 5*, procul dubio *Paulo* & *Barnabæ* ad quotidiana officia, ipsi præstanda, adjunctum fuisse, ut *Elisæus* quondam *Eliæ*. Qui *Luc. IV, 20*, nuncupetur ὑπηρέτης, fuisse חזן, inferioris conditionis Synagogæ ministrum, *æditum*. *Josephum* in *l. c.* per ὑπηρέτας utique intelligere ministros, qui magistratibus apparuerint. *Mosen*, cujus constitutionem explicet *Josephus*, 47-51.
tantum nominare שפטים ושטרים *Deut. XVI, 18.* Qui posteriores a LXX Interpretibus recte exponantur per γραμματοεῖ-

ματοεισαγγελεῖς & γραμματεῖς, ut hinc per ὑπηρέτας apud *Josephum* sint intelligendi *scribæ, magistratuum ministri*, prouti in *Cod. Sanhedr. Cap. IV, 3*, tradant, *duos scribas summo senatui* perpetuo adfuisse. Ad hoc tamen munus apud Judæos non electos esse, nisi qui honesto loco nati fuerint, quorumque fides & industria
Pag. 51-54. fuerit perspecta. *Cap. VI* docet, habuisse Judæos tum in terra sua, tum extra illam, magistratus suos, Ἄρχοντες dictos, quam libertatem vel gratia, vel largitionibus, ab Romanis impetraverint. Confirmat hoc literis *L. Antonii* ad Sardianos in causa Judæorum, quarum exemplum servavit *Josephus Ant. Jud. Lib. XIV Cap. 10*, & quarum exaratarum occasionem enarrat Noster. Alexandrinis Judæis ex concessione Lagidarum præfuisse ex gente sua ἐθνάρχην, nec *Augustum*, Ægypto in potestatem suam redacta, quidquam immutasse, nisi quod, ultimo ethnarcha fatis functo, γε-
54-62. ρουσία *Senatus* fuerit constitutus, (vid. *Philo* in *Flacc. pag. 975*) in quem qui allecti fuerint, illos omnes Ἄρχοντας appellatos fuisse. Ἐθνάρχην a multis eundem haberi, qui *arabarcha*, quos inter nomen suum profiteantur *Valesius* & *Rhenferdius*. Ad hoc igitur argumentum Cel. Autor divertit *Cap. VIII. Arabarcham*, vocem hy-
63-65. bridam, inter Judæos Alexandrinos græcissantes ex הר בהסנהא enatem esse, *Rhenferdius* suspicatus erat. Quoniam autem ex locis *Philonis* & *Josephi*, inter se compositis, appareat, *arabarchas*, sive *alabarchas*, ea tempestate apud Alexandrinos obtinuisse, qua ethnarchæ, senatu constituto, jamdum desierant, utrosque ab invicem distinctos fuisse, Noster docet; nec derivationem *Rhen-*
65-73. *ferdii*, nec *Fulleri*, itemque *Noldii*, *alabarcham* a חלף ארכא quasi *vicarium principis* dictum esse, sibi persuadentium, locum suum tueri posse. Lectionem & *alabarches* & *arabarches* recte se habere existimat; posteriorem tamen præferendam esse censet. Lectionem *alabarches* propterea rejiciendam non esse, quoniam habeamus *alytarches*, *irenarches*, & hujus generis alias voces. Ἄλαβα, notante ex *Phavorino Cujacio Observ. Lib. VIII Cap. 37*, designare τὸ μέλαν ᾧ γράφομεν. Vocem propriam fuisse Cypriis, quibus ἄλαβα, monente *Hesychio*, idem fuerit, quod λιγνὺς, μαρίλη, *fuligo*, cujus usus olim frequens in terendis
73-75. atramentis. A Cypriis vocem fluxisse ad Ægyptios. Alabarchen

chen igitur notare posse *scripturæ magistrum*, *vectigalibus*que *colligendis præpositum*. Lectionem *arabarches* defendere posse *Asiarchen*, *Cilicarchen*, *Syriarchen*, &c. *Arabarchen* autem fuisse præfectum partis cujusdam Ægypti, quæ dicta fuerit νόμος Ἀραβίας, ut pateat ex *Ptolemæi Geogr. Lib. IV Cap. 5*, ejusdemque fuisse vectigalia exigere ac colligere, nec nomen ac munus solis Pag. 75-
Judæis impositum fuisse. *Cap. IX* ad Ἄρχοντας regreditur. Seleu- 78.
cidæ Judæis Ἄρχοντα Antochiæ siverunt esse, qualem *Josephus Bel. Jud. Lib. VII Cap. 3* exerte memorat, distinguendum ab Archisynagogo, quem *Zonaras* recte τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας τὸν πρῶτον nominat, nec ethnarchæ Alexandrino, nec ראש הגלות,
quod *Fullerus* & *Rhenferdius* faciunt, æquiparandum. Docet hic 78-81.
Autor, ἐθνάρχην Ἀρετᾶ τοῦ βασιλέως 2 Cor. XI, 32, non fuisse hominem Judæum, sed ministrum Regis *Aretæ*, vice ejus fungentem, ac Damascenis omnibus impositum. Ἀρχόντων Judæorum pariter mentionem fieri in Inscriptionibus. Talem exstare Romæ, sarcophago impositam, quæ hic illustratur. *Hiereos* appellatos esse, qui genus longa avorum serie ab *Aharone* duxerint, ac inter suos præcipua fuerint dignatione. Voces ΚΑΛ. ΚΑΡΠΙΕΙΩΝ plurimorum industriam exercuerunt. *Sponius* legi voluit καλ. Ἀγριππησιων, sed minus recte. *Antonius Maria* duplicem protulit conjecturam: vel legendum esse Ἄρχοντα καληβων Καρπιειων, *principem circumcisorum Carpensium*, ex civitate Mysiæ, aut Scythiæ potius, Carpo. Sed enim urbs illa non tam *Carpus*, quam *Carsus*, appellanda. Porro vox καλήβοι explicatur quidem ab *Hesychio* τὸ αἰδοῖον ἀπεσκολυμμένοι, sed eo nomine Judæi non facile appellantur, nisi id forte per contemtum factum fuerit. Vel legi posse Καλκαρπιειων, atque designari populos Bithyniæ, quos *Stephanus* nominat *Culpeusas*, *Calpinos*, & *Carpejanos*, uti etiam est urbs *Carpeja*. Sed conjectura hæc propterea ferri nequit, quoniam urbs Bithyniæ Κάλπαι, & Hispaniæ Καλπεία, seu Calpe, permiscentur, & Calpeusæ ex gentili nomine καλπεὺς & καλκαρπεῖοι novo exemplo effinguntur. Igitur in ea Autor perstat sententia, ΚΑΛ. integre legendum esse καλούμενον, & καρπείων esse cognomen *Juliani*, de quo eo minus dubitare liceat, quod *Carpi*, *Carpii*, & *Carpiones*,

Pag. 84-86. *nes*, in lapidibus sæpius sint obvii. Aliam producit Inscriptionem, in qua pariter Ἄρχων legitur, & in qua est Αμέλις pro Αμέλιος, uti Ειμέρις pro Ειμέριος. Ἀμμώμῳ ὁσίῳ esse pro ἀμώμῳ ὁσίῳ. In alia Inscriptione memoratur *Alsius* Archon &
87. Archisynagogus, quam Rever. *Te Water* in Diss. *de Archonte apud Judæos Miscell. Duisb. Tom. I Fasc. II pag. 234 seq.* ita explicaverat, ac si utrumque nomen unum idemque significaret, cujus contrarium demonstrat Cel. *Wesselingius.* Hunc *Alsium* habere communitatis aliquid cum *Alsio* apud *Horatium Epod. II, 67*, du-
88, 89. bium omnino esse. *Cap. X*, autorem Homiliæ in natalem *Joannis* non esse *Chrysostomum*, sed hominem in Italia natum, probat ex illis, quæ de *natali solis invicti*, itemque *migratione*, Cal. Jul. facta, habet, quoniam & dies ille festus 8 Cal. Jan. celebrabatur, & Romani Cal. Jul. in ædes novas, quas conduxerant, migrare solebant Sermonem hunc propterea memorabilem esse, quoniam in illo Archontes Judæorum memorentur, de illisque affirmetur, circa Septembrem munus suum ingredi, ut hinc illud an-
90, 91. nuum esse oportuerit. Archontibus præsto fuisse שלוחים, ἀποστόλους, (vid. *Euseb. in Jes. Cap. XVIII pag. 425*) quos literis instructos alio amandabant, distinguendos ab *apostolis* Patriarcharum, qui ipsis in consilio aderant, & cum quibus noctu ac interdiu legis divinæ explicationi vacabant; quanquam tamen & illos notaret, qui a patriarchis & magistratibus ad alios, ut
91, 93. mandata perferrent, demittebantur. Hos ipsos Ἄρχοντας esse, qui in Imperatorum Constitutionibus appellentur *primates*, *proceres*, & *judices* Judæorum, in Palæstina & extra illam indulgentia Augustorum, vel popularium suffragiis, lecti, qui civilem magistratum effecerint, distincti ab Archisynagogis, quorum munus ecclesiasticum, qui tamen sive Imperatorum inertia, sive largitionibus, rem eo deduxerint, ut in causa Christianorum aliquando pro tribunali sederint, quorum impudentiam repres-
93-99. serint Patres in Concilio Mantisconensi I, habito circa A. 582. Hac occasione notat inconsultam Christianorum temeritatem, existimantium, jurisjurandi religionem apud Judæos ob constipata nomina divina longe venerabiliorem esse, eaque de causa Synagogas illorum adeuntium, quam *Theodosius* junior *leg. 15*,

itemque

itemque 22, *Cod. de Jud. & Cœlic.* interdixit, & in quam acriter invectus est *Chrysostomus Operum Tom. VII pag. 369 edit. Savil.* *Cap. XI* occurrit Autor objectioni, quæ ex *Sanh. Cap. I, 6*, depromi potest, ubi XXIII viri civitatibus majoribus, tres minoribus oppidis, imponuntur. Traditionem hanc generatim veram esse, non putat, cum *Josephus VII* tantum nominet, nec rationem esse ullam, quare is falsa perhibere voluerit, qui & ipse de Tiberiensibus referat, apud ipsos senatum DC virorum floruisse, *Bel. Jud. Lib. II Cap. 21.* Quibus ipsis suus a *Josepho* datur Ἄρχων *Jesus, Sapphiæ* filius, *de vita sua Cap. LVII*, qui, quod *Vitringa Synag. vet. Lib. II Cap. 9 pag. 561* fecit, in Archisynagogum non est commutandus, cum Tiberiade plures extiterint Synagogæ, ac hujus hominis instituta atque mores aliud longe suadeant, quam ut persona ecclesiastica ipsi imponi queat; cui ipsi loco, quem minus sanum esse judicat, medelam affert, eundemque illustrat. Ad formam judicii Galilæorum, quos inter Christus haud raro versabatur, respexisse videri *Luc. XII, 58*, ut Ἄρχων sit supremus magistratus, qui decem assessores habuerit, qui in causis gravioribus, uti apud Romanos in municipiis Dictator aut Duumviri, præfuerit, in levioribus contentionibus ex decem primis judices dederit, indeque explicanda esse verba: μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κρίτην, jubens, ut reus ad tribunal adesset. Igitur ex *Lightfooti* sententia hunc Ἄρχοντα non esse *judicem in infimis synedriis, & κρίτην in summo*, neque, quod *Te Water* suspicatur, *Archisynagogum* litium pecuniariarum componendarum *arbitrum*, cum is longe amplioris fuerit dignitatis. Inde concludit, IX Ἄρχοντας apud Berenicenses summum magistratum, qui rebus popularium administrandis ex Romanorum indulgentia præfuerit, constituisse.

Pag. 96-98. 100-105. 106-108. 108, 109.

Posterioris Dissertationis, quam olim jam Franequeræ A. 1733 publicaverat Cel. Autor, cardo in eo versatur, ut ab *Anastasio* Imp. crimen, jussu ipsius Evangelia corrupta fuisse, depellat. *Cap. I* profert verba *Victoris*, qui hac infamia conspergit Imperatorem, quam imprudentioribus illi propinant, qui, odio religionis Christianæ ducti, sibi reperisse visi sunt, quo, codices Novi 110, 111.

 Test.

clariſſimis viris ampla hic reperiatur notitia. Prodeunt igitur hic *Antonius Æmilius*, Profeſſor, (quo ſolo nomine hic a nobis deſignabuntur Trajectinæ Profeſſores Academiæ,) m. 1660; *Theodorus Janſonius ab Almeloveen*, m. 1712; *Jo. Conradus Barchauſen*, Profeſſor, m. 1723; *Paul. Bauldry*, Profeſſor, m. 1706; *Guil. Beſtius*, m. 1719; *Franciſci Burmanni*, pater & filius, Profeſſores; quorum ille A. 1679, hic A. 1719, diem vidit ſupremum; *Guilielmus* & *Theodorus Canteri*, hic A. 1617, ille A. 1553, exſtinctus; *Henricus Coccejus*, Profeſſor, m. 1719; cujus filium, *Samuelem*, eſſe nunc unum e primariis Regis Boruſſiæ Miniſtris, adjici potuiſſet; *Cornelius ab Eck*, Profeſſor, m. 1732; *Joannes Ens*, Profeſſor, m. 1732; *Andreas Eſſenius*, Profeſſor, m. 1677; *Timannus Geſſelius*, qui quo anno vita exceſſerit, non indicatur; *Jo. Georgius Grævius*, Profeſſor, m. 1703; *Franciſcus Haræus*, m. 1632; *Joannes* & *Otto Heurnii*, pater ac filius; quorum ille A. 1601 obiit, hujus annum mortis Noſter omiſit; *Joannes Hoornbeekius*, Profeſſor, m. 1666; *Lambertus Hortenſius*, m. 1574; *Michael ab Iſſelt*, m. 1597; *Frider. Adolphus Lampius*, Profeſſor, m. 1729; *Melchior Leidekkerus*, Profeſſor, m. 1721; *Jo. Leusdenius*, Profeſſor, m. 1699; *Gerardus Liſtrius*, ſcholæ Swollanæ Rector, Notarum in *Eraſmi Moriam* editor; *Gilbertus Longolius*, m. 1543; *Georgius Macropedius*, patrio ſermone *Langefeld*, m. 1558; *David Martinus*, m. 1721; *Petrus a Maſtricht*, Profeſſor, m. 1706; *Anton. Matthæus*, Profeſſor, m. 1654; & filius cognominis, *vir diligentiſſimus*, uti Noſter ait, *ſed judicio & doctrina multo inferior patre*, m. 1710; *Matthæus Nethenus*, Profeſſor Theologiæ, hoc munere A. 1661 exutus ob editum contumelioſiſſimum librum in magiſtratum Groningenſem & *Mareſium*, Theologum, m. 1686. Infra tamen *pag. 284* refertur, A. 1662 a ſynedrio Trajectino emiſſum fuiſſe librum, quo demonſtretur, *Nethenum* in iſto ſcribendi genere longe ſuperari a *Mareſio*; quem ibi Noſter ipſe vocat *virulentiſſimi ingenii hominem, nulli fere illius ætatis Theologo parcentem, & inauditis calumniis religionem eorum ſuſpectam reddere conatum. Gerb. Noodt*, Profeſſor, m. 1725; *Albertus Pigbius*, mortuus non

A. 1562,

A 1562, quæ scriptio est errantis typographi, sed A. 1542; *Sam. Pitiscus*, m. 1727; *Georgius Ratallerus*, quem perperam *Rotallerum* nominant multi viri doctissimi, m. 1581; *Christianus Ravius*, Professor, m. 1677; *Henr. Regius*, Professor, m. 1679; *Adrianus Relandus*, Professor, m. 1718; *Herm. Alexander Roellius*, Professor, mortuus eodem anno; *Heribertus Rosweidus*, m. 1629; *Guilielmus Saldenus*, m. 1694; *Martinus Schookius*, Professor, m. 1669; *Anna Maria Schurmannia*, m. 1678; *Cornelius* & *Jacobus Tollius*: quorum hic ad plures abiit A. 1696; *Cornelius Valerius*, m. 1578; *Lambertus Velthusius*, m. 1685; *Gisbertus Voetius*, Professor, m. 1676; *Paulus Voetius*, Professor, m. 1667; *Gerardus de Vries*, Professor, m. 1705; *Jo. Uytenbogaartus*, m. 1644; *Herm. Witsius*, Professor, m. 1708; *Ludov. Wolzogenius*, Professor, m. 1690. Ceterum, cum & suam passim interspersterit Autor de laudatis a se scriptoribus sententiam, haud supervacaneum erit, quædam ejus judicia recitare. *Pag. 176* de *Leidekkero* ita scribit: *Fuit vir multæ lectionis, & orientalium linguarum peritissimus, judicium tamen multi in eo desiderarunt, stilumque, barbariem meram redolentem, culparunt.* De *Antonio Matthæo*, seniore, sic judicat *pag. 216*: *Fuit Jureconsultus consummatissimus, imo, meo judicio, Academia Trajectina nunquam Professorem in Jure habuit, qui tanta omnium disciplinarum, & præcipue Juris, scientia imbutus fuit. Henricum Pontanum*, Theologiæ Professorem, A. 1714 mortuum, *pag.* [illegible] scribit, *obtrusum fuisse Trajectinis a Rege Wilhelmo III ob ductam in matrimonium filiam cujusdam, qui magna apud Regem illum gratia pollebat; fuisse enim imparem tanto oneri. Pag. 295* vocat *Relandum singulare ornamentum & decus Academiæ Trajectinæ.* De *Schookio* hæc est ejus *pag. 328* sententia: *Scripta ejus probant, fuisse virum diligentissimum, verum judicio destitutum; neque ullum credo unquam Autorem exstitisse, qui tot libris editis minorem inter eruditos famam* (dicere voluit *gloriam*,) *consecutus est.* Ad ultimum e *pag. 229* observamus, Trajectinis nostris perperam a nonnullis annumerari *Antonium Sebastianum Minturnum*, Italum quippe, in urbe regni Neapolitani *Trajetto* natum.

PETRI WESSELINGII DIATRIBE DE JUdæorum Archontibus, ad Inscriptionem Berenicensem, & Dissertatio de Evangeliis, jussu Imp. Anastasii non emendatis, in Victorem Turunensem.

Trajecti ad Rhenum, apud Jurianum a Paddenburg, 1738, 8. Plag. 12.

Qui, ab Eruditissimo *Wesselingio* nil nisi limatum, haustumque ex interioribus literis ac recondita doctrina, proficisci posse, adhuc sibi persuaserunt, illi, his Dissertationibus lectis, in sententia sua haud parum confirmabuntur. Ipse enim, laudatissima antecessorum suorum, *Duckeri*, *Burmanni*, *Grævii*, vestigia premens, non solum in scriptoribus profanis cum emaculandis, tum illustrandis, operam summa cum laude ponit, verum illas etiam res attingit, quæ, præter literarum Latinarum Græcarumque copiam, solis orientis opes deposcunt. Documento esse potest utraque Dissertatio, cujus potiora momenta, quo ex fimbria de texto judicare possit Lector, enotasse juvabit.

Prædicat quidem Cel. Autor nostri temporis felicitatem, quo gentis Judaicæ instituta, potissimum Synagogæ, in clariore luce sint posita; haud pauca tamen esse, quæ lumine adhuc egeant, subjungit. Ita, obscurum esse, arbitratur, quis per *patrem synagogæ* sit intelligendus, nisi quis, a paterno, quo in gentis suæ
Pag. 1-3. cœtum ferebatur, affectu dictum esse, velit. In horum numerum rejicit Judæorum *Archontes*, quorum cum luculenta mentio fiat in Inscriptione Berenicensi, ab Illustriss. *Scip. Maffejo* & *Boubierio* jamdum illustrata, illam integram exhibet, ac verba,
4-7. in illis occurrentia, obscuriora paululum, explanat. Docet igitur, *Paophi*, proximum a *Thot*, principio anni Ægyptii, in stabili & fixo Alexandrinorum anno maxima ex parte respondere Roma-
8. norum *Octobri*. *Metellitum* apud *Chrysostomum*, vel quisquis autor est Homiliæ in *Joannem*, quod pro σκηνοπηγια ponitur, esse ex Chaldaico מטלתא, quoniam in tabernaculorum tentoriis
9. festos hos dies Judæi agere consueverint. *Augusto Tiberio*que imperantibus, plura Judæorum millia vel manumissione, vel pecunia, id obtinuisse, ut civium Romanorum numero fuerint adscripti.

adscripti. Καλὸς καὶ ἀγαθὸς apud Græcos recte dici, contra *Suidam*, qui καλοκἀγαθὸς mavult, testimoniis *Aristotelis* atque *Themistii* probat. Pag. 9,10.
Προςάτην illum esse, qui provinciæ præsit, & προςασίαν munus illius denotare, *Philonis* & *Josephi* testimoniis firmat. 11, 12.
Vocem ἀναςροφὴν pro ratione cum hominibus conversandi, vitæque instituendæ, scriptoribus Novi Test. familiarem, non tantum Judæis græcissantibus privam esse, verum etiam purioribus Græcis scriptoribus, *Polybio*, *Arriano*, aliis, usitatam. 13, 14.
Locutionem, ἀβαρῆ ἑαυτὸν παρέχειν, quam etiam *Paulus* 1 *Cor. XI*, 9, adhibet, cum simili apud *Stobæum* & *Plutarchum* phrasi confert. 15.
Σύνοδον de Judæorum cœtu, qui sacrorum causa septimo quoque cogebatur die, ex *Philone* & *Josepho* adstruit; in illo autem insolens non erat, ut bene meritos corona dignos publice prædicarent. 16, 17.
Coronis oleaginis apud Athenienses donabantur, qui rempublicam benefactis sibi obstrinxerant, quibus innectebantur λημνισκοὶ, *fasciolæ* coloris purpurei, quibus amplius decus ipsis conciliabatur. 17-19.
Ψηφίσματα etiam Judæos in illorum gratiam, qui de ipsis bene meriti fuerint, scripsisse. Formulam λευκαῖς πάσαις, alias insolentem, in regione Cyrenensi haud insuetam fuisse, cui respondeat *Symmachi albus calculus Lib. I Ep. 96.* 19, 20.
Inscriptio illa posita fuit in Amphitheatro oppidi Berenicensis, quorum cum duo hoc nomine inclyta fuerint, alterum Ægypti prope sinum Arabicum, alterum Cyrenes, haud procul Boreo promontorio, quodnam horum intelligendum sit, anquirit *Cap. III.* 20, 21.
Bouhierius cogitavit de Berenice Ægypti, quoniam in Inscriptione memoratur mensis *Paophi*, & *Titius* fuit præfectus Augustalis. Contrarium cum *Maffejo* affirmat Autor, quoniam lapis hic, in Tripolitana Africæ urbe repertus, in Galliam Narbonensem fuerit translatus; probabile autem non esse ex Ægypto in Africam transvectum esse, nec inter præfectos Augustales, qui Ægypto, imperante *Tiberio*, præfuerint, aliquem nomine *M. Titium* numerari, quod ex serie præfectorum demonstrat; potuisse autem præesse Cyrenaicæ regioni, quæ una cum Creta insula ab uno eodemque præfecto fuerit recta. 21-24.
Quod porro inde adstruit, quoniam in Pentapoli totaque Cyrene ingens Judæo-

Judæorum numerus, a *Ptolemæo Lagi* traductorum, obque *Antiochi Epiphanis* vexationes mirum in modum auctorum, exstiterit. Nec obstare appellationem mensis *Paophi.* A quo tempore enim Cyrene *Lagidarum* imperio est adjecta, Ægyptiorum
Pag. 24- menses recepisse videntur, quod testimoniis *Synesii* Autor probat.
27. *Cap. IV*, autores Inscriptionis non Græcos, sed Judæos, fuisse, contra *Masséjum* affirmat, quod adscripta σκηνοπηγίας festivitas & *Josephi Stratonis* F. nomen evincat, & Archontes ac tota Judæorum Berenicensium societas coronam & lemniscum, *Titio* decretum, sibi vindicent, nec a Judæorum consuetudine alienum sit, Ψηφίσματα in præfectorum honorem condere, ac Amphitheatra adire. Id unum videtur ipsi difficultatem creare, qui dici possit, decretum, incisum columnæ, in altiori Amphitheatri loco positum fuisse. Quam ita expedit, cum tale quid sæpe fecerint in synagogis, quidni id ipsum a Berenicensium magistratu obtinuissent, quo ipsorum pietas in *Titium* conspectior foret. Fecisse id in tabernaculorum solennitate, quoniam illo tempore in provinciis res suæ societatis ordinare, magistratus novos eligere, quæque observanda erant, decerne-
27-34. re, solebant. *Cap. V* tempus, quo Inscriptio exsculpta, exputat. Annus 55, qui nominatur, si numeratur ab anno U. C. *Varroniano* 659, a quo Cyrenenses libertate a Romanis sunt donati, illum, docet, in annum U. C. 714 incidere, quoniam autem dies 25 *Paophi* addatur, qui ob neglectum dierum intercalarium fixus
34, 35. non fuerit, sententiam hanc consistere non posse. Quod 2 *Maccab. I, 9, 18*, dicatur de σκηνοπηγίας τȣ̃ χασελεῦ μηνὸς, de extraordinaria solennitate, ad morem tabernaculorum festi
35-37. celebrata, intelligendum esse. Quoniam vero, Ægypto ab *Augusto* A. U. C. 724 expugnata, Ægyptii annum fixum atque stabilem pro erratico atque vago ante acceperunt, annum hunc 55 anno U. C. 779 illigandum esse, licet præter Alexandrinos
38-42. alii ex Ægyptiis priscum morem retinerent. Cum igitur probabile sit admodum, Cyrenenses, qui longe ante Romanis paruerant, interque illos Berenicenses, annum volubilem non dereliquisse, præterea tum temporis *Sejanus*, acerrimus gentis Judaicæ osor, adhuc superaret, qui *Titium* sua autoritate cohibuisset,

hibuisset, quo minus Judæis se adeo benignum præberet, tempus hoc non adeo certo definiri posse, concludit. *Cap. V* Pag. 42-
Ἄρχοντας Judæorum in lucem producere laborat. *Archisynagogos* non fuisse putat, quia tum sequeretur, novem Synagogas Berenicæ fuisse, quibus singulis suus Archisynagogus dandus. Berenicenses autem plures una Synagoga habuisse, verisimile non esse, cum una, eaque splendidissima, sufficerit Alexandrinis, quos inter tamen longe major sit Judæorum multitudo commorata. Præterea præfectorum Synagogæ fuisse, curam sui cœtus administrare, Ἄρχοντας autem Berenicensium communi tribulium suorum utilitati consuluisse. Ne- 44-46.
que cogitandum esse de Archisynagogo, ejusque septem assessoribus atque Chassane, cum ultimus, viliori addictus ministerio, qui numero præsidum synagogæ inseratur, dignus non sit. *Massejus*, ut hos novem Ἄρχοντας efficeret, *Josephum Ant. Jud. Lib.* 46, 47.
IV Cap. 8 §. 14 in subsidium vocaverat, qui, *Mosen* edixisse, memorat, ut per singulas civitates septemviri judices sederent, quibus adjungendi essent e tribu Levitica δύο ἄνδρες ὑπηρέται, ubi per ὑπηρέτας intelligi possint legis doctores ac interpretes, prioribus dignitate non inferiores; quo sensu etiam vox ὑπηρέτης veniat in Nov. Test. *Luc. I, 2, IV, 20,* (non *10*, uti bis mendose scribitur,) *Act. XIII, 5, 1 Cor. IV, 1.* Levitas jure appellari posse ὑπηρέτας, concedit quidem Autor, sumi etiam vocem aliquando sensu excellentiori de *Mose*, rege, magistratibus, *apostolis*, sed, tum illos respici, addit, quatenus vice Dei fungantur, ejusdemque inter homines ministri habeantur, non autem, ubi simpliciter ponatur, posse designare doctorem & oraculorum divinorum interpretem. *Joannem* ὑπηρέτην *Act. XIII, 5*, procul dubio *Paulo* & *Barnabæ* ad quotidiana officia, ipsi præstanda, adjunctum fuisse, ut *Elisæus* quondam *Eliæ*. Qui *Luc. IV, 20,* nuncupetur ὑπηρέτης, fuisse חזן, inferioris conditionis Synagogæ ministrum, *æditum*. *Josephum* in *l. c.* per ὑπηρέτας utique intelligere ministros, qui magistratibus apparuerint. *Mosen*, cujus constitutionem explicet *Josephus*, 47 51.
tantum nominare שפטים ושטרים *Deut. XVI, 18.* Qui posteriores a LXX Interpretibus recte exponantur per γραμματοεῖ-

ματοεισαγγελεῖς & *γραμματεῖς*, ut hinc per *ὑπηρέτας* apud *Josephum* sint intelligendi *scribæ, magistratuum ministri*, prouti in *Cod. Sanhedr. Cap. IV, 3*, tradant, *duos scribas summo senatui* perpetuo adfuisse. Ad hoc tamen munus apud Judæos non electos esse, nisi qui honesto loco nati fuerint, quorumque fides & industria
Pag. 51- fuerit perspecta. *Cap. VI* docet, habuisse Judæos tum in terra sua,
54. tum extra illam, magistratus suos, Ἄρχοντες dictos, quam libertatem vel gratia, vel largitionibus, ab Romanis impetraverint. Confirmat hoc literis *L. Antonii* ad Sardianos in causa Judæorum, quarum exemplum servavit *Josephus Ant. Jud. Lib. XIV Cap. 10*, & quarum exaratarum occasionem enarrat Noster. Alexandrinis Judæis ex concessione Lagidarum præfuisse ex gente sua ἐθνάρχην, nec *Augustum*, Ægypto in potestatem suam redacta, quidquam immutasse, nisi quod, ultimo ethnarcha fatis functo, γε-
54-62. ρουσία *Senatus* fuerit constitutus, (vid. *Philo* in *Flacc. pag. 975*) in quem qui allecti fuerint, illos omnes Ἄρχοντας appellatos fuisse. Ἐθνάρχην a multis eundem haberi, qui *arabarcha*, quos inter nomen suum profiteantur *Valesius* & *Rhenferdius*. Ad hoc igitur argumentum Cel. Autor divertit *Cap. VIII. Arabarcham*, vocem hy-
63-65. bridam, inter Judæos Alexandrinos græcissantes ex הר בהמכהא enatam esse, *Rhenferdius* suspicatus erat. Quoniam autem ex locis *Philonis* & *Josephi*, inter se compositis, appareat, *arabarchas*, sive *alabarchas*, ea tempestate apud Alexandrinos obtinuisse, qua ethnarchæ, senatu constituto, jamdum desierant, utrosque ab invicem distinctos fuisse, Noster docet; nec derivationem *Rhen-*
65-73. *ferdii*, nec *Fulleri*, itemque *Noldii*, *alabarcham* a חלף ארכא quasi *vicarium principis* dictum esse, sibi persuadentium, locum suum tueri posse. Lectionem & *alabarches* & *arabarches* recte se habere existimat; posteriorem tamen præferendam esse censet. Lectionem *alabarches* propterea rejiciendam non esse, quoniam habeamus *alytarches, irenarches*, & hujus generis alias voces. Ἄλαβα, notante ex *Phavorino Cujacio Observ. Lib. VIII Cap. 37*, designare τὸ μέλαν ᾧ γράφομεν. Vocem propriam fuisse Cypriis, quibus ἄλαβα, monente *Hesychio*, idem fuerit, quod λιγνὺς, μαρίλη, *fuligo*, cujus usus olim frequens in terendis
73-75. atramentis. A Cypriis vocem fluxisse ad Ægyptios. Alabarchen

chen igitur notare posse *scripturæ magistrum*, *vectigalibus*que *colligendis præpositum*. Lectionem *arabarches* defendere posse *Asiarchen*, *Cilicarchen*, *Syriarchen*, &c. *Arabarchen* autem fuisse præfectum partis cujusdam Ægypti, quæ dicta fuerit νόμος Ἀραβίας, ut pateat ex *Ptolemæi Geogr. Lib. IV Cap. 5*, ejusdemque fuisse vectigalia exigere ac colligere, nec nomen ac munus solis Judæis impositum fuisse. *Cap. IX* ad Ἄρχοντας regreditur. Seleucidæ Judæis Ἄρχοντα Antochiæ siverunt esse, qualem *Josephus Bel. Jud. Lib. VII Cap. 3* exerte memorat, distinguendum ab Archisynagogo, quem *Zonaras* recte τῶν ἐπ' Ἀντιοχέας τὸν πρῶτον nominat, nec ethnarchæ Alexandrino, nec ראש הגלות, quod *Fullerus* & *Rhenferdius* faciunt, æquiparandum. Docet hic Autor, ἐθνάρχην Ἀρετᾶ τοῦ βασιλέως 2 *Cor. XI, 32*, non fuisse hominem Judæum, sed ministrum Regis *Aretæ*, vice ejus fungentem, ac Damascenis omnibus impositum. Ἀρχόντων Judæorum pariter mentionem fieri in Inscriptionibus. Talem exstare Romæ, sarcophago impositam, quæ hic illustratur. *Hiereos* appellatos esse, qui genus longa avorum serie ab *Aharone* duxerint, ac inter suos præcipua fuerint dignatione. Voces ΚΑΛ. ΚΑΡΠΙΕΙΩΝ plurimorum industriam exercuerunt. *Sponius* legi voluit καλ. Ἀγριππησιων, sed minus recte. *Antonius Maria* duplicem protulit conjecturam: vel legendum esse Ἀρχοντα καληβων Καρπιεων, *principem circumcisorum Carpensium*, ex civitate Mysiæ, aut Scythiæ potius, Carpo. Sed enim urbs illa non tam *Carpus*, quam *Carsus*, appellanda. Porro vox καλήβοι explicatur quidem ab *Hesychio* τὸ αἰδοῖον ἀπεσκολυμμένοι, sed eo nomine Judæi non facile appellantur, nisi id forte per contemtum factum fuerit. Vel legi posse Καλκαρπιειων, atque designari populos Bithyniæ, quos *Stephanus* nominat *Culpeusas*, *Calpinos*, & *Carpejanos*, uti etiam est urbs *Carpeja*. Sed conjectura hæc propterea ferri nequit, quoniam urbs Bithyniæ Κάλπαι, & Hispaniæ Καλπεία, seu Calpe, permiscentur, & Calpeusæ ex gentili nomine καλπεύς & καλκαρπεῖοι novo exemplo effinguntur. Igitur in ea Autor perstat sententia, ΚΑΛ. integre legendum esse καλούμενον, & καρπείων esse cognomen *Juliani*, de quo eo minus dubitare liceat, quod *Carpi*, *Carpii*, & *Carpiones*,

Pag. 77-78.

78-81.

Pag. 84- *nes*, in lapidibus sæpius sint obvii. Aliam producit Inscriptio-
86. nem, in qua pariter Ἄρχων legitur, & in qua est Αμέλις pro Αμέλιος, uti Ειμέρις pro Ειμέριος. Ἀμμώμω ὀσίω esse pro ἀμώμω ὁσίω. In alia Inscriptione memoratur *Alfius* Archon &
87. Archisynagogus, quam Rever. *Te Water* in Diss. *de Archonte apud Judæos Miscell. Duisb. Tom. I Fasc. II pag. 234 seq.* ita explicaverat, ac si utrumque nomen unum idemque significaret, cujus contrarium demonstrat Cel. *Wesselingius*. Hunc *Alfium* habere communitatis aliquid cum *Alfio* apud *Horatium Epod. II, 67*, du-
88, 89. bium omnino esse. *Cap. X*, autorem Homiliæ in natalem *Joannis* non esse *Chrysostomum*, sed hominem in Italia natum, probat ex illis, quæ de *natali solis invicti*, itemque *migratione*, Cal. Jul. facta, habet, quoniam & dies ille festus 8 Cal. Jan. celebrabatur, & Romani Cal. Jul. in ædes novas, quas conduxerant, migrare solebant. Sermonem hunc propterea memorabilem esse, quoniam in illo Archontes Judæorum memorentur, de illisque affirmetur, circa Septembrem munus suum ingredi, ut hinc illud an-
90, 91. nuum esse oportuerit. Archontibus præsto fuisse שלוחים, ἀποςόλους, (vid. *Euseb. in Jes. Cap. XVIII pag. 425*) quos literis instructos alio amandabant, distinguendos ab *apostolis* Patriarcharum, qui ipsis in consilio aderant, & cum quibus noctu ac interdiu legis divinæ explicationi vacabant; quanquam tamen & illos notaret, qui a patriarchis & magistratibus ad alios, ut
91, 93. mandata perferrent, demittebantur. Hos ipsos Ἄρχοντας esse, qui in Imperatorum Constitutionibus appellentur *primates*, *proceres*, & *judices* Judæorum, in Palæstina & extra illam indulgentia Augustorum, vel popularium suffragiis, lecti, qui civilem magistratum effecerint, distincti ab Archisynagogis, quorum munus ecclesiasticum, qui tamen sive Imperatorum inertia, sive largitionibus, rem eo deduxerint, ut in causa Christianorum aliquando pro tribunali sederint, quorum impudentiam repres-
93-99. serint Patres in Concilio Mantisconensi I, habito circa A. 582. Hac occasione notat inconsultam Christianorum temeritatem, existimantium, jurisjurandi religionem apud Judæos ob constipata nomina divina longe venerabiliorem esse, eaque de causa Synagogas illorum adeuntium, quam *Theodosius* junior *leg. 15*, itemque

itemque 22, *Cod. de Jud. & Cœlic.* interdixit, & in quam acriter invectus est *Chrysostomus Operum Tom. VII pag. 369 edit. Savil. Cap. XI* occurrit Autor objectioni, quæ ex *Sanh. Cap. I, 6,* depromi potest, ubi XXIII viri civitatibus majoribus, tres minoribus oppidis, imponuntur. Traditionem hanc generatim veram esse, non putat, cum *Josephus VII* tantum nominet, nec rationem esse ullam, quare is falso perhibere voluerit, qui & ipse de Tiberiensibus referat, apud ipsos senatum DC virorum floruisse, *Bel. Jud. Lib. II Cap. 21.* Quibus ipsis suus a *Josepho* datur Ἄρχων *Jesus, Sapphiæ* filius, *de vita sua Cap. LVII*, qui, quod *Vitringa Synag. vet. Lib. II Cap. 9 pag. 561* fecit, in Archisynagogum non est commutandus, cum Tiberiade plures exstiterint Synagogæ, ac hujus hominis instituta atque mores aliud longe suadeant, quam ut persona ecclesiastica ipsi imponi queat; cui ipsi loco, quem minus sanum esse judicat, medelam affert, eundemque illustrat. Ad formam judicii Galilæorum, quos inter Christus haud raro versabatur, respexisse videri *Luc. XII, 58*, ut Ἄρχων sit supremus magistratus, qui decem assessores habuerit, qui in causis gravioribus, uti apud Romanos in municipiis Dictator aut Duumviri, præfuerit, in levioribus contentionibus ex decem primis judices dederit, indeque explicanda esse verba: μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κρίτην, jubens, ut reus ad tribunal adesset. Igitur ex *Lightfooti* sententia hunc Ἄρχοντα non esse *judicem in infimis synedriis, & κρίτην in summo*, neque, quod *Te Water* suspicatur, *Archisynagogum* litium pecuniariarum componendarum *arbitrum*, cum is longe amplioris fuerit dignitatis. Inde concludit, IX Ἄρχοντας apud Berenicenses summum magistratum, qui rebus popularium administrandis ex Romanorum indulgentia præfuerit, constituisse.

Pag. 96-98.

100-105.

106 108.

108, 109.

Posterioris Dissertationis, quam olim jam Franequeræ A. 1733 publicaverat Cel. Autor, cardo in eo versatur, ut ab *Anastasio* Imp. crimen, jussu ipsius Evangelia corrupta fuisse, depellat. *Cap. I* profert verba *Victoris*, qui hac infamia conspergit Imperatorem, quam imprudentioribus illi propinant, qui, odio religionis Christianæ ducti, sibi reperisse visi sunt, quo, codices Novi 110, 111.

 Test.

Teſt. dedita opera corruptos eſſe, demonſtrare queant. Criminationem fictam eſſe probat, *primo* ex perſona *Victoris*, qui ſolus hoc referat. *Iſidori* enim rationem hic nullam haberi poſſe, qui *Tunnunenſem* exſcripſerit, cum tale quid ab aliis, qui tamen res aliquas *Anaſtaſii* taxarunt, crimini datum non ſit, nec ipſe, in alio orbe degens, rerum apud Conſtantinopolitanos geſta-
Pag. 111, rum accuratam notitiam habuerit. Licet enim *Iſidorus Pelu-*
112. *ſiota Lib. IV Ep. XXVIII* exſtitiſſe dicat, qui, compoſitionem verborum Novi Teſt. duriorem eſſe, aſſeverare nulli dubitaverint, ut hinc *Marcion*, *Tatianus*, *Theodotus*, *Artemon*, corruptrices manus Evangeliis intuliſſe ferantur; illorum tamen auſibus Eccleſiarum præſides omnibus viribus ſe oppoſuiſſe, nec ob co-
112-115. dicum multitudinem effectui dare potuiſſe. *Secundo*, ſi etiam Imperator ſuam interpoſuiſſet autoritatem, tamen Eccleſiarum præſides non conticuiſſent, quorum cum quidam ob henoticon *Zenonis*, quod urgebat, vel ob Concilium Chalcedonenſe, acrius propugnatum, de gradu ſuo deturbarentur, ſuisque bonis exuerentur, graves illi quidem querelas fuderunt, ab illo tamen Evangelia interpolata eſſe, non conqueſti ſunt. Nec, ut faceret, ulla utilitate induci, nec facinoris hujus ſperatum eventum exſpectare, potuiſſet, cum id abſque ſummo periculo tentare non liceret, quod in recenti memoria eſſet nupera ſeditio ob verba quædam τρισαγίῳ addita. *Tertio* non potuiſſet id
115-120. fieri, niſi vis omnibus codicibus injecta fuiſſet, Canon *Euſebianus* refictus, Patrum ſcripta ad incudem revocata, lectionaria ubique ad novum exemplar inſtaurata, ipſæque ſententiæ ac dicta hominum animis evulſa, ac verſionibus omnibus mutatio
120-123. quædam inducta eſſet. Quod de verſionibus dixerat, per partes exequitur, initium faciens a Syriaca, quam, *ſimplicem* ſcilicet, licet non ab ultima antiquitate repetendam arbitretur, *Anaſtaſianis* tamen temporibus vetuſtiorem eſſe, perſuaſum ſibi habet, in qua, obſervante *Sabar Jeſu* apud *Aſſemannum Bibl. orient. Tom. III pag. 543, & Tom. II pag. 290*, diverſitas quædam deprehendatur, cum *Neſtoriani Act. XX, 28*, legerint, *ut paſcatis* ܠܥܕܬܗ ܕܡܫܝܚܐ *eccleſiam Chriſti*, *Severiani* contra, ſectæ *Euty-*

Eutychianæ propago, *ut pascatis* ܠܥܕܬܗ ܕܐܠܗܐ *ecclesiam Dei*, *Nestoriani Ebr. II, 9*, ܗܘܝܘ ܓܝܪ ܣܛܪ ܡܢ ܐܠܗܐ ܚܠܦ ܟܠ ܐܢܫ ܛܥܡ ܡܘܬܐ *ipse enim præter Deum pro omnibus hominibus mortem gustavit*, *Severiani* ܗܘܝܘ ܐܠܗܐ ܒܛܝܒܘܬܗ *ipse enim Deus pro benevolentia sua*. Cum igitur *Severiani*, qui apud Imperatorem gratia florebant, id impetrare non potuerint, ut lectio sua a *Nestorianis* etiam probaretur, de intentata ab *Anastasio* emendatione facile judicari posse. Addit, cum Pag. 123-126.
Thomas, Germaniciæ Episcopus, Seculo insequenti circa A. C. 616 Nov. Test. de integro e Græco Syrum faceret, &, præter alios, tres MStos Græcos Codices probatissimæ notæ in consilium mitteret, de corruptis Evangeliis nihil observasse. Hodierna autem die non alios exstare Codices Syriacos, quam qui ex *Thomæ* editione descripti atque correcti sint, contra *Wetstenium Prol. Nov. Test. Cap. IX pag. 124* negat, cum contrarium ex modo memorata discrepantia appareat, & *Bar Ebræus*, sive *Abulpharajus*, præter *simplicem*, *Heracleensem* sive *Thomæ* nominet; cujus cum παρεργάματα quædam, in linguæ genium incurrentia, ex *Matth. VI, 26, 34, VIII, 30*, colligit, forte *Matthæum* tantum a nobis ex *simpliti* versione versari, putat. Non 126, 127.
licuisse id porro per versionem veterem Italam, Gothicam *Ulphilæ*, si quidem illi adscribenda, quod dubium reddidit *Wetstenius Cap. VIII pag. 85*, in partes allici debuisse Indos, Vandalos, Gothos, imo omnes orbis Christiani populos. Quæ omnia cum nulla veri specie dici possint, *Victoris* narrationem in fabularum fictarum numerum transscribendam esse. *Cap. II* hujus fabulæ natales vestigat, præmonens, *Bentlejum* & *Pfaffium* illius jamdum vestigia in *Liberato* Diacono *Brev. Cap. XXV* invenisse, de *Macedonio* referente, ipsum ab *Anastasio* sede Constantinopolitana exactum fuisse, quod locum *1 Tim. III, 16*, adulteraverit, ΟΣ in ΘΣ, id est, ΘΕΟΣ, vertendo, quem cum refigi jusserit Imperator, imperitis criminandi occasionem dedisse, ac si Evangelia, id est, integrum Nov. Test., emendandum curarit. Quæ licet egregie observata esse videantur, alia 127-132.

tamen

tamen via hic incedendum esse judicat Noster, quoniam ὅς non nisi in recentioribus, & forte Latinorum opera exaratis, Codicibus
Pag. 133, MStis animadvertatur, &, si quidem ab *Anastasio* restitutum es-
134. set, debuisset in plerisque Codicibus esse. *Macedonium* Nestorianum fuisse, inficiatur, nec ipsum locum illum immutasse, fieri tamen posuisse, ut hoc ipsi ab adversariis crimini daretur, cum, qui in ipsius causa sedebant, fuerint simul & testes & judices & accusatores, cum illud Θεὸς ἐφανερώθη *Eutychianam* causam aliquo modo infringeret, & Syri legerent ܕܐܬܓܠܝ ܒܒܣܪ *qui revelatus est in carne*, quos inter *Severus* unus judicum diu versatus. Qui *Severus*, ad *Thomam* scribens, crimen vitiatorum librorum sacrorum *Macedonio* haud
134,137. obscure impingat, &, ubi *Liberatus* narrationi suæ addat *dicitur*, saltem inde apparere, rumorem hunc in vulgus sparsum fuisse. Ab hac autem culpa *Macedonium* immunem esse, atque diu ante *Macedonium* lectum esse Θεὸς, a *Millio*, *Pfaffio*, *Whitbyo*, aliis, est ostensum, ad *Origenem*, *Athanasium*, *Gregorium Nyssenum*, *Chrysostomum*, *Theodoretum*, pluresque Codices perantiquos, provocantibus, culpam tamen in *Euty-*
137-140. *chianos*, quod fecit *Wetstenius*, conjiciendam non esse. Originem fabulæ quærit in quæstione, quæ, imperante *Anastasio*, inter Theologos agitata est de latere Christi aperto, *num vivo, an mortuo.* Qui priorem tuebantur sententiam, se recipiebant ad *Matthæum*, quem scripsisse asseverabant *Cap. XXVII, 49*: ὁι δὲ λοιπὸι σῶσον αὐτόν. Ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην, ἐνύξεν αὐτȣ̃ τὴν πλευρὰν καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ καὶ αἷμα. Alii contra, hæc verba ex *Jo. XIX, 34*, in Evangelium *Matthæi* importata esse, existimabant. Hoc ipsum ita se habere, probat ex *Severi* Epistola ad *Thomam*, Germaniciæ Episcopum, quam ex MSto Vaticano excerpsit
140-142. *Assemannus Bibl. orient. Tom. II pag. 81.* Qua occasione quædam de *Severo* affert, ipsum summa gratia apud *Anastasium* floruisse, famosum esse ob hæresin *Eutychianam*, quanquam permixtionem duarum naturarum in Christo rejecerit, non tamen carere suspicione tritheismi, eundemque forte, non *Jo. Philoponum*, nec *Jo. Ascunaghem*, hæreseos illius primum conditorem exstitisse,

modo

modo illum palam docuerit, & non adversarii per consecutiones aliquas ex ipsius verbis elicuerint. Illam autem disputationem de *Matthæi* verbis, *Macedonio* jamdum sede sua expulso, moveri cœptam esse. Quæ verba cum *Severus*, aliique *Eutychianorum*, ex nonnullis Codicibus, tanquam ab imperitis librariis adsuta, extruderent, omnibus illis, qui Concilii Chalcedonensis decreta tuebantur, Evangelia emendare visos esse, inter quos etiam fuerit *Victor*, ad quem facile rumor ille in Africam perferri potuerit. *Cap. III* ad alia loca *Victoris Tunnunensis* emendanda se confert, & primo quidem illum, qui est de *Vigilio*, ita sese habentem: *post Cons. Basilii* U. C. Anno XVII *Vigilius, Rom. Episcopus, in insula Sicilia moritur*, quem in Codice *Hemsterhusii*, *Marci Velseri* manu quondam descripto, ita legi docet: *Vigilius, R. Episcopus*, postquam prævaricatus est, sub excommunicatione totius Africanæ ecclesiæ Pontificum, *in insula Sicilia moritur*, sed quæ verba levi litura inducta esse addit, ita tamen, ut observari possint. Quædam hic interserit de editione *Jos. Scaligeri*, illam non respondere Codicibus MStis, & ea deficere, quæ *Scaliger* negligere non potuisse videatur, quod exemplis probat. Inter alia de *Victore* ipso docet, pro *Mandra* legendum esse *Mandracium*, quod exstet in MSto Codice, consentiente *Procopio Bel. Vandal. Lib. I Cap. 26*, nominante Μανδράκιον; porro multa esse omissa non solum a *Canisio*, verum etiam *Scaligero*, & quidem superiora verba de *Vigilio* studio in Romanum Pontificem a *Canisio* prætermissa videri. Illa autem vere a *Victoris* profecta esse manu, ex persona *Vigilii*, ejusdemque moliminibus, ac temporis illius ratione, satis apparere, ut *P. Marca*, qui aliquid in contrarium affert, audiendus non sit. *Caput IV* quærit de urbe, cujus Episcopus fuerit *Victor*, & a qua diversimode appelletur, *Tununensis* in impressis libris, in MStis *Tunnensis*, syllaba *nu* superne imposita, sed alio chirographo, *Tonensis* in MSto Remensi, *Turonensis* apud *Isidorum*, *Tumnensis*, itemque *Cumenensis*, de quibus *Vossius Hist. Lat. Lib. III pag. 741.* Inde, variis urbium Africæ nominibus, quæ, quod ad sonum, huic proxime accedunt, prolatis, iisque inter se com-

Pag. 142-145.

145-147.

147-153.

153-158.

158, 159.

Pag. 159-164. positis, *Tennonam* ſedem *Victoris* fuiſſe, auguratur. Quæ adhuc promulſidis inſtar ex egregiis hiſce obſervationibus appoſuimus, illa multa doctrina, multa circumſpectione & accuratione, diſputata, ac talibus argumentis, qualia in hoc ſcribendi genere & dari & exſpectari poſſunt, harum rerum gnaris communita, eſſe videbuntur, ut in pluribus calculum Eruditiſſimo *Wesſelingio* haud ſint denegaturi. Quæ vero de Nov. Teſt. Syriaci novitate, ejuſdemque emendatione, partim a *Neſtorianis*, partim ab *Eutychianis*, illata, diſſerit, ut illa defixiore cura ac meditatione ex linguæ indole, Eccleſiæ Syriacæ doctrina, ac remotis antiquitatum receſſibus, excuterentur, operæ omnino foret pretium, cum verſio hæc, ſi non ab omnibus, ſaltem plurimis, Theologis & Philologis inſigne aliquod κειμήλιον ac doctrinæ Chriſtianæ illibatæ armamentarium huc usque ſit habita. Quam *Anaſtaſio* paravit defenſionem, pro illa, ſi mortalibus adhuc intereſſet, gratias ipſi, opinor, perſolvere non detrectaret Auguſtus, nec illi negabunt religionis Chriſtianæ ſinceri confeſſores & propugnatores, qui aggreſſoribus ac ἐμπαίκταις effugia quæque per eruditionis ſtudia eripi præoptant.

DAVIDIS CORNELII DE COURCELLES, MED. Doctoris, Icones muſculorum plantæ pedis, eorumque deſcriptio.

Lugduni Batavorum, apud Conr. & Georg. Jac. Wishoffios, 1739, 4 maj.

Plag. 18 dimid. Tabb. æn. 7.

Magnam ſine dubio a viris rerum Anatomicarum intelligentibus referet gratiam Cl. Autor, quod adeo accuratam diligentemque operam in delineandis plantæ pedis muſculis collocavit. Ipſemet fatetur, ſe ad hanc provinciam nunquam acceſſurum fuiſſe, ſi Cel. *Albinus*, prout manus, ita pedis quoque, icones edidiſſet. Quoniam igitur, Cel. *Winslovio* judice, paucæ admodum figuræ anatomicæ accuratiores exſtant, & Noſter in exercitationibus anatomicis obſervavit, ſupereſſe in plantis pedum nonnulla, quæ aut Anatomicorum diligentiam effugerint,

gerint, aut saltem nondum literis sint consignata, periculum aliquod data opera facturus, in quatuor cadaveribus adultorum hominum plantæ pedis aponeuroses musculos, tendinesque, qua potuit cura, separavit, eosque ab origine ad insertionem prosecutus, artificis manum in delineandis illis ipse deduxit, ut haberet aliquid ex proprio penu depromtum, quod publicis usibus destinaret. Cel. *Albini* monitis obsecutus, perquisivit musculos eo, quo in homine stante siti sunt, ordine, eodemque etiam, quo alii alios excipere solent, ordine artificis dextra eos effinxit. Ipsis vero iconibus brevem præmittendam putavit descriptionem, quod verebatur, ut icones sine qualicunque enarratione admodum gratæ & acceptæ essent. Amplior autem cognitio ex *Albini* Historia musculorum hominis omnibus numeris absoluta petitur. Agit igitur Noster *Cap. I* de plantæ aponeurosibus; *Cap. II* de portionibus aponeurosium plantæ carneis & usu; *Cap. III* de flexore brevi digitorum pedis; *Cap. IV* de vaginis, quibus tendines flexorum digitorum pedis obducti; *Cap. V* de abductore minimi digiti pedis; *Cap. VI* de abductore pollicis pedis; *Cap. VII* de flexoris longi digitorum pedis tendinibus, & capite altero, in planta pedis ei accedente; *Cap. VIII* de tendineis emissionibus flexoris longi pollicis & digitorum, ut & chordis, cum quibus tendines perforati & perforantis inter se communicant; *Cap. IX* de lumbricalibus pedis; *Cap. X* de flexore brevi minimi digiti; *Cap. XI* de abductore pollicis; *Cap. XII* de flexore brevi pollicis; *Cap. XIII* de transverso pedis; *Cap. XIV* de interosseis pedis. Atque in his non omnino nulla continentur, quæ alii nondum viderunt. Primus enim Noster annotavit, 1) aponeurosin plantarem in duas partes facile separabilem, laxamque hic cohæsionem, & nullam fibrarum utriusque conjunctionem, esse; unde & aponeurosin in majorem & minorem divisit. In superficie musculis obversa portiones carneas hæc quatuor, illa tres, perpetuo exhibuit. 2) Flexoris digitorum brevem ventrem tripartitum tres tantum producere tendines, &, qui minimo digito debetur, defecisse; 3) vaginas, tendines flexoris utriusque digitorum brevis & longi coercentes, in tot partes, quot

digitorum internodia, distingui; differre tamen a reliquis, quæ flexoris pollicis longi tendini dirigendo inservit. 4) Vaginis hisce apertis, tendinibusque perforati & perforantis caute diductis, chordas tendineas tres inter singulos utriusque musculi tendines, eidem digito debitos, cum quibus inter se communicant, reperiri; hinc, cum quartus flexoris digitorum brevis tendo desideretur, flexoris longi quartum his destitui, sicut etiam in manibus ejusmodi chorda & ligamentum tendinosum sulcatum, quibus singulus sublimis tendo cum profundi socio nectitur, inventa ab ipso fuerunt. Præterea vero & musculum quendam exiguum, semel tantum sibi observatum, naturæ, ut videtur, ludentis exemplum, simul in *Iconum Tabula* IV & V repræsentavit. Neque tamen, qua est modestia, certo asseverat, pro insigni musculorum in diversis hominibus varietate, hæc, quæ invenit, constanti semper naturæ lege, aut ordine numerove eodem, repertum iri, sed naturæ potius in iis constantiam ulteriori aliorum inquisitioni demonstrandam relinquit. Nos quidem, cum Cl. Autor peritiam suam, assiduitatem, patientiam, & nobilem augendæ rei anatomicæ ardorem, his ipsis primitiis satis probarit, ut ad plura atque majora audenda indies excitetur, serio exoptamus.

DISSERTATIO MEDICA DE METHODO TUta & facili, citra Salivationem curandi luem veneream, quam, experimentis & observationibus practicis firmatam & illustratam, olim sibi comparavit B. M. JO. CONR. A BRUNN, in Hammerstein, Professor quondam Heidelbergensis, Sereniss. Electoral. Domus Palat. Archiater, & Consil. Intimus, Acad. Nat. Cur. sub Herophili nomine adscitus. Nunc autem publici juris facere decrevit JO. JACOBUS, Filius, Med. Doct.

Scaphusii, typis & impensis Jo. Adami Ziegleri, 1739, 4.

Plag. 10.

Magnæ

Magnæ famæ tot tantisque morborum curationibus comparatæ Medicus, *Brunnerus*, quamvis ipse luem veneream non alia ratione, quam salivatione, tollere initio consuevit; postquam tamen animadvertit, symptomata morbi, nisi a primis quasi ab excitata per Mercurii inunctionem salivatione diebus evanescerent, sanata posthæc non fuisse, de hujus curationis virtute tum primum dubitans, aliam posthæc viam, ope potissimum Mercurii dulcis, concisa dosi, una cum decocto quodam, sine subsecutura salivatione, per complures dies exhibiti, luem hanc persanandi invenit, pluribusque exemplis ejus præstantiam comprobavit. Remediis his ad 40 dies continuatis, non metuendum est, ne eorum efficaciam quidquam subterfugiat. Plerumque enim post usum dierum 14 evanescere symptomata, & dolores atrocissimos cessare, observavit; quo quidem tempore salivationis, per inunctiones institutæ, vis plerumque exspirat, sive malum expugnatum fuerit, sive parcius deinceps rediturum. Quamobrem, etsi post 14 dies siluerunt symptomata, nihilo minus tamen continuandam esse curationem, serio monuit, & inculcavit. Præcipua autem virtus in tota curatione Mercurio debetur, qui non salivatione, sed specifica virtute, quamvis minori dosi, totam hanc luem feliciter exstirpat. Qua autem ratione subigat exstinguatque virus venereum, Noster nondum liquere putavit. Ad genus animatum virus hoc referri posse, credidit. Unde, qua ratione in illud agat Mercurius, facile est intellectu. Interim, quoniam & materia acris pariter atque viscida & pituitosa in hac lue adest, ad utramque corrigendam, variis ex causis valet Mercurius. Viscidæ tamen materiæ decocta quoque lignorum radicumque medentur. Quorundam ex his lignis acrem ac fere piperaceam indolem mucilago radicis sarsaparillæ, sicut ipsam morbi virulentiam, mulcet, atque mitigat. Quanquam nonnullis, ut Ligno sancto, ejusque cortici, radici sarsaparillæ, aliisque, item antimonio crudo, præter jam commemoratas dotes, specifica quædam virtus inesse videatur. Ipsa autem methodus Cel. *Brunneri* vera atque genuina, sine salivatione luem veneream vincendi, ita se habet: Præmisso laxante, &, ubi indicatio id postu-

postulabat, in adultis venæsectione, mane, hora sexta, exhibebat hunc pulverem: ℞. Milleped. recens siccator. & pulverisator. gr. XV, Mercur. dulc. rite parati gr. ij gr. iij, ita, ut quotidiano ex usu non subsequatur salivatio, misc. f. Pulv. ad ch. Media abhinc hora, & vespertina quinta, porrigebat ægroto uncias octo hujus decocti: ℞. Radic. Sarseparill. sel. unc. iij ------ unc. iiij. -- Chinæ sel. unc. dimid. Ligni sancti unc. unam & dimid. Argenti vivi probe depurati in petia libram dimidiam, Antimonii crudi in petia unc. iij. Concisa infundantur cum aquæ ferventis libris septem in vase vitreato, clauso per 24 horas; postea coque ad medietatem. Adde sub finem Ligni Sassafr. unc. dimid. Tecta sponte refrigescant. Colatura juste depurata detur usui. Residuo ex decocto primario adde radic. Sarsepar. sel. unc. unam & dimid. coque cum aquæ fontanæ libris novem, sive decem, ad tertiæ partis consumtionem. Adde sub finem Cinamom. v. gr. drachm. ij, flavedinem ex uno vel duobus pomis citri recentem. Tecta quoque sponte refrigéscant. Cujus secundarii decocti colaturam concedebat pro potu ordinario, hac ratione ad 14 dies curationem extendens. Adhæc ægrotos per 20 priores dies mane ab assumtis remediis horam unam vel alteram sine sudore in lecto commorari jubens, per sequentes 20 dies, Laconico, quo sudor promoveretur, committebat, singulo quarto die ab eodem semper feriatos. Imperabat abstinentiam a crudis, tenacibus, salsis, acidis, & victum commendans tenuem, pro fallenda siti, nil nisi supra notatum decoctum secundarium permittebat, ab aura liberiori, atque frigida, insimul dehortatus. Infantibus puerisque grandioris adhuc ætatis dabat alternis diebus granum dimidium, & pro ratione ætatis grana duo Mercurii dulcis in conserva Borraginis, ceteris diebus pulverem radicis sarsaparillæ, ad scrupul. dimid. drachm. semiss. & decocti ejusdem simpl. unc. tres, unc. quat. Singulis vero diebus decoctum secundarium, superius descriptum; pro potu ordinario concedebat. Subjuncta etiam fuit methodus, qua gonorrhœam virulentam, tetræ atque fœdæ luis plerumque comitem, Noster feliciter superavit. Denique & accesserunt

cesserunt observationes practicæ, quæ dimidiam Opusculi partem constituunt, atque ea, quæ in ipsa Dissertatione exponuntur, illustrant amplius, atque confirmant. Agit enim earum *Cap. I* de contagio luis venereæ in tota familia; *Cap. II* de lue venerea, totam familiam inficiente; *Cap. III* de lue venerea, male per inunctiones mercuriales sanata, debellata nihilo minus postea Mercurii ministerio, sine salivatione; *Cap. IV* de lue venerea, salivationis efficaciam eludente, hinc citra illam sanata; *Cap. V* de lue venerea a salivationis ærumnis atque periculo superatis, tandem sanata; *Cap. VI* de distorsione oris cum hemicrania venerea, una cum consiliis *Wepferi* & *Brunneri*; *Cap. VII* de dolore capitis venereo, salivatione sanato; *Cap. VIII* de gonorrhœa inveterata: ubi & Autoris usitata olim methodus, inunctiones instituendi, designatur; *Cap. IX* de gonorrhœa cum tumore testiculi; *Cap. X* de gonorrhœa cum ipsius luis subrepentis indiciis; *Cap. XI* de lue venerea, salivationem etiam reiteratam frustrata; quibus omnibus denique annotationes aliquot succinctas de gonorrhœis additas videmus.

JOANNIS GEORGII SCHELHORNII AMOENItates Historiæ ecclesiasticæ & literariæ.

Tomus II.

Francofurti & Lipsiæ, sumtibus Dan. Bartholomæi & filii, 1738, 8.

Alph. 3 plag. 1.

Strenue pergit *Schelhornius* maxime venerabilis, sæpius in *Actis* nostris celebratus, eruditis suis collectionibus orbem literarium sibi devincire. Eccur vero illum sibi non devinciret, cum lectu semper utilia prudentissimo consilio colligere, prudenter autem collecta jucundissimis illustrare soleat observationibus? Hinc avidissime illius promissa plerumque expectantur, exoptanturque. Haud immerito exoptavimus continuationem harum *Amœnitatum Historiæ ecclesiasticæ & literariæ, primum* cum recensuimus illarum *Tomum*. Voti adeoque nostri

tamen via hic incedendum esse judicat Noster, quoniam ὅς non nisi in recentioribus, & forte Latinorum opera exaratis, Codicibus
Pag. 133, MStis animadvertatur, &, si quidem ab *Anastasio* restitutum es-
134. set, debuisset in plerisque Codicibus esse. *Macedonium* Nestorianum fuisse, inficiatur, nec ipsum locum illum immutasse, fieri tamen posuisse, ut hoc ipsi ab adversariis crimini daretur, cum, qui in ipsius causa sedebant, fuerint simul & testes & judices & accusatores, cum illud Θεὸς ἐφανερώθη *Eutychianam* causam aliquo modo infringeret, & Syri legerent ܕܐܬܓܠܝ ܒܒܣܪ *qui revelatus est in carne*, quos inter *Severus* unus judicum diu versatus. Qui *Severus*, ad *Thomam* scribens, crimen vitiatorum librorum sacrorum *Macedonio* haud
134, 137. obscure impingat, &, ubi *Liberatus* narrationi suæ addat *dicitur*, saltem inde apparere, rumorem hunc in vulgus sparsum fuisse. Ab hac autem culpa *Macedonium* immunem esse, atque diu ante *Macedonium* lectum esse Θεὸς, a *Millio*, *Pfaffio*, *Whitbyo*, aliis, est ostensum, ad *Origenem*, *Athanasium*, *Gregorium Nyssenum*, *Chrysostomum*, *Theodoretum*, pluresque Codices perantiquos, provocantibus, culpam tamen in *Euty-*
137-140. *chianos*, quod fecit *Wetstenius*, conjiciendam non esse. Originem fabulæ quærit in quæstione, quæ, imperante *Anastasio*, inter Theologos agitata est de latere Christi aperto, *num vivo, an mortuo*. Qui priorem tuebantur sententiam, se recipiebant ad *Matthæum*, quem scripsisse asseverabant *Cap. XXVII, 49*: οἱ δὲ λοιποὶ σῶσαν αὐτόν. Ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην, ἔνυξεν αὐτῦ τὴν πλευρὰν καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ καὶ αἷμα. Alii contra, hæc verba ex *Jo. XIX, 34*, in Evangelium *Matthæi* importata esse, existimabant. Hoc ipsum ita se habere, probat ex *Severi* Epistola ad *Thomam*, Germaniciæ Episcopum, quam ex MSto Vaticano excerpsit
140-142. *Assemannus Bibl. orient. Tom. II pag. 81.* Qua occasione quædam de *Severo* affert, ipsum summa gratia apud *Anastasium* floruisse, famosum esse ob hæresin *Eutychianam*, quanquam permixtionem duarum naturarum in Christo rejecerit, non tamen carere suspicione tritheismi, eundemque forte, non *Jo. Philoponum*, nec *Jo. Ascunaghem*, hæreseos illius primum conditorem exstitisse, modo

modo illum palam docuerit, & non adversarii per consecutiones aliquas ex ipsius verbis elicuerint. Illam autem disputatio- Pag. 142-
nem de *Matthaei* verbis, *Macedonio* jamdum sede sua expulso, 145.
moveri cœptam esse. Quæ verba cum *Severus*, aliique *Eutychianorum*, ex nonnullis Codicibus, tanquam ab imperitis librariis adsuta, extruderent, omnibus illis, qui Concilii Chalcedonensis decreta tuebantur, Evangelia emendare visos esse,
inter quos etiam fuerit *Victor*, ad quem facile rumor ille in 145-147.
Africam perferri potuerit. *Cap. III* ad alia loca *Victoris Tununensis* emendanda se confert, & primo quidem illum, qui est de *Vigilio*, ita sese habentem: *post Conf. Basilii* U. C. Anno XVII *Vigilius, Rom. Episcopus, in insula Sicilia moritur*, quem in Codice *Hemsterhusii*, *Marci Velseri* manu quondam descripto, ita legi docet: *Vigilius, R. Episcopus*, postquam prævaricatus est, sub excommunicatione totius Africanæ ecclesiæ Pontificum, *in insula Sicilia moritur*, sed quæ verba levi litura inducta esse addit, ita tamen, ut observari possint. Quædam hic interserit de editione *Jos. Scaligeri*, illam non respondere Codicibus MStis, & ea deficere, quæ *Scaliger* negligere non potuisse videatur, quod exemplis probat. Inter alia de *Victore* ipso docet, pro *Mandra* legendum esse *Mandracium*, quod exstet in MSto Codice, consentiente *Procopio Bel. Vandal. Lib. I Cap. 26*, nominante Μανδράκιον; porro multa esse omissa non solum a *Canisio*, verum etiam *Scaligero*, & quidem superiora verba de *Vigilio* studio in Romanum Pontificem a *Canisio* prætermissa videri. Illa autem vere a *Victoris* profecta
esse manu, ex persona *Vigilii*, ejusdemque moliminibus, ac 147-153.
temporis illius ratione, satis apparere, ut *P. Marca*, qui aliquid in contrarium affert, audiendus non sit. *Caput IV* 153-158.
quærit de urbe, cujus Episcopus fuerit *Victor*, & a qua diversimode appelletur, *Tununensis* in impressis libris, in MStis *Tunnensis*, syllaba *nu* superne imposita, sed alio chirographo, *Tonensis* in MSto Remensi, *Turonensis* apud *Isidorum*, *Tumnensis*,
itemque *Cumenensis*, de quibus *Vossius Hist. Lat. Lib. III pag.* 158, 159.
741. Inde, variis urbium Africæ nominibus, quæ, quod ad sonum, huic proxime accedunt, prolatis, iisque inter se com-

 positis,

Pag. 159-164. positis, *Tennonam* sedem *Victoris* fuisse, auguratur. Quae adhuc promulsidis instar ex egregiis hisce observationibus apposuimus, illa multa doctrina, multa circumspectione & accuratione, disputata, ac talibus argumentis, qualia in hoc scribendi genere & dari & exspectari possunt, harum rerum gnaris communita, esse videbuntur, ut in pluribus calculum Eruditissimo *Wesselingio* haud sint denegaturi. Quae vero de Nov. Test. Syriaci novitate, ejusdemque emendatione, partim a *Nestorianis*, partim ab *Eutychianis*, illata, disserit, ut illa defixiore cura ac meditatione ex linguae indole, Ecclesiae Syriacae doctrina, ac remotis antiquitatum recessibus, excuterentur, operae omnino foret pretium, cum versio haec, si non ab omnibus, saltem plurimis, Theologis & Philologis insigne aliquod κειμήλιον ac doctrinae Christianae illibatae armamentarium huc usque sit habita. Quam *Anastasio* paravit defensionem, pro illa, si mortalibus adhuc interesset, gratias ipsi, opinor, persolvere non detrectaret Augustus, nec illi negabunt religionis Christianae sinceri confessores & propugnatores, qui aggressoribus ac ἐμπαίκταις effugia quaeque per eruditionis studia eripi praeoptant.

DAVIDIS CORNELII DE COURCELLES, MED. Doctoris, Icones musculorum plantae pedis, eorumque descriptio.

Lugduni Batavorum, apud Conr. & Georg. Jac. Wishoffios, 1739, 4 maj.

Plag. 18 dimid. Tabb. aen. 7.

Magnam sine dubio a viris rerum Anatomicarum intelligentibus referet gratiam Cl. Autor, quod adeo accuratam diligentemque operam in delineandis plantae pedis musculis collocavit. Ipsemet fatetur, se ad hanc provinciam nunquam accessurum fuisse, si Cel. *Albinus*, prout manus, ita pedis quoque, icones edidisset. Quoniam igitur, Cel. *Winslovio* judice, paucae admodum figurae anatomicae accuratiores exstant, & Noster in exercitationibus anatomicis observavit, superesse in plantis pedum nonnulla, quae aut Anatomicorum diligentiam effugerint,

gerint, aut saltem nondum literis sint consignata, periculum aliquod data opera facturus, in quatuor cadaveribus adultorum hominum plantæ pedis aponeuroses musculos, tendinesque, qua potuit cura, separavit, eosque ab origine ad insertionem prosecutus, artificis manum in delineandis illis ipse deduxit, ut haberet aliquid ex proprio penu depromtum, quod publicis usibus destinaret. Cel. *Albini* monitis obsecutus, perquisivit musculos eo, quo in homine stante siti sunt, ordine, eodemque etiam, quo alii alios excipere solent, ordine artificis dextra eos effinxit. Ipsis vero iconibus brevem præmittendam putavit descriptionem, quod verebatur, ut icones sine qualicunque enarratione admodum gratæ & acceptæ essent. Amplior autem cognitio ex *Albini* Historia musculorum hominis omnibus numeris absoluta petitur. Agit igitur Noster *Cap. I* de plantæ aponeurosibus; *Cap. II* de portionibus aponeurosium plantæ carneis & usu; *Cap. III* de flexore brevi digitorum pedis; *Cap. IV* de vaginis, quibus tendines flexorum digitorum pedis obducti; *Cap. V* de abductore minimi digiti pedis; *Cap. VI* de abductore pollicis pedis; *Cap. VII* de flexoris longi digitorum pedis tendinibus, & capite altero, in planta pedis ei accedente; *Cap. VIII* de tendineis emissionibus flexoris longi pollicis & digitorum, ut & chordis, cum quibus tendines perforati & perforantis inter se communicant; *Cap. IX* de lumbricalibus pedis; *Cap. X* de flexore brevi minimi digiti; *Cap. XI* de abductore pollicis; *Cap. XII* de flexore brevi pollicis; *Cap. XIII* de transverso pedis; *Cap. XIV* de interosseis pedis. Atque in his non omnino nulla continentur, quæ alii nondum viderunt. Primus enim Noster annotavit, 1) aponeurosin plantarem in duas partes facile separabilem, laxamque hic cohæsionem, & nullam fibrarum utriusque conjunctionem, esse; unde & aponeurosin in majorem & minorem divisit. In superficie musculis obversa portiones carneas hæc quatuor, illa tres, perpetuo exhibuit. 2) Flexoris digitorum brevem ventrem tripartitum tres tantum producere tendines, &, qui minimo digito debetur, defecisse; 3) vaginas, tendines flexoris utriusque digitorum brevis & longi coercentes, in tot partes, quot digito-

digitorum internodia, *distingui*; differre tamen a reliquis, quæ flexoris pollicis *longi* tendini dirigendo inservit. 4) Vaginis hisce apertis, *tendinibus*que perforati & perforantis caute diductis, *chordas tendineas* tres inter singulos utriusque musculi tendines, *eidem* digito debitos, cum quibus inter se communicant, *reperiri*; hinc, cum quartus flexoris digitorum brevis tendo desideretur, flexoris longi quartum his destitui, sicut etiam in manibus ejusmodi chorda & ligamentum tendinosum sulcatum, quibus singulus sublimis tendo cum profundi socio nectitur, inventa ab ipso fuerunt. Præterea vero & musculum quendam exiguum, semel tantum sibi observatum, naturæ, ut videtur, ludentis exemplum, simul in *Iconum Tabula* IV & V repræsentavit. Neque tamen, qua est modestia, certo asseverat, pro insigni musculorum in diversis hominibus varietate, hæc, quæ invenit, constanti semper naturæ lege, aut ordine numerove eodem, repertum iri, sed naturæ potius in iis constantiam ulteriori aliorum inquisitioni demonstrandam relinquit. Nos quidem, cum Cl. Autor peritiam suam, assiduitatem, patientiam, & nobilem augendæ rei anatomicæ ardorem, his ipsis primitiis satis probarit, ut ad plura atque majora audenda indies excitetur, serio exoptamus.

DISSERTATIO MEDICA DE METHODO TUta & facili, citra Salivationem curandi luem veneream, quam, experimentis & observationibus practicis firmatam & illustratam, olim sibi comparavit B. M. JO. CONR. A BRUNN, in Hammerstein, Professor quondam Heidelbergensis, Sereniss. Electoral. Domus Palat. Archiater, & Cons. Intimus, Acad. Nat. Cur. sub Herophili nomine adscitus. Nunc autem publici juris facere decrevit JO. JACOBUS, Filius, Med. Doct.

Scaphusii, typis & impensis Jo. Adami Ziegleri, 1739, 4.

Plag. 10.

Magnæ

Magnæ famæ tot tantisque morborum curationibus comparatæ Medicus, *Brunnerus*, quamvis ipſe luem veneream non alia ratione, quam ſalivatione, tollere initio conſuevit; poſtquam tamen animadvertit, ſymptomata morbi, niſi a primis quaſi ab excitata per Mercurii inunctionem ſalivatione diebus evaneſcerent, ſanata poſthæc non fuiſſe, de hujus curationis virtute tum primum dubitans, aliam poſthæc viam, ope potiſſimum Mercurii dulcis, conciſa doſi, una cum decocto quodam, ſine ſubſecutura ſalivatione, per complures dies exhibiti, luem hanc perſanandi invenit, pluribusque exemplis ejus præſtantiam comprobavit. Remediis his ad 40 dies continuatis, non metuendum eſt, ne eorum efficaciam quidquam ſubterfugiat. Plerumque enim poſt uſum dierum 14 evaneſcere ſymptomata, & dolores atrociſſimos ceſſare, obſervavit; quo quidem tempore ſalivationis, per inunctiones inſtitutæ, vis plerumque exſpirat, ſive malum expugnatum fuerit, ſive parcius deinceps rediturum. Quamobrem, etſi poſt 14 dies ſiluerunt ſymptomata, nihilo minus tamen continuandam eſſe curationem, ſerio monuit, & inculcavit. Præcipua autem virtus in tota curatione Mercurio debetur, qui non ſalivatione, ſed ſpecifica virtute, quamvis minori doſi, totam hanc luem feliciter exſtirpat. Qua autem ratione ſubigat exſtinguatque virus venereum, Noſter nondum liquere putavit. Ad genus animatum virus hoc referri poſſe, credidit. Unde, qua ratione in illud agat Mercurius, facile eſt intellectu. Interim, quoniam & materia acris pariter atque viſcida & pituitoſa in hac lue adeſt, ad utramque corrigendam, variis ex cauſis valet Mercurius. Viſcidæ tamen materiæ decocta quoque lignorum radicumque medentur. Quorundam ex his lignis acrem ac fere piperaceam indolem mucilago radicis ſarſaparillæ, ſicut ipſam morbi virulentiam, mulcet, atque mitigat. Quanquam nonnullis, ut Ligno ſancto, ejusque cortici, radici ſarſaparillæ, aliisque, item antimonio crudo, præter jam commemoratas dotes, ſpecifica quædam virtus ineſſe videatur. Ipſa autem methodus Cel. *Brunneri* vera atque genuina, ſine ſalivatione luem veneream vincendi, ita ſe habet: Præmiſſo laxante, &, ubi indicatio id poſtu-

postulabat, in adultis venæsectione, mane, hora sexta, exhibebat hunc pulverem: ℞. Milleped. recens siccator. & pulverisator. gr. XV, Mercur. dulc. rite parati gr. ij gr. iij, ita, ut quotidiano ex usu non subsequatur salivatio, misc. f. Pulv. ad ch. Media abhinc hora, & vespertina quinta, porrigebat ægroto uncias octo hujus decocti: ℞. Radic. Sarseparill. sel. unc. iij ------ unc. iiij. -- Chinæ sel. unc. dimid. Ligni sancti unc. unam & dimid. Argenti vivi probe depurati in petia libram dimidiam, Antimonii crudi in petia unc. iij. Concisa infundantur cum aquæ ferventis libris septem in vase vitreato, clauso per 24 horas; postea coque ad medietatem. Adde sub finem Ligni Sassafr. unc. dimid. Tecta sponte refrigescant. Colatura juste depurata detur usui. Residuo ex decocto primario adde radic. Sarsepar. sel. unc. unam & dimid. coque cum aquæ fontanæ libris novem, sive decem, ad tertiæ partis consumtionem. Adde sub finem Cinamom. v. gr. drachm. ij, flavedinem ex uno vel duobus pomis citri recentem. Tecta quoque sponte refrigescant. Cujus secundarii decocti colaturam concedebat pro potu ordinario, hac ratione ad 14 dies curationem extendens. Adhæc ægrotos per 20 priores dies mane ab assumtis remediis horam unam vel alteram sine sudore in lecto commorari jubens, per sequentes 20 dies, Laconico, quo sudor promoveretur, committebat, singulo quarto die ab eodem semper feriatos. Imperabat abstinentiam a crudis, tenacibus, salsis, acidis, & victum commendans tenuem, pro fallenda siti, nil nisi supra notatum decoctum secundarium permittebat, ab aura liberiori, atque frigida, insimul dehortatus. Infantibus puerisque grandioris adhuc ætatis dabat alternis diebus granum dimidium, & pro ratione ætatis grana duo Mercurii dulcis in conserva Borraginis, ceteris diebus pulverem radicis sarsaparillæ, ad scrupul. dimid. drachm. semiss. & decocti ejusdem simpl. unc. tres, unc. quat. Singulis vero diebus decoctum secundarium, superius descriptum, pro potu ordinario concedebat. Subjuncta etiam fuit methodus, qua gonorrhœam virulentam, tetræ atque fœdæ luis plerumque comitem, Noster feliciter superavit. Denique & accesserunt

cesserunt observationes practicæ, quæ dimidiam Opusculi partem constituunt, atque ea, quæ in ipsa Dissertatione exponuntur, illustrant amplius, atque confirmant. Agit enim earum *Cap. I* de contagio luis venereæ in tota familia; *Cap. II* de lue venerea, totam familiam inficiente; *Cap. III* de lue venerea, male per inunctiones mercuriales sanata, debellata nihilo minus postea Mercurii ministerio, sine salivatione; *Cap. IV* de lue venerea, salivationis efficaciam eludente, hinc citra illam sanata; *Cap. V* de lue venerea a salivationis ærumnis atque periculo superatis, tandem sanata; *Cap. VI* de distorsione oris cum hemicrania venerea, una cum consiliis *Wepferi* & *Brunneri*; *Cap. VII* de dolore capitis venereo, salivatione sanato; *Cap. VIII* de gonorrhœa inveterata: ubi & Autoris usitata olim methodus, inunctiones instituendi, designatur; *Cap. IX* de gonorrhœa cum tumore testiculi; *Cap. X* de gonorrhœa cum ipsius luis subrepentis indiciis; *Cap. XI* de lue venerea, salivationem etiam reiteratam frustrata; quibus omnibus denique annotationes aliquot succinctas de gonorrhœis additas videmus.

JOANNIS GEORGII SCHELHORNII AMOENItates Historiæ ecclesiasticæ & literariæ.

Tomus II.

Francofurti & Lipsiæ, sumtibus Dan. Bartholomæi & filii, 1738, 8.

Alph. 3 plag. 1.

Strenue pergit *Schelhornius* maxime venerabilis, sæpius in *Actis* nostris celebratus, eruditis suis collectionibus orbem literarium sibi devincire. Eccur vero illum sibi non devinciret, cum lectu semper utilia prudentissimo consilio colligere, prudenter autem collecta jucundissimis illustrare soleat observationibus? Hinc avidissime illius promissa plerumque expectantur, exoptanturque. Haud immerito exoptavimus continuationem harum *Amœnitatum Historiæ ecclesiasticæ & literariæ*, *primum* cum recensuimus illarum *Tomum*. Voti adeoque nostri

nostri compotes nos esse factos, omnino gaudemus, gaudebuntque omnes, qui harum rerum sunt amatores. Omnia, quæ in præsenti exhibentur *Tomo*, lectione satis sunt digna, quorum contenta nunc paucissimis cum Lectoribus nostris communicanda censemus. *Primum* locum occupat doctissimi Autoris Dissertatio *de Religione M. Antonii Flaminii.* Laudibus plane eximiis, quibus *Flaminium* propter insignem ejus in arte oratoria, Poesi, & Philosophia, facultatem ornarunt viri litera-
Pag. 3. tissimi, *Joach. Camerarius*, *Jo. Gagnæus*, *Hieron. Ghilinus*, *Longolius*, *Petr. Victorius*, adductis, egregia de pietate illius elo-
4. gia, ab *Hieron. Fracastorio*, *Q. Mario Corrado*, *Andrea*que *Ellingero*, lata, afferuntur, tandemque *Petri Pauli Vergerii*, *Thua-*
7 seq. *ni*, *Eliæ Vejelii*, *Antonii Teissierii*, *Petri Bælii*, *Sfortiæ Pallavicini*, *Franc. Mariæ Mancurti*, *Jac. de Laderchio*, atque *Paulli IV*, Pontificis M. copiosissima judicia de religione *Flaminii* nobiscum communicantur. Quibus præmissis, Cl. Autor ex
43 seq. *Flaminii* potissimum scriptis demonstrat, illum in præcipuis fidei Christianæ capitibus nobiscum amice conspirasse. Ab ini-
51. quis præterea judiciis *Sandii*, & *Petri Bælii*, qui inter Antitrinitarios *Flaminium* retulerunt, vindicatur, &, ad summum *Flaminii* sinceræ pietatis cultum eximiumque doctrinæ cœlestis
87-179. studium declarandum, ejus aliquot Epistolæ, quas olim ex Italico sermone in Latinum transtulit, & Norimbergæ A. 1571, 8, evulgavit *Joach. Camerarius*, exhibentur. Legimus 2) Ob-
180. servationem *de Petri Carnesecæ martyrio.* Repetuntur hic ex novissimo *Annalium eccles. Baronii* continuatore, *Jac. de Laderchio*, *Tom. XXII fol. 97 seq. ad A. 1566*, capita accusationis, in
210 seq. *Carnesecam* Romæ institutæ, ac tandem innocentissimi viri nece finitæ. Habes 3) *Historiam Clementis VII, Pontif. Rom.*, *Jacobo Zieglero* autore, ad annum circiter 1526 deductam, e Codice manu exarato nunc primum editam, ac testimoniis aliorum corroboratam; cui præmissa est doctissima *Schelhornii* Dissertatio
380 seq. *de fide, vita, ac scriptis Jacobi Ziegleri.* Succedit 4) Notitia librorum, in quibus acta quædam Concilii Tridentini collecta exhibentur. Nimis longum foret, integros horum librorum titulos afferre; XVIII enim collectiones actorum & decretorum

Concilii

Concilii Tridentini hic copiose recensentur dijudicanturque. Sequuntur 5) *Monita nonnulla Ferdinandi I Imp. ad Pium IV, Pontificem Max.* cum de Concilio Tridenti iterum celebrando consilia agitaret, ex MSto coævo, inter *Staphyli* schedas reperto. Ex historiarum monumentis constat, *Ferdinandum I* pro eximia sua prudentia varias *Pio IV*, Rom. Pontifici, difficultates singulari scripto ob oculos posuisse, cum Concilium Tridentinum iterum convocare decrevisset. Cujus scripti summa capita *Pallavicinus Historiæ* suæ *Tom. II Lib. XIV Cap. 13 fol. 206*, & *Odoricus Raynaldus Annal. Eccles. Tom. XXI Part. II fol. 240*, inseruit. Difficultates vero, sibi ab Imp. objectas, ut dilueret Pontifex, misit *Zachariam Delphinum*, Episcopum Pharensem, in aulam Cæsaream, ut necessitatem restituendi Tridentini Concilii omni studio urgeret; cui ipsi etiam responsum ad *Ferdinandi* scriptum, jamjam commemoratum, tradidit. Exhibet hoc responsum *Raynaldus l. c. fol. 241.* Cui responso Imperator ea, quæ hic legimus, monita reposuit. Gratissima hæc monita, integra nunc publicata, Lectoribus fore, merito auguramur, præcipue cum apud *Pallavicinum l. c. Cap. 17 fol. 215* perfunctoria hujus scripti mentio, apud *Raynaldum* vero *l. c. fol. 246* ex tabulario Vaticano quædam tantummodo fragmenta, occurrant. Exstat 6) *Consilium ad Imperatorem Ferdinandum I, de reformanda ecclesia*, e MSto. Huic Consilio, ut nobis significat Cel. Editor, appictum erat nomen: *consilium Antipapale*, quod jure ipsi tribuendum videtur. Saluberrima enim de reformanda ecclesia in se continet monita, simulque miserrimum eorum temporum statum indicat. Scriptum est, ut hariolatur *Schelhornius*, circa A. 1562. Habemus 7) *Friderici Staphyli Relationem de actis Oratoris Bavarici, in calicis eucharistici causa Romam ad summum Pontificem ablegati*, ex ipso avtographo. Serenissimus Dux Bavariæ *Albertus* in ipso Concilio Tridentino per oratorem suum, *Augustum Baumgærtnerum*, JCtum, calicis divini concessionem expetendam curavit; quo vero felicius re desiderata potiretur Celsissimus Dux, misit ad Pontificem Romanum, *Paulum IV*, *Sigismundum Vieheuserum*, JCtum, literis, quæ ex *Baptistæ Fickleri* Actis Concilii MStis

Pag. 477 seq.

501 seq.

546 seq.

549.

Ooo primum

primum hic publicantur, stipatum ad præsides Synodi, quorum etiam ad has literas responsio adjecta est. Nihil vero, ut do-
Pag. 550. cet hæc relatio, obtinuit Augustissimus Cæsar. Sequuntur 8) *Excerpta ex literis ad Imp. Ferdinandum, ab ejus oratoribus in divini calicis causa exaratis.* Perscripta est hæc Epistola ad Cæsarem a *Georgio Drascovizio*, Episcopo Quinque ecclesiarum, suo ceterorumque oratorum nomine, d. 18 Sept. A. 1562, qua ipsum certiorem reddit de frustraneo desiderio calicem sacrum
562. obtinendi. Hinc legitur 9) *Georgii Cassandri Dialogus de Communione sub utraque.* Recudendum quidem hunc Dialogum *Georgius Calixtus* Helmstadii A. 1642, forma 4, cum aliis quibusdam scriptis & actis, ad controversiam de calice divino facientibus, curavit; in editione vero Operum *Cassandri*, a *Jo. Cordesio* Lutetiæ Parisiorum A. 1616 fol. publicata, desideratur hic Dialogus. Huic igitur locum haud immerito hic concessit Dialogo Editor, ob id etiam inprimis, quod *Calixti* collectio in paucorum hodie verse-
584. tur manibus. Subsequuntur 10) *Postulata Præsulum Hispanicorum in Concilio Tridentino*, ex MSto. Frustra hæc postulata apud *Pallavicinum* & *Raynaldum*, apud *Sarpium* ac *Psalmæum*, aliosque, quæsivit diligentissimus Editor. Ad hanc igitur lacunam Historiæ Concilii Tridentini explendam ex *Fickleri* Actis Synodi manu exara-
590. tis edenda censuit. Habes, Lector, 11) *varias Observationes.* Hæ lectu jucundissimæ, scitu dignissimæ, sunt. Agunt vero de *Leonardo*, Abbate quondam Ottoburano, qui a *Mabillonii* insimulatione vindicatur, de typographia, olim in monasterio Ottoburano instituta, librisque, in ea excusis, de *Philippo Melanchthone*, Astrologiæ divinatrici nimium addicto, de *Jo. Garcæi* Astrologiæ methodo, de *Aldo Pio Manutio*, de *Francisci I*, Gall. Regis, in literas meritis, & quæ sunt plura adhuc hujus generis. Excipit has 12)
657. *Richardi Bartholini, Perusini, Commentarius de Comitiis, Augustæ Vindelicorum A. 1518 ab Imp. Maximiliano I celebratis*, ob summam raritatem recusus. Præmittitur huic notitia quædam tum de Autore hujus Commentarii, tum de aliis quibusdam, ad illorum Comitiorum historiam spectantibus. Inde de-
702. dit Editor 13) *Epistolas amœbeas Ludovici Bourgueti, Professoris hodie Neocomensis celeberrimi, ac primorum Evangelii* apud

apud Malebares præconum, ex ipsis avtographis descriptas. Varia omnino notatu digna ex hoc literarum commercio, inter *Bourguetum* & primos apud Malebares Evangelii præcones, *Ziegenbalgium* nimirum & *Grundlerum*, instituto, disci queunt. His adjuncta est 12) *Sylloge Epistolarum mutuarum D. Jo. Jacobi Scheuchzeri & Gisberti Cuperi*, ex ipsis avtographis depromta. Celeberrima *Scheuchzeri* & *Cuperi* esse nomina, vel nobis tacentibus omnes sciunt. Gratissimæ profecto hæ Epistolæ bonarum artium cultoribus erunt. Est enim in illis rerum amœnissimarum varietas, sermonis native fluentis suavitas, & variæ doctrinæ, inprimis naturalis, copia uberrima. Inde comparent 15) *Præfationes duæ Pauli Manutii*, quæ in *Krausiana*, eaque locupletissima, Epistolarum ac Præfationum ejus editione desiderantur. Prima harum præmissa fuit *Rhetoricorum ad C. Herennium Libris*, qui cum variis *M. Tullii Ciceronis*, ad artem oratoriam spectantibus, scriptis excusi sunt A. 1533 in ædibus *hæredum Aldi Manutii, Romani*, in 4. Altera præfixa fuit *Lactantii* Operibus, cum *Tertulliani Apologetico* A. 1535 Venetiis e typographia *Aldina* in 8 evulgatis, quæ editio & *Mich. Maittairii* & *Jo. Alb. Fabricii* industriam effugit; qua occasione etiam menda quædam haud levia in *Lexico eruditorum Lipsiensi* tollere laborat *Schelhornius*. Ita vero verba ibidem sese habent: *In recentissimæ editionis P. II col. 54 seq. trium* Manutiorum *mentio fit. De primo paucissima memorantur, quæ vero lima egent. Dicitur floruisse circa A. 1520, cum tamen A. 1515 jam mortalium cœtui fuerit exemtus. Dicitur præterea primus, qui in Italia libros Græcos excuderit; at jam ante ipsum Mediolani ac Florentiæ fuerunt, qui insignia quædam Opera Græca, eaque satis splendide, typis exscriberent, quod ex Cl.* Maittairii *Annal. typogr. constat.* Paulus *noster ab ipso patre* Aldo *literarum doctrina perpolitus fuisse dicitur; at ille huic nondum bienni anno jam 1515 morte ereptus fuit.* Aldo *juniori tribuitur illa musei inscriptio, quæ habetur in Lexico pag. 55, sed perperam. Supra januam enim cubiculi sui posuit illam* Aldus *senior, hujus avus, uti ex Præfatione in libros* Ciceronis de arte Rhetorica, *A. 1514 editos; patet, quæ etiam loco citato ante oculos nobis ponitur.*

Pag. 754. 1058. 1055.

nitur. En brevem hujus *Tomi* delineationem! Plura adhuc in medium afferri potuissent, si angusti, quibus circumscripti sumus, fines id nobis permisissent. Interim Lectoribus nostris certo certius confirmare possumus, varia in hac Collectione occurrere, quæ omnino idonea sint ad lacunas in Historia ecclesiastica varias supplendas, ad difficultates nonnullas tollendas, & ad perperam dicta emendanda. Desiderio quoque nostro, quod in recensione *Tomi primi* significavimus, satisfecit Cel. Editor. Adjunxit enim huic *Tomo* indicem rerum, qui simul memoratu digna *Tomi primi* complectitur. Rem omnibus gratissimam facturus videtur præstantissimus *Schelhornius*, si *Tomum* hunc *secundum* non esse omnium postremum, sed plures post se trahere alios, jusserit; quod ut perficiat, otium ei valetudinemque commodam ex animo comprecamur.

Grundlage einer Ehren-Pforte ꝛc.

hoc est,

GLORIA MUSICA, SIVE VITÆ EXCELLENTium Musicorum, Autore JOANNE MATTHESONIO.

Hamburgi, sumtu Autoris, 1740, 4.

Alph. 2 plag. 15.

Locus omnino suus in Historia literaria debetur Musicis ingenio, scientia, & arte, præstantibus, ac iis potissimum, qui sapientiæ suæ musicæ reliquerunt monumenta. Prisci certe ævi Musici eminentiores haud carent suis præconibus. Quare nec debita laude fraudandus Autor noster, inter principes nostri ævi Musicos dudum relatus, quemque adeo Musa & Musica sua mori vetabit, dum & ipse excellentissimorum Musicorum nostræ & proximæ ætatis memoriam conservare studet, de vita scriptisque eorum jucundissime disserens. Non enim nisi magnæ laudis viros hanc in scenam producere constituit. Ac pleraque, quæ de iis hic exponit, e monumentis hausit nondum editis, vel ab illis ipsis accepit, quorum hic fulgent

fulgent nomina. *Tres* autem in Præfatione dividit in *classes* Musicos suos; in *prima* eos collocans, qui perfecte tenuerunt scientiam musicam, & arte componendi, quam vocant, fuere instructissimi; in *secunda* eos, qui, cum aliarum scientiarum laude florerent, παρέργως ita coluerunt Musicam, ut etiam inter Musicos nomina sua profiteri possent; in *tertia* Musicos practicos, exercitio Musices, sive vocalis, sive instrumentalis, admirabiles. Hos omnes ordine exhibet alphabetico; cumque ipse specimen duntaxat *Historiæ Musicorum* proferat, vehementer optat, ut alii, suis vestigiis insistentes, pertexere hanc historiam ne graventur. Speciatim, ut *Jacobi Willischii*, Musici Vratislaviensis prorsus egregii, vita a quoquam scribatur edaturque, se desiderare, *pag. 291* profitetur. Etsi autem pluribus e nationibus hic producantur Musici, e. g. e Suecia *Ericus Burmannus*; e Belgio *Franciscus de Minde*, & *Jo. Petrus Schwelingius*; e Gallia *Claudius Goudimelus*, & *Michael de la Lande*; ex Italia *Jacobus Carissimi*, *Orlandus Lassus*, &, de quo copiosius agit, *Jo. Baptista de Lulli*; maximam tamen operam navavit Germanis. Atque ex his uberiorem descriptionem nacti sunt *Georgius Fridericus Handelius*, *Reinhardus Keiserus*, *Laurentius Christophorus Mizlerus*, *Georgius Motzius*, *Joannes Pachelbelius*, *Wolfgangus Caspar Prinzius* sive *Princeps*, *Christophorus Raupachius*, *Jo. Adolphus Scheibius*, *Gottfr. Henr. Stœlzelius*, *Daniel Gottlieb Treu* sive *Fidelis*, *Matthias Weckmannus*, &, quem vocat *Megalandrum harmonicum*, *Georgius Philippus Telemannus*. Inter ceteros Germaniæ Musicos hic eminent *Henricus Albertus*, *Jo. Fridericus Alberti*, *Joannes Bæhrius*, *Christoph. Bernhardus*, *Georgius de Bertuch*, *Franciscus Henr. de Bibern*, *Sethus Calvisius*, *Pancratius Crugerius*, *Joannes Fischerus*, *Caspar Forsterus*, *Jo. Jacobus Frobergerus*, *Val. Barth. Hausmannus*, *Conr. Frid. Hurlebuschius*, *Gothofredus Krausius*, *Jo. Philippus* & *Joannes Kriegeri*, fratres, *Jo. Kuhnavius*, (cui & scientia, & arte musica, variaque præterea eruditione, parem se nosse neminem, ait *pag. 158*,) *Jo. Paulus Kunzius*, *Jo. Valentinus Mederus*, *Jo. Martinus Rubertus*. *Erasmus Sartorius*, *Hieronymus* & *Jacobus*

postulabat, in adultis venæsectione, mane, hora sexta, exhibebat hunc pulverem: ℞. Milleped. recens siccator. & pulverisator. gr. XV, Mercur. dulc. rite parati gr. ij gr. iij, ita, ut quotidiano ex usu non subsequatur salivatio, misc. f. Pulv. ad ch. Media abhinc hora, & vespertina quinta, porrigebat ægroto uncias octo hujus decocti: ℞. Radic. Sarseparill. sel. unc. iij ------ unc. iiij. -- Chinæ sel. unc. dimid. Ligni sancti unc. unam & dimid. Argenti vivi probe depurati in petia libram dimidiam, Antimonii crudi in petia unc. iij. Concisa infundantur cum aquæ ferventis libris septem in vase vitreato, clauso per 24 horas; postea coque ad medietatem. Adde sub finem Ligni Sassafr. unc. dimid. Tecta sponte refrigescant. Colatura juste depurata detur usui. Residuo ex decocto primario adde radic. Sarsepar. sel. unc. unam & dimid. coque cum aquæ fontanæ libris novem, sive decem, ad tertiæ partis consumtionem. Adde sub finem Cinamom. v. gr. drachm. ij, flavedinem ex uno vel duobus pomis citri recentem. Tecta quoque sponte refrigescant. Cujus secundarii decocti colaturam concedebat pro potu ordinario, hac ratione ad 14 dies curationem extendens. Adhæc ægrotos per 20 priores dies mane ab assumtis remediis horam unam vel alteram sine sudore in lecto commorari jubens, per sequentes 20 dies, Laconico, quo sudor promoveretur, committebat, singulo quarto die ab eodem semper feriatos. Imperabat abstinentiam a crudis, tenacibus, salsis, acidis, & victum commendans tenuem, pro fallenda siti, nil nisi supra notatum decoctum secundarium permittebat, ab aura liberiori, atque frigida, insimul dehortatus. Infantibus puerisque grandioris adhuc ætatis dabat alternis diebus granum dimidium, & pro ratione ætatis grana duo Mercurii dulcis in conserva Borraginis, ceteris diebus pulverem radicis sarsaparillæ, ad scrupul. dimid. drachm. semiss. & decocti ejusdem simpl. unc. tres, unc. quat. Singulis vero diebus decoctum secundarium, superius descriptum, pro potu ordinario concedebat. Subjuncta etiam fuit methodus, qua gonorrhœam virulentam, tetræ atque fœdæ luis plerumque comitem, Noster feliciter superavit. Denique & accesserunt

cesserunt observationes practicæ, quæ dimidiam Opusculi partem constituunt, atque ea, quæ in ipsa Dissertatione exponuntur, illustrant amplius, atque confirmant. Agit enim earum *Cap. I* de contagio luis venereæ in tota familia; *Cap. II* de lue venerea, totam familiam inficiente; *Cap. III* de lue venerea, male per inunctiones mercuriales sanata, debellata nihilo minus postea Mercurii ministerio, sine salivatione; *Cap. IV* de lue venerea, salivationis efficaciam eludente, hinc citra illam sanata; *Cap. V* de lue venerea a salivationis ærumnis atque periculo superatis, tandem sanata; *Cap. VI* de distorsione oris cum hemicrania venerea, una cum consiliis *Wepferi* & *Brunneri*; *Cap. VII* de dolore capitis venereo, salivatione sanato; *Cap. VIII* de gonorrhœa inveterata: ubi & Autoris usitata olim methodus, inunctiones instituendi, designatur; *Cap. IX* de gonorrhœa cum tumore testiculi; *Cap. X* de gonorrhœa cum ipsius luis subrepentis indiciis; *Cap. XI* de lue venerea, salivationem etiam reiteratam frustrata; quibus omnibus denique annotationes aliquot succinctas de gonorrhœis additas videmus.

JOANNIS GEORGII SCHELHORNII AMOENItates Historiæ ecclesiasticæ & literariæ.

Tomus II.

Francofurti & Lipsiæ, sumtibus Dan. Bartholomæi & filii, 1738, 8.

Alph. 3 plag. 1.

Strenue pergit *Schelhornius* maxime venerabilis, sæpius in *Actis* nostris celebratus, eruditis suis collectionibus orbem literarium sibi devincire. Eccur vero illum sibi non devinciret, cum lectu semper utilia prudentissimo consilio colligere, prudenter autem collecta jucundissimis illustrare soleat observationibus? Hinc avidissime illius promissa plerumque expectantur, exoptanturque. Haud immerito exoptavimus continuationem harum *Amœnitatum Historiæ ecclesiasticæ & literariæ*, *primum* cum recensuimus illarum *Tomum*. Voti adeoque nostri

nostri compotes nos esse factos, omnino gaudemus, gaudebuntque omnes, qui harum rerum sunt amatores. Omnia, quæ in præsenti exhibentur *Tomo*, lectione satis sunt digna, quorum contenta nunc paucissimis cum Lectoribus nostris communicanda censemus. *Primum* locum occupat doctissimi Autoris Dissertatio *de Religione M. Antonii Flaminii.* Laudibus plane eximiis, quibus *Flaminium* propter insignem ejus in arte oratoria, Poesi, & Philosophia, facultatem ornarunt viri litera-
Pag. 3. tissimi, *Joach. Camerarius*, *Jo. Gagnæus*, *Hieron. Ghilinus*, *Longolius*, *Petr. Victorius*, adductis, egregia de pietate illius elo-
4. gia, ab *Hieron. Fracastorio*, *Q. Mario Corrado*, *Andreaque Ellingero*, lata, afferuntur, tandemque *Petri Pauli Vergerii*, *Thua-*
7 seq. *ni*, *Eliæ Vejelii*, *Antonii Teissierii*, *Petri Bælii*, *Sfortiæ Pallavicini*, *Franc. Mariæ Mancurti*, *Jac. de Laderchio*, atque *Pauli IV*, Pontificis M. copiosissima judicia de religione *Flaminii* nobiscum communicantur. Quibus præmissis, Cl. Autor ex
43 seq. *Flaminii* potissimum scriptis demonstrat, illum in præcipuis fidei Christianæ capitibus nobiscum amice conspirasse. Ab ini-
51. quis præterea judiciis *Sandii*, & *Petri Bælii*, qui inter Antitrinitarios *Flaminium* retulerunt, vindicatur, &, ad summum *Flaminii* sinceræ pietatis cultum eximiumque doctrinæ cœlestis
87-179. studium declarandum, ejus aliquot Epistolæ, quas olim ex Italico sermone in Latinum transtulit, & Norimbergæ A. 1571, 8, evulgavit *Joach. Camerarius*, exhibentur. Legimus 2) Ob-
180. servationem *de Petri Carnesecæ martyrio.* Repetuntur hic ex novissimo *Annalium ecclef.* Baronii continuatore, *Jac. de Laderchio*, *Tom. XXII fol. 97 seq. ad A. 1566*, capita accusationis, in
210 seq. *Carnesecam* Romæ institutæ, ac tandem innocentissimi viri nece finitæ. Habes 3) *Historiam Clementis VII, Pontif. Rom.*, *Jacobo Zieglero* autore, ad annum circiter 1526 deductam, e Codice manu exarato nunc primum editam, ac testimoniis aliorum corroboratam; cui præmissa est doctissima *Schelhornii* Dissertatio
380 seq. *de fide, vita, ac scriptis Jacobi Ziegleri.* Succedit 4) Notitia librorum, in quibus acta quædam Concilii Tridentini collecta exhibentur. Nimis longum foret, integros horum librorum titulos afferre; XVIII enim collectiones actorum & decretorum Concilii

Concilii Tridentini hic copiose recensentur dijudicanturque. Sequuntur 5) *Monita nonnulla Ferdinandi I Imp. ad Pium IV, Pontificem Max.* cum de Concilio Tridenti iterum celebrando consilia agitaret, ex MSto coævo, inter *Staphyli* schedas reperto. Ex historiarum monumentis constat, *Ferdinandum I* pro eximia sua prudentia varias *Pio IV*, Rom. Pontifici, difficultates singulari scripto ob oculos posuisse, cum Concilium Tridentinum iterum convocare decrevisset. Cujus scripti summa capita *Pallavicinus Historiæ* suæ *Tom. II Lib. XIV Cap. 13 fol. 206*, & *Odoricus Raynaldus Annal. Eccles. Tom. XXI Part. II fol. 240*, inseruit. Difficultates vero, sibi ab Imp. objectas, ut dilueret Pontifex, misit *Zachariam Delphinum*, Episcopum Pharensem, in aulam Cæsaream, ut necessitatem restituendi Tridentini Concilii omni studio urgeret; cui ipsi etiam responsum ad *Ferdinandi* scriptum, jamjam commemoratum, tradidit. Exhibet hoc responsum *Raynaldus l. c. fol. 241.* Cui responso Imperator ea, quæ hic legimus, monita reposuit. Gratissima hæc monita, integra nunc publicata, Lectoribus fore, merito auguramur, præcipue cum apud *Pallavicinum l. c. Cap. 17 fol. 215* perfunctoria hujus scripti mentio, apud *Raynaldum* vero *l. c. fol. 246* ex tabulario Vaticano quædam tantummodo fragmenta, occurrant. Exstat 6) *Consilium ad Imperatorem Ferdinandum I, de reformanda ecclesia*, e MSto. Huic Consilio, ut nobis significat Cel. Editor, appictum erat nomen: *consilium Antipapale*, quod jure ipsi tribuendum videtur. Saluberrima enim de reformanda ecclesia in se continet monita, simulque miserrimum eorum temporum statum indicat. Scriptum est, ut hariolatur *Schelhornius*, circa A. 1562. Habemus 7) *Friderici Staphyli Relationem de actis Oratoris Bavarici, in calicis eucharistici causa Romam ad summum Pontificem ablegati*, ex ipso avtographo. Serenissimus Dux Bavariæ *Albertus* in ipso Concilio Tridentino per oratorem suum, *Augustum Baumgærtnerum*, JCtum, calicis divini concessionem expetendam curavit; quo vero felicius re desiderata potiretur Celsissimus Dux, misit ad Pontificem Romanum, *Paulum IV*, *Sigismundum Vieheuserum*, JCtum, literis, quæ ex *Baptistæ Fickleri* Actis Concilii MStis primum

Pag. 477 seq.

501 seq.

546 seq.

549.

primum hic publicantur, ſtipatum ad præſides Synodi, quorum etiam ad has literas reſponſio adjecta eſt. Nihil vero, ut do-
Pag. 550. cet hæc relatio, obtinuit Auguſtiſſimus Cæſar. Sequuntur 8) *Excerpta ex literis ad Imp. Ferdinandum, ab ejus oratoribus in divini calicis cauſa exaratis.* Perſcripta eſt hæc Epiſtola ad Cæſarem a *Georgio Draſcovizio*, Epiſcopo Quinque eccleſiarum, ſuo ceterorumque oratorum nomine, d. 18 Sept. A. 1562, qua ipſum certiorem reddit de fruſtraneo deſiderio calicem ſacrum
562. obtinendi. Hinc legitur 9) *Georgii Caſſandri Dialogus de Communione ſub utraque.* Recudendum quidem hunc Dialogum *Georgius Calixtus* Helmſtadii A. 1642, forma 4, cum aliis quibusdam ſcriptis & actis, ad controverſiam de calice divino facientibus, curavit; in editione vero Operum *Caſſandri*, a *Jo. Cordeſio* Lutetiæ Pariſiorum A. 1616 fol. publicata, deſideratur hic Dialogus. Huic igitur locum haud immerito hic conceſſit Dialogo Editor, ob id etiam inprimis, quod *Calixti* collectio in paucorum hodie verſe-
584. tur manibus. Subſequuntur 10) *Poſtulata Præſulum Hiſpanicorum in Concilio Tridentino,* ex MSto. Fruſtra hæc poſtulata apud *Pallavicinum* & *Raynaldum*, apud *Sarpium* ac *Pſalmæum*, alioſque, quæſivit diligentiſſimus Editor. Ad hanc igitur lacunam Hiſtoriæ Concilii Tridentini explendam ex *Fickleri* Actis Synodi manu exara-
590. tis edenda cenſuit. Habes, Lector, 11) *varias Obſervationes.* Hæ lectu jucundiſſimæ, ſcitu digniſſimæ, ſunt. Agunt vero de *Leonardo*, Abbate quondam Ottoburano, qui a *Mabillonii* inſimulatione vindicatur, de typographia, olim in monaſterio Ottoburano inſtituta, libriſque, in ea excuſis, de *Philippo Melanchthone*, Aſtrologiæ divinatrici nimium addicto, de *Jo. Garcæi* Aſtrologiæ methodo, de *Aldo Pio Manutio*, de *Franciſci I*, Gall. Regis, in literas meritis, & quæ ſunt plura adhuc hujus generis. Excipit has 12)
657. *Richardi Bartholini, Peruſini, Commentarius de Comitiis, Auguſtæ Vindelicorum A. 1518 ab Imp. Maximiliano I celebratis*, ob ſummam raritatem recuſus. Præmittitur huic notitia quædam tum de Autore hujus Commentarii, tum de aliis quibusdam, ad illorum Comitiorum hiſtoriam ſpectantibus. Inde de-
702. dit Editor 13) *Epiſtolas amœbeas Ludovici Bourgueti, Profeſſoris hodie Neocomenſis celeberrimi, ac primorum Evangelii* apud

apud Malebares præconum, ex ipsis avtographis descriptas. Varia omnino notatu digna ex hoc literarum commercio, inter *Bourguetum* & primos apud Malebares Evangelii præcones, *Ziegenbalgium* nimirum & *Gründlerum*, instituto, disci queunt. His adjuncta est 12) *Sylloge Epistolarum mutuarum D. Jo. Jacobi Scheuchzeri & Gisberti Cuperi*, ex ipsis avtographis depromta. Celeberrima *Scheuchzeri* & *Cuperi* esse nomina, vel nobis tacentibus omnes sciunt. Gratissimæ profecto hæ Epistolæ bonarum artium cultoribus erunt. Est enim in illis rerum amœnissimarum varietas, sermonis native fluentis suavitas, & variæ doctrinæ, inprimis naturalis, copia uberrima. Inde comparent 15) *Præfationes duæ Pauli Manutii*, quæ in *Krausiana*, eaque locupletissima, Epistolarum ac Præfationum ejus editione desiderantur. Prima harum præmissa fuit *Rhetoricorum ad C. Herennium Libris*, qui cum variis *M. Tullii Ciceronis*, ad artem oratoriam spectantibus, scriptis excusi sunt A. 1533 in ædibus *hæredum Aldi Manutii*, *Romani*, in 4. Altera præfixa fuit *Lactantii* Operibus, cum *Tertulliani Apologetico* A. 1535 Venetiis e typographia *Aldina* in 8 evulgatis, quæ editio & *Mich. Maittairii* & *Jo. Alb. Fabricii* industriam effugit; qua occasione etiam menda quædam haud levia in *Lexico eruditorum Lipsiensi* tollere laborat *Schelhornius*. Ita vero verba ibidem sese habent: *In recentissimæ editionis P. II col. 54 seq. trium* Manutiorum *mentio fit. De primo paucissima memorantur, quæ vero lima egent. Dicitur floruisse circa A. 1520, cum tamen A. 1515 jam mortalium cœtui fuerit exemtus. Dicitur præterea primus, qui in Italia libros Græcos excuderit; at jam ante ipsum Mediolani ac Florentiæ fuerunt, qui insignia quædam Opera Græca, eaque satis splendide, typis exscriberent, quod ex Cl.* Maittairii *Annal. typogr. constat.* Paulus *noster ab ipso patre* Aldo *literarum doctrina perpolitus fuisse dicitur; at ille huic nondum bienni anno jam 1515 morte ereptus fuit.* Aldo *juniori tribuitur illa musei inscriptio, quæ habetur in Lexico pag. 55, sed perperam. Supra januam enim cubiculi sui posuit illam* Aldus *senior, hujus avus, uti ex Præfatione in libros* Ciceronis de arte Rhetorica, *A. 1514 editos; patet, quæ etiam loco citato ante oculos nobis ponitur.*

Pag. 754. 1058. 1055.

nitur. En brevem hujus *Tomi* delineationem! Plura adhuc in medium afferri potuissent, si angusti, quibus circumscripti sumus, fines id nobis permisissent. Interim Lectoribus nostris certo certius confirmare possumus, varia in hac Collectione occurrere, quæ omnino idonea sint ad lacunas in Historia ecclesiastica varias supplendas, ad difficultates nonnullas tollendas, & ad perperam dicta emendanda. Desiderio quoque nostro, quod in recensione *Tomi primi* significavimus, satisfecit Cel. Editor. Adjunxit enim huic *Tomo* indicem rerum, qui simul memoratu digna *Tomi primi* complectitur. Rem omnibus gratissimam facturus videtur præstantissimus *Schelhornius*, si *Tomum* hunc *secundum* non esse omnium postremum, sed plures post se trahere alios, jusserit; quod ut perficiat, otium ei valetudinemque commodam ex animo comprecamur.

Grundlage einer Ehren-Pforte ꝛc.

hoc est,

GLORIA MUSICA, SIVE VITÆ EXCELLENtium Musicorum, Autore JOANNE MATTHESONIO.

Hamburgi, sumtu Autoris, 1740, 4.

Alph. 2 plag. 15.

Locus omnino suus in Historia literaria debetur Musicis ingenio, scientia, & arte, præstantibus, ac iis potissimum, qui sapientiæ suæ musicæ reliquerunt monumenta. Prisci certe ævi Musici eminentiores haud carent suis præconibus. Quare nec debita laude fraudandus Autor noster, inter principes nostri ævi Musicos dudum relatus, quemque adeo Musa & Musica sua mori vetabit, dum & ipse excellentissimorum Musicorum nostræ & proximæ ætatis memoriam conservare studet, de vita scriptisque eorum jucundissime disserens. Non enim nisi magnæ laudis viros hanc in scenam producere constituit. Ac pleraque, quæ de iis hic exponit, e monumentis hausit nondum editis, vel ab illis ipsis accepit, quorum hic fulgent

fulgent nomina. *Tres* autem in Præfatione dividit in *classes* Musicos suos; in *prima* eos collocans, qui perfecte tenuerunt scientiam musicam, & arte componendi, quam vocant, fuere instructissimi; in *secunda* eos, qui, cum aliarum scientiarum laude florerent, παρέργως ita coluerunt Musicam, ut etiam inter Musicos nomina sua profiteri possent; in *tertia* Musicos practicos, exercitio Musices, sive vocalis, sive instrumentalis, admirabiles. Hos omnes ordine exhibet alphabetico; cumque ipse specimen duntaxat *Historiæ Musicorum* proferat, vehementer optat, ut alii, suis vestigiis insistentes, pertexere hanc historiam ne graventur. Speciatim, ut *Jacobi Willischii*, Musici Vratislaviensis prorsus egregii, vita a quoquam scribatur edaturque, se desiderare, *pag. 291* profitetur. Etsi autem pluribus e nationibus hic producantur Musici, e. g. e Suecia *Ericus Burmannus*; e Belgio *Franciscus de Minde*, & *Jo. Petrus Schwelingius*; e Gallia *Claudius Goudimelus*, & *Michael de la Lande*; ex Italia *Jacobus Carissimi*, *Orlandus Lassus*, &, de quo copiosius agit, *Jo. Baptista de Lulli*; maximam tamen operam navavit Germanis. Atque ex his uberiorem descriptionem nacti sunt *Georgius Fridericus Hændelius*, *Reinhardus Keiserus*, *Laurentius Christophorus Mizlerus*, *Georgius Motzius*, *Joannes Pachelbelius*, *Wolfgangus Caspar Prinzius* sive *Princeps*, *Christophorus Raupachius*, *Jo. Adolphus Scheibius*, *Gottfr. Henr. Stœlzelius*, *Daniel Gottlieb Treu* sive *Fidelis*, *Matthias Weckmannus*, &, quem vocat *Megalandrum harmonicum*, *Georgius Philippus Telemannus*. Inter ceteros Germaniæ Musicos hic eminent *Henricus Albertus*, *Jo. Fridericus Alberti*, *Joannes Bæhrius*, *Christoph. Bernhardus*, *Georgius de Bertuch*, *Franciscus Henr. de Bibern*, *Sethus Calvisius*, *Pancratius Crugerius*, *Joannes Fischerus*, *Caspar Forsterus*, *Jo. Jacobus Frobergerus*, *Val. Barth. Hausmannus*, *Conr. Frid. Hurlebuschius*, *Gothofredus Krausius*, *Jo. Philippus* & *Joannes Kriegeri*, fratres, *Jo. Kuhnavius*, (cui & scientia, & arte musica, variaque præterea eruditione, parem se nosse neminem, ait *pag. 158*,) *Jo. Paulus Kunzius*, *Jo. Valentinus Mederus*, *Jo. Martinus Rubertus*. *Erasmus Sartorius*, *Hieronymus* & *Jacobus*

postulabat, in adultis venæsectione, mane, hora sexta, exhibebat hunc pulverem: ℞. Milleped. recens siccator. & pulverisator. gr. XV, Mercur. dulc. rite parati gr. ij gr. iij, ita, ut quotidiano ex usu non subsequatur salivatio, misc. f. Pulv. ad ch. Media abhinc hora, & vespertina quinta, porrigebat ægroto uncias octo hujus decocti: ℞. Radic. Sarseparill. sel. unc. iij - - - - - - unc. iiij. - - Chinæ sel. unc. dimid. Ligni sancti unc. unam & dimid. Argenti vivi probe depurati in petia libram dimidiam, Antimonii crudi in petia unc. iij. Concisa infundantur cum aquæ ferventis libris septem in vase vitreato, clauso per 24 horas; postea coque ad medietatem. Adde sub finem Ligni Sassafr. unc. dimid. Tecta sponte refrigescant. Colatura juste depurata detur usui. Residuo ex decocto primario adde radic. Sarsepar. sel. unc. unam & dimid. coque cum aquæ fontanæ libris novem, sive decem, ad tertiæ partis consumtionem. Adde sub finem Cinamom. v. gr. drachm. ij, flavedinem ex uno vel duobus pomis citri recentem. Tecta quoque sponte refrigescant. Cujus secundarii decocti colaturam concedebat pro potu ordinario, hac ratione ad 14 dies curationem extendens. Adhæc ægrotos per 20 priores dies mane ab assumtis remediis horam unam vel alteram sine sudore in lecto commorari jubens, per sequentes 20 dies, Laconico, quo sudor promoveretur, committebat, singulo quarto die ab eodem semper feriatos. Imperabat abstinentiam a crudis; tenacibus, salsis, acidis, & victum commendans tenuem, pro fallenda siti, nil nisi supra notatum decoctum secundarium permittebat, ab aura liberiori, atque frigida, insimul dehortatus. Infantibus puerisque grandioris adhuc ætatis dabat alternis diebus granum dimidium, & pro ratione ætatis grana duo Mercurii dulcis in conserva Borraginis, ceteris diebus pulverem radicis sarsaparillæ, ad scrupul. dimid. drachm. semiss. & decocti ejusdem simpl. unc. tres, unc. quat. Singulis vero diebus decoctum secundarium, superius descriptum, pro potu ordinario concedebat. Subjuncta etiam fuit methodus, qua gonorrhœam virulentam, tetræ atque fœdæ luis plerumque comitem, Noster feliciter superavit. Denique & accesserunt

cesserunt observationes practicæ, quæ dimidiam Opusculi partem constituunt, atque ea, quæ in ipsa Dissertatione exponuntur, illustrant amplius, atque confirmant. Agit enim earum *Cap. I* de contagio luis venereæ in tota familia; *Cap. II* de lue venerea, totam familiam inficiente; *Cap. III* de lue venerea, male per inunctiones mercuriales sanata, debellata nihilo minus postea Mercurii ministerio, sine salivatione; *Cap. IV* de lue venerea, salivationis efficaciam eludente, hinc citra illam sanata; *Cap. V* de lue venerea a salivationis ærumnis atque periculo superatis, tandem sanata; *Cap. VI* de distorsione oris cum hemicrania venerea, una cum consiliis *Wepferi* & *Brunneri*; *Cap. VII* de dolore capitis venereo, salivatione sanato; *Cap. VIII* de gonorrhœa inveterata: ubi & Autoris usitata olim methodus, inunctiones instituendi, designatur; *Cap. IX* de gonorrhœa cum tumore testiculi; *Cap. X* de gonorrhœa cum ipsius luis subrepentis indiciis; *Cap. XI* de lue venerea, salivationem etiam reiteratam frustrata; quibus omnibus denique annotationes aliquot succinctas de gonorrhœis additas videmus.

JOANNIS GEORGII SCHELHORNII AMOENItates Historiæ ecclesiasticæ & literariæ.

Tomus II.

Francofurti & Lipsiæ, sumtibus Dan. Bartholomæi & filii, 1738, 8.

Alph. 3 plag. 1.

Strenue pergit *Schelhornius* maxime venerabilis, sæpius in *Actis* nostris celebratus, eruditis suis collectionibus orbem literarium sibi devincire. Eccur vero illum sibi non devinciret, cum lectu semper utilia prudentissimo consilio colligere, prudenter autem collecta jucundissimis illustrare soleat observationibus? Hinc avidissime illius promissa plerumque expectantur, exoptanturque. Haud immerito exoptavimus continuationem harum *Amœnitatum Historiæ ecclesiasticæ & literariæ, primum* cum recensuimus illarum *Tomum*. Voti adeoque nostri

nostri compotes nos esse factos, omnino gaudemus, gaudebuntque omnes, qui harum rerum sunt amatores. Omnia, quæ in præsenti exhibentur *Tomo*, lectione satis sunt digna, quorum contenta nunc paucissimis cum Lectoribus nostris communicanda censemus. *Primum* locum occupat doctissimi Autoris Dissertatio *de Religione M. Antonii Flaminii.* Laudibus plane eximiis, quibus *Flaminium* propter insignem ejus in arte oratoria, Poesi, & Philosophia, facultatem ornarunt viri litera-
Pag. 3. tissimi, *Joach. Camerarius*, *Jo. Gagnæus*, *Hieron. Ghilinus*, *Longolius*, *Petr. Victorius*, adductis, egregia de pietate illius elo-
4. gia, ab *Hieron. Fracastorio*, *Q. Mario Corrado*, *Andreaque Ellingero*, lata, afferuntur, tandemque *Petri Pauli Vergerii*, *Thua-*
7 seq. *ni*, *Eliæ Vejelii*, *Antonii Teissierii*, *Petri Bælii*, *Sfortiæ Pallavicini*, *Franc. Mariæ Mancurti*, *Jac. de Laderchio*, atque *Pauli IV*, Pontificis M. copiosissima judicia de religione *Flaminii* nobiscum communicantur. Quibus præmissis, Cl. Autor ex
43 seq. *Flaminii* potissimum scriptis demonstrat, illum in præcipuis fidei Christianæ capitibus nobiscum amice conspirasse. Ab ini-
51. quis præterea judiciis *Sandii*, & *Petri Bælii*, qui inter Antitrinitarios *Flaminium* retulerunt, vindicatur, &, ad summum *Flaminii* sinceræ pietatis cultum eximiumque doctrinæ cœlestis
87-179. studium declarandum, ejus aliquot Epistolæ, quas olim ex Italico sermone in Latinum transtulit, & Norimbergæ A. 1571, 8, evulgavit *Joach. Camerarius*, exhibentur. Legimus 2) Ob-
180. servationem *de Petri Carnesecæ martyrio.* Repetuntur hic ex novissimo *Annalium eccles. Baronii* continuatore, *Jac. de Laderchio*, *Tom. XXII fol. 97 seq. ad A. 1566*, capita accusationis, in
210 seq. *Carnesecam* Romæ institutæ, ac tandem innocentissimi viri nece finitæ. Habes 3) *Historiam Clementis VII, Pontif. Rom.*, *Jacobo Zieglero* autore, ad annum circiter 1526 deductam, e Codice manu exarato nunc primum editam, ac testimoniis aliorum corroboratam; cui præmissa est doctissima *Schelhornii* Dissertatio
380 seq. *de fide, vita, ac scriptis Jacobi Ziegleri.* Succedit 4) Notitia librorum, in quibus acta quædam Concilii Tridentini collecta exhibentur. Nimis longum foret, integros horum librorum titulos afferre; XVIII enim collectiones actorum & decretorum

Concilii

Concilii Tridentini hic copiose recensentur dijudicanturque. Sequuntur 5) *Monita nonnulla Ferdinandi I Imp. ad Pium IV, Pontificem Max.* cum de Concilio Tridenti iterum celebrando consilia agitaret, ex MSto coævo, inter *Staphyli* schedas reperto. Ex historiarum monumentis constat, *Ferdinandum I* pro eximia sua prudentia varias *Pio IV*, Rom. Pontifici, difficultates singulari scripto ob oculos posuisse, cum Concilium Tridentinum iterum convocare decrevisset. Cujus scripti summa capita *Pallavicinus Historiæ* suæ *Tom. II Lib. XIV Cap. 13 fol. 206*, & *Odoricus Raynaldus Annal. Eccles. Tom. XXI Part. II fol. 240*, inseruit. Difficultates vero, sibi ab Imp. objectas, ut dilueret Pontifex, misit *Zachariam Delphinum*, Episcopum Pharensem, in aulam Cæsaream, ut necessitatem restituendi Tridentini Concilii omni studio urgeret; cui ipsi etiam responsum ad *Ferdinandi* scriptum, jamjam commemoratum, tradidit. Exhibet hoc responsum *Raynaldus l. c. fol. 241.* Cui responso Imperator ea, quæ hic legimus, monita reposuit. Gratissima hæc monita, integra nunc publicata, Lectoribus fore, merito auguramur, præcipue cum apud *Pallavicinum l. c. Cap. 17 fol. 215* perfunctoria hujus scripti mentio, apud *Raynaldum* vero *l. c. fol. 246* ex tabulario Vaticano quædam tantummodo fragmenta, occurrant. Exstat 6) *Consilium ad Imperatorem Ferdinandum I, de reformanda ecclesia*, e MSto. Huic Consilio, ut nobis significat Cel. Editor, appictum erat nomen: *consilium Antipapale*, quod jure ipsi tribuendum videtur. Saluberrima enim de reformanda ecclesia in se continet monita, simulque miserrimum eorum temporum statum indicat. Scriptum est, ut hariolatur *Schelhornius*, circa A. 1562. Habemus 7) *Friderici Staphyli Relationem de actis Oratoris Bavarici, in calicis eucharistici causa Romam ad summum Pontificem ablegati*, ex ipso avtographo. Serenissimus Dux Bavariæ *Albertus* in ipso Concilio Tridentino per oratorem suum, *Augustum Baumgærtnerum*, JCtum, calicis divini concessionem expetendam curavit; quo vero felicius re desiderata potiretur Celsissimus Dux, misit ad Pontificem Romanum, *Paulum IV*, *Sigismundum Viehenserum*, JCtum, literis, quæ ex *Baptistæ Fickleri* Actis Concilii MStis

Pag. 477 seq. — 501 seq. — 546 seq. — 549.

primum hic publicantur, stipatum ad præsides Synodi, quorum etiam ad has literas responsio adjecta est. Nihil vero, ut do-
Pag. 550. cet hæc relatio, obtinuit Augustissimus Cæsar. Sequuntur 8) *Excerpta ex literis ad Imp. Ferdinandum, ab ejus oratoribus in divini calicis causa exaratis.* Perscripta est hæc Epistola ad Cæsarem a *Georgio Drascovizio*, Episcopo Quinque ecclesiarum, suo ceterorumque oratorum nomine, d. 18 Sept. A. 1562, qua ipsum certiorem reddit de frustraneo desiderio calicem sacrum
562. obtinendi. Hinc legitur 9) *Georgii Cassandri Dialogus de Communione sub utraque.* Recudendum quidem hunc Dialogum *Georgius Calixtus* Helmstadii A. 1642, forma 4, cum aliis quibusdam scriptis & actis, ad controversiam de calice divino facientibus, curavit; in editione vero Operum *Cassandri*, a *Jo. Cordesio* Lutetiæ Parisiorum A. 1616 fol. publicata, desideratur hic Dialogus. Huic igitur locum haud immerito hic concessit Dialogo Editor, ob id etiam inprimis, quod *Calixti* collectio in paucorum hodie verse-
584. tur manibus. Subsequuntur 10) *Postulata Præsulum Hispanicorum in Concilio Tridentino,* ex MSto. Frustra hæc postulata apud *Pallavicinum* & *Raynaldum*, apud *Sarpium* ac *Psalmæum*, aliosque, quæsivit diligentissimus Editor. Ad hanc igitur lacunam Historiæ Concilii Tridentini explendam ex *Fickleri* Actis Synodi manu exara-
590. tis edenda censuit. Habes, Lector, 11) *varias Observationes.* Hæ lectu jucundissimæ, scitu dignissimæ, sunt. Agunt vero de *Leonardo*, Abbate quondam Ottoburano, qui a *Mabillonii* insimulatione vindicatur, de typographia, olim in monasterio Ottoburano instituta, librisque, in ea excusis, de *Philippo Melanchthone*, Astrologiæ divinatrici nimium addicto, de *Jo. Garcæi* Astrologiæ methodo, de *Aldo Pio Manutio*, de *Francisci I*, Gall. Regis, in literas meritis, & quæ sunt plura adhuc hujus generis. Excipit has 12)
657. *Richardi Bartholini, Perusini, Commentarius de Comitiis, Augustæ Vindelicorum A. 1518 ab Imp. Maximiliano I celebratis*, ob summam raritatem recusus. Præmittitur huic notitia quædam tum de Autore hujus Commentarii, tum de aliis quibusdam, ad illorum Comitiorum historiam spectantibus. Inde de-
702. dit Editor 13) *Epistolas amœbeas Ludovici Bourgueti, Professoris hodie Neocomensis celeberrimi, ac primorum Evangelii* apud

apud Malebares præconum, ex ipsis avtographis descriptas. Varia omnino notatu digna ex hoc literarum commercio, inter *Bourguetum* & primos apud Malebares Evangelii præcones, *Ziegenbalgium* nimirum & *Gründlerum*, instituto, disci queunt. His adjuncta est 12) *Sylloge Epistolarum mutuarum D. Jo. Jacobi Scheuchzeri & Gisberti Cuperi*, ex ipsis avtographis depromta. Celeberrima *Scheuchzeri* & *Cuperi* esse nomina, vel nobis tacentibus omnes sciunt. Gratissimæ profecto hæ Epistolæ bonarum artium cultoribus erunt. Est enim in illis rerum amœnissimarum varietas, sermonis native fluentis suavitas, & variæ doctrinæ, inprimis naturalis, copia uberrima. Inde comparent 15) *Præfationes duæ Pauli Manutii*, quæ in *Krausiana*, eaque locupletissima, Epistolarum ac Præfationum ejus editione desiderantur. Prima harum præmissa fuit *Rhetoricorum ad C. Herennium Libris*, qui cum variis *M. Tullii Ciceronis*, ad artem oratoriam spectantibus, scriptis excusi sunt A. 1533 in ædibus *hæredum Aldi Manutii*, *Romani*, in 4. Altera præfixa fuit *Lactantii* Operibus, cum *Tertulliani Apologetico* A. 1535 Venetiis e typographia *Aldina* in 8 evulgatis, quæ editio & *Mich. Maittairii* & *Jo. Alb. Fabricii* industriam effugit; qua occasione etiam menda quædam haud levia in *Lexico eruditorum Lipsiensi* tollere laborat *Schelhornius*. Ita vero verba ibidem sese habent: *In recentissimæ editionis P. II col. 54 seq. trium* Manutiorum *mentio fit. De primo paucissima memorantur, quæ vero lima egent. Dicitur floruisse circa A. 1520, cum tamen A. 1515 jam mortalium cœtui fuerit exemtus. Dicitur præterea primus, qui in Italia libros Græcos excuderit; at jam ante ipsum Mediolani ac Florentiæ fuerunt, qui insignia quædam Opera Græca, eaque satis splendide, typis exscriberent, quod ex Cl.* Maittairii *Annal. typogr. constat.* Paulus *noster ab ipso patre* Aldo *literarum doctrina perpolitus fuisse dicitur; at ille huic nondum bienni anno jam 1515 morte ereptus fuit.* Aldo *juniori tribuitur illa musei inscriptio, quæ habetur in Lexico pag. 55, sed perperam. Supra januam enim cubiculi sui posuit illam* Aldus *senior, hujus avus, uti ex Præfatione in libros* Ciceronis de arte Rhetorica, *A. 1514 editos; patet, quæ etiam loco citato ante oculos nobis po-*

Pag. 754.

1058.

1055.

 nitur.

nitur. En brevem hujus *Tomi* delineationem! Plura adhuc in medium afferri potuissent, si angusti, quibus circumscripti sumus, fines id nobis permisissent. Interim Lectoribus nostris certo certius confirmare possumus, varia in hac Collectione occurrere, quæ omnino idonea sint ad lacunas in Historia ecclesiastica varias supplendas, ad difficultates nonnullas tollendas, & ad perperam dicta emendanda. Desiderio quoque nostro, quod in recensione *Tomi primi* significavimus, satisfecit Cel. Editor. Adjunxit enim huic *Tomo* indicem rerum, qui simul memoratu digna *Tomi primi* complectitur. Rem omnibus gratissimam facturus videtur præstantissimus *Schelhornius*, si *Tomum* hunc *secundum* non esse omnium postremum, sed plures post se trahere alios, jusserit; quod ut perficiat, otium ei valetudinemque commodam ex animo comprecamur.

Grundlage einer Ehren-Pforte ꝛc.

hoc est,

GLORIA MUSICA, SIVE VITÆ EXCELLENTIUM Musicorum, Autore JOANNE MATTHESONIO.

Hamburgi, sumtu Autoris, 1740, 4.

Alph. 2 plag. 15.

Locus omnino suus in Historia literaria debetur Musicis ingenio, scientia, & arte, præstantibus, ac iis potissimum, qui sapientiæ suæ musicæ reliquerunt monumenta. Prisci certe ævi Musici eminentiores haud carent suis præconibus. Quare nec debita laude fraudandus Autor noster, inter principes nostri ævi Musicos dudum relatus, quemque adeo Musa & Musica sua mori vetabit, dum & ipse excellentissimorum Musicorum nostræ & proximæ ætatis memoriam conservare studet, de vita scriptisque eorum jucundissime disserens. Non enim nisi magnæ laudis viros hanc in scenam producere constituit. Ac pleraque, quæ de iis hic exponit, e monumentis hausit nondum editis, vel ab illis ipsis accepit, quorum hic fulgent

fulgent nomina. *Tres* autem in Præfatione dividit in *classes* Musicos suos; in *prima* eos collocans, qui perfecte tenuerunt scientiam musicam, & arte componendi, quam vocant, fuere instructissimi; in *secunda* eos, qui, cum aliarum scientiarum laude florerent, παρέργως ita coluerunt Musicam, ut etiam inter Musicos nomina sua profiteri possent; in *tertia* Musicos practicos, exercitio Musices, sive vocalis, sive instrumentalis, admirabiles. Hos omnes ordine exhibet alphabetico; cumque ipse specimen duntaxat *Historiæ Musicorum* proferat, vehementer optat, ut alii, suis vestigiis insistentes, pertexere hanc historiam ne graventur. Speciatim, ut *Jacobi Willischii*, Musici Vratislaviensis prorsus egregii, vita a quoquam scribatur edaturque, se desiderare, *pag. 291* profitetur. Etsi autem pluribus e nationibus hic producantur Musici, e. g. e Suecia *Ericus Burmannus*; e Belgio *Franciscus de Minde*, & *Jo. Petrus Schwelingius*; e Gallia *Claudius Goudimelus*, & *Michael de la Lande*; ex Italia *Jacobus Carissimi*, *Orlandus Lassus*, &, de quo copiosius agit, *Jo. Baptista de Lulli*; maximam tamen operam navavit Germanis. Atque ex his uberiorem descriptionem nacti sunt *Georgius Fridericus Hændelius*, *Reinhardus Keiserus*, *Laurentius Christophorus Mizlerus*, *Georgius Motzius*, *Joannes Pachelbelius*, *Wolfgangus Caspar Prinzius* sive *Princeps*, *Christophorus Raupachius*, *Jo. Adolphus Scheibius*, *Gottfr. Henr. Stælzelius*, *Daniel Gottlieb Treu* sive *Fidelis*, *Matthias Weckmannus*, &, quem vocat *Megalandrum harmonicum*, *Georgius Philippus Telemannus*. Inter ceteros Germaniæ Musicos hic eminent *Henricus Albertus*, *Jo. Fridericus Alberti*, *Joannes Bæhrius*, *Christoph. Bernhardus*, *Georgius de Bertuch*, *Franciscus Henr. de Bibern*, *Sethus Calvisius*, *Pancratius Crugerius*, *Joannes Fischerus*, *Caspar Forsterus*, *Jo. Jacobus Frobergerus*, *Val. Barth. Hausmannus*, *Conr. Frid. Hurlebuschius*, *Gothofredus Krausius*, *Jo. Philippus* & *Joannes Kriegeri*, fratres, *Jo. Kuhnavius*, (cui & scientia, & arte musica, variaque præterea eruditione, parem se nosse neminem, ait *pag. 158*,) *Jo. Paulus Kunzius*, *Jo. Valentinus Mederus*, *Jo. Martinus Rubertus*, *Erasmus Sartorius*, *Hieronymus* & *Jacobus*

Prætorii, *Tobias Volckmarus*, &, qui *Lexicon* edidit *musicum*, quod Noster sæpe supplet, sæpe emendat, *Jo. Gotbofr. Waltherus*. Nec vero omittere hic sui ipsius mentionem debebat Autor. Proinde longam de vita scriptisque ejus narrationem deprehendimus *pag. 187-217*; quam facile crederes ab ipso compositam esse, nisi præfatus esset, alium esse compositorem, sed eum fide dignissimum. Cognoscimus hinc, Hamburgi eum A. 1681 natum esse; A. 1706 creatum fuisse, atque adhuc esse, Legati Britannici, Hamburgi degentis, Secretarium; A. 1715 constitutum esse ab Hamburgensi Senatu Directorem Musices; quo quidem munere A. 1728 se abdicavit. Plena est hæc descriptio amœnitatis, repræsentans *Matthesonium* musicas meditationes negotiis distinguentem politicis, ac modo Musicæ toto pectore intentum, modo commissa sibi civilia negotia perdiligenter tractantem, modo libros scribentem musici argumenti exasciatissimos, modo Anglica scripta patriam convertentem in linguam; ut appareat, eum inter ætatis nostræ polygraphos referri oportere. Ac docet ipse in *Præf. pag. 36*, librum hunc, quem recensemus, esse librorum suorum quinquagesimum quintum. Qui scripsit hanc vitam, ingenium Nostri his *Plinii* verbis *pag. 217* exprimendum judicavit: *Est homo ingeniosus, acutus, acer, & qui plurimum in scribendo & salis habet & fellis, nec candoris minus.* Non videtur nobis omittendum, quod eruditissimus Autor noster *pag. 41 seq.* docte & copiose, nec minus modeste, pugnat adversus *Conringium*, qui scripserat, Musicam reddere homines ignavos & imbelles, atque apud Romanos veteres in contemtu fuisse.

D. ROMANI TELLERI, S. THEOL. PROFESS. Ord. in Acad. Lips. Institutiones Theologiæ homileticæ, methodo scientiis sacris digna adornatæ. In usum Auditorum. Adjuncta est STEPHANI GAUSSENI Dissertatio, Notis quibusdam illustrata.

Lipsiæ, sumtibus Jo. Frid. Gleditschii, 1741, 8.

Plag. 21½.

Libellis,

Libellis, quibus institutiones studii homiletici traduntur, rarissime in hisce *Actis* est locus, eo quod plerumque solent viam servare pervulgatam. At hujus, quem designamus, longe alia est ratio, alius habitus, alia forma. Intellexit enim S. Rev. Autor, non deficere nos in causa homiletica, quod certum sciri ac plane cognosci possit. Eam ob causam circumspexit evidentem & necessariam concludendi viam. Principia autem assumsit non alia, ac divinitus nobis patefacta, sacrosanctis ex literis decerpenda. Inde vero quæ enascuntur conclusiones, ex necessaria consecutione, quid verum sit, quid falsum, nos aperte docent. Doctissimus igitur Autor suam curam & cogitationem in id contulit, ut continua propositionum copulatione ex primis veritatibus, tanquam fundamentis positis, conclusiones efficerentur, literis divinis consentaneæ, atque ad sermones de rebus divinis habendos accommodatæ. Animadvertunt jam fanatici homines, modum de rebus sacris disserendi dari præscripto Dei respondentem, nec quemvis sermonem, de rebus divinis perspicue, ordine, & vere, institutum, ludicro vanitatis cognomine esse exagitandum. *Stephani Gausseni* libellum, seu *de ratione concionandi Orationem*, edidit quidem B. *Jo. Jacobus Rambachius* una cum ceteris *Gausseni* Dissertationibus, sua ornatam Præfatione A. 1727; at optaverant haud pauci, ut ea denuo prodiret in lucem. Abstersit Editor novus menda complura libraria, quibus in editionibus antiquioribus plana verborum sententia aut valde erat obscurata, aut penitus corrupta. Dolet id unum, desiderari sermonis elegantiam in *Gausseni* scriptis. Nec tamen inficiatur, nævi hujus quicquid est, pensari rerum excellentia, ingenii virtute, & sententiarum gravitate. Institutiones S. Rev. Autoris, ad quas jam progredimur propius intuendas, *Capitibus* constant septem. *Caput primum* continet definitiones & præcognoscenda. *Secundum* de materiarum indagatione inscribitur. *Tertio* exponitur de materiarum dispositione. Abit hoc *Caput* in *sex Sectiones*. *Prima* de variis dispositionis proprietatibus ac divisionibus generatim agitur. Pag. 73. *Secunda* edisseritur methodus analytica. *Tertiæ* propria est methodi syntheticæ recensio. *Quarta* exponi-

exponitur de partitione in methodo utraque. *Quinta* agitur de ſchematica diſpoſitione, cui exiguum vel nullum Cel. Au-
Pag. 120. tor ſtatuit ex merito pretium. *Sexta* repræſentat tractationem de methodo anniverſaria, tutius omittenda, quam adhibenda. *Caput quartum* exhibet deinceps ea, quæ propoſitioni dicendæ præmitti ſolent. Blandiora alloquia exordialia Cel. Vir meri-
126. to reprehendit. *Capite quinto* diſſeritur de *tractatione*, quam vocant, *homiletica*. Continuo genuinum ſcopum S. Rev. Autor ob oculos habet poſitum. Quare mirandum non eſt, ſi nævos ad unum omnes, quos oſtentatio, vel inertia, & prava conſuetudo, in fundum Theologiæ homileticæ invexit, idem ſolidis argu-
143. mentis evertit ac profligavit. Monet ipſe perpulchre, homileticam tractationem omnino eandem eſſe debere, quæ popularis, ſive ἐξωτερική, appellatur, & ea, quæ ad exquiſitam eruditamque Theologiæ tractationem, quatenus ea eſt talis, neceſſario requiruntur, eſſe in populari ac homiletica pro ἀλλοτρίοις
146. & ſupervacaneis habenda. Tractationis argumenta haud admittit plura, quam *explicantia, probantia, commoventia*. Quanto uſu excellat verborum explanatio ſolida, oſtendit variis, iisque pon-
153. deroſis, exemplis. De translatione Bibliorum, quam B. *Luthe-*
155. *rus* adornavit, ſic judicat: *Quanquam, ab hermeneuticis erroribus non eſſe liberam, qua utimur, verſionem, ingenue fateamur, nullus tamen in ea deprehenditur error dogmaticus, doctrinæ vel*
160. *fidei, vel morum, repugnans.* Propoſitionem, tractationi præmittendam, eſſe vel dogmaticam, vel hiſtoricam, vel mixtam, docet.
182. Dogmaticam ſubdividit in theoreticam & practicam. De uſu elenchtico inprimis ſaluberrime exponit. De dictionis natura & pronuntiatione ita diſſerit, ut rei & lectori ex aſſe faciat ſatis. Dictione utitur limpida, pura, venuſta, & ad finem accommodata. Nihilo ſecius adhibet methodum mathematicam, quam fugiunt permulti, quia, eam a ſcriptura elegante & terſa disjunctiſſimam, ſalebrisque Scholaſticorum tinctam eſſe, immerito arbitrantur. Suppeditavit Cel. Vir eis, qui methodi apodicticæ ſunt hoſtes, exemplum, quo doceri poſſint, ſolidam ac planam rei tractationem, caſtamque & profluentem dictionem, vinculo ſororio poſſe inter ſeſe conjungi, nec neceſſum eſſe, ut catenata veritatum ſeries cum ærugine ac barbarie vocum, Magiſtro ſententiarum probata, uſquequaque iverit in familiaritatem.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Septembris Anno MDCCXLII.

Pars I.

PAULI OROSII, PRESBYTERI HISPANI, ADversus Paganos Historiarum Libri septem, ut & Apologeticus contra Pelagium de arbitrii libertate. Ad fidem MStorum, & præsertim Codicis Longobardici antiquissimi Bibliothecæ Florentinæ Mediceæ S. Laurentii, adjectis integris Notis FRANC. FABRICII MARCODURANI & LUD. LAUTII, recensuit, suisque animadversionibus, nummisque antiquis plurimis, illustravit, SIGEBERTUS HAVERCAMPUS.

Lugduni Batavorum, apud Gerardum Potuliet, 1738, 4 maj.

Alph. 3 plag. 18.

Paulus Orosius, Scriptor Christianus Seculi post Christum natum quinti, natione Hispanus, Presbyter Tarraconensis in patria, *Augustinum*, Hipponensium Præsulem, adiit, aut a duobus, ut creditur, Episcopis missus, aut divino instinctu invitatus, quemadmodum ipse fatetur in quadam Epistola ad *Augustinum*, ad id scripta, ut nonnullarum difficultatum solutionem ab eo impetraret. Commoratus est apud illum aliquandiu, ejusque nutu & hortatu contra paganos calamum strinxit, non ut ostenderet stultitiam tot Numinum colendorum, hujusque religionis vanitatem, sed ut evinceret, nequaquam pejorem orbis terrarum, vigente in eo publico veri Dei cultu, & recepta religione Christiana, esse conditionem, quam semper & passim

ab initio fuerat. Namque pagani, Christianam religionem, protendebant, esse causam calamitatum & cladium Romanarum; quam ut calumniam dilueret *Orosius*, septem Historiarum Libros scripsit, iisque probavit, etiam antiquissimis temporibus exempla exstitisse tragica, historiam antiquissimam usque ad sua tempora variis ex Autoribus repetens. Laudibus non vulgaribus propterea effertur *Orosius* ab eruditis, *Cassiodoro* Christianorum temporum & paganorum collator, *Casaubono* optimus scriptor & zelo domus Dei plenus, appellatus, ut alios taceamus, qui ejus pietatem diligentiamque mirantur, quanquam, suos etiam ipsum pati manes, non sit dissimulandum. Diu jam est, quod docti viri novam desiderarunt *Orosii* editionem, quam etiam olim promiserant *Gerbardus van Mastricht* & *Jo. Clericus*, cum quibus spes nova luce hunc Autorem collustratum videndi simul sepulta fuit. Votis tamen nunc literatorum satisfecit Cl. *Sigeb. Havercampus*, qui nitidam & elegantem, cujus nunc formam describimus, nobis dedit *Orosii* editionem. Inter Autores veteres, qui sunt sub artis typographicæ initia primi in lucem editi, fuit hic *Paulus Orosius*, qui ante exitum Seculi decimi quarti tribus diversis locis prodiit impressus. Antiquissimam editionem B. *Jo. Alb. Fabricius* Basileensem esse putat, ab *Ænea* quodam recensitam, & excusam apud *Leonbardum*, sine anni indicio, sed quæ videtur diu ante exitum Seculi decimi quinti prodiisse. Clariss. vero *Havercampus* nobis confirmat, *Fabricium* hac in re aliquid humani fuisse passum, siquidem hæc editio non Basileæ, sed Vicentiæ, prodierit. Atque hoc ipsum carmine, ad libri calcem adjecto, probat, ex quo fiat clarum, *Hermannum Coloniensem* eam publicasse, & *Æneam Vulpem*, Vicentinum, illam correxisse. Quod vero *Hermannus Coloniensis*, quamvis patria Coloniensis, omnes suos libros Vicentiæ impresserit, & A. 1494 obierit, ex *Mich. Maittairii* Annalibus typographicis nos docet, simulque notat, hanc editionem A. 1475 prelum reliquisse. Hanc sæpe in observationibus ad *Orosium* editionem primam & principem vocat, quamvis de principatu & antiquitate litem ei movere possit alia editio *Orosii*, quæ anni notam exhibet, & germano Gothico charactere Augustæ A. 1471 per *Jo. Schurzler* est impressa. Tertio prodiit *Orosius*

ſus Venetiis opera *Octaviani Scoti* A. 1483, & iterum Venetiis A. 1500. Ab eo tempore Seculo decimo ſexto prela ſæpe fatigavit *Oroſius* Pariſiis & Coloniæ, hæque editiones omnes, inprimis vero *Franciſci Fabricii* & *Andr. Scotti*, diligenter a Cl. *Havercampo* recenſentur. Ultima editio Cl. Editori videtur eſſe illa *Andr. Scotti*, quæ Moguntiæ A. 1615 prodiit, ut adeo plus centum & viginti annis, quemadmodum ſcribit ipſe, in tanto veteres Autores ad prela revocandi ardore ſine cujusquam editoris cura jacuerit *Oroſius*, cujus tamen tot antea ſe invicem exceperant editiones. Nos quidem ii non ſumus, qui hac de re Viro Celeberrimo controverſiam movere in animum induximus; ſignificamus tamen, ad manus nobis eſſe recentiorem editionem, quæ cum *Fabricii, Lautii*, & *Scotti*, annotationibus Moguntiæ A. 1663 lucem adſpexit. Sed præivit Cl. *Havercampo* B. *Fabricius*, qui in *Bibliotheca Latina* editione illa Moguntina recentiorem non attulit. Quicquid autem horum fit, in illa, quam pro ultima editione habet, multa errata deprehendit *Havercampus*, neque *Fabricium* in emendando & illuſtrando *Oroſio* ita verſatum fuiſſe credit, ut omne poſſit punctum tuliſſe dici. Operæ itaque duxit eſſe pretium, ut ad Codices manu exaratos hi *Oroſii* Hiſtoriarum libri recenſerentur. Propterea non modo omnes, quas habuit cognitas, editiones contulit, ſed etiam quinque Codicibus adjutus fuit ex Bibliotheca, quæ Lugduni Batavorum eſt, tribus ex Florentina, uno ex Ultrajectina, unum ipſe poſſedit, & collationem Codicis antiquiſſimi, ſumma cura a Cl. *Jac. Gronovio* inſtitutam, ipſi conceſſit filius, *Abr. Gronovius*. Quem ipſe poſſidet Codicem, ex Bibliotheca *Hulſiana* accepit, in pergameno per columnas ſcriptum, quem ſibi plurimum profuiſſe fatetur. Ultrajectinum *Otto Arntzenius* contulit. Ex Codicibus Bibliothecæ Lugdunenſis unus A. 1463 in charta ſcriptus, adeoque valde recens, eſt, & vitiis quibusdam laborat, in multis tamen lectionibus cum optimis conſpirat. Ex quatuor reliquis Lugdunenſibus unus olim *Nic. Heinſii*, & deinde *Iſaaci Voſſii*, fuit, alter in fine notatur ſcriptus manu fratris *Everardi de Nouongio*, tertius *Oroſii* Codex vocabitur, & *Juſtini* quoque libros continet, quartus, membranaceus, olim ad *Iſaacum Voſſium* pertinuit. Neque

que tamen his, in patria repertis, ſubſidiis contentus fuit, ſed Florentiam adiit, ubi in Bibliotheca *Laurentiana* inſignis Codex *Oroſii* aſſervatur, Longobardicis literis exaratus. Hunc in illa Bibliotheca contulit *Ant. Maria Biſcionius.* Antiquiſſimus hic Codex eſſe, & fere mille annorum ætatem præ ſe ferre, perhibetur; quæ cauſa eſt, cur ex eo Cl. *Havercampus* nonnullas lineas æri incidendas curaverit, quo lector de ejus antiquitate judicare poſſit, & quidem duplici vice, ſemel poſt Præfationes & Dedicationes, ubi orthographiam hujus Codicis exhibuerat, iterum *pag. 70.* Præterea in eadem Bibliotheca Florentina duo alii Codices collati ſunt. Tanta itaque cura fuit Cl. Editori in hoc Autore recenſendo, ut non ſolum Codices MStos frequenter in conſilium advocaverit, ſed etiam editiones, ut putat, omnes conſuluerit. Integræ obſervationes acceſſerunt ad hanc editionem *Franc. Fabricii, Marcodurani,* & *Lud. Lautii*; quibus & ipſe ſuas addidit Cl. Editor, quæ partim variantes lectiones recenſent, partim *Oroſium* illuſtrant, advocatis aliorum Autorum teſtimoniis. Nummis plurimis hinc inde diſtinctum etiam videbis Opus, qui res memoratas plenius exponunt, & allata confirmant, ut Cl. Editori quidem videtur. In eo laudandus inprimis videtur *Havercampus*, quod non tacuit nævos *Oroſii*, id non ſolum generatim obſervans, quod multis anilibus fabulis plenus ſit Autor, quando e. g. veſtigia reliquiſſe conſpicienda adhuc Ægyptiorum perſequentium currus, narrat, ſed ſpeciatim etiam varios errores *Oroſii* non premens ſilentio, quando e. g. *Terentium* Comicum, & *Terentium* Culleonem, confudit Hiſtoricus *pag. 269.* Libellus *Oroſii*, qui *Apologia, ſive de arbitrii libertate contra Pelagianos*, inſcribitur, etiam additus eſt in hac editione, quia *Fabricius* in altera editione eum ſubjunxerat, & in omnibus fuerat recentus. Apparet tamen ſine omnibus annotationibus, niſi quod nonnunquam Scripturæ S. loci fuerint ſollicitius excitati. Ampla fuit olim diſputatio inter eruditos, cur hæc Hiſtoria *Oroſii* in nonnullis Codicibus *Hormeſta* aut *Orcheſtra* fuerit inſcripta, nec hodie plane hæc ſopita eſt. Sed neutra ex huc uſque prolatis ſententiis ſatisfacere potuit Cl. *Havercampo.* Putat

is

is potius, hanc inscriptionem corruptam esse ex verbis *de miseria mundi*, & hunc verum esse libri titulum. Ceterum hanc novam *Orosii* editionem gratulamur orbi erudito, siquidem ex illa multum proficere poterunt, qui hoc Autore impensius delectantur.

COMMENTATIONES HISTORICÆ ET CRITICÆ JO. DAN. SCHOEPFLINI, Consil. & Historiographi Gall. Reg. Acad. Inscript. & Societ. Angl. Sodal. Hist. & Eloqu. in Universit. Argent. Professoris.

Basileæ, typis Jo. Henr. Deckeri, 1741, 4.
Alph. 3 plag. $4\frac{1}{2}$.

Academicarum Commentationum neque recens, neque nisi cum insigni literariæ Reipublicæ commodo conjunctum, institutum est, Lector. Vidit, ab aliquot inde Seculis, doctissimorum virorum pertinacem in illis concinnandis industriam literatus orbis; accepit prolata in lucem, cum judicio illustrata, atque diducta penitus, elegantissima plerumque, & veteris & recentioris Historiæ monumenta, eo quidem magis commendata, quod in re una defixa solertia, facilius consummati quid pollicebatur, quam ubi per transitum quasi in magnis illis Historiarum operibus attinguntur quædam magis, quam illustrantur. *Solent enim*, quemadmodum recte *Morhosius* in *Polyhist. I, 1, 21, 31, pag. 243, plerumque Autores earum, in omnibus congerendis, quæ quacunque ratione ad argumentum pertinent, esse operosi, & maxime singularia congerere.* Attamen multorum etiam inanis labor circa infames materias versatus est, de quibus suo jam tempore *Gellius*; adeo, ut amplitudines logicæ, quæstiunculæ metaphysicæ, & quæ sunt nugarum reliqua, Iberas nænias dixeris, multos deridendos propinarint. Conversa hæc in thuris piperisve cucullos, doctissimarum quarumque Dissertationum in infinitum auxere pretium, ita quidem, ut exiguo temporis spatio fiant rarissimæ, in librariorum quoque tabernis quæsitæ frustra. Magnam proinde laudem merentur, qui selectas Com-

mentationes, collectas in volumem, *Grævii Creniique* exemplo, curant exscribi iterum, atque ita hoc dant eruditorum gloriæ, ut, mortui cum sint, pergant vivere. Supersedemus facile commemorare destinationum istiusmodi specimina; quis enim *Conringii*, *Bœcleri*, *Schurtzfleischii*, *Hertii*, *Witsii*, *Fabricii*, *Menckenii*, aliorumque, Commentationes, congestas in unum, prodiisse, nisi forte levi literarum cura tangitur, ignorat? At majoribus multo digni erunt encomiis, qui, quæ per vices protruserunt in lucem, simul prodire ipsi jubent, ubi animadvertunt, gratam fuisse literatis acceptamque operam, quam scriptis suis impenderunt. Ita major his fides, quia non aliena, sed sua, promunt, soli quippe aptissimi, qui suis vel addant, quod suggesserunt δευτέραι φροντίδες, vel demant. Idem fecit volumine, quod exhibemus, non Alsatiæ modo suæ & Argentinæ, sed totius orbis eruditi, decus insigne, Celeberrimus *Schœpflinus*. Cum enim inde a multo tempore Eloquentiæ & Historiarum Professor, varias, & historici, & critici, argumenti Commentationes edidisset; non passus est carere nos doctissimis meditationibus, quas doctorum aviditas rariores fecerat. Itaque collectas in unum volumen ita lectorum usui adaptavit, ut novo sibi beneficio omnes & singulos, qui humaniores literas habent in deliciis, obstrinxerit. Additæ etiam quædam sunt, quæ lucem nondum conspexerant, nunc primum excusæ. Inscripsit volumen Cel. Autor Eminentissimo ac Serenissimo Principi *Armando Gastoni*, Cardinali *de Rohan*, Principi & Episcopo Argentinensi, Alsatiæ Landgravio, S. R. I. Principi, magno Franciæ Eleemosynario. Ipso Operis initio Elenchus Dissertationum XIX, quæ continentur hoc volumine, conspicitur, quas jam dabimus in compendio, verbis ipsius Autoris plerumque usuri. Prima omnium historica Commentatio est *de Apotheosi, seu consecratione Imperatorum Romanorum.* In *quatuor Capita* retulit, quæ miro selectu, exactissima accuratione, eam in rem differit. *Primo* loco de Apotheosi in genere exponit, atque illius fundamentum simul & originem beneficiis in mortales adscribit, quam ἀποθεώσεως causam *Curtius* quoque retulit. Inde or-

tos

tos 300 diversarum gentium *Joves*, inde Græcorum Romanorumve ἀνθρωποδαίμονες repetendos, ostendit. Apud Græcos certe Achæi *Aratum*, *Brasidam* cum Amphipolitanis Spartani, *Hephæstionem*, familiarem suum, *Alexander M.* non nisi ob excelsa in rempublicam merita, cœlo asseruerunt. Romani, Græcorum & hunc morem imitati, non *Romulum* modo, quod *Marte* ortum crediderant, sed & nutricem ejus, *Accam Larentiam*, cœlo intulerunt. Neque tamen nisi origines suas consecrasse Romani videntur, quod sub Regibus, sub Consulibus, de consecratione ne cogitarint quidem. Scilicet malebat *exterarum & devictarum præsertim gentium Deos transferre Romam, quam novos ex suis heroibus creare, Martius populus*, (verba sunt *Schœpflini*,) *cum urbem suam orbis dominam, & communem populorum patriam, reddere conaretur.* Adeo, ut omnes Dii Deæque, quas Roma indigetes coluit eo tempore, ipsa sint Roma antiquiores. Increpat ob recens facinus *Tacitus Augustum*, quod se templis & effigie numinum coli voluerit; quod satis est argumenti, sub Imperatoribus demum solitos, quos heroes credebant, consecrari. *Hi*, inquit Noster, *posteaquam omnes dignitatum civilium titulos exhausissent, ad cœlestes, quibus nihil dari sublimius potest, progressi sunt; populusque Romanus ipsam quoque Principis mortem assentatione sua præcurrens, tribuit nonnunquam vivis, quod mortuis tot heroibus antea fuerat denegatum.* Nempe ingeniosior est, ut recte *Plinius*, ad excogitandum simulatio veritate, servitus libertate, metus amore. Hoc idem illud est, quod cœlo *Julium* dicavit, quod divinos honores etiam vivo detulit. Pergit Noster, &, apud quosnam fuerit jus illud consecrandi, demonstrat. *Inter singulares*, inquit, *Romani Senatus prærogativas antiquitus relatum fuit, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi a Senatu probatus.* Successu temporis, quos mortuis honores Senatus deferebat, Imperatores sibi aliisque vivis tribuebant. Ita *Cajus*, ita immanissima illa bellua, *Domitianus*, ita incommodus ille *Commodus*, si sua *Dioni*, *Suetonio*, *Plinio*, fides constat, coli voluerunt. More ita invalescente, cui mirum videbitur, si

cœli-

cœlitum numero adſcriptos Principes legerit, *ægre exequiis dignos*, ut *Aurelius Victor* loquitur *de Cæſaribus Cap. 33.* Oſtendit ea occaſione Cel. Autor diſcrimen, quod inter heroicos & divinos honores interceſſerit. Nimirum heroicos illos dicebant, cum ſtatuis aliquem & imaginibus publice ornarent, ferrent in pompa Circenſi effigiem, nomen Saliaribus hymnis insererent; æque ut Athenienſes,cum ejusmodi ornamenta in aliquem transferrent, peplo *Minervæ* nomen intexebant; cui vero ſacrificia fiebant, cui Flamines & Sacerdotes conſtituti, cui templa & aræ exſtructæ, illum, Deorum cœtui vindicatum, divinis honoribus proſequebantur. Et ſatis erat, ad frequentandum actum iſtum, frequens illorum temporum, quæ rempublicam perdidit, adulatio, adeo quidem, ut *Lactantius* ſatyram ſcribat *Inſtitut. I, 15*, cum, *apud Romanos*, inquit, *Deus eſt Julius, quia hoc ſcelerato homini placuit Antonio, Deus Quirinus, quia hoc paſtoribus viſum eſt, cum alter germani fratris exſtiterit, alter patriæ, parricida.* Ita nimirum illa libertatis tam anxia urbium & regnorum regina, ut loquitur Noſter, magis viſa eſt ſollicita de conſecrandis illis, qui dominatum Romæ ſtabiliverant, quam qui libertatem. *Romulus* & *Cæſar* honores adepti ſunt, quos nec *Bruti*, nec *Caſſii*, ſperare poterant. Poſteaquam ita de origine ἀποθεώσεως apud Romanos diſſeruiſſet Cel. *Schœpflinus*; quædam de *Romuli* conſecratione ſubnectit, quam ex eburneo diptycho, Florentiæ in Muſeo Comitum *della Gherardeſca* aſſervato, illuſtrat. Addit & feſta, in honorem *Romuli* celebrata, Quirinalia, ſtultorum ferias dici ſolita. Tandem de conſecrationis voce exponit, hic loci in eminentiori ſignificatu intelligenda. Conſecrabantur enim & qui myſteriis initiati, conſecrata animalia, immo inanimatæ etiam res conſecratæ, ut ædes, fana, delubra, vaſa, imagines, arbores; unde promiſcua illa dedicationis, inaugurationis, conſecrationis, nomina. Imperatores vero & Principes conſecrati, ut ἀποθεωθέντες dicerentur; deificatos *Tertullianus* vocat. Hæc illa eſt Noſtri, ex Romanorum religione, ἀποθέωσις. *Secundum Caput* Imperatores, Cæſares, & Auguſtas, refert, qui Romæ fuerunt conſecrati. Incipit

pit a *Divo Julio*, cui primus ludos *Augustus* consecravit, populus columnam in foro statuit, addito *parentis patriæ* elogio. Removet ab *Augusto Juliani* Imperatoris calumniam, cum κοροπλάϛην vocat, tanquam autorem *Julianæ* apotheoseos; cum ex *Cicerone* pateat omnino, cœlitibus adscriptum *Cæsarem*, antequam rerum *Augustus* potiretur. Flamines Julios fuisse, immo & Lupercos, ex *Cicerone* & *Plutarcho* discimus; tum enim ad duas illas Sodalitates Lupercorum, *Fabiorum* & *Quintilianorum*, a suis ita præpositis dictas, tertia accessit *Juliorum*, quod *Festus* voce *Fabiani* loquitur. Numi argentei, qui consecrationis memoriam vindicarunt, stellam crinitam honoris ejus symbolum exhibent, cum inscriptione: *Divus Julius.* Varia inde de inscriptionibus & gemmis, huc facientibus, ex *Begeri Museo Brandenburgico* & *Onuphrio Panvinio* afferuntur; corrigiturque error *Eutropii Lib. VII*, cum, primum omnium *Augustum* relatum inter Deos, hallucinatur. De *Divo Augusto Patre*, quem ita numi & marmora, multa, & selecta omnia. In provinciis vivus etiamnum templis & numinum effigie cultus fuit, quod vitio ei vertitur a *Tacito*. Ita Tarraconensium ara vivo *Augusto* exstructa, in qua, cum forte aliquando palma nasceretur, & incolæ, omen victoriæ interpretantes, gratulatum Romam misissent, festive *Augustus*, apparet, quam sæpe accendatis, respondebat, docente id *Quintiliano Inst. Orat. VI, 3.* Ita Athenienses, *Herodes Magnus*, Lugdunenses, non defuerunt, quin eosdem *Augusto* honores decernerent. Digna sunt, quæ hic loci Cel. Autor de *ara Lugdunensium* retulit, curatius referri. LX Galliæ nationes aram & templum Lugduni ad Araris & Rhodani confluentem, communi sumtu, Romæ & *Augusto* dedicarunt, cum totidem statuis, singulas nationes repræsentantibus. Superest horum memoria in numis æneis, posita utrinque excelsa columna, cui imago *Victoriæ* insistit, subjuncta inscriptio: *Romæ & Augusto.* Addit Noster, 300 augures, haruspices 60, curam illius templi habuisse; instituisseque *Caligulam* ad ipsam illam aram Academicos ludos, *Miscellos* dictos, quos *Suetonius* ejus in Vita *Cap. 20* ulterius exponit, cum certamen Græcæ Latinæque facundiæ vocat, quo

victoribus victi præmia contulerunt, eorundem & laudes componere coacti; ii autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere jussi, nisi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi, mallent. Refert deinde Autor, discerni debere privatam populi consecrationem, factam in larariis suis, a consecratione publica Senatus; ne forte invicem pugnare videantur *Suetonius*, qui *Augusti* laudat modestiam, prohibentis delatum sibi cultum, & *Aur. Victor, Appianus Alexandrinus*, aliique scriptores, qui viventis *Augusti* divinos honores sugillarunt. Recenset dein Sacrarium, *Augusto* Romæ erectum, datos flamines, & sodales; memorat poema, Getico sermone in hanc Augusti apotheosin ab *Ovidio* confectum, aram, Tomis in domo sua divo *Augusto* dicatam. Tandem ad Tiberianum illum Sanctæ capellæ Parisinæ achatem delabitur, qui divum *Augustum* cum familia exhibet, quod in addita tabula, æri incisa, conspicitur. Penitus illustre hoc monumentum *Montefalconius*, nuper literatæ Lutetiæ decus, illustratum dedit; licet in alia omnia *Tristanus*, *Rubenius*, *le Roi*, *Harduinus*, abeant, quod ad interpretationem ejus attinet. Sequitur *Divus Claudius*, quem *Nero* cœlo dicavit, ut irrideret, quemadmodum *Plinius Paneg. Cap. XI.* Restitutum a *Trajano* numum ex *Patino* Autor adducit; nec marmoris, apud Bovillas reperti superiore Seculo, & a Cardinali, *Hier. Columna*, *Philippo IV*, Hisp. Regi, dono dati, immemor. Defertur illic ab aquila, expensis alis, in cœlum *Claudius*; quod in ectypo videre est. Hanc *Claudii* consecrationem *Seneca* festivissimo libro salse perstrinxit, quem ἀποκολοκύνθωσιν vocat. *Divus Vespasianus*, quem *Titus* cœlo dicavit, ut Dei filius videretur, sic passim reperitur in numis; immo marmora & Flaminum *Vespasiani* mentionem injiciunt. Ipse autem moriens *Vespasianus*, referente *Suetonio*, consecrationis suæ tempus advenire, sensit, cum exclamaret: *ut puto, Deus fio. Divus Titus* consecratus est a *Domitiano*, ut Dei frater videretur, teste eodem *Plinio*. Sodales *Titiales* dicti, ad discrimen *Titiorum* sodalium, quibus *Titiæ* aves, ut existimat Noster, nomen dederunt. Inde aliquid de templo, *Flaviorum æternitati* consecrato, additum,

eoque

eoque & *Martialis* locus *Epigr. IX, 2,* tractus: manebit altum *Flaviæ* decus gentis. Commemorat quoque arcum triumphalem *Titi*, ejusque occasione errorem *Pitisci* docte corrigit, qui Hierosolymitani triumphi insigne, in arcu conspicuum, Jordanum fluvium, figura senis procumbentis, urnæ innixi, repræsentatum, ipsum Imperatorem *Titum*, hallucinatus est. *Domitianum* miles Divum appellavit, cum in illius abolenda memoria operosus esset Senatus; nec mirum, mortuo denegatum, quod vivus sibi decerni imperaverat. Numus vero *Patini*, de *Domitiani* consecratione expositus, recte ad apotheosin *Titi*, factam a fratre, remittitur a Cel. Autore, ob additam inprimis notam S. C. Cum Senatus omnino, referente *Plinio*, exquisitissimis contumeliis mortuum affecerit; tantum abest, ut Senatusconsulto istiusmodi honoris genus debeatur. Subnectit consecratum a patre filium, quem numi, a *Domitiano* cusi, *Divum Cæsarem Imp. Domitian. Fil.* compellant. *Divus Nerva* consecratus a *Trajano*, & numus in ejus rei memoriam restitutus a *Trajano*, a *Gallieno* percussus iterum. *Nervæ* Flaminis, *L. Betutii*, Ariminensis Inscriptio meminit. *Divus Nerva Trajanus* ab *Hadriano* consecratus fuit. Curaverat in ejus honorem, cum Asiaticis bellis implicitus abesset, erigi columnam S. P. Q. R. Huic, Imperatore reduce, apud Seleuciam exstincto, Colossum ejusdem cum sceptro sive hasta pura in manu sinistra imposuit, ut divinitatis illius ederet monumentum. Fallitur ergo nimium quantum *Dio Cassius*, cum, *Trajanum* ipsum hanc sibi in foro columnam statuisse, affirmat. Adversatur ipsa columnæ inscriptio, adversatur præcipitatus Principis excessus, qui e Perside Romam non rediit, adeoque nec exstructam expeditionis illius tempore columnam ipse conspexit. Addita sunt ab Autore quædam, ad illam eruditorum, de conditis *Trajani* ossibus, controversiam spectantia; quam ille litem ita dirimit, ut, sub columna in urna aurea collocata, cum *Cassiodoro* & *Eutropio* contendat. *Divus Hadrianus* appellatus Divus non fuisset, nisi rogasset *Antoninus*. Atque, ægre omnino illud concessum a Senatu, testatur *Victor Aurelius*. Tandem & templum Romæ dicatum accepit, cer-

tamen quinquennale in ejus honorem constitutum, quod Iselasticum dicebatur, perperam selasticum in marmore Melphensi appellatum. Loquentes etiam de *Hadriani* hac consecratione numos inducit Autor, commemorat flamines, sodales, saliosque Hadrianales. Subjungit denique *Antinoum*, Claudiopolitanum raræ pulchritudinis adolescentem, *Hadriano* Imperatori adeo in deliciis, ut, Nilo mersum consecratum, scriptores memorent. Vocatur Αντίνοος Ἥρος, divus *Antinous*, in numis, imo Αντίνοον Θεὸν insigni numo Hieropolitani celebrarunt. Recenset dein duo inedita *Antinoi* numismata Cel. Autor, Vindobonæ asservata; quin & Inscriptionem Romanam, ubi Ægypti Deorum consors appellatur *Antinous*, commemorat. Observat & illud *Spartiani*, per mortuum *Antinoum* data oracula jactitari, quæ ipse *Hadrianus* composuisse videatur. *Divum Antoninum Pium*, consecratum a Senatu, *Capitolinus*, immo numi & marmora loquuntur. Afferuntur demum multa de columna illa solida L pedum, *Clemente XI* Pontifice in cytorio monte reperta, quæ Imperatorem cum *Faustina* insigni anaglyphico opere exhibet. Redarguuntur antiquarii, quod numos, columnam istam referentes, reperto nondum monumento, in honorem *Aurelii* exposuerint; redarguitur *Donatus*, quod in *Roma veteri Lib. III Cap. 16* mala fide in describendis istiusmodi numis sit versatus. *Divum Verum*, idem refert *Capitolinus*, a *M. Aureliano*, dedicato Flamine, cœlis adscriptum. *Divo M. Antonino parum fuit*, inquit ille, *quod illi honores divinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio ac dignitas, dedit, nisi quod etiam sacrilegus judicatus est, qui ejus imaginem in sua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere, vel debuit. Templum ei constitutum, dati sacerdotes Antoniniani, & Sodales, & Flamines.* Addidit Autor Inscriptionem Romanam, quæ idem loquitur, *Panvinii Commentariis Reipublicæ Rom.* insertam. *Commodum*, teste *Lampridio* & *Spartiano*, Imperator *Severus*, odio, ut videtur, Senatus, inter Deos retulit. *Divi Pertinacis*, æque a *Severo* consecrati, cerimoniam prolixius *Dio* retulit. Ingens hic Senatus testimonium habuisse *Capitolino* dicitur, adeo, ut, ducto

ducto ei imaginario & *Censorio* funere, ab ipso *Severo* laudatione funebri ornaretur. *Pescennius Niger* divus a *Mediobarbo* creditus, quem numus, crescente inter septem triones luna, inscriptione: *consecratio*, insignitus, deduxit. Productus est a *Vaillantio* numus, sed memoriæ aliquo lapsu, quod ipse profitetur in editione altera Operis, Consecrationis vocem inscriptam mentitus est. *Æternitas Augusti*, quæ voces eo numo leguntur, ad adulationem populorum referendæ sunt, cum Historici omnes de *Pescennii* apotheosi ne γϱὺ quidem prodiderint. Ita & in *Taciti*, *Floriani*, *Treboniani*, *Galli*, *Æmiliani*, *Maxentii*, qui nunquam consecrati sunt, monumentis adulationis ista species invenitur. Sed nec divinitatis vox de consecratione semper intelligenda, cum in arcu *Constantiniani* Romana tribuatur Imperatori huic, quem consecratum nusquam legimus. *Divi Septimii Severi* apotheosin, præter numorum indicia frequentiora, peculiari ritu celebratam, *Herodianus* differit. *Divus Geta* relatus inter Deos a *Caracalla* fratre, ut facinus mitigaret; & nota est omnino illius apud *Spartianum* de *Geta* vox: Sit divus, dummodo non vivus. Disputat Autor cum Ancyrano Episcopo, Doctiss. *Fontanino*, qui negat, erasum, *Caracallæ* jussu, ex publicis plerisque monumentis *Getæ* nomen; & contrariam, quam tuetur, sententiam Noster ex *Dione* inprimis confirmat, qui adeo exosum *Caracallæ* solum mortui fratris *Getæ* nomen fuisse docet & intolerabile, ut, si quis illud vel scriberet tantum, aut pronuntiaret, statim morte mulctaretur. *Divus Antoninus*, dictus *Caracalla*, parricida & incestus, a *Macrino*, qui eum occiderat, timore militum maxime Prætorianorum, inter Deos relatus est, *Spartiano* teste. *Divum Titum* consecratum, tacent Historici, loquitur tamen numus apud *Stradam*, argenteus, cum epigraphe: *Divo Tito*. *Gordianos* contra, I & II, patrem & filium, Deos evasisse, tradunt Historici, silent numi, ceteraque monumenta omnia. *Gordianum III* a militibus dicatum cœlo, testatur *Eutropius*. Quid? quod, erectum ab iis sepulcrum in Persicis finibus, *Capitolinus* referat. *Divi Marci* numum *Strada* exhibet, aram accensam, cum inscriptione: *Consecratio*, exhiben-

rem. *Divos Philippos, patrem* & *filium*, ex *Eutropio*, consecratos, discimus. *Divi Marini*, qui contra *Philippum* in Mœsia & Illyrico arripuerat *Imperium*, numum vindicat Autor Celeberrimus, *productum a Strada* primum, dein & a *Seguino*, inscriptis *vocibus:* Θεῷ Μαρίνῳ. *Decios*, *Volusianum*, *Valerianum*, *Gallienum*, *Regillianum*, *Marcianum*, *Trebellianum*, *Postumum*, *Victorinum*, *Tetricum*, *Claudium Gothicum*, *Quintillum*, *Aurelianum*, consecratos, ex nummis partim, partim ex *Historicis*, evictum dat Autor. *Probum* Imperatorem non publica, sed privata, autoritate consecratum tradit *Vopiscus*. Neque de *Caro*, *Numeriano*, *Diocletiano*, (qui, privatus cum obiit, tamen inter Deos relatus est,) *Maximiano Herculeo*, *Constantio Chloro*, *Maximiano Armentario*, *Nigriniano*, *Romulo*, consecratis, dubium esse ullum potest, cui, quæ nummi, quæ scriptores veteres, exhibent, innotuerunt. *Divum Constantinum* cœlo adscriptum, ostendunt numi, qui velatum in curru cum quadrigis, dextram tendentem ad dextram aliam, porrectam ex aere, tanquam quæ illum receptura sit, referunt. Quæ Christiano sensu interpretanda, Autor monet, quod absit aquila, absit ara, absint reliqua superstitionis gentilium symbola. Quadrigas, *Eliæ* exemplo, servatas, existimat. Neque certe sine ingenio. Attemperanda ergo his vox Divi, quemadmodum & in *Constantini junioris*, *Constantis*, *Constantii*, *Juliani*, *Joviani*, *Valentiniani*, *Valentis*, *Gratiani*, *Theodosii*, *Arcadii*, *Honorii*, *Theodosii junioris*, *Placidii Valentiniani*, consecrationibus, de quibus omnibus testimonia & numorum & Historicorum Col. Autor adjecit. Reliquorum ad *Momyllum* usque *Augustulum* Imperatorum, quod vix nomen istud meruerint, nullam habitam fuisse, pereunte cum *Valentiniano* imperii Occidentalis Romani majestate, rationem, egregie stabilitur. Posteaquam ita consecratos recensuisset, subjungit quædam Autor de *Divi* voce, eamque ad sequiora quoque Secula penetrasse, ostendit, licet demum *Carolus M.* morem illum improbarit. Quæ *de discrimine Cæsarum & Augustorum* annectuntur, eo redeunt, ut ostendat Autor, quomodo sensim Cæsaris nomen, proprium olim genti *Juliæ*, adoptatis

tis *Augusto*, *Tiberio*, & sequentibus ad *Neronem* usque, Imperatoribus, cesserit; quomodo dein, deficiente Cæsarum progenie, *Galba*, *Vitellii* seditione audita, *L. Pisonem* renuntiaverit Cæsarem, id est, imperii successorem; quod dein, addito & Nobilissimi cognomine, servatum fuit ita, ut, qui in certam imperii spem assumebantur, Cæsares dicerentur, qui autem in ipsam imperii societatem transscriberentur, vocarentur Imperatorum nominé *Augusti*. Quæ dum scribimus, recordamur illud, de Cæsarum nomine, *Taciti Annal. Lib. III Cap. 18: Mihi, quanto plura recentium, seu veterum, revolvo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obversantur, quippe fama, spe, veneratione, potius omnes destinabantur imperio, quam quem futurum Principem, fortuna in occulto tenebat.* Quod ad Imperatrices attinet, quæ fuerunt consecratæ, dedit illorum quoque catalogum Celeberrimus Autor, scriptorum non minus dignorum fide, quam numorum testimoniis, interstinctum. *Divam Liviam*, *Suetonius*, a *Claudio* demum inter Deos collocatam, loquitur; adeo, ut male *Angelonius* in *Historia Augusta*, *Augusto* ipsi; male *Gutherius Cajo*, *Augustæ* apotheosin tribuant. De ea *Prudentius:*

Hanc Tibi Roma Deum titulis & honore sacratam,
Perpetuo Floras inter Veneresque creasti.

Drusilla adscripta immortalitati a fratre *Caligula*; ejusque adeo apotheosis consecratione *Liviæ* est antiquior, unde male iterum *Gutherius de Jure manium*, primam post Remp. eversam Romæ Deam factam *Liviam*, pronuntiat. *Claudiam Poppæam*, *Domitillam*, uxorem *Vespasiani*, (neque enim *Domitillam*, ejus filiam, consecratam, quæ a *Panvinio* allegantur, satis demonstrant, quod ad *Matrem* potius referantur,) *Juliam Titi*, *Plotinam*, uxorem, (cujus numus apud *Goltzium* rarissimus,) *Augustam Marcianam*, sororem *Trajani*, *Matidiam*, *Sabinam Hadriani*, *Faustinas*, *Juliam Augustam Septimii Severi*, *Mæsam*, *Juliæ* sororem, *Paullinam Maximini*, *Marinianam Valeriani*, consecratas omnes, numorum autoritate, stabilitur. *Tertium* Dissertationis *Caput Consecrationis cerimonias* exponit, ubi duorum inprimis illustrium scriptorum testimonio

mentationes, collectas in volumem, *Gravii Crenii*que exemplo, curant exscribi iterum, atque ita hoc dant eruditorum gloriæ, ut, mortui cum sint, pergant vivere. Supersedemus facile commemorare destinationum istiusmodi specimina; quis enim *Conringii*, *Bœcleri*, *Schurtzfleischii*, *Hertii*, *Witsii*, *Fabricii*, *Menckenii*, aliorumque, Commentationes, congestas in unum, prodiisse, nisi forte levi literarum cura tangitur, ignorat? At majoribus multo digni erunt encomiis, qui, quæ per vices protruserunt in lucem, simul prodire ipsi jubent, ubi animadvertunt, gratam fuisse literatis acceptamque operam, quam scriptis suis impenderunt. Ita major his fides, quia non aliena, sed sua, promunt, soli quippe aptissimi, qui suis vel addant, quod suggesserunt δευτέραι φροντίδες, vel demant. Idem fecit volumine, quod exhibemus, non Alsatiæ modo suæ & Argentinæ, sed totius orbis eruditi, decus insigne, Celeberrimus *Schœpflinus*. Cum enim inde a multo tempore Eloquentiæ & Historiarum Professor, varias, & historici, & critici, argumenti Commentationes edidisset; non passus est carere nos doctissimis meditationibus, quas doctorum aviditas rariores fecerat. Itaque collectas in unum volumen ita lectorum usui adaptavit, ut novo sibi beneficio omnes & singulos, qui humaniores literas habent in deliciis, obstrinxerit. Additæ etiam quædam sunt, quæ lucem nondum conspexerant, nunc primum excusæ. Inscripsit volumen Cel. Autor Eminentissimo ac Serenissimo Principi *Armando Gastoni*, Cardinali *de Rohan*, Principi & Episcopo Argentinensi, Alsatiæ Landgravio, S. R. I. Principi, magno Franciæ Eleemosynario. Ipso Operis initio Elenchus Dissertationum XIX, quæ continentur hoc volumine, conspicitur, quas jam dabimus in compendio, verbis ipsius Autoris plerumque usuri. Prima omnium historica Commentatio est *de Apotheosi, seu consecratione Imperatorum Romanorum.* In *quatuor Capita* retulit, quæ miro selectu, exactissima accuratione, eam in rem disserit. *Primo* loco de Apotheosi in genere exponit, atque illius fundamentum simul & originem beneficiis in mortales adscribit, quam ἀποθεώσεως causam *Curtius* quoque retulit. Inde or-

tos

tos 300 diversarum gentium *Joves*, inde Græcorum Romanorumve ἀνθρωποδαίμονες repetendos, ostendit. Apud Græcos certe Achæi *Aratum*, *Brasidam* cum Amphipolitanis Spartani, *Hephæstionem*, familiarem suum, *Alexander M.* non nisi ob excelsa in rempublicam merita, cœlo asseruerunt. Romani, Græcorum & hunc morem imitati, non *Romulum* modo, quod *Marte* ortum crediderant, sed & nutricem ejus, *Accam Larentiam*, cœlo intulerunt. Neque tamen nisi origines suas consecrasse Romani videntur, quod sub Regibus, sub Consulibus, de consecratione ne cogitarint quidem. Scilicet malebat *exterarum & devictarum præsertim gentium Deos transferre Romam, quam novos ex suis heroibus creare*, *Martius populus*, (verba sunt *Schœpflini*,) *cum urbem suam orbis dominam, & communem populorum patriam, reddere conaretur.* Adeo, ut omnes Dii Deæque, quas Roma indigetes coluit eo tempore, ipsa sint Roma antiquiores. Increpat ob recens facinus *Tacitus Augustum*, quod se templis & effigie numinum coli voluerit; quod satis est argumenti, sub Imperatoribus demum solitos, quos heroes credebant, consecrari. *Hi*, inquit Noster, *posteaquam omnes dignitatum civilium titulos exhausissent, ad cœlestes, quibus nihil dari sublimius potest, progressi sunt; populusque Romanus ipsam quoque Principis mortem assentatione sua præcurrens, tribuit nonnunquam vivis, quod mortuis tot heroibus antea fuerat denegatum.* Nempe ingeniosior est, ut recte *Plinius*, ad excogitandum simulatio veritate, servitus libertate, metus amore. Hoc idem illud est, quod cœlo *Julium* dicavit, quod divinos honores etiam vivo detulit. Pergit Noster, &, apud quosnam fuerit jus illud consecrandi, demonstrat. *Inter singulares*, inquit, *Romani Senatus prærogativas antiquitus relatum fuit, ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi a Senatu probatus.* Successu temporis, quos mortuis honores Senatus deferebat, Imperatores sibi aliisque vivis tribuebant. Ita *Cajus*, ita immanissima illa bellua, *Domitianus*, ita incommodus ille *Commodus*, si sua *Dioni*, *Suetonio*, *Plinio*, fides constat, coli voluerunt. More ita invalescente, cui mirum videbitur, si cœli-

cœlitum numero adſcriptos Principes legerit, *ægre exequiis dignos*, ut *Aurelius Victor* loquitur *de Cæſaribus Cap. 33.* Oſtendit ea occaſione Cel. Autor diſcrimen, quod inter heroicos & divinos honores interceſſerit. Nimirum heroicos illos dicebant, cum ſtatuis aliquem & imaginibus publice ornarent, ferrent in pompa Circenſi effigiem, nomen Saliaribus hymnis infererent; æque ut Athenienſes, cum iſtiusmodi ornamenta in aliquem transferrent, peplo *Minervæ* nomen intexebant; cui vero ſacrificia fiebant, cui Flamines & Sacerdotes conſtituti, cui templa & aræ exſtructæ, illum, Deorum cœtui vindicatum, divinis honoribus proſequebantur. Et ſatis erat, ad frequentandum actum iſtum, frequens illorum temporum, quæ rempublicam perdidit, adulatio, adeo quidem, ut *Lactantius* ſatyram ſcribat *Inſtitut. I, 15*, cum, *apud Romanos*, inquit, *Deus eſt Julius, quia hoc ſcelerato homini placuit Antonio, Deus Quirinus, quia hoc paſtoribus viſum eſt, cum alter germani fratris exſtiterit, alter patriæ, parricida.* Ita nimirum illa libertatis tam anxia urbium & regnorum regina, ut loquitur Noſter, magis viſa eſt ſollicita de conſecrandis illis, qui dominatum Romæ ſtabiliverant, quam qui libertatem. *Romulus* & *Cæſar* honores adepti ſunt, quos nec *Bruti*, nec *Caſſii*, ſperare poterant. Poſteaquam ita de origine ἀποθεώσεως apud Romanos diſſeruiſſet Cel. *Schœpflinus*; quædam de *Romuli* conſecratione ſubnectit, quam ex eburneo diptycho, Florentiæ in Muſeo Comitum *della Gherardeſca* aſſervato, illuſtrat. Addit & feſta, in honorem *Romuli* celebrata, Quirinalia, ſtultorum ferias dici ſolita. Tandem de conſecrationis voce exponit, hic loci in eminentiori ſignificatu intelligenda. Conſecrabantur enim & qui myſteriis initiati, conſecrata animalia, immo inanimatæ etiam res conſecratæ, ut ædes, fana, delubra, vaſa, imagines, arbores; unde promiſcua illa dedicationis, inaugurationis, conſecrationis, nomina. Imperatores vero & Principes conſecrati, ut ἀποθεωθέντες dicerentur; deificatos *Tertullianus* vocat. Hæc illa eſt Noſtri, ex Romanorum religione, ἀποθέωσις. *Secundum Caput* Imperatores, Cæſares, & Auguſtas, refert, qui Romæ fuerunt conſecrati. Incipit

pit a *Divo Julio*, cui primus ludos *Augustus* consecravit, populus columnam in foro statuit, addito *parentis patriæ* elogio. Removet ab *Augusto Juliani* Imperatoris calumniam, cum κοροπλάϛην vocat, tanquam autorem *Julianæ* apotheoseos; cum ex *Cicerone* pateat omnino, cœlitibus adscriptum *Cæsarem*, antequam rerum *Augustus* potiretur. Flamines Julios fuisse, immo & Lupercos, ex *Cicerone* & *Plutarcho* discimus; tum enim ad duas illas Sodalitates Lupercorum, *Fabiorum* & *Quintilianorum*, a suis ita præpositis dictas, tertia accessit *Juliorum*, quod *Festus* voce *Fabiani* loquitur. Numi argentei, qui consecrationis memoriam vindicarunt, stellam crinitam honoris ejus symbolum exhibent, cum inscriptione: *Divus Julius*. Varia inde de inscriptionibus & gemmis, huc facientibus, ex *Begeri Museo Brandenburgico* & *Onuphrio Panvinio* afferuntur; corrigiturque error *Eutropii Lib. VII*, cum, primum omnium *Augustum* relatum inter Deos, hallucinatur. De *Divo Augusto Patre*, quem ita numi & marmora, multa, & selecta omnia. In provinciis vivus etiamnum templis & numinum effigie cultus fuit, quod vitio ei vertitur a *Tacito*. Ita Tarraconensium ara vivo *Augusto* exstructa, in qua, cum forte aliquando palma nasceretur, & incolæ, omen victoriæ interpretantes, gratulatum Romam misissent, festive *Augustus*, apparet, quam sæpe accendatis, respondebat, docente id *Quintiliano Inst. Orat. VI, 3.* Ita Athenienses, *Herodes Magnus*, Lugdunenses, non defuerunt, quin eosdem *Augusto* honores decernerent. Digna sunt, quæ hic loci Cel. Autor de *ara Lugdunensium* retulit, curatius referri. LX Galliæ nationes aram & templum Lugduni ad Aratis & Rhodani confluentem, communi sumtu, Romæ & *Augusto* dedicarunt, cum totidem statuis, singulas nationes repræsentantibus. Superest horum memoria in numis æneis, posita utrinque excelsa columna, cui imago *Victoriæ* insistit, subjuncta inscriptio: *Romæ & Augusto*. Addit Noster, 300 augures, haruspices 60, curam illius templi habuisse; instituisseque *Caligulam* ad ipsam illam aram Academicos ludos, *Miscellos* dictos, quos *Suetonius* ejus in Vita *Cap. 20* ulterius exponit, cum certamen Græcæ Latinæque facundiæ vocat, quo

 victori-

victoribus victi præmia contulerunt, eorundem & laudes componere coacti; ii autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguave delere jussi, nisi ferulis objurgari, aut flumine proximo mergi, mallent. Refert deinde Autor, discerni debere privatam populi consecrationem, factam in larariis suis, a consecratione publica Senatus; ne forte invicem pugnare videantur *Suetonius*, qui *Augusti* laudat modestiam, prohibentis delatum sibi cultum, & *Aur. Victor, Appianus Alexandrinus*, aliique scriptores, qui viventis *Augusti* divinos honores sugillarunt. Recenset dein Sacrarium, *Augusto* Romæ erectum, datos flamines, & sodales; memorat poema, Getico sermone in hanc Augusti apotheosin ab *Ovidio* confectum, aram, Tomis in domo sua divo *Augusto* dicatam. Tandem ad Tiberianum illum Sanctæ capellæ Parisinæ achatem delabitur, qui divum *Augustum* cum familia exhibet, quod in addita tabula, æri incisa, conspicitur. Penitus illustre hoc monumentum *Montefalconius*, nuper literatæ Lutetiæ decus, illustratum dedit; licet in alia omnia *Tristanus*, *Rubenius*, *le Roi*, *Harduinus*, abeant, quod ad interpretationem ejus attinet. Sequitur *Divus Claudius*, quem *Nero* cœlo dicavit, ut irrideret, quemadmodum *Plinius Paneg. Cap. XI.* Restitutum a *Trajano* numum ex *Patino* Autor adducit; nec marmoris, apud Bovillas reperti superiore Seculo, & a Cardinali, *Hier. Columna*, *Philippo IV*, Hisp. Regi, dono dati, immemor. Defertur illic ab aquila, expensis alis, in cœlum *Claudius*; quod in ectypo videre est. Hanc *Claudii* consecrationem *Seneca* festivissimo libro salse perstrinxit, quem ἀποκολοκύνθωσιν vocat. *Divus Vespasianus*, quem *Titus* cœlo dicavit, ut Dei filius videretur, sic passim reperitur in numis; immo marmora & Flaminum *Vespasiani* mentionem injiciunt. Ipse autem moriens *Vespasianus*, referente *Suetonio*, consecrationis suæ tempus advenire, sensit, cum exclamaret: *ut puto, Deus fio.* *Divus Titus* consecratus est a *Domitiano*, ut Dei frater videretur, teste eodem *Plinio.* Sodales *Titiales* dicti, ad discrimen *Titiorum* sodalium, quibus *Titiæ* aves, ut existimat Noster, nomen dederunt. Inde aliquid de templo, *Flaviorum æternitati* consecrato, additum,

eoque

eoque & *Martialis* locus *Epigr. IX, 2,* tractus: manebit altum *Flaviæ* decus gentis. Commemorat quoque arcum triumphalem *Titi*, ejusque occasione errorem *Pitisci* docte corrigit, qui Hierosolymitani triumphi insigne, in arcu conspicuum, Jordanum fluvium, figura senis procumbentis, urnæ innixi, repræsentatum, ipsum Imperatorem *Titum*, hallucinatus est. *Domitianum* miles Divum appellavit, cum in illius abolenda memoria operosus esset Senatus; nec mirum, mortuo denegatum, quod vivus sibi decerni imperaverat. Numus vero *Patini*, de *Domitiani* consecratione expositus, recte ad apotheosin *Titi*, factam a fratre, remittitur a Cel. Autore, ob additam inprimis notam S. C. Cum Senatus omnino, referente *Plinio*, exquisitissimis contumeliis mortuum affecerit; tantum abest, ut Senatusconsulto istiusmodi honoris genus debeatur. Subnectit consecratum a patre filium, quem numi, a *Domitiano* cusi, *Divum Cæsarem Imp. Domitian. Fil.* compellant. *Divus Nerva* consecratus a *Trajano*, & numus in ejus rei memoriam restitutus a *Trajano*, a *Gallieno* percussus iterum. *Nervæ* Flaminis, *L. Betutii*, Ariminensis Inscriptio meminit. *Divus Nerva Trajanus* ab *Hadriano* consecratus fuit. Curaverat in ejus honorem, cum Asiaticis bellis implicitus abesset, erigi columnam S. P. Q. R. Huic, Imperatore reduce, apud Seleuciam exstincto, Colossum ejusdem cum sceptro sive hasta pura in manu sinistra imposuit, ut divinitatis illius ederet monumentum. Fallitur ergo nimium quantum *Dio Cassius*, cum, *Trajanum* ipsum hanc sibi in foro columnam statuisse, affirmat. Adversatur ipsa columnæ inscriptio, adversatur præcipitatus Principis excessus, qui e Perside Romam non rediit, adeoque nec exstructam expeditionis illius tempore columnam ipse conspexit. Addita sunt ab Autore quædam, ad illam eruditorum, de conditis *Trajani* ossibus, controversiam spectantia; quam ille litem ita dirimit, ut, sub columna in urna aurea collocata, cum *Cassiodoro* & *Eutropio* contendat. *Divus Hadrianus* appellatus Divus non fuisset, nisi rogasset *Antoninus*. Atque, ægre omnino illud concessum a Senatu, testatur *Victor Aurelius*. Tandem & templum Romæ dicatum accepit, cer-

 tamen

tamen quinquennale in ejus honorem constitutum, quod Iselasticum dicebatur, perperam selasticum in marmore Melphensi appellatum. Loquentes etiam de *Hadriani* hac consecratione numos inducit Autor, commemorat flamines, sodales, saliosque Hadrianales. Subjungit denique *Antinoum*, Claudiopolitanum raræ pulchritudinis adolescentem, *Hadriano* Imperatori adeo in deliciis, ut, Nilo mersum consecratum, scriptores memorent. Vocatur Αντίνοος Ἥρως, divus *Antinous*, in numis, imo Αντίνοον Θεὸν insigni numo Hieropolitani celebrarunt. Recenset dein duo inedita *Antinoi* numismata Cel. Autor, Vindobonæ asservata; quin & Inscriptionem Romanam, ubi Ægypti Deorum consors appellatur *Antinous*, commemorat. Observat & illud *Spartiani*, per mortuum *Antinoum* data oracula jactitari, quæ ipse *Hadrianus* composuisse videatur. *Divum Antoninum Pium*, consecratum a Senatu, *Capitolinus*, immo numi & marmora loquuntur. Afferuntur demum multa de columna illa solida L pedum, *Clemente XI* Pontifice in cytorio monte reperta, quæ Imperatorem cum *Faustina* insigni anaglyphico opere exhibet. Redarguuntur antiquarii, quod numos, columnam istam referentes, reperto nondum monumento, in honorem *Aurelii* exposuerint; redarguitur *Donatus*, quod in *Roma veteri Lib. III Cap. 16* mala fide in describendis istiusmodi numis sit versatus. *Divum Verum*, idem refert *Capitolinus*, a *M. Aureliano*, dedicato Flamine, cœlis adscriptum. *Divo M. Antonino parum fuit*, inquit ille, *quod illi honores divinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio ac dignitas, dedit, nisi quod etiam sacrilegus judicatus est, qui ejus imaginem in sua domo non habuit, qui per fortunam vel potuit habere, vel debuit. Templum ei constitutum, dati sacerdotes Antoniniani, & Sodales, & Flamines.* Addidit Autor Inscriptionem Romanam, quæ idem loquitur, *Panvinii Commentariis Reipublicæ Rom.* insertam. *Commodum*, teste *Lampridio* & *Spartiano*, Imperator *Severus*, odio, ut videtur, Senatus, inter Deos retulit. *Divi Pertinacis*, æque a *Severo* consecrati, cerimoniam prolixius *Dio* retulit. Ingens hic Senatus testimonium habuisse *Capitolino* dicitur, adeo, ut,

ducto

ducto ei imaginario & *Censorio* funere, ab ipso *Severo* laudatione funebri ornaretur. *Pescennius Niger* divus a *Mediobarbo* creditus, quem numus, crescente inter septem triones luna, inscriptione: *consecratio*, insignitus, deduxit. Productus est a *Vaillantio* numus, sed memoriæ aliquo lapsu, quod ipse profitetur in editione altera Operis, Consecrationis vocem inscriptam mentitus est. *Æternitas Augusti*, quæ voces eo numo leguntur, ad adulationem populorum referendæ sunt, cum Historici omnes de *Pescennii* apotheosi ne γϱῦ quidem prodiderint. Ita & in *Taciti*, *Floriani*, *Treboniani*, *Galli*, *Æmiliani*, *Maxentii*, qui nunquam consecrati sunt, monumentis adulationis ista species invenitur. Sed nec divinitatis vox de consecratione semper intelligenda, cum in arcu *Constantiniani* Romana tribuatur Imperatori huic, quem consecratum nusquam legimus. *Divi Septimii Severi* apotheosin, præter numorum indicia frequentiora, peculiari ritu celebratam, *Herodianus* disserit. *Divus Geta* relatus inter Deos a *Caracalla* fratre, ut facinus mitigaret; & nota est omnino illius apud *Spartianum* de *Geta* vox: Sit divus, dummodo non vivus. Disputat Autor cum Ancyrano Episcopo, Doctiss. *Fontanino*, qui negat, erasum, *Caracallæ* jussu, ex publicis plerisque monumentis *Getæ* nomen; & contrariam, quam tuetur, sententiam Noster ex *Dione* inprimis confirmat, qui adeo exosum *Caracallæ* solum mortui fratris *Getæ* nomen fuisse docet & intolerabile, ut, si quis illud vel scriberet tantum, aut pronuntiaret, statim morte mulctaretur. *Divus Antoninus*, dictus *Caracalla*, parricida & incestus, a *Macrino*, qui eum occiderat, timore militum maxime Prætorianorum, inter Deos relatus est, *Spartiano* teste. *Divum Titum* consecratum, tacent Historici, loquitur tamen numus apud *Stradam*, argenteus, cum epigraphe: *Divo Tito*. *Gordianos* contra, I & II, patrem & filium, Deos evasisse, tradunt Historici, silent numi, ceteraque monumenta omnia. *Gordianum III* a militibus dicatum cœlo, testatur *Eutropius*. Quid? quod, erectum ab iis sepulcrum in Persicis finibus, *Capitolinus* referat. *Divi Marci* numum *Strada* exhibet, aram accensam, cum inscriptione: *Consecratio*, exhiben-

 tem.

tem. *Divos Philippos*, patrem & filium, ex *Eutropio*, consecratos, discimus. *Divi Marini*, qui contra *Philippum* in Mœsia & Illyrico arripuerat imperium, numum vindicat Autor Celeberrimus, productum a *Strada* primum, dein & a *Seguino*, inscriptis vocibus: Θεῷ Μαρίνῳ. *Decios*, *Volusianum*, *Valerianum*, *Gallienum*, *Regillianum*, *Marcianum*, *Trebellianum*, *Postumum*, *Victorinum*, *Tetricum*, *Claudium Gothicum*, *Quintillum*, *Aurelianum*, consecratos, ex nummis partim, partim ex Historicis, evictum dat Autor. *Probum* Imperatorem non publica, sed privata, autoritate consecratum tradit *Vopiscus*. Neque de *Caro*, *Numeriano*, *Diocletiano*, (qui, privatus cum obiit, tamen inter Deos relatus est,) *Maximiano Herculeo*, *Constantio Chloro*, *Maximiano Armentario*, *Nigriniano*, *Romulo*, consecratis, dubium esse ullum potest, cui, quæ nummi, quæ scriptores veteres, exhibent, innotuerunt. *Divum Constantinum* cœlo adscriptum, ostendunt numi, qui velatum in curru cum quadrigis, dextram tendentem ad dextram aliam, porrectam ex aere, tanquam quæ illum receptura sit, referunt. Quæ Christiano sensu interpretanda, Autor monet, quod absit aquila, absit ara, absint reliqua superstitionis gentilium symbola. Quadrigas, *Eliæ* exemplo, servatas, existimat. Neque certe sine ingenio. Attemperanda ergo his vox Divi, quemadmodum & in *Constantini junioris*, *Constantis*, *Constantii*, *Juliani*, *Joviani*, *Valentiniani*, *Valentis*, *Gratiani*, *Theodosii*, *Arcadii*, *Honorii*, *Theodosii junioris*, *Placidii Valentiniani*, consecrationibus, de quibus omnibus testimonia & numorum & Historicorum Cel. Autor adjecit. Reliquorum ad *Momyllum* usque *Augustulum* Imperatorum, quod vix nomen istud meruerint, nullam habitam fuisse, pereunte cum *Valentiniano* imperii Occidentalis Romani majestate, rationem, egregie stabilitur. Posteaquam ita consecratos recensuisset, subjungit quædam Autor de *Divi* voce, eamque ad sequiora quoque Secula penetrasse, ostendit, licet demum *Carolus M.* morem illum improbarit. Quæ *de discrimine Cæsarum & Augustorum* annectuntur, eo redeunt, ut ostendat Autor, quomodo sensim Cæsaris nomen, proprium olim genti *Juliæ*, adopta-

tis

tis *Augusto*, *Tiberio*, & sequentibus ad *Neronem* usque, Imperatoribus, cesserit; quomodo dein, deficiente Cæsarum progenie, *Galba*, *Vitellii* seditione audita, *L. Pisonem* renuntiaverit Cæsarem, id est, imperii successorem; quod dein, addito & Nobilissimi cognomine, servatum fuit ita, ut, qui in certam imperii spem assumebantur, Cæsares dicerentur, qui autem in ipsam imperii societatem transscriberentur, vocarentur Imperatorum nomine *Augusti*. Quæ dum scribimus, recordamur illud, de Cæsarum nomine, *Taciti Annal. Lib. III Cap. 18: Mihi, quanto plura recentium, seu veterum, revolvo, tanto magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obversantur, quippe fama, spe, veneratione, potius omnes destinabantur imperio, quam quem futurum Principem, fortuna in occulto tenebat.* Quod ad Imperatrices attinet, quæ fuerunt consecratæ, dedit illorum quoque catalogum Celeberrimus Autor, scriptorum non minus dignorum fide, quam numorum testimoniis, interstinctum. *Divam Liviam*, *Suetonius*, a *Claudio* demum inter Deos collocatam, loquitur; adeo, ut male *Angelonius* in *Historia Augusta*, *Augusto* ipsi; male *Gutherius Cajo*, *Augustæ* apotheosin tribuant. De ea *Prudentius:*

Hanc Tibi Roma Deum titulis & honore sacratam,
Perpetuo Floras inter Veneresque creasti.

Drusilla adscripta immortalitati a fratre *Caligula*; ejusque adeo apotheosis consecratione *Liviæ* est antiquior, unde male iterum *Gutherius de Jure manium*, primam post Remp. eversam Romæ Deam factam *Liviam*, pronuntiat. *Claudiam Poppæam*, *Domitillam*, uxorem *Vespasiani*, (neque enim *Domitillam*, ejus filiam, consecratam, quæ a *Panvinio* allegantur, satis demonstrant, quod ad *Matrem* potius referantur,) *Juliam Titi*, *Plotinam*, uxorem, (cujus numus apud *Goltzium* rarissimus,) *Augustam Marcianam*, sororem *Trajani*, *Matidiam*, *Sabinam Hadriani*, *Faustinas*, *Juliam Augustam Septimii Severi*, *Mæsam*, *Juliæ* sororem, *Paullinam Maximini*, *Mariinianam Valeriani*, consecratas omnes, numorum autoritate, stabilitur. *Tertium* Dissertationis *Caput Consecrationis cerimonias* exponit, ubi duorum inprimis illustrium scriptorum testimonio

ſtimonio Autor uſus eſt, *Dionis* & *Herodiani*, *quorum ille*, ut ait Noſter, *Auguſti Cæſaris & Pertinacis funus prolixius annotavit; hic vero, occaſione juſtorum, quæ Septimio Severo fuerunt perſoluta, memorabilem de toto hoc ritu fecit excurſum.* Recenſiones utrorumque copioſiores ſunt, quam ut hic inſeri poſſint; inſeremus tamen, quæ inprimis ad illuſtranda, quæ retulerunt ſcriptores, adducta reperimus. Imaginarium funus *Capitolinus* omnem eam ſolennitatem nuncupat, *cum ipſa Imperatorum corpora ſæpe vel jam cremata, vel jam fuerunt ſepulta, cum conſecrationis ſuſciperetur cerimonia; ſubinde tamen ipſum quoque cadaver cum ejus effigie rogo impoſitum, quod Auguſti exemplo, cujus oſſa legit Livia, evidenter apparet;* verba ſunt Cel. Autoris. Cenſorium quoque funus *Capitolino* vocatur, ac ſi Regium vel Imperatorium dixiſſet, vel quod ſummis tantum viris, & bene de Republica meritis, habitum, ex Edicto Cenſorum fuerit; licet non omnino Cenſorium funus omne fuerit apotheoſis conſecuta; factæ conſecrationes in campo Martio; ubi illuſtrium virorum corpora cremabantur; publicas vero fuiſſe etiam *uſtrinas*, ex *Acrone*, *Horatii* commentatore, Autor demonſtrat; ubi & quædam, ut verbum *uſtrini* a lapidis portatilis, quem rogo excipiendis cineribus admoverint, ſignificatione vindicet, profert. Neque idem ſignificat *apparatorium*, quod uſtrina, ſed ad epulas ſociales exſtructum potius credi debet ædificium, quod memorabili Inſcriptione adverſus *Reineſium* aſſeritur. Ita datæ Manibus Inferiæ. Quod ad *rogum* attinet, quem & tabulatum, ſuggeſtum, pegma, tabernaculum, immo & faſtigium, vocant veteres, conſtructus ille ex arbore picea, interdum pictus, quatuor, immo & quinque nonnunquam, contignationum erat; ita, ut ſuperior contractior ſemper fuerit inferiori, unde Pharo optime comparatur ab *Herodiano*. In imo tabulato ſtramina, ut flammam facilius ligna conciperent, flores in proximo, in tertio aromata, inde veſtes pretioſæ collocatæ, quod *Statius Theb. VI* eleganter expoſuit. Huc Græcis dicta ἐντάφια referuntur, quæ munera dicebant Romani, præferri ſolita funeribus, de quibus legi poteſt *Suetonius*, cum *Julii Cæſaris* funerati

nerati meminit. *Decursio*, ad imitationem castrensis, instituta ad rogum, ad illius oppositionem πολιτικὴ dicta a *Dione Cassio*; qua de re *Suetonius* & *Tacitus* consuluntur. Neque vero consentiunt scriptores, flagrantene rogo, an nondum accenso, facta a militibus, immo & consanguineis Principum, sit decursio; quam sinistro orbe institutam primum, Græcorum more, dein & dextro, ut contagionem funeris expiarent, Autor observat. Inde *Bustuarii* communiter dimicabant, munera ad rogum *Senecæ* appellata solennitas; de quibus multa *Florus*, *Appianus*, *Servius*. Dubitat tamen Cel. Autor, num tale quid in Imperatorum consecrationibus factum fuerit, silentibus tam Historicis, quam monumentis omnibus. Incenso rogo, dimissa *aquila*, *Jovis* ales, *quæ*, ut loquitur Autor, *sublimia petens*, *animam Principis in cœlum deferre credebatur*; in Principum vero fœminarum consecratione *Junonis* ales aquilæ locum habuerat, *pavo*. Notatur hic iterum error *Gutherii*, qui, aquilæ e rogo dimittendæ ritum in *Antonino Pio* primum introductum, tradidit; cum notum sit omnino, jam in *Augusti* consecratione emissam aquilam fuisse. *Lecta ossa*, combusto rogo, quod *ossilegium* vocabant, de *Livia*, in consecratione *Augusti*, *Dioni* observatum. Vino & lacte lavatæ ossium reliquiæ, immo & lachrymis conditæ; tantum abest, ut de *lachrymatoriis* quidquam veteres commemorent, quibus profusas tunc a præficis maxime, pretio conductis, lachrymas fuisse exceptas, somniant plerique. Scripsit ea de re Diatriben *Chifletius*, quem secuti fere omnes. At Cel. Autor inter figmenta seculorum nostrorum reponit, quicquid de his vasibus tradi solet; neque quidquam illa, præter unguenta, balsama, & liquores, quibus ossa delibuere & condire solebant, antequam urnis mandarent, continuisse, multis argumentis evidum dedit. *Urna* ossa excipiebat, *ossuarium* inde dicta, immo & cineres, unde *cinerarii* nomen. Forma & materia urnarum, pro ratione funerum, variabant. Ita, *Trajani* cineres aurea urna conditos, *Eutropius* docet. Delabitur hac occasione ad illustrem illam antiquariorum controversiam, *quomodo cineres & ossa illorum, qui cremabantur, a cineribus ligno-*

 rum

rum aliorumque simul combustorum potuerint dignosci. Involuta lino vivo, ut vocat *Plinius*, (Asbestinum Græcis est,) Autor contendit cadavera; reperto inprimis, primo ab urbe lapide, rei istius evidenti monumento, quod linteum, ossibus & calvariis adustis repletum, exhibebat. Nunc, quicquid est, in Vaticana asservatur. Quæ de linio isto, ejus natura, raritate apud Romanos, commemorantur, apud *Plinium* legi possunt. Illud observamus, funiculos lucernarum ex istiusmodi asbesto fuisse confectos, qui, quod semper affunderetur oleum, ideoque perpetuo arderent, locum fabulæ *de lucernis veterum perpetuis*, deque *oleo incombustibili*, dedisse, Autori non sine causa videntur. Ridetur merito *Pancirollus*, quod inter res deperditas oleum illud retulit; immo & *Licetus*, quod tam vasto volumine fabulam exornaverit. Afferuntur dein *de ritu comburendi mortuos*, *ejusque abrogatione*, quædam. Illum a Græcis ad Romanos transiisse, ita tamen, ut gentes quædam, *Cornelia* præsertim, priscum terra condendi ritum asservarint, docemur. De abrogatione autem ritus, non se adjungit ad *Gyraldi* sententiam Cel. Autor, quasi non ultra *Antoninorum* tempora perdurasset; cum prope Latinam viam reperta sit Inscriptio, *Calpurnium*, quæ gens *Severi Alexandri* temporibus floruerat, crematum memorans. Quid? quod *Valeriani* junioris numi rogum adhuc exhibeant, *manifestum*, ut Noster loquitur, *ritus*, *Gallieni adhuc temporibus durantis, indicium.* Itaque, *Macrobio* duce, inter IV & V Seculum morem eum evanuisse sensim, Autor affirmat; quod invalescenti Christianæ religioni tribuendum. Quæ de cameris subterraneis sepulcralibus Romanorum, seu *Columbariis*, ut & de *Mausoleis*, quæ Principum urnas continebant, adjecta ab Autore sunt, ex reperto nuper in via Appia illo *libertorum & officialium Liviæ*, *& domus Augusti*, *hypogæo*, ut & Hadrianæ molis indiciis, illustrantur. *Quartum Caput notas* exponit *& characteres*, *quos tributos consecratis* scriptores & numi referunt. Dabimus excerpta quædam & de his, ut ex *prima* istius *Dissertationis* labore & accuratione de reliquis Celeberrimi Autoris Commentationibus, possit in antecessum æquus Lector

ctor existimare. Primum omnium *Divi Divæ*que titulus erat; unde & sacrarium a Græco ἥρως, ἡρῷον, dicebatur. De eo nomine ita *Tacitus: Deum honor Principi non ante habetur, quam agere inter homines desierit.* Nihil ergo ad rem numi, a *Bellorio* producti, quibus viventi sæpe Imperatori Divi nomen concessum, voluit comprobare. Qui enim *Augustum* referunt, consecrationis symbola habent impressa; qui divum *Titum*, consulem, oppido falsi, & conficti ab impostoribus, dudum sunt deprehensi. Accedebat sæpius ad Divi nomen *nominis* quoque consecrati *immutatio*. Ita *Isis* apud Græcos *Io*; apud Romanos quis *Romuli* nomen *Quirinale* ignorat? Consecrata *Livia, Junonis; Drusilla, Veneris Panthea*, nomen tulere. Inde in rarissimo illo nummo Græco *Messalina* ipsa *nova Juno* dicitur, quasi ad *Liviam*, veterem *Junonem*, consecratam respexisset. Positæ vero in consecratorum honorem *statuæ* aureæ magnam partem erant, augustæ historiæ scriptorum testimonio; sed erant argenteæ etiam, marmoreæ, eburneæ, æneæ, quod consecratorum exemplis ex scriptoribus maxime illustribus Autor commonstrat. De colosso *Augusti* in foro Romano, ut & de *Neronis* illo, *Martialis* loquens inducitur; quin ex numis quoque asseritur, multas statuarum *sessiles* fuisse, qualem *Antonino*, jam consecrato, *Macrinus* a Senatu petiisse, apud *Capitolinum* legitur. Addita his statuis divinitatis alia quoque insignia, *fulmen, radius, astra, hasta, nimbus, cœlum*. Qua de re *Lucanus;*

Fulminibus manes radiisque ornabit & astris,

& *Plinius* in *Panegyrico: Horum unum, si præstitisset alius, illi jam dudum* radiatum caput, *& media inter Deos* sedes, auro staret aut ebore. Radiatam coronam *Augusto* tributam novimus; cujus tamen usus, sub *Gallieno* præsertim, tyrannis promiscuus erat, etiam vivis. *Astra* exhibent *Domitiani Cæsaris* numi; *Faustina* junior luna in humeris, face in manibus, *Lunæ Luciferæ* instar expressa, conspicitur; unde illa de receptis inter sidera loquendi ratio exorta est. *Hasta pura*, id est, sine ferro, statuis Deorum apposita sæpius conspicitur; unde & in consecratis adhiberi solita. Ita diva *Faustina*, ita *Traja-*

 nus

nus & *Antoninus*, in ſtatuis repræſentantur. *Nimbum*, *divinam lucem Servius* dixit, *fulgidum lumen*, *quo Deorum capita cinguntur*. Obſervatur hoc in apotheoſi *Claudii*, obſervatur in ara *Trajani*; unde fors illud derivandum, quod Sanctos apud Chriſtianos eodem nimbo inſigniri videmus. Priſcis certe Regibus, e *Merovingorum* inprimis gente, haud raro tributum idem iſtud inſigne, Autor, obſervaſſe ſe in Galliis, non diffitetur. *Velum*, niſi in Imperatricum conſecratione, non videas; in Imperatoribus certe conſecratis rarius. In Achate tamen capellæ Sanctæ Pariſinæ, cujus ſupra meminimus, *Auguſtus* velato capite conſpicitur, ſed, quæ Cel. Autoris & Illuſtriſſ. *Vignolii* conjectura eſt, *ob Pontificatum fortaſſis Maximum*, *quem vivus geſſerat*. Fœminis enim velum illud, capiti circumpoſitum, vivis ſacerdotii, poſt mortem conſecrationis, indicium fuit; in Imperatoribus vero, vivis æque ac mortuis, ad *Conſtantini* uſque *Chlori* tempora, nil præter ſacerdotium denotabat, cum *Conſtantius* demum cœperit velari. Neque vero partem capitis poſteriorem ſemper velum tegebat, nonnunquam & circuli inſtar ambibat caput; quod quidem *æternitatis* inter alia ſymbolum fuerat, cum prius in ſacris præcipue adhiberetur. Hæc de ſtatuarum, conſecratis erectarum, ſymbolis Cel. Autor. Pergit jam ad reliquos Deorum Dearumque characteres. Generatim omnes Imperatorum ſtatuæ vel *ſacræ* erant & honorariæ, vel *privatæ*, quæ ædificiis, vel domibus, ornatus cauſa paratæ ſunt, a Pontificibus nondum conſecratæ. Hinc vendi poterant tanquam ædium pars, quod *Martianus*, JCtus, & apud *Tacitum Annal. I*, *73*, *Tiberius*, innuunt. Sacras autem & honorarias imagines publice poſitas & conſecratas legimus. Hæ, quod divinitatis creditæ ſunt participes, ſolenni conſecratione, factæ, violari poterant; poterat in illas crimen majeſtatis committi. Imo ex illis Dii ſubinde credebantur per noctis ſilentium exire, ut *Quintilianus Declamat. X* loquitur. Inaugurationem ipſam ſtatuarum per *unctiones*, *coronationes*, *preces*, *ſacrificia*, *adorationes*, factam, Autor dein proſequitur; atque inde diverſos ſacrorum ritus, & venerationis modos, ad ſtatuas derivat. Meretur hic lepidiſſimum illud

Cicero-

Ciceronis describi, quod de *Herculis* statua apud Agrigentinos narrat. Rictum illius ac mentum paulo fuisse attritius, refert, quod in precibus ac gratulationibus non solum id venerari, verum & osculari, solerent. Supplicationes profecto, thure & vino ad consecratorum imagines factæ, multos Christianorum, quod detrectaverant morem, majestatis reos fecit, quod *Julia* lege istius criminis rei haberentur, qui honores debitos, ut crediderant, statuis illis non deferrent. Qua de re *Suetonius* testis producitur in *Vita Tiberii Cap. 58.* Positæ autem statuæ in *locis sacris*, in *larariis*, in *adytis*, & inter ipsa quoque Deorum simulacra, quod in *Domitiano Plinius* redarguit. Facta itaque in Divorum honorem *templa*, *fana*, *sacraria*, *delubra*, *aræ*, *pulvinaria*, de quibus testantur, præter numos, omnes augustæ historiæ scriptores, Cel. Autor singula illustrat. *Templa* vel quadrata, vel rotunda, vel oblonga, nunc quatuor, nunc sex, columnarum fuisse; immo in *Augusti* numo reperiri templum, octo columnis, imo & colossis capitibusque conspicuum. Statuæ in his templis Deorum, & consecratorum, Occidentem respiciebant, *ut supplicatum venientes*, inquit Autor, *respicerent Orientem, atque ad eam partem conversi sacrificarent. Aræ*, rotundæ partim, partim quadratæ; aliæ cum igne, sine igne aliæ; aliis fulmen trisulcum, aliis aquila imposita. Sunt in numis celebratissimæ *ara Providentiæ Augusti*, & *ara Lugdunensis*, de qua superius dictum est. *Pulvinaria*, id est, lecti in templis strati, unde & *lectisternii* nomen, cum sacra in templis convivia ad Deorum statuas celebrarentur, fuerant in usu. Sunt, qui cum Scholiaste *Horatiano*, *Acrone*, pulvinaria quoque dicta existimant illa, in quibus, ut eminentiora viderentur, stabant numina, tabulata. *Columnas* decretas nonnunquam a Senatu consecratis, *Aurelius Victor* & *Trebellius Pollio* testes sunt; quorum ille de *Marco*, hic de *Claudio* Gothico, refert, positas accepisse columnas. *Antoninianæ* columnæ adhuc visuntur Romæ. Sed vero, & *clypeum* ad divinitatis olim insignia relatum, tot Imperatorum exemplis docemur. Ita *Caligula*, *Domitiano*, *Hadriano*, *Claudio* Gothico, decretos a Senatu clypeos,

peos, *Tranquillus*, *Capitolinus*, *Trebellius Pollio*, *Eutropius*, commemorarunt. *Scilicet*, ut Autor ait, *non pugnatorius clypeus, ſed herois imagine*, *aut memorabili quadam actione, ſignatus, qui etiam diſcus vocabatur*. Ex metallo conficiebatur. Argenteum, in Rhodano prope Avenionem A. 1656 repertum, gaza Galliæ Regis aſſervat; cui memorabile illud continentiæ *Scipionis Africani*, in Hiſpania imperantis, exemplum, doctiſſimi viri inſculptum arbitrantur. *Macrobius* clypeatam imaginem *Q. Ciceronis* commemorat, qua protome ejus fuerit expreſſa; unde illud *M. T. Ciceronis: Fratrem ſuum dimidium majorem eſſe, quam totum*. Erat enim *Quintus* ſtatura parvus. Templa erecta, a *Sacerdotum Collegiis*, *Ordinibus*, & *Sodalitiis*, quo & frequentes in marmoribus *Flamines* & *Sodales* referas, procurabantur. *Flamines* quomodo a reliquis differant, eleganter definit *Cicero*, cum, *diviſque aliis*, inquit, *Sacerdotes*, *omnibus Pontifices*, *ſingulis Flamines*, *ſunto*; unde & in honorem ἀποθεωθέντων Flamines conſtituti. Ita *auguſtalis*, ita *Trajanalis*, ita *Hadrianalis*, & reliquorum, occurrunt paſſim Flamines. Auguſtarum vero conſecratarum ſacris dicatæ fœminæ non Flamines, nec Flaminicæ, (quæ vox Flaminis uxorem, ſenſu obvio, ſubinde tantum ſacerdotem fœminam, indigitat,) ſed ſacerdotes, vocabantur. Refert huc Autor Clariſſimus *pueros puellasque alimentarios*, a quibusdam Imperatoribus in Auguſtarum, quas conſecraverant, honorem ſelectos. Ita legimus de *Fauſtinianis*, de *Mammæanis* puellis, de pueris *Mammæanis*, quod tamen rarius occurrit. Ceterum, & Imperatoribus datos nonnunquam utriusque ſexus ſacerdotes, *Liviæ* & *Agrippinæ* exemplo demonſtrat, quarum illam *Auguſti*, hanc *Claudii*, ſacerdotem, *Dio* & *Tacitus* teſtantur. *Sodales*, a Flaminibus diſtinctos, docet producta Inſcriptio, & reliqua hiſtoriarum monumenta. *Collegium aliquod ſodales conſtituerunt, fuerantque plures numero*, verba ſunt *Schæpflini* noſtri, *ad modum Titiorum ſodalium in Auguſti honorem e primoribus civitatis numero XXI primum inſtituti*. *Salii*, in *Martis* honorem & ſervandis annalibus primum a *Numa* deſtinati, dein & *Palatini*, *Quirinales*, *Albani*, conſtituti ſunt; uſque dum omnibus ad

prin-

principatum relatis, & Imperatoribus divis, concederentur. Ita *Antoninianos*, ita *Hadrianales* Salios, reperimus passim. Saltantes per urbem, carmina canebant, axamenta dicta, quibus & Imperatores nonnunquam inserti. Ita & de *Germanico Tacitus Ann. II, 83*, refert, decretum a Senatu, ut nomen illius saliari carmine caneretur. Sed inter heroicos, vel inde etiam patet, honores, non divinos, ritum hunc fuisse. *Lupercorum* lasciva gens nota, eo quidem magis, quod nostri etiam seculi pars est. Neque facile Imperatorum Lupercos reperias, præter *Julii Cæsaris* illum Flaminem & Lupercum, simul vero & Consulem, *Antonium;* quem *Cicero*, quod Lupercum agere viro honeste turpe erat, ita perstringit aliquo loco, ut dicat: *Ita Lupercus eras, ut te consulem esse meminisse deberes. Circenses ludi & epulum circensi pompa*, id est, ut Divi imago vel Divæ Circensibus poneretur, in *Julii Cæsaris*, *Faustinæ*, aliorumque, apotheosi reperitur. Simulacra non semper humeris portata, sed vehiculis, *thensas* (*ἅρμα θεῶν Philoxeni*) dicebant, imponebantur. Ab elephantis tractum *Augusti* currum, *Dio* retulit. Sed nonnunquam & muli juncti, unde *carpentum mulare.* Prælata in Circensibus eburnea *Germanici* statua documento est, factum id & non consecratis. Redarguit Autor *Argolium*, qui thensas *vela explicata* dicit, instar tentoriolorum, nunc imposita curribus, nunc collocata alio loco, ut pro tribunali, solis arcendi causa. *Festus* enim satis clare *vehiculum argenteum* vocat, *quo exuviæ Deorum ludis Circensibus in circum ad pulvinar vehebantur.* De *Ludis augustalibus*, in honorem consecratorum institutis, postea Autor differit, & primum illos reperiri docet A. U. C. 735, cum ex Græciensi & Sicula peregrinatione redux *Augustus*, inter honores alios, *Fortunæ reduci* aram sacrari, & diem reditus scribi in Fastis, atque *Augustalia* vocari, passus est. *Eo die*, inquit Autor, *ex decreto Senatus ludi sunt postea instituti.* Fuisse autem & illud in more positum, ut *per nomen Divi jurarent*, *Lucani* verba testantur:

Inque Deum templis jurabit Roma per umbras.

Reliqua testimonia scriptorum apponere supersedemus; id

unum

unum addimus, tam religiose illud fuisse observatum, ut *Tertullianus* gentilibus, *citius apud eos per omnes Deos, quam per unum Principis genium, pejerari*, suo jam tempore objecerit. Formulæ enim jurandi, *per Principis salutem, fortunam, genium*, fuerant. Ceterum *Plotinæ* mortuæ exstructum templum, & hymni ab *Hadriano* compositi, testantur omnino, *in honorem divorum factos & hymnos.* Huc & *appellatio mensis a nomine Divi* referenda. Licet enim vivo id Cæsari factum, in cujus honorem *Quinctilis Julius* appellatus; plerumque tamen mortuis delatus honor; quod *Germanici Domitiani*que exemplo docetur. Freqüenter autem *Aquila* & *Pavo*, consecrationis symbola, reperiuntur. Aquila proprie Imperatorum, pavo fœminarum fuit, licet & his nonnunquam addita aquila inveniatur. Alis plerumque expansis repræsentarunt, vel aræ, vel suggesto, vel pulvinari, vel cippo, vel globo stellato, insistentem; addebant unguibus aut simplex, aut trisulcum fulmen, immo & dorso Imperatorem gestantem aquilam videas. Quidam *Faustinæ* numi sellam quoque *Junonis* cum sceptro & pavone exhibent; manus vero, e cœlo advenienti Imperatori porrecta, non nisi in *Constantini M.* consecratione occurrit. Atque hic demum finit Cel. Autor de Romanorum Apotheosi Commentationem, adjecta adhuc, loco appendicis, stylobatis columnæ *Antonianæ*, quod pleraque consecrationis symbola exhibet, copiosa explicatione. Quam eleganter ista omnia, quanto delectu, scripta sint, non ii solum, qui *Schæpflini* decora coram mirati sunt, in antecessum norunt, sed ii etiam, qui legerint solum, facile, si æqui sunt judices, æstimabunt.

Jam & ad reliquas Commentationes proferimus pedem; quas tamen non æque fuse recensitas dabimus, quod neque temporis, neque instituti, ratio permittat. Primam pleniorem dedimus, ut ita de reliquarum conditione Lector judicet; neque enim ulla est, quæ non *Schæpflini*, hoc est, elegans, comta, venusta, dici possit. Altera *Diatriba* est *historica*, *de Exstincto & restaurato Occidentali Imperio*, distributa in *Capita duo*. *Prius* de exstincto Occidentis imperio loquitur, ubi, posteaquam generaliora quædam, de fatali rerum humanarum periodo,

periodos Autor commemorasset; Romani imperii origines inde a *Romulo* & Regibus secutis repetit, quam primam Romanæ potentiæ ætatem, uti vocari solet, appellat. Inde adolescentiam, populo per 230 annos libero; dein ætatem virilem, cum magnitudine laborasse sua Romam, (post Carthaginem & Hispanias devictas, post victam Græciam, & deletam Corinthum,) *Livius* testatur; cum tandem, post *Marii* & *Sullæ* de principatu contentiones, post conspirationem *Catilinariam*, illa sub *Cæsare* facta Reipublicæ eversio. Hæc Imperatores Romæ dedit, tantum abest, ut recuperaret libertatem Respublica. Qua occasione Cel. Autor per Principum seriem prolatos imperii Romani fines exponit. Hic Britannos a *Claudio*, a *Domitiano* Dacos, Assyriam atque Armeniam a *Trajano*, (quem omnium Romanorum Principum potentissimum Autor appellat,) & quas non provincias Germaniæ? adjectas Romanæ Reipublicæ invenias. *Hadrianus* primum decrescentem Romam, concessa sponte Parthis omni trans Euphratem terra, comprobavit. Ita sub secutis Imperatoribus semper aliquid potentiæ Romanæ decesserat, adeo, ut, incommodo illo *Commodo* imperitante, quod Noster loquitur, *non Principes tantum extra Romam crearentur, quod inter imperii ruentis causas Tacitus retulit, sed & Imperatorium solium sub hastam quasi veniret.* Probata hæc dedit sequentium Imperatorum ad fastigium illud accessu Cel. *Schœpflinus;* refert etiam, sublevasse quidem *Alex. Severum* Rempublicam, & novum quasi vigorem illi reddidisse, quem subsecuti tamen militum tumultus, electique passim anti-Cæsares, facile sustulerint. Ignara malorum suorum Roma *Philippi* tempore videtur. Quos enim hic seculares ludos edidit, illa, exacto, magna cum lætitia, anno suo millesimo, concelebravit. Adeo verum illud est *Senecæ: Solent supremo facere securos mala.* Inde & exteri Reipublicæ & domestici hostes, nec minus triginta anti-Cæsares, penitus Rempublicam perdiderunt. Suscepit Phœnix tandem *Claudius*, cui parem a centum retro annis fere non licet invenire, ac erexit oppressum pæne imperium; pressit vestigia *Aurelianus*, cum successore *Tacito*, cujus tamen virtutem, non nisi

 osten-

ostensam Romanis, Autor commemorat. Mox bella iterum civilia, quæ, *Probo, Caro*, & *Carino*, imperantibus, sopita visa, recruduerunt; discerptæ imperii provinciæ, quas æmuli occupabant, donec *Constantinus M.*, amotis, singulari felicitate, reliquis omnibus, solus potiretur imperio, &, quæ divisa fuerant in plures, conjungeret. Ita lacertos iterum moverat imperium, ita tutum a barbarorum incursionibus, sola nominis gloria, præstitum. At aliud tunc malum cepit originem, funestum adeo, ut inde labascentis Romanæ potentiæ primordia, neque immerito, desumantur. Sedes Imperii Roma Constantinopolim translata, & imperii inter filios divisio, facile effecerunt, ut æmula imperii Roma, viribus nunc divisis, periret facilius, immo ne conjunctis quidem, contra externos hostes, ita, ut ante factum est, posset defendi. Inde secutorum Cæsarum in Rempublicam vel merita, vel facinora, continuo ordine, concinne Cel. Autor exponit, usque dum ad veram demum Orientalis Imperii, ab Occidente separati, epocham sub *Theodosii* filiis duobus, inter quos divisum, e veteri memoria, facinore, imperium, delabatur. Inde malorum omnium sequentis Seculi causam repetit Noster, inde voluptas, otium, adulatio, ambitio, avaritia, æmulatio, crudelitas, & quid non? immigrarunt in Rempublicam, quæ sensim, quasi sine sensu, spes barbarorum magnificas, exterarumque gentium, memorum libertatis, ad invadendum imperium incitarunt. Deducta ista omnia per temporum seriem ab Autore videas. Tandem, *collapsa*, inquit, *invicta illa, & ad invidiam provecta, Romanorum potentia, cessit tunc tot gentium furori, & ad exiguas tam brevi redactum fuit angustias Imperium, quod tot Seculorum cura fuerat dilatatum.* Posteaquam ita Noster de causis collapsi imperii disseruisset; illustrissima demum illa regna, quæ ex ruina Romæ resurrexerunt, recenset; ubi situs primo & opportunitates provinciæ, mox Romanorum ingressum, reliquum sub Romanis habitum, dominationem excussam, & quæ fata demum consecuta sint, fuse non minus, quam venuste, disserit. *Britanniam*, illam septentrionalis Oceani insulam, bello *Cæsar Julius* primum petiit,

tiit, magis tamen vidit, quam vicit. *Septimius Severus* latissime Romanos ibi fines extendit, exstruxitque *Vallum*, æternum pacatæ Britanniæ monumentum. Amisit eam *Valentinianus*, immigrantibus mox novis gentibus, Anglo-Saxonibus inprimis, qui hodiernæ etiam Britanniæ nomen dederunt. *Hispania*, quæ, post Reges proprios, Carthaginensibus paruit, inde, finito bello Punico III, ad Romanos devenit; devicta & pacata sub Cæsaribus, Seculo V irruentibus passim Suevis, Vandalis, Alanis, Gothis, (totidem fere regnorum autores vocat Autor,) erepta Romanis, in eam successu temporis libertatem se vindicavit, qua nunc conspicitur. Multa hinc de Suevis, Vandalis, Alanis, Gothis, commemorantur, quæ non describimus. *Francicum regnum* Seculo V cœpit in Gallia, quæ, posteaquam integro decennio Romanum jugum recusaverat, tandem, devicta a *Cæsare*, paruit Romanis. His ademtum postea, divisum in varios populos fuit, tandem a *Chlodovei* filiis reunitum. Quæ de Francorum origine, quam ad Seculi III tempora demittit, de variis item belli & pacis vicissitudinibus, Autor exponit eo loco, merentur legi. Atque ita, amissa Hispania, Britannia, Gallia, Romani, ex Africa profligati, *impletum fere illud videbant, ad casas redeundum sibi, quicquid injuste occupaverant, reddituris.* Certe, qui ad *Romulum* usque *Augustum* inde a *Theodosio* fuerant Imperatores, tantum abest, ut recuperarint quidquam, ut nece & simultatibus sævierint in Rempublicam. Scribitur clausisse *Romulus* ille *Augustus* Occidentalium Imperatorum seriem; nisi omnino imperium illud pridem jam exstinctum antea dici debeat. Quæ reliqua sunt *primi Capitis*, ad secutas Herulorum, Scyrorum, & Ostrogothorum, *Odoacro* & *Theodorico* ducibus, turbas, quæ novo in Italia Ostrogothorum regno locum dederunt, pertinent partim, partim ad occupatam a Longobardis Gothorum potentiam, *Justino* Imperatore, adeoque Romanæ potentiæ interitum, referenda sunt. *Secundo Capite restauratum Occidentale Imperium*, eadem rerum & temporis serie, exhibetur. *Victricibus*, inquit Autor, *Narsetis armis erepta Gothis Roma, ad Orientis Imperium tandem redierat, - - - pristinoque suo do-*

mino restituta, Exarchum Ravennatensem, & per hunc Orientis Imperatorem, venerabatur. Inde vota pro salute Principis; Cæsarum in numis nomina; notati in literis Pontificum anni Imperatorum; Papa Cæsaris autoritate electus & rejectus; insigni documento, summum urbis ac supremum imperium Græcis tum Imperatoribus competiisse. Religio demum novandis rebus ansam præbuit. Quæ sub *Philippico Bardane* orta erat *imaginaria controversia*, recruduit sub *Leone Isauro*, atque, ut loquitur Autor, *ad exuendum omne obsequium Papæ populoque Romano occasionem dedit.* Remotis, usque dum a Concilio res deciderentur, ab intuentium oculis imaginibus, Cæsari sacris a *Gregorio II* interdictum fuit, conculcatæ, populi furore, Principis imagines; quæ licentia eo processerat, ut neque sanctissimus pater eam reprimere ullo modo posset. Occisi passim duces, neque nisi Pontificis precibus a novi Imperatoris electione retineri populus poterat, qui nunc se liberum, nunc sui se juris, profitebatur. Uniti rebellibus Longobardi cum Rege suo *Luitprando*, Italiam fere universam occuparunt; ad quas calamitates & Orientis turbæ accesserant, quas Edictum *Leonis* de imaginibus concitaverat. Apologiam inde Cel. Autor *Leoni* Imperatori scribit, ut sævitiam in tumultuum autores excusaret aliquo modo. Missus *Eutychius*, ut res Occidentis pacaret; ipse Imperator instructa classe in rebelles proficiscitur, compulsurus illos ad obsequium, nisi Saraçenorum insultus alio avocassent. Secuta demum imaginum & statuarum strages immensa, Iconomachorum & Iconoclastarum nomini dedit originem. *Hinc*, inquit Noster, *tot miracula, tot ligna sanguinem sudantia, passim apud Scriptores leguntur.* Prospere interea res gessit *Eutychius*, ope *Luitprandi*, restituit imperio Exarchatum, atque ita mortem tranquillo rerum habitu oppetere *Leoni* contigit. Successor *Constantinus*, cum *Artabasdo* de imperio certans, Italiæ iteratam defectionem acceleravit; quid? quod, licet receperit eam in gratiam, *Pachisius*, *Luitprando* successor datus, copias in Romanum agrum rursus eduxerit; & altera ex parte invasiones barbararum gentium Imperium Orientale mirum in

modum

modum devastaverint. Ita divulsus ab Imperio in perpetuum Exarchatus, Longobardorum juris cum Pentapoli factus est; immo ipsa quoque Roma periisset, nisi *Pipinus*, quod pater, a Pontifice *Stephano* exoratus, meditabatur, perfecisset, atque exercitu Alpes transgressus, bellum Longobardis, ad Romam ab eorum insultu liberandam, intulisset. Prospera omnia *Pipino* evenerant, immo & Papæ *Stephano*, si, quæ secuta sunt, attendantur. Hic enim Imperatorem hæreticum, indignum, cui tot fideles pareant, *Pipino* persuaserat, eo successu, ut, posteaquam Longobardi victi, omni in Romam juri renuntiassent, *Pipinus*, ademtum illis Exarchatum, singulari liberalitate in Papæ transire potestatem, passus sit. Sed altera expeditione vindicanda erat Italia, quod & factum; compulsi rursus intra suos fines Longobardi, & data Imperatoriis legatis, qui Romam repetebant, repulsa, Sancto *Petro* terræ a *Pipino* destinatæ. Atque ita, inquit Cel. Autor, *Pontificis usibus Exarchatus Ravennatensis cum Pentapoli conceditur, reservante sibi supremum dominium Pipino; indignum facinus! nec facile dixeris, an major iniquitas fuerit aliena donantis, quam accipientis.* Et recte omnino inde repetitur summæ illius arrogantiæ Pontificum origo, quam prolatus in dies dominatus consequebatur. Quas demum turbas *Desiderius* moverat, compositæ a *Carolo M.* sunt, ita quidem, ut victus ille, deductusque in Galliam, perpetuum Lugduni ageret exilium, Italia vero pacaretur denuo. Transierat tum in Franciæ Reges Regis Longobardiæ titulus, neque Romanus apud Constantinopolitanos Imperator contra diuturnam Longobardorum possessionem, & inita cum eorum Regibus pacta, vel hiscere sustinuerat. Exstinctum ergo A. 774, post 23 Reges, per 206 fere annos, Longobardorum regnum. Quæ de donatione *Caroli M.*, facta Pontifici, Autor disputat, non addimus, ne, quæ sunt notissima, in vanum referamus. Ita & illa ex historiæ monumentis satis nota, quæ de Patriciatu, *Carolo M.*, antequam referret pedem in Gallias, collato a Romanis, Autor exponit. Quantum autoritatis ea re acceperit *Carolus*, jus eligendi Pontificem, ordinandi Apostolicam sedem, juramentum fidelitatis

omnibus impositum, nec non reliqua jura majestatica, quæ in ipsa urbe Roma exercuit, satis testantur. Pergit, posteaquam ista disseruisset Autor, nonnulla illustriora monumenta, quæ *Caroli* supremam in urbem Romam potestatem docent, exponere; inter quæ illud eminet, quod vexillum urbis miserit *Leo* Papa Regi, additis precibus, mitteret de optimatibus unum, qui Romanum populum *ad fidem suam* & subjectionem per sacramenta firmaret. *Hoc jus*, inquit Noster, *in urbem Romam, ejusque Episcopos, perpetuo Carolus retinuit, ac felici quodam fato in posteros suos prorogavit. Nec fere dubiam ipsi banc palmam fecere Imperatores Orientis. Constantino* filius *Leo* successerat, qui, præter Syriaca quædam, nihil egit, immo uxoris etiam malignitate in tenerum filium factum est, ut de restituendo per Occidentem Imperatoris titulo Papa, populusque Romanus, cogitarent. *Leo* igitur Pontifex, interpres populi, convocatis Clero & Principibus, solenni cerimonia, *Carolum* coronatum Augustum pronuntiavit, atque adeo, ipsis Seculi noni primordiis, instauratum Occidentale Imperium concessit. Cerimoniam omnem fuse Autor descriptam exhibet. Facta vero hæc non plane invito *Carolo* fuisse, inde probat, quod apud *Eginbardum*, inde ab urbe occupata, *fratrem Augustorum in Oriente* se vocavisse referatur *Carolus*. Disputat mox contra illos Autor, qui, pro sua potestate Papam hæc præstitisse, audacter non minus, quam temere, affirmant; quasi vero in ejus tunc potestate urbs populusque Romanus fuerit. Sed, neque huic eligendi Imperatoris potestatem fuisse, recte Autor asseruit, adeo, ut, *injuria affectos maxima Imperatores Constantinopolitanos*, dicat, *cum solis ipsis competentem tam illustrem titulum Carolus præceptum usurparet.* Neque nisi initis secuto tempore cum *Irene*, *Nicephoro*, & *Michaele Curopalate*, pactis, justo titulo Imperatoriam sibi dignitatem *Carolus* vindicavit. Tum perfecto & pleno jure Romæ dominus dici poterat. Atque hoc modo instauratum illustre Occidentis illud imperium, postquam per Secula III etiam memoria fere ejus fuerat deleta. Sed non diu penes *Caroli* posteros tanti majestas imperii perduravit. *Pari perfidia*, inquit Autor, *populi Episco-*

pique

pique Romani ademtum illis imperium, qua olim ad Carolum defecerant. Dignis deinde atque indignis concessa ea dignitas, donec Otto ille Magnus, Germania pacata, ac felici in Italiam suscepta expeditione, perpetuo vinculo majestatem illam Germaniæ annecteret. Atque hic demum finem differendi fecit Autor, cujus operam facile quis æstimabit, qui ad argumentorum selectum, orationis flumen, & reliqua ornamenta, animum adverterit. Quæ sunt Voluminis reliqua, si jam vellemus pro dignitate rerum recensere, contra institutum nostrum ageremus. Proinde novo labori rem omnem ea lege asservamus, Lector, ut in antecessum tibi persuasum velimus, quæ hic promulsidis loco data sunt, talia esse, ut gustum facile cuivis possint ciere, *Schœpfliniana* omnia penitius cognoscendi.

DELICIÆ ERUDITORUM, SEU VETERUM ἀνεκδότων Opusculorum Collectanea. JO. LAMIUS collegit, illustravit, edidit.

Florentiæ, ex typographia Petr. Cajet. Vivianii, 1736, 8.
Plag. 20.

Cum non sit negandum, magnam illos laudem mereri, qui veterum scripta, eaque nondum edita, colligunt, & cum orbe erudito communicant: quod ita fiat, ut multa in vulgus emanent, quibus alias latendum in tenebris fuisset; gratias haud vulgares debent elegantioris literaturæ studiosi Cel. *Lamio*, quod consilium ceperit, nonnulla scripta ἀνέκδοτα in publicam lucem & doctorum hominum conspectum proferendi. Incitarunt eum ad hoc opus suscipiendum Germanorum inprimis & Gallorum studia, quæ, in itinere olim constitutus, propius inspexit, & quibus captus vehementer, in simili olim stadio decurrendum sibi statuit. Semina præterea æmulationis animo ejus injecerunt præclara exempla patriæ, Italiæ, cujus doctissimis civibus multa rei literariæ præclara monumenta debentur, ex tenebris in lucem revocata. Bibliothecæ tandem præstantissimæ Florentinæ, Codicibus manu exaratis, iisque eximiis & bonæ frugis plenis, locupletissimæ, domestica exempla præbebant, quibus excitari posset,

ut

ut artes excoleret, & ἀνεκδότων Commentariorum editioni animum applicaret. Quod vero nunc demum hanc curam susceperit, causas ipse varias recenset, quarum in numerum referri debent peregrinationes difficiles & longæ quinque annorum per varias Europæ provincias, & penuria eorum Florentiæ, qui Græcos Codices & Latinos emendate exscribere sciant, quæ ipsum coegit, ut noctes diesque in hoc labore desudaret. Sed, omnibus illis impedimentis feliciter remotis, animus est doctissimo *Lamio*, XXIV plus minus *Voluminibus* præclaras atque eximias virorum eruditorum, qui ante Seculum P. C. N. XVI floruerunt, Commentationes ἀνεκδότους certo ordine & ratione comprehendere, ut singulis *Voluminibus* diversi argumenti, aut linguæ, aut compositionis, Opera contineantur. Breves autem lucubrationes hoc in loco seligentur; ampliores enim & longiores Commentarios alio loco dabit. Initio quidem eo spectabat institutum Autoris, ut Opuscula talia in lucem emitteret, quæ in Florentinis Bibliothecis ignota huc usque delituerant; nunc tamen statutum ipsi est, ex aliis etiam Bibliothecis remotiorum provinciarum ad se missis Opusculis non prorsus locum denegare. Simili exceptione usurus est, quando aliquid transmittetur, quod Seculo XV sit posterius. Carmina & Orationes, quamvis vetustas, omnes ex hac Collectione excludet, reliqua tamen omnia admittet, quæ ad Historiæ supplementum & illustrationem, aut aliarum liberalium artium & disciplinarum ornatum & incrementum, aliquid facere possunt. Singulis etiam Opusculis, quæ in hac Collectione comparebunt, brevibus vita Autoris præfigetur, Bibliotheca, ex qua prodibunt, indicabitur, variantes lectiones adjicientur, cum criticis animadversionibus. Hæc est ratio instituti, quod *eruditorum delicias* appellare visum est Cel. *Lamio*, quia ejusmodi labor plenus suavitatis & voluptatis est. Sed jam docebimus Lectores nostros, quid boni *Volumen* hoc *primum* secum ferat, & quid præstiterit in eo exornando Doctiss. *Lamii* industria. Absolvitur hoc scilicet *V Epistolis Michaelis Glycæ*, Grammatici, sive disputationibus varii argumenti, quibus præmisit Cel. *Lamius* vitam hujus *Glycæ*. Cognomen *Glycæ* accepisse ille videtur

Pag. 1.

detur *Lamio*, quia ex *Glycetarum* familia esset, quod ex versiculis variis, qui sunt Annalium ejus Codicibus præfixi, probari posse contendit. Quare B. *Fabricium* reprehendit, in *Biblioth. Gr. Lib. V Cap. 41 pag. 228* scribentem, hoc nomen assumsisse eum tunc demum, cum habitum monasticum indueret. Siculus Pag. 5.
natione fuit, ut plerique credunt. Eum Grammaticam professum, primæ Epistolæ inscriptio docet. Addubitat tamen Vir doctissimus, num *Glycas* unquam vitam monasticam amplexus fuerit, *Fabricium* refellens. Sed miramur, qui factum fuerit, ut Vir Cel. sui adeo oblivisceretur, ut paulo post contrarium fere assereret. Monachos, refert, & alios in dignitate constitutos, *Glycam* sæpe de gravissimis consuluisse controversiis theologicis, quod tamen vix fieri potuisse putat, nisi sacris & castioris alicujus sectæ institutis fuerit addictus. Deinde monet, confirmari hoc posse ex appellatione illa, quando κυρὸς appellatus fuerit, quo vocabulo contracto Monachi præsertim, ut Noster ait, sequioribus Seculis indigitabantur, non secus atque nos Domnos Monachos honoris causa nuncupamus. Vide etiam, quæ infra *pag. 33* de voce κυρὸς disputat Cel. *Lamius*. Quid itaque erravit *Fabricius*, quando dixit, Monachum fuisse *Michaelem Glycam*? Num adeo omni historiæ autoritate destitutus hoc asseruit? Sed, quic- 6.
quid horum sit, virum omnibus disciplinis imbutum fuisse, tradit Autor, *Glycam*, cum passim Theologum, passim Medicum, passim Historicum, se esse prodat, nec eloquentiæ laude caruisse. Seculi XII scriptorem hunc fuisse, multi credunt; *Allatio* tamen & *Oudino* Seculo XV vixisse videtur. Litem omnem dirimere videntur Epistolæ *Glycæ*, *Lamio* alio loco afferendæ, quas ad *Constantium Palæologum* scripserat, quem Seculo XV vixisse constat, simulque contra *Dufresnium* disputat. Opera *Glycæ* sunt inprimis Annales, Patriarcharum, Regum, & Imperatorum, res gestas, historiamque Judaicam, Romanam, & Constantinopolitanam, complectentes, a *Leunclavio* primum Latino sermone donati, & a *Meursio* inprimis editi. Scripsit etiam 13.
præterea Epistolas multas, interrogatus a diversis super variis quæstionibus theologicis & dubiis. Numerum earum LVI

Ttt esse,

esse, & magno in pretio a viris doctis fuisse habitas, ab earum vero editione multos morte, vel alia causa, abstractos, docet *Lamius*. *Bonav. Vulcanius* ex Codice *Georg. Dousæ* tres Epistolas edidit cum sua versione & observationibus. *Jac. Pontanus* duas ex Epistolis *Glycæ* edidit, Latine a se conversas, quæ in Bibliotheca maxima Patrum, & Annalium editione *Labbei*, sed non Græce, & præterea mancæ ac detruncatæ, exstant. Has itaque Epistolas edere meditatur Cel. *Lamius* ex Codice Bibliothecæ *Riccardianæ*, cui præest, qui XIV harum Epistolarum continet, cum sua interpretatione. Ut vero opus perfectius sit, adjiciet etiam illas, quæ jam editæ fuerunt, sed emendatiores & castigatiores. In quibusdam Codicibus hæ Epistolæ *Jo. Zonaræ* tribuuntur. Tandem & de hoc Codice *Riccardiano* nonnulla referuntur. Quod ad ipsas Epistolas *Glycæ* numero V, quæ hoc in loco comparent Græce & Latine, attinet,
Pag. 33. *prima* ad Domnum *Joan. Sinaiten*, Monachum & Stylitam, directa est, & disquirit, utrum in peccatum lapsis condescen-
66. dendum sit, an, prout ratio postulat, increpandi sint. *Secunda*, ad Monachum *Maximum Smeniotam*, differit, utrum audiendi sint dicentes, hominem a principio corpus caducum habuisse, & passionibus obnoxium, cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse, & lignum scientiæ ficum exstitisse. Hæ duæ
196. *Pontani* adscriptam habent interpretationem. *Tertia*, ad eundem, de gloria & claritate, qua *Adamus* a principio coruscavit, ver-
211. ba facit. *Quarta*, ad eundem, quærit, cur diabolus per serpentem, & non aliud animal, *Adamum* incesserit, unde constet, *Adamum* per serpentem oppugnatum fuisse, cum Scriptura id non
225. expresse dicat. *Quinta*, ad Monachum *Jo. Aspionem*, exponit, quali natura hominum corpora a mortuis sint resurrectura, & an sensibilem cibum tunc manducatura. Tribus posterioribus apposita est Cel. *Lamii* interpretatio. His singulis subjecit Doctiss. Editor suas observationes & animadversiones, in quibus id quidem agit, ut ex suo Codice *Riccardiano* in prioribus jam editis Epistolis lectionis varietatem addat, præterea ex aliis Autoribus tum Historicis res ipsas, tum Græcas phrases, explicet; nec tandem omittit *Glycam* in nonnullis reprehendere, ubi obscurius

rius

rius locutus videbatur. Adjecit tandem Cel. Editor ex eodem Codice *Riccardiano*, quo *Glycæ* Epistolæ continebantur, fidei catholicæ formulam Græce, cum interpretatione Latina, quæ num antea fuerit edita, se ignorare profitetur. Legi tamen hæc meretur, cum præcipua fidei capita contineat, & quasi in compendio sistat. Nos Cel. *Lamio* hunc feliciter susceptum laborem ex animo gratulamur, eique prosperos successus comprecamur, simulque vovemus, ut lectores tales, quales nos sumus, hoc est, applaudentes nobilissimis conatibus, ei quamplurimi contingant. Pag. 283.

ESSAI DE PHYSIQUE &c.
hoc est,
TENTAMEN PHYSICES, AUTORE PETRO VAN MUSSCHENBROEK, Prof. Philos. & Mathem. in Acad. Ultrajectina. Accedit Descriptio novarum machinarum pneumaticarum, itemque collectio experimentorum J. V. M. Ex Belgico sermone in Gallicum transtulit PETRUS MASSUET, Doct. Med.
Tomi II.

Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, 1739, 4.
Alph. 5 plag. 16, Tabb. æn. 33.

Physica, teste Cel. *Musschenbrœkio*, nunquam antea apud Batavos tanto exculta studio fuit, quanto hodie. Perpauci olim in ea scientia viri docti elaborarunt, quæ nunc a plerisque omnibus, non eruditis modo, sed etiam mercatoribus, artificibus, & aliorum ordinum hominibus, in deliciis habetur, & in præcipuis oppidis, studio certarum societatum, naturam machinis tentantium, quotidie illustratur. Et princeps quidem *Nieuwentytius*, edito præclaro *de existentia Dei* libro, attentionem civium suorum ad investiganda atque admiranda divina opera, in rebus naturalibus occulta, excitasse videtur. Quem secutus paulo post Celeberrimus *Desagulierius*, cum ex Anglia ad Batavos venisset, dici vix potest, quanto populi applausu, ad videnda pulcherrima spectacula, & ad audiendam eloquen-

eloquentissimi Viri interpretationem, concurrentis, passim sit exceptus. Post discessum hujus Philosophi, ne studium gentis refrigesceret, libris opus erat, quos consulere physicarum rerum curiosi possent. Quorum cum magna tum penuria esset, nec præter scripta *Derhami*, & Prælectiones *Desagulierii*, ab aliquo discipulorum ejus collectas, ullum fere aliud probabile opus in lingua Belgica exstaret, id agere cœperunt quidam Bibliopolæ, uti plures de hoc genere egregios libros transferendos in patrium sermonem curarent. At hi fere tales libri erant, in quibus, propter prima scientiæ elementa omissa, & pro cognitis assumta, curiosus populus nisi cum magna difficultate versari vix ac ne vix quidem poterat. Itaque opus desiderabatur, ipsa Physices principia, facili ordine connexa, & luculenter explicata, complectens; ad quod conficiendum non alius aptior Autor videbatur, quam Cel. *Musschenbrækius*. Atque is, licet initio hujusmodi laborem magnopere refugeret ac deprecaretur, quippe & plurimis negotiis Academicis districtus, & lingua potius eruditorum, quam vernacula, scribere solitus, & parum ex tota re gloriæ exspectans, postremo tamen, cum & promovenda honestissima civium suorum studia, & eos a proposito depellendos, putaret, quos *Elementa* sua *Physicæ*, ante aliquot annos in usus Academicos succincte conscripta, & alio loco in *Actis* nostris laudata, e Latino in Belgicum sermonem, se etiam invito, conversuros intelligebat, manus rogantibus dedit, ac præsens Opus elaborandum suscepit; quanquam non ita illud quidem, uti ab Autore in lucem editum est, sed ex lingua Belgica in Gallicam denuo translatum, ad nos pervenit: egregium certe, & iis, quorum usui potissimum destinatum est, non minus sine dubio exoptatum, quam *Musschenbrækio* dignum. Quod cum modestum & hodie perquam probatum *Tentaminis* titulum præ se fert, ne perfectum systema polliceri videatur, tum vero non prima solum scientiæ principia ad mentem *Neutonianorum* perspicue tradit, sed alia quamplurima admiranda naturæ phænomena, & curiosissima experimenta, & præclara juniorum reperta, & accurata Mathematicorum ratiocinia, exponit, quæ alibi

alibi frustra quæras. Fieri non facile potest, ut liber a quoquam alio, in patriam præsertim linguam, rectius convertatur, quam ab ipso Autore, qui unus & sensum eorum, quæ scripsit, & loca, quæ explicatione egent, optime nosse putandus est. Quo minus de præstantia editionis Belgicæ Operis *Musschenbrakiani* dubitandum videtur. De Gallica versione nihil separatim addimus, cum non satis liqueat, utrum consentiente, an invito, Autore a Doctiss. *Massueto* facta sit. Illud omittendum non est, quod & Celeberrimus *Musschenbrækius* monet, & ipsa moles voluminis loquitur, *Elementa Physicæ* Latina, quæ primo minori forma A. 1726, ac deinde multo auctiora A. 1734, prodierunt, nunc non simpliciter ab Autore translata, sed tot iterum accessionibus, & difficiliorum locorum explicationibus, amplificata esse, ut pro alio plane, seu mavis tertio, Opere, de iisdem rebus eodem ordine conscripto, id, quod hoc loco recensemus, haberi non injuria possit. Mutavit etiam nonnulla & correxit Vir Celeberrimus, ingenueque profitetur, se, cum passim ejusmodi sectari duces coactus esset, qui experimenta sua parum accurate describere, & generales mox conclusiones regulasque nimis præcipitanter inde deducere, consueverint, ab erroribus non satis cavere potuisse; de cetero nec retractationum suarum se pudere, neque eum esse, qui etiam nunc, ubivis in vera se incidisse, contendat. Physica enim, inquit, in dies magis perficitur; Philosophi secuturi nova semper detegent; maximeque credibile est, fore, ut post centum annos res plane aliter, quam quo pacto eas hodie adspicimus, sese habere videantur. Restat, ut etiam de iis pauca dicamus, quæ sub finem libri adjecta sunt a Nobilissimo Lugdunensi Mechanico, *Joanne van Musschenbrak*. Describit ille primo, ac per partes singulas accurate ante oculos ponit, duas novas machinas sive antlias pnevmaticas, a Viro Clarissimo, *s' Gravesandio*, inventas, simplicem alteram, alteram duplicatam; deinde collectionem plusculorum experimentorum, ad demonstrandam illarum machinarum usum, subjungit; ac postremo catalogum exhibet variorum instrumentorum physicorum, mathematico-

 rum,

eloquentiſſimi Viri interpretationem, concurrentis, paſſim ſit exceptus. Poſt diſceſſum hujus Philoſophi, ne ſtudium gentis refrigeſceret, libris opus erat, quos conſulere phyſicarum rerum curioſi poſſent. Quorum cum magna tum penuria eſſet, nec præter ſcripta *Derhami*, & Prælectiones *Deſagulierii*, ab aliquo diſcipulorum ejus collectas, ullum fere aliud probabile opus in lingua Belgica exſtaret, id agere cœperunt quidam Bibliopolæ, uti plures de hoc genere egregios libros transferendos in patrium ſermonem curarent. At hi fere tales libri erant, in quibus, propter prima ſcientiæ elementa omiſſa, & pro cognitis aſſumta, curioſus populus niſi cum magna difficultate verſari vix ac ne vix quidem poterat. Itaque opus deſiderabatur, ipſa Phyſices principia, facili ordine connexa, & luculenter explicata, complectens; ad quod conficiendum non alius aptior Autor videbatur, quam Cel. *Muſſchenbrækius.* Atque is, licet initio hujusmodi laborem magnopere refugeret ac deprecaretur, quippe & plurimis negotiis Academicis diſtrictus, & lingua potius eruditorum, quam vernacula, ſcribere ſolitus, & parum ex tota re gloriæ exſpectans, poſtremo tamen, cum & promovenda honeſtiſſima civium ſuorum ſtudia, & eos a propoſito depellendos, putaret, quos *Elementa* ſua *Phyſicæ*, ante aliquot annos in uſus Academicos ſuccincte conſcripta, & alio loco in *Actis* noſtris laudata, e Latino in Belgicum ſermonem, ſe etiam invito, converſuros intelligebat, manus rogantibus dedit, ac præſens Opus elaborandum ſuſcepit; quanquam non ita illud quidem, uti ab Autore in lucem editum eſt, ſed ex lingua Belgica in Gallicam denuo translatum, ad nos pervenit: egregium certe, & iis, quorum uſui potiſſimum deſtinatum eſt, non minus ſine dubio exoptatum, quam *Muſſchenbrækio* dignum. Quod cum modeſtum & hodie perquam probatum *Tentaminis* titulum præ ſe fert, ne perfectum ſyſtema polliceri videatur, tum vero non prima ſolum ſcientiæ principia ad mentem *Neutonianorum* perſpicue tradit, ſed alia quamplurima admiranda naturæ phænomena, & curioſiſſima experimenta, & præclara juniorum reperta, & accurata Mathematicorum ratiocinia, exponit, quæ

alibi

alibi frustra quæras. Fieri non facile potest, ut liber a quoquam alio, in patriam præsertim linguam, rectius convertatur, quam ab ipso Autore, qui unus & sensum eorum, quæ scripsit, & loca, quæ explicatione egent, optime nosse putandus est. Quo minus de præstantia editionis Belgicæ Operis *Musschenbrækiani* dubitandum videtur. De Gallica versione nihil separatim addimus, cum non satis liqueat, utrum consentiente, an invito, Autore a Doctiss. *Massueto* facta sit. Illud omittendum non est, quod & Celeberrimus *Musschenbrækius* monet, & ipsa moles voluminis loquitur, *Elementa Physicæ* Latina, quæ primo minori forma A. 1726, ac deinde multo auctiora A. 1734, prodierunt, nunc non simpliciter ab Autore translata, sed tot iterum accessionibus, & difficiliorum locorum explicationibus, amplificata esse, ut pro alio plane, seu mavis tertio, Opere, de iisdem rebus eodem ordine conscripto, id, quod hoc loco recensemus, haberi non injuria possit. Mutavit etiam nonnulla & correxit Vir Celeberrimus, ingenueque profitetur, se, cum passim ejusmodi sectari duces coactus esset, qui experimenta sua parum accurate describere, & generales mox conclusiones regulasque nimis præcipitanter inde deducere, consueverint, ab erroribus non satis cavere potuisse; de cetero nec retractationum suarum se pudere, neque eum esse, qui etiam nunc, ubivis in vera se incidisse, contendat. Physica enim, inquit, in dies magis perficitur; Philosophi secuturi nova semper detegent; maximeque credibile est, fore, ut post centum annos res plane aliter, quam quo pacto eas hodie adspicimus, sese habere videantur. Restat, ut etiam de iis pauca dicamus, quæ sub finem libri adjecta sunt a Nobilissimo Lugdunensi Mechanico, *Joanne van Musschenbrœk*. Describit ille primo, ac per partes singulas accurate ante oculos ponit, duas novas machinas sive antlias pnevmaticas, a Viro Clarissimo, *s' Gravesandio*, inventas, simplicem alteram, alteram duplicatam; deinde collectionem plusculorum experimentorum, ad demonstrandam illarum machinarum usum, subjungit; ac postremo catalogum exhibet variorum instrumentorum physicorum, mathematico-

 rum,

omnibus impositum, nec non reliqua jura majestatica, quæ in ipsa urbe Roma exercuit, satis testantur. Pergit, posteaquam ista disseruisset Autor, nonnulla illustriora monumenta, quæ *Caroli* supremam in urbem Romam potestatem docent, exponere; inter quæ illud eminet, quod vexillum urbis miserit *Leo* Papa Regi, additis precibus, mitteret de optimatibus unum, qui Romanum populum *ad fidem suam* & subjectionem per sacramenta firmaret. *Hoc jus*, inquit Noster, *in urbem Romam, ejusque Episcopos, perpetuo Carolus retinuit, ac felici quodam fato in posteros suos prorogavit. Nec fere dubiam ipsi hanc palmam fecere Imperatores Orientis. Constantino* filius *Leo* successerat, qui, præter Syriaca quædam, nihil egit, immo uxoris etiam malignitate in tenerum filium factum est, ut de restituendo per Occidentem Imperatoris titulo Papa, populusque Romanus, cogitarent. *Leo* igitur Pontifex, interpres populi, convocatis Clero & Principibus, solenni cerimonia, *Carolum* coronatum Augustum pronuntiavit, atque adeo, ipsis Seculi noni primordiis, instauratum Occidentale Imperium concessit. Cerimoniam omnem fuse Autor descriptam exhibet. Facta vero hæc non plane invito *Carolo* fuisse, inde probat, quod apud *Eginhardum*, inde ab urbe occupata, *fratrem Augustorum in Oriente* se vocavisse referatur *Carolus*. Disputat mox contra illos Autor, qui, pro sua potestate Papam hæc præstitisse, audacter non minus, quam temere, affirmant; quasi vero in ejus tunc potestate urbs populusque Romanus fuerit. Sed, neque huic eligendi Imperatoris potestatem fuisse, recte Autor asseruit, adeo, ut, *injuria affectos maxima Imperatores Constantinopolitanos*, dicat, *cum solis ipsis competentem tam illustrem titulum Carolus præceptum usurparet*. Neque nisi initis secuto tempore cum *Irene*, *Nicephoro*, & *Michaele Curopalate*, pactis, justo titulo Imperatoriam sibi dignitatem *Carolus* vindicavit. Tum perfecto & pleno jure Romæ dominus dici poterat. Atque hoc modo instauratum illustre Occidentis illud imperium, postquam per Secula III etiam memoria fere ejus fuerat deleta. Sed non diu penes *Caroli* posteros tanti majestas imperii perduravit. *Pari perfidia*, inquit Autor, *populi Episcopique*

pique Romani ademtum illis imperium, qua olim ad Carolum defecerant. Dignis deinde atque indignis concessa ea dignitas, donec Otto ille Magnus, Germania pacata, ac felici in Italiam suscepta expeditione, perpetuo vinculo majestatem illam Germaniæ annecteret. Atque hic demum finem differendi fecit Autor, cujus operam facile quis æstimabit, qui ad argumentorum selectum, orationis flumen, & reliqua ornamenta, animum adverterit. Quæ sunt Voluminis reliqua, si jam vellemus pro dignitate rerum recensere, contra institutum nostrum ageremus. Proinde novo labori rem omnem ea lege asservamus, Lector, ut in antecessum tibi persuasum velimus, quæ hic promulsidis loco data sunt, talia esse, ut gustum facile cuivis possint ciere, *Schœpfliniana* omnia penitius cognoscendi.

DELICIÆ ERUDITORUM, SEU VETERUM ἀνεκδότων Opusculorum Collectanea. JO. LAMIUS collegit, illustravit, edidit.

Florentiæ, ex typographia Petr. Cajet. Vivianii, 1736, 8.

Plag. 20.

Cum non sit negandum, magnam illos laudem mereri, qui veterum scripta, eaque nondum edita, colligunt, & cum orbe erudito communicant: quod ita fiat, ut multa in vulgus emanent, quibus alias latendum in tenebris fuisset; gratias haud vulgares debent elegantioris literaturæ studiosi Cel. *Lamio*, quod consilium ceperit, nonnulla scripta ἀνέκδοτα in publicam lucem & doctorum hominum conspectum proferendi. Incitarunt eum ad hoc opus suscipiendum Germanorum inprimis & Gallorum studia, quæ, in itinere olim constitutus, propius inspexit, & quibus captus vehementer, in simili olim stadio decurrendum sibi statuit. Semina præterea æmulationis animo ejus injecerunt præclara exempla patriæ, Italiæ, cujus doctissimis civibus multa rei literariæ præclara monumenta debentur, ex tenebris in lucem revocata. Bibliothecæ tandem præstantissimæ Florentinæ, Codicibus manu exaratis, iisque eximiis & bonæ frugis plenis, locupletissimæ, domestica exempla præbebant, quibus excitari posset,

ut

ut artes excoleret, & ἀνεκδότων Commentariorum editioni animum applicaret. Quod vero nunc demum hanc curam susceperit, causas ipse varias recenset, quarum in numerum referri debent peregrinationes difficiles & longæ quinque annorum per varias Europæ provincias, & penuria eorum Florentiæ, qui Græcos Codices & Latinos emendate exscribere sciant, quæ ipsum coegit, ut noctes diesque in hoc labore desudaret. Sed, omnibus illis impedimentis feliciter remotis, animus est doctissimo *Lamio*, XXIV plus minus *Voluminibus* præclaras atque eximias virorum eruditorum, qui ante Seculum P. C. N. XVI floruerunt, Commentationes ἀνεκδότους certo ordine & ratione comprehendere, ut singulis *Voluminibus* diversi argumenti, aut linguæ, aut compositionis, Opera contineantur. Breves autem lucubrationes hoc in loco seligentur; ampliores enim & longiores Commentarios alio loco dabit. Initio quidem eo spectabat institutum Autoris, ut Opuscula talia in lucem emitteret, quæ in Florentinis Bibliothecis ignota huc usque delituerant; nunc tamen statutum ipsi est, ex aliis etiam Bibliothecis remotiorum provinciarum ad se missis Opusculis non prorsus locum denegare. Simili exceptione usurus est, quando aliquid transmittetur, quod Seculo XV sit posterius. Carmina & Orationes, quamvis vetustas, omnes ex hac Collectione excludet, reliqua tamen omnia admittet, quæ ad Historiæ supplementum & illustrationem, aut aliarum liberalium artium & disciplinarum ornatum & incrementum, aliquid facere possunt. Singulis etiam Opusculis, quæ in hac Collectione comparebunt, brevibus vita Autoris præfigetur, Bibliotheca, ex qua prodibunt, indicabitur, variantes lectiones adjicientur, cum criticis animadversionibus. Hæc est ratio instituti, quod *eruditorum delicias* appellare visum est Cel. *Lamio*, quia ejusmodi labor plenus suavitatis & voluptatis est. Sed jam docebimus Lectores nostros, quid boni *Volumen* hoc *primum* secum ferat, & quid præstiterit in eo exornando Doctiss. *Lamii* industria. Absolvitur hoc scilicet *V Epistolis Michaelis Glycæ*, Grammatici, sive disputationibus varii argumenti, quibus præmisit Cel. *La-*
Pag. 1. *mius* vitam hujus *Glycæ*. Cognomen *Glycæ* accepisse ille videtur

detur *Lamio*, quia ex *Glycetarum* familia esset, quod ex versiculis variis, qui sunt Annalium ejus Codicibus præfixi, probari posse contendit. Quare B. *Fabricium* reprehendit, in *Biblioth. Gr. Lib. V Cap. 41 pag. 228* scribentem, hoc nomen assumsisse eum tunc demum, cum habitum monasticum indueret. Siculus Pag. 5.
natione fuit, ut plerique credunt. Eum Grammaticam professum, primæ Epistolæ inscriptio docet. Addubitat tamen Vir doctissimus, num *Glycas* unquam vitam monasticam amplexus fuerit, *Fabricium* refellens. Sed miramur, qui factum fuerit, ut Vir Cel. sui adeo oblivisceretur, ut paulo post contrarium fere assereret. Monachos, refert, & alios in dignitate constitutos, *Glycam* sæpe de gravissimis consuluisse controversiis theologicis, quod tamen vix fieri potuisse putat, nisi sacris & castioris alicujus sectæ institutis fuerit addictus. Deinde monet, confirmari hoc posse ex appellatione illa, quando κυρὸς appellatus fuerit, quo vocabulo contracto Monachi præsertim, ut Noster ait, sequioribus Seculis indigitabantur, non secus atque nos Domnos Monachos honoris causa nuncupamus. Vide etiam, quæ infra *pag. 33* de voce κυρὸς disputat Cel. *Lamius*. Quid itaque erravit *Fabricius*, quando dixit, Monachum fuisse *Michaelem Glycam*? Num adeo omni historiæ autoritate destitutus hoc asseruit? Sed, quic- 6.
quid horum sit, virum omnibus disciplinis imbutum fuisse, tradit Autor, *Glycam*, cum passim Theologum, passim Medicum, passim Historicum, se esse prodat, nec eloquentiæ laude caruisse. Seculi XII scriptorem hunc fuisse, multi credunt; *Allatio* tamen & *Oudino* Seculo XV vixisse videtur. Litem omnem dirimere videntur Epistolæ *Glycæ*, *Lamio* alio loco afferendæ, quas ad *Constantium Palæologum* scripserat, quem Seculo XV vixisse constat, simulque contra *Dufresnium* disputat. Opera *Glycæ* sunt inprimis Annales, Patriarcharum, Regum, & Imperatorum, res gestas, historiamque Judaicam, Romanam, & Constantinopolitanam, complectentes, a *Leunclavio* primum Latino sermone donati, & a *Meursio* inprimis editi. Scripsit etiam 13.
præterea Epistolas multas, interrogatus a diversis super variis quæstionibus theologicis & dubiis. Numerum earum LVI

Ttt esse,

esse, & magno in pretio a viris doctis fuisse habitas, ab earum vero editione multos morte, vel alia causa, abstractos, docet *Lamius*. *Bonav. Vulcanius* ex Codice *Georg. Dousæ* tres Epistolas edidit cum sua versione & observationibus. *Jac. Pontanus* duas ex Epistolis *Glycæ* edidit, Latine a se conversas, quæ in Bibliotheca maxima Patrum, & Annalium editione *Labbei*, sed non Græce, & præterea mancæ ac detruncatæ, exstant. Has itaque Epistolas edere meditatur Cel. *Lamius* ex Codice Bibliothecæ *Riccardianæ*, cui præest, qui XIV harum Epistolarum continet, cum sua interpretatione. Ut vero opus perfectius sit, adjiciet etiam illas, quæ jam editæ fuerunt, sed emendatiores & castigatiores. In quibusdam Codicibus hæ Epistolæ *Jo. Zonaræ* tribuuntur. Tandem & de hoc Codice *Riccardiano* nonnulla referuntur. Quod ad ipsas Epistolas *Glycæ* numero V, quæ hoc in loco comparent Græce & Latine, attinet,
Pag. 33. *prima* ad Domnum *Joan. Sinaiten*, Monachum & Stylitam, directa est, & disquirit, utrum in peccatum lapsis condescen-
66. dendum sit, an, prout ratio postulat, increpandi sint. *Secunda*, ad Monachum *Maximum Smeniotam*, differit, utrum audiendi sint dicentes, hominem a principio corpus caducum habuisse, & passionibus obnoxium, cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse, & lignum scientiæ ficum exstitisse. Hæ duæ
196. *Pontani* adscriptam habent interpretationem. *Tertia*, ad eundem, de gloria & claritate, qua *Adamus* a principio coruscavit, ver-
211. ba facit. *Quarta*, ad eundem, quærit, cur diabolus per serpentem, & non aliud animal, *Adamum* incesserit, unde constet, *Adamum* per serpentem oppugnatum fuisse, cum Scriptura id non
225. expresse dicat. *Quinta*, ad Monachum *Jo. Aspionem*, exponit, quali natura hominum corpora a mortuis sint resurrectura, & an sensibilem cibum tunc manducatura. Tribus posterioribus apposita est Cel. *Lamii* interpretatio. His singulis subjecit Doctiss. Editor suas observationes & animadversiones, in quibus id quidem agit, ut ex suo Codice *Riccardiano* in prioribus jam editis Epistolis lectionis varietatem addat, præterea ex aliis Autoribus tum Historicis res ipsas, tum Græcas phrases, explicet; nec tandem omittit *Glycam* in nonnullis reprehendere, ubi obscurius

rius

rius locutus videbatur. Adjecit tandem Cel. Editor ex eodem Codice *Riccardiano*, quo *Glycæ* Epiſtolæ continebantur, fidei catholicæ formulam Græce, cum interpretatione Latina, quæ num antea fuerit edita, ſe ignorâre profitetur. Legi tamen hæc meretur, cum præcipua fidei capita contineat, & quaſi in compendio ſiſtat. Nos Cel. *Lamio* hunc feliciter ſuſceptum laborem ex animo gratulamur, eique proſperos ſucceſſus comprecamur, ſimulque vovemus, ut lectores tales, quales nos ſumus, hoc eſt, applaudentes nobiliſſimis conatibus, ei quamplurimi contingant. Pag. 283.

ESSAI DE PHYSIQUE &c.
hoc eſt,

TENTAMEN PHYSICES, AUTORE PETRO VAN MUSSCHENBROEK, Prof. Philoſ. & Mathem. in Acad. Ultrajectina. Accedit Deſcriptio novarum machinarum pneumaticarum, itemque collectio experimentorum J. V. M. Ex Belgico ſermone in Gallicum transtulit PETRUS MASSUET, *Doct. Med.*

Tomi II.

Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, 1739, 4.
Alph. 5 plag. 16, Tabb. æn. 33.

Phyſica, teſte Cel. *Muſſchenbrœkio*, nunquam antea apud Batavos tanto exculta ſtudio fuit, quanto hodie. Perpauci olim in ea ſcientia viri docti elaborarunt, quæ nunc a plerisque omnibus, non eruditis modo, ſed etiam mercatoribus, artificibus, & aliorum ordinum hominibus, in deliciis habetur, & in præcipuis oppidis, ſtudio certarum ſocietatum, naturam machinis tentantium, quotidie illuſtratur. Et princeps quidem *Nieuwentytius*, edito præclaro *de exiſtentia Dei* libro, attentionem civium ſuorum ad inveſtiganda atque admiranda divina opera, in rebus naturalibus occulta, excitaſſe videtur. Quem ſecutus paulo poſt Celeberrimus *Deſagulierius*, cum ex Anglia ad Batavos veniſſet, dici vix poteſt, quanto populi applauſu, ad videnda pulcherrima ſpectacula, & ad audiendam

eloquentissimi Viri interpretationem, concurrentis, passim sit exceptus. Post discessum hujus Philosophi, ne studium gentis refrigesceret, libris opus erat, quos consulere physicarum rerum curiosi possent. Quorum cum magna tum penuria esset, nec præter scripta *Derhami*, & Prælectiones *Desagulierii*, ab aliquo discipulorum ejus collectas, ullum fere aliud probabile opus in lingua Belgica exstaret, id agere cœperunt quidam Bibliopolæ, uti plures de hoc genere egregios libros transferendos in patrium sermonem curarent. At hi fere tales libri erant, in quibus, propter prima scientiæ elementa omissa, & pro cognitis assumta, curiosus populus nisi cum magna difficultate versari vix ac ne vix quidem poterat. Itaque opus desiderabatur, ipsa Physices principia, facili ordine connexa, & luculenter explicata, complectens; ad quod conficiendum non alius aptior Autor videbatur, quam Cel. *Musschenbrækius.* Atque is, licet initio hujusmodi laborem magnopere refugeret ac deprecaretur, quippe & plurimis negotiis Academicis districtus, & lingua potius eruditorum, quam vernacula, scribere solitus, & parum ex tota re gloriæ exspectans, postremo tamen, cum & promovenda honestissima civium suorum studia, & eos a proposito depellendos, putaret, quos *Elementa* sua *Physicæ*, ante aliquot annos in usus Academicos succincte conscripta, & alio loco in *Actis* nostris laudata, e Latino in Belgicum sermonem, se etiam invito, conversuros intelligebat, manus rogantibus dedit, ac præsens Opus elaborandum suscepit; quanquam non ita illud quidem, uti ab Autore in lucem editum est, sed ex lingua Belgica in Gallicam denuo translatum, ad nos pervenit: egregium certe, & iis, quorum usui potissimum destinatum est, non minus sine dubio exoptatum, quam *Musschenbrækio* dignum. Quod cum modestum & hodie perquam probatum *Tentaminis* titulum præ se fert, ne perfectum systema polliceri videatur, tum vero non prima solum scientiæ principia ad mentem *Neutonianorum* perspicue tradit, sed alia quamplurima admiranda naturæ phænomena, & curiosissima experimenta, & præclara juniorum reperta, & accurata Mathematicorum ratiocinia, exponit, quæ alibi

alibi frustra quæras. Fieri non facile potest, ut liber a quoquam alio, in patriam præsertim linguam, rectius convertatur, quam ab ipso Autore, qui unus & sensum eorum, quæ scripsit, & loca, quæ explicatione egent, optime nosse putandus est. Quo minus de præstantia editionis Belgicæ Operis *Musschenbrækiani* dubitandum videtur. De Gallica versione nihil separatim addimus, cum non satis liqueat, utrum consentiente, an invito, Autore a Doctiss. *Massueto* facta sit. Illud omittendum non est, quod & Celeberrimus *Musschenbrækius* monet, & ipsa moles voluminis loquitur, *Elementa Physicæ* Latina, quæ primo minori forma A. 1726, ac deinde multo auctiora A. 1734, prodierunt, nunc non simpliciter ab Autore translata, sed tot iterum accessionibus, & difficiliorum locorum explicationibus, amplificata esse, ut pro alio plane, seu mavis tertio, Opere, de iisdem rebus eodem ordine conscripto, id, quod hoc loco recensemus, haberi non injuria possit. Mutavit etiam nonnulla & correxit Vir Celeberrimus, ingenueque profitetur, se, cum passim ejusmodi sectari duces coactus esset, qui experimenta sua parum accurate describere, & generales mox conclusiones regulasque nimis præcipitanter inde deducere, consueverint, ab erroribus non satis cavere potuisse; de cetero nec retractationum suarum se pudere, neque eum esse, qui etiam nunc, ubivis in vera se incidisse, contendat. Physica enim, inquit, in dies magis perficitur; Philosophi secuturi nova semper detegent; maximeque credibile est, fore, ut post centum annos res plane aliter, quam quo pacto eas hodie adspicimus, sese habere videantur. Restat, ut etiam de iis pauca dicamus, quæ sub finem libri adjecta sunt a Nobilissimo Lugdunensi Mechanico, *Joanne van Musschenbræk*. Describit ille primo, ac per partes singulas accurate ante oculos ponit, duas novas machinas sive antlias pnevmaticas, a Viro Clarissimo, *s' Gravesandio*, inventas, simplicem alteram, alteram duplicatam; deinde collectionem plusculorum experimentorum, ad demonstrandam illarum machinarum usum, subjungit; ac postremo catalogum exhibet variorum instrumentorum physicorum, mathematicorum,

rum, anatomicorum, & chirurgicorum, quæ, perinde ut duæ machinæ laudatæ, apud ipsum prostant.

ANNOTATIONES AD SCHEDIASMA VIRI Cl. EDMUNDI HALLEY de Mundo infinito, quod legitur in Transactionibus Philosophicis Anglicanis numero 364, per J. G. S. Helvetium.

Plerisque accidit hominibus, ut, cum unum evitare volunt extremum, in alterum incidant oppositum. Plerique veterum Philosophorum mundum nimis arctis circumdedere limitibus; alii vero recentiores omnes omnino limites ipsi denegarunt. *Jordanus Brunus*, ut & magnus ille Philosophiæ reformator, *Cartesius*, hoc pro demonstrato habuerunt. Ipse *Hugenius*, immo & nuperrime Cel. *Wolfius*, dubii hac in re hærent. Existimat ille, sententiam de mundo infinito non posse refelli. *) Hic vero ita loquitur: *Utrum vero infinitum sit (universum), nec ne, ego non definivero.* **) Argumenta philosophica, hac pro sententia allata, parvi sunt momenti, & facile solvuntur; quare iis non immorabimur. Congessit quædam mundi infiniti defensor novissimus, Cel. *Canzius*, in *Jurisprudentia civitatis Dei* §. *328 seq.*; at forsan multis majoris ponderis videbitur argumentum physicum vel mathematicum, a Cel. Mathematico *Edm. Halley* in *Transact. Philos. n. 364* adductum. Videbimus, an re vera ita sit, postquam brevem demonstrationem metaphysicam dederimus, quæ mundum infinitum impossibilem ostendit. Est autem demonstratio nostra sequens. Mundus infinitus est magnitudo limitum expers, vel, ut hanc definitionem aliis terminis æquivalentibus efferam, est aggregatio partium, numero infinitarum. Supponit itaque mundus infinitus infinitum numerum. Numerus vero infinitus is est, cui nullæ superaddi possunt unitates. At nihil repugnat additioni. Ergo numerus

*) *Cosmotheor. Lib. II pag. 117* ed. alterius Leoburg. 1704.

**) *Elem. Astronom.* §. *1123* ed. ultimæ. Nec vero hoc assertum cum altero possum conciliare, cum idem Vir magnus dicat, *magnitudinem infinitam esse impossibilem. Ontol.* §. *797*.

merus infinitus impossibilis, per consequens & mundus infinitus. Videamus nunc, quid Vir laudatus pro sua sententia afferat. Hæc nititur mutua corporum cœlestium attractione. Verba Viri, ex Anglico sermone translata, hæc sunt: *Quodsi universum esset finitum - - infinito circumdaretur inani, tunc stellæ remotiores gravitarent versus eas, quæ centro sunt propiores, motuque accelerato in eas incurrerent, & successu temporis coalescerent, atque in unum cum iis congererentur. Et, supposito, quantum sufficit, temporis spatio, hæc necessario evenirent. At, supposito mundo infinito, omnes ejus partes prope in æquilibrio essent, & per consequens singula sidera, quippe contraria vi retracta, occuparent & retinerent assignatos locos suos, aut moverentur, donec tandem invenirent sua loca*, &c. Argumentum ergo Viri Clarissimi huc redit: Duo sidera se invicem attrahunt; oportet itaque, nisi velis illa coalescere, ut utrumque habeat contrapondium: & hæc contrapondia iterum trahuntur, ergo nova apponenda sunt, & sic in infinitum. Duo præcipue hic sunt annotanda. Unum est, plus inferri a Cl. Autore, quam ex præmissis fas est. Concedimus, sidera se invicem attrahere, (sano sensu hanc vocem intellectam velim,) at num inde sequitur, progrediendum esse in infinitum? Minime. An non fieri potest, ut sidera superficialia, id est, extrema, ex ipso mundo finito recipiant vim, attractioni resistendi? Puto, posse. Finge e. g. sphæram mercurialem, id est, ex Mercurio compositam, & in ea pone, certo ordine, varios magnetes. Hi omnes sese attrahunt; at, si quædam sint in superficie sphæræ, nec vis attrahens sit nimis magna, non coalescunt in centro; ii enim, qui in superficie sunt locati, non possunt descendere, propter pressionem Mercurii, quo specifice leviores sunt, ergo contrapondio opus non habent; an non simile quid in ipso potest esse mundo? Vides ergo, impossibilitatem hujusmodi hypotheseos ante esse ostendendam, quam in abyssum infiniti descenditur. Nisi hoc possit Vir Cel., fateatur, necesse est, plus illatum esse in conclusione, quam ex præmissis fieri oportebat. Alterum autem, quod monendum est, huc redit. Infinita causarum series quæstioni non respondet. Si quis in-

terroganti,

omnibus impositum, nec non reliqua jura majestatica, quæ in ipsa urbe Roma exercuit, satis testantur. Pergit, posteaquam ista disseruisset Autor, nonnulla illustriora monumenta, quæ *Caroli* supremam in urbem Romam potestatem docent, exponere; inter quæ illud eminet, quod vexillum urbis miserit *Leo* Papa Regi, additis precibus, mitteret de optimatibus unum, qui Romanum populum *ad fidem suam* & subjectionem per sacramenta firmaret. *Hoc jus*, inquit Noster, *in urbem Romam, ejusque Episcopos, perpetuo Carolus retinuit, ac felici quodam fato in posteros suos prorogavit. Nec fere dubiam ipsi hanc palmam fecere Imperatores Orientis. Constantino* filius *Leo* successerat, qui, præter Syriaca quædam, nihil egit, immo uxoris etiam malignitate in tenerum filium factum est, ut de restituendo per Occidentem Imperatoris titulo Papa, populusque Romanus, cogitarent. *Leo* igitur Pontifex, interpres populi, convocatis Clero & Principibus, solenni cerimonia, *Carolum* coronatum Augustum pronuntiavit, atque adeo, ipsis Seculi noni primordiis, instauratum Occidentale Imperium concessit. Cerimoniam omnem fuse Autor descriptam exhibet. Facta vero hæc non plane invito *Carolo* fuisse, inde probat, quod apud *Eginhardum*, inde ab urbe occupata, *fratrem Augustorum in Oriente* se vocavisse referatur *Carolus*. Disputat mox contra illos Autor, qui, pro sua potestate Papam hæc præstitisse, audacter non minus, quam temere, affirmant; quasi vero in ejus tunc potestate urbs populusque Romanus fuerit. Sed, neque huic eligendi Imperatoris potestatem fuisse, recte Autor asseruit, adeo, ut, *injuria affectos maxima Imperatores Constantinopolitanos*, dicat, *cum solis ipsis competentem tam illustrem titulum Carolus præceptum usurparet*. Noque nisi initis secuto tempore cum *Irene*, *Nicephoro*, & *Michaele Curopalate*, pactis, justo titulo Imperatoriam sibi dignitatem *Carolus* vindicavit. Tum perfecto & pleno jure Romæ dominus dici poterat. Atque hoc modo instauratum illustre Occidentis illud imperium, postquam per Secula III etiam memoria fere ejus fuerat deleta. Sed non diu penes *Caroli* posteros tanti majestas imperii perduravit. *Pari perfidia*, inquit Autor, *populi Episco-*

pique

pique Romani ademtum illis imperium, qua olim ad Carolum defecerant. Dignis deinde atque indignis concessa ea dignitas, donec Otto ille Magnus, Germania pacata, ac felici in Italiam suscepta expeditione, perpetuo vinculo majestatem illam Germaniæ annecteret. Atque hic demum finem differendi fecit Autor, cujus operam facile quis æstimabit, qui ad argumentorum selectum, orationis flumen, & reliqua ornamenta, animum adverterit. Quæ sunt Voluminis reliqua, si jam vellemus pro dignitate rerum recensere, contra institutum nostrum ageremus. Proinde novo labori rem omnem ea lege asservamus, Lector, ut in antecessum tibi persuasum velimus, quæ hic promulsidis loco data sunt, talia esse, ut gustum facile cuivis possint ciere, *Schœpfliniana* omnia penitius cognoscendi.

DELICIÆ ERUDITORUM, SEU VETERUM ἀνεκδότων Opusculorum Collectanea. JO. LAMIUS collegit, illustravit, edidit.

Florentiæ, ex typographia Petr. Cajet. Vivianii, 1736, 8. Plag. 20.

Cum non sit negandum, magnam illos laudem mereri, qui veterum scripta, eaque nondum edita, colligunt, & cum orbe erudito communicant: quod ita fiat, ut multa in vulgus emanent, quibus alias latendum in tenebris fuisset; gratias haud vulgares debent elegantioris literaturæ studiosi Cel. *Lamio*, quod consilium ceperit, nonnulla scripta ἀνέκδοτα in publicam lucem & doctorum hominum conspectum proferendi. Incitarunt eum ad hoc opus suscipiendum Germanorum inprimis & Gallorum studia, quæ, in itinere olim constitutus, propius inspexit, & quibus captus vehementer, in simili olim stadio decurrendum sibi statuit. Semina præterea æmulationis animo ejus injecerunt præclara exempla patriæ, Italiæ, cujus doctissimis civibus multa rei literariæ præclara monumenta debentur, ex tenebris in lucem revocata. Bibliothecæ tandem præstantissimæ Florentinæ, Codicibus manu exaratis, iisque eximiis & bonæ frugis plenis, locupletissimæ, domestica exempla præbebant, quibus excitari posset, ut

ut artes excoleret, & *ἀνεκδότων* Commentariorum editioni animum applicaret. Quod vero nunc demum hanc curam susceperit, causas ipse varias recenset, quarum in numerum referri debent peregrinationes difficiles & longæ quinque annorum per varias Europæ provincias, & penuria eorum Florentiæ, qui Græcos Codices & Latinos emendate exscribere sciant, quæ ipsum coegit, ut noctes diesque in hoc labore desudaret. Sed, omnibus illis impedimentis feliciter remotis, animus est doctissimo *Lamio*, XXIV plus minus *Voluminibus* præclaras atque eximias virorum eruditorum, qui ante Seculum P. C. N. XVI floruerunt, Commentationes *ἀνεκδότους* certo ordine & ratione comprehendere, ut singulis *Voluminibus* diversi argumenti, aut linguæ, aut compositionis, Opera contineantur. Breves autem lucubrationes hoc in loco seligentur; ampliores enim & longiores Commentarios alio loco dabit. Initio quidem eo spectabat institutum Autoris, ut Opuscula talia in lucem emitteret, quæ in Florentinis Bibliothecis ignota huc usque delituerant; nunc tamen statutum ipsi est, ex aliis etiam Bibliothecis remotiorum provinciarum ad se missis Opusculis non prorsus locum denegare. Simili exceptione usurus est, quando aliquid transmittetur, quod Seculo XV sit posterius. Carmina & Orationes, quamvis vetustas, omnes ex hac Collectione excludet, reliqua tamen omnia admittet, quæ ad Historiæ supplementum & illustrationem, aut aliarum liberalium artium & disciplinarum ornatum & incrementum, aliquid facere possunt. Singulis etiam Opusculis, quæ in hac Collectione comparebunt, brevibus vita Autoris præfigetur, Bibliotheca, ex qua prodibunt, indicabitur, variantes lectiones adjicientur, cum criticis animadversionibus. Hæc est ratio instituti, quod *eruditorum delicias* appellare visum est Cel. *Lamio*, quia ejusmodi labor plenus suavitatis & voluptatis est. Sed jam docebimus Lectores nostros, quid boni *Volumen* hoc *primum* secum ferat, & quid præstiterit in eo exornando Doctiss. *Lamii* industria. Absolvitur hoc scilicet *V Epistolis Michaelis Glycæ*, Grammatici, sive disputationibus varii argumenti, quibus præmisit Cel. *La*-
Pag. 1. *mius* vitam hujus *Glycæ*. Cognomen *Glycæ* accepisse ille videtur

detur *Lamio*, quia ex *Glycetarum* familia esset, quod ex versiculis variis, qui sunt Annalium ejus Codicibus præfixi, probari posse contendit. Quare B. *Fabricium* reprehendit, in *Biblioth. Gr. Lib. V Cap. 41 pag. 228* scribentem, hoc nomen assumsisse eum tunc demum, cum habitum monasticum indueret. Siculus Pag. 3.
natione fuit, ut plerique credunt. Eum Grammaticam professum, primæ Epistolæ inscriptio docet. Addubitat tamen Vir doctissimus, num *Glycas* unquam vitam monasticam amplexus fuerit, *Fabricium* refellens. Sed miramur, qui factum fuerit, ut Vir Cel. sui adeo oblivisceretur, ut paulo post contrarium fere assereret. Monachos, refert, & alios in dignitate constitutos, *Glycam* sæpe de gravissimis consuluisse controversiis theologicis, quod tamen vix fieri potuisse putat, nisi sacris & castioris alicujus sectæ institutis fuerit addictus. Deinde monet, confirmari hoc posse ex appellatione illa, quando κυρὸς appellatus fuerit, quo vocabulo contracto Monachi præsertim, ut Noster ait, sequioribus Seculis indigitabantur, non secus atque nos Domnos Monachos honoris causa nuncupamus. Vide etiam, quæ infra *pag. 33* de voce κυρὸς disputat Cel. *Lamius*. Quid itaque erravit *Fabricius*, quando dixit, Monachum fuisse *Michaelem Glycam*? Num adeo omni historiæ autoritate destitutus hoc asseruit? Sed, quic- 6.
quid horum sit, virum omnibus disciplinis imbutum fuisse, tradit Autor, *Glycam*, cum passim Theologum, passim Medicum, passim Historicum, se esse prodat, nec eloquentiæ laude caruisse. Seculi XII scriptorem hunc fuisse, multi credunt; *Allatio* tamen & *Oudino* Seculo XV vixisse videtur. Litem omnem dirimere videntur Epistolæ *Glycæ*, *Lamio* alio loco afferendæ, quas ad *Constantium Palæologum* scripserat, quem Seculo XV vixisse constat, simulque contra *Dufresnium* disputat. Opera *Glycæ* sunt inprimis Annales, Patriarcharum, Regum, & Imperatorum, res gestas, historiamque Judaicam, Romanam, & Constantinopolitanam, complectentes, a *Leunclavio* primum Latino sermone donati, & a *Meursio* inprimis editi. Scripsit etiam 13.
præterea Epistolas multas, interrogatus a diversis super variis quæstionibus theologicis & dubiis. Numerum earum LVI

 esse,

esse, & magno in pretio a viris doctis fuisse habitas, ab earum
vero editione multos morte, vel alia causa, abstractos, docet *La-
mius*. *Bonav. Vulcanius* ex Codice *Georg. Dousæ* tres Epistolas
edidit cum sua versione & observationibus. *Jac. Pontanus*
duas ex Epistolis *Glycæ* edidit, Latine a se conversas, quæ in Bi-
bliotheca maxima Patrum, & Annalium editione *Labbei*, sed
non Græce, & præterea mancæ ac detruncatæ, exstant. Has
itaque Epistolas edere meditatur Cel. *Lamius* ex Codice Biblio-
thecæ *Riccardianæ*, cui præest, qui XIV harum Epistolarum
continet, cum sua interpretatione. Ut vero opus perfectius
sit, adjiciet etiam illas, quæ jam editæ fuerunt, sed emenda-
tiores & castigatiores. In quibusdam Codicibus hæ Episto-
læ *Jo. Zonaræ* tribuuntur. Tandem & de hoc Codice *Riccar-
diano* nonnulla referuntur. Quod ad ipsas Epistolas *Glycæ* nu-
mero V, quæ hoc in loco comparent Græce & Latine, attinet,
Pag. 33. *prima* ad Domnum *Joan. Sinaiten*, Monachum & Stylitam, di-
recta est, & disquirit, utrum in peccatum lapsis condescen-
66. dendum sit, an, prout ratio postulat, increpandi sint. *Secun-
da*, ad Monachum *Maximum Sineniotam*, disserit, utrum au-
diendi sint dicentes, hominem a principio corpus caducum ha-
buisse, & passionibus obnoxium, cibumque sensibilem in pa-
radiso adhibuisse, & lignum scientiæ ficum exstitisse. Hæ duæ
196. *Pontani* adscriptam habent interpretationem. *Tertia*, ad eundem,
de gloria & claritate, qua *Adamus* a principio coruscavit, ver-
211. ba facit. *Quarta*, ad eundem, quærit, cur diabolus per serpen-
tem, & non aliud animal, *Adamum* incesserit, unde constet, *Ada-
mum* per serpentem oppugnatum fuisse, cum Scriptura id non
225. expresse dicat. *Quinta*, ad Monachum *Jo. Aspionem*, exponit,
quali natura hominum corpora a mortuis sint resurrectura, &
an sensibilem cibum tunc manducatura. Tribus posterioribus
apposita est Cel. *Lamii* interpretatio. His singulis subjecit Doctiss.
Editor suas observationes & animadversiones, in quibus id qui-
dem agit, ut ex suo Codice *Riccardiano* in prioribus jam edi-
tis Epistolis lectionis varietatem addat, præterea ex aliis Auto-
ribus tum Historicis res ipsas, tum Græcas phrases, explicet; nec
tandem omittit *Glycam* in nonnullis reprehendere, ubi obscu-

rius

rius locutus videbatur. Adjecit tandem Cel. Editor ex eodem Codice *Riccardiano*, quo *Glycæ* Epistolæ continebantur, fidei catholicæ formulam Græce, cum interpretatione Latina, quæ num antea fuerit edita, se ignorare profitetur. Legi tamen hæc meretur, cum præcipua fidei capita contineat, & quasi in compendio sistat. Nos Cel. *Lamio* hunc feliciter susceptum laborem ex animo gratulamur, eique prosperos successus comprecamur, simulque vovemus, ut lectores tales, quales nos sumus, hoc est, applaudentes nobilissimis conatibus, ei quamplurimi contingant. Pag. 283.

ESSAI DE PHYSIQUE &c.
hoc est,

TENTAMEN PHYSICES, AUTORE PETRO VAN MUSSCHENBROEK, Prof. Philos. & Mathem. in Acad. Ultrajectina. Accedit Descriptio novarum machinarum pneumaticarum, itemque collectio experimentorum J. V. M. Ex Belgico sermone in Gallicum transtulit PETRUS MASSUET, *Doct. Med.*

Tomi II.

Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, 1739, 4.
Alph. 5 plag. 16, Tabb. æn. 33.

Physica, teste Cel. *Musschenbrœkio*, nunquam antea apud Batavos tanto exculta studio fuit, quanto hodie. Perpauci olim in ea scientia viri docti elaborarunt, quæ nunc a plerisque omnibus, non eruditis modo, sed etiam mercatoribus, artificibus, & aliorum ordinum hominibus, in deliciis habetur, & in præcipuis oppidis, studio certarum societatum, naturam machinis tentantium, quotidie illustratur. Et princeps quidem *Nieuwentytius*, edito præclaro *de existentia Dei* libro, attentionem civium suorum ad investiganda atque admiranda divina opera, in rebus naturalibus occulta, excitasse videtur. Quem secutus paulo post Celeberrimus *Desagulierius*, cum ex Anglia ad Batavos venisset, dici vix potest, quanto populi applausu, ad videnda pulcherrima spectacula, & ad audiendam

eloquentissimi Viri interpretationem, concurrentis, passim sit exceptus. Post discessum hujus Philosophi, ne studium gentis refrigesceret, libris opus erat, quos consulere physicarum rerum curiosi possent. Quorum cum magna tum penuria esset, nec præter scripta *Derhami*, & Prælectiones *Desagulierii*, ab aliquo discipulorum ejus collectas, ullum fere aliud probabile opus in lingua Belgica exstaret, id agere cœperunt quidam Bibliopolæ, uti plures de hoc genere egregios libros transferendos in patrium sermonem curarent. At hi fere tales libri erant, in quibus, propter prima scientiæ elementa omissa, & pro cognitis assumta, curiosus populus nisi cum magna difficultate versari vix ac ne vix quidem poterat. Itaque opus desiderabatur, ipsa Physices principia, facili ordine connexa, & luculenter explicata, complectens; ad quod conficiendum non alius aptior Autor videbatur, quam Cel. *Musschenbrækius.* Atque is, licet initio hujusmodi laborem magnopere refugeret ac deprecaretur, quippe & plurimis negotiis Academicis districtus, & lingua potius eruditorum, quam vernacula, scribere solitus, & parum ex tota re gloriæ exspectans, postremo tamen, cum & promovenda honestissima civium suorum studia, & eos a proposito depellendos, putaret, quos *Elementa* sua *Physicæ*, ante aliquot annos in usus Academicos succincte conscripta, & alio loco in *Actis* nostris laudata, e Latino in Belgicum sermonem, se etiam invito, conversuros intelligebat, manus rogantibus dedit, ac præsens Opus elaborandum suscepit; quanquam non ita illud quidem, uti ab Autore in lucem editum est, sed ex lingua Belgica in Gallicam denuo translatum, ad nos pervenit: egregium certe, & iis, quorum usui potissimum destinatum est, non minus sine dubio exoptatum, quam *Musschenbrækio* dignum. Quod cum modestum & hodie perquam probatum *Tentaminis* titulum præ se fert, ne perfectum systema polliceri videatur, tum vero non prima solum scientiæ principia ad mentem *Neutonianorum* perspicue tradit, sed alia quamplurima admiranda naturæ phænomena, & curiosissima experimenta, & præclara juniorum reperta, & accurata Mathematicorum ratiocinia, exponit, quæ

alibi

alibi frustra quæras. Fieri non facile potest, ut liber a quoquam alio, in patriam præsertim linguam, rectius convertatur, quam ab ipso Autore, qui unus & sensum eorum, quæ scripsit, & loca, quæ explicatione egent, optime nosse putandus est. Quo minus de præstantia editionis Belgicæ Operis *Musschenbrækiani* dubitandum videtur. De Gallica versione nihil separatim addimus, cum non satis liqueat, utrum consentiente, an invito, Autore a Doctiss. *Massueto* facta sit. Illud omittendum non est, quod & Celeberrimus *Musschenbrækius* monet, & ipsa moles voluminis loquitur, *Elementa Physicæ* Latina, quæ primo minori forma A. 1726, ac deinde multo auctiora A. 1734, prodierunt, nunc non simpliciter ab Autore translata, sed tot iterum accessionibus, & difficiliorum locorum explicationibus, amplificata esse, ut pro alio plane, seu mavis tertio, Opere, de iisdem rebus eodem ordine conscripto, id, quod hoc loco recensemus, haberi non injuria possit. Mutavit etiam nonnulla & correxit Vir Celeberrimus, ingenueque profitetur, se, cum passim ejusmodi sectari duces coactus esset, qui experimenta sua parum accurate describere, & generales mox conclusiones regulasque nimis præcipitanter inde deducere, consueverint, ab erroribus non satis cavere potuisse; de cetero nec retractationum suarum se pudere, neque eum esse, qui etiam nunc, ubivis in vera se incidisse, contendat. Physica enim, inquit, in dies magis perficitur; Philosophi secuturi nova semper detegent; maximeque credibile est, fore, ut post centum annos res plane aliter, quam quo pacto eas hodie adspicimus, sese habere videantur. Restat, ut etiam de iis pauca dicamus, quæ sub finem libri adjecta sunt a Nobilissimo Lugdunensi Mechanico, *Joanne van Musschenbræk*. Describit ille primo, ac per partes singulas accurate ante oculos ponit, duas novas machinas sive antlias pnevmaticas, a Viro Clarissimo, *s' Gravesandio*, inventas, simplicem alteram, alteram duplicatam; deinde collectionem plusculorum experimentorum, ad demonstrandam illarum machinarum usum, subjungit; ac postremo catalogum exhibet variorum instrumentorum physicorum, mathematico-

rum, anatomicorum, & chirurgicorum, quæ, perinde ut duæ machinæ laudatæ, apud ipsum prostant.

ANNOTATIONES AD SCHEDIASMA VIRI Cl. EDMUNDI HALLEY de Mundo infinito, quod legitur in Transactionibus Philosophicis Anglicanis numero 364, per J. G. S. Helvetium.

Plerisque accidit hominibus, ut, cum unum evitare volunt extremum, in alterum incidant oppositum. Plerique veterum Philosophorum mundum nimis arctis circumdedere limitibus; alii vero recentiores omnes omnino limites ipsi denegarunt. *Jordanus Brunus*, ut & magnus ille Philosophiæ reformator, *Cartesius*, hoc pro demonstrato habuerunt. Ipse *Hugenius*, immo & nuperrime Cel. *Wolfius*, dubii hac in re hærent. Existimat ille, sententiam de mundo infinito non posse refelli. *) Hic vero ita loquitur: *Utrum vero infinitum sit (universum), nec ne, ego non definivero.* **) Argumenta philosophica, hac pro sententia allata, parvi sunt momenti, & facile solvuntur; quare iis non immorabimur. Congessit quædam mundi infiniti defensor novissimus, Cel. *Canzius*, in *Jurisprudentia civitatis Dei §. 328 seq.*; at forsan multis majoris ponderis videbitur argumentum physicum vel mathematicum, a Cel. Mathematico *Edm. Halley* in *Transact. Philos. n. 364* adductum. Videbimus, an re vera ita sit, postquam brevem demonstrationem metaphysicam dederimus, quæ mundum infinitum impossibilem ostendit. Est autem demonstratio nostra sequens. Mundus infinitus est magnitudo limitum expers, vel, ut hanc definitionem aliis terminis æquivalentibus efferam, est aggregatio partium, numero infinitarum. Supponit itaque mundus infinitus infinitum numerum. Numerus vero infinitus is est, cui nullæ superaddi possunt unitates. At nihil repugnat additioni. Ergo numerus

*) *Cosmotheor. Lib. II pag. 117* ed. alterius Leoburg. 1704.

**) *Elem. Astronom. §. 1123* ed. ultimæ. Nec vero hoc assertum cum altero possum conciliare, cum idem Vir magnus dicat, *magnitudinem infinitam esse impossibilem. Ontol. §. 797.*

merus infinitus impoſſibilis, per conſequens & mundus infinitus. Videamus nunc, quid Vir laudatus pro ſua ſententia afferat. Hæc nititur mutua corporum cœleſtium attractione. Verba Viri, ex Anglico ſermone translata, hæc ſunt: *Quodſi univerſum eſſet finitum - - infinito circumdaretur inani, tunc ſtellæ remotiores gravitarent verſus eas, quæ centro ſunt propiores, motuque accelerato in eas incurrerent, & ſucceſſu temporis coaleſcerent, atque in unum cum iis congererentur. Et, ſuppoſito, quantum ſufficit, temporis ſpatio, hæc neceſſario evenirent. At, ſuppoſito mundo infinito, omnes ejus partes prope in æquilibrio eſſent, & per conſequens ſingula ſidera, quippe contraria vi retracta, occuparent & retinerent aſſignatos locos ſuos, aut moverentur, donec tandem invenirent ſua loca*, &c. Argumentum ergo Viri Clariſſimi huc redit: Duo ſidera ſe invicem attrahunt; oportet itaque, niſi velis illa coaleſcere, ut utrumque habeat contrapondium: & hæc contrapondia iterum trahuntur, ergo nova apponenda ſunt, & ſic in infinitum. Duo præcipue hic ſunt annotanda. Unum eſt, plus inferri a Cl. Autore, quam ex præmiſſis fas eſt. Concedimus, ſidera ſe invicem attrahere, (ſano ſenſu hanc vocem intellectam velim,) at num inde ſequitur, progrediendum eſſe in infinitum? Minime. An non fieri poteſt, ut ſidera ſuperficialia, id eſt, extrema, ex ipſo mundo finito recipiant vim, attractioni reſiſtendi? Puto, poſſe. Finge e. g. ſphæram mercurialem, id eſt, ex Mercurio compoſitam, & in ea pone, certo ordine, varios magnetes. Hi omnes ſeſe attrahunt; at, ſi quædam ſint in ſuperficie ſphæræ, nec vis attrahens ſit nimis magna, non coaleſcunt in centro; ii enim, qui in ſuperficie ſunt locati, non poſſunt deſcendere, propter preſſionem Mercurii, quo ſpecifice leviores ſunt, ergo contrapondio opus non habent; an non ſimile quid in ipſo poteſt eſſe mundo? Vides ergo, impoſſibilitatem hujusmodi hypotheſeos ante eſſe oſtendendam, quam in abyſſum infiniti deſcenditur. Niſi hoc poſſit Vir Cel., fateatur, neceſſe eſt, plus illatum eſſe in concluſione, quam ex præmiſſis fieri oportebat. Alterum autem, quod monendum eſt, huc redit. Infinita cauſarum ſeries quæſtioni non reſpondet. Si quis interroganti,

terroganti, unde orti sint homines, in terra viventes, responderet, a suis parentibus ipsos originem duxisse, &, altero quæstionem similem repetente, pergeret, & hos itidem a suis, & sic in infinitum; is certe tantundem diceret ac nihil: nam ultimo originem humani generis nesciret alter. Eadem vero ratio est in quæstione nostra, cur sidera duo non coalescant; respondit Vir eximius, quia contrapondium simile habent. Et cur contrapondia illa non coeunt? Quia alia habent contrapondia, & hæc iterum alia, & sic in infinitum. *Quæso, num* ex hac responsione causam nunc nosti permanentiæ siderum? An non idem dubium in infinitum redit? Ergo tandem manent sidera in statu suo sine ratione sufficiente. Nam eam rationem nunquam invenies, etsi in infinitum progrediaris. Videtis igitur, quæstioni hac ratione minime esse satisfactum. Liceat nunc illam ut *Problema* nondum solutum Mathematicis proponere, ob argumenti nobilitatem, & forsan difficultatem. Fortasse alia vice ego, quod hac in re sentio, judicio aliorum exponam.

DE AORTÆ ANEVRYSMATE OBSERVATIOnes binæ, cum animadversionibus PAULI VALCARENGI, *Phil. & Med. Doct. Cremonensis, Academiæ Instituti Scientiarum, quæ Bononiæ est, Socii.*

Cremonæ, apud Petrum Ricchini, 1741, 8 maj.

Plag. 3.

Multum debemus Cel. *Valcarengo*, quod binis his Observationibus abditam abstrusamque quandam doctrinæ medicæ partem non parum illustrarit. In priori, eaque longiori, commemorat, virum quendam nobilem sub gelidiori bruma, cum per urbem noctu cursu quodam violento divagaretur, magnum inopinato ardorem in superiori mediaque pectoris parte sub sterno persensisse, cui dolor non levis, ad utrumque brachium productus, una cum corporis sensu illico accesserit, tandemque adjuncta respirationis summa anxietate il-

lum

lum lipothymia ita correptum fuisse, ut viribus fere destitueretur. Remisit hic morbus, sed crebro etiam rediit, adscitisque identidem novis crebrioribusque symptomatibus, gravior annorum progressu redditus, ipsam tandem mortem arcessivit. Dissecto post fata cadavere, præter alia, arteria aorta paulo supra cor, & præcipue circa suum arcum, amplior solito in conspectum venit. Perspectis his anevrysmatis, ibidem geniti, signis, ipsaque aorta prope cor ad arcum usque incisa, apparuit, tunicarum ibidem texturam densam admodum esse, intimam vero superficiem, quæ versus cor lævigata erat, circa arcum, ubi arteriæ subclaviæ oriuntur, inæqualibus minimisque finibus undique perfundi, in posteriori præsertim ejus parte, ubi variæ jacebant osseæ concretiones, sibi in directum miro modo dispositæ, propter quas interior arteriæ tunica inæqualis maxime reddebatur & aspera. Ossicula hæc piscium grandiorum squamas æmulabantur, majorum unguium nostrorum latitudinem superantia, & figura irregulari prædita, instructa nimirum acutissimis hinc inde angulis, a quibus digiti acriter feriebantur. Squamulæ istæ osseæ arteriæ tunicis stricte annectebantur, præsertim circa earum, ut ita dicamus, centrum; circa peripheriam vero elevari quoquoversus facile poterant, ut accedere ad se invicem aliquo modo, & recedere vicissim, juxta arteriæ ipsius contractiones, potuisse aliquando viderentur. Quamplurimæ hujuscemodi osseæ squamulæ figura erant & mole dissimiles, quæ in ipso aortæ arcu posterius incipientes, atque in lineam rectam miro modo dispositæ, reliquam etiam arteriæ descendentis posteriorem partem fere usque ad diaphragmatis insertionem pervadebant. Illæ vero, quæ prope aortæ ortum jacebant, grandiores crassioresque erant, & acutis magis pluribusque angulis armatæ; reliquæ vero sequentes minorem obtinebant molem. Ceteroquin tamen in anteriori sua parte arteria magna, ossiculorum horum expers, consuetam præ se ferebat texturam, quamvis amplior facta; nec in ejusdem cavo polyposum ullum corpus concreverat. Varia hinc hujus historiæ anatomicæ momenta Cel. Autor illustrat, &, prout anevrysmata ab Illustri *Morgagni* recte dividuntur in ea, ubi arte-

esse, & magno in pretio a viris doctis fuisse habitas, ab earum vero editione multos morte, vel alia causa, abstractos, docet *Lamius*. *Bonav. Vulcanius* ex Codice *Georg. Dousæ* tres Epistolas edidit cum sua versione & observationibus. *Jac. Pontanus* duas ex Epistolis *Glycæ* edidit, Latine a se conversas, quæ in Bibliotheca maxima Patrum, & Annalium editione *Labbei*, sed non Græce, & præterea mancæ ac detruncatæ, exstant. Has itaque Epistolas edere meditatur Cel. *Lamius* ex Codice Bibliothecæ *Riccardianæ*, cui præest, qui XIV harum Epistolarum continet, cum sua interpretatione. Ut vero opus perfectius sit, adjiciet etiam illas, quæ jam editæ fuerunt, sed emendatiores & castigatiores. In quibusdam Codicibus hæ Epistolæ *Jo. Zonaræ* tribuuntur. Tandem & de hoc Codice *Riccardiano* nonnulla referuntur. Quod ad ipsas Epistolas *Glycæ* numero V, quæ hoc in loco comparent Græce & Latine, attinet,
Pag. 33. *prima* ad Domnum *Joan. Sinaiten*, Monachum & Stylitam, directa est, & disquirit, utrum in peccatum lapsis condescen-
66. dendum sit, an, prout ratio postulat, increpandi sint. *Secunda*, ad Monachum *Maximum Sineniotam*, differit, utrum audiendi sint dicentes, hominem a principio corpus caducum habuisse, & passionibus obnoxium, cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse, & lignum scientiæ ficum exstitisse. Hæ duæ
196. *Pontani* adscriptam habent interpretationem. *Tertia*, ad eundem, de gloria & claritate, qua *Adamus* a principio coruscavit, ver-
211. ba facit. *Quarta*, ad eundem, quærit, cur diabolus per serpentem, & non aliud animal, *Adamum* incesserit, unde constet, *Adamum* per serpentem oppugnatum fuisse, cum Scriptura id non
225. expresse dicat. *Quinta*, ad Monachum *Jo. Aspionem*, exponit, quali natura hominum corpora a mortuis sint resurrectura, & an sensibilem cibum tunc manducatura. Tribus posterioribus apposita est Cel. *Lamii* interpretatio. His singulis subjecit Doctiss. Editor suas observationes & animadversiones, in quibus id quidem agit, ut ex suo Codice *Riccardiano* in prioribus jam editis Epistolis lectionis varietatem addat, præterea ex aliis Autoribus tum Historicis res ipsas, tum Græcas phrases, explicet; nec tandem omittit *Glycam* in nonnullis reprehendere, ubi obscurius

rius

rius locutus videbatur. Adjecit tandem Cel. Editor ex eodem Codice *Riccardiano*, quo *Glycæ* Epistolæ continebantur, fidei catholicæ formulam Græce, cum interpretatione Latina, quæ num antea fuerit edita, se ignorare profitetur. Legi tamen hæc meretur, cum præcipua fidei capita contineat, & quasi in compendio sistat. Nos Cel. *Lamio* hunc feliciter susceptum laborem ex animo gratulamur, eique prosperos successus comprecamur, simulque vovemus, ut lectores tales, quales nos sumus, hoc est, applaudentes nobilissimis conatibus, ei quamplurimi contingant. Pag. 283.

ESSAI DE PHYSIQUE &c.
hoc est,

TENTAMEN PHYSICES, AUTORE PETRO VAN MUSSCHENBROEK, Prof. Philos. & Mathem. in Acad. Ultrajectina. Accedit Descriptio novarum machinarum pneumaticarum, itemque collectio experimentorum J. V. M. Ex Belgico sermone in Gallicum transtulit PETRUS MASSUET, *Doct. Med.*

Tomi II.

Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, 1739, 4.
Alph. 5 plag. 16, Tabb. æn. 33.

Physica, teste Cel. *Musschenbrækio*, nunquam antea apud Batavos tanto exculta studio fuit, quanto hodie. Perpauci olim in ea scientia viri docti elaborarunt, quæ nunc a plerisque omnibus, non eruditis modo, sed etiam mercatoribus, artificibus, & aliorum ordinum hominibus, in deliciis habetur, & in præcipuis oppidis, studio certarum societatum, naturam machinis tentantium, quotidie illustratur. Et princeps quidem *Nieuwentytius*, edito præclaro *de existentia Dei* libro, attentionem civium suorum ad investiganda atque admiranda divina opera, in rebus naturalibus occulta, excitasse videtur. Quem secutus paulo post Celeberrimus *Desagulierius*, cum ex Anglia ad Batavos venisset, dici vix potest, quanto populi applausu, ad videnda pulcherrima spectacula, & ad audiendam

 eloquen-

eloquentissimi Viri interpretationem, concurrentis, passim sit exceptus. Post discessum hujus Philosophi, ne studium gentis refrigesceret, libris opus erat, quos consulere physicarum rerum curiosi possent. Quorum cum magna tum penuria esset, nec præter scripta *Derhami*, & Prælectiones *Desagulierii*, ab aliquo discipulorum ejus collectas, ullum fere aliud probabile opus in lingua Belgica exstaret, id agere cœperunt quidam Bibliopolæ, uti plures de hoc genere egregios libros transferendos in patrium sermonem curarent. At hi fere tales libri erant, in quibus, propter prima scientiæ elementa omissa, & pro cognitis assumta, curiosus populus nisi cum magna difficultate versari vix ac ne vix quidem poterat. Itaque opus desiderabatur, ipsa Physices principia, facili ordine connexa, & luculenter explicata, complectens; ad quod conficiendum non alius aptior Autor videbatur, quam Cel. *Musschenbrækius*. Atque is, licet initio hujusmodi laborem magnopere refugeret ac deprecaretur, quippe & plurimis negotiis Academicis districtus, & lingua potius eruditorum, quam vernacula, scribere solitus, & parum ex tota re gloriæ exspectans, postremo tamen, cum & promovenda honestissima civium suorum studia, & eos a proposito depellendos, putaret, quos *Elementa* sua *Physicæ*, ante aliquot annos in usus Academicos succincte conscripta, & alio loco in *Actis* nostris laudata, e Latino in Belgicum sermonem, se etiam invito, conversuros intelligebat, manus rogantibus dedit, ac præsens Opus elaborandum suscepit; quanquam non ita illud quidem, uti ab Autore in lucem editum est, sed ex lingua Belgica in Gallicam denuo translatum, ad nos pervenit: egregium certe, & iis, quorum usui potissimum destinatum est, non minus sine dubio exoptatum, quam *Musschenbrækio* dignum. Quod cum modestum & hodie perquam probatum *Tentaminis* titulum præ se fert, ne perfectum systema polliceri videatur, tum vero non prima solum scientiæ principia ad mentem *Neutonianorum* perspicue tradit, sed alia quamplurima admiranda naturæ phænomena, & curiosissima experimenta, & præclara juniorum reperta, & accurata Mathematicorum ratiocinia, exponit, quæ alibi

alibi frustra quæras. Fieri non facile potest, ut liber a quoquam alio, in patriam præsertim linguam, rectius convertatur, quam ab ipso Autore, qui unus & sensum eorum, quæ scripsit, & loca, quæ explicatione egent, optime nosse putandus est. Quo minus de præstantia editionis Belgicæ Operis *Musschenbrækiani* dubitandum videtur. De Gallica versione nihil separatim addimus, cum non satis liqueat, utrum consentiente, an invito, Autore a Doctiss. *Massueto* facta sit. Illud omittendum non est, quod & Celeberrimus *Musschenbrækius* monet, & ipsa moles voluminis loquitur, *Elementa Physicæ* Latina, quæ primo minori forma A. 1726, ac deinde multo auctiora A. 1734, prodierunt, nunc non simpliciter ab Autore translata, sed tot iterum accessionibus, & difficiliorum locorum explicationibus, amplificata esse, ut pro alio plane, seu mavis tertio, Opere, de iisdem rebus eodem ordine conscripto, id, quod hoc loco recensemus, haberi non injuria possit. Mutavit etiam nonnulla & correxit Vir Celeberrimus, ingenueque profitetur, se, cum passim ejusmodi sectari duces coactus esset, qui experimenta sua parum accurate describere, & generales mox conclusiones regulasque nimis præcipitanter inde deducere, consueverint, ab erroribus non satis cavere potuisse; de cetero nec retractationum suarum se pudere, neque eum esse, qui etiam nunc, ubivis in vera se incidisse, contendat. Physica enim, inquit, in dies magis perficitur; Philosophi secuturi nova semper detegent; maximeque credibile est, fore, ut post centum annos res plane aliter, quam quo pacto eas hodie adspicimus, sese habere videantur. Restat, ut etiam de iis pauca dicamus, quæ sub finem libri adjecta sunt a Nobilissimo Lugdunensi Mechanico, *Joanne van Musschenbræk*. Describit ille primo, ac per partes singulas accurate ante oculos ponit, duas novas machinas sive antlias pnevmaticas, a Viro Clarissimo, *s' Gravesandio*, inventas, simplicem alteram, alteram duplicatam; deinde collectionem plusculorum experimentorum, ad demonstrandam illarum machinarum usum, subjungit; ac postremo catalogum exhibet variorum instrumentorum physicorum, mathematico-

 rum,

omnibus impositum, nec non reliqua jura majestatica, quæ in ipsa urbe Roma exercuit, satis testantur. Pergit, posteaquam ista disseruisset Autor, nonnulla illustriora monumenta, quæ *Caroli* supremam in urbem Romam potestatem docent, exponere; inter quæ illud eminet, quod vexillum urbis miserit *Leo* Papa Regi, additis precibus, mitteret de optimatibus unum, qui Romanum populum *ad fidem suam* & subjectionem per sacramenta firmaret. *Hoc jus*, inquit Noster, *in urbem Romam, ejusque Episcopos, perpetuo Carolus retinuit, ac felici quodam fato in posteros suos prorogavit. Nec fere dubiam ipsi hanc palmam fecere Imperatores Orientis. Constantino* filius *Leo* successerat, qui, præter Syriaca quædam, nihil egit, immo uxoris etiam malignitate in tenerum filium factum est, ut de restituendo per Occidentem Imperatoris titulo Papa, populusque Romanus, cogitarent. *Leo* igitur Pontifex, interpres populi, convocatis Clero & Principibus, solenni cerimonia, *Carolum* coronatum Augustum pronuntiavit, atque adeo, ipsis Seculi noni primordiis, instauratum Occidentale Imperium concessit. Cerimoniam omnem fuse Autor descriptam exhibet. Facta vero hæc non plane invito *Carolo* fuisse, inde probat, quod apud *Eginhardum*, inde ab urbe occupata, *fratrem Augustorum in Oriente* se vocavisse referatur *Carolus*. Disputat mox contra illos Autor, qui, pro sua potestate Papam hæc præstitisse, audacter non minus, quam temere, affirmant; quasi vero in ejus tunc potestate urbs populusque Romanus fuerit. Sed, neque huic eligendi Imperatoris potestatem fuisse, recte Autor asseruit, adeo, ut, *injuria affectos maxima Imperatores Constantinopolitanos*, dicat, *cum solis ipsis competentem tam illustrem titulum Carolus præceptum usurparet*. Neque nisi initis secuto tempore cum *Irene*, *Nicephoro*, & *Michaele Curopalate*, pactis, justo titulo Imperatoriam sibi dignitatem *Carolus* vindicavit. Tum perfecto & pleno jure Romæ dominus dici poterat. Atque hoc modo instauratum illustre Occidentis illud imperium, postquam per Secula III etiam memoria fere ejus fuerat deleta. Sed non diu penes *Caroli* posteros tanti majestas imperii perduravit. *Pari perfidia*, inquit Autor, *populi Episco-*

pique

pique Romani ademtum illis imperium, qua olim ad Carolum defecerant. Dignis deinde atque indignis concessa ea dignitas, donec Otto ille Magnus, Germania pacata, ac felici in Italiam suscepta expeditione, perpetuo vinculo majestatem illam Germaniæ annecteret. Atque hic demum finem differendi fecit Autor, cujus operam facile quis æstimabit, qui ad argumentorum selectum, orationis flumen, & reliqua ornamenta, animum adverterit. Quæ sunt Voluminis reliqua, si jam vellemus pro dignitate rerum recensere, contra institutum nostrum ageremus. Proinde novo labori rem omnem ea lege asservamus, Lector, ut in antecessum tibi persuasum velimus, quæ hic promulsidis loco data sunt, talia esse, ut gustum facile cuivis possint ciere, *Schœpfliniana* omnia penitius cognoscendi.

DELICIÆ ERUDITORUM, SEU VETERUM ἀνεκδότων Opusculorum Collectanea. JO. LAMIUS collegit, illustravit, edidit.

Florentiæ, ex typographia Petr. Cajet. Vivianii, 1736, 8. Plag. 20.

Cum non sit negandum, magnam illos laudem mereri, qui veterum scripta, eaque nondum edita, colligunt, & cum orbe erudito communicant: quod ita fiat, ut multa in vulgus emanent, quibus alias latendum in tenebris fuisset; gratias haud vulgares debent elegantioris literaturæ studiosi Cel. *Lamio*, quod consilium ceperit, nonnulla scripta ἀνέκδοτα in publicam lucem & doctorum hominum conspectum proferendi. Incitarunt eum ad hoc opus suscipiendum Germanorum inprimis & Gallorum studia, quæ, in itinere olim constitutus, propius inspexit, & quibus captus vehementer, in simili olim stadio decurrendum sibi statuit. Semina præterea æmulationis animo ejus injecerunt præclara exempla patriæ, Italiæ, cujus doctissimis civibus multa rei literariæ præclara monumenta debentur, ex tenebris in lucem revocata. Bibliothecæ tandem præstantissimæ Florentinæ, Codicibus manu exaratis, iisque eximiis & bonæ frugis plenis, locupletissimæ, domestica exempla præbebant, quibus excitari posset, ut

ut artes excoleret, & ἀνεκδότων Commentariorum editioni animum applicaret. Quod vero nunc demum hanc curam susceperit, causas ipse varias recenset, quarum in numerum referri debent peregrinationes difficiles & longæ quinque annorum per varias Europæ provincias, & penuria eorum Florentiæ, qui Græcos Codices & Latinos emendate exscribere sciant, quæ ipsum coegit, ut noctes diesque in hoc labore desudaret. Sed, omnibus illis impedimentis feliciter remotis, animus est doctissimo *Lamio*, *XXIV* plus minus *Voluminibus* præclaras atque eximias virorum eruditorum, qui ante Seculum P. C. N. XVI floruerunt, Commentationes ἀνεκδότους certo ordine & ratione comprehendere, ut singulis *Voluminibus* diversi argumenti, aut linguæ, aut compositionis, Opera contineantur. Breves autem lucubrationes hoc in loco seligentur; ampliores enim & longiores Commentarios alio loco dabit. Initio quidem eo spectabat institutum Autoris, ut Opuscula talia in lucem emitteret, quæ in Florentinis Bibliothecis ignota huc usque delituerant; nunc tamen statutum ipsi est, ex aliis etiam Bibliothecis remotiorum provinciarum ad se missis Opusculis non prorsus locum denegare. Simili exceptione usurus est, quando aliquid transmittetur, quod Seculo XV sit posterius. Carmina & Orationes, quamvis vetustas, omnes ex hac Collectione excludet, reliqua tamen omnia admittet, quæ ad Historiæ supplementum & illustrationem, aut aliarum liberalium artium & disciplinarum ornatum & incrementum, aliquid facere possunt. Singulis etiam Opusculis, quæ in hac Collectione comparebunt, brevibus vita Autoris præfigetur, Bibliotheca, ex qua prodibunt, indicabitur, variantes lectiones adjicientur, cum criticis animadversionibus. Hæc est ratio instituti, quod *eruditorum delicias* appellare visum est Cel. *Lamio*, quia ejusmodi labor plenus suavitatis & voluptatis est. Sed jam docebimus Lectores nostros, quid boni *Volumen* hoc *primum* secum ferat, & quid præstiterit in eo exornando Doctiss. *Lamii* industria. Absolvitur hoc scilicet *V Epistolis Michaelis Glycæ*, Grammatici, sive disputationibus varii argumenti, quibus præmisit Cel. *La-*
Pag. 1. *mius* vitam hujus *Glycæ*. Cognomen *Glycæ* accepisse ille videtur

detur *Lamio*, quia ex *Glycetarum* familia esset, quod ex versiculis variis, qui sunt Annalium ejus Codicibus præfixi, probari posse contendit. Quare B. *Fabricium* reprehendit, in *Biblioth. Gr. Lib. V Cap. 41 pag. 228* scribentem, hoc nomen assumsisse eum tunc demum, cum habitum monasticum indueret. Siculus Pag. 3.
natione fuit, ut plerique credunt. Eum Grammaticam professum, primæ Epistolæ inscriptio docet. Addubitat tamen Vir doctissimus, num *Glycas* unquam vitam monasticam amplexus fuerit, *Fabricium* refellens. Sed miramur, qui factum fuerit, ut Vir Cel. sui adeo oblivisceretur, ut paulo post contrarium fere assereret. Monachos, refert, & alios in dignitate constitutos, *Glycam* sæpe de gravissimis consuluisse controversiis theologicis, quod tamen vix fieri potuisse putat, nisi sacris & castioris alicujus sectæ institutis fuerit addictus. Deinde monet, confirmari hoc posse ex appellatione illa, quando κυρὸς appellatus fuerit, quo vocabulo contracto Monachi præsertim, ut Noster ait, sequioribus Seculis indigitabantur, non secus atque nos Domnos Monachos honoris causa nuncupamus. Vide etiam, quæ infra *pag. 33* de voce κυρὸς disputat Cel. *Lamius*. Quid itaque erravit *Fabricius*, quando dixit, Monachum fuisse *Michaelem Glycam*? Num adeo omni historiæ autoritate destitutus hoc asseruit? Sed, quic- 6.
quid horum sit, virum omnibus disciplinis imbutum fuisse, tradit Autor, *Glycam*, cum passim Theologum, passim Medicum, passim Historicum, se esse prodat, nec eloquentiæ laude caruisse. Seculi XII scriptorem hunc fuisse, multi credunt; *Allatio* tamen & *Oudino* Seculo XV vixisse videtur. Litem omnem dirimere videntur Epistolæ *Glycæ*, *Lamio* alio loco afferendæ, quas ad *Constantium Palæologum* scripserat, quem Seculo XV vixisse constat, simulque contra *Dufresnium* disputat. Opera *Glycæ* sunt inprimis Annales, Patriarcharum, Regum, & Imperatorum, res gestas, historiamque Judaicam, Romanam, & Constantinopolitanam, complectentes, a *Leunclavio* primum Latino sermone donati, & a *Meursio* inprimis editi. Scripsit etiam 13.
præterea Epistolas multas, interrogatus a diversis super variis quæstionibus theologicis & dubiis. Numerum earum LVI

esse, & magno in pretio a viris doctis fuisse habitas, ab earum vero editione multos morte, vel alia causa, abstractos, docet *Lamius*. *Bonav. Vulcanius* ex Codice *Georg. Dousæ* tres Epistolas edidit cum sua versione & observationibus. *Jac. Pontanus* duas ex Epistolis *Glycæ* edidit, Latine a se conversas, quæ in Bibliotheca maxima Patrum, & Annalium editione *Labbei*, sed non Græce, & præterea mancæ ac detruncatæ, exstant. Has itaque Epistolas edere meditatur Cel. *Lamius* ex Codice Bibliothecæ *Riccardianæ*, cui præest, qui XIV harum Epistolarum continet, cum sua interpretatione. Ut vero opus perfectius sit, adjiciet etiam illas, quæ jam editæ fuerunt, sed emendatiores & castigatiores. In quibusdam Codicibus hæ Epistolæ *Jo. Zonaræ* tribuuntur. Tandem & de hoc Codice *Riccardiano* nonnulla referuntur. Quod ad ipsas Epistolas *Glycæ* numero V, quæ hoc in loco comparent Græce & Latine, attinet,
Pag. 33. *prima* ad Domnum *Joan. Sinaiten*, Monachum & Stylitam, directa est, & disquirit, utrum in peccatum lapsis condescen-
66. dendum sit, an, prout ratio postulat, increpandi sint. *Secunda*, ad Monachum *Maximum Smeniotam*, differit, utrum audiendi sint dicentes, hominem a principio corpus caducum habuisse, & passionibus obnoxium, cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse, & lignum scientiæ ficum exstitisse. Hæ duæ
196. *Pontani* adscriptam habent interpretationem. *Tertia*, ad eundem, de gloria & claritate, qua *Adamus* a principio coruscavit, ver-
211. ba facit. *Quarta*, ad eundem, quærit, cur diabolus per serpentem, & non aliud animal, *Adamum* incesserit, unde constet, *Adamum* per serpentem oppugnatum fuisse, cum Scriptura id non
225. expresse dicat. *Quinta*, ad Monachum *Jo. Aspionem*, exponit, quali natura hominum corpora a mortuis sint resurrectura, & an sensibilem cibum tunc manducatura. Tribus posterioribus apposita est Cel. *Lamii* interpretatio. His singulis subjecit Doctiss. Editor suas observationes & animadversiones, in quibus id quidem agit, ut ex suo Codice *Riccardiano* in prioribus jam editis Epistolis lectionis varietatem addat, præterea ex aliis Autoribus tum Historicis res ipsas, tum Græcas phrases, explicet; nec tandem omittit *Glycam* in nonnullis reprehendere, ubi obscu-
rius

rius locutus videbatur. Adjecit tandem Cel. Editor ex eodem Codice *Riccardiano*, quo *Glycæ* Epistolæ continebantur, fidei catholicæ formulam Græce, cum interpretatione Latina, quæ num antea fuerit edita, se ignorare profitetur. Legi tamen hæc meretur, cum præcipua fidei capita contineat, & quasi in compendio sistat. Nos Cel. *Lamio* hunc feliciter susceptum laborem ex animo gratulamur, eique prosperos successus comprecamur, simulque vovemus, ut lectores tales, quales nos sumus, hoc est, applaudentes nobilissimis conatibus, ei quamplurimi contingant. Pag. 283.

ESSAI DE PHYSIQUE &c.
hoc est,

TENTAMEN PHYSICES, AUTORE PETRO VAN MUSSCHENBROEK, Prof. Philos. & Mathem. in Acad. Ultrajectina. Accedit Descriptio novarum machinarum pneumaticarum, itemque collectio experimentorum J. V. M. Ex Belgico sermone in Gallicum transtulit PETRUS MASSUET, *Doct. Med.*

Tomi II.

Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, 1739, 4.
Alph. 5 plag. 16, Tabb. æn. 33.

Physica, teste Cel. *Musschenbrækio*, nunquam antea apud Batavos tanto exculta studio fuit, quanto hodie. Perpauci olim in ea scientia viri docti elaborarunt, quæ nunc a plerisque omnibus, non eruditis modo, sed etiam mercatoribus, artificibus, & aliorum ordinum hominibus, in deliciis habetur, & in præcipuis oppidis, studio certarum societatum, naturam machinis tentantium, quotidie illustratur. Et princeps quidem *Nieuwentytius*, edito præclaro *de existentia Dei* libro, attentionem civium suorum ad investiganda atque admiranda divina opera, in rebus naturalibus occulta, excitasse videtur. Quem secutus paulo post Celeberrimus *Desagulierius*, cum ex Anglia ad Batavos venisset, dici vix potest, quanto populi applausu, ad videnda pulcherrima spectacula, & ad audiendam

eloquentiſſimi Viri interpretationem, concurrentis, paſſim ſit exceptus. Poſt diſceſſum hujus Philoſophi, ne ſtudium gentis refrigeſceret, libris opus erat, quos conſulere phyſicarum rerum curioſi poſſent. Quorum cum magna tum penuria eſſet, nec præter ſcripta *Derhami*, & Prælectiones *Deſaguliérii*, ab aliquo diſcipulorum ejus collectas, ullum fere aliud probabile opus in lingua Belgica exſtaret, id agere cœperunt quidam Bibliopolæ, uti plures de hoc genere egregios libros transferendos in patrium ſermonem curarent. At hi fere tales libri erant, in quibus, propter prima ſcientiæ elementa omiſſa, & pro cognitis aſſumta, curioſus populus niſi cum magna difficultate verſari vix ac ne vix quidem poterat. Itaque opus deſiderabatur, ipſa Phyſices principia, facili ordine connexa, & luculenter explicata, complectens; ad quod conficiendum non alius aptior Autor videbatur, quam Cel. *Muſſchenbrækius.* Atque is, licet initio hujusmodi laborem magnopere refugeret ac deprecaretur, quippe & plurimis negotiis Academicis diſtrictus, & lingua potius eruditorum, quam vernacula, ſcribere ſolitus, & parum ex tota re gloriæ exſpectans, poſtremo tamen, cum & promovenda honeſtiſſima civium ſuorum ſtudia, & eos a propoſito depellendos, putaret, quos *Elementa* ſua *Phyſicæ*, ante aliquot annos in uſus Academicos ſuccincte conſcripta, & alio loco in *Actis* noſtris laudata, e Latino in Belgicum ſermonem, ſe etiam invito, converſuros intelligebat, manus rogantibus dedit, ac præſens Opus elaborandum ſuſcepit; quanquam non ita illud quidem, uti ab Autore in lucem editum eſt, ſed ex lingua Belgica in Gallicam denuo translatum, ad nos pervenit: egregium certe, & iis, quorum uſui potiſſimum deſtinatum eſt, non minus ſine dubio exoptatum, quam *Muſſchenbrækio* dignum. Quod cum modeſtum & hodie perquam probatum *Tentaminis* titulum præ ſe fert, ne perfectum ſyſtema polliceri videatur, tum vero non prima ſolum ſcientiæ principia ad mentem *Neutonianorum* perſpicue tradit, ſed alia quamplurima admiranda naturæ phænomena, & curioſiſſima experimenta, & præclara juniorum reperta, & accurata Mathematicorum ratiocinia, exponit, quæ

alibi

alibi frustra quæras. Fieri non facile potest, ut liber a quoquam alio, in patriam præsertim linguam, rectius convertatur, quam ab ipso Autore, qui unus & sensum eorum, quæ scripsit, & loca, quæ explicatione egent, optime nosse putandus est. Quo minus de præstantia editionis Belgicæ Operis *Musschenbrækiani* dubitandum videtur. De Gallica versione nihil separatim addimus, cum non satis liqueat, utrum consentiente, an invito, Autore a Doctiss. *Massueto* facta sit. Illud omittendum non est, quod & Celeberrimus *Musschenbrækius* monet, & ipsa moles voluminis loquitur, *Elementa Physicæ* Latina, quæ primo minori forma A. 1726, ac deinde multo auctiora A. 1734, prodierunt, nunc non simpliciter ab Autore translata, sed tot iterum accessionibus, & difficiliorum locorum explicationibus, amplificata esse, ut pro alio plane, seu mavis tertio, Opere, de iisdem rebus eodem ordine conscripto, id, quod hoc loco recensemus, haberi non injuria possit. Mutavit etiam nonnulla & correxit Vir Celeberrimus, ingenueque profitetur, se, cum passim ejusmodi sectari duces coactus esset, qui experimenta sua parum accurate describere, & generales mox conclusiones regulasque nimis præcipitanter inde deducere, consueverint, ab erroribus non satis cavere potuisse; de cetero nec retractationum suarum se pudere, neque eum esse, qui etiam nunc, ubivis in vera se incidisse, contendat. Physica enim, inquit, in dies magis perficitur; Philosophi secuturi nova semper detegent; maximeque credibile est, fore, ut post centum annos res plane aliter, quam quo pacto eas hodie adspicimus, sese habere videantur. Restat, ut etiam de iis pauca dicamus, quæ sub finem libri adjecta sunt a Nobilissimo Lugdunensi Mechanico, *Joanne van Musschenbræk*. Describit ille primo, ac per partes singulas accurate ante oculos ponit, duas novas machinas sive antlias pnevmaticas, a Viro Clarissimo, *s' Gravesandio*, inventas, simplicem alteram, alteram duplicatam; deinde collectionem plusculorum experimentorum, ad demonstrandam illarum machinarum usum, subjungit; ac postremo catalogum exhibet variorum instrumentorum physicorum, mathematico-

 rum,

rum, anatomicorum, & chirurgicorum, quæ, perinde ut duæ machinæ laudatæ, apud ipsum prostant.

ANNOTATIONES AD SCHEDIASMA VIRI Cl. EDMUNDI HALLEY de Mundo infinito, quod legitur in Transactionibus Philosophicis Anglicanis numero 364, per J. G. S. Helvetium.

Plerisque accidit hominibus, ut, cum unum evitare volunt extremum, in alterum incidant oppositum. Plerique veterum Philosophorum mundum nimis arctis circumdedere limitibus; alii vero recentiores omnes omnino limites ipsi denegarunt. *Jordanus Brunus*, ut & magnus ille Philosophiæ reformator, *Cartesius*, hoc pro demonstrato habuerunt. Ipse *Hugenius*, immo & nuperrime Cel. *Wolfius*, dubii hac in re hærent. Existimat ille, sententiam de mundo infinito non posse refelli. *) Hic vero ita loquitur: *Utrum vero infinitum sit (universum), nec ne, ego non definivero.* **) Argumenta philosophica, hac pro sententia allata, parvi sunt momenti, & facile solvuntur; quare iis non immorabimur. Congessit quædam mundi infiniti defensor novissimus, Cel. *Canzius*, in *Jurisprudentia civitatis Dei* §. *328 seq.*; at forsan multis majoris ponderis videbitur argumentum physicum vel mathematicum, a Cel. Mathematico *Edm. Halley* in *Transact. Philos. n. 364* adductum. Videbimus, an re vera ita sit, postquam brevem demonstrationem metaphysicam dederimus, quæ mundum infinitum impossibilem ostendit. Est autem demonstratio nostra sequens. Mundus infinitus est magnitudo limitum expers, vel, ut hanc definitionem aliis terminis æquivalentibus efferam, est aggregatio partium, numero infinitarum. Supponit itaque mundus infinitus infinitum numerum. Numerus vero infinitus is est, cui nullæ superaddi possunt unitates. At nihil repugnat additioni. Ergo numerus

*) *Cosmotheor. Lib. II pag. 117* ed. alterius Leoburg. 1704.

**) *Elem. Astronom.* §. *1123* ed. ultimæ. Nec vero hoc assertum cum altero possum conciliare, cum idem Vir magnus dicat, *magnitudinem infinitam esse impossibilem. Ontol.* §. *797*.

merus infinitus impossibilis, per consequens & mundus infinitus. Videamus nunc, quid Vir laudatus pro sua sententia afferat. Hæc nititur mutua corporum cœlestium attractione. Verba Viri, ex Anglico sermone translata, hæc sunt: *Quodsi universum esset finitum - - infinito circumdaretur inani, tunc stellæ remotiores gravitarent versus eas, quæ centro sunt propiores, motuque accelerato in eas incurrerent, & successu temporis coalescerent, atque in unum cum iis congererentur. Et, supposito, quantum sufficit, temporis spatio, hæc necessario evenirent. At, supposito mundo infinito, omnes ejus partes prope in æquilibrio essent, & per consequens singula sidera, quippe contraria vi retracta, occuparent & retinerent assignatos locos suos, aut moverentur, donec tandem invenirent sua loca,* &c. Argumentum ergo Viri Clarissimi huc redit: Duo sidera se invicem attrahunt; oportet itaque, nisi velis illa coalescere, ut utrumque habeat contrapondium: & hæc contrapondia iterum trahuntur, ergo nova apponenda sunt, & sic in infinitum. Duo præcipue hic sunt annotanda. Unum est, plus inferri a Cl. Autore, quam ex præmissis fas est. Concedimus, sidera se invicem attrahere, (sano sensu hanc vocem intellectam velim,) at num inde sequitur, progrediendum esse in infinitum? Minime. An non fieri potest, ut sidera superficialia, id est, extrema, ex ipso mundo finito recipiant vim, attractioni resistendi? Puto, posse. Finge e. g. sphæram mercurialem, id est, ex Mercurio compositam, & in ea pone, certo ordine, varios magnetes. Hi omnes sese attrahunt; at, si quædam sint in superficie sphæræ, nec vis attrahens sit nimis magna, non coalescunt in centro; ii enim, qui in superficie sunt locati, non possunt descendere, propter pressionem Mercurii, quo specifice leviores sunt, ergo contrapondio opus non habent; an non simile quid in ipso potest esse mundo? Vides ergo, impossibilitatem hujusmodi hypotheseos ante esse ostendendam, quam in abyssum infiniti descenditur. Nisi hoc possit Vir Cel., fateatur, necesse est, plus illatum esse in conclusione, quam ex præmissis fieri oportebat. Alterum autem, quod monendum est, huc redit. Infinita causarum series quæstioni non respondet. Si quis interroganti,

terroganti, unde orti ſint homines, in terra viventes, reſponderet, a ſuis parentibus ipſos originem duxiſſe, &, altero quæſtionem ſimilem repetente, pergeret, & hos itidem a ſuis, & ſic in infinitum; is certe tantundem diceret ac nihil: nam ultimo originem humani generis neſciret alter. Eadem vero ratio eſt in quæſtione noſtra, cur ſidera duo non coaleſcant; reſpondit Vir eximius, quia contrapondium ſimile habent. Et cur contrapondia illa non coeunt? Quia alia habent contrapondia, & hæc iterum alia, & ſic in infinitum. Quæſo, num ex hac reſponſione cauſam nunc noſti permanentiæ ſiderum? An non idem dubium in infinitum redit? Ergo tandem manent ſidera in ſtatu ſuo ſine ratione ſufficiente. Nam eam rationem nunquam invenies, etſi in infinitum progrediaris. Videtis igitur, quæſtioni hac ratione minime eſſe ſatisfactum. Liceat nunc illam ut *Problema* nondum ſolutum Mathematicis proponere, ob argumenti nobilitatem, & forſan difficultatem. Fortaſſe alia vice ego, quod hac in re ſentio, judicio aliorum exponam.

DE AORTÆ ANEVRYSMATE OBSERVATIOnes binæ, cum animadverſionibus PAULI VALCARENGI, *Phil. & Med. Doct. Cremonenſis, Academiæ Inſtituti Scientiarum, quæ Bononiæ eſt, Socii.*

Cremonæ, apud Petrum Ricchini, 1741, 8 maj.

Plag. 3.

Multum debemus Cel. *Valcarengo*, quod binis his Obſervationibus abditam abſtruſamque quandam doctrinæ medicæ partem non parum illuſtrarit. In priori, eaque longiori, commemorat, virum quendam nobilem ſub gelidiori bruma, cum per urbem noctu curſu quodam violento divagaretur, magnum inopinato ardorem in ſuperiori mediaque pectoris parte ſub ſterno perſenſiſſe, cui dolor non levis, ad utrumque brachium productus, una cum corporis ſenſu illico acceſſerit, tandemque adjuncta reſpirationis ſumma anxietate illum

lum lipothymia ita correptum fuisse, ut viribus fere destitueretur. Remisit hic morbus, sed crebro etiam rediit, adscitisque identidem novis crebrioribusque symptomatibus, gravior annorum progressu redditus, ipsam tandem mortem arcessivit. Dissecto post fata cadavere, præter alia, arteria aorta paulo supra cor, & præcipue circa suum arcum, amplior solito in conspectum venit. Perspectis his anevrysmatis, ibidem geniti, signis, ipsaque aorta prope cor ad arcum usque incisa, apparuit, tunicarum ibidem texturam densam admodum esse, intimam vero superficiem, quæ versus cor lævigata erat, circa arcum, ubi arteriæ subclaviæ oriuntur, inæqualibus minimisque sinibus undique perfundi, in posteriori præsertim ejus parte, ubi variæ jacebant osseæ concretiones, sibi in directum miro modo dispositæ, propter quas interior arteriæ tunica inæqualis maxime reddebatur & aspera. Ossicula hæc piscium grandiorum squamas æmulabantur, majorum unguium nostrorum latitudinem superantia, & figura irregulari prædita, instructa nimirum acutissimis hinc inde angulis, a quibus digiti acriter feriebantur. Squamulæ istæ osseæ arteriæ tunicis stricte annectebantur, præsertim circa earum, ut ita dicamus, centrum; circa peripheriam vero elevari quoquoversus facile poterant, ut accedere ad se invicem aliquo modo, & recedere vicissim, juxta arteriæ ipsius contractiones, potuisse aliquando viderentur. Quamplurimæ hujuscemodi osseæ squamulæ figura erant & mole dissimiles, quæ in ipso aortæ arcu posterius incipientes, atque in lineam rectam miro modo dispositæ, reliquam etiam arteriæ descendentis posteriorem partem fere usque ad diaphragmatis insertionem pervadebant. Illæ vero, quæ prope aortæ ortum jacebant, grandiores crassioresque erant, & acutis magis pluribusque angulis armatæ; reliquæ vero sequentes minorem obtinebant molem. Ceteroquin tamen in anteriori sua parte arteria magna, ossiculorum horum expers, consuetam præ se ferebat texturam, quamvis amplior facta; nec in ejusdem cavo polyposum ullum corpus concreverat. Varia hinc hujus historiæ anatomicæ momenta Cel. Autor illustrat, &, prout anevrysmata ab Illustri *Morgagni* recte dividuntur in ea, ubi arte-

riæ expanſio eſt inſtar ſacci a latere appenſi, & illa, ubi expanſio omni ex parte eſt æqualis, ſine ſingulari ullo ſacco, a latere appenſo, ita oſtendit, ad poſteriorem hanc claſſem præſens anevryſma referri, permagna etiam anevryſmata interdum in arteria aorta genita, vaſa ſæpenumero in ſubſtantiam oſſeam mutata, atque ſolum hoc anevryſma tam multiplicibus ſymptomatibus excitandis par fuiſſe. Omnes anevryſmatum cauſæ, extrinſecæ pariter atque intrinſecæ, ad illa reducuntur, quæ affatim ſanguinis velocitatem adaugere, ſive arteriæ cujusvis tunicas ita dilatare, valent, ut prementi quaquaverſum per normales lineas ſanguini reſiſtere non poſſit. Requiri autem ſimul videtur tum ſpecialis quædam arteriarum diſpoſitio, a laxa nimis ipſarum textura pendens, propter quam prementi eas jugiter ſanguini, nimioque impetu, ſeu ratione copiæ, ſeu ratione velocitatis, ſeu ob utramque hanc cauſam, illas diſtendenti, plus æquo facileque cedat, tum peculiaris etiam vaſorum configuratio, propter quam cauſam prope arcum arteriæ aortæ facilius, quam alibi, anevryſmata generari videntur. Ad ipſam vero morbi antecedentis hiſtoriam ab initio ad finem uſque explicandam progrediens Noſter, rigidiorem brumam probat, ſæpiusque ſolito diuturniores ventos aquilonares cum violento curſu morbo primam dediſſe originem, ob nimiam arteriæ aortæ diſtenſionem, nec modicum in anteriori ejus tunica ab extrínſeca cauſa ibidem ſubito factum dolorem cum ardore, ſub ſterni ſuperiori parte illico coortum eſſe, ut & juxta ſubclaviorum ramorum propagationem ad utrumque brachium tendere videretur, una cum torporis ſenſu, ob brachialium compreſſionem nervorum, qui iisdem ſubclaviis vaſis annectuntur. Mala hæc aortæ conſtitutio ſymptomata quævis revocavit, quoties ſanguinis congruo ibidem motui obicem poſuit; et, quoniam tractu temporis ex repetitis validioribus ſanguinis appulſibus disruptæ in artéria læſa fibræ non parum occalluerunt, ſtricto hinc magis magisque nexu cohærentes inter ſe, in oſſeas abierunt lamellas, gravioribus in dies frequentioribusque ſymptomatibus per hanc cauſam excitatis. Pari etiam modo reliquam totius morbi rationem docte eleganter-

ganterque eruit, eos vero ſimul, qui aliter explicarunt eam, data occaſione refutat. Altera Obſervatione, ducem quendam bellicum, refert, ab ictu maximo, quem poſt violentum motum inopinato cadens in media ſterni parte accepit, ingentem ſibi, per vicesque recrudeſcentem, tandem vero funeſtum, contraxiſſe morbum. Inciſo cadavere, repertum fuit cum effuſo ſanguine anevryſma arteriæ aortæ, tantæ molis, ut ejus cavum Autoris utramque manum commode contineret, ipſoque pericardio longe majus eſſet. Quarta coſta, ubi ſummum anevryſmatis acumen adhæſerat, excavata erat maxime, in eodemque acumine polypoſæ complures aderant fibræ, miro invicem modo contextæ, ut laminam fere carneam ſatisque craſſam conſtituerent. Hinc inde ſuperficies oſſeis obducta erat parvis lamellis, ſeu ſquamulis tenuibus admodum & lævigatis, quæ obtuſis angulis terminabantur. Magnitudinem ejus anevryſmatis, ſitumque, & reliqua momenta, copioſe accurateque Cl. Autor deſcribit, omniumque hujus morbi ſymptomatum, & cauſarum, ipſiusque mortis, rationem pari, ut in ſuperiori Obſervatione factum erat, diligentia & doctrina, judiciique acumine, exponit.

JO. GEORGII SCHELHORNII DE VITA, fatis, ac meritis, Philippi Camerarii, JCti, Hiſtorici, ac Philologi pereximii, & primi Academiæ Altorfinæ Procancellarii, Commentarius. Accedit, præter ſelecta ex Epiſtolis Virorum celeberrimorum, ad ipſum ſcriptis, ejus relatio de captivitate ſua Romana, & liberatione fere miraculoſa, nunc primum e MSto edita.

Norimbergæ, ſumtibus Jo. Mich. Seitz & Chriſtoph. Conr. Zell, 1740, 4.

Alph. 1 plag. 21.

Vitam, famam, ac merita, eruditiſſimorum hominum celebrare, nobis quidem arbitris, æque literis & rei publicæ conducit, ac Principum & nobilium. Hos caſus interdum extulit ac temeritas; illos diligentia, prudentia, virtus. Præclare igitur

 non

non solum de Manibus *Camerarii*, sed de universo, qua literis favet, orbe, meritus esse censendus est Celeberrimus, & scriptorum politissimorum dudum laude florentissimus, *Schelhornius*, quod Virum tantum, tamque sapientem, calamo suo æternitati consecrandum curavit. Quo quidem munere ita nobis videtur perfunctus, ut nemo futurus sit Lectorum, qui sive in selectu rerum notatu digniorum, sive in narrandi ratione, sive in genere dicendi, quod copiosum, facile, & elimatum, est, quidquam desideret. Fuit autem *Philippus Camerarius* antiquo nobili genere natus, quod jam Seculo undecimo ex Carinthia in agrum Bambergensem concessit. Parens fuit *Joachimus*, instaurator ac vindex literarum elegantiorum, præcipue Græcarum, celeberrimus. Ex hoc lucem vidit Noster Tubingæ A. 1537, die 16 Maji. Nomen *Philippi* in honorem *Melanchthonis* ei impositum est. Fratres habuit *Joannem*, Serenissimo Borussiæ Duci a Consiliis, *Joachimum*, magni nominis Medicum, *Ludovicum*, pariter in arte salutari exercitatissimum, ac *Gothofredum*, in aula Principis *Richardi*, Comitis Palatini, cum laude versatum. Præcipuus Nostri præceptor ipse parens exstitit. Hinc in Lyceum Portense mittebatur, *Esromi* tum *Rudingeri*, viri omnis elegantioris doctrinæ callentissimi, curæ commissus. Hic, Nostri affinis, cum aliorsum vocaretur; Misenense in Gymnasium migravit *Philippus*, cui tunc præerat *Georgius Fabricius*, cujus summum ingenium, indefessum studium, eruditio incomparabilis, palmam jam dudum atque immortalitatem meruerunt. Hinc Academias frequentavit Lipsiensem, Tubingensem, atque Argentoratensem. In hacce postrema *Hotomanni* præcipue fidem expertus est; item *Ludovici Grempii* ac *Joannis Sturmii*. Postea iter Italicum ingressus est, ad quod feliciter & cum fructu perficiendum, quæcunque poterat, parens præsidia comparabat; & ipse filius ætate jam erat satis matura, quippe annum sextum & vigesimum supergressus. Primo pedem figebat in Academia Patavina; quod per Lombardiam iter, A. 1563 d. 28 Septembris institutum, ipse singulari diario, quod hic simul integrum exhibetur, descripsit. In hoc diario lectu dignissimo ac jucundissimo

dissimo plura fusius indicantur. Pertinent eo descriptio urbis Comi, Mediolani, Veronæ, Mantuæ, atque aliarum. Cum Patavii aliquantisper substitisset; Ferrariæ etiam ac Bononiæ commoratus est. Hinc Florentiæ *Petrum Victorium* adiit, qui plurima ei humanitatis officia præstitit. Romæ conversatione gavisus est *Mureti* atque aliorum, & plurima vidit notatu perquam digna. Cum in eo esset, ut altera die una cum *Petro Rietero de Kornburg*, Patricio Norico, ac deinceps oppidi Hersppruccensis præfecto, quem itineris socium habebat, Ferrariam se denuo conferret; inopinato accidit, ut, nullius plane criminis reus, d. 5 Junii cum comite suo in Inquisitionis Romanæ carcerem contruderetur. Qui atrox casus, quamvis plurimum calamitatis secum ferret, eumque vehementer exerceret, virtutem tamen ejus, pietatem in Deum, religionis studium, atque invictum animi robur, declaravit. Captivitatis illius, ex falsa delatione ortæ, peculiaris *Camerarii* sub finem libri legitur descriptio; in contextu vero præcipue *Schelborniana* de ipsa Inquisitione narratio, quales sæpius elegantissimas ille ac doctissimas παρεκβάσεις fecit, notari meretur. Liberatio ita contigit. Cum nihil aut parum profuisset opera, a *Prospero Comite de Arcbo* pro eo in libertatem vindicando, jussu *Maximiliani II* Imp., apud *Pium IV*, Pont. Rom., studiose impensa, nihil epistola *Alberti*, Bavariæ Ducis, ad eundem data, nihil aliorum studium; Deus quasi ex machina comparuit. Legatus tum Pontificis Viennæ apud Imperatorem erat *Zacharias Delphinus*, Antistes Pharensis, illustri apud Venetos loco natus. Is Cancellarium suum, *Antonium Cuchium*, JCtum Belgam, ad *Sigismundum*, Episcopatus Magdeburgensis Administratorem, Halam Saxonicam misit, unde ille, expeditis negotiis, & magna pecuniæ vi collecta, ad suos reversurus, Lipsiæ Nostri parentem, exhibitis literis heri sui, quas vocant, credentialibus, salutavit, qui, inter alios sermones, de Romana filii captivitate conquestus, eum monuit, sibi caveret, ne quid sinistri in itinere suo præter spem ipsi accideret; quodsi enim Pontificii tam severe adversus insontes ac peregrinos se gererent, fieri facile posse, ut par pari referretur. Contigit vero deinde, *Joachimo* prorsus

ignaro, ut in Thuringia equites aliquot porſonati in eum irruerent, &, bombardis manuariis exploſis, miniſtros ejus omnes globulis transfigerent, ille autem, cunctis rebus ſuis ſpoliatus, vix evaderet, id quod *Cuchius* non ſua ſponte a prædonibus, ſed cum conſenſu Principum proteſtantium, ut ipſe tanquam pignus pro captivis retineretur, eſſe factum, licet falſo, ſibi perſuadens, acriter propterea ad Legatum Pontificis literis ſuis conqueſtus, resque deinceps pernicibus nuntiis Romam delata eſt. Verebatur itaque aula Pontificia, ut Legati ſui tam in Comitiis, quam alibi in Germania, negotia ſua, niſi his juvenibus cuſtodia liberatis, ſecure & ſine periculo in poſterum agere poſſent; ac terrore hoc Panico factum eſt, ut Noſter, una cum ſocio, confeſtim d. 4 Aug. e carcere dimitteretur. Compertum vero eſt deinde, equites illos a *Guilielmo Grumbachio* ſaltem ſpoliorum colligendorum gratia fuiſſe immisſos; quod adeo ſceleſtum facinus in optimum Deus finem direxit. Ita vero, morbo, quocum in carcere conflictari cœperat, percurato, ad ſuos rediit incolumis, lætis omnium plauſibus ac fauſtis acclamationibus exceptus. Notatu eſt præcipue dignum elegantiſſimi *Bersmanni* carmen, quod totum hic inſertum videmus. Nunc ſollicitus erat pater de ſparta filio acquirenda, potiſſimum apud Argentoratenſes. Sed Norimbergæ ſedes fortunarum *Camerario* a providentiſſimo Numine deſtinata erat. Poſtquam enim A. 1569 ſuo merito Baſileæ ſolenni ritu inſignibus in utroque Jure Doctoris ornatus fuit, Norimbergæ conſedit, & A. 1571 d. 26 Febr. nuptias cum *Helena, Martini Pfinzingii ab Henfenfeld*, in patria Senatoris, filia digniſſima, celebravit. Ex hac liberos octo ſuſtulit, ſummis partim honoribus admotos, ac proſperrimis fatis uſos. Biennio poſt matrimonium initum, munus ipſi Conſiliarii Norici conferebatur, quemadmodum etiam Landgravius Haſſiæ ſibi a Conſiliis ipſum eſſe juſſit. In graviſſimis ſuis muneribus ſumma ipſe prudentia & inſigni dexteritate utebatur, ita, ut principes interdum perſonæ atque ipſi Imperii ordines ad ejus non raro conſilia confugerent. Quid mirum, quod & apud eosdem maximam inde gratiam collegerit? Sed nec minora

nora

nora ejus fuerunt in rempublicam literariam merita. Ejus rei Academia præsertim Altorfina testis esse potest, quæ ipsam huic Viro vitam, ipsum spiritum, debet. Gravissimis de causis Senatus Noricus, suasu inprimis *Joachimi Camerarii*, patris, translationem Gymnasii Ægidiani Altorfium decreverat, ubi, exstructo magnifico Collegio, aliisque necessariis paratis, introductio A. 1575, 3 Cal. Julii, secuta est. Primo autem Rectori, *Valentino Erythræo*, Lindaviensi, immatura morte A. 1576 exstincto, successor datus *Jo. Th. Freigius*, a *Philippo* nostro, Noricæ reipublicæ oratore, habita eleganti Oratione, in munus immissus est. Ab eo tempore commendatissimum *Camerarius* fidei suæ habuit hoc Lyceum, nec dubium est, quin consiliis ejus Senatus Noricus motus, privilegia Academica a *Rudolpho II* Imp. impetranda curarit. Hinc & ipse primus recentis Academiæ Procancellarius constitutus, hoc splendidissimo munere per integros 42 annos functus est, studiis quoque potissimum suis impetravit, ut in Jure ac Medicina creandi Doctores a *Ferdinando II* Imp. libertatem hæc Academia A. 1622 impetraret. Sed nec privatis eruditissimorum hominum conatibus defuit *Philippus*. Lucubrationes paternæ complures, de quibus & ipse & *Joachimus*, frater, præclare meriti fuerunt, primum hic locum merentur. Ipse præterea limatissimas lucubrationes conscripsit, quas inter *Operæ horarum subcisivarum*, sive meditationes historicæ, potissimum, quæ nominentur, dignæ sunt, uberrimis doctorum, quæ passim hic exhibentur, laudibus ornatæ. Adhæc pretium earum inde quoque patet, quod non alii solum prata ex iis sua diligenter rigarint, sed plures etiam editiones, plures translationes, exstent. Sensit tamen accuratissimum illud Opus injurias etiam tam Inquisitorum Pontificiorum, quam obtrectatorum quorundam. Sed, quemadmodum frustra contra lunam latrant canes, sic hodieque suus huic labori honor constat. Ac dolemus sane, Centuriam quartam, cujus novem Capita manu scripta exstant, perfici non potuisse. Doluerunt id ipsi etiam exteri, apud quos gratia Noster, autoritate, amicitia, valuit plurimum. Admirandum vero est, *Camerarium* nostrum, in ætatis flore carcere morbisque difficillimis attri-

tum,

tum, multis insuper deinde variisque fortunæ casibus exercitum, & catenatis per omnem vitam laboribus domi forisque obrutum, ad extremam senectutem pervenisse, viribus animi non plane prostratis, visuque, quod illa ætate rarissimum, integro, nec conspicillis opus habente. Paululum ante suprema fata, salvis axiomatibus, & emolumentis, inde redundantibus, rude donatus, vitæ, laborum, honorumque, satur, pie placideque mortuus est die 22 Junii A. 1624, annum ætatis septimum & octogesimum, rarissimo exemplo, supergressus. Sepulcro hoc lemma cum nomine suo inscribi voluit: ALII. FORSITAN. ALIA. NOS. NIHIL. ALIUD.

Prodiit nuper ex prelo nostro *Tomi quinti Supplementorum ad Nova* hæc *Acta Sectio secunda*, in qua quos recensuimus, libri hi sunt: 1) Annales typographici, ab artis inventæ origine ad annum 1664, opera *Mich. Maittaire*, A. M. Editio nova, auctior & emendatior. *Tomus I.* Amstelodami, 1733, 4; 2) *Jo. Laur. Moshemii* Historia Tartorum Ecclesiastica. Helmstadii, 1741, 4; 3) *Examen de l'Essay de Monsieur* Pope *sur l' homme, par Mons.* Pierre Daniel Crosa. *A Lausanne, 1737, 8;* 4) Jo. Frid. Jacobi *Betrachtungen über die weisen Absichten Gottes bey denen Dingen, die wir in der menschlichen Gesellschaft und der Offenbarung antreffen. Göttingen, 1741, 8;* 5) *Christiani Hanaccii*, D. Primordia superioritatis territorialis Saxonicæ, ex antiquis Saxonum & Francorum rebus eruta. Vitembergæ, 1740, 8; 6) *Gottlieb Sam. Treueri* Investitura per sceptrum Feudis ecclesiasticis & secularibus communis. Gottingæ, 1741, 4; 7) *Parere sopra la cagione della morte della Cornelia Zangarina Bandi, per* Giosefo Bianchini. *In Verona, 1738, 8;* 8) *La Scuola Salernitana dilucidata di* Fulvio Gherli. *In Venezia, 1733, 8;* 9) *Laurentii Reinhardi* Chronotaxis nova Apocalypseos Joanneæ, novi Commentarii in Apocalypsin prophetico-historico-dogmatici, Germanica lingua evulgandi, Prodromus. Vinariæ, 1741, 4; 10) *Jo. Conr. Fueslini* Diss. Apologetica prima pro Davide, Hebræorum Rege, adversus obtrectationes Petri Bailii. Tiguri, 1740, 4; 11) *Martini Dieterich* Nexus philosophicus Grammaticæ Hebrææ. Francof. ad Viadr. 1739, 4; 12) *Christoph. Aug. Heumanni* Commentatio theologica de Illuminatione Sauli, cæca pietate ferventissimi, ad *Act. IX, 3-6.* Jenæ, 1741, 4; 13) *Jo. Rudolphi Kieslingii* Commentatio philologico-theologica de Jesu Nazareno in grata patria exule, ad *Luc. IV, 28-30.* Lipsiæ 1741, 4; 14) Joach. Barward Lauensteins *Vertheidigung seiner Diplomatischen Historie von Hildesheim. Hildesheim, 1741, 4.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ
Calendis Septembris Anno MDCCXLII.
Pars II.

ANNALES MINORUM, SEU TRIUM ORDINUM, a S. Francisco institutorum, Autore A. R. P. LUCA WADDINGO, Hiberno, S. T. Lectore Jubilato, & Ordinis Chronologo. Editio secunda, locupletior & accuratior, opera & studio R. P. JOSEPHI MARIÆ FONSECA AB EBORA, Ord. Minor. Scriptoris & Ex-Generalis, sanctæ & universalis Inquisitionis Consultoris, Sac. Congreg. Consistor. Votantis, Episcop. Examinatoris, Regiæ Academiæ Lusitanæ Socii, in Romana Sapientia Censoris, atque in Cismontana familia Visitatoris, & Reformatoris Apostolici.

Tomus XIV.

Romæ, typis Rochi Bernabo, 1735, fol.
Alph. 7 plag. 15.

Pergimus jam in recensendo Opere insigni, & rerum cognitu dignissimarum pleno, ad *Tomum XIV*, ceteris, si seriem annorum spectes, quodammodo ampliorem, quippe quo historia Minorum ab anno inde 1472 ad 1491 pertexta sistitur. A. 1472 *Sixtus* Pontifex instructam satis classem in Asiam adversus Turcas, etsi non felici adeo successu, misit; Canonicis Lateranensibus in Urbe templum Pacis concessit; Bullam *Eugenianam* tollere, & Observantes jurisdictioni Ministri generalis subjicere, tentavit, sed a proposito po- Pag. 1. 2.

 stea

stea discessit; Comitia Conventualium generalia Ferrariæ, & alia
Pag. 3 Observantum Cismontanorum in urbe Aquilana, nec non Ob-
seq. servantum Ultramontanorum in Conventu Basileensi provinciæ
6. Argentinæ, sunt celebrata; in urbe Aquilana corpus S. *Ber-*
7-15. *nardini* ex æde S. *Francisci* in templum nomine ipsius dictum
solenni ritu translatum est; Mediolani floruit *Michael a Carcano*,
non minoris doctrinæ, quam religionis, homo; *Sixtus* con-
17 seq. troversiam Fratrum & Sororum reformationis B. *Coletæ* provin-
20. ciæ Burgundiæ composuit; idem Congregationem *Amadei*
Hispani, Mediolani institutam, multis privilegiis munivit; vi-
22-32. vis excesserunt *Joannes Bonvisus*, Lucensis, *Michael de Massa*
33 seq. *Maritimæ*, *Anastasius Mediolanensis*, & *Antonia Florentina*; S.
35 seq. *Francisci* dies sacer & solennis indictus est; magnis animorum
motibus controversia agitata, an S. *Catharinæ* imagini stigmata
41 seq. sint appingenda; decessit *Bessarion*, Cardinalis, Ordinis Prote-
46. ctor, cui in munus hoc successit *Petrus Riarius*, nepos Ponti-
ficis. A. 1473 bellum adversus Turcas prosecutus est Ponti-
fex, & *Matthiam*, Regem Pannoniæ, a fœdere cum illis in-
69 seq. eundo avocare modis omnibus conatus est; *Jacobus Picenus*
73. Neapolim ad *Ferdinandum* Regem missus est Legatus Pontifi-
75. cis; inter Conventuales & Observantes ortæ sunt lites, sed sta-
78. tim sopitæ; quæ olim una fuit, in partes duas est divisa Clare-
norum Congregatio. A. 1474 memorabilia multa perfecit
Pontifex, sed grave vulnus accepit ex morte nepotis sui, *Pe-*
89 seq. *tri Riarii*, Cardinalis, Minorum Protectoris, cui muneri ad-
91. motus est deinde *Julianus de Ruvere de Abizzola*; *Jac. Pice-*
92. *nus* Regem Hungariæ ad bellum adversus Turcas concitavit;
93. ad Superos migravit *Barnabas Interamnensis*, olim Medicinæ
Doctor, postea Minorum regulam secutus; in Gallia florue-
95. runt *Guil. Abrincus*, *Jo. Filleti*, *Nic. Amantis*, & *Jo. Gual-*
terius; *Franciscbinam* suam, seu *Speculum Ordinis*, rarissi-
mum nunc librum, ad finem perduxit *Jac. Oddo*, Perusinus; Mi-
98 seq. noritis multa Pontifex & insignia privilegia concessit; inter Dal-
111. matas & Ragusinos subortum est dissidium, sed statim composi-
122. tum. A. 1475 Pontifex Regi Hungariæ adversus Turcas auxilio
123. venit, & inter Principes nonnullos pacem stabilivit; solenne In-
dulgen-

dulgentiarum Jubilæum indictum est; inter Sanctos connume- Pag. 123.
ratus est *Bonaventura*, Cardinalis; Urbini celebrata sunt Co-
mitia, in quibus Minister Generalis electus est *Franciscus Na-* 124.
nis, cognomento *Samson*; indictum etiam in Conventu Audo- 125.
marensi generale Capitulum Observantum Ultramontanorum,
& aliud Cismontanorum Neapoli; *Antonius e Castro S. Joannis* 127.
frustra meditatus est novam Congregationem; vita excesserunt
Griso, Belga, Doctor Parisiensis, magnus sui Ordinis Theologus, 128.
& *Michael Bal*, Ruthenus, Dapiferi Samocensis filius; florue- 133.
runt *Bernardinus Feltrensis*, & *Ludovicus a Barga*. A. 1476
ad Electoralia Germanorum Comitia *Sixtus* Legatum misit Car- 145.
dinalem *Gonzagam*, ut adversus Turcas, si fieri posset, ani-
mos Germanorum Principum exacerbaret; purpura donatus est
Petrus de Fuxo, junior; virtute & religione claruit *Joannes* 146.
de Aragonia; decessit *Jacobus Picenus*, multis in Ecclesiam 147.
suam meritis illustris, & a *Benedicto XIII* A. 1726 Sanctorum 147-163.
fastis adscriptus; obiere etiam *Marianus a Senis*, *Andreas a* 164.
Colle, *Fridericus*, Comes Palatinus, & *Innocentia Angeli*, Tu-
dertina. A. 1477 orta est in partibus Lombardiæ gravis de im- 169 seq.
maculata B. Virginis *Mariæ* conceptione controversia, quam
ita composuit Pontifex, ut immunem ab omni peccato originali
Mariam pronuntiaverit; mortui sunt *Gaspar Florentinus*, *Paulus* 171.
Brixiensis, *Henr. Herpius*, *Fortunatus a Perusio*, *Franciscus Tho-* 173. 174.
masutius de Campobasso, *Elisabetha Malatesta*, Clarissa, & Guardi-
anus Hierosolymitanus, *Jacobus Alexandrinus*, quem in munere 178.
secutus est *Bernardinus a Caymis*. A. 1478 *Sixtus*, Pont. Max.
in *Laurentium Medicæum* & Florentinos, cædem *Juliani Medicæi* 190.
graviter ulciscentes, severe animadvertit, Mendicantium vero
Ordini, in Germania aliquantum afflicto, insigne patrocinium 191.
præbuit; indictum est Capitulum generale Observantum Cis- 194.
montanorum ad S. *Jacobi* Cœnobium Papiense, & aliud Ul-
tramontanorum in Conventu Castri Rodulphi Provinciæ Turo-
niæ; obierunt *Marcus Bononiensis*, miraculorum fama, si quis- 196.
quam alius, clarissimus, *Bartholomæus a Colle*, *Thomas Catius*, 208.
Matthæus Nolius, *Andreas Rey*, *Seraphina Columna*, Claris- 209.
sarum una, & *Catharina*, Bosnæ Regina; *Gabriel Veronensis*, 213.

 Episco-

Pag. 213. Episcopus Agriensis, cooptatus est in Cardinalium Collegium.
222. A. 1479 Romæ Patrum Conventualium habita sunt generalia Comitia; Prædicatoribus & Minoribus insignia a Pontifice pri-
224. vilegia concessa; in vivis esse desierunt *Michael de Barga*,
230.232. *Franciscus Zenus*, & Regina Navarræ, *Eleonora*, Minoritis ad-
231. dictissima; *Franciscus*, Dux Britanniæ, *Francisci* regulam amplexus est; doctrina & religione præ ceteris floruerunt *Ange-*
232. *lus de Clavasio*, Vicarius generalis, *Marcus Bononiensis*, *Petrus Neapolitanus*, *Evangelista de Balionibus*, *Hieron. Torniellus*, *Marcus Vigerius*, *Bartholom. Rovereus*, *Laurent. Traver-*
233. *sagnus*, & *Nic. Carrettinus*; Marpurgi festum Conceptionis B.
241. *Mariæ* solenni ritu celebrari cœpit. A. 1480 *Joannes de la Puebla*, Princeps Hispanus, Minoritarum Ordinem ingressus
242. est; fato suo succubuerunt *Petrus de Capriolis*, *Liberatus de Civitella Aprutina*, *Dominicus Campensis*, *Ludovicus Placentinus*, *Leonardus Florentinus*, & *Catharina Valentis*; insignis
244. fama fuit *Francisci de Aragonia*, *Alexandri Ariosti*, *Cherubini Spoletani*, *Bernardini Feltrensis*, *Marci de S. Maria in Gallo*, *Joannis Valentini*, *Guidonis Briansolii*, *Dominici de Ponzo Spediano*, *Michaelis Aquensis*, & *Seraphini de Squillatio*; *Joanna*,
245. Castellæ Princeps, cum amita sua, *Catharina*, Minorum sacris addixit nomen suum; de tollendis inveteratis Patrum Conven-
246. tualium & Observantum litibus serio cogitavit Pontifex. A.
263. 1481 Martyres, Marrochii in Africa occisi, cultu honestati
266. sunt ecclesiastico; Ferrariæ Comitia generalia Observantes Cismontani, Ultramontani in Conventu Montis Lucii provinciæ Burgundiæ, celebrarunt; diem suum obierunt *Petrus Florentinus*, *Laurentius Firmanus*, & *Antonius a S. Joanne*; in Po-
269. lonia floruerunt *Angelus Ostrovius*, *Mich. Bal*, & *Chrysostomus de Poniet*; Genuenses, suasu monachi Franciscani, expedi-
271. tionem adversus Turcas susceperunt. A. 1482 in Ordinem
285-309. Sanctorum solenni ritu receptus est *Bonaventura*, Cardinalis;
310. Ferrariæ magnis animorum motibus disceptatum est de Conce-
313. ptione B. *Mariæ*, quam in rem Bullam emisit Pontifex; e vita
325. exierunt *Amadeus Lusitanus*, qui scripsisse *Librum Revelationum* dicitur, *Ludov. de Varca*, *Laurentius* & *Leonardus*, Poloni,

Josephus

Cremonæ habita sunt Patrum Conventualium generalia Comi-
Pag. 443. tia; vitam cum morte commutarunt *Franciscus Gallus*, *Jaco-*
444. *bus Ticinensis*, & *Philippa Medicæa.* A. 1489 generale Capi-
tulum ab Observantibus Cismontanis habitum est in Conventu
461. S. *Donati* extra civitatem Urbini, & in Conventu de Fonte
prope Rupellam ab Ultramontanis; obierunt *Franc. de Bar-*
462. *ga*, *Onufrius Sarzanensis*, *Marcus Cortonensis*, & *Scholastica*
465. *Fulginas*; in urbe Lucensi erectus est mons pietatis; Fratri-
467. bus Hungaris magna privilegia sunt concessa. A. 1490 ad Su-
475.476. peros evocati sunt *Benedictus Valentinus*, *Petrus de Moliano*,
477. *Michael de Mediolano*, *Guil. a Speluncato*, *Phil. a Carponeto*,
478. *Petrus de Fuxo*, Cardinalis, *Beatrix Rusca*, *Victoria Gonzaga*,
& *Angelina Antonii*; magnæ Interamnenses inter & Cesanos in
Umbria controversiæ subortæ; Placentiæ mons pietatis erectus;
481. Regum Lusitanorum in propaganda fide ardor eminuit. A.
482. 1491 in urbe Assisiate Patres Conventuales celebrarunt gene-
497. ralia Comitia; obierunt *Didacus a Luminibus*, *Gabriel Æsinus*,
Bernardus Mandelus, *Antonius Elvensis*, *Gundisalvus Ulyssipo-*
498. *nensis*, *Christoph. de Varisio*, *Seraphinus*, Polonus, *Marianus*
499. *de Jesorbo*, *Paulus Moravus*, *Franciscus e Plebe S. Stephani*, *Eu-*
500. *stochium*, Clarissa Messanensis, *Vitalis a Bastia*, & *Demetrius*
511. *Albanus*; Patavii & Veronæ montes pietatis instituti. Finem
513.517. & huic *Tomo* imponunt Regestum Pontificium, & rerum nota-
biliorum Index.

DISCOURS HISTORIQUES, CRITIQUES, THEOLOGIques, & moraux, sur les evenemens les plus memorables du V. & du N. Testament, &c.

hoc est,

SERMONES HISTORICI, CRITICI, THEOLOgici, & morales, de eventibus maxime memorabilibus rerum Vet. & Nov. Testamenti, per SAURINUM, Ecclesiasten Hagæ Comitum, inchoati, continuati autem opera ROQUESI, Ecclesiastæ Reformati Gallici Basileensis.

Tomus VI & VII.

Hagæ

[illegible] Comitum, impensis Petri de Hondt, 1736 & 1739, 8.
Tom. VI Alph. 1 plag. 13, Tom. VII Alph. 1 plag. 18.

Tomorum jam *quinque* summas & præstantissima argumenta superioribus annis repetivimus, publiceque exposuimus. Prodiendum nunc est ad *Tomum VI* & *VII*, quos adornavit Pl. Rev. *Roquesius*. *Tomus VI* complectitur morbum ac sanationem leprosi *Naemanis*, Syri, initia regni *Joæ*, & *Athaliam* depositam, cladem ab angelo Domini illatam exercitui Assyriorum, renovatum a *Josia* fœdus in Domini conspectu, templum a *Nebuzaradano* combustum, *Hodedum* in campo Samariæ, regnante *Achaso*, ac *Menassen* vinculis datum. *Tomo VII* relatas legimus *Ahasveri* benignitates in *Mardochæum*, *Jobi* calamitatem, *Jeremiam* ramum amygdali conspicantem, figuram animantium *Ezechieli* repræsentatam, imaginem resurrectionis mortuorum, *Danielem* somnium *Nebucadnezaris* exponentem, tres viros in furno Babylonico, ac *Danielem* leonibus objectum. Mirum Tom. VI
sane, historiam *Naamanis* a *Josepho* fuisse prætermissam. Incredibile videtur, homines 27000 armatos a mœnium Apha- pag. 2.
censium ruina opprimi potuisse. At, simul ac 27 ductores eisque aggregatos milites intellexerimus, dubitatio est expedita. 3.
Vox enim אלף notat & *mille*, & *ductorem*. Res ipsa recensetur *1 Reg. XX, 29, 30.* Edisserit Autor varias lepræ species ex 5.
Celso V, 28, 19, ipsamque elephantiasin attingit. Hanc vero a magnitudine elephanti appellatam, *Macro* accredet nemo. Vox ipsa est Ægyptiaca, in *Levitico* ילפת, ex לפת, *rigore constrinxit*. Origo indubie debetur aquis Ægypti, vitium capientibus. Lepram, *Calmetus*, a vermibus exoriri, credit. Curationem solus impertire potest Deus. Nuspiam in sacro 8.
Codice reperitur exemplum curationis, a medico peractæ. Le- 10.
prosorum erat abesse a sanis ad aliquod intervallum, ni ipsi verberibus excipi mallent. Persæ leprosos ab urbibus arcuerunt, teste *Herodoto I, 138.* Canonem Concilii Ancyrani 17 Autor de leprosis proprie dictis jure exposuit. Voci צפור significatum *avis* vindicat, *Bochartum* secutus. Undenam lepra 15.
Christianos Europæos inficere cœperit, idem disquirit. De

Pag. 26. flumine, Damascum perfluente, potiora affert, teste ... usus *Benjamino Tudelensi*, quem fide esse plenum, *Ba*...
30. *rius* merito negavit. Res ministerii ecclesiastici in comm...
esse, nefas ducendum. Candide & juste hic sententiam ...
34. Pl. Rev. Autor. Fœdus Mosaicum ad solos *Jacobi* post...
referri debuisse, ipse existimat, ratus, gentes reliquas ad
amplectendum haud fuisse devinctas, sed potius ad colendum
unicum cœli terræque creatorem, & ad leges naturæ effectui
36. dandas obstringi. Addere lubet, ipsarum quoque esse, Mes-
siam revereri, ac opera ejus expetere salutem. De Deo com-
mentitio *Rimmon* varia profert Autor. Si quid suspicione as-
sequi licet, *Rimmon* est *malo granato instructus Jupiter*, *Jupi-
ter Casius*. רמון enim est malum Punicum, quod manu pretu-
40. lit effigies *Jovis Casii*. Indifferentismum, Mysticismo famili-
rem, solide notat Autor in *Petro Poireto*, eique opponit in-
41. dolem primorum Christianorum. Cultum Dei posse peragi,
attentione exterminata & seposita, pessime docuit *Filliucius*,
Jesuita. *Persius* sane sub finem *Satyræ II Filliucium* condemna-
vit. Ad *2 Reg. V, 18*, copiose Noster commentatur, verba *Nae-
manis* excutiens, sibique persuadens, ea ad tempus futurum
esse referenda, & *Naemanem* petere veniam cerimoniæ in tem-
47. plo *Rimmonis* peragendæ civilis, ac sese incurvandi ad Regem
suum sustinendum, immo humi sese abjiciendi, Rege humi
procumbente. *Calmeti* objectiones solvit & enodat. Avari-
tiam *Gebasii*, eique inflictam eapropter duriorem pœnam, Vir
57. præstantissimus præclare edisserit & depingit. Cur posteri *Ge-
basii* lepra fuerint simul puniti, hasce affert rationes: 1) pœ-
nas fuisse tempori vitæ hujus affixas; 2) eas, innocentibus im-
missas, esse observantiæ in Deum & patientiæ specimina; 3)
insontibus de reliquo, si Deum ipsi revereantur, esse benignum,
quemadmodum exempla eorum, qui surdi, muti, membris-
que capti, vel aliter infortunati miserique, nascuntur. Adde,
quod Deus ita ostendit, quantum pravitatis insit avaritiæ, &
homines ob felicitatem vitæ hujus solam haud fuisse conditos.
Achaziam dici per errorem librariorum *Hazarjah 2 Chron.
XXII, 6*, credit *Ludovicus Cappellus* in *Critica sacra VI, 7*, id-
que

que Autor pronuntiat verisimile. At quidni statuimus, *Achasium* dictum quoque fuisse *Jeboacham* & *Hazariah*? De throno Regis in templo intexuit Autor haud contemnenda. *Josephi* in *Ant. Jud. VIII, 7*, legitur loco ἐπὶ τῆς ςήλης vulgo ἐπὶ τῆς σκηνῆς. Sedem *Salomonis* in templo, כיור נחשת, *1 Reg. VI, 13*, columnæ impositam, in atrio sacerdotum fuisse collocatam, negat. Ipsam, a *Salomone* constitutam, a *Joa* fuisse conscensam, adversus *Campegium Vitringam* contendit. Sita erat ipsa e regione portæ, quæ ex atrio Israelitarum in atrium sacerdotum ferebat, *Ezech. XLVI, 12.* Idem demonstrat, Reges Judæ unctos fuisse oleo sacro & sacerdotali, nec obstare locum *Exod. XXX, 31, 32*, sed potius id patere ex *1 Reg. I, 39, Ps. LXXXIX, 21.* *Joæ* impositum fuit diadema & העדות. De significatu vocis hujus Hebrææ dissentiunt Commentatores. Accedit Autor Pl. Rev. *Grotio*, qui, *vestem regiam*, dignitatis supremæ dominatusque insigne ac documentum, designari, existimavit. Regem Judæorum judicio Synedrii M. fuisse obnoxium, ejusque jussu flagellari potuisse, ipse merito negat, ratus, populo jus esse dejiciendi Regem a throno, si hic leges, consensione corroboratas sua, conculcandi studio flagret. Majestas certe in populo tanquam in radice residet, qui ipse sibi exitiosus esse, vel futurus fuisse, censendus non est. Et quid Regi est facilius, quam justitia & benefactis populum, sibi subjectum, prorsus reddere suum? At quis dixerit, huic vel illi privato patere potestatem in vitam tyranni? In corpore populi universi infixa sedet majestatis radix, non in uno & altero ejus membro. Nec hæresis Regis in causa esse potest, ut vel populus, vel Pontifex Romanus, eum dignitate & potestate privet. Rex recens creatus init fœdus cum Deo & cum populo suo. *Jehojada* exemplo id ipsum illustrari potest. Exemplum Principis, Deum reverentis, mira est efficacia. Recenset Autor officia Regum, Deo exhibenda. Nec minus eorum in subditos officia prædicat, inimicus tyrannidi & arbitrio summatum, modum excedenti. Subjungit officia eorum, qui Regi sese submiserunt. *Hobbesium* refellit, qui ex *Matth. XXIII, 2, 3*, it demonstratum, potestatem Regum esse limitibus vacuam.

Pag. 62. 86. 90. 93. 79. 103. 105. 111. 115.

cuam. Morbo *Hiskiam* fuiſſe implicatum, antequam *Senna-*
Pag. 133. *cheribus* Niniven rediret, exiſtimat Noſter æque ac Theologi
haud pauci. Favet ipſi locus *2 Reg. XX, 6.* De photoſciaterico
Achaſi congeſſit multa, ratus tamen, gradus ambulacri eſſe intel-
141. ligendos per מַעֲלוֹת, non gradus gnomonicos. Miraculum, in
eis factum, trifariam ſolet exponi. Ipſe autem negat, id ad mun-
di vel telluris ambitum univerſum patuiſſe. Eandem ſententiam
olim propugnavit Cel. *Jo. Chriſtoph. Harenbergius*, cum ex pro-
feſſo hoc miraculum exponeret. Peluſium nunc vocari Belbeis,
147. prouti Autor credidit, veriſimile haud opinamur. *Catrou* & *Rouil-*
lius, Jeſuitæ, oſtenderunt, locum nunc vocari *Thiné*, quod nomen
appropinquat ad Ebraicum סִין, & Chaldaicum סִין. Hoſce ſe-
cutus eſt idem, quem modo diximus, *Harenbergius* in Charta,
qua complexus eſt terras priſcas, quæ nunc in Europa Turcis pa-
rent. *Tirhacum*, Chuſi ſeu Caſiotidis Regem, *Bochartus* ex Arabia,
150. ſinui Arabico ad Orientem appoſita, arceſſit, cui Autor adſtipu-
latur. *Sennacheribum* Ægypto ipſi cladem inſignem intuliſſe, ra-
tionibus in medium allatis inficiatur. *Uſſerius Sargonem*, de quo
Eſaias Cap. XX diſſeruit, a *Sennacheribo* haud diſcernit. At, *Sar-*
gonem, *Sennacheribo* juniorem, deſignari, putat Noſter. *Aſſarhad-*
don videtur indicari per *Sargonem*. Chamatham urbem fuiſſe, in
160. Cœleſyria ſitam, Autor ex *Jer. XLIX, 23*, ſolide oſtendit. Docuit
alibi S. Rev. *Harenbergius*, eam a Græcis ſeu Macedonibus
poſthæc Heliopolin fuiſſe appellatam. *Arpad* eſt Antaradus,
Arado oppoſita, littori Phœnices impoſita, nunc dicta *Ruad*. *Se-*
pharvaim, alibi *Parvaim*, videtur eſſe *Paradiſus*, Damaſco vicina.
Ana ſeu Hena fuit *Ina Ptolemæi*, ab occaſu Damaſci ſita. *Hivva*
fuit Abida, haud procul inde disjuncta. *Vitringa* perperam
huc trahit *Avvæos*, *Deut. II, 23*, inter Philiſtæos memoratos.
Quis enim ignorat *Autæos*, circa Midianen & lacum Sirbonis
olim commoratos? Urbs Goſan nobis videtur fuiſſe *Singa* ad
fluvium Singam, qui Euphraten ex Syria ſeptentrionali influit.
Chaborah eſt Chabora ad fluvium cognominem Meſopotamiæ.
173. *Charan* non poteſt ad Carras trahi. Septimo enim die *Laba-*
nus, *Jacobum* fugientem conſecuturus, Charano Mizpam &
Gileadis montem attigit prope Jabocum flumen trans Jorda-
nem.

nem. Reseph est Resapha *Ptolemæi*, ad ortum Damasci sita. Eden superest in Libano. Thelassar seu Ellassar videtur esse Larissa, olim Oronti apposita intra Syriam. Exercitus *Sennacheribi* quomodo interierit, variantibus opinionum secessionibus implicatum est. At clades illa profecta fuit ab Angelo, immittente ventum urentem, quem Judæi vocant *mactatorem*. Posterius hoc patescit ex *Jes. X, 16, 17, 18.* De Nisroch, Deo Pag. 180.
commentitio *Sennacheribi* ac Assyriorum, nil certi constat. An regnante *Josia* avtographum *Mosis*, an apographum, in templo fuerit repertum, an Pentateuchus, an ejus pars, quæri 209.
solet. Apographum id fuisse, verisimilibus Autor conficit rationibus. Id vero sui generis unicum fuisse, merito negat. Pentateuchum Samaritanum veteribus Hebraicis literis esse conscriptum, sibi persuadet *pag. 219.* Nec minus largitur, mutationes quasdam in nominibus urbium & notularum adjectionibus contigisse sacro contextui, schismate decem tribuum antiquiores, veritatis illustrandæ causa exortas. Libros sacros 222.
periisse omnes, ac ab *Esdra* refectos fuisse, merito inficiatur, siquidem hoc commentum *4 Esdr. XIV, 21,* ab impostore quodam fuit excogitatum. Cultum, equis quondam præstitum, 241.
Noster non omittit, Massagetis, Persis, Phœnicibusque, familiarem. *Chammanim*, ipso judice, fuerunt solis imagines, altaribus 244.
impositæ. Vates, qui vocanrur בעלי אוב & בעלות אוב, distinguit ab engastrimythis, hosque e ventre responsa tulisse 251.
interrogantibus, credit. Alibi declaravit Cel. *Harenbergius*, voci אוב inesse notionem lagenæ, utris, & tripodis fatidici, cortina tecti, cujus forma ad speciem lagenæ accessit; in hanc descendisse vatem, atque inde dedisse responsa nomine Deorum; engastrimythos inde dictos, quod ἐν γάστρᾳ, *in ventre tripodis*, stantes, fuere locuti; creditum fuisse Deum aliquem a vate excitari, & per hunc vel hanc loqui. Cadytin *Herodoti* 271.
Autor pro Cadesa Naphtalitica habet, & *Crach Misch* pro Cercusio, Euphrati adjacente. At amplitudo, quam *Herodotus* tribuit Cadyti, in Cedesam illam haud quadrat. Ni Hadad Rimmon hic in censum veniat, Megiddunti quippe propinqua & ampla, Hierosolymam certe designari putandum. Ebræi

 urbem

urbem vocant כְּרַךְ, *crach.* Unde Crachmisch est urbs *Emissa* seu *Emesa*, in Syria ad ortum Orontis sita. Luctum certe in Hadad Rimmon urbe exortum fuisse ob cladem, a *Necho* illatam,
Pag. 273. patescit ex *Zach. XII, 11.* Per verba *Nechi*, quæ exiverant *ex ore Elohim*, Autor merito designari putat *2 Chron. XXXV, 22*, oracula Deorum Ægypti commentitiorum. Cum de incendio templi *Salomonei* exponit, universam ejus historiam,
279. templique secundi, ac *Herodiani*, describit. Lucum *Abrahamus* sacravit *Gen. XXI, 33.* Mos hic orbem late pervasit. Animas, sejunctas a corporibus suis, lucis habitare opacis, prisci sibi, ut crederent, imperaverant, teste *Virgilio Æn. VI, 673.* Persis templa erant nulla, teste *Herodoto I, 131.* Idem obtinuit apud
290. Germanos & Scythas, primosque Christianos. Ædiculæ sacræ primo erant portatiles, & vix icona Dei tegebant. Ægyptii perhibentur primi aras, imagines, & templa, Deis statuisse, teste *Herodoto II, 4. Epimenidi* Athenienses eam tribuerunt gloriam, autore *Diogene Laertio* in ejus Vita. Templa Baal Be-
294. rith & Dagonis in sacro Codice summæ sunt antiquitatis. Descriptio templi Deæ Syriæ congruit partibus tabernaculi *Mosaici*, atque inde per imitationem id fuit propagatum. Lucos
299. prisci tandem mutarunt in templa. Heroum sepulcra eodem honore excepit posteritas. Templis & imaginibus inesse credita vis divina. Unde evocationis Deorum ritus fuit exortus.
301. Templis urbibusque eversis crediti fuerunt excessisse Dii. *Numa* simulacro Dei vacare voluit templa. At opinioni ejus repugnarunt posteri. Aqua lustrarunt sese simulacrorum cultores, & calceos exuerunt, delubra ingressuri. Idem mos a Ju-
306. dæis receptus. Templis jus asyli datum, quod, abusui patens, tandem *Tiberius* sustulit. Violatio & ruina templorum visa fuit admodum criminosa. *Abrahamum* in monte Moria *Isaaco* vi-
312. tam adimere in piaculum voluisse, Autor existimat. Si quid judicando valemus, terra Moriah & mons Moriah satis differunt. In illam *Abrahami* historia congruit, in hunc haud æque. De altitudine columnarum Jachin & Boas dissentire videntur
319. scriptores sacri *Jer. LII, 21*, & *2 Chron. III, 15.* At hic conjunxit altitudinem utriusque; ille separatim altitudinem utriusque indicavit,

indicavit, judice *Lightfooto*. Putat Pl. Rev. Autor, ſitum tabernaculi templique ita fuiſſe conſtitutum, ut adytum reſpexerit Pag. 325.
Orientem, more per orbem religioſum communi; at Judæos, in templo ac tentorio ſacro adytum proſpectantes, convertiſſe vultum verſus Occidentem, antiquiſſimo more. De templo *Beli* Babylonico, & Dianæ Epheſino, idem exponit. Arcam fœderis in ipſo excidio ac incendio periiſſe, docet. Novam fuiſſe templi ſecundi in uſum factam, negat. Hoc fuiſſe pri- 360.
mo præſtantius, ex *Hagg. II, 9*, oſtendit, ſcilicet ob adventum Jeſu Meſſiæ. De templo *Herodiano*, ejusque ruina, nec non vanis Judæorum conatibus, imperante *Juliano* ædem novam conſtructurorum, varia lectu digna adjungit. Ab *Achaſo*, 12 377.
annos nato, potuiſſe *Hiskiam* gigni, credit. Licebit tamen autumare, *Hiskiam* fuiſſe *Achaſi* filium legitimum, non naturalem. Voci עלמה ſubeſſe ſignificatum *virginis*, Autor co- 407.
pioſe demonſtrat, ſuppeditans expoſitionem loci illuſtriſſimi *Eſ. VII, 14*. Locum illum directe exponit de virgine quadam 415.
præſenti, proxime nuptura, indirecte de Meſſia. At liceat, pace Viri doctiſſimi, addere nonnihil limæ loco. Spiritus Sanctus novit indubie, de quanam virgine apud *Eſaiam* mentio fuerit facta. Hæc vero fuit virgo gravida & filii genitrix *Matth. I, 23*. Geminum ſignum proponebat *Achaſo* Deus per *Eſaiam VII, 11*, unum cœleſte, alterum in terra ſeſe oblaturum. Illud conſiſtebat in eo, quod *Immanuel* naſciturus erat ex virgine, atque ex ſtirpe *Davidica*, Regumque *Judæ*. Poterat inde *Achas* addiſcere conſtantiam promiſſionum Dei, atque earum firmitatem, in pios redundaturam. *Immanuel* nequaquam nomen eſt hominis nudi, ſed ejus, cui Judææ protectio erat cordi, & in quo Judæi fiduciam poterant collocare perennem *VIII, 8, 10*. Hoc nomen non niſi in θεάνθρωπον congruit. Hunc Immanuelem virgo erat paritura, eo eventu, ut ſecundum humanam naturam eſſet nutrimenta & incrementa facultatum animæ ſumturus *VII, 15*. *Inciſo* autem *16 Jeſaias* recenſet ſignum illud humilius, & ad terram referendum. Hoc in eo poſitum erat, ut, antequam puer ille, nempe *v. 3* memoratus, filius Prophetæ, ad annos judicii ſat diſcernentis perveniret, *Rezinus* ac

Pekachus, fœderati, a Rege Aſſyriorum *Tiglatpelaſſare* vincendi eſſent. Sic omnia cohærent, & ſcopo Prophetæ congruunt. Senſus uni propoſitioni non niſi unus tribui poteſt. Typicus ſenſus ſpectat ad rem antitypi. Myſticus vero eſt ſub-
Pag. 430. ordinatus literali. Neutri hic eſt locus. פסל האשרה *imago ædiculæ oracularis 2 Reg. XXI, 7*, ab Autore reputatur pro *ſtatua lunæ*. ידענים ipſi ſunt *Magi*. Credibile eſt, antiſtites tripodum indicari, futura canentes, ſiquidem ipſi conjuncti ſo-
433 ſeq. lent eſſe cum אובות. Augurum hiſtoriam Autor intexit. Supplicium, quo *Eſaias* obiit mortem, recenſet ex Judæorum ſcriptis, idque in dubium revocat, ratus, ipſum ſub finem
462 ſeq. regni *Hiskiæ* deceſſiſſe. Mutationem mentis, quam *Menaſſes* in cuſtodia induit, egregie Autor exponit. Quis fuerit ille *Abasverus*, qui *Mardochæo* annulum donavit, opinionibus ſa-
Tom. VII tis eſt intricatum. *Joſephi Scaligeri* ſententia, qui *Abasverum*
pag. 6. pro *Xerxe*, & *Eſtheram* pro *Ameſtri*, habet, laborat. *Petavii* ac *Bellarmini*, qui *Abasverum* in *Artaxerxe Longimano* deprehendere tentant, ſententia cum ætate *Mardochæi* nequit conciliari. *Darii Hiſtaſpidis* alii rationem habent, ejusque uxores *Atoſ-*
11. *ſam* & *Artyſtonen* habent pro *Vaſti* & *Eſthera*. *Abasverus* enim dicitur tributum populis ſuis impoſuiſſe *Eſth. X, 1*. Idem de *Dario* refert *Herodotus III, 89*, pariter ac *Strabo Lib. XV pag. 850*, & *Polyænus* in *Apophth. Græc. pag. 9*. *Cyaxaren*, Medo-Perſam, per *Abasverum Marshamus* credidit deſignari. *Darium Hiſtaspidem* Autor mavult intelligere, quam Regem alium
18. quemcunque. Ars potandi certe in eum quadrat. Divortiorum effrænatam libidinem gentibus luxui deditis Autor Pl. Rev.
21. merito exprobravit. De annulo ſignatorio diſſeruit diſerte
74. ſolideque, omnemque *Eſtheræ* libellum illuſtravit. Ut autem nunc demum de *Jobo* egerit, induxit ipſum ſeries figurarum, æri inciſarum. Nil plane defert conjecturæ *Hermanni von der Hardt*, qui, libellum *Jobi*, credit, eſſe imaginem fatorum Iſraeliticorum, in exilio Babylonico toleratorum. Doctiſſ. *Roqueſius*, *Jobum*, ejusque hiſtoriam, re vera exſtitiſſe, rationibus allatis
76. docet. *Maimonides*, *Salmaſius*, *Joannes Clericus* in *Commentario ad Jobum*, parabolam in hoc libro ſeſe inveniſſe, crediderunt,

runt. Stilo poetico colloquia ipsa fuisse tractata, nemo facile diffitebitur. Quod satanas dicitur venisse in colloquium Pag. 86.
cum Deo, Angelis sanctis immistus, id Autor in parabolarum loco deputat. Haustum id videtur ex genio Regis hu- 87.
mani, in cujus conspectu versantur ministri. Indolem ventorum, ac reliqua fati durioris momenta, pariter parabolice descripta existimat. Colloquia amicorum ipsa esse dilatationibus & exaggerationibus foecunda, largitur. Quamplurimi, *Jo-* 90.
bum vixisse Judæis in Ægypto agentibus, credunt. Exitus Israelitarum per mare rubrum ibi fieri mentionem *XXVI*, *12*,
Autor videtur inficiari. Id vero nobis videtur satis luculen- 93.
tum, siquidem alibi etiam Ægyptus dicitur רהב in *Psalmis* & apud *Prophetas*. Pars infima Ægypti adhuc vocatur *Ribb* seu *Errif*. De autore, & tempore conscriptionis, pleraque sunt incerta, variisque opinionibus impedita, non minus, quam de patria *Jobi*, atque genere ejusdem. Theologiam *Jobi* Autor e- 103.
gregie exponit. Lepra eum fuisse infectum, negat. Uxorem 125.
ejus providentiæ divinæ fuisse inimicam, addit. In Trishagio dogma trinitatis ex ter repetita voce *sanctus* deducere recusat.
Seditiosi ac perduelles fuerunt insepulti projecti. Exemplis 170.
id comprobat Autor, qui postea excidium Hierosolymæ illustrat, a *Nebucadnezare* profectum, ac *Ezechielis* Prophetæ indolem ac vaticinia perlustrat. Vocem חשמל tentat expone- 270.
re *pag. 275*, atque *Sam. Bocharto* assentit, qui *aurichalcum* credidit designari. *Pythagoram* exstitisse *Ezechielis* discipulum, cum *Calmeto* inficiatur. De Cherubinis copiose disputat, ac de quatuor rotis intra rotam unam obviis sententias probabiliores affert. Si singula visionis momenta expendamus, pronuntiandum videtur, *Ezechieli* sese obtulisse filium Dei, qui Israelem per deserta duxerat, super operculo arcæ foederis in throno inter Cherubinos fulgentes, denuo deducentem suos exules ex Babylonia. Cherubini fuerunt columnæ quatuor, circa operculum illud seu thronum collocatæ in formam currus quadrati supra contecti. Columnæ in pedes desiere, supra versus thronum in faciem humanam, & circum eam in effigiem leonis, bovis, ac aquilæ. Erant columnis suæ manus ac brachia,

chia, quibus superne poterant conjungi. Alæ vero, seu extrema, inde propendentia, thronum desuper texère. Gentes exteræ hunc morem fuerunt imitatæ, & ejusmodi currum quatuor postium, supra contectum, & instar ædiculæ clausum, vocarunt Απήνην; Ebræi vero appellarunt איפה & אפרן. Si formam Judæorum, per deserta Arabiæ in castris commoratorum, nobis ob oculos posuerimus; facile animadvertemus, quid sit magna illa rota, in qua fuerunt aliæ quatuor rotæ. Laquear cœruleum instar cœli fuisse in templo olim supra thronum, norunt omnes. Animantia quatuor, ab *Ezechiele* visa, exstitisse in vexillis Israelitarum primariis, negat Autor. Deum Epicuræorum cum Stoicorum notione de natura Dei comparat.
Pag. 313. Epicuræorum objectiones, præscientiæ ac providentiæ Dei oppositas, solide enodat. Rotas, *Ezechieli* visas, esse symbola
321. vicissitudinum, in terris agitari solitarum, idem sentit. Ne-
324. cessitatem inevitabilem rebus inesse, rationibus allatis negat. At sat biberunt prata. Rivos esse claudendos, existimamus. In hoc vireto & campo floribus obsito Lectores ipsos lubentes diligentiam suam collocaturos esse, prævidemus.

COMMENTATIONUM HISTORICARUM & Criticarum JO. DAN. SCHOEPFLINI, Consil. & Historiographi Gall. Reg. Acad. Inscr. & Societ. Angl. Sodal. Hist. & Eloqu. in Universit. Argent. Professoris, Recensio continuata & finita.

Conf. *Nova Acta Erud. A. 1742 Mens. Sept. P. I pag. 485 seq.*

Dedimus aliquam elegantissimarum Commentationum Cel. *Schœpflini* nuper admodum ideam, sed, quia prolixum nimis videbatur, singulas, pro eo ac decet, accurate recensere, intra priorum duarum, *de Romanorum Apotheosi*, & *de exstincto restauratoque Occidentali Imperio*, contenta labor noster substiterat. Cum vero supersint aliquot, non minore cura & accuratione, quam primæ illæ, elaboratæ, (anne vero *Schœpflini* essent, nisi

nisi essent & elegantissimæ?) pergimus ad reliquas, singularum argumenta pro eo, ac merentur, exhibituri. Quæ sequitur *de Romanorum auspiciis*, historica Dissertatio est, in *Capita V* distributa. Primo *de auspiciis in genere* disseritur, ubi, quia divinationis genus sunt, & de divinatione quædam, ex tacito omnium, quotquot sunt, hominum & intestino motu, noscendi ea, quæ latent, derivata, exponuntur. Duo constituuntur divinandi genera, *naturale* alterum, quod animus ex divinitate haurit, cui tamen alium *Aristoteles* significatum tribuit; alterum *artificiale*, quod conjectura partim, partim longa rerum observatione, conficitur. Huc illa ex avibus divinatio, auspicium, sive augurium, referenda; licet aliquam inter augures & aruspices differentiam *Servius* observarit, cum, *auspicia*, inquit, *omnium rerum sunt, auguria certarum.* Citantur, qui eam in rem posteritati aliquid reliquerunt, *Theo*, Ægyptius, *Cicero*, *Julius Cæsar*, temporum injuria deperditi. Causam divinationis istius inde eo Cel. Autor repetit, quod, cum nihil sine Numine agendum noverint, per Deos autem aves moveri crederent, siquidem propius ad cœlum accedere viderentur, Deorum sedem; augurato omnia, inauspicato nihil, neque publici, neque privati, operis, occipere sustinuerint. Decretam ergo subinde in eos, qui neglexerant auspicia, pœnam legas; in *P. Claudium*, qui pullos, vorare cum nollent, projecit in mare, addito, dum esse nolint, bibant; in *L. Junium Brutum*, & in alios, idem ob facinus animadversum, *Valer. Maximus* & *Cicero* testantur. Nuptiis augures adhibiti, adhibiti creandis magistratibus, unde & illa politica vocis significatio, *sub illius auspiciis res geri*, deducenda. Exculta vero inprimis auguralis hæc disciplina ab Etruscis, ad quos a Græcis, qui illam a Chaldæis acceperant, pervenit. Quæ de autore, *Care* quodam, unde dicta *Caria* regio, scribuntur, ex *Plinii* quidem *Historia naturali* desumta sunt, sed ipsi quoque Autori, ut nobis quidem videtur, fabulam videntur redolere. *Secundum Caput de avibus auguralibus in genere* exponit. Desumta vero auguria ex avium vel volatu, vel cantu, vel pastu; unde *præpetes*, *oscines*, *pulli*,

 dice-

dicebantur; afferuntur cujusvis generis quædam nomina, ut præpetum, aquila, vultur, immussulus, &c. oscinum vero, noctua, cornix, corvus, &c. Aves porro vel *felices*, vel *infelices*, erant, utrisque varia synonyma, de quibus passim *Festus*. *Alteras* vero inprimis dixere augures, infelices aves, ut abstinerent boni ominis causa ab infelicibus nominibus. Quid, si felices de masculino, de fœminino genere infelices, cum *Luctatio* ad *Thebaidos III* credamus? cum adhuc omnino videatur, nostris temporibus, aliquid istius ominis, quod ad posterius, relictum. Pergit demum Autor ad aves *dextras* & *lævas*, &, posteaquam Scriptorum dissidia composuisset, ita decernit, ut dicat: Felix omen a Græcis δεξιὸν, a Romanis sinistrum, dicebatur, ut adeoque Poetæ Latini, cum interdum infausta per sinistra efferunt, more Græco loqui videantur. Quæ de pullis commemorantur, quibus pultes objecta, huc fere redeunt, quod optimum augurii genus fuerit tripudium solistimum, nihilo tamen minus a *Cicerone* lepide traductum *de Divinat. Lib. II Cap. 34*. *Capite tertio aves augurales in specie* recensentur, alphabetico ordine, ita tamen, ut plerumque singularia quædam in singulis, an felices, an infelices, fuerint, ostendantur. Ita de *aquila*, quod plerumque omen viris illustribus; de *columba*, quod augurium felix quidem, sed non nisi Regibus, dederit; de *gallis gallinaceis*, quod ea avis victa silet, ut *Cicero* loquitur, si vero vicerit, cantus edit, observatur; unde cantus, ante pugnas, gallorum Bœotiis auguribus omen victoriæ. Refert vero Cel. Autor κατα χρηστικῶς ex aliis quoque animantibus, immo & ex aliis vel accidentibus rebus, petita auspicia, quæ pedestria vocabantur. Et horum animantium catalogum exhibitum eodem ordine videmus. Ita canis, lupa, vulpes, secundum *Horatium*, jumenta, pisces; inter res fortuito accidentes fulgur, tonitru, fulmina, referuntur. Sed & alia meteora, a divinatoribus observari solita, afferuntur, ut *ignis lambens*, quod bonum omen *Servio Tullio* testatur secundum *Livius*. Ex *acuminibus* quoque signorum militarium, si plus solito splenderent, observata auguria, *Cicero* meminit. Sic etiam triste omen, ubi quis *ante vel in re agenda* procide-

procideret; quo pertinet *caducum* illud *Festi auspicium*, si virga, sive commentaculum, e manu flaminis excidisset; sic *offensio pedis Antigono* ante prælium, *Plutarcho* referente, infelix omen. Sed pertinent hæc ad vastam illam de ominibus materiam, quam Autor non nisi parcius in fine *Capitis* delibavit. *Caput quartum Augures* jam ipsos, a *Romulo*, *Plutarchi* & *Dionysii Halicarnassensis* testimonio, constitutos, primum exhibet; ubi de eorum vestibus, de receptione in collegium, de numero, de interitu *Constantii Augusti* temporibus, varia leguntur. Addita augurum summa autoritas & dignitas tam apud Romanos, quam apud Græcos & barbaros; subjuncta tandem officia, de quibus *Cicero de Legibus Lib. III* retulit. Huc vero redeunt fere. In auguraculo, quæ specula erat sublimior, constitutus augur, lituo templum definiebat, ubi, peractis precibus, avium gestus cantusve observabat, atque de visis nuntiabat; obnuntiatio enim, quæ de auspicii conditione decernebat, penes Magistratus reliquos erat. *Caput* deinde *ultimum de vocibus* solennibus atque formulis *augurum* exponit. Hic ergo de oscinis, de templo, de effatis, legas; videas exponi dictiones illas: aves consulere, de cœlo servare, aves addicere, silentio surgere, vitium & calamitas, (unde vitio creati magistratus,) alio die, reliqua. Totam Dissertationem *Accii* & *Ennii* versus, quibus tota auguralis disciplina sugillatur, finiunt. Excipit eam historica Dissertatio, qua *Alemannicæ Antiquitates* traduntur, *duobus* interstincta *Capitibus*. Prius circa *originem*, *situm*, & *mores Alemannorum* designandos versatur, ad quæ Autor antequam pedem proferat, exponit, quibus ad Commentationem hanc autoramentis fuerit impulsus. Nempe dignum reputavit, populi, qui Franciciæ genti tot decora attulit, res atque fata ex ipsis solidioribus veterum scriptorum documentis perstringere. Ita demum fines Alemanniæ veteris exponit, Rhenum, Danubium, & Mœnum, flumina; hosque mutatos subinde, & Alemannos nunc ad amplius, nunc ad strictius, terrarum spatium redactos, recenset. De ipso gentis nomine, qui ex *Viterbiano* illo impostore sapiunt, male sapiunt; quis enim ad *Deucalionei* diluvii usque tempora Alemannos a Tui-

ſcorum Rege, *Hercule* Alemanno, dictos, referat? cum *Agathias Scholaſticus*, *Juſtiniani* Imperatoris temporibus, Alemannorum nomen, rectiore multo conjectura, a populis, ex omni gente convenientibus, derivarit. Prima certe Alemannorum mentio, cum ſileant *Strabo*, *Cæſar*, *Plinius*, *Tacitus*, circa tertii poſt Chriſtum natum Seculi primordia reperitur, & quidem imperante Romanis *Baſſiano Caracalla*. Ita *Spartianus*, ita *Sextus Aurelius Victor*, cum, victos a *Baſſiano* ad Mœnum Alemannos, commemorant. Multo ergo poſterior Germaniæ voce vox Alemanniæ. Populus ipſe novus quidam in partes illas advena credendus eſt, non vero, quod multi volunt, vel vicini in unum coaleſcentes populi, vel veteres illius regionis incolæ, novo Alemannorum nomine inſigniti. Nulla ex his cum *Agathiæ* teſtimonio ſententia convenit. Exordia profecto Alemanniæ illis temporibus debentur, cum *Maroboduus* vaſtam illam Marcomannorum gentem in Bojohemum deduxit; in quæ inter Rhenum Danubiumque deſerta loca mox, teſte *Tacito*, novi incolæ ſucceſſerunt. Leviſſimi quique Gallorum, & inopia audaces, dubiæ poſſeſſionis ſolum occuparunt. Acceſſere ad hos Rhetiæ, Pannoniæ, Germaniæque, gentes, ita ut demum in unum coaleſcens populus, Alemannorum regno dederit originem. Tertio jam Seculo, apud *Gregorium Thuronenſem*, *Chroci*, Alemannorum Regis, fit mentio, immo plures illi, ſub *Juliano* Cæſare commemorati, ſunt indicio, non uni capiti gentem illam fuiſſe ſubjectam. Refert poſt hæc Cel. Autor de ſuccedendi apud Alemannos in principatu jure; de Regum poteſtate nimium quantum limitata; de ſplendore nihilo minus inſigni, cum ducentis nonnunquam Comitibus ſtipatos *Ammianus Marcellinus* doceat. Inde de Alemannia ſubdiviſa in pagos varios diſſerit, e quibus Lentienſes potiſſimum & Butinobantum pagus contra Magontiacum ſcriptoribus memorantur. Exortas ſucceſſu temporis civitates *Anonymus Ravennatenſis Lib. IV §. 26* copioſe recenſet. Quæ de virtute Alemannorum bellica exponuntur, evictum dant, reliquis Germaniæ populis neque exercituum numero, neque militum virtute,

virtute, quidquam cessisse Alemannos. Hospitalitatis elogio inprimis condecorat eos *Salvianus*. Religio certe gentilis fuit. Ita arborum, collium, saltuum, cultus *Agathiæ* memoratur, quod redolet omnino lucos illos, altaque Germanorum nemora. De *Hercule Alemanno* recentior effinxit ætas; neque *Krutzmann* ille Argentinensium, Alemannici Germanicive idoli speciem magis, quam Romani Græcique, exhibet. Ceterum, suo usos jure, Autor affirmat, &, hoc ipsum illud fuisse, contendit, quod postea, Alemannia a Francis subacta, *Theodoricus* colligi, & in scripturam redigi, *Childebertus* emendari, *Chlotarius* perfici, *Dagobertus* denique renovari, curavit. Lingua Alemannis cum Germanis eadem, quod varia, quæ supersunt adhuc, antiquitatis Alemannicæ fragmenta, a *Goldasto*, *Frebero*, aliisque producta, satis testantur. *Capite altero de rebus Alemannorum gestis usque ad exstinctam eorundem Rempublicam* disseritur, & quidem secundum Romanorum Imperatorum seriem. *Antoninus Caracalla*, Alemannici quoque nomen sibi adscripsit, quod gentem eam prope Mœnum amnem, *Aurelio Victore* teste, devicerat. *Alexandro Severo* imperante, Alemanni Romanorum fines adorti sunt, tanta virtutis suæ fama, ut Imperator, licet cum omni apparatu bellico advenisset, missis ad eos oratoribus, pacem mercari constituerit; quam Romani nominis maculam ut elueret obscuris vir initiis, sed armis potens, *Maximinus*, *Alexandrum* obtruncari, sibique deferri imperium, fecit. Quo facto, devastata primum Alemannorum regione, ita vires eorum, ingenti clade, maxima fortitudine perpetrata, attriverat, ut quietem jam bello præferre haberent necessum. Redierunt tamen imperante *Gallieno*, Cannas pensaturi, & Galliam, mox ipsam Italiam, ingressi, magnam undique stragem ediderunt. Neque, interemto Rege *Chroco*, ad pacifica redierunt consilia, sed bellum & in *Claudium* derivarunt, qui ad lacum Benacum (haud procul Verona est, ad Athesin,) ingentem eorum multitudinem fudit, atque ita tota hostem Italia ejecit. Sed adfuerunt iterum *Aureliani* temporibus, Marcomannis, qui *Antonini Philosophi* recordabantur adhuc, comitati. Tum vero

grassatos in ipsa Romani imperii viscera, scriptores commemorant; ita quidem, ut ad Placentiam victores, diem fere imperio postremum ostenderent, nisi, revocato ad fortitudinem animo, *Aurelianus*, in extremis Istriæ partibus hostes imperii prælio adortus iterum, multa eorum millia, quod refert *Zosimus*, delevisset. Secutæ dein, *Probo* Imperatore, infinitæ Germanorum Alemannorumque, novas in Gallia sedes quærentium, clades, quæ, Alemannorum vires cum nimium quantum prosternerent, proferebant Romæ in hostium terris dominationem. Non eadem Alemannorum sub *Caro*, *Carino*, & *Numeriano*, infelicitas. Irrupere tum in Hispaniam non minus, quam, attritis Galliis, in Italiam; neque, nisi a *Maximiano Herculeo* vinci poterant, & opibus ita exhauriri, ut recederent. Triumphavere demum continuis de Alemannis victoriis *Constantinus Chlorus* & *Constantinus M.*, qui captos illorum & sociorum Reges, magnificum spectaculum editurus, belluis objecit. Ita & reliqui Cæsares, victores, *Julianus* inprimis, qui in Argentoratensium campis tanta Alemannos clade affecit, ut, quemadmodum Autor loquitur, *Simoentis olim ad Trojam instar, correpta tot heroum scuta, galeasque & fortia corpora se jam volvere, Rhenus miraretur.* Conjiciunt hic aliqui, *Ausonii* carmine inducti, Argentoratum eo tempore ex vico per *Julianum* in oppidi formam fuisse redactum. Data in menses decem Alemannis pax, diuturna certe non fuit. Persico enim bello occupatis Romanis, turbas dederunt iterum, vastarunt Rhætiam Juthungi, a *Barbatione* suppressi. Recruduerunt per vices Romanorum cum Alemannis bella, neque tamen unquam sine laurea *Julianum* dimisere. Quod *Valentinianus* bellum inquietæ genti intulit, adeo felix erat, ut ad componendas Illyrici turbas, pacata republica, securus transiret. Novo Imperatore *Gratiano*, novi quidem motus excitati; sed vetere Romanorum & experta toties fortitudine sopiti. Ad Argentariam enim concursum cum hostibus, vix duo Alemannorum millia cladem evaserunt. Rediit ad arma, imperante *Theodosio Magno*, Alemannia, in avias ab Imperatore solitudines compulsa, quod *Pacatus* loquitur. *Honorio* certe supplex adfuit ferox

illa,

illa, & orandi nescia, Alemannorum gens, si sua *Claudiano* fides. Tandem sub infelici illo *Valentiniano III*, plerisque gentibus interitum occidentali Romanorum imperio minitantibus, Alemanni, grassantem undique *Attilam* secuti, quicquid Rheno contiguum, deprædabantur, immo magnam Galliarum partem, tanto sanguine partam Romanis, occuparunt, nec quidquam *Majoriani* Romæ imperium extimescentes. Domiti demum a Francorum Regibus Alemanni, *Chlodovæo* inprimis dominante, qui, consertis ad Tolbiacum armis, Alemannos, invocato Christi nomine, ut notum est in vulgus, pæne delevit. Ita tota demum fere Alemannia Francici juris facta. Pars populi sub Ostro-Gothorum in Italia tutelam concessit; pars, & ea quidem maxima, *Chlodovæo* dedita, Francorum Regibus parere cœpit. Et ab eodem tempore Alemannia per Duces, a Francis constitutos, regebatur, unde illud *Alemanniæ Ducatus* nomen exortum. Sequitur Dissertatio historica, *de Burgundia Cis- & Trans-Jurana. Caput Primum Burgundiam* sistit *sub suis Regibus.* Incipit Celeb. Autor a Burgundionibus, imperante Romanis *Probo*, versus Rhenum profectis, atque ostendit demum, quo modo, progredientibus in Helvetiam Rhætiamque Alemannis, in horum regiones successerint, fabrilem præcipue artem exercentes; donec, relicta Germania, ruptoque Romanorum limite, Rheno, illam Galliæ partem, concedente forsan Imperatore *Honorio*, cui vis atque potentia gentis formidabilis videbatur, occupaverunt, quæ *Germaniæ primæ* vel *superioris* nomine, *Augusti* jam temporibus, appellari cœpit. Facta hæc sub Seculi V primordia. Meminit tum in *Photii Bibliotheca Olympiodorus*, *Gundicarii*, Burgundionum Regis, qui *Belgicam primam* armis petiit, ab *Aetio* victus, & ab Hunnis ita cum gente sua prostratus, ut cum universa fere stirpe interiret. Ad hæc tempora *Socrates Scholasticus* Burgundionum ad Christianorum sacra accessionem, demittit; quam *Orosius* altius repetit, cum de Burgundionum conversione, *providentia*, inquit, *Dei omnes Christiani modo facti*, *catholica fide*, *nostrisque clericis*, *quibus obedirent*, *receptis*, *blande*,

man-

mansuete, innocenterque, vivunt, non quasi cum subjectis Gallis, sed vere cum fratribus Christianis. Rem ergo quasi nuper gestam narrat scriptor. Inserta hic quædam sunt a Cel. Autore de corporis habitu Burgundionum, eorumque reliqua indole, ubi illud inprimis *Sidonii Apollinaris* attentionem meretur, cum, gigantea forma, adhæc esculentos, fuisse, comamque acido infudisse butyro, tradidit. Hinc de promotis Burgundionum terris in interiores usque Galliæ regiones, Romanis nil quidquam impedientibus, disseritur. Imo ex *Jornande*, fœderatam Romanis Burgundiam, conjicias. Secuti Reges *Gundiucus* & *Hilpericus*, fratres, cum *Hadriano Valesio*, appellantur. Hi illi sunt, qui adversus *Attilam Aetio* tulerant auxilium; qui Visigothorum Regi *Theodorico*, adversus Suevos bellaturo, adfuerunt. Quatuor demum *Gundiuci* filii, *Gundobadus*, *Godegiselus*, *Chilpericus*, *Godemarus*, successerunt. *Chilperici* filiam, *Crotechildem*, *Chlodovæus* matrimonio sibi junxerat, & id quidem aliquo, ut nonnulli scriptores tradunt, dolo usus. Oppressi paulo post *Chilpericus* & *Godemarus*, duobus fratribus reliquerunt imperium. Sed horum dissidiis, fraude inprimis *Godegiseli*, eo tandem regni Burgundiæ res devenerant, ut *Chlodovæus*, Burgundicis spoliis onustus, facto tributario *Gundobado*, reverteret in Franciam. *Gundobadus*, receptis viribus, & tertium fratrem *Godegiselum* Viennæ interimit, solus ut regno potiretur. Tulit ergo Burgundionibus suis leges, quæ sub *legum Gundobadensium* adhuc notæ sunt nomine, mites, quamquam a ferocissimo Principe. Mortuo *Sigismundus* suffectus, neque, ut ante factum, in fratres duos regnum divisum. Patriciam illo tempore dignitatem *Anastasius*, Græcorum Imperator, novo huic Burgundionum Regi concessit. Bellum, quod *Chlodovæi* tres filii *Sigismundo* intulerunt, atrocissimum omnino, male Burgundionibus cessit, variis latebris perquisitus Rex, tandem *Chlodomerio* vinctus traditus. Occupavit regnum *Godomarus* frater, victus iterum a Francis, & magna regni pars in horum potestatem transmissa. Interiit tamen eo prælio *Chlodomerius*, neque nisi decennio post, fugato prorsus *Godomaro*, regnum ejus inter Francorum Reges divisum fuit. Anno æræ Christianæ

Christianæ 534 memorabilis hæc eversi Burgundiæ regni periodus accidisse legitur. *Caput secundum* ergo jam *de Burgundia* disserit *sub Meroveadis.* Diu omnino distincta a Francico regno Burgundia tenebatur. Ita *Chlotarius*, *Guntchramnus*, *Childebertus*, *Theodericus*, *Sigebertus*, *Chlotarius II*, *Dagobertus*, *Chlodovæus*, & reliqui Meroveadum, separatum a Francico imperio imperium Burgundiacum occuparunt. De quolibet istorum Autor Cel. quæ vel prospere, vel infeliciter perpetrarunt, addita nunquam non coævorum fide, exposuit. Solus tandem *Pipinus* omnium Francorum, totiusque Burgundiæ, potitus est. Jamque adeo *Capite tertio* nova *Burgundiæ periodus*, *sub Carolidis*, exoritur. Horum gesta per Regum gentis istius seriem accurate Autor deducta exhibet, ita, ut & dissidiorum, successionis causa excitatorum, copiosam mentionem injiciat, usque dum ad *Bosonem* delabatur, ex Viennensis provinciæ præside Regem, sed usurpatorem. Hæc illa sunt regni provinciæ, quod, dum Burgundicum dicitur, Cis-Juranum intelligendum est, primordia. Sequitur Trans-Juranæ Burgundiæ, quæ novennio post æque Regem accepit, *Rudolphum*, *Hugonis*, Abbatis, nepotem, facies, breviter quidem, sed eleganter & accurate, consignata. *De Regno Navarræ Diatriba*, *originem* ejus, *fata*, & universam *successionem*, complectitur. *Capite primo* usque ad *Navarræ sub Joanne Albretano distractionem* historiæ filum perducitur. Hic ergo de vocis primum, quam ab Hispanico *Nava*, plana campi area, silvis ac dumetis cincta, derivat, origine; de situ postea, & antiquissimis fatis; inde de regni origine, afferri multa videas: coævum enim Legionis regno, quod Austurum primo, dein a sede regia, Oveto, Ovetanum, dictum fuit, plerique faciunt scriptores. Primus *Enneco* Arista Rex ponitur, & epochæ hujus originis controversia discutitur. Sequitur Regum series, ubi stirpes mutatæ sæpius reperiuntur, usque dum ad *Franciscum Phœbum* regnum devolveretur, qui id sorori suæ, *Catharinæ*, immatura morte abreptus, reliquit. Hæc *Joanni*, *Alani* filio, illustrissima per Aquitaniam Albretanorum gente, data in matrimonium, marito in dotem Navarræ Regnum attulit. Tum vero nova

 ab

ab Hispanis, florentissimo regno, periodus inducta, &, quae suis adhuc parebat Regibus, Hispanico sceptro subjectum fuit. *Caput secundum* hanc *regni Navarræ destructionem sub Albretano Joanne, eorumque temporum statum*, demonstrat. Multo hæc ampliora sunt, quam ut exhiberi hic possint. Res Albretani, Anglorum Hispanorumque invasione facta, eo perductæ sunt, ut salutem in fuga quæreret, quem conjux memorandis verbis prosecuta: *Tu vero regnum relinquis, quod nunquam recuperabis, solumque tibi in posterum remanebit Joannis Albretani nomen.* Tentaverat omnino *Ludovicus*, eripere Navarram Hispanis, justoque possessori reddere, sed frustra omnia. Albani Ducis virtute servata Hispanis regio. Refutat *Capite tertio* Cel. Autor *distractionis istius prætextum*, atque sex illa argumenta, quibus juris in Navarram titulos *Ferdinandus* tuebatur, ita diluit, ut evidenter adversus *Antonium Nebrissensem*, qui *duos de bello Navarræo Libros* conscripsit, demonstret, summa injuria usum Principem, cum terras Albretani occuparet. Negatus transitus primum argumentum est, justa alioquin belli causa, si innoxius & securitati, eum permittentis, consulatur. Alterum, quod vetera in Navarræ regnum Hispaniæ jura vindicarit *Ferdinandus*, concidit, posteaquam *Antonii* & *Marianæ* de donatione fabulas Cel. Autor exposuit. Reliqua non addimus, nisi forte illud, quod a Pontificum, adversus *Joannem* Schismaticum, legibus petitum est. Ridentur hæc merito nostris temporibus, posteaquam ad reprimendos istiusmodi Paparum conatus, Galliarum Rex *Carolus* nonus, nec non magnus ille *Henricus*, dederunt exemplum. Neque certe Diploma donationis papalis, *Ferdinando* factæ, produci potest, cum vel de solo tempore concessionis, quotquot sunt, aliter sentiant. *Quarto Capite fata & successio regni Navarræ, ad nostra usque tempora*, continentur. Mortuo *Ferdinando*, *Carolus* successerat, qua ipsa catastrophe opportunam nactus occasionem Albretanus, recuperandæ Navarræ consilium cepit, sed sine successu. Paulo post mortuus, filio *Henrico II* nihil præter insigne in avitum imperium jus transtulit. Legationes sæpius repetitæ, immo ipse Noviodunensis ille conventus, tantum abest, ut profuerit quid-

quidquam, ut perpetuam Navarræ cum Hispania conjunctionem accelerarint. Bellum inde exortum; occupata Navarra citius, & salva omnino *Henrico* victori mansura videbatur, nisi novi regni occupandi ardore flagrans Albretanus, Hispaniam ipsam invasisset. Recuperata ab Hispano Navarra, eadem, qua prius amissa erat, velocitate. Adeo illud verum est *Taciti*: *Festinationem multos etiam bonos pessum dedisse, qui, spretis, quæ tarda cum securitate, præmatura vel cum exitio properant.* Neque ullis consiliis & machinationibus eo perduci res poterat, ut sive a *Carolo*, sive a *Philippo*, filio, regnum istud redderetur Albretanis. Erat *Henrico* ex *Margaretha* Valesia, *Francisci I*, Regis, sorore, filia, *Joanna* Albretana, hæres regni unica; hæc *Antonio*, ex illustri Borboniorum familia oriundo, data in matrimonium, in quem Navarræ Regis titulum & jura *Henricus*, vivis excedens, transmisit. Sed dolis ille elusus, consecutus est nihil. Obtinuit tandem filius *Antonii*, *Henricus*, cum Galliæ Regis titulis, quos, exstincta Valesiorum familia, adeptus est, & Navarræ recuperandæ occasionem. Recuperavit regnum, &, pace cum Hispano Vervini sancita, cum Gallia æterno fœdere conjunxit; ita, ut per *Ludovicum* dein *XIII* & *XIV* ad nostra usque tempora, *Ludovico XV* pacata regni Navarræi partis possessio relinqueretur. Addita est Commentationi Tabula genealogica, totam Navarræ regni historiam & successionem illustrans. Sequitur *Commentatio historica, de sacris Galliæ Regum in Orientem expeditionibus*. *Capite primo*, post aliquam rerum Orientis, septimo post Christum natum Seculo, recensionem, bellorum occasionem, inde a *Petri Eremitæ* somnio, & *Pauli II*, Pontificis Romani, ad Principes hortatione, deducit Cel. Autor, atque demum ad *Philippi I* in Orientem profectionem, A. 1096 institutam, delabitur. Omnis hic expeditio, copiose descripta, conditumque A. 1099 novum regnum Hierosolymitanum, Rege *Godofredo Bullioneo* pronuntiato, legi possunt, quæ non repetimus. *Capite secundo Ludovici VII*, dicti *Junioris*, in Orientem iteratum A. 1147 iter exponitur, acceptæ & illatæ barbaris clades, Damasci obsidio infelix, &, quæ sunt prospera

vel adversa, illius expeditionis fata, Saladini tandem A. 1187 de *Guidone*, Rege Hierosolymitano, reportata victoria, referuntur. Exstinctum eo tempore, quod duodenonaginta annos duraverat, Christianorum in Palæstina regnum, barbarorum potentiæ magnum adjecit incrementum. *Caput tertium Philippi Augusti* tertiam in terram sanctam expeditionem illustrat. Quæ fuerint itineris, tempestatum, expugnationis in Syria Ptolemaidis, rationes, quæ *Philippi* Regis cum *Richardo* Anglico dissidia, disseritur. Videbantur ista omina infelicis tam molesti itineris successus. Reversus in patriam *Philippus*, tanto conatu nihil egit, neque, licet altera, duce *Balduino*, Flandrorum Comite, susciperetur profectio, quidquam effectum, nisi quod, Byzantio oppugnato, rebus infectis, rediretur. Sequuntur *Capite quarto Ludovici IX*, cognomento *Sancti*, inde ab A. 1248 in terram sanctam destinationes, felices progressus, subsecuta pestis, *Ludovicus* captus, Damiata ab ejus uxore expugnata, maritus liberatus, reditus tandem ob domesticas turbas, reliqua; quæ ita exponuntur, ut optimorum simul scriptorum testimoniis confirmentur. Nova paulo post expeditio ab Europæis decreta, expugnata Carthago, Tunetum dein petitum, regii interitus causa exstitit. Re igitur iterum infecta, redeunt ad sua Galli, neque de attentanda iterum Palæstina unquam cogitarunt. Exprimit hic loci suam de Passagiis Cel. Autor sententiam, ita quidem, ut nec simpliciter approbet, nec tamen omnino reprehendat. Merentur legi, quæ hanc in rem proferuntur, inprimis cum & de gentilitiarum tesserarum origine, ad sacras has expeditiones a doctissimis viris relata, addita nonnulla reperiamus. Excipiunt Dissertationem hanc *illustres ex Francica historia controversiæ*. Circa *Pharamundum* inprimis versantur, quæ hic Autor tradidit. Nempe disputatur, an primus in Gallia stabilem posuerit pedem *Pharamundus*. Negat id, ob coævorum silentium, Autor, licet, Gallicas urbes aliquot occupavisse eum, largiatur. Refelluntur Autores contrarii; Gesta Francorum, quod tribus Seculis posteriora narrant, ignorantiaque autoris palam est, eluduntur; *Prosper Tiro* interpolatus, aliquot exemplis, docetur; immo,

non

non nisi *Clodionem* primum ſtabilem in Gallia moram duxiſſe, ſcriptorum graviſſimorum teſtimonio evincitur. Annexa quædam de Carolidarum ſtemmate, a Merovingis perperam deducto, reperimus. Tota illa de *Blitbilde*, *Clotharii I* filia, traditio, non dubia modo & incerta, ſed ſuppoſititia & falſa, demonſtratur. Quæ de *Brunichilde*, *Siegeberti*, Auſtraſiorum Regis, uxore, afferuntur, eo ſpectant, ut oſtendatur, peſſime agere, qui peſſimæ mulieris defendant innocentiam. Inter *illuſtres ex Chlodovæi Magni hiſtoria controverſias* occurrit primum pater *Childericus de throno dejectus*, & *amores cum Baſina*, Regina Thuringiæ, falſa. De *loco pugnæ cum Alemannis* ita ſentit Cel. Autor, ut neque Argentoratum credat, neque, quod apud *Gregorium Turonenſem* dicitur, Tolbiacum, ſed Tulliacum, cujus expreſſam *Alcuinus* in vita S. *Vedaſti* mentionem fecit. De *ampulla Rhemenſi* quid ſentiat, facile, cum ſilentium *Gregorii Turonenſis*, *Nicetii Trevirenſis*, *Aviti Viennenſis*, & ipſius denique S. *Remigii*, (cujus duplex producitur teſtamentum,) recenſet, apparet. *Hincmarus* demum *Rhemenſis* nono Seculo miraculum protulit. *Auriflammam*, vexillum aureis flammis inſignitum, de cœlo miſſum *Chlodovæo*, nonnulli tradiderunt; ſed ſilent priſci annales. Par *ſcuti liliati*, ab angelo cœlitus exhibiti, ratio eſt, unde aliqui inſignium Gallicorum derivant originem. Notatus *Maſſonius*, qui in Annalibus, lilia Franciæ Regibus a regno ſtatim condito placuiſſe, docuit. Quod ad clamorem bellicum, *Montjoye ſaint Denys*, a Galliæ Regibus in præliis olim uſurpatum, attinet, nihil ſcriptores, qui *Ludovici Craſſi* regnum præceſſerunt, de illo uſquam commemorant, utque adeo & hæc ad poſteriora tempora referenda ſint. *Titulus Regis Chriſtianiſſimi*, & *Primogeniti Eccleſiæ*, tantum abeſt, ut a *Chlodovæi* temporibus deduci debeat, quaſi omnibus Regibus jam tum perpetuus, ut multo recentior videatur. Neque *aurea* illa *corona*, ab *Hormisda* miſſa *Chlodovæo*, aliquo fundamento nititur. Quæ ſunt Diſſertationis reliqua, partim controverſa quædam Argentina continent, partim de vita, moribus, ingenio, morte *Chlodovæi*, varia. *Illuſtres ex Britannica hiſtoria controverſiæ primo Capite* circa *Portum Iccium* verſantur, quem Autor ad

 locum

locum Witsan situm, in littore Gallico quærendum contendit. Demonstratur *Capite altero*, *Constantinum M. Britannum non fuisse*, contra quam *Nicephorus Callistus*, & cum eo plerique, comminiscuntur. De *Scoto-Hibernia* agit *tertium Caput*, ubi simul de Scoto-Hibernis, qui hodie Hiberni dicuntur, de eorum antiquitate, de Milesiorum in eam regionem adventu, de *Jacobs-Stone*, fatali regno illi lapide vocali, deque *Henge-stone*, in campis Salisburiensibus, accurate differitur. *Caput quartum* exhibet *Guilielmi Conquestoris in Angliam jura;* quæ non hæreditaria illi, sed ex promisso *Eduardi*, & ipsius *Haraldi*, qui promisso non stetit, deducenda veniunt. Jus adoptivum vel quasi, mortuo hærede legitimo, *Conquestori* contigisse, Autor pronuntiat; simul vero & asserit, non juste factum, quod in eum *Eduardus* regnum transtulerit. Disputatur dein *ultimo* Dissertationis *Capite*, *num aliquod Eduardo III in Galliam jus fuerit*. Notum est, accidisse hanc de regno controversiam, cum *Henricus Valesius* paterno jure *Philippo Pulchro* daretur successor, *Eduardus* autem, qui jus propius omnino, sed per matrem, urgebat, Salica lege excluderetur. Diversæ hinc Salicæ legis afferuntur explicationes; ostenditur rationibus & exemplis, male contendisse *Eduardum*, fœminas lege Salica, non ex fœmina natos, excludi; occurritur etiam *Leibnitiano* dubio, addito in fine cognationis *Philippi Audacis* schemate concinno. Sequuntur *illustres ex Hispanica historia controversiæ*; ubi fabulosa primordia, Hispani sub Carthaginensibus Celtiberi, multa adhæc de Hispanorum genio, & moribus, afferuntur, tangitur illa de Imperatoris titulo controversia, de Gallorum in Castiliam, Hispanorum in occupatam Americam, juribus, instituitur disceptatio. Inde universalis Monarchiæ, Catholicæ Majestaticis axiomatis, Hispanorum præ Gallis prærogativæ, juris in Mediolanum & Neapolim, fit mentio. Tandem magnifica illa Arrogonensium jura exponuntur, illustratur mors *Caroli* tragica, & mota illa de Lusitanica successione lis accurate examinatur. Finem Dissertationi *Emanuelis*, Regis Portugalliæ, schema genealogicum imponit. Quæ *Dubiorum historicorum* nomine inscripta est Dissertatio, ad imperii Assyriaci

riaci vetuſtatem, *Semiramidem* & *Sardanapalum*, *Arbacem*, *Xenophontis* & *Herodoti* autoritatem, dominationem Magorum, *Æneæ* in Italiam adventum, trecentos *Fabios*, *Archimedis* tandem ſpecula cauſtica, ſpectat, quibus vir ille inſignis Romanorum naves, Syracuſam obſidentes, exuſſiſſe dicitur. Rem inter fabulas Cel. Autor retulit. Proximum inde locum *Excerpta ex Diſſertatione, ſub Præſidio Iſeliano habita*, occupant. Tergeſtinus eſt lapis, cum inſcriptione: IMP. CÆSAR. DIVI. F. AUGUSTO. PONTIF. MAXIM. RIBOTES. IXXXII. C. XXIII. P. P. SACRV. quem illuſtrare Autor aggreſſus eſt. Verba ſingula inſcriptionis, quam *Irenæus della Croce* in Tergeſtina Hiſtoria protulit, exponuntur. Diſceptatur inprimis de voce *Ribotes*; quam corruptam, corrupit magis adhuc *Croceus*, cum, ſacerdotium aliquod minimi ordinis ea denotari, credidit, a Græco ῥωπὸς derivandum. Demonſtrat Cel. Autor, nil aliud voce illa, temporum malignitate truncata, indicari, quam tribunitiam *Auguſti* poteſtatem, quod additi inprimis anni confirmant, de quibus paſſim veteris hiſtoriæ ſcriptores. Accedunt quædam de Auguſtis, veteris Reipublicæ dignitates ambientibus, quæ & dignitatum, & Imperatorum, exemplis confirmantur. *Diſſertatio hiſtorica, qua ſiſtitur Chronologia Romanorum Syriæ Præfectorum, Pontificum Judæorum, atque Judææ Proconſulum*, uno quaſi conſpectu exhibet, quæ hanc in rem *Tacitus*, *Dio*, *Appianus*, reliquique veteris hiſtoriæ ſcriptores, memoriæ paſſim prodiderunt. Incipit Cel. Autor ab A. U. C. 691, ante J. C. 63, quo *Cn. Pompejus* Syriam & Judæam Romanorum imperio addidit, atque ita, in recenſione virorum illorum, quorum omnium facta illuſtria, cum Syriæ & Judææ fatis, referuntur, pergit ad annum uſque U. C. 825, Æræ Chr. 72, quo, *Veſpaſiani* Imperatoris auſpiciis, terminatum bellum Judaicum, pacata Syria, recreata igitur undique Roma, dici poteſt. Hic & *Joſephus* hiſtoriæ ſuæ finem impoſuit. Sequuntur aliquæ *in librum diurnum obſervationes*, quibus exempla ejus MSta deſignantur. Inde variantes lectiones *Garneriana* & *Holſteniana*, adjectiones editioni Romanæ factæ, e. g. ad diverſos Epiſcopos Epiſtola, petitio dedica-

dedicationis Basilicæ, & alia, locum invenerunt. Appendicis loco annexa adhuc quædam, sunt, ut: *de Vicariatu Lombardiæ formula*, quam ex Codice Epistolarum *Petri de Vineis*, qui in Vaticana Bibliotheca asservatur, eruit Cel. Autor. Observat vero, in reliquis Codicibus, quorum & Romæ & Vindobonæ plures exstant, frustra se fragmentum istud quæsivisse. Sequitur *Ferri consecratio*, & *benedictio aquæ ferventis, ad examinandum judicium*, descripta ex MSto Seculi IX Codice, in Bibliotheca insignis Abbatiæ Divi *Emmerani*, quæ Ratisbonæ est, asservato. Reliquas voluminis paginas *Formula pacis inter Fridericum Barbarossam & Alexandrum III*, desumta ex Codice MSto Canonicorum Regularium Abbatiæ Claustro-Neoburgensis in Austria inferiore; *Innocentii Bulla dispensationis inter Carolum VIII, Regem Franciæ, & Annam, Ducissam Britanniæ, data A. 1491*, nec non *Recensio actorum Concilii Basileensis*, quæ Lutetiæ partim, partim Basileæ, reperiuntur, occupant. Ultimum omnium, *Programma* est, *quo typographiæ, A. 1440 inventæ, festum seculare indictum*, *Argentorati*, 1740 *Idib. Octobris*. Brevis historiæ typographicæ delineatio est, ita concinnata, ut, remoto *Costeri* humanæ salvationis speculo, *Guttenbergio* demum, cui & *Gensfleischii* nomen erat, artis inventæ gloria adscribatur. Varia hic de *Guttenbergio*, ex libro Ecclesiæ Thomanæ, & curiæ Argentinensis scriniis, incognita adhuc, saltem non credita, depromta legas; eoque revocata omnia, ut restituatur civitati natali suæ Moguntiæ *Guttenbergius*, laus vero inventæ artis Argentinæ reipublicæ vindicetur. Index totius Operis ita comparatus est, ut facile quis omnem totius voluminis οἰκονομίαν, præcipuaque momenta, possit exquirere, atque ita vel inde de argumentorum selectu judicare. Atque hic ille est *Schœpflinianarum* Dissertationum conspectus, quem eo tibi liberalius exhibuimus, Lector benevole, quo majorem te inde voluptatem percepturum, non speramus modo, sed etiam confidimus. Gratulamur Cel. Autori tam insignia in Rempublicam literariam merita, neque dubitamus, quin superadditurus sit aliquando illustre illud Alsaticæ historiæ corpus, in quo elaborando, multo jam tempore, pertinaci industria versari eum, non

uno

uno documento cognovimus. Quod ut fieri quantocyus possit, valetudinem ei prosperam, & exoptata omnia, ex animo precamur.

Johann David Köhlers, P. P. im Jahr 1730 wöchentlich herausgegebener Historischer Müntzbelustigung anderer Theil, ꝛc.

id est,

JOANNIS DAVIDIS KOELERI A. MDCCXXX singulis hebdomadibus editarum historicarum ex Numismatibus Amœnitatum Pars secunda, in qua varii memorabiles ac rari Joachimici, Ducati, ac Numi majores, mnemonici, ac alii singulares, aurei argenteique Numi variæ ætatis novem & quinquaginta, accurate in æs incisi, descripti, & ex Historia fuse satis illustrati, apparent, una cum Præfatione de delineatione collectionis Thalerorum plenioris.

Noribergæ, typis viduæ Christophori Weigelii, senioris Chalcographi, 1731, 4.

Alph. 2 plag. 14.

De Thaleris debite pro Numophylacio colligendis in Præfatione doctissime a Cel. Autore actum est. Per *Thalerum* intelligimus nummum argenteum, qui unciam seu duos lothones æquat. Primos Thaleros feriri jussit *Sigismundus*, Archidux Austriæ, cognomento Tirolensis, Seculo XV exeunte. Medio Seculo XVI mos cudendi Thaleros cœpit admodum vigere. Thalerus initio pretium æquabat floreni aurei Rhenani, ac ideo vocabatur *Goldgüldengrosche*, item ob crassitiem & pondus *dicker Silbergrosche*. Domini *de Schlick* ex ditissimis argentifodinis in valle Joachimi (*Joachimsthal*) copiam Thalerorum magnam curarunt feriundam. Ab hoc loco vocabantur primum *Joachimsthaler*, ac deinde per compendium *Thaler*, quasi *Vallenses*. Abiit Thalerus imperialis paulo post in formam & amussim reliquorum pecuniæ generum. Initio Thaleri octo æquabant marcam 15 lothonum.

thonum. A. 1536 detrahebantur eis octo argenti puriſſimi grana, ut æquarent Thaleri octo lothones 14 ac octo grana. A. 1546 denuo demebantur duo grana. Succeſſu temporis mens lucri cupida pretium ac molem Thaleri ita jactavit, ut malo illi vix finito bello tricennali potuerit ſuccurri. Dividi poſſunt Thaleri in domeſticos & extraneos, & illi rurſus in Imperatorios, Electorales, Principales, Comitumque & Baronum proprios, ac urbium. Diviſiones reliquæ, hinc formandæ, per ſeſe patent. Thaleri Abbatum dantur, ſed *non omnium.* Autor cenſet, percuſſos eſſe eos ab Abbatibus Corbejenſi, Elwangenſi, Fuldenſi, S. *Luderi* & Murbacenſi, Campidunenſi ac Stablenſi. Ab Abbatiſſis Eſſendienſi, Thornenſi, ac Quedlinburgenſi, excuſos eſſe Thaleros, adjungit. Ganerbiorum caſtelli Friedbergæ exſtant quoque Thaleri. Urbium Thaleri dividuntur in Thaleros urbium imperialium, numi cudendi privilegio donatarum, & Helveticarum. Exotici Thaleri referri poſſunt ad claſſes 14, Danicos, Anglicos, Gallicos, Hollandicos, Italicos, Moſcoviticos, Polonicos, Portugallicos, Boruſſicos, Scoticos, Suecicos, Hiſpanicos, Turcicos, & Ungaricos. Ut unicum cujusque ſpeciei ſeu claſſis Thalerum poſſideas, numerus excurrit jam ad 250. Reſpiciendum vero eſt in Thaleris colligendis ad ipſorum raritatem, pretium internum, & pulchritudinem. Notas raritatis ſuppeditat Autor. De pretio interno judicandum eſt ex libris numiſmaticis, *Münzbüchern*, quales ediderunt *Joachimus Laur* Hamburgi A. 1568, 4, *Wolff Stürmer* Lipſiæ A. 1572 & 1583, 4, *Adamus Berg* A. 1597 Monachii, fol. & *Jürge* (Georgius) *Wolders* Hamburgi A. 1631, 4. Thaleros, *Sigismundi*, Archiducis, Thaleris antiquitate ſuperiores, nemo adhuc produxit. *Maximiliani I* Imperatoris Thaleri rediguntur in octo ſpecies, de reliquo rari, quos Cel. Autor recenſet. A *Carolo V* nullus duorum lothonum Thalerus eſt obvius. De Thaleris *Ferdinandi I* adjicit nonnulla Autor. Inter Electores Moguntinos *Daniel Brendel de Homburg*, moderatus rem publicam & ſacram ab A. 1555 uſque ad A. 1582, fuit primus, qui Thaleros juſſerit feriri. De Moguntinis, Trevirenſibus, Colonienſibus, & Palatinis

latinis Rhenanis Electoralibus, idem differit ordine chronologico, ac ea, quæ addi poterant, rejicit ad Præfationem, *Parti tertiæ* præfigendam. Quibus præmissis, nos ad Opus ipsum enarrandum accingimus. Non permittit spatii angustia, ut simus longi. Dabimus seriem Numorum, quos Autor exhibuit æri incisos, ac historice descriptos, nonnullos etiam, qui nobis visi fuerint rariores, in Tabula, huic *Mensi* adjecta, repetemus, & cum Lectore nostro communicabimus. Ceterum, qui rem numismaticam cordi habent, libros Cel. Autoris hosce non possunt non sibi comparare. Numi, quos ipse percensuit, sunt sequentes: 1) *Ferdinandi*, primi Regis Romanorum, ad a. 1532; 2) Noribergensis Reipublicæ, ad a. 1580; 3) Ducis *Wilhelmi Ernesti* Saxo-Vinariensis, ad a. 1717; 4) Electoris Palatini, *Caroli Ludovici*, in *Ludovicam*, Palatinam Raugraviam, Baronissam *a Degenfeld*, ad a. 1677; 5) Reipublicæ Genevensis Thalerus, ad a. 1630. Additur catalogus rariorum Thalerorum, integrorum, dimidiorum, & quadripartitorum. 6) Numus duorum Smalcaldicorum fœderatorum, *Joannis Friderici* & *Philippi*, Landgravii, ad a. 1535; 7) Numus in Mareschallum Galliæ, *Joannem Jacobum*, ex gente Milanensi *Trivultiorum*, ob victoriam, bis de Duce *Ludovico Sfortia* reportatam, ad a. 1500; 8) Numi duo singulares Regis *Ferdinandi I*, ad a. 1558; 9) Numus Vicariatus Palatini *Joannis II*, Comitis Palatini ad Rhenum Bipontini, ad a. 1612; 10) primus Thalerus Vicariatus Electoris Saxoniæ *Joannis Georgii I*, ad a. 1612; 11) Thalerus *Rudolphi II*, Imperatoris, ac Archiducum Austriæ, ad a. 1612; 12) Thalerus Electoralis Palatini Vicariatus, ad a. 1657; 13) Thalerus Electoralis Bavarici Vicariatus, ad a. 1657; 14) Thalerus Saxonici Vicariatus Electoralis, ad a. 1657; 15) Thalerus postremi Comitis principalis Hennebergiæ, *Georgii Ernesti*, cum perigraphe in postica: *In te, Domine, speravi, non confundar in æternum*, ad a. 1564; 16) Thalerus *Joachimi II*, Electoris Brandenburgici, ad a. 1543; 17) Thalerus *Joannis Georgii*, El. Brandenb. ad a. 1576; 18) Thalerus *Joachimi Friderici*, El. Brandenb. ad a. 1605; 19) Ducatus rarus *Cononis de Falckenstein*, Archiepiscopi & Electoris Trevirensis, ad a. 1362; 20) Thalerus *Caroli Caspari de* *Leyen*,

TAB. V Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

Leyen, Archiep. & Elect. Trevirensis, geminus, ex argentifodina Villmariensi, ad a. 1657; 21) Thalerus, argentifodinæ præmium, *Friderici Ulrici*, Ducis Brunsuico Luneburg. ad a. 1634; 22) Thalerus ejusdem generis *Josephi Wilhelmi Ernesti*, Principis Furstenbergici, ad a. 1729; 23) Thalerus Ducis Saxo-Vinariensis, *Friderici Wilhelmi*, ac Administratoris Electoratus Saxoniæ, ad a. 1594; 24) Numus majoris moduli, jussu *Friderici Ulrici*, Ducis Brunsu. Luneb. a. 1617 cusus; 25) Numus major sepulchralis in honorem *Christiani*, postulati Episcopi Halberstadiensis, Ducis Brunsuico-Luneb. ad a. 1626; 26)
TAB. V Numus major Pontificis Romani, *Pauli II*, ad a. 1464; 27)
Fig. 4. Grossus rarus Regis *Ludovici Magni* Hungariæ ad a. 1351; 28)
Fig. 5. Numus rarissimus Episcopi Tergestes, *Conradi*, ad a. 1232; 29) Thalerus infelicis Marchionis Brandeburgici, Administratoris Archiepiscopatus Magdeburgici & Episcopatus Halberstadensis postulati, ad a. 1623; 30) duo antiqui Grossi Bohemici. In primi antica sistitur corona regalis, ac duobus orbibus inscripta perigraphe: KAROLUS PRIMUS ✠ DEI GRATIA. REX. BOEMIE. In posticæ medio spectatur leo coronatus Bohemicus, addita perigraphe: GROSSI PRAGENSES. In secundi antica apparet eadem corona, ac circa eam perigraphe gemina: WLADISLAUS ET LUDOVICUS REGES BOEMIE. In
Fig. 6. postica exhibetur imago S. *Wenceslai*, Bohemorum patroni tutelaris, dextra vexillum tenentis. Additur ab Autore egregia de Grossis commentatio. 31) Pulcher & rarus Thalerus Geldricus Regis Hisp. *Philippi II*; 32) Numus in pacem Cameracensem, *Carolum V* inter & *Franciscum I* a. 1530 sancitam, percussus; 33) Numus Electoris *Friderici Sapientis* Saxoniæ pretiosissimus, in cujus collari leguntur verba: IHS MARIA; 34) Numus majoris moduli, ad a. 1527 & Poloniæ Regem *Sigismundum I* referendus. Capilli ad morem mulierum sunt convoluti. 35) Thalerus rarus mnemonicus Argentorati, in memoriam fœderis, a. 1588 ab hac urbe cum Tiguro & Berna facti; 36) moduli majoris Numus in pium & beatum fratrem Unterwaldensem, *Nicolaum*, percussus, qui a. 1417 natus fuerat, defunctus vero a. 1488; 37) Numus *Caroli II*, Ducis

Ducis Monasterioberg. & Oelf. ad a. 1617; 38) Bracteatus aureus urbis Bernæ. Principum vel Ordinum Imperii nullus ante annum 1356 licentia gaudebat percutiendi ex auro numos. Quare bracteatus hic, qui ursum præfert, cui insidet aquila, ante Seculum XIV non fuit factus. 39) Numisma sepulchrale, memoriæ *Sigismundi Sigfridi*, Comitis primi Promnicensis, dicatum, ad a. 1654; 40) Numus recentior, in *Attilam*, Hunnorum Regem, & Aquilejæ expugnationem, effictus. *Attilæ* Vitam, a *Juvenco* concinnatam, quam *Sidonius Apollinaris* laudat *Lib. IX Ep. 14*, Autor ostendit esse longe rarissimam, sua hic mutuatus ex *J. A. Fabricii Bibliotheca Latina.* 41) Numisma jubilæum, *Placido*, Abbati Cœnobii Mury, & primo Principi Imperii, proprium, ad a. 1720; 42) Schillingus Anglicus Regis *Caroli I* ad a. 1642, in cujus postica ex *Num. X, 35*, & *Ps. LXVIII, 2*, legitur periphe: *Exsurgat Deus, dissipentur inimici.* In medio infra tria lilia adduntur hæcce: *Religionis Protestantium, legis Anglicæ, libertatis, Parlamenti.* Verba ita sunt abbreviata: RELIG. PROT LEGI. ANGL. LIBER. PAR. Quare *Schlegelius* ea ita explevit: *Religioni Protestantium legibus Angliæ libertas paratur*, quod sane est obscurum. 43) Numus, a *J. Schmeltzingio* in patrem Quietistarum, ad perpetuos carceres damnatum, *Michaelem Molinos*, factus; 44) Numus major Regis Suecorum, *Friderici*, ac Reginæ, *Ulricæ Eleonoræ*, præstantissimus sane, tantisque personis dignus; 45) Numus sepulchralis, a. 1661 memoriæ *Georgii II*, Landgravii Hasso-Darmstadini, sacratus; 46) Numus majoris moduli, a. 1539 in *Isabellam, Caroli V* uxorem, percussus, in cujus postica apparent tres Gratiæ; 47) Thalerus, Salisburgensi Jubilæo a. 1682 dicatus, in cujus antica exhibentur quinque Sancti, dextris palmam gestantes. In postica additur, Archiepiscopatum undecimo jam Seculo florere. 48) Thalerus rarior Magistri Ordinis S. *Mariæ* Teutonici, *Joannis Eustachii*, ad a. 1625; 49) Thalerus emblematicus *Wolfgangi Julii*, Comitis Hohenloensis ac Gleichensis, ad a. 1697; 50) Numus mnemonicus, a. 1669 ex auro & argento factus, coronationi Regis Poloniarum *Mi-*

TAB. V Fig. 7.

chaelis index; 51) Numiſma majus, memoriæ *Jacobi Wilhelmi de Imhoff* ſacratum; 52) Thalerus *Joannis Philippi* Cardinalis *de Lamberg*, & Epiſcopi Paſſavienſis, ad a. 1712. In Supplementis adjectis repræſentantur primo Numiſma Judaicum, in *Albertum*, ſecundum Imperatorem, & ejus uxorem, *Eliſabetham*, excogitatum; deinde numus mnemonicus in Electorem Saxoniæ, *Fridericum Sapientem*, cum literis IHS in pectore, ad a. 1532. Adduntur de bracteatis duæ acceſſiones, quibus docetur, hos non exſtitiſſe mnemonicos, nec ſoli Germaniæ proprios. Subjunguntur tandem emendationes nonnullæ, & annotationes uberiores. Index, Operis clauſula, addit coronidem, numerumque apparatuum pulcherrimorum claudit. De ceteris, quæ ſecuta ſunt hoc *ſecundum*, *Amœnitatum Numiſmaticarum Voluminibus* proxime dicemus.

Die Tulpe zum Ruhm ihres Schöpffers, rc.
hoc eſt,

TULIPA, IN CONDITORIS SUI GLORIAM, Liberaliorumque animorum oblectamentum, deſcripta ab Autore Meditationum, quæ ad regnum florum pertinent.

Dresdæ & Lipſiæ, apud Georg. Conr. Waltherum, 1741, 8. Plag. 12.

Multum omnino debemus Illuſtri Autori, quod fidem, quam non ita pridem in elegantiſſima florum expoſitione publice obſtrinxit, tam promte nunc liberet, atque, ſingulares etiam flores non minus pulchre & ornate, quam de iis univerſim egit, laudaturus, Tulipæ, propter ejus præſtantiam, primas decernat, ab ejuſque elogio exordiatur. Quod etſi per eas tractationis dictionisque veneres cumprimis commendabile redditur, quas hic repetere nullo modo licet; nos tamen id maxime agemus, ut ex brevi ſumma, quanquam ſucci & ſan-
Pag. 3. guinis experte, totius libelli argumentum cognoſci poſſit. Fuerunt jam aliquot, qui ad Tulipas ſigillatim deſcribendas curam animumque ſuum converterunt, ſed ita hac in re verſati, ut eorum

rum laboribus minime se a suo consilio Illustris Autor passus fuerit absterreri. Nomen Tulipæ probabiliter ex lingua Orientis Pag. 9.
est, quoniam ipse flos eo in tractu, Asia nimirum & præcipue 13.
Tartaria, in agris, montibus, pratisque, lætissimo proventu germinat. Primum ejus in Germania exemplum Augustæ Vindelicorum A. 1559 vidisse, & tanquam rarissimum florem delineasse, *Conradus Gesnerus* creditur. Noster tamen, fortasse prius 14.
in Germania esse visas Tulipas, quamvis non delineatas, judicat, quod vix dubium videatur, quin *Busbequius*, *Ferdinandi I*, Imperatoris, in aula Constantinopolitana Legatus, qui adiit Asiam, & naturæ opera, plantasque illius regionis rariores, curiose diligenterque perquisivit & collegit, atque in suis etiam literis Tuliparum mentionem injecit, easdem secum in Germaniam attulerit. Ceterum Tulipæ, extra suam quoque patriam be- 15.
ne & liberaliter exceptæ, apud Batavos inprimis mirificos admi- 16.
ratores fautoresque superiori Seculo invenerunt, ut pretio quam carissimo, imo interdum prorsus incredibili, coemtæ, sigillatim vero bulbus Tulipæ, quam *Semper Augustam* vocarunt, Amstelodami A. 1632 mille florenis, sequentibus autem annis aliis in locis bis ac ter mille florenis, venditas, ac demum A. 1637, quo tempore insanus ille Tuliparum amor summum gradum attigisse videbatur, nulla prorsus pecuniæ vi, quoniam duo tantum, alter Amstelodami, alter Harlemi, exstiterunt, fuerit comparandus. Quem proinde in Tulipas amorem, furori proximum, cordati 17.
quidam viri tunc acriter reprehenderunt, summumque illud pre- 19.
tium non ita multo post perquam imminutum fuit. Ex variis Tu- 21.
lipa constat partibus, aliis super terram elatis, ut petalis, pistillo seu ovario, staminibus, apicibus, caule, ejusque foliis, aliis sub terra reconditis, ut bulbo, radicula, & propaginibus, tum ma- 27.
joribus, tum minoribus, quæ hic copiosius exponuntur. Ca- 30.
lice autem non opus habent. Quanquam variæ prostant Tuli- 34.
parum distributiones; Noster tamen in eo potissimam diversitatem reperit, quod alias vidit præcoces esse, alias serotinas, 40.
alias simplices, alias compositas, sive plenas, alias unius, alias 41.
plurium colorum, a quibus etiam nomina numero fere infi- 42.
nita, utplurimum satis magnifica, acceperunt, ut ea in re ma- 47.
xima

xima interdum vanitatis & charlataneriæ significatio animadver-
Pag. 49. tatur. Quod ad Tuliparum propagationem attinet, fit ea vel
50. per propagines, vel per semina. Quodsi prior placeat modus,
51. 52. multa observare decet in eximendis, conservandis, denuoque
terræ mandandis, bulbis, quæ cautiones hic bona fide enarrantur.
Neque etiam minus ratione posterioris modi variæ com-
53. 55. memorantur de eligendo seminandoque semine, & bulbo-
58. rum, hinc orientium, recto cultu fotuque, præceptiones. Uter
autem ex his propagandi modis utri præstet, *difficile est di-
ctu*, & pro cujuslibet ingenio rectius definitur. Priorem
modum illi præcipue sibi commendatum habeant, qui elegan-
tiores species conservare, & quamprimum multiplicare cupiunt;
59. posteriorem autem illi, qui novis potius speciebus & varieta-
te delectantur. Terra etiam, in qua felicius germinant Tuli-
pæ, indicata, demum ad floris, tanquam partis principis, con-
templationem venitur. In illo autem ita ars, venustas, & a-
60. mœnitas, copulantur, ut propterea floribus aliis quibusvis,
61. Violis etiam, Hiacynthis, Narcissis, Tazettis, Jonquiliis, Ra-
65. nunculis, Anemonis, Cariophyllis, & Rosis, antecedat. Magni-
ficentia hæc & amœnitas Tuliparum non uno modo oblectat
68. oculos, Deumque autorem declarat. Quæ sit omnium venu-
72. stissima, difficulter admodum decernitur; nigra saltem eminen-
76. tiori quodam loco digna haud videtur. Ipsa autem pulchri-
78. tudo ad regulas artis pictoriæ dijudicari nequit, aliique aliam,
79. ut exemplis constat, elegantissimam esse putaverunt. Quæ-
dam tamen venustatis indicia tum ex structura, tum ex colo-
81. ribus, petenda sunt. Præter hæc denique ars tentavit va-
ria, quibus Tuliparum decus augeret, quæ olim inter res ma-
85. xime arcanas fuerunt relata. Nunc enim colores adhuc emen-
dare, & longe elegantiores reddere, laborat; quam in rem hic
88. varia remedia recensentur; nunc simplices in plenas converte-
89. re, nunc odoris defectum, cujus causæ probabiles hic variæ
afferuntur, compensare, & odorem flori velut obtrudere, nunc
93. florendi tempus vel maturare, vel differre, nunc ipsum floren-
94. di actum diutius extendere, vel conservare, nunc florum ele-
95. gantias & varietates in conclavibus quoque repræsentare, co-
natur.

natur. De valore harum regularum non nisi per experimenta judicare licet. Minimum videtur, id, quod naturæ conditor ratione temporis, modique florendi, & aliorum momentorum, constituit, optimum esse, nec ulla emendatione egere. Ceterum variis casibus hostibusque patent Tulipæ, Pag. 98.
ex quibus posterioribus aves cumprimis phasiæ eorum bulbos 100.
avidissime appetere solent. Inter morbos numerantur uredo, 101.
vermis, & cancer. Usus Tuliparum in medicina nullus adhuc liquet. 104.
Fortassis earum petala, ex hypothesi Illustris *Hoffmanni*, 105.
propter glutinosam suam & glabram substantiam, morbis, ex acrimonia humorum natis, tanquam malva & populus remedium afferrent. Bulbus, saccharo conditus, instar Rad. Satyrii 106.
ad excitandam venerem ex relatu Helvetii cujusdam valet. Chinenses ex iis atramentum conficere traduntur, quod nulla 107.
re temporisve injuria deleri queat. Inter memorabilia Tuliparum tria hæc etiam referuntur: primum, quod, qui duplicem 108.
plantarum sexum comminiscuntur, inprimis ad Tulipas provocent, quam tamen rem multis adhuc circumseptam esse 109.
dubiis, Noster opinatur, ad eandemque accuratius perquirendam, 112.
Illustrem *Wolffium* publice invitat; alterum, quod *Mariottus* aliique, eorum sententiam, qui, in primo semine omnes omnino plantas fuisse absconditas, arbitrantur, confutaturi, itidem ad Tulipas provocent; tertium, quod, quamvis caulis 115.
cujusvis bulbi ex hujus meditullio ac veluti corde prodeat, tamen, quando suo tempore bulbus e terra rursus eruitur, ejusdem caulis reliquiæ, si quæ supersunt, bulbo exterius, & hoc modo, adjacere solent, ac si e latere fuissent prognatæ, neque hoc situ se in florem induissent. Ipsa florum conditio, 121.
qualis, absoluto florendi tempore, cernitur, ut indicat, quam vana & fluxa sint omnia, etiam vita humana; ita illud singulare 124.
est, quod a nonnullis traditur, lineamenta & flammas in Tulipis tam multiplicis formæ & coloris, a quibus maximum ornamentum capiunt, infirmitatis in bulbo significationem dare, & metuendum prorsus esse, ne, quo elegantior comtiorque Tulipa in hoc velut orbis theatrum veniat, eo minus redeat in posterum, sed ipse bulbus cum propaginibus sensim

 sensim-

ſenſimque intercidat. Quæ omnia quam eleganter Illuſtris Autor explicaverit, & pulcherrimis diſtinxerit ſententiis, Poetarumque e Germanis præſtantiorum luminibus, nunc haud dubie ex ipſo libello Lectores harum rerum amantes & curioſi perſpicere geſtient. Acceſſit in fine catalogus Tuliparum, quæ in horto Durlacenſi ad *Caroli Requiem* (Carlsruhe) ſito, A. 1740 cultæ, & ad vendendum publice fuerunt propoſitæ, quo 2159 ſpecies, nimirum 268 præcoces, 811 ſerotinæ, 204 earum, quas *Baguettes* vocant, 672 illarum, quas *Biſardes* appellant, 89 unicolores, 100 flore pleno præditæ, enumerantur.

FRANCISCI CAROLI CONRADI, JCTI & Anteceſſoris in Academia Julia, Parergorum Libri quatuor, in quibus Antiquitates & Hiſtoria Juris Romani illuſtrantur, varia ejus Juris, aliorumque Autorum, loca emendantur & explicantur. Accedunt in Præfatione nova curæ ſecundæ, & obſervationes reliquæ ad hos Libros.

Helmſtadii, ſumtibus Chriſt. Frider. Weygandi, 1740, 8.
Plag. 7, cum Fig. æn. 1.

Ex merito laudavimus in Annalibus noſtris politiſſima illa *Parerga*, quæ ante ſeptennium divulgare cœperat reconditæ Vir doctrinæ, & præſtantiſſimis Germaniæ JCtis annumerandus, *Franciſcus Carolus Conradi*. *Primus* nunc eorundem *Tomus* proſtat, cui præſens adjecta eſt opella, non tripartitum modo, Autorum ſcilicet, locorum Juris illuſtratorum, & rerum denique, Indicem, ſed varias etiam doctiſſimasque obſervationes ad *quatuor* hos *Libros*, exhibens. Cum enim latiſſimus horum ſtudiorum ſit campus, &, qui in eum ſe immiſerunt, ingens ſcriptorum multitudo; Cel. Autor, quotidianæ librorum optimorum lectioni affixus, non potuit non animadvertere complura, quæ oculis ipſius, quanquam lynceis, antea non obvenerant. Hæc autem ipſa quantum ſelectiſſimis ejus argumentis lucis affundant, facile perſpicient omnes,

omnes, qui tam amœnam diligentissimi Viri Musam coluerunt semper, amarunt, amplexi sunt. Nos hoc optamus unice, ut *primum* hunc *Parergorum Tomum* sequantur mox plures; quod si evenerit, novis, iisque utilissimis, accessionibus locupletabitur JCtorum elegantiorum respublica, exterique in Consultissimo *Conradi* alterum refulgere *Heineccium*, proh nunc ereptum nobis! χαίροντες χαρὰν μεγάλην intelligent.

M. JO. MARTINI CHLADENII OPUscula Academica, ante separatim edita, nunc vero in unum Volumen collecta, & Præfatione Autoris, nec non Elogio Urbani Godofredi Siberi, aucta.

Lipsiæ, sumtibus hæredum B. Lanckisii, 1741, 8.
Alph. 1 plag. 2½.

In Præfatione Autor doctissimus, quæ judicia literatorum de se facta sint, memorat, &, primum se esse, ait, qui possessionis notionem & species, itemque occupationis & traditionis notiones, accuratione philosophica exposuerit. Illud etiam, quod in scientiis sublime est, primum se contra eos, qui de perspicuitate nimis glorientur, demonstrasse dicit. Alibi præter collectionis industriam nihil sibi vindicat, neque officii & humanitatis laudem contemnendam esse judicat. Quorsum *Urbani Godofredi Siberi*, cognati sui, Elogium refert. Simul promittit novum, idque philosophicum, artis hermenevticæ Opus, & Introductionem in Theologiam systematicam. Cujus utriusque Operis rationem expromit. Jam ad Opuscula ipsa enarranda veniemus. Primum est de præstantia & usu Scholiorum Græcorum, quæ exstant, in Poetas, sigillatim de emendatione ac interpretatione Poetarum. In ejus Præfatione *Henr. Stephani*, G. *F. Tryllitii*, & *Jo. Alb. Fabricii*, conata in hoc scriptorum genere prædicat. Scholiastas igitur legendos putat, propterea, quod tractent grammatica, historica, geographica, critica, antiquitates, moralia, alia, itemque quod stilo utantur claro, conciso, materiis subjectis accommodato, quod sint fere antiqui, quod sint docti, quod literis ab humanitate

appellatis serviant, allatis emendationibus, antiquis scripturis, citatis fideliter scriptorum aliorum testimoniis & consensu, suppeditatis synonymis, ejectis additamentis supervacaneis, veris interpunctionibus restitutis, luxatis & distractis vel etiam temere consociatis justo loco & ordine assignato. Ergo, artem interpretandi ex eorum operibus condisci posse, Cl. Autor putat; quam, cum perdifficilem reddant vocabula peregrina, vel semel occurrentia, Scholia sæpe alienissimo loco sublevent, rem *ipsam* autem, si hæc difficultatem afferat, declarare sæpe etiam soleant Scholiastæ. Huc fabulæ, rite perceptæ, cum multum conducant; eas ab istis eximie didiceris. Allegorias item penitus perspicies; picturisque, alibi atque alibi repertis, multa curatius cognosces. Fatetur tamen Autor, usquequaque multis Scholiastas vitiis obnoxios esse, quæ si cum eorum virtutibus compensentur, veremur, ne major malorum, quam bonorum, ad Scholiastarum lectores redundet copia. Huic Opusculo subjunxit Autor doctissimus de præstantia & usu Scholiorum Græcorum sigillatim in Historia & re numismatica Dissertationem. Hic, divisa Historia in sua genera, occurrit iis, qui, a Poetis historiam exspectandam esse, negant, nec proinde magis ab eorum interpretibus, Scholiastis. Sed, utrobique tamen nonnunquam historias tractari, exemplis constat. Ac, licet græca fides proverbio sit notata, fuere tamen in Græcia homines etiam graves. Ipsa autem Scholiastarum inter se dissensio, & ab reliquis Historicis discessio, in medio relinquenda esse statuitur. Recte autem in historiis suorum temporum Scholiastæ fidem mereri dicuntur; nisi forte Poetarum & fabularum studium, quod valde est credibile, mores eorum inquinarit. In Historia literaria inventiones artium, harumque propagationes, literatorum ætates, & similia, Scholiastis deberi, affirmatur. Sententias quoque hominum sapientium & sectarum in Scholiastis cognoscimus. Criticæ artis exempla indidem repetuntur. Ad usum Scholiastarum in numis quod attinet, *bos*, *noctua*, *collybus*, *obolus*, quid notaverint, ostendunt Scholiastæ. Figuras, in numis expressas, *Dianæ*, *Bellerophontis*, *Securis*, *Labyrinthi*, cet. a Scholiastis explicari, novimus. Nec satis avium, quadrupedum,

dum, ceterorumque animalium, rationes in numis explicabuntur, nisi adjuvet Scholiasta. Nomina Regum aliorumque hominum, numis inscripta, Scholiastæ itidem illustrarunt. De reliquo lectores suos Autor ad *Jo. Meursium* & *Ez. Spanhemium* allegat. De *Sublimi in scientiis* deinde agit Cl. Autor. Illud definit esse, quod, nisi intellectis ante pluribus aliis, intelligi nequeat. Sublimitas igitur reperitur in generibus superioribus, in abstractionibus, ac per consequens etiam in judiciis, in ratiocinationibus, in demonstrationibus, quibus alia judicia, ratiocinia, demonstrationes, viam muniunt. In scientiis igitur etiam ipsis sublime dari, conceditur. Sequitur *Theoria definitionum, exemplis potissimum mathematicis illustrata.* Fuit ea præmissa præceptionibus philosophicis. Huic succedit *Sylloge sententiarum Leibnitianarum in usum Collegii disputatorii.* Tales sunt e. g. Justitia est charitas sapientis; jucundum est, in ipsa veterum simplicitate & solœcismis humani ingenii & linguarum vicissitudines observare, &c. Insequitur *Status civilis cum spatio comparatus ad Pufendorfii Jus Nat. & Gent. Lib. I Cap. I §. 6, 7,* in qua re Autor noster, suum philosophandi magistrum secutus, satis acute disputat, si in similitudinibus, quæ, ex veteri proverbio, dissimilitudines habent, acumen & accuratio summa teneri satis potest. Proximus libellus, qui dicitur *Elementa theoriæ possessionis atque dominii*, materiam disputandi & cogitandi fortasse præbebit Autori. Fortassis enim definitio *dominii* non omnino omnibus probabitur. Est enim secundum Autorem *jus de rei substantia & possessione disponendi.* Dubitabunt autem aliqui, dominium veneni pestilentissimi esse jus de ejus substantia & possessione disponendi ita, ut ad parvulos imprudentissimos perveniat. Ac fideicommissa dominia sunt, sed definitioni Autoris inimica. Neque dominium remediorum efficacissimorum jus esse videtur de substantia rei & possessione disponendi, nisi cautio summa & prudentia singularis adhibeatur. Jam *Carmen heroicum* videre licet, Illustrissimo *Bernhardo* L. B. *de Zech* consecratum, & *Ideam civilitatis ecclesiasticæ*, Illustriss. *Christ. Gottlieb de Holtzendorf* dicatam, & *Theologum ex antiquitate ecclesiastica formatum*, cum *U. G. Sibero*, Viro in Historia ecclesiastica versatissimo, gratularetur Autor de Doctoris

 Theo-

Theologi gradu, & *Consolationem Justi Christ. Thorschmidii*, Past. Anab. & *duas Epistolas ad Auditores*. Ex Elogio *Urbani Godofredi Siberi*, Viri de *Actis* nostris olim meritissimi, potiora momenta proxime repetemus.

Historische Abhandlung von gelehrten Sächsischen Fürsten, 2c.
id est,
EXERCITATIO HISTORICA DE ERUDITIS Saxoniæ Principibus, Autore JOANNE FRIDERICO JUGLERO.

Lipsiæ & Jenæ, apud Jo. Frid. Ritterum, 1740, 8.
Plag. 6.

Opusculi hujus Autor politissimus, a cujus eleganti ingenio, cultissimaque doctrina, egregia sibi quæque doctus orbis spondet, patriæ suæ historiam aliquando pertractans, non sane paucos invenit Principes, qui in summo, quod occuparunt, dignitatis fastigio suavissimum cum Musis commercium habuerunt. Quos ipsos Heroes literatos cum nemo ante, quantum illi quidem innotuit, data opera descripserit; harum rerum amatoribus inservire se aliquantum posse arbitratus est, si eorum augeret numerum, qui enarrandis Principibus eruditis studii nonnihil temporisque impenderunt. *Duabus* consilium, quod mente conceperat, *Sectionibus* executus est. *Prima* Saxonicos Imperatores, & Principes potentissimæ hujus Domus Electores, refert. Differit igitur de *tribus Ottonibus*; de *Henrico II*; de *Friderico Sapiente*; *Joanne Constante*; *Joanne Friderico I*; *Augusto*; *Christiano I*; *Jo. Georgio II*, ejusque filia, *Erdmutha Sophia*; (cui similes fœminini generis Principes passim exhibuit,) de *Jo. Georgio IV*; de *Friderico Augusto I*; *Friderico Augusto II*, qui mitissimo jam patrias terras imperio regit; denique *de Friderico Christiano*, Principe Saxonum hærede, qui, gloriosissimorum Majorum exemplo inflammatus, feliciora quotidie in studiis literarum incrementa capit, indelebile aliquando seculi nostri decus, posteris autem miraculum, futurus. Sectio *altera* reliquos Saxoniæ Principes complectitur. Locum in hac summo jure occupant *Georgius Barbatus*, ejusque filia, *Christina*;

ſtina; *Georgius III*, Princeps Anhaltinus; *Jo. Fridericus II*; *Jo. Guilielmus*, Dux Vinarienſis, ejusque conjux, *Dorothea Suſanna*; *Joachimus Erneſtus*, Princeps Anhaltinus; *Fridericus Guilielmus*, Altenburgenſis; *Jo. Caſimirus*, Coburgenſis; *Jo. Georgius I*, Anhaltino-Deſſavienſis; *Joannes II*, Vinarienſis, & conjux ejus, *Dorothea Maria*; *Auguſtus*, Anhaltino-Plotzkavienſis; *Ludovicus*, Anhaltinus, & illius conjux, *Amœna Amelia*, ac filia Princeps, *Ludovica Amœna*; *Joannis II* filius, *Fridericus*; *Jo. Caſimirus*, *Chriſtianus II*, ejus filia, *Erneſta Auguſta*, & *Guilielmus Ludovicus*, Anhaltini Principes; *Guilielmus M.* Vinarienſis; *Erneſtus Pius*; *Auguſtus*, Weiſſenfelſenſis; *Bernhardus*, Jenenſis; *Guilielmus*, Hartzgerodienſis; quatuor *Erneſti Pii* filii Principes, *Fridericus*, *Albertus*, *Bernhardus*, & *Chriſtianus*; *Carolus Guilielmus*, Anhaltino-Serveſtanus; *Guilielmus Erneſtus*, Vinarienſis; *Mauritius Guilielmus*, Citicenſis; *Jo. Georgius* & *Jo. Guilielmus*, Iſenacenſes; *Erneſtus Ludovicus*, Meinungenſis; *Jo. Guilielmus*, ultimus Jenenſis lineæ Princeps; & *Fridericus Auguſtus*, Citicenſis. Omnes hos eo collocare Autor ordine ſtuduit, quo nati fuerunt; nonnunquam tamen, ſi res ita exigere videretur, inde receſſit. Principes Anhaltinos quin poſſet in Saxonicorum referre numerum, eo minus dubitavit, quo certius eſt & exploratius, eosdem ab *Henrico I*, *Bernhardi*, Saxoniæ Ducis, filio, repetere originem, ſimulque per matrimonia complura cum Sereniſſimis Saxonum Principibus, & *Albertinæ*, & *Erneſtinæ*, ſtirpis, feliciſſime fuiſſe conjunctos. Vides nunc, Lector, quam ferax celſiſſimorum ingeniorum Saxonia fuerit. Et ſunt profecto inter hæc Principum multi, qui tam proſpero ſucceſſu literis navarunt operam, ut per omnem ætatem nihil egiſſe aliud videantur, cum tamen ſimul de factis eorum heroicis plurima commemorent hiſtoriarum monumenta.

APOLOGIE DES DAMES APPUYEE SUR L'HISTOIRE, &c. id eſt,

*APOLOGETICUS FOEMINARUM, HISTORIÆ ſuperſtructus, Autore illuſtri Fœmina de ***.*

Pariſiis, impenſis Didoti, 1737, 8.
Plag. 12½.

Sunt

xima interdum vanitatis & charlataneriæ significatio animadver-
Pag. 49. tatur. Quod ad Tuliparum propagationem attinet, fit ea vel
50. per propagines, vel per semina. Quodsi prior placeat modus,
51. 52. multa observare decet in eximendis, conservandis, denuoque
terræ mandandis, bulbis, quæ cautiones hic bona fide enarran-
tur. Neque etiam minus ratione posterioris modi variæ com-
53. 55. memorantur de eligendo seminandoque semine, & bulbo-
58. rum, hinc orientium, recto cultu fotuque, præceptiones. Uter
autem ex his propagandi modis utri præstet, difficile est di-
ctu, & pro cujuslibet ingenio rectius definitur. Priorem
modum illi præcipue sibi commendatum habeant, qui elegan-
tiores species conservare, & quamprimum multiplicare cupiunt;
59. posteriorem autem illi, qui novis potius speciebus & varieta-
te delectantur. Terra etiam, in qua felicius germinant Tuli-
pæ, indicata, demum ad floris, tanquam partis principis, con-
templationem venitur. In illo autem ita ars, venustas, & a-
60. mœnitas, copulantur, ut propterea floribus aliis quibusvis,
61. Violis etiam, Hiacynthis, Narcissis, Tazettis, Jonquiliis, Ra-
65. nunculis, Anemonis, Cariophyllis, & Rosis, antecedat. Magni-
ficentia hæc & amœnitas Tuliparum non uno modo oblectat
68. oculos, Deumque autorem declarat. Quæ sit omnium venu-
72. stissima, difficulter admodum decernitur; nigra saltem eminen-
76. tiori quodam loco digna haud videtur. Ipsa autem pulchri-
78. tudo ad regulas artis pictoriæ dijudicari nequit, aliique aliam,
79. ut exemplis constat, elegantissimam esse putaverunt. Quæ-
dam tamen venustatis indicia tum ex structura, tum ex colo-
81. ribus, petenda sunt. Præter hæc denique ars tentavit va-
ria, quibus Tuliparum decus augeret, quæ olim inter res ma-
85. xime arcanas fuerunt relata. Nunc enim colores adhuc emen-
dare, & longe elegantiores reddere, laborat; quam in rem hic
88. varia remedia recensentur; nunc simplices in plenas converte-
89. re, nunc odoris defectum, cujus causæ probabiles hic variæ
afferuntur, compensare, & odorem flori velut obtrudere, nunc
93. florendi tempus vel maturare, vel differre, nunc ipsum floren-
94. di actum diutius extendere, vel conservare, nunc florum ele-
95. gantias & varietates in conclavibus quoque repræsentare, co-
natur.

natur. De valore harum regularum non nisi per experimenta judicare licet. Minimum videtur, id, quod naturæ conditor ratione temporis, modique florendi, & aliorum momentorum, constituit, optimum esse, nec ulla emendatione egere. Ceterum variis casibus hostibusque patent Tulipæ, Pag. 98.
ex quibus posterioribus aves cumprimis phasiæ eorum bulbos 100.
avidissime appetere solent. Inter morbos numerantur uredo, 101.
vermis, & cancer. Usus Tuliparum in medicina nullus ad- 104.
huc liquet. Fortassis earum petala, ex hypothesi Illustris *Hoffmanni*, 105.
propter glutinosam suam & glabram substantiam, morbis, ex acrimonia humorum natis, tanquam malva & populus
remedium afferrent. Bulbus, saccharo conditus, instar Rad. Saty- 106.
rii ad excitandam venerem ex relatu Helvetii cujusdam valet.
Chinenses ex iis atramentum conficere traduntur, quod nulla 107.
re temporisve injuria deleri queat. Inter memorabilia Tuliparum tria hæc etiam referuntur: primum, quod, qui dupli- 108.
cem plantarum sexum comminiscuntur, inprimis ad Tulipas provocent, quam tamen rem multis adhuc circumseptam esse 109.
dubiis, Noster opinatur, ad eandemque accuratius perquiren- 112.
dam, Illustrem *Wolffium* publice invitat; alterum, quod *Mariottus* aliique, eorum sententiam, qui, in primo semine omnes omnino plantas fuisse absconditas, arbitrantur, confutaturi, iti-
dem ad Tulipas provocent; tertium, quod, quamvis caulis 115.
cujusvis bulbi ex hujus meditullio ac veluti corde prodeat, tamen, quando suo tempore bulbus e terra rursus eruitur, ejusdem caulis reliquiæ, si quæ supersunt, bulbo exterius, & hoc modo, adjacere solent, ac si e latere fuissent prognatæ,
neque hoc situ se in florem induissent. Ipsa florum conditio, 121.
qualis, absoluto florendi tempore, cernitur, ut indicat, quam
vana & fluxa sint omnia, etiam vita humana; ita illud singula- 124.
re est, quod a nonnullis traditur, lineamenta & flammas in Tulipis tam multiplicis formæ & coloris, a quibus maximum ornamentum capiunt, infirmitatis in bulbo significationem date, & metuendum prorsus esse, ne, quo elegantior comtiorque Tulipa in hoc velut orbis theatrum veniat, eo minus redeat in posterum, sed ipse bulbus cum propaginibus sensim

 sensim-

ſenſimque intercidat. Quæ omnia quam eleganter Illuſtris Autor explicaverit, & pulcherrimis diſtinxerit ſententiis, Poetarumque e Germanis præſtantiorum luminibus, nunc haud dubie ex ipſo libello Lectores harum rerum amantes & curioſi perſpicere geſtient. Acceſſit in fine catalogus Tuliparum, quæ in horto Durlacenſi ad *Caroli Requiem* (Carlsruhe) ſito, A. 1740 cultæ, & ad vendendum publice fuerunt propoſitæ, quo 2159 ſpecies, nimirum 268 præcoces, 811 ſerotinæ, 204 earum, quas *Baguettes* vocant, 672 illarum, quas *Biſardes* appellant, 89 unicolores, 100 flore pleno præditæ, enumerantur.

FRANCISCI CAROLI CONRADI, JCTI & Anteceſſoris in Academia Julia, Parergorum Libri quatuor, in quibus Antiquitates & Hiſtoria Juris Romani illuſtrantur, varia ejus Juris, aliorumque Autorum, loca emendantur & explicantur. Accedunt in Præfatione nova curæ ſecundæ, & obſervationes reliquæ ad hos Libros.

Helmſtadii, ſumtibus Chriſt. Frider. Weygandi, 1740, 8.
Plag. 7, cum Fig. æn. 1.

Ex merito laudavimus in Annalibus noſtris politiſſima illa *Parerga*, quæ ante ſeptennium divulgare cœperat reconditæ Vir doctrinæ, & præſtantiſſimis Germaniæ JCtis annumerandus, *Franciſcus Carolus Conradi*. *Primus* nunc eorundem *Tomus* proſtat, cui præſens adjecta eſt opella, non tripartitum modo, Autorum ſcilicet, locorum Juris illuſtratorum, & rerum denique, Indicem, ſed varias etiam doctiſſimasque obſervationes ad *quatuor* hos *Libros*, exhibens. Cum enim latiſſimus horum ſtudiorum ſit campus, &, qui in eum ſe immiſerunt, ingens ſcriptorum multitudo; Cel. Autor, quotidianæ librorum optimorum lectioni affixus, non potuit non animadvertere complura, quæ oculis ipſius, quanquam lynceis, antea non obvenerant. Hæc autem ipſa quantum ſelectiſſimis ejus argumentis lucis affundant, facile perſpicient omnes,

omnes, qui tam amœnam diligentissimi Viri Musam coluerunt semper, amarunt, amplexi sunt. Nos hoc optamus unice, ut *primum* hunc *Parergorum Tomum* sequantur mox plures; quod si evenerit, novis, iisque utilissimis, accessionibus locupletabitur JCtorum elegantiorum respublica, exterique in Consultissimo *Conradi* alterum refulgere *Heineccium*, proh nunc ereptum nobis! χαίροντες χαρὰν μεγάλην intelligent.

M. JO. MARTINI CHLADENII OPUScula Academica, ante separatim edita, nunc vero in unum Volumen collecta, & Præfatione Autoris, nec non Elogio Urbani Godofredi Siberi, aucta.

Lipsiæ, sumtibus hæredum B. Lanckisii, 1741, 8.
Alph. 1 plag. 2½.

In Præfatione Autor doctissimus, quæ judicia literatorum de se facta sint, memorat, &, primum se esse, ait, qui possessionis notionem & species, itemque occupationis & traditionis notiones, accuratione philosophica exposuerit. Illud etiam, quod in scientiis sublime est, primum se contra eos, qui de perspicuitate nimis glorientur, demonstrasse dicit. Alibi præter collectionis industriam nihil sibi vindicat, neque officii & humanitatis laudem contemnendam esse judicat. Quorsum *Urbani Godofredi Siberi*, cognati sui, Elogium refert. Simul promittit novum, idque philosophicum, artis hermenevticæ Opus, & Introductionem in Theologiam systematicam. Cujus utriusque Operis rationem expromit. Jam ad Opuscula ipsa enarranda veniemus. Primum est de præstantia & usu Scholiorum Græcorum, quæ exstant, in Poetas, sigillatim de emendatione ac interpretatione Poetarum. In ejus Præfatione *Henr. Stephani*, *G. F. Tryllitii*, & *Jo. Alb. Fabricii*, conata in hoc scriptorum genere prædicat. Scholiastas igitur legendos putat, propterea, quod tractent grammatica, historica, geographica, critica, antiquitates, moralia, alia, itemque quod stilo utantur claro, conciso, materiis subjectis accommodato, quod sint fere antiqui, quod sint docti, quod literis ab humanitate

appellatis serviant, allatis emendationibus, antiquis scripturis, citatis fideliter scriptorum aliorum testimoniis & consensu, suppeditatis synonymis, ejectis additamentis supervacaneis, veris interpunctionibus restitutis, luxatis & distractis vel etiam temere consociatis justo loco & ordine assignato. Ergo, artem interpretandi ex eorum operibus condisci posse, Cl. Autor putat; quam, cum perdifficilem reddant vocabula peregrina, vel semel occurrentia, Scholia sæpe alienissimo loco sublevent, rem ipsam autem, si hæc difficultatem afferat, declarare sæpe etiam soleant Scholiastæ. Huc fabulæ, rite perceptæ, cum multum conducant; eas ab istis eximie didiceris. Allegorias item penitus perspicies; picturisque, alibi atque alibi repertis, multa curatius cognosces. Fatetur tamen Autor, usquequaque multis Scholiastas vitiis obnoxios esse, quæ si cum eorum virtutibus compensentur, veremur, ne major malorum, quam bonorum, ad Scholiastarum lectores redundet copia. Huic Opusculo subjunxit Autor doctissimus de præstantia & usu Scholiorum Græcorum sigillatim in Historia & re numismatica Dissertationem. Hic, divisa Historia in sua genera, occurrit iis, qui, a Poetis historiam exspectandam esse, negant, nec proinde magis ab eorum interpretibus, Scholiastis. Sed, utrobique tamen nonnunquam historias tractari, exemplis constat. Ac, licet græca fides proverbio sit notata, fuere tamen in Græcia homines etiam graves. Ipsa autem Scholiastarum inter se dissensio, & ab reliquis Historicis discessio, in medio relinquenda esse statuitur. Recte autem in historiis suorum temporum Scholiastæ fidem mereri dicuntur; nisi forte Poetarum & fabularum studium, quod valde est credibile, mores eorum inquinarit. In Historia literaria inventiones artium, harumque propagationes, literatorum ætates, & similia, Scholiastis deberi, affirmatur. Sententias quoque hominum sapientium & sectarum in Scholiastis cognoscimus. Criticæ artis exempla indidem repetuntur. Ad usum Scholiastarum in numis quod attinet, *bos, noctua, collybus, obolus,* quid notaverint, ostendunt Scholiastæ. Figuras, in numis expressas, *Dianæ, Bellerophontis, Securis, Labyrinthi,* cet. a Scholiastis explicari, novimus. Nec satis avium, quadrupedum,

dum, ceterorumque animalium, rationes in numis explicabuntur, nisi adjuvet Scholiasta. Nomina Regum aliorumque hominum, numis inscripta, Scholiastæ itidem illustrarunt. De reliquo lectores suos Autor ad *Jo. Meursium* & *Ez. Spanhemium* allegat. De *Sublimi in scientiis* deinde agit Cl. Autor. Illud definit esse, quod, nisi intellectis ante pluribus aliis, intelligi nequeat. Sublimitas igitur reperitur in generibus superioribus, in abstractionibus, ac per consequens etiam in judiciis, in ratiocinationibus, in demonstrationibus, quibus alia judicia, ratiocinia, demonstrationes, viam muniunt. In scientiis igitur etiam ipsis sublime dari, conceditur. Sequitur *Theoria definitionum, exemplis potissimum mathematicis illustrata.* Fuit ea præmissa præceptionibus philosophicis. Huic succedit *Sylloge sententiarum Leibnitianarum in usum Collegii disputatorii.* Tales sunt e. g. Justitia est charitas sapientis; jucundum est, in ipsa veterum simplicitate & solœcismis humani ingenii & linguarum vicissitudines observare, &c. Insequitur *Status civilis cum spatio comparatus ad Pufendorfii Jus Nat. & Gent. Lib. I Cap. I §. 6, 7*, in qua re Autor noster, suum philosophandi magistrum secutus, satis acute disputat, si in similitudinibus, quæ, ex veteri proverbio, dissimilitudines habent, acumen & accuratio summa teneri satis potest. Proximus libellus, qui dicitur *Elementa theoriæ possessionis atque dominii*, materiam disputandi & cogitandi fortasse præbebit Autori. Fortassis enim definitio *dominii* non omnino omnibus probabitur. Est enim secundum Autorem *jus de rei substantia & possessione disponendi.* Dubitabunt autem aliqui, dominium veneni pestilentissimi esse jus de ejus substantia & possessione disponendi ita, ut ad parvulos imprudentissimos perveniat. Ac fideicommissa dominia sunt, sed definitioni Autoris inimica. Neque dominium remediorum efficacissimorum jus esse videtur de substantia rei & possessione disponendi, nisi cautio summa & prudentia singularis adhibeatur. Jam *Carmen heroicum* videre licet, Illustrissimo *Bernhardo* L. B. *de Zech* consecratum, & *Ideam civilitatis ecclesiasticæ*, Illustriss. *Christ. Gottlieb de Holtzendorf* dicatam, & *Theologum ex antiquitate ecclesiastica formatum*, cum *U. G. Sibero*, Viro in Historia ecclesiastica versatissimo, gratularetur Autor de Doctoris

Theologi gradu, & *Consolationem Justi Christ. Thorschmidii*, Past. Anab. & *duas Epistolas ad Auditores.* Ex Elogio *Urbani Godofredi Siberi*, Viri de *Actis* nostris olim meritissimi, potiora momenta proxime repetemus.

Historische Abhandlung von gelehrten Sächsischen Fürsten, 2c.

id est,

EXERCITATIO HISTORICA DE ERUDITIS Saxoniæ Principibus, Autore JOANNE FRIDERICO JUGLERO.

Lipsiæ & Jenæ, apud Jo. Frid. Ritterum, 1740, 8.
Plag. 6.

Opusculi hujus Autor politissimus, a cujus eleganti ingenio, cultissimaque doctrina, egregia sibi quæque doctus orbis spondet, patriæ suæ historiam aliquando pertractans, non sane paucos invenit Principes, qui in summo, quod occuparunt, dignitatis fastigio suavissimum cum Musis commercium habuerunt. Quos ipsos Heroes literatos cum nemo ante, quantum illi quidem innotuit, data opera descripserit; harum rerum amatoribus inservire se aliquantum posse arbitratus est, si eorum augeret numerum, qui enarrandis Principibus eruditis studii nonnihil temporisque impenderunt. *Duabus* consilium, quod mente conceperat, *Sectionibus* executus est. *Prima* Saxonicos Imperatores, & Principes potentissimæ hujus Domus Electores, refert. Disserit igitur de *tribus Ottonibus*; de *Henrico II*; de *Friderico Sapiente*; *Joanne Constante*; *Joanne Friderico I*; *Augusto*; *Christiano I*; *Jo. Georgio II*, ejusque filia, *Erdmutha Sophia*; (cui similes fœminini generis Principes passim exhibuit,) de *Jo. Georgio IV*; de *Friderico Augusto I*; *Friderico Augusto II*, qui mitissimo jam patrias terras imperio regit; denique *de Friderico Christiano*, Principe Saxonum hærede, qui, gloriosissimorum Majorum exemplo inflammatus, feliciora quotidie in studiis literarum incrementa capit, indelebile aliquando seculi nostri decus, posteris autem miraculum, futurus. Sectio *altera* reliquos Saxoniæ Principes complectitur. Locum in hac summo jure occupant *Georgius Barbatus*, ejusque filia, *Christina*;

stina; Georgius III, Princeps Anhaltinus; *Jo. Fridericus II*; *Jo. Guilielmus*, Dux Vinariensis, ejusque conjux, *Dorothea Susanna*; *Joachimus Ernestus*, Princeps Anhaltinus; *Fridericus Guilielmus*, Altenburgensis; *Jo. Casimirus*, Coburgensis; *Jo. Georgius I*, Anhaltino-Dessaviensis; *Joannes II*, Vinariensis, & conjux ejus, *Dorothea Maria*; *Augustus*, Anhaltino-Plotzkaviensis; *Ludovicus*, Anhaltinus, & illius conjux, *Amœna Amelia*, ac filia Princeps, *Ludovica Amœna*; *Joannis II* filius, *Fridericus*; *Jo. Casimirus, Christianus II*, ejus filia, *Ernesta Augusta*, & *Guilielmus Ludovicus*, Anhaltini Principes; *Guilielmus M.* Vinariensis; *Ernestus Pius*; *Augustus*, Weissenfelsensis; *Bernhardus*, Jenensis; *Guilielmus*, Hartzgerodiensis; quatuor *Ernesti Pii* filii Principes, *Fridericus*, *Albertus*, *Bernhardus*, & *Christianus*; *Carolus Guilielmus*, Anhaltino-Servestanus; *Guilielmus Ernestus*, Vinariensis; *Mauritius Guilielmus*, Citicensis; *Jo. Georgius* & *Jo. Guilielmus*, Isenacenses; *Ernestus Ludovicus*, Meinungensis; *Jo. Guilielmus*, ultimus Jenensis lineæ Princeps; & *Fridericus Augustus*, Citicensis. Omnes hos eo collocare Autor ordine studuit, quo nati fuerunt; nonnunquam tamen, si res ita exigere videretur, inde recessit. Principes Anhaltinos quin posset in Saxonicorum referre numerum, eo minus dubitavit, quo certius est & exploratius, eosdem ab *Henrico I*, *Bernhardi*, Saxoniæ Ducis, filio, repetere originem, simulque per matrimonia complura cum Serenissimis Saxonum Principibus, & *Albertinæ*, & *Ernestinæ*, stirpis, felicissime suisse conjunctos. Vides nunc, Lector, quam ferax celsissimorum ingeniorum Saxonia fuerit. Et sunt profecto inter hæc Principum multi, qui tam prospero successu literis navarunt operam, ut per omnem ætatem nihil egisse aliud videantur, cum tamen simul de factis eorum heroicis plurima commemorent historiarum monumenta.

APOLOGIE DES DAMES APPUYEE SUR L'HISTOIRE, &c.
id est,
*APOLOGETICUS FOEMINARUM, HISTORIÆ superstructus, Autore illustri Fœmina de ***.*

Parisiis, impensis Didoti, 1737, 8.
Plag. $12\frac{1}{2}$.

Sunt

Sunt omnino, qui seu serio, seu per jocum, fœminas ad res momenti minoris expediendas, ad tractandam lanam linumque, ad genus vitæ vilius, natas aptasque esse, contendunt. Huic opinioni ut iretur publice obviam, multæ dudum suaserunt, reque ipsa effecerunt, doctæ elegantesque tum virgines, tum matronæ. In præsens fœminæ fuit lubitum, nisi mas quidam sub ea delitescere maluerit, ostendere, nec judicio, nec ingenio, nec memoria, nec reliquis virtutibus, fœmineum genus inferius esse masculino. Quem in finem ex scriptoribus sacris ac profanis exempla eximiarum illustriumque fœminarum collegit, & ea stilo elegantissimo disposuit concinnavitque. Memoratu digna est illa animadversio, *Rebeccam* a Deo fuisse edoctam, geminos inesse utero suo populos, natuque minorem fore majoris dominum, eam isthæc tacuisse, ac ob admonitionem divinam curas eo intendisse, ut natu minorem apprecationis paternæ redderet participem. Jocosa vero ea est ratio, quam Autor de origine volubilitatis linguarum, & elegantia sermonis, qua effulgeat sexus fœmineus, affert, rata, viros interfuisse exstruendæ turri Babel, fœminas haud æque. Non vacat ex Opere integro ea communicare, quæ alioqui maximam partem satis sunt comperta. Comtam & deliciosam scribendi rationem calamus noster masculinus nec transfundere in Latinum, nec imitari, potest. Quare nemo mirabitur, si Lectorem ad fœminas & sapientia, & prudentia, & fortitudine, illustres ipsas remittamus. Id vero dolemus exemplis comprobatum haud esse, facultatem imaginationis inesse fœminis majorem, quam masculis virisque, eamque ob causam fœminas ad callida & ingeniosa consilia, ad inventa politica & varia strategemata, ad superstitionem & fanaticismum, haud esse prorsus inhabiles, adeo, ut, qui novos religionis modulos comminiscantur, ad anchoram sacram sexus fœminei confugiant, idque, quod rationibus ipsorum deest, suffragiis nonnunquam fœmineis supplere conentur. Illud vero spirat propemodum scriptorem virum, quod Autor perhibet, eo quemque esse religiosiorem ac probiorem, quo magis sit philosophus, ac *Ciceronem* in Libris *de Natura Deorum* sententias amplexum esse, a cultore simulacrorum prorsus alienas.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Octobris Anno MDCCXLII.

HISTOIRE DES ANCIENS TRAITEZ, &c.

hoc est,

HISTORIA PACTORUM ANTIQUORUM, SEU Notitia historico-chronologica Pactorum & Fœderum, in Autoribus Græcis ac Latinis, aliisque Antiquitatum monumentis, obviorum, a vetustissimis inde temporibus usque ad Caroli M. ætatem deducta, opera & studio Domini BARBEYRACII, *Jurium Doctoris ac Professoris in Academia Groningensi publici.*

Tomi II.

Amstelodami & Hagæ Comitum, apud Jansonio-Waesbergios, Wetstein & Smith, & Z. Chatelanium, &c. 1739, fol. maj.

Tom. I Alph. 5 plag. $6\frac{1}{2}$, Tom. II Alph. 4 plag. 12.

Majorem nominis famam politissimis ingenii monumentis consecutus est doctissimus *Barbeyracius*, quam ut opus ei sit laudibus nostris, quibus alias scripta laude digna eruditi orbis civibus solemus commendare. Præsens multarum vigiliarum stupendæque Opus molestiæ decus decori addit, in quo quippe concinnando ita versatus est Vir industrius, ut Historicum agat & accuratum, & felicem, nec minoris ingenii, quam judicii, Criticum sese exhibeat. Quanquam enim hunc præcipue finem esse voluerit laboris sui, ut de omnibus, quantum quidem fieri potuit, antiquarum gen-

tium pactis, argumento a nemine adhuc pertractato, paulo uberius exponeret; in hoc tamen constituto campo, cum evolvenda crebro essent & veterum & recentiorum Autorum scripta, pulcherrima simul, quasi herba irrigua, ut cum *Plauto* loquamur, quantivis pretii observationum copia succrevit, ex qua sane locorum vel intellectu difficillimorum, vel parum recte se habentium, quam plurimi lucem fœnerantur clarissimam. Nos igitur jure summo historiarum & criticæ artis cultoribus, qui ad æterni Operis lectionem accedent, exoptatissimos pollicemur fructus; quod ut eo magis sibi persuadeat unusquisque, servabimus & hic morem nostrum, quædam daturi specimino, quæ nobis præ aliis visa sunt notatu digniora. *Tomus primus* pacta recenset, & ubique quidem ordine chronologico, quæ usque ad natum Servatorem inita inter diversos fuerunt populos; *Tomo* autem *altero* argumentum suum Cel. Autor a Christo nato usque ad *Caroli M.* ætatem eleganter persequitur. Ipsa ea pacta varii & multiplicis generis sunt, planeque nonnunquam singularia. Pertinent enim alia ad sacra, v. g. templorum curam & inspectionem, jus asyli, libertatem conscientiæ; alia arctioris amicitiæ vinculo populos constringunt; alia dicuntur fœdera offensiva ac defensiva, vel defensiva tantum; alia de finibus cujuslibet territorii regundis, de commerciorum flore provehendo, de hospitalitate Regum & populorum, de transitu ac reditu exercituum per terras alienas, de induciis in triginta, quadraginta, quinquaginta, imo & in centum, annos faciendis, ac de rebus longe pluribus, decernunt, quas in Præfatione commemoravit præstantissimus Autor. In notissimo illo bello Thebano, quod *Eteocles* & *Polynices*, fratres, inter se gesserunt, *Creon*, qui tunc temporis *Laodamatis*, *Eteoclis* filii, loco regno præerat, permittere hostibus nolebat mortuorum sepulturam. *Adrastes*, Argi Rex, qui auxilio adfuerat *Polynici*, opem *Thesei* implorabat, Atheniensium Regis, qui, missis Thebas Legatis, obtinebat pacto quodam, quod frustra postulaverat *Adrastes*, prout hoc a *Plutarcho* confirmatum, antiquis nixo testimoniis. Id quidem negari nequit, quod præter *Euripidem*, quem ipse in partes suas

Tom. I pag. 10.

Plutar-

Plutarchus vocavit, alii asserant, *Creonem* neutiquam dedisse locum *Thesei* precibus, qui propterea bellum illi indixerit, & coegerit eum armorum vi, ut demortuorum traderet cadavera, quæ *Theseus* deinceps in Attica sepelienda curaverit. Sed, facile has sibi obstantes conciliari posse sententias, Celeb. Autor existimat, dummodo posueris, quod pax iterum sit constituta hac quidem conditione, si concederet *Creon*, quod initio negaverat. Interim tamen, quocunque modo se res habeat, *Philocores*, quem *Plutarchus* testem adduxit, affirmasse pro certo perhibetur, primum hoc fuisse pactum de sepeliendis, qui in bello ceciderant, militibus; qua vero in re non consentientem habet ille Autor *Plutarchum*, remittentem nos ad vitam *Herculis*, jam pridem inter ejus opera desideratam, in qua, heroem hunc permisisse primum sepulturam hostium, memoraverit. Haud vulgarem profecto, notatuque propterea dignissimam, in servandis promissis Arabum fidem laudat *Herodotus*, & solennes, cum paugenda essent fœdera, eorum ritus docet. Scilicet homo quidam, inter paciscentes constitutus, utriusque palmam, prope pollicem, acuto incidebat lapide, adhibitaque eam in rem de vestibus eorum parte aliqua, septem lapides, huic ritui destinatos, sanguine, inde profluente, tingebat, *Bacchum* eodem tempore & *Uranien* implorans, quæ sola erant hujus populi Numina. Quendam *Justini* locum, quem omnes Autoris hujus Editores intactum plane reliquerunt, oculo contemplatur critico Cel. *Barbeyracius*. Verba Historici hæc sunt: *Interim Pisandrus, ab Agesilao proficiscente dux patriæ relictus, ingentem classem summis viribus instruit,* &c. Quid, quæsumus, hic sibi volunt voces: *dux patriæ?* Autor noster, *Justinum* scripsisse, suspicatur, *dux maris*, pro *maris* autem ineptum posuisse scribam *matri*, cujus verbi cum sensus hic plane nullus fuisset, peritiorem paulo scribam *matri* immutasse in *patriæ*. Antiquissimis temporibus gentes fœdera, cum aliis inita, in columnis insculpsisse publicis, hinc inde ostendit, exemplisque probavit, elegantissimi ingenii *Barbeyracius*. Jam hoc loco refert, demolitionem columnarum ejusmodi signum fuisse evidentissimum, quod pars paciscens non amplius ser-

Pag. 66. 181. 238.

 vare

Pag. 317. vare fœderis jura voluerit. Singulare prorsus, & rerum notatu dignissimarum plenum, est monumentum illud historicum de *Ptolemæo Evergeta*, Ægypti Rege, quod, licet jam sæpius a viris doctissimis vel separatim, vel cùm aliis opusculis conjunctim, sit editum, operæ tamen se facturum putavit pretium Cel. Autor, si denuo in conspectum publicum produceret. Græco sermone compositum, erectumque olim fuit in urbe quadam Æthiopiæ, cui Adula nomen. Periisset hoc sine dubio, nisi faustis auspiciis curioso obvenisset oculo *Cosmatis*, Monachi, qui commerciorum causa ad extremos usque Indos navigaverat. Constitit dictum monumentum, eodem describente, in grandiori quadam sella, ex albo marmore, elegantis artificis manu confecta, columnisque innixa, cum inscriptione, in qua pauca tantum deleta vetustate observaverat *Cosmas*. Ipsum vero Autoris hujus, qui *Justino* imperante vixit, opus, *Topographiæ Christianæ* titulo insignitum, anno demum hujus Seculi sexto cura *Montefalconii* ex antiquo quodam Codice MSto, qui in Vaticana Bibliotheca asservatur, impressum typis fuit. Plura cum de hoc, tum de monumento ipso, disserit *Barbeyracius*, quæ sane legisse pœnitebit neminem. Nos jam convertimur ad *alterum* docti Operis *Tomum*,
Tom. II ex hoc etiam ipso nonnihil in Lectorum gratiam addituri. *Lude-*
pag. 157. *wigius*, illustris Fridericianæ Cancellarius, eam notatur ob caussam, quod in Opere ætatem laturo *de Justiniani Vita pag. 327* affirmaverit, Imperatorem hunc fecisse pacem cum Persarum Rege in centum ac decem annos, & id quidem non ad annum 533, sed ad præcedentem potius, retulerit. Nihil profecto in scriptoribus, ab eo allatis, hac de re inveniri, Autor Celeberrimus
163. profitetur. Idem pactum inter *Justinianum*, & *Theodatum*, Regem Italiæ, accurate, more suo, commemorat. Scilicet *Belisarius* totam, & id sine armis propemodum, occupaverat Siciliam. Interim, cum esset in hibernis, impendentem sibi calamitatem, fortunæque adversæ turbinem, depellere studebat *Theodatus*, adhibitis minis quamplurimis cogens *Agapetum*, Pontificem, & urbis Romæ Senatum, ut omnes intenderent ingenii nervos, ne *Justinianus*, Imperator, longius arma produ-

producerет victricia. Imo exigebat etiam *Theodatus* a Pontifice *Agapeto*, ut ipse legationem obiret Constantinopolin; quod iter cum multos requireret sumtus, qui in promtu non erant, oppignerare debebat Pontifex ærario regio vasa rebus sacris destinata. At enim optato destituebatur successu isthoc *Agapeti* iter, & Imperator interferebat causam, se nimios jam erogasse sumtus ad exercitum conscribendum. Producitur etiam, sed, ex Autoris sententia, vix cum aliquo fundamento, Epistola *Cassiodori*, ex qua vulgo colligunt, Pontificem profectum esse comite *Petro*, Rhetore Constantinopolitano, quem *Justinianus* miserat ad *Amalasontben* atque *Theodatum*. *Procopius* ne verbo quidem injecit mentionem legationis istius, ab *Agapeto* susceptæ, quin videtur potius, ex narratione ejusdem, *Petrus* mansisse in Italia, ex quo legati titulo fulgens eo venerat. Sed periit forte, ceu suspicatur Cel. *Barbeyracius*, isthæc historiæ pars, in qua *Procopius* de *Agapeti* legatione exposuerat. Animadvertere enim ipsi contigit in editione *Hæscheliana pag. 172 lin. 8* stellulæ signum, quo indicare solet Editor, quæ desunt, loca. Ipsæ autem pacis conditiones, quas secreto tractavit cum *Petro*, *Justiniani* legato, *Theodatus*, hæ referuntur a *Procopio*: ut *Theodatus Justiniano* cederet omnem Siciliam; ut quotannis mitteret illi coronam auream, trecentarum librarum; ut tria millia Gothicorum militum subministraret Imperatori, si ei opus illis esset; ne *Theodatus*, sine *Justiniani* consensu, ad mortem damnaret Clericos, aut Senatores, nec eorum bona fisco addiceret; ne, si quendam ex sibi subditis creare Patricium, aut alium ei locum in Senatu concedere, vellet, sua id autoritate faceret, sed ante omnia Imperatoris expeteret permissionem; ut, si exhiberentur spectacula, ludique & cujuscunque generis solennitates instituerentur, quibus acclamatione publica applaudere populus soleret, primus nominaretur Imperator, post autem *Theodatus*; denique ne unquam erigeretur *Theodato* statua, sive ex ære, sive ex alia materia, conflata, nisi eodem tempore, & ad dextram quidem, poneretur talis statua *Justiniano*. Quid, quæsumus, durius, quid acerbius, his esse conditionibus potest? Nonne

ita ex Rege subditum fere cernis? Latius persequitur hoc, de quo paucis diximus, argumentum Præclarissimus Autor, & observationes hinc inde intermiscet, nec obvias ubique, nec indignas tanto Viro, quem totus Musarum chorus in deliciis habet, & aliquando, propter insignia in rempublicam literariam merita, consecrabit æternitati. Non sane parum ad id faciet exantlatus nunc feliciter labor, id est, Opus hoc præstantissimum, & vel ideo, quod in fronte *Barbeyracii* nomine superbit, satis commendabile.

D. Johann Jacob Rambachs, ꝛc. Gründliche und erbauliche Erklärung der Epistel Pauli an die Ebräer, ꝛc.

hoc est,

D. JOANNIS JACOBI RAMBACHII, S.S. Theol. Prof. Primarii, Primi Superintendentis & Consistorii Giessensis Assessoris, solida, & pietatis studio serviens, Epistolæ Pauli ad Hebræos declaratio, ex ejus MSto Codice, una cum duplici Appendice, Introductione, Observationibus, ac Indicibus, edita a D. ERNESTO FRIDERICO NEUBAUERO, S.S. Theol. Antiq. & Philol. S. & Oriental. P. P. Giessensi.

Francofurti & Lipsiæ, apud Wolfg. Ludov. Spring, 1742, 4. Alph. 4.

Nemo est, qui neget hodie, B. *Rambachium* in iis præcipuum aliquem promereri locum, qui sanctiores literas interpretandi studium ornarunt & amplificarunt. Quare laudabilis est omnino S. Rev. *Neubaueri* opera, quam & in hac ejus *Epistolæ Paulinæ ad Hebræos*, quondam exarata, *Declaratione* edenda posuit. Copiosa quidem est, quam præmisit, Introductio, sed lectu digna, quoniam nihil in ea protulit, quod a re proposita sejunctum videri queat. *Quinque* sunt,
Pag. 6. quæ in ea continentur, *Capita*, quorum *I* de *varia scriptorum*
13. *rum Rambachianorum fama* exponit, *II* de *Commentario*, cujus

cujus indicem dedimus, agit, ejusque brevem describit historiam. Ad *methodum* quod attinet, in eo adhibitam, hæc quidem de illa observata reperimus. B. *Rambachius* utilem elaboravit in hanc Pag. 17.
Epistolam introductionem. Tum vero *Capita* omnia & *versus* ad normam *Analyseos Logicæ* ponderavit & enodavit. *Nexum* 18.
& *orationis vinculum* ubivis attendit, & *sensum* legati Domini solide monstravit, immo & Socinianis identidem violati dogmatis Christiani, data occasione, diem dixit. In umbris ac ty- 19.
pis Leviticis Christum, præeunte S. *Paulo*, cum cura quæsivit & invenit. Omnia vero sic exposuit, uti studium veræ juvetur sanctitatis. Tot adsunt rerum testimonia, ut dubitari a ne- 20.
mine possit, hanc Declarationem ex B. *Rambachii* ore calamoque manasse. *Cap. III introductionem Rambachianam* auget, 21.
& *de canonica hujus Epistolæ autoritate*, de *Autore* illius, *lingua*, 25.
stilo, *affectu Apostoli*, nec non de *fine*, *divisione*, *excellentia*, 30 seq.
& *difficultate*, copiosius exponit. Commendantur præterea necessaria *interpretationis auxilia*, recitantur varii *interpretes* & *versiones*, neque omittuntur alia, illuc pertinentia. In *Cap.* 68.
IV ex *duobus subjunctis libellis* prior, qui de *privata communione* agit, consideratur, & B. *Rambachius*, qui huic certis de causis minime favit, adversus ignotum hominem defenditur. Postremo in *Capite V* alter, qui adjunctus est, libellus addu- 92.
citur, ejusque ratio breviter redditur. Usus erat D. *Rambachius* hac locutione: *Christus mortem spiritualem gustavit.* Hanc Vir quidam doctus, tanquam sanæ doctrinæ haud consentaneam, rejecerat. Sed amicus quidam B. *Rambachii* caussam ejus egit. Libellus igitur hic alter *vindicias* ipsas complectitur. Sub finem S. R. *Neubauerus* pollicetur, se in poste- 99.
rum B. *Rambachii Declarationem Matthæi & Marci*, *septem Epistolarum Apocalypticarum*, *Actorum Apostolicorum*, immo & *Collegium* ejus *Theticum*, publicæ luci expositurum esse. Nos certissimi sumus, multum commodi ex his *Rambachianis* ingenii monumentis, quæ manu sua exarata reliquit, in sanctiorem Servatoris civitatem redundaturum. Ut sunt homines, qui post mortem adhuc peccant; ita *Rambachius* in eorum numero, qui post fata bene agere pergunt, jure meritoque habetur.

tur. Noſtra nos opinio minime fallet. Perlegimus enim bonam hujus Declarationis partem, atque non verba tantum, ſed etiam dogmata Chriſtiana, hic enodata eſſe, inſigni cum voluptate obſervavimus. Dictio ejus & tota tractandi ratio facilis & concinna eſt, atque ita univerſe comparata, ut ſanctioris ſapientiæ cultoribus ſatis pro dignitate commendari nequeat. Optamus ex animo, ut S. R. Editor ad cogitata ſua perficienda ſecunda utatur valetudine, eundemque, ut reliquos libros, quos formis deſcribendos curabit, *Rambachianos* utiliſſimis ſuis & obſervationibus & indicibus etiam locupletet, publico nomine cohortamur.

TARAPHÆ MOALLAKAH, CUM SCHOliis Nabas, e MStis Bibliothecæ Leidenſis, Arabice edidit, vertit, illuſtravit, JO. JACOBUS REISKE.

Lugduni Batavorum, apud Jo. Luzac, 1742, 4.
Alph. 1.

Laudem omnino meretur eruditus Autor, quod ſeptem veterum Carminum Arabicorum, adeo celebrium, & in Caaba, ſeu templo Meccano, ſuſpenſorum, ſpecimen luci publicæ exponere voluerit. Ex eo enim tam Poeſis Arabum antiqua, quam varii eorum ritus ac mores, cognoſci poſſunt. In Præfatione primum de textus editione agit, ſimul & de ſcholiis, & variis variorum Commentariis in Moallakât; dein nonnulla monet de verſione ſua, &, quid potiſſimum in Notis fuerit ſectatus, innuit. Sequitur hinc Diſſertatio de nominibus & ætate Moallakât, denique ſex Poetarum vitæ ſtrictim percenſentur, totidemque Carminum argumenta, & fata *Taraphæ*, agmen claudunt. Carmen igitur, quod edidit, *Taraphæ*, & ſcholia, & omnia
Pag. 6. 7 seq. alia, quæ in Notis affert, deſumta eſſe ait Cl. *Reiskius* ex Codicibus MStis Bibliothecæ Leidenſis, iis præcipue, qui ſunt ex legato *Warneri*, ac dein agit de ſcholiis *Tebrizii*, *Nabaſi*, *Ibn Hes-*
11 ſeq. *bam*, & quibuſdam aliis. In verſione ac Notis id dedit operam, ut ſenſum Autoris & phraſium poeticarum indolem, ar-

gutiam ac leporem clara luce perfunderet, ac Cel. *Schultensii* benevolentiam, qua folia adhuc de prelo madida lustraverit, &, sicubi forte impegisset in versione, correxerit, summis laudibus effert. Historiam Moallakât pertexens, primo, ait, *suspensa* voacta esse, seu المعلقات, quod ad portam Caabæ, seu templi Meccani, suspenderentur, المذهبات *aurea*, quod literis aureis scripta essent, & السبع الطوال *septem longa*, quod ultra consuetum longa essent. Pag. 15 seq.

Attamen de earum antiquitate non nimis magnifice sentit, &, Chronologiam Arabum ante *Mohammedem* confusam esse, observat. 19 seq.

Ordo vero illorum Poematum sequens est. Scilicet *prima* Moallakah est *Amralkeisi*, *Kenditæ*, quam ob miram venustatem laudat. 24. seq.

In ea Autor inconstantiam amicarum suarum perstringit, sed formam commendat, voluptatum gustus, quos cum iis hauserit, prædicat, ferarum venationem, atque epulas, ex iis paratas, describit. Subjungitur his breve excerptum ex Autore, quo formæ amicarum & equorum Poetæ singulares comparationes annotat. *Secundam* Moallakah scripsit *Tarapha*, de quo ultimo loco agit. 26.

Tertius ordine est *Zobeir*, qui in hac Moallakah nonnullorum virtutes & beneficia in Arabes laudat, calamitates belli enumerat, ac funestas clades, quibus per 40 annos fuerant attriti, gentemque ferocem mansuetæ mentis amore imbuit, injurias esse ferendas, Deum esse earum vindicem, & alia salutaria monita cumulat. *Quartæ* Moallakah Autor est *Labid Ben Rabia*, alias *Abu Okeil* dictus. Carminis argumentum leve est. 29.

Exprobrat enim fastum amasiæ suæ & fugam, cui parem iram & vindictam minatur. Dives esse contendit, & confisus camelo suo, insignem ejus celeritatem laudat, tribum suam & virtutes ejus suasque prædicat. *Quintæ* Autor est *Antara*, *Ben Sheddad*, cognomine *Abu Gels*, in qua, ut in *sexta* Moallakâh, autore *Amru Ben Keltzum* scripta, 35 seq.

homo loquitur sui opinione inflatus, ac tota meris, ut ait, thrasoniasmis plena est. *Septima* vero, quæ est ab *Haretz Ben Heltza*, Autore suo, ceu sene, digna, gravis, rerum eventu magis, quam verbis, rem suam defendens. Est enim fere tota historica, cujus argumentum ex Præfatione Scholiastis *Tebrizii* adjicitur. 38 seq.

Ultimo loco *Taraphæ* vitam & infelicia fata enarrat.

 Hunc

Hunc criticum habuisse ait ingenium, aut potius hypercriticum, quod juvenis adhuc, at suo damno, prodiderit. Argumentum hujus Moallakah est, quod amasiæ suæ & camelorum præstantiam variis comparationibus hyperbolicis describat, & simultates cum affinibus suis, inprimis *Maleko*, qui stulti juvenis mores juste correxerat. Huic Tabulam Genealogicam, pro Moallakat ex variis monumentis concinnatam, adjungit. Sequitur nunc Carmen *Taraphæ* ipsum cum Scholiis *Ibn Nahas*, Grammatici, quorum pars Latine versa est a *pag. 3* usque ad
Pag. 39. *pag. 9.* Ex Notis quædam excerpemus. Observat, a describenda amasiæ suæ pulchritudine Carmen hoc auspicari Poetam, quod apud Arabes valde usitatum sit, quia eorum Poetæ amores fœminarum appetebant. De veterum Poetarum Arabicorum & recentiorum differentia *pag. 44*, & *pag. 110* de nominibus fœminarum Arabicarum, speciatim *dorcadis*, disserit; ibid. & *pag. 51* vocem Arabicam أطلال illustrat, *pag. 44* & *45*, ubi & de stibio, apud fœminas usu & glasti نووم dicti, *pag. 51* de voce عولي, genere quodam vecturæ per aquam, item de تبغليم ludo quodam puerili, *pag. 52* de voce أحوى oculorum & labiorum nigredine, fœminis Arabicis æstimata, *pag. 54 seq.* de veterum Arabum itineribus & excursionibus in remota loca, *pag. 59* de camelarum præstantia præ maribus, *pag. 68* vocem Hebraicam חשך cum Arabica حشك confert, *Mohammedem* idiotam fuisse, licet ipse dicat, difficulter se concipere posse, ait, *pag. 78* desertum glabrum seu vacuum omnibus herbis, cum speculo comparatum, *pag. 80*, & quasdam comparationes alias, passim miratur, ceu non adeo aptas, *pag. 82* de struthiocamelo, & ejus velocitate, quædam habet, *pag. 84* equi descriptio est singularis poetica, per varias comparationes, in quibus vivacis ingenii & calidioris phantasiæ vestigia insunt, *pag. 94* & *95*, quid sit habitatio in تلاع seu exelsis locis, ubi ignem late conspicuum alebant, ut viatores invitarent, exponit, *pag. 120* de bubone ex hominis mortui cerebro aut medulla spinali nato secundum Arabes, & occisi ultore, &c. Hæc quidem ex Notis, frequenti Scriptorum Arabicorum allegatione refertis, adducere voluimus, &, cum ipsi Autori erudito, qui difficili oppido labore defun-
ctus

ctus est in hujus Poematis versione, Notis illustrata, displicuerit in nonnullis ejus editio, ut in Præfatione fatetur, *pag. 14* & *pag. 31* novum ad Historiam vel Literaturam Arabicam pertinens, utilius scriptum ibidem promittit, quod avide exspectamus.

HET VORBEELD VAN VERDRAAGZAAM HEID ONder de goddelyke bezoekingen vertoond in de Uitlegging en Verklaaring van het Boek Jobs, &c.

id est,

IMAGO PATIENTIÆ, DIVINIS AFFLICTIOnibus probatæ, repræsentata in expositione Libri Jobi per GUILIELMUM DEURHOFF. Pars prima, complectens Capita priora septem.

Amstelodami, apud Christianum Peterssen, 1741, 4.

Alph. 4.

D*eurhoffii*, *Jobi* alterius, qui Operi huic immortuus fuit, liber, *Jobi* interpres, nondum penitus in lucem videtur prodiisse. Præter *Partem primam* apparuit nobis nihil, nisi 35 plagularum *Partis secundæ* complexus. Videntur nitor Operis, splendor virtutis *Jobi*, diligentia Commentatoris, ac egregiæ ad Deum concelebrandum, virtutemque excolendam, exhortationes, ab eodem ubique suppeditatæ, omnino esse dignæ, ut Opus integrum emittatur. Cœpit *Deurhoffius* A. 1708 orationibus sacris, e suggestu recitatis, certe earum in modum, librum *Jobi* illustrare, exponere, & in usus pios convertere. Anno jam 1717 finivit institutum expositionibus 394. Optandum fuisset, ut ipse interpres ultimam manum Commentario huic admovisset. Nihilo tamen secius Editor nihil eorum omisit, quæ ad expositiones singulas curate exhibendas facere queunt. Consuluit enim operam eorum, qui sermones, a *Deurhoffio* ex suggestu prolatos, literis olim exceperunt, ac, collatis inter sese recitationibus, in ordinem redegerunt, ab Autore observatum. Exstimularunt Editorem, ut Opus evul-

 garet,

garet, viri optimi, veritatis pietatisque studiosi. Exstiterunt
vero haud ita pridem homines, qui, quo fato & impulsu ne-
scimus, in scriptis hisce *Deurhoffianis Spinozismum* ac *Sociania-
nismum*, monstra profecto mutuis doctrinis sibi opposita, do-
minari, dictitarent. Significat hæc *Jo. van den Velde* in Præ-
fatione. Si quid nobis divinando licet assequi, objectata illa
Spinozismi & *Socinianismi* larva ex rationibus plane externis e-
nata fuit, siquidem in *Commentarii Parte prima*, & 35 plagulis
secundæ Partis, ne hilum quidem deprehendimus, ex quo su-
spicionem ejusmodi concipere liceat. Librum *Jobi* omnem
Autor eloquentissimus, nec a Philosophia, præcipue *Cartesia-
na*, imparatus, distribuit in *Sectiones tres* generales, quarum
prima Jobi fata offert *Cap. I* & *II*; *secunda* exhibet dialogos seu
colloquia *Cap. III-XLII v. 6*; *tertia* repræsentat exitum calami-
tatis amœnum *Cap. XLII v. 7-17*. *Sectiones* generales deinde in
divisiones speciales distribuit, sollicitèque has ob oculos lectoris
posuit. Symbolum nefariorum hominum putat esse belluam
Pag. 4. Behemoth, diaboli autem Leviathanum. Librum conscientiæ
existimat illuminari per Christum ob *Jo. I, 9, 2 Cor. IV, 6.* Cau-
5. sam sempiternam rerum ostendit esse Deum. Perfectam rerum
Deique notitiam putat beatorum esse in regno gloriæ com-
mercium stabile ac perpetuum. *Jobi* gesta & librum esse re-
2. ferenda inter parabolas, negat, ratus omnino, exponi indi-
dem veram rei factæ gestæque commemorationem. Patriam
Jobi haud definit. Ætatem ejus, ad 200 fere annos proro-
5. gatam, indicium esse credit temporis, *Mose* antiquioris, quo
Jobus, fortassis ex *Nachore*, vel *Abrahami* uxore, *Ketura*, natus,
floruerit. Sententiam suam ita tandem figit, ut, *Jobum* vi-
7. xisse circiter *Abrahami* ætatem, atque e nepotis *Semidæ*, *Utzi*,
posteris progenitum fuisse, decernat. Adjungit idem, piis in
hac vita res non semper ad votum sententiamque fluere, sed
lætis tristia misceri. A Deo dependere universa, quæ præter
8. eum existunt, eumque timore sancto esse prosequendum, so-
10. lide docet. Divitias ita esse adhibendas, ne stabilibus divites
excidant cœlestibusque bonis, pie monet. Beatitudinem pa-
rentum illustrari in vita æterna ex beatitudine piorum libero-
rum,

rum, qui ipsis tandem aggregantur, suspicatur. *Jobi* opulentiam perspicue recenset. Filios *Jobi* natalitios suos dies conviviis celebrasse, conjectat ex *Gen. XL, 20*, & *Matth. XIV, 6*, monens, dici *natalem* יוֹם cujusque *Job. III, 1*. Incidimus hic in diem, quam Christus vocat *diem suam Jo. VIII, 56*, & quam *Abrahamus* vidit lætus, eamque Christi natalem fuisse, credimus. Ebræos ex ritibus Ægyptiorum suscepisse cultus divini partes, negat Autor, adductus pronuntiatis Dei *Ex. XX, 23-26, Lev. XX, 23, XVIII, 3, Act. VII, 42, 43*. Sacrificiis Ebræorum solis Deum placatum fuisse, negat ob *Ps. L, 7, 8*. *Abelem* victimam Deo obtulisse, eamque ex cæsis ovibus sumsisse, incertum esse, pronuntiat. *Paulus* vero, victimam, θυσίαν, ab *Abele* oblatam esse Deo, tradit *Ebr. XI, 4*, & jam *Noachi* ætate discrimen exstitit bestias inter puras & impuras. Non tamen diffitemur, dari Protestantium permultos, & ipsum *Bernh. Henningum Witterum*, Lutheranum, qui negarunt, institutum victimarum ex Dei jusso ac promissione esse arcessendum. Judæos eadem sensisse, intelligitur ex *Abarbanelis Præfatione ad Levit. pag. 291*. Existimamus vero, *Abelem*, fide, quæ Deo ejusque verbis innititur, munitum, sacrificasse. Providentiam Dei generalem & specialem Autor extra dubitationis aleam collocat. *Filios Dei* existimat esse pios homines, non angelos; quorum *Job. I, 6*, fit mentio. Vocis *satan* significatum eruit, eumque *adversario* cuique esse communem ostendit. Colloquium illud Dei cum satana, *v. 6-12*, Belgæ Commentatores ad Biblia Dordracena, de hieroglyphico, ad formam Principis humani, suos ad rationem reddendam arcessentis, accommodato, exposuerunt. *Lenfantius* in *Isagoge ad editionem Færsterianam translationis Gallicæ Bibliorum Martinianæ* eis accedit. Nec aliam *Deurhoffius* institit viam, provocans ad *1 Reg. XXII, 19*, exemplo illorum Commentatorum. Existere diabolum, eumque hoc loco designari, monstrat. Calamitates divinitus *Jobo* esse immissas, ac per Sabæos, ignem, Chaldæos & ignem, effectui datas, credit. *Jobus* quidem dicitur fore *in manu satanæ v. 12*. Eam vero loquendi formulam Autor ita accipit, ut sibi persuadeat, ea

Pag. 11. 13. 16. 18. 22. 23. 26.

Pag. 28. significari, omnia ad votum satanæ esse fluxura. Eum in finem provocat ad *Jos. X, 6, 11.* At satanas perhibetur tamen exiisse a facie domini, ac *Jobum* ulceribus gravissimis affecisse, *II, 7.* Prius admittit Autor. Quantum vero ad ulcerum originem attinet, eam ad Deum refert ita, ut verba ויך את איוב בשחין רע *v. 7* sic reddat: *ac* (Deus) *Jobum afflixit ulcere malo.* Perfugium quærit in *v. 10*, ac *VI, 4*, ubi morbus, *Jobo* immissus, tribuitur non satanæ, sed Deo. Effectus pravorum hominum, & opera ab eis destinata, tribui satanæ, existimat, eo quod satanas primum hominem imagine Dei privavit,
29 seq. defectumque pietatis conciliavit posteris *Adami* universis. *Cartesiani* scilicet credunt, spirituum vim in cogitando consistere, nec in corpora agere posse. Impedimenta, a malis hominibus profecta, virtutique divinæ opposita, existimat indicari hieroglyphico, a satana desumto *1 Reg. XXII, 19-23, Zach. III, 1, 2.* Per *corpus Mosis*, cujus fit mentio *2 Petr. II, 12,* & *Jud. V, 9*, indicari templum Hierosolymitanum, cerimoniis clarum, suspicatur, cujus quippe reædificationem diabolus per homines pravos impediendi studiosus fuit. Per hieroglyphicon sa-
31. tanæ putat apud *Jobum* designari imbecillitates piorum, a satana profectas, & ipsis adhærentes, cum in hac vita animos ad Deum allevant, eumque sibi sistunt gratiose præsentem. *Lenfantius,* Ecclesiastes Berolinensis, in *Præfat. generali ad V. & N. T. Gallicum* id æque ad parabolam, seu dramatis poetici modum, refert, quod in libro *Jobi* commemoratur de discursitatione satanæ per terrarum orbem, de ejus inter filios Dei apparitione, de ejus cum Deo collocutione, & inita quasi ad perdendum *Jobum* conspiratione. Qui *Spanhemii Historiam Jobi* consulunt, celebres & Judæos & Christianos, idem sentientes, ibi deprehendunt. In re obscura omnino ferendus est aliquis dissensus. Laudabilis est doctrina moralis *Deurhoffii*, docentis,
32. sollicite nos debere vitam instituere, *ne satanam in animos nostros suscipiamus*, nec illecebris rerum fluxarum a pietate abducamur. De Sabæis erudite disserit. Sacerdotes notat, qui munere suo ac pietatis professione abutuntur ad fragiles mun-
37. di voluptates. Vocis ק[illegible] notionem moralem curate exponit

nit. Ii enim, qui operi sese accingunt, ac rei animum appellunt, ab Ebræis dicuntur קום, *surgere.* Hominis esse, in Pag. 39.
utraque fortuna morem Deo obedienter gerere, pie condocet.
Id, quod de *Jobo I, 22*, pronuntiatur, reputat pro judicio Spi- 41.
ritus Sancti. Expositionem seu orationem unamquamque Autor admonitione egregia & doctrina quadam morali exquisita
concludit. Verba uxoris *Jobi* secundum expositiones varias 49.
exhibet, eamque vocari ab ipso stultam, id est, imperitam
& rudem, non malignam, existimat. Ebraica, quæ varie so- 52.
lent in linguas alias converti, verba עדך מחזיק בתמתך ברך אלהים ומת ita exponit: *tu adbuc inhæres integritati tuæ*, ratus, hominum esse, & benigna & dura, a Deo immissa, submisso pioque animo excipere; *laudibus celebra Deum porro,* & *ad moriendum te compone*, id est, calamitas morte demum finietur, quare pietatem eo usque serva. Nihil in hac translatione deprehenditur, quod possit culpari. Ea omnino congruit cum responsione *Jobi*, non existimantis, malo suo nullum in hac vita remedium superesse. Societate doloris Christianos merito affici, Autor solide addit. Phrasin, *præstaret,* 57.
ut ne homo ille fuisset natus, Matth. XXVI, 24, respicere ad sempiternam *Judæ* miseriam, docet, addens, Jesum significasse 67.
tempus eo usque elapsum, vel tempus, quo *Judas* exercuit proditionem. Illustrat sententiam ex *Eccl. IV, 2, 3, VII, 15*, monens, descriptiones vanitatum, quas *Salomo* exposuit, haud esse doctrinas ubique falli nescias. *Jeremiam* putat fastidivisse natalem suum, *XX, 18*, non omni modo, sed respectu calamitosissimi sui temporis, cum exilio populi & vaticiniis imposto-
rum conjuncti. Eandem cautionem ad *Jobum* accommodat, 68.
natali suo imprecantem, ob *III, 20.* Suspicatur, *Jobum* amplexum fuisse sententiam Chaldæorum de fato astrologico, de astris crudelibus, & hora genethliaca, adductus locis *IX, 9,*
25. Nec tamen, *Jobum* penitus excusandum, putat, impatien- 69.
tiæ quippe plenum, nec satis Jehovæ dicto audientem. Conf. *XLII, 3, 6.* Indolem animi bonam a Spiritu Sancto deducen-
dam persuadet, non ab intellectu, viribus suis subnixo, eam- 71.
que opinionem comprobatum it ex *Col. II, 2*, & *Rom. VII, 22-24.*

Addit,

Addit, affectibus eorumque viribus esse locum, licet animus sit purgatus, & intellectus sit clarus. Provocat, ut hoc demonstret, ad exemplum Jesu *Matth. XXVI, 37, 38,* & *Pauli Rom. IX, 1-3.* Corpus mori, cum anima nexum ejus deserit, existimat. Mortalitatem corporis humani, animæ immortalitatem, & resurrectionem ac domicilium sempiternum hominis,
Pag. 76. recte demonstrat. De statu hominis post mortem exponit sa-
77. cris literis congruenter, hominis, inquam, non solum pii ac gratiæ Numinis admoti, sed etiam improbitatum studiosi. *Wolfianæ* Philosophiæ respondet sententia, quam hunc in modum
78. subjungit: *Singulis hominum adjungitur corpus, animæ conveniens, &, quamdiu corpus illud animæ usui est, ipsi vivunt*, respectu corporis animæ juncti, ac contra. *Henochi* ac filii ex *Bathscba* nati *2 Sam. XII, 23,* ætatem contractiorem monet pen-
79. satam esse beatitudine sempiterna. In hac vita esse labem peccatorum exuendam, ni malimus æternum cruciari, docet ex *1 Cor. III, 13-15.* Mortem per sese esse molestiarum finem & al-
81. levationem, negat. *Spinozæ* hypotheses docet esse falsas, ac, ab eo frustra causas finales esse repudiatas, solide ostendit.
82. *Cartesius* eas admisit, negavit tamen, incertum esse, an universa, quæ sunt creata, existant in hominis usum, *Princip. 3 P. 2 pag. 90.* Peripateticos Autor existimat causam primam, Deum, ab effectibus, seu rebus creatis, haud satis distinxisse. Atheismi esse proprium, addit, causas finales tollere, vel operationes Dei eis spoliare. Causam finalem ac scopum fuisse Deo creatori, comprobat ex *Act. XVII, 26, 27, Eph. I, 4, Gal. I, 4.* Si qui Autorem crediderunt fuisse *Spinozismi* suspectum, vel *Cartesianismi* impurioris reum, ipsos, ut eam Autoris doctrinam pie ac sapienter perpendant, volumus oratos. Cur viris bonis calamitates sint oneri, *Jobus* quærit, haud secus ac alii, *Num. XIV, 3, Ps. LXXXIX, 48, Rom. IX, 20.* Ratio latet in labe homini insita, sæpius erumpente, *Eph. II, 3, Job. XIV,*
87. *1, Ps. XC, 7.* Tristitiam nobis divinam ita Deus exprimit. Lachrymæ sanctorum sunt Deo gratæ, *Matth. XXVI, 75,* ob usum suavissimum inde redundantem, *Matth. V, 4.* Evacuatur ita e peccatoribus peccatum, *Rom. VII, 23, Marc. IX, 43-47, Apoc. III,*

19, 21.

19, 20, Ebr. XII, 10-14. Mortem ita homines expetunt, & a Pag. 90.
vinculis deliciarum mundi solvuntur, ut gloriam vitæ circumspiciant, non occupando fati diem, sed patienter exspectando, *Jon. IV, 3, 2 Pet. I, 13-15, 2 Cor. V, 2.* Jesum pro hominibus sese 92.
in victimam tradidisse & vicariam satisfactionem, Autor addit, fructuosam nempe illis, qui vitam Christi imitantur, *1 Petr. II, 24.* Per ipsum nos decet adire Patrem cœlestem, ipsumque 97.
esse viam nostram, docet. Addit, illum esse viam nostram per 103.
sacrificium expiatorium, olim oblatum, suamque per vim & operationem in nobis. Discrimen doctorum ecclesiæ sincerorum & malignorum definit. Fatum Stoicorum repudiat. Collocutores *Jobi* ex spiritu Dei hausisse permulta, demonstrat ex *Job. IV, 12-16,* & *XXXIII, 14-16,* monens tamen, inesse col- 119.
loquiis eorum non pauca, quibus imbecillitas adhæserit humana. Quod ipsius quoque Dei est judicium *Job. XLII, 3.* Ve- 120.
ritatem ipsi proposuerunt; at, dum notionem justitiæ divinæ suam ad *Jobum* attemperarunt, peccasse sunt existimandi. Nostrum est, admonitionibus & exhortationibus probis morem gerere. De variis institutionum generibus disserit Autor ea 126.
venustate & soliditate, ut sese lectoribus non possit non approbare. Optime idem præstitit in libro *de Volmaaktheid van de Leere des Geloofs pag. 135-139.* Revelationem Dei fuisse necessariam, ut homines viam cognoscerent reconciliationis suæ cum Deo per Christum, pronuntiat. Statuit idem, dari cognitio- 141.
nem hominis Christiani geminam: unam animo impressam, consistentem in resignatione sui erga Deum, ac directione actionum 142.
ad Dei gloriam; alteram ex verbo externo accedentem, seu acquisitam. Utramque esse conjungendam, docet ex *Rom. II, 13-16, 28, 29, 1 Cor. XIII, 2.* Innocentiam homini pio tribui 146.
posse duntaxat, per comparationis modum acceptam, ostendit. Per leonem, cujus fit mentio *2 Tim. IV, 17,* probabiliter desi- 157.
gnari credit Imperatorem *Neronem.* Initia regni Assyriaci a *Nimrodo* ac *Nino* deducit, &, ea *Abrahamo* antiquiora esse, existimat. Leonum nomine hos venire *Job. IV, 8-11,* suspicatur. *Jobi* ætate Deum piis patefecisse sese per somnia, com- 165.
probat ex *Job. XXXIII, 14, 15, Num. XII, 6.* Experimenta,

Pag. 172. aerem declarare solita, nonnulla intexit. Re vera angelos apparuisse, demonstrat. Quando Deus vel Angelus Dei in Vet.
176. Test. dicitur apparuisse, Christum fuisse visum in forma, assumta ad tempus, Autor tradit. Adjungit vero hæc, quæ videntur attentione digna: *Jesus Christus, qui, antequam mortalem carnem assumeret, jam exstitit, siquidem ipse fuit primogenitus omnium rerum creatarum* Col. I, 15, *ipse adfuit in initio rerum, quemadmodum perfecta, peccati expers, res creata* (Schepsel), *debet existere, ita tamen, ut corpore, quod tangi ac interire potest, amictus haud fuerit. Nam ipse erat imago Dei haud adspectabilis*, Col. I, 15, &, *quoniam perfecte impletus ac occupatus erat amore Dei, operabatur non ex ullo creato principio, sed per operationem Dei ipsius in ipso, atque eapropter ipse erat verus Deus.* Addit deinde, Christum jam habuisse ab exordio mundi corpus subtilissimum, ex elemento primo quasi depromtum, ac immortale. Ex qua hypothesi exponit apparitiones angeli Dei *Exod. XXXIII, 9-23, 1 Reg. XIX, 11-13, Exod. III, 2.* Videtur in hypothesin illam incidisse ex eo, quod filius Dei dicitur *splendor* & *icon* patris, *gloria patris*, &c. Novimus, eandem hypothesin placuisse *Knorrio de Rosenroth*, cujus *Harmonia Evangelistarum* sub *Jacobi Usserii* nomine Halæ, ineunte hoc Seculo, prodiit, *Joanni Wilhelmo Petersen*, aliisque, ac pæne in consensum traxisse *G. G. Leibnitium*, ut ex *Otio* ejus *Hannoverano* intelligitur. Autor ab hac hypothesi abstinuisset, mallemus, siquidem de spiritibus in divinis literis verba subinde ob imbecillitatem intellectus nostri adhibentur, quæ quidem videntur aliquid subtilissimi ac ignei involvere, θεοπρεπῶς tamen intelligenda sunt de perfectionibus Dei spiritualibus. Christus etiam sæpius in Vet. Testamento apparuit sub forma viri, & citra corpus ejusmodi densissimum, rigidum, & igneum. Verus ipse est Deus, quia essentiam divinam habet, & a patre genitus est. Nec vero Autor alibi negat, Chri-
198. stum esse spiritum infinitum & æternum. Deum esse actum purissimum, docet *pag. 190.* De Christo fieri mentionem *Jes. LIII, 10, Ps. XL, 8, 9*, tradit. Angelos bonos statim in confir-
201. mato perfectionis statu, & perfecto Dei amore, creatos esse, negat,

gat, ratus, eos profectibus vacasse, & crevisse in virtutibus, nec primum hominem illabilem fuisse conditum. Largitur tamen, dari angelos electos, ac non electos, quorum illi in bono confirmentur, ac tandem illabiles fiant per perdurantem progressum in amore Dei. Ni vero, electos homines labi posse, crediderit Autor, angelos electos a labendi periculo esse immunes, existimaverit oportet. Videtur ipse hic *Limborgio* & Pag. 214.
Remonstrantibus accessisse. Animam corpori superstitem esse, existimat. Vocis ערי□ significatum more solito & genuino suppeditat *pag. 217.* Defunctos dici unquam in sacro Codice *sanctos*, inficiatur, eosque res nostras singulares nosse aut curare, negat, largitus tamen, ecclesiam triumphantem pro militante Deum orare generatim. *Preces Christi*, in cœlos evecti, exponit per exspectationem eventus, mortem, resurrectionem, & adscensionem ejus in cœlos, subsequentis. Ad *Rom. VIII, 34*, ita commentatur: *Non ita capienda est Christi deprecatio, quasi ipse a Deo patre suo expetat, ut hic causa Messiæ hominibus bene faciat, ac illis impertiat, quæ desiderant, ea quidem, quæ illi extra hanc deprecationem haud forent accepturi.* Sententia hæc est prorsus singularis, siquidem Autor non negat, Christum in terris preces obtulisse pro improbis, *Jes. LIII, 12, Luc. XXIII, 34*, ac Spiritum Sanctum in hominibus efficaces operari preces, *Rom. VIII, 26, 27, Phil. I, 19. Spiritum Christi* exponit per amorem Dei, qui inest fidelibus. Locum *Ebr. IV, 12*, de verbo Dei hypostatico, de Christo, qui operationes suas in animis hominum efficiat, exponit. Christum vocari radicem Isai *Jes. XI, 10*, arbitratur. *Cartesium* laudibus afficit *pag. 252.* De igne philosophatur ex hypothesi *Cartesiana.* Per ignem, quo Christus dicitur suos baptizaturus *Matth. III, 11*, intelligit *divinum amorem.* Universis hominibus inesse *vitam Dei, in ipsis affusam*, colligit ex *Jo. I, 7-9.* Transsubstantiationem Pontificiorum, & Socinianorum errores de Christo, repudiat *pag. 276. Spinozæ* fundamentum doctrinarum ultimum abhorret; spiritum mundi universalem refellit; emanasse mundum ex Deo, negat; Deum a mundo distinctum esse, ostendit. *Socinum* aversatur, qui Deo abjudicavit præscien-

(Margin: 228. — beside "sanctos, inficiatur…"; 229. — beside "& adscensionem…"; 230. — beside "XXIII, 34…"; 242. — beside "de verbo Dei…"; 256. — beside "252. De igne…"; 258. — beside "intelligit divinum amorem…"; 259. — beside "vitam Dei…"; 277. — beside "emanasse mundum…"; 282. — beside "ostendit. Socinum…")

tiam rerum futurarum contingentium. Vires inesse corporibus, negat, nec ferre potest eos, qui de viribus naturæ nunquam non exponunt. Miraculum esse putat effectum in rebus creatis, repugnantem communi naturæ cursui, ita, ut rationem illius insoliti effectus nobis excogitare vel explicare haud sit integrum, ac effectus ipse sit rarus. Miraculum pugnare cum natura, negat; cum cursu naturæ consueto id pugnare, largitur. Non possunt aliter rationes subducere illi, qui cum *Cartesio*, *Andala*, aliisque, naturam putant esse congeriem rerum creatarum, &, corporibus vim inesse nullam, pronuntiant. Simul ac enim hanc vim sustuleris, natura corporum erit indifferens ad motum recipiendum quemcunque. Verum quis hanc sententiam, nobis quidem haud probatam, atro carbone notabit, quam tot Theologi ac Philosophi in dies, nullo refragante, profitentur, suamque faciunt? Accipe autem distinctiorem de miraculi notione ex Autore notitiam. Ipse sic disserit *pag. 288: Quæcunque in mundo producuntur ubique, ipsa etiam miracula, sunt effectus Dei; & Deus naturam ita condidit, ut omnia, quæ in ea eveniunt, ac omnes singulique eventus, ea ratione eveniant, quemadmodum ea videmus produci, ita, ut e. g. æque sit mirabile, solem a plaga orientali mane oriri, atque in Occidente occidere, ac tres juvenes in furno Babylonico non esse combustos.* De mundo corporeo hic disserit Autor, ac omnia, quæ in eo fiunt, credit per motum a Deo impressum fieri, ratus cum *Cartesianis*, corpora per sese esse inertia, vi omni vacua, ac ad omnem motum recipiendum in partem omnem apta. Nullum hic cum *Spinoza* est Autori commercium, licet videatur consentire cum definitione de miraculis *Spinozana*. Ipse autem *Spinozismum* luculente refellit, ac, mundum a Deo creatum esse, docuit. Ipse certam eventuum seriem, tum naturalium, tum miraculosorum, a decreto Dei arcessit, non a fatali inevitabilique necessitate. *Socinum* repudiat, ratum, singula miracula naturæ repugnare, id est, ex Autoris expositione, esse impossibilia. Doctoris esse, putat, ostendere, miracula, in S. Scripturam relata, e classe rerum esse, quæ fieri possunt. A solo Deo fieri posse miracula, docet. En

(Margin notes: Pag. 286. / 287. / 289. / 290. / 292.)

En ſententias duas memorabiles. Prior eſt hæc *pag. 290: Cum Chriſtus, in terra verſans, miraculum ederet, Deus miraculum in rebus ſuis creatis operabatur.* Poſterior vero *pag. 292: Maximus numerus miraculorum productus eſt per Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum.* Aquam, cui Spiritus incubuit ante lucem primigeniam, exiſtimat fuiſſe nebulam & vapores denſiores. Provocat ipſe ad librum ſuum *de Beſpiegelingen pag. 195,* Pag. 296.
196, 214-218. Carteſii opinionem de figura particularum aquæ videtur repudiare. Diabolum deſignari per ſerpentem *Gen.* 297.
III, 1, opinatur *pag. 307.* Chriſtum eſſe cogitationum humanarum judicem, arbitratur merito *pag. 398.* Hæreticos, qui errorum ſunt convicti, inſectandos & exagitandos eſſe, negat. Syſtema influxus phyſici, cauſarumque occaſionalium, aſſenſu 398.
haud dignatur, ratus, ad illud ſtabiliendum obrepere nobis ratiocinationem fallacem, hoc vero experientiæ eſſe adverſum. Realem manducationem & bibitionem corporis ſanguiniſque Chriſti haud admittit, ſubſtituens ſpiritualem. Fi- 415.
guram particularum varii metallorum generis methodo *Carteſiana* definit. Eandem operam perciclitatur in determinanda 438.
aquæ figura, laudans ſimul *Hartſœckeri* opinionem *pag. 449.* Qui fieri potuerit, ut in regionibus, *Jobo* vicinis, nix & grando fuerit coorta, exponit. Venti geneſin deſcribit. Initia 481.
melioris vitæ hominum deducit ex regeneratione. Addit: *Præparatio, ut homo capax reddatur perfruendi vita meliori, ineſt hominibus cunctis.* Sententiam hanc ſuam it comproba- 489.
tum ex *Jo. I, 4-9,* ac *Rom. II, 15.* Ex quorum locorum collatione pateſcit, Autorem conſcientiæ præcepta habere pro luce univerſali. Locum priorem *Knorrius de Roſenroth* in *Harmonia Evangelica* haud aliter expoſuit. Credimus, eam expoſitionem loci *Joannei* arriſiſſe Autori, eo quod haud admiſit gratiam univerſalem. Converſionem peccatoris exponit per reditionem in ſtatum regenerationis, non vero per initium 498 ſeq.
gratiæ, cum homine communicatæ. Statum globi terraquei generatim exponit *pag. 505 ſeq.* Vocem שאול de *ſtatu defunctorum* recte accipiendam monet. Triplicem Oceani motum 560.
accurate repræſentat *pag. 569 ſeq.* Cetos *Jobo* fuiſſe ignotos,

 exiſti-

existimat *pag. 571.* Naturaliter carere hominem notitia salutari, Pag. 600. nisi Spiritus S. mentem expurget, orthodoxe arbitratur. Nos ex *Adamo* esse homines psychicos, non spirituales, docet *pag. 622.* Deum solum esse causam independentem, recte decernit *pag. 632.* Systema *Socinianorum* de justificatione peccatoris coram Deo, rotunde rejicit, idque exitio esse doctrinæ Christianæ, distincte docet. Dogmata moralia, & notas philologicas, ubique deprehendimus, sua luce radiantes, in quibus recensendis noluimus esse longi. *Spinozismum* vel *Socinianismum* ab Autore procul fuisse, non inficiari debemus. Singulares ejus opiniones studiose enotavimus, librumque omni cura, Deum reverentes, perlegimus. Suspicio nobis incesserat, Autori arridere sententiam de verbo interno, quod externo putaverit oppositum. At lectio, ad finem perducta, nos docuit, verbum id internum esse conscientiæ communis effectum ac præceptum. De miraculorum indole videtur ita disputare, ut cum *Spinoza* ei conveniat. At videtur saltem. Contendit enim, miracula non esse contra naturam, nec Deo aliter possibilia, ac eventus naturales. Ex hoc ejus scopo & philosophia *Cartesiana* sunt ea exponenda, quæ de miraculis, eorumque indole, scripsit. Singularis est sententia, quam exposuit de deprecatione Christi pro nobis cœlesti. Potest tamen ea dextre explicari, dummodo exspectatio Christi, qua hic a patre expetit destructionem regni tenebrarum, ac devictionem hostium ecclesiæ, latius explicetur. Resolvitur enim hac ratione intercessio Christi in preces reales ac desiderium salutis suorum. Nec tamen inficiamur, latius & accuratius debuisse Autorem hac edisserere. Quæ de *Spiritu Christi* attulit, exponenda sunt per effectum Spiritus seu amorem in animis fidelium, ne ea repugnent doctrinis, quas Autor in aliis dedit & proposuit libris suis. Singularis quoque est illa Autoris sententia de corpore Christi cœlesti ac lucidissimo, in rerum primordiis assumto, vel jam existente, *pag. 177.* At illa hypothesis sic est comparata, ut sua levitate concidat, nec quemquam, qui sacri Codicis est studiosus, in avia possit abducere. Si credidit ipse, Christum circa vel ante mundi exordia fuisse creatum, in numero

mero *Arianorum* is erit collocandus. At de Christo, quatenus hic est substantia spiritualis, haud injecit ullam creationis mentionem. Et hanc quidem ob causam non possumus, quin vereamur ipsum in *Arianorum* numero habere, siquidem vestigia non suppetunt certa, quibus accusatio illa possit inniti. Ne vero mortuis aliquid affingamus, quorum verba calamis aliorum fuerunt excepta, &, ipsis haud inspectantibus, in literas typosque redacta, prohibemur vacuitate a partium studio, & eis, quæ debemus mortuis, justitiæ pietatisque officiis. Autori placere sententiam, quæ, Deum esse *triunum*, demonstrat, discimus ex *P II pag. 241*, ac eo ipso convincimur, ipsi omnem *Arianismi* suspicionem esse detrahendam. Ex nostro si res arbitrio ageretur, tradendus hic liber in manus eorum omnium esset, qui cœlestium doctrinarum expositione solida & accurata delectantur.

Juvat nunc ad *Partem secundam* progredi, cujus plagulas priores *35* diligenti lectione expendimus. Insectari Christum non solum Romanæ ecclesiæ, sed etiam aliquot ecclesiæ Protestantium, studiosos, Autor tradit. Vim centrifugam corporum totalium attingit *pag. 12 seq.* Jus hominis docet esse æqualem distributionem proprietatis singulorum. Æqualitatem illam a proportione arcessit. Notat Protestantes illos, qui, licet doceant, quemque oportere fide sua vivere, dissentientes tamen insectentur. Licentiam sentiendi merito repudiant Protestantes; ac eapropter cavendum est unicuique, ne, omissa prudentia Christiana, evulgatione sententiarum minus solidarum in societatis suæ salutem peccet. Christum esse stirpem rerum creatarum probarum, Autor docet. Stilum priscorum mortalium hieroglyphicis fuisse plenum, existimat. Beatitudinem augeri posse negat, ratus potius, eam esse constantem & sempiternam. Deum solum esse sapientem, ostendit. Philosophi genuini Deum in singulis ejus operibus cognoscunt, Autoris ex sententia. Terra dicitur moveri ex loco suo, quemadmodum traditur *Job. IX 5, 6* Movisse Deum in hexaemero & diluvio tellurem a meditullio corporum mundi planetarii, circa solem expansi, putat, addens, die novissimo tellurem a Deo quartum iri motum. *Cartesio* assensum denegat, suspica-

P. II pag. 9. 17. 27. 209. 78. 108. 115.

ſuſpicato, tellurem ante hexaemeron fuiſſe ſtellam fixam, ſiquidem ſtellæ demum quarto die fuerint divinitus productæ. *Thomæ Burneti* ſententiam de ſtatu telluris antediluvianæ refellit ſatis ſolide. Largitur tamen, terram ita ſeſe habuiſſe tunc
Pag. 123. ad ſolem, ut æquinoctium eam foverit perpetuum, terræ polis vicinæ fuerint inhabitabiles ac inhoſpitæ, pluviæque & iridi locus haud fuerit. Ad formam telluris quartam trahit loca
130. *Apoc. XX, 11, XXI, 1, 2 Petr. III, 13,* ac ſubjungit adhortationem
136. *Petri v. 11.* Aſtrolatriam eſſe vetuſtiſſimam, docet. Syſtemata mundi diverſa curate recenſet. Solem in cœlo ſtare, ſibi perſuadet, non recordans macularum ſolarium, quæ, ſolem extra
151. citraque centrum ſuum æque moveri, indicio ſunt. Certiores vero eſſe Codicis ſacri veritates omni ſcientia aſtronomica, tandem affirmat. Filium Dei eſſe ſecundam hypoſtaſin, ac dici
153. *verbum Jo. I, 1-3, 14, Apoc. XIX, 11-13,* & *ſapientiam 1 Cor. I, 24,* perſpicue docet. Arbitratur præterea, Chriſtum quoque ap-
155. pellari *verbum vivum & perenne Dei 1 Petr. I, 23.* Syſtema *Copernicanum* haud repugnare literis ſacris, ſtudioſe oſtendit. Ea Dei virtus, qua cauſam ſui haud habet infinita illa eſſentia,
157. complectitur id quoque, ut ea ſit triuna. Ita ſentit Autor, licet haud oſtendat, quomodo ex notione neceſſitatis, conditionibus cunctis vacuæ, limitibusque liberæ, intelligi poſſit trinitas Numinis ſupremi. Idem *Socinianos* repudiat, eosque fingere ſibi de Deo ob perverſas ſuas opiniones non niſi ideas corporibus reſpondentes, & inconvenientes Deo, pronuntiat. Solis ortum & occaſum eſſe optice intelligendum, comprobat
161. inter alia ex *Act. XXVII, 27.* Miraculum *Joſuæ* & *Achaſi* exponit ex utroque ſyſtemate. De cœlis haud unis docte diſſerit. Per Chriſtum hoc univerſum eſſe creatum, liquido affir-
190. mat. Urſam utramque, Orionem, Pleiadas, ſtellasque poli auſtralis, *Jobus IX, 9,* memorat, id eſt, ſtellas fixas, a borea ad
197. auſtrum patentes. Autor numerat 1402 aſteriſcorum ſtellas. Progreſſum fixarum ab occaſu in orientem credit eſſe apparentem haud ſecus ac *Neutonus*, explicandum ex annua ſolis ad
199. 51 ſecundas retardatione, vel potius terræ ipſius annua cunctatione, id eſt, motu, citra 51 illas ſecundas finem anni attingente.

gente. Dubitat, an ſatellites omnes planetarum ſolarium no- Pag. 209.
bis ſint cogniti. Res creatas rationales in ſola telluris
ſuperficie dari, improbabile arbitratur. Videtur eo traxiſſe 210.
locum *Eph. I, 10.* Tellurem die extremo flammis expurgatum
iri, ac indolem ſtellæ fixæ ſuſcepturam, ſuſpicatur, reſpiciens
ad *Apoc. XXI, 18-21.* Repudiat *Spinozam*, unicæ ſubſtantiæ ſta-
torem, *Anaxagoræ* principium, ac myſticam rerum omnium
ex Deo emanationem. *Carteſii* mundum infinitum ſeu indefi- 217.
nitum haud amplectitur, ſed eum refellit. Negat, ſtamina 219.
corporum in infinitum eſſe individua. Negat etiam, mundum
eſſe æternum, ac refutat *Spinozam*. Hominem ex Deo ema- 223.
naſſe, vel in ejus eſſentiam refluere, negat *pag. 228*. Cum Deus
dicitur *ire* & *progredi*, id de progreſſu operum, a Deo facto-
rum, exponendum eſſe, tradit. Locum *Mal. III, 1*, & *Jeſ.* 233.
XL, 3, de Chriſto exponit. Cum dicitur, Deum triunum de
filio *ſuo* teſtimonium cœlitus perhibuiſſe, in voce *ſuus* videtur
nævus inſediſſe typotheticus. Hominem eſſe devinctum ad 241.
Deum colendum, Chriſtum pro hominibus interceſſiſſe, obe-
dientiam præſtitiſſe, & acerbiſſima quævis paſſum eſſe, homi-
nemque per fidem in Chriſtum mediatorem juſtificari, ac per
ſanctimoniam corroborari, egregie docet. Veretur tamen doce-
re, Deum cum Chriſto ab æterno per conſilium pacis pactionem
de homine redimendo iniiſſe, negans etiam, Deum cum *Adamo*
fœdus operum inſtituiſſe, ſi pacta illa proprio ſenſu accipiamus.
Fœdus gratiæ, homines inter & Chriſtum firmatæ vel firmandæ, 243.
proprie eſſe exponendum, negat. Rem ipſam haud vocat in
controverſiam; τρόπον παιδείας ſuſcipere recuſat, cauſatus,
eum pugnare cum notionibus, quas de attributis & perfectio-
nibus tenere decet, atque cum Dei natura, qui homini nihil
debet, nec ab homine aliquid acceſſionis perfectionum acquirit.
Monet, Deum dici *rapere*, cum gentes direptionibus ſubjicit 248.
perpetiendis. Iram, quæ Deo in ſacris literis tribuitur, expo-
nit de pœna divinitus immiſſa, ac de deſtinatione puniendi ma-
lignos. Appellari Deum & Chriſtum improprio ſenſu *judicem*, 252.
putat, largiens tamen, in eo convenire Deum cum judicibus

 huma-

humanis, quod ipſe bona bonis rependat, & malos puniat. Pios
Pag. 266. exiſtimat divinæ naturæ reddi participes, non per creationem novam, ſed per unionem ac aſſumtionem mentis, Deum imitantis. Omiſimus maximam partem ea ſtudioſe & opera data, quæ Autor cum reliquis Theologis vel Philologis Philoſophisque habet communia, & quorum plenæ ſunt paginæ univerſæ. Decerpſimus ea potiſſimum, quæ ſunt ſingularia, Lectorique nihil eorum diſſimulavimus, quæ Autorem a criminis *Spinoziſtici* ac *Sociniani* ſuſpicione abſolvunt. Si qui exiſtimant, Autoris defuncti hoc ſcriptum vel *Spinozismum*, vel *Arianiſmum*, vel *Socinianiſmum*, redolere, eos volumus exoratos, ut loca conſulant, in quibus ex profeſſo Autor docuit contraria omnia, nec ea omittant, in quibus maligna *Spinozismi* fundamenta fuerunt repudiata ac confutata; in quibus *Socinianiſmus* eſt proſtratus; in quibus trinitas, ejusque æternitas, & independens neceſſitas, fuit aſſerta; in quibus genuina eccleſiæ ſententia de juſtificatione & ſanctitate hominum eſt expoſita; in quibus ſententiæ *Carteſii* fuerunt exploſæ. Id vero inficiari haud lubet, Autorem nonnunquam nævos & vitia doctorum eccleſiæ malignorum notare, & ſale Apoſtolico defricare. *Joannes Laſſenius*, *C. M. Pfaffius*, aliique, eandem tundunt incudem, nec eapropter faſtidiuntur, nedum hæreſium coarguantur. Si qui mirantur, Autorem deſudaſſe in tradendis doctrinis aſtronomicis, geographicis, ac philoſophicis, eorum admiratio ceſſabit, ſimul atque animadverterint, ad librum *Jobi* dextre intelligendum præſidiis illis omnino opus fuiſſe.

JO. F. W. PAGENSTECHERI, A. A. F. JCTI, in illuſtri Præpotentium Ducatus Gelriæ & Comitatus Zutphaniæ Ordinum Academia Provinciali Juris Publici & Privati Profeſſoris Ordinarii, Selectæ Juris Quæſtiones, in quibus multæ Leges nove conciliantur, illuſtrantur, & emendantur; additis Notis nomico-philologicis, uſu practico, & Indice.

Harde-

Harderovici, apud Guil. Brinkink, Bibliopolam, 1736, 4.
Plag. 22.

Tam fœcunda dissidiorum Jurisprudentia est, ut plures jam habeamus & libros, & minora opuscula, quibus Jus controversum exponitur. Noti sunt inter omnes, qui, quid magnæ rei gestum sit in civitate literaria, non ignorant, celeberrimi nominis Viri, *Eckii*, *Bergeri*, *Menckenii*, *Cocceji*, *Schultingii*, *Rivini*, aliique forsitan plures, qui hac ipsa in re laudabilem operam posuerunt. Eorum se numero adjunxit aliquo abhinc tempore Clariss. *Pagenstecherus*, &, producta in lucem *Jurisprudentia polemica*, satis ostendit, quanto studio auditores suos certa legum scientia imbutos, & ad infringendas aliorum objectiones esse promtos, velit. Quod cum ex voto cessisse videatur, stimulatum ideo Virum optimum conjicimus, ut has *Juris Quæstiones*, quæ Lectoribus nostris nunc indicantur, priori Opusculo comites aggregaret. Quæ ipsæ autem an *selectarum Quæstionum* nomen omnes mereantur, forte dubitari potest. En hic singularum indicem! Disquirit scilicet Consultissimus Autor Quæst. I, *an sponsalia de præsenti sint verum matrimonium;* Quæst. II, *an libri Studiosorum, in museum illati, locatori, pro pensione & damno, obligati sint tacito pignori;* Quæst. III, *an pecus alienum, in agro nostro deprehensum, includere, &, donec de damno satisfiat, retinere, liceat;* Quæst. IV, *num Imperator Caracalla autor sit Constitutionis de Civitate cum universo orbe Romano communicata, in l. 17 D. de Statu hom.;* Quæst. V, *an tutor, ob latam culpam a tutela remotus, fiat infamis;* Quæst. VI, *an mala fides superveniens excludat actionem Publicianam Jure Civili, vel Canonico;* Quæst. VII, *an, ovium usu legato, usuarius etiam lacte, agnis, & lana, utatur;* Quæst. VIII, *an filii vel filiæ appellatione & posthumus & posthuma contineatur;* Quæst. IX, *an legitimatus, una cum filiis suis, jure repræsentationis succedat avo, si legitimatio a patre facta est per Comitem Palatinum, filiis insciis;* Quæst. X, *an mater in tutela legitima præferatur omnibus cognatis, etiam avo paterno;* Quæst. XI, *an impossibilis conditio in ultimis voluntatibus pro non adjecta habeatur;* Quæst. XII,

an bonæ fidei possessor tam naturales, quam industriales, fructus suos faciat consumtos; Quæst. XIII, *an emtor rei locatæ conductorem ante tempus locationis finitum possit expellere;* Quæst. XIV, *an juramentum calumniæ præstandum sit a parentibus & patronis;* Quæst. XV, *an minor XXV annis, septendecim tamen major, possit esse procurator ad lites;* Quæst. XVI, *an sponsiones super rebus honestis initæ valeant;* Quæst. XVII, *an spurius a patre suo possit hæres institui;* Quæst. XVIII, *an per matrimonium avi cum concubina legitimetur & nepos;* Quæst. XIX, *an Doctoratus dignitas liberet a patria potestate;* Quæst. XX, *an plebejus, a nobili adoptatus, fiat nobilis;* Quæst. XXI, *an pecunia lustrica pertineat ad peculium profectitium;* Quæst. XXII, *an monstra inter homines computentur;* Quæst. XXIII, *an liberi exhæredati connumerentur, seu partem faciant, in computatione legitimæ portionis, ad eam augendam, vel minuendam;* Quæst. XXIV, *an vestimenta ad quasi usumfructum pertineant.* Plerasque harum Quæstionum affirmat, variisque corroborat rationibus, & deinceps ad ea, quæ objici forte possent, dubia respondet Autor Clarissimus. Et sane, si dicendum, quod res est, non pauca in hoc Opusculo leguntur, quæ doctrinam haud vulgarem spirant; nec tamen inficias ire possumus, multa etiam hic occurrere, quæ nos quidem non adjecta vellemus. Quo in judicio nostro ne quis fundamentum desideret, provocamus saltem ad *pag. 46* in nota, *pag. 76* in nota, & *pag. 111*, ubi itidem in subjuncta nota ex *Gœtzio de Nummis P. I pag. 247* refert Autor, nomen urbis *Jena* quosdam facete derivare a *jehnen*, Belgice *gapen*, quod Studiosi ibi plus oscitent, quam studeant, item a *gehenna*, quod ut diaboli in *gehenna* tumultuentur. Parum, ni fallor, prudenter hæc sunt prolata. Præterquam enim, quod hæc talia nemo facile in *Selectis Juris Quæstionibus* exspectaverit, justo etiam durius de civibus Academiæ Salanæ *Gœtzius* sensit, cujus non videbatur probandum, neque etiam repetendum, judicium. In omnibus certe Academiis, & quidni in Harderovicensi? inveniuntur Studiosi, suarum immemores partium; sed quis collegerit inde, nullos prorsus inter hos exstare melioris indolis juvenes, qui diligenter literas tractent,

tractent, & Academiæ, quam colunt, honorem præclara æque industria, ac suavitate morum, sustineant? Nos ceteroquin ex animo precamur, ut doctissimus *Pagenstecherus*, *Huberi*, *Noodtii*, *Schultingii*, *Bynkershœkii*, aliorumque excellentium in Belgio JCtorum, vestigiis strenue insistens, & Auditoribus suis, &, si hoc liceat, toti eruditorum ordini, diutissime prosit.

COMMENTARIUS DE CANCELLARIIS REGNI Poloniæ, editus a GEORG. PETRO SCHULTZ. Accedit REIN. HEIDENSTENII Cancellarius, sive de dignitate & officio Cancellarii regni Poloniæ.

Dantisci, apud Georg. Marc. Knochium, 1742, 4.
Alph. 1 plag. 4.

Amplissimam Cancellariorum Poloniæ dignitatem erudita Dissertatione, cujus hoc loco notitiam Lectori dabimus, Cl. Autor copiose exposuit. Dicata ea est Illustrissimo & Reverendissimo *Zaluskio*, magno Poloniæ Cancellario, qui cum literas in Polonia nunc unus omnium maxime adjuvet, ornet, foveatque, cultissima ingenia magis in dies excitatum iri auguramur, ut, excusso, si quis adhæret, torpore, iis sacris strenue operentur, quibus a tanto Mecænate honorem haberi singularem, vident & exultant. Cujus in optima studia patrocinii insigne, ut alia nunc taceamus, testimonium est Bibliotheca illa instructissima, & quasi respublica ingeniorum, quæ, fore, ut propediem eruditis pateat, compertum habemus. Cancellarios Poloniæ, scriptores perhibent, a *Boleslao* Rege primum institutos esse; alii a *Przemislao* repetere malunt. Et Seculo quidem undecimo unicus fuit, successu autem temporis quælibet provincia Cancellarium habuit. Quorum autoritas cum ita excrevisset, ut ipsis Regibus gravis timendaque videretur, ab *Alexandro* Rege Vice-Cancellario æqualis potestas concessa fuit, Soli Sacerdotes hoc olim munere functi sunt, cum nemo præterea literarum studiis illa ætate initiatus esset, forte etiam veterum Germanorum, qui Druidis, cum sacrorum cura, lites definiendas commendabant,

bant, imitatione. A *Sigismundo* vero, precibus Nobilium moto, postea statutum fuit, gravissimo officio Secularem & Clericum alternis vicibus præficiendi, primusque, *Uladislao* regnante, *Clemens Moscorovius* ei admotus fuit. *Alexandri* decretum, A. 1504 editum, quo Cancellarii & Vice-Cancellarii, Gnesnenses, Cracovienses, Vladislavienses, Posnavienses, Varmienses, ac Plocenses Episcopi, aut Palatini electi, abdicare se illo munere tenentur, non perpetuo observatum esse, vetera æque ac recentiora *Jo. Zamoscii*, *Tyllicii*, *Andr. Chrysostomi Zaluskii*, exempla declarant. *Sigismundus* tamen primus summorum virorum in rempublicam merita illa dignitate compensare, eosque ad altum hoc fastigium evehere, maluit. Ita *Georgius Ossolinskius*, a Leudomiriensi Palatinatu decedens, regni Procancellarius appellatus est; Vilnensem Palatinatum *Michael Radzivil* cum illo munere commutavit. Abire autem ab eo *Laurentium Gembicium*, ad Vladislaviensem sedem evectum, coactum esse, *Chalcovius* memoriæ prodidit; tristius tamen *H. Radziejowskii* fatum fuit, de quo *Cochovius Cl. I Lib. III* consulendus. Cancellariorum electio ab arbitrio Regis, auditis Senatorum & Consiliariorum sententiis, unice pendet, idque in generalibus comitiis peragendi mos est, quanquam non desint, quibus extra Comitia munus illud demandatum est. Ita *Mich. Radzivilius*, *Wydzga*, *Georg. Ossolinskius*, eam Regi potestatem concessam esse, suo exemplo comprobatunt. Qua ætate in Senatorium ordinem Cancellarii allecti sint, non convenit inter eruditos, & *Piaseicum*, anno demum 1569 id contigisse asserentem, copiose *Hartknochius*, confutavit. Illum tamen secutus *Zaluszowsky*, separatim ipsos, in extremo Coronæ consessu, & velut ad clavum reipublicæ, sedere, ait, deque illo ordine sedendi eundique orta aliquando inter Mareschallos curiæ, & Cancellarios, contentio, ab *Uladislao* Rege, ultimum huic in Senatu locum assignante, diremta est. Cancellarium, collatis Senatorum suffragiis, Rex ipse, aut per Mareschallum, appellat, sigillum majus tradit, publicoque juramento obstringit; Sigillum minus Procancellario confertur. A Rege Cancellarii in literis Illustres, in Constitutionibus regni

atplu-

utplurimum Magnifici, a civitatibus Prussicis, si Episcopi, Illustrissimi, Reverendissimi, & Excellentissimi, si Seculares, Illustrissimi & Excellentissimi, appellantur; Episcopus Varmiensis, vel alii Principes Imperii, Celsissimi Principes salutantur. Eorum munus est, missos ad Rempublicam Legatos excipere, responsa dare, Regiis Legatis negotia committere, consilia publica in Senatu auspicari. De quibus copiose differens Clariss. Autor, Cancellarium in *Judicio* Regio *assessoriali*, cui præsidet, solum jus dicere, causas Prussicarum civitatum, per appellationem a judiciis ordinariis ad illud delatas, dirimere, ac de iis decernere, observat. *Majores civitates* jus antiquum, ab illo assessoriali ad *relationum judicia* appellandi, retinent, cum de earum juribus ac privilegiis disputatur. Literas, in pergameno & charta exaratas, salvosque conductus, quos vocant, dare petentibus solent Cancellarii; quibus cum interdum *Regia manus deesset*, Rex *Sigismundus Augustus*, ut memoriæ prodit *Rein. Heidensteinius pag. 26*, eum morem primus sustulit in Comitiis, nullam se donationem, aut similes literas, quibus non ipse subscripsisset, ratas habiturum esse, professus. Penes ipsos librorum & regestorum Cancellariæ, majorisque & minoris Sigilli, custodia est, de quorum vario usu loca Scriptorum Polonicorum Cl. Autor adducit. Principum rerumque publicarum Legatos accipere Rex & audire, nisi consentientibus Senatoribus, Mareschallis inprimis & Cancellariis, nequit; ad Rempublicam vero missi Regi, Senatoribus, & Equestri ordini, ternas literas tradunt in Comitiis, ubi nomine Regio Cancellarius, nomine Senatus primus ex illo Ordine, nomine Equitum *Mareschallus nuntiorum terrestrium*, ut vocant, respondet. Comitia, bis Varsaviæ, & semel Grodnæ in Lithuania, celebranda, Cancellarii nomine Regio indicunt, tempus locumque designant, in eorum auspiciis *Mareschallo nuntiorum terrestrium*, ad Regem, in solio sedentem, verba facienti, respondent, sigillo, quæ de statutis legibusque inter *nuntios terrestres* convenere, muniunt & obsignant; si qui ad munera, Senatorum commendatione, a Rege evecti sunt, renuntiant. Burggravii, qui Thoruni & Elbingæ pacem publicam defendunt,

dunt, inque Scabinorum judicio, dum capitales sententiæ præleguntur, principem locum tenent, ante annuum electionis diem per literas, e Cancellaria missas, nominantur. Dum civitates Prussiæ *majores* fidem jurejurando præstitere, non raro Cancellarii pro Rege adfuerunt. *Commissiones*, seu *Judicium Recuperatorium*, in Polonia, de quo fuse Cl. *Lengnichius* egit, constituunt; Senatusconsulta, qua occasione, & a quo lata sint, ad perpetuam rerum memoriam in publicas tabulas referre solent; Regem in itineribus & bellicis expeditionibus comitantur, &, quod *Zamoscii* exemplum declarat, interdum pro patria pugnant. Ducatum Curlandiæ & Electoralis domus Brandenburgicæ terras Lauenburgo-Butorenses, Regis loco, conferunt. Cum Equites aurati & aquilæ albæ solenni ritu creantur, varia ipsorum munia sunt; adde, quod nonnulli legationibus apud exteros functi commemorentur. Tempore interregni Primatis lateri, omnium consiliorum conscii, adhærent, Regis electionem per literas, ipsius nomine scriptas, & sigillo natalitio signatas, Principibus nuntiant, ipsum Cracoviam ad coronationem comitantur, argentea sigilla, dum funus regium ducitur, frangunt, & sepulcro injiciunt. Præter Cancellarios *Secretarii majores*, unus regni, alter M. Duc. Lithuaniæ, ad quævis arcana consilia adhibentur. *Referendarii* supplices literas Regi proponunt, comitialibusque decretis subscribunt. In fine Dissertationis Cl. *Schultzius* Cancellarios, qui eruditis Operibus de posteritate præclare meruerunt, quos inter *Zamoscius* ille eminet, ordine recenset. Inter Documenta & Augmenta, *Joannis III* literas de Cancellariorum officio, series eorum & Procancellariorum excipit; subjiciuntur Cerimoniæ Investituræ in Curlandiæ Ducatum, singularia Cancellariorum, a *Rudgero zur Horst* & *Adamo Naramowskio* collecta, *Lubienskii* Parænesis ad *Thomam Zamoscium*, dum regni Vicecancellarius crearetur, & MSta Chronologia Cancellariorum & Procancellariorum Poloniæ & M. D. Lithuaniæ.

Rein. Heidensteinii liber *de Cancellariis Poloniæ*, nitide & eleganter scriptus, & *Laur. Gembicki*, Cancellario, dicatus, Braunsbergæ primum A. 1610 impressus fuit. Copiose de officiis

cils Cancellarii, &, quibus studiis instructus accedere ad illud munus debeat, tractat, obiterque nonnulla de scribis apud Græcos & Romanos, & qua lingua publica scripta exarari debeant, disquirit, seque ad Jus Prussicum emendandum e suo Palatinatu missum esse, memorat.

JACOBI THEODORI KLEIN HISTORIÆ Piscium naturalis promovendæ Missus primus, de lapillis, eorumque numero in craniis piscium, cum Præfatione de Piscium auditu. Accesserunt 1) Anatome Tursionum; 2) Observata in capite Rajæ.

Gedani, literis Schreiberianis, 1740, 4 maj.
Plag. 5, Tabb. æn. 6.

In colligendis & explicandis rerum naturalium thesauris indefessus semper fuit Cel. Autor, & fervorem suum in promovendo hoc studio luculentis speciminibus satis superque declaravit. Nunc partem historiæ animalium, piscium scilicet doctrinam, suis observationibus illustrare, & methodi rationem accuratius perquirere, suscipit. Eo majores igitur eidem habendæ sunt gratiæ, quo major est labor, quem indagatores regni animalis subeunt. His enim absona & ridicula veterum & recentiorum commenta, in descriptionibus & iconibus expressa, pervestiganda, ipsa animantia vel tædioso labore, vel sumtibus non vulgaribus, colligenda, studiosius examinanda, iconibus illustranda, cum aliorum descriptionibus conferenda, & nomina, quæ diversi Autores illis imposuerunt, sub judicium vocanda sunt, si hanc Historiæ naturalis partem indigestam expolire, & ampliorem efficere, ipsis est constitutum. Præstabit hoc Cel. Autor in historia piscium, & multa jam præstitit in *Missu* hoc *primo*, in quo lapillos, & numerum eorum in craniis piscium, examinavit, & de auditu piscium præfatus est. Pisces dicit animalia apoda, pinnis natantia, & ita eosdem a serpentibus, amphibiis, & omnibus animalibus testaceis, distinguit. De auditu piscium cetaceorum, quippe qui interna pleraque organa cum quadrupedibus communia ha-

bent, passim apud Autores nonnulla commemorantur; sed de sic dictis cartilagineis & spinosis res magis obscura est. Anceps fuit Cel. *Rajus.* Licet enim testimonia de piscibus ad sonum campanæ accurrentibus ex aliis adducat; tamen de organo auditus in his piscibus nec ipse, nec *Willughbeus*, aliquid certi pronuntiant. Adducuntur alia quoque de piscibus ad certum sonitum congregandis testimonia, *Plinii*, *M. A. Severini*, *Rondeletii*, & ipsius Autoris, sed, qua parte audiant pisces, non certo constat. *Severinus* quidem post *Jul. Casserium Placentinum* lapillos, sive ossicula, pro organis internis assumit, sed, meatum auditorium manifestum non esse, docet. Licet enim meatus invenerint indagatores; dubii tamen hæserunt, an olfactus, an auditus, organo adscribere hos debeant. Recentior quoque scriptor *Artedius*, Succos, cetaceis meatus auditorios tribuit, reliquos vero illis carere monet, & ideo pisces tantum obscuro auditus sensu præditos esse asserit. Quamvis vero meatus auditorii ob summam subtilitatem in pluribus piscibus difficillime demonstrandi sint; tamen Cel. Autor ex testimoniis adductis concludit, pisces nec obtusius audire, quam reliqua animalia, sed æque perfecto auditu, sibi proprio, præditos esse, & simul illorum sententiam rejicit, qui asserunt, pisces non nisi exserto capite & aperto ore natantes audire. Hæc tractatio Autorem ducit ad considerationem lapillorum, in craniis piscium deprehensorum. Dicuntur Ichthyolithi, quoniam ad substantiam quasi siliceam accedunt, pellucidi vel semidiaphani sunt, & ab antiquis inter gemmas referuntur, collisi sonum edunt, & facilius in pulverem rediguntur, quam ossa piscium, *Casserio* vero & aliis etiam ossicula audiunt. Extra dubium positum est, hos lapillos, tanquam partes constitutivas, intra cranium piscium arcte colligatos cum cerebro, generari, &, licet figuris quam maxime ludant, tamen lapillos ex piscibus unius familiæ maximam inter se habere figurarum affinitatem. Modum fiendi, vel generationem, talium lapillorum, aliorum judicio relinquit Autor, ipse tantum observationes de lapillis, eorumque numerum, & nonnulla phænomena circa illorum investigationem obvia, annotare suscipit. Antequam vero suas observationes exponit,

ponit, veteres æque ac recentiores Autores adducit, qui lapillos hosce, eorumque virtutes, descripserunt. Omnes duorum tantum mentionem injiciunt, & *Casserius* solus tres observavit, quem aliqua ex parte secutus est *Severinus*. Ipse Autor primum non nisi duos lapillos collegerat, inventa vero *Casserii* observatione studiosius disquisivit, & os, quod ille lenticulare dixit, sive tertium par, in Cobitide fluviatili, minore pisce, & in majoris & minoris Lucii capite quoque, deprehendit. Fusius postea describit, quæ in dissectione capitis Lucii majoris æque ac minoris ipsi obvia fuerunt, & inprimis cerebri situm, sacculos, sive vesiculas, in quibus lapilli inveniuntur, & foramina cranii, accurate describit,& delineata exhibet. Lapillos quoque, in aliis piscibus observatos, addit, e. g. ex Salmonibus, Trutta, Thymallo, Harengo, Asellis,aliisque pluribus. Caput vero Sturionis & Mustelæ maculosæ accuratius examinat. Quoniam autem ex nonnullis piscibus tantum unicum vel duos lapillos delineaverit, supplementa horum, nec non lapillos ex aliis piscibus delineatos, promittit. Huc quoque spectant lapilli ex Umbra pisce, & lapides S. *Petri*, quos ideo fusius examinat, & sententias variorum Autorum, suaque observata, exponit. Tandem, Appendicis loco, anatomen Tursionis, sive Phocænæ, maris & fœminæ, exhibet, & præterea observationes in capite Rajæ addit, omniaque observata non tantum studiose describit, sed & elegantissime delineata sistit.

JACOBI THEODORI KLEIN HISTORIÆ Piscium naturalis promovendæ Missus secundus, de Piscibus, per pulmones spirantibus, ad justum numerum & ordinem redigendis. Accesserunt singularia 1) de dentibus Balænarum & Elephantinis, 2) de Lapide Manati & Tiburonis.

Gedani, literis Schreiberianis, 1741, 4 maj.

Plag. 5, Tabb. æn. 4.

In animalium, inprimis piscium, historia eruenda naturam nimis implicatam esse, cognoscimus, ita, ut non facile absolvi

 possit,

possit, inprimis cum antiquorum æque ac recentiorum scriptorum discrepantia nos ita confundat, ut labores eorum non nisi maxima cum cura examinare, & in nostros usus convertere, queamus. Quot pisces ineptos descripserunt Autores, qui certe non nisi in iconibus falsissimis deprehenduntur? Balænarum, maximorum animalium, historia adeo manca est & mutila, ut nec de dentibus eorundem, nec de fistulis in capite, quibus aquam haustam reddunt, aliquid certi constet. Quam fallaces sint & veterum & recentiorum descriptiones, abunde docet *Cel.* Autor; se vero in disquisitionibus suis, de historia piscium instituendis, si non omnimode perfectas & absolutas, tamen accuratas, traditurum esse, promittit. Examinatis quodammodo aliis Autorum dispositionibus, hanc exhibet Tabulam generalem omnium piscium:

Pisces vel gaudent,
- Pulmonibus, quorum universalis character: Foramen, aliis fistula in summo capite, unde aquam cum impetu rejiciunt.
- Branchiis
  - pone caput occultis,
    - ad latera utrinque
      - sub incisuris lunatis constanter quinque
      - sub foraminulis vel rimis { oblongis / rotundis } unico, vel pluribus.
    - in parte prona sub incisuris constanter quinque.
  - in capite apertis, { sub operculis osseis, / sub operculis membranaceis, } veluti in buccis aperibilibus.

Relictis reliquis piscibus, hac vice illos tantum, qui pulmonibus præditi sunt, examinat. Hos Physeteres, sive flatores, appellat, quoniam *Hesychio* Φυσητὴρ fistulam piscium cetaceorum denotat, & ita jure quodam antiquissimo hoc, sed vago, nomine, ad primum ordinem piscium significandum, utitur. Ostendit vero, cur denominationes aliorum Autorum ipsi displiceant, & cur nec Cetaceos, nec Belluas marinas, nec Plagiuros, appellare velit. Distribuit autem Physeteres in Balænas, Narwhalem, & Delphaces. Balænæ sunt, quarum caput tertiam propemodum partem totius corporis absolvit, & hæ primæ magnitudinis deprehenduntur. Narwhal caput habet, quod ad

reli-

reliquum corpus adeo parvum videtur, ut acephalus videatur. Os non nisi unico & exserto dente armatum est, hinc recte *Monodon Artedi* dicitur; hic vero est mediæ magnitudinis. Delphaces, sive Porcelli, capite in rostrum porcinum exeunte ore in utraque mandibula dentato, conspicui sunt, præterea quoque tripennes, & ultimæ magnitudinis, deprehenduntur. Familiæ Balænarum, ore vel edentulo, vel dentato, genera a qualitate dorsi desumuntur. Scilicet

I. Edentulæ 1. in dorso lævi apinnes.
2. in dorso gibbo apinnes.
3. in dorso pinnatæ.

II. Dentatæ. 1. Dorso lævi apinnes.
2. Dorso lævi pinnatæ.
3. Dorso gibbo apinnes.
4. Dorso gibbo pinnatæ.

Ad hanc methodum Autor noster disponit omnes species, & cuncta ex probatis Autoribus adducit, quibus hæc illustrari possunt. Non omnes tamen Balænarum species describit, sed illas tantum, quas cum aliqua fiducia assumere poterat. Suadet interim, ut illi, qui cum classibus venaticis excurrere solent, attendant ad omnia externa Balænarum signa, ut mensuras partium attendant; nam ex his observationibus maxima incrementa sumturam sperat historiam piscium. Progreditur porro ad piscem *Narwhal*, qui unico dente prælongo, in sinistra superioris mandibulæ parte per gomphosin inserto, gaudet, & a nonnullis immerito cornu nuncupatur. Hic unicus videtur esse in suo genere, nisi ex quibusdam imperfectis descriptionibus alterum assumere vellemus. Delineatio & descriptio accuratior piscis, in Museo Regio Dresdensi asservati, additur. Tandem & Delphaces, sive porcellos, describit, qui pinguedine lardoque porcos terrestres superant, non tamen cum Balænis & Narwhale comparandi sunt. Exhibet hic tria genera inferiora: *Orcam*, cujus caput in rostrum porcinum simum exit; *Delphinum*, cujus caput in rostrum porcinum rectum protenditur; *Tursionem*, sive *Phocænam*, rostro recto, brevi, & obtuso, gaudentem. Omnia vero, quæ exponit, & egregiis descriptionibus & iconibus

 illustrat,

illustrat, & probatissimorum Autorum asserta non negligit. Veniam tamen se impetraturum confidit, quod plurimas, ab Autoribus descriptas, Balænas, vel tanquam suspectas, aut nondum satis notas, vel tanquam plane alienigenas, neglexerit.

In Appendice I) de dentibus Balænarum & elephantinis disserit, ex illis quidem varios, hinc inde ab Autoribus observatos, describens, dubitans tamen, an dens Balænæ fossilis unquam repertus fuerit. De dentibus elephantinis vero fusius agit, varios, ab Autoribus hinc inde adductos, describit, & simul internam eorundem structuram aliquo modo perlustrat. Controversiam quoque tangit, utrum in diluvio vi fluctuum ex Indiis fuerint deportata cadavera, & variis in locis deposita; an vero post diluvium originem suam vel populorum expeditionibus bellicis, vel migrationibus, debeant. II) de lapide Manati & Tiburonis agit. Manatus perperam ad pisces cetaceos, melius ad Phocas, refertur; Tiburo vero, vel Tiburonus, male ad vitulos marinos refertur, sed est piscis, & quidem Galeorum omnium maximus, qui canis carcharias sive Lamia *Rondeletii*, *Gesneri*, &c. appellatur. Hinc cognoscitur, manatum & tiburonem diversa animalia esse. Cel. Autor itaque fovet sententiam, lapides Manati esse ossa petrosa animalis descripti, monet vero, inde concludendum non esse, animal Manati piscem cetaceum esse, quod paria cum Physeteribus habeat organa auditus, alias enim omnes etiam Phocæ & alia animalia cetaceis annumeranda essent. De Tuberonis lapidum numero Autores non conveniunt. Alii unicum, alii duos, alii tres, quatuor, & plures, numerant. Autor, ob convenientiam cum piscibus congeneribus, iisdem tria paria vel sex lapillos tribuit.

JACOBI THEODORI KLEIN HISTORIÆ Piscium naturalis promovendæ Missus tertius, de Piscibus, per branchias occultas spirantibus, ad justum numerum & ordinem redigendis, cum observationibus circa partes genitales Rajæ maris & Ovarium Galei.

Gedani,

Gedani, literis Schreiberianis, 1742, 4 maj.
Plag. 8, Tabb. æn. 7.

Conſideratis in *Miſſu ſecundo* piſcibus, qui pulmonibus reſpirant, nunc ad illos, qui branchiis, iisque occultis, reſpirant, progrediendum eſt. In his ſpiracula pone caput vel lateralia, vel thoracica, deprehenduntur. Lateralia ſunt vel unum, vel quinque, vel ſeptem, thoracica vero conſtanter quinque. Siſtit Tabula ſequens diſpoſitionem generum:



Hac Tabula expoſita, Cel. Autor piſces hujus claſſis diſquirit, nomina, tum generica, tum ſpecifica, exponit, & ſynonyma, variasque Autorum obſervationes, addit. Nos quidem, ſpeciebus relictis, generum diſpoſitionem ulteriorem per characteres allatos tradere, & ita totius tractationis ideam exhibere, conabimur. *Cynocephalus* capite roſtrato ore longitudinaliter fiſſo donatus eſt. Roſtrum ejus os ſuperat, & hoc ſciſſura ampla conſpicuum & valde dentatum eſt. Aliis *Canis*, *Lamia*, *Tiburo*, dicitur. *Galeus* capite roſtrato, ore transverſali prono, gaudet. Nonnullis *Muſtelus* quoque appellatur. *Ceſtracion* capite transverſo, ore prono transverſali, gaudet. *Zygæna* quoque nuncupatur. *Rhina*, capite depreſſo inſtructus, ore in extremitate poſito. *Squatina* etiam appellatur. Hæc quatuor genera ab *Artedo* ad unum genus *Squali* reducuntur. *Batrachus* a ſimilitudine cum Rana ita appellatur, & corpore quaſi pedato

dato est; *Lophius Artedo* dicitur. *Crayracion* corpore est strumoso. Huc referuntur pisces corpore quocunque, modo strumoso, tumido, vel sufflato, donati, cute coriacea sæpius spissa & aridula, vel glabra, vel aculeata. Ob figuram etiam nonnulli *Orbes* aliis Autoribus dicuntur. *Ostracion* dixit *Artedus*, & originem nominis a testaceis animalibus derivat. *Capriscus* corpore compresso differt a præcedentibus. *Conger* corpore tereti est donatus. *Anguilla* & *serpens marinus* synonyma sunt; *Muræna* vero, ad quam ab *Artedo* hoc genus reducitur, peculiare genus constituit. *Muræna* piscis est anguillæformis & pinnis branchialibus caret. *Lampetræ* nomen apud priscos non reperitur. Hoc genus itaque cum *Artedo Petromyzon* dicit. Est piscis anguillæformis, cui ventralis quoque pinna deficit, ore in parte prona elliptico gaudet, & in medio capite foraminulum tubulosum habet. Ex piscibus, qui branchiis & spiraculis in thorace positis gaudent, *Artedus* unicum *Rajæ* genus constituit. Hi utplurimum cartilaginei plani dicuntur, & eorum corpora, dempta cauda, circum circa in pinnam attenuata sunt. Omnibus os & nares in prona capitis parte positum est. Cauda vero in quatuor generibus, quæ Cel. Autor posuit, diversa est. *Narcacion*, seu *Torpedo*, caudam habet lævem & pinnatam. *Rhinotatus* sive *Squatino Raja*; caput & anteriora *Rajæ* posteriora Squatinæ similia sunt. Cutis velut arenulis minutis adsperfa est. *Leiobatus*, cujus corpus Rajarum in modum attenuatum est, cauda lævi non aspera spinis donatur. Huc pertinent *Pastinacæ* & *Aquila*. *Dasybatus* cauda aspera spinosa. His pertractatis, Cel. Autor *Rajæ* anatomen exactam exhibet, omnes partes describit & iconibus illustrat, & inprimis partes genitales curatius examinat. Tandem *Galei* ovarium, partesque annexas, non minori diligentia disquirit, sententias veterum, de generatione horum piscium, examinat, & varia momenta, iconibus nitidissimis additis, illustrat. Ea igitur, quæ Cel. Autor in *Missu primo, secundo, & tertio,* præstitit, magnam spem faciunt eorum, quæ in sequentibus proponentur. Nos secuturos *Missus*, qui reliquas piscium familias ostendent, eo majori desiderio exspectamus, quo meliora de his vel ex priorum lectione sperari possunt.

OBSER-

OBSERVATIONES ET COGITATA DE PESTE, quæ annis 1738 & 1739 in Ukrainia grassata est, Autore JO. FREDERICO SCHREIBER, Regiomontano, Doctore Medico, & Physico Moscuensi.

Petropoli, typis Academiæ Scientiarum, sine mentione anni, 4 maj.

Plag. 6.

De morbo hoc atroci quamvis plurimæ doctorum virorum exstent Commentationes; multa tamen de eo acutissimus *Schreiberus* disputat, quæ cognovisse neminem ex Medicis peritioribus pœnitebit. Mathematicorum usus methodo, primum observationes certas fidasque, in peste per Ukrainiam grassante factas, candidissime recenset, & consectaria quædam, inde deducta, illarum singulis illico subnectit, ut hæc primam velut Opusculi partem constituere videantur. Verum, hic non acquiescendum esse, ratus, ex illis ipsis, observationibusque reliquis de peste ab *Hippocratis* ætate usque ad hæc tempora curatissimis, in naturam illius morbi diligentius inquirere, &, perspecta medicamenti alicujus facultate, certius quidquam ad domandum morbum per ratiocinia elicere, laboravit, cum non delinquat Medicus, qui cum ratione, quæ experientiæ unquam repugnare nequit, aliquid contra morbos desperatos molitur. Atque in altera hac velut parte, pathologiam & therapiam pestis complexa, eadem methodo procedit, ut propositiones, experientias præstantissimorum Medicorum, & corollaria, apto nativoque inter se ordine conjungat, ex quibus nunc potiora dictorum Cel. Autoris momenta excerpere constitutum habemus. Bubo pestilens a bubone venereo distinguitur solo miasmate, illic pestilentiæ, hic luis venereæ, veneno tincto, illic magis, hic minus, actuoso. Utrique in his convenit, quod quilibet tumor est durus glandularum serosarum, adeoque certo oritur a sero sanguinis, in cellulis ipsarum viscidiori, imo plane coagulato per miasma proprium, qui tumor se emolliri, tandemque aperiri, patitur, quo miasma utrumque, & prava utriusque effecta, vel integre, vel ex parte, semper tamen cum salute corporis affecti, eliminari queant. Uterque bubo originem habet duplicem, nempe

ab interioribus extrorſum, ubi tota humorum maſſa utrobique infecta fuerit, & ab exterioribus introrſum, ubi in leviori malo morbus externus inchoaverit. Hæc deſcripta luis venereæ ſpecies frequentiſſima eſt, & a peſte bubonacea tum miaſmate, tum via infectionis, diſcrepat, dum illius miaſma ex ſyſtemate ſeroſo in ſanguineum, ſed poſterioris ex hoc in illud, defertur. Utrique huic convenit in his, quod ſingulare cuivis miaſma ſerum ſanguinis utrobique coagulet, eademque amet loca, vaſa ſcilicet ſeroſa, & glandulas ſeroſas. Ut adeo peſtis bubonacea velox ſyphilis, & ſyphilis tarda peſtis bubonacea, eſſe videatur, idque eo magis, quod ipſæ peſtes veri nominis gradu velocitatis inter ſe internoſcantur. Quemadmodum vero is, qui miaſma luis venereæ mutare, aut expellere, ejuſque effectum, id eſt, coagulationem ſeri ſanguinis, tollere, valet, feliciter toti morbo medetur; ita etiam, quicunque miaſma peſtilens, bubones effecturum, immutat in tempore vel expellit, & effectam per illud coagulationem ſeri ſanguinis tollit, morbum peſtilentem, in bubones deſiturum, feliciter profligat; et, qui hunc eundem morbum ita dirigit, ut evadat bubonaceus, is, obſervatis prioribus, plures peſtis ſpecies perſanabit. Remedium ejuſmodi, immutando vel expellendo miaſmati, peſtem bubonaceam effecturo, aptum, videtur eſſe mercurius dulcis, conciſa doſi datus, utpote omni probabiliter indicationi, pro felici peſtis, in bubones deſituræ, curatione, imo pluribus peſtis ſpeciebus, par futurus, ſi fuerit in arte, morbum peſtilentem ita dirigere, ut in bubones deſinat. Is ipſe mercurius, cum camphora mixtus conciſa doſi, repetitisque vicibus exhibitus, ſuggerit medicamentum, ſanguine ſpecifice gravius, in minima diviſibile, ſyſtema ſanguineum citiſſime percurrens, per minutiſſima corporis humani vaſa facillime penetrans, humoribus corporis humani non miſcibile, & in ceteros, præter ſanguinem, non agens, niſi quatenus vi cordis & arteriarum ſanguinearum majori momento fertur, quam ſanguis, adeoque in febre valde maligna acuta, imo acutiſſima, ad ſuperandam ſeri ſanguinis coagulationem perquam fructuoſum. Quamvis enim, quamdiu hoc medicamentum ſanguini commixtum circumit, calor corporis humani aliquantum augeatur; tamen, quamprimum in ſyſtema ſeroſum pervenit, & coagulationem

seri sanguinis, febris illius auctæ causam non postremam, tollit, augmentum caloris, & a coagulato sero, & ab ipso medicamento, effectum, sensim minuetur, imo ipsa febris acutissima tandem definet, si medicamentum simul hac ipsa actione sua stimulum, autorem & febris, & coagulatorum, immutet, vel expellat. Pestis carbunculosa discrepat a variolis pessimis miasmate singulari. Utriusque morbi convenientia his continetur, quod carbo sæpe oritur ex pluribus variolis, in unum confluentibus, & pessimæ variolæ id in tota corporis sunt superficie, quod in parte carbo est, & denique eadem phænomena in carbone obveniunt, quæ in pessimis variolis tempore suppurationis illarum observantur. Quemadmodum vero natura carbonum est alia, quam bubonum, licet ambo eidem corpori eodem tempore eveniant, ab eodem effecti miasmate; ita, pestem carbunculosam peste bubonacea esse pejorem, omnium Autorum fide constat. Et adversus hanc febrem carbunculosam, imo fortassis etiam adversus bubonaceam, Cortex Peruvianus, quod & febribus resistit, & vitia bilis temperat, & gangrænam aufert, sphacelumque sistit, medicamentum alexipharmacum, quæ jam olim *Joannis Arbuthnot* fere fuit sententia, esse videtur. Vapores acidi, potus aciduli, præcipue acetum vini, ad medicamenta alexipharmaca præservantia in omni peste pertinent. Motus autem pestilens, a miasmate in pulmones inspirato concitatus, mox in pulmonum gangrænam nulla arte sanabilem degenerat. Ad morbum pestilentem resolvendo, vel, si id fieri nequit, critica, per glandulas serosas, præcipue inguinum evacuatione, tollendum, ea convenit methodus, ut 1), quamprimum tempore pestis ventriculus male afficiatur, extemplo exhibeatur emeticum ex Ipecacuanha cum nitro, vel ex vitriolo albo; 2) quavis hora tertia medicamentum hoc propinetur: Rec. Stibii diaphoretici nitrati gr. 15 Merc. dulc. gr. 1, Camphoræ gr. 2, M. superbibanturque seri lactis recentis, vel decocti hordei tepidi, unciæ 4, vel eodem temporis intervallo apta dosis Mercurii alkalizati cum pauxillo Camphoræ porrigatur; 3) inguinibus applicetur emplastrum de Meliloto, addita Camphora; 4) tensis inguinibus, vel bubonibus profunde tumentibus, admoveatur emplastrum vesicans, vel solum, vel emplastro de Meli-

toto commixtum, & 5) victus acutorum servetur. Carboni prodituro attrahentia applicentur. Interne detur qualibet hora quarta Corticis Peruviani electi drachma dimidia cum aqua alexiteria lactis, vel alia diapnoica. Anthrax agatur in suppurationem profunda scarificatione, circumcirca in vivis facta, quo excidant mortua. Interne idem Cortex dicto jam modo porrigatur. Reliqua autem pro tractandis bubonibus & carbunculis ex Chirurgia petantur.

ELOGIUM PETRI BURMANNI, PHILOlogi apud Belgas celeberrimi.

Confecit vitæ curriculum, & ex theatro literario, in quo per quinquaginta fere annos Philologi præstantissimi personam egerat, ad cœlestium haud ita pridem concilium demigravit, *Petrus Burmannus.* Lucem is adspexerat Trajecti ad Rhenum anno superioris Seculi octavo & sexagesimo, sexto mensis Julii die. Pater ei fuit *Franciscus*, ex antiquissima pariter ac splendidissima gente oriundus, qui, post aliquas stationes, Trajectum vocatus, sacrarum literarum & in Academia, & in urbe, non sine plausu communi interpres floruit; matrem autem *Mariam* veneratus est, summi Batavorum Theologi, *Abrahami Heydani*, filiam, quam *Dionysius Crucius*, apud Neomagenses olim verbi divini præco, viduam reliquerat. Prima literarum fundamenta jecit in schola patria, idque tam felici successu, ut anno jam ætatis decimo tertio, plurimis commilitonum longo post se intervallo relictis, ad lucem accedere Academicam posset. Huc delatus, in disciplinam traditus est literarum tunc temporis principis, *Jo. Georg. Grævii*, qui adolescentulum amavit tenerrime, & eorum intermisit nihil, quæ ad præclari hujus ingenii pertinere culturam viderentur. Nec oleum operamque in formando *Burmanno* perdidit *Grævius.* Fuit enim ille sedulus & assiduus præceptoris dexterrimi auditor, tantumque ex hujus institutione profecit, ut, adolescentiæ terminos nondum egressus, mira Latini sermonis elegantia se commendaret. Consumto in his, & aliis, quæ ad humanitatem referuntur, studiis aliquot annorum spatio, ad Jurisprudentiam civilem se applicuit, ejusque præcepta ex viris clarissimis,

mis, *Luca van de Poll*, *Gerardo Noodt*, & *Joanne van Muyden*, Antecessoribus Trajectinis, hausit; Jus vero, quod feudale dicitur, & *Hug. Grotii* librum *de Belli ac pacis jure*, explicantem audivit *Henr. Coccejum*, itidem hoc tempore in Academia Trajectina, post in Viadrina, JCtum illustrem. Quos in Jure progressus fecerit, ut documento comprobaret publico, elegantem doctamque ipse conscripsit Dissertationem *de Vicesima hæreditatum*, eandemque, *Joanne van Muyden* Præside, solide, facunde, fortiter, defendit. Deinceps cupiditas, ex aliorum etiam virorum, doctrina insignium, institutionibus colligendi fructus, & sic ad summum veræ sapientiæ apicem adscendendi, Leidam eum pertraxit, ubi scholis interfuit *Burcheri de Volder*, Philosophi acutissimi, itemque *Theodori Ryckii*, & *Jacobi Gronovii*, qui duumviri reconditæ in Græcis Latinisque literis doctrinæ fama mirum in modum eminebant. Per anni spatium ibidem commoratus, variæque eruditionis ornatus copia, Trajectum repetiit, *Grævii*que iterum lateri adhæsit, cujus quippe ductu ad fastigium in elegantioribus literis eniti se posse judicabat. Et ipse quoque *Grævius*, pro sua in explorandis ingeniis sagacitate, optime prospexit, quam lucidos sidus hocce radios per universum aliquando eruditorum orbem esset dispersurum. Annus erat elapsi Seculi octavus supra octogesimum, ætatis autem *Burmanni* vicesimus, cum Academicis studiis finem imponeret, & mense Martio, mascule propugnata Dissertatione *de Transactionibus*, Doctoris in utroque Jure honores obtineret. Quo non sine laude peracto, utilissimum sibi fore existimavit, si exterorum, doctrina & virtute excellentium, paulo arctiore frueretur consuetudine, &, quem cumulatissime jam possidebat, eruditionis thesaurum ex eorum colloquiis locupletaret. Iter proinde suscepit in varias Germaniæ Helvetiæque provincias, & celebriores Academias salutavit, præstantissimasque diligenter Bibliothecas perscrutatus est; cujus rei, tantum abest, ut ipsum pœnituerit unquam, ut de fructibus, ex illa peregrinatione perceptis, lætissimo sibi animo sæpiuscule fuerit gratulatus. Quamprimum redierat domum, causis in foro agendis vacavit; in quo negotio dum strenue versatur, ab illustribus Trajecti Proceribus,

quibus candida Viri indoles, dexteritas, & pertinax diligentia, cognita dudum erat, ſub anni, præterito Seculo, primi & nonageſimi finem Quæſtor conſtituitur decimarum, quæ ſolvi Epiſcopis ſolebant. Paulo poſt de jungenda ſibi thori ſocia cogitavit *Burmannus*, & invenit eandem ex voto in honeſtiſſima virgine, *Eva Clotterboke*, *Caſpari Clotterboke*, in urbe Brielenſi Senatoris & Conſularis filia, cum qua conjuge ad vitæ uſque finem jucunde vixit, decem ſimul liberorum pater factus. Inter hos autem duo tantum filii ſuperſtites ſunt, alter *Franciſcus*, qui juvenis, animo eo inclinante, militiæ nomen dedit, & in hac meritis ſuis ad inſignes evectus honores eſt; alter *Caſparus*, Jurium Doctor, & ampliſſimo Trajectinorum Senatorum ordini illatus, Vir, qui doctrina, fide, & humanitate, amorem civium ſuorum & venerationem mirifice ſibi conciliavit. Quinque propemodum annos in hoc multæ dignitatis munere peregerat Noſter, nec tamen politioribus literis valedixerat; unde evenit, ut anno ſuperioris Seculi ſexto & nonageſimo, a *Grævio* cumprimis ſuo commendatus, in Academia Trajectina Eloquentiam & Hiſtorias, poſtea etiam Græcas literas, civilemque Philoſophiam, profiteri juberetur. Quam ille provinciam, ſtudiis ſuis maxime convenientem, eleganti Oratione *de Eloquentia & Poeſi* ritu ſolenni auſpicatus eſt. Pauco interjecto tempore animum ſubiit ad Gallos proficiſcendi deſiderium, ut & viros inviſeret doctiſſimos, & Bibliothecas inſtructiſſimas ſuos in uſus, quoad fieri poſſet, converteret. Factus autem hujus voti compos eſt anno præſentis Seculi quarto ſupra decimum. Quantam a Gallorum eruditis expertus humanitatem fuerit, dici vix poteſt; eminuit tamen præ aliis omnibus *Montfauconii* comitas, a quo plurimum ei habitum honoris eſt. Accidit enim poſt mutuam ſtatim ſalutationem, ut inter ſe de variis rebus, ad literarum antiquitatumque ſtudium ſpectantibus, differerent. *Montfauconius*, ignarus, quis eſſet ille, qui ad ipſum acceſſerit, tantam in Noſtro reconditæ doctrinæ cognitionem animadvertit, ut nomen peregrinantis, & unde veniret, ſciſcitaretur. Ad quod cum Noſter, ſe Batavum, & *Petrum Burmannum*, eſſe, reſponderet, ſubito ex ſella proſiliit *Montfauconius*, eumque ulnis ambabus complexus, multis verbis

verbis ſuam teſtatus lætitiam eſt, quod tantum Virum, cujus jam varia legerat ſcripta, conſpicere cominus & exoſculari liceret. Addidit præterea, ſua ſe commendatione effecturum, ut facilem ad quaſcunque Bibliothecas aditum impetraret, ad illas etiam, quæ, in aliis regionis provinciis collectæ, haud adeo multis aperirentur. Imo, quod ſolita humanitatis officia longiſſime ſuperat, ſe quoque curaturum promiſit, ut per totum iter in omnibus Ordinis ſui Cœnobiis exciperetur honeſtiſſime, nec ullos ei impendere ſumtus neceſſe eſſet. Sed, uti hac humanitate, non e re ſua duxit *Burmannus*, quem Academicum munus domum revocabat. Trajectum redux factus, ad veteres ſuas delicias, id eſt, ad Muſas, alacriter rediit, docendoque partim, partim etiam ſcribendo, majorem Academiæ florem, & nomini ſuo illuſtriorem in dies gloriam, paravit. Nondum autem integrum anni ſpatium Ultrajecti emenſus fuerat, cum Academia Leidenſis, exſtincto *Jacobo Perizonio*, eum ad ſe lautis admodum conditionibus evocaret, & Hiſtoriarum, Eloquentiæ, Græcæque linguæ, docendæ ei provinciam offerret. Vix tamen adduci *Burmannus* potuiſſet, ut urbem relinqueret patriam, niſi lentæ frigidæque de retinendo eo conſultationes inſtitutæ fuiſſent, quarum pertæſus, Procerum votis annuit, & medio anno hujus Seculi decimo quinto novam ſpartam gravi Oratione *de publici humanioris diſciplinæ Profeſſoris proprio officio & munere* auſpicatus eſt. Tum demandatis ſibi partibus egregie, maximoque cum plauſu, functus eſt, &, qua fuit induſtria, multa, eaque doctiſſima, ingenii ſpecimina edidit. Præcipue merita ejus in Claſſicos, ut dicuntur vulgo, Autores laudibus extolli ampliſſimis debent. Quæ omnia poſtquam læti hilareſque perſpexerant illuſtres Academiæ Curatores, digniſſimum eum cenſuerunt, qui pluribus titulis honoribusque ornaretur. Contulerunt igitur in eum Profeſſionem Hiſtoriæ Fœderati Belgii & Poeſeos, pariterque, poſt *Wolferti Senguerdii* fata, publicæ eum Bibliothecæ præfecerunt. Poſtremum illud, eique longe jucundiſſimum, munus quam grato acceperit animo, Oratione ſolenni *de Bibliothecis publicis, earumque præfectis*, ſatis luculenter oſtendit. Tandem autem mors, omnia ſolvens, præmiſſis diuturnis graviſſimiſque morbis, eum adorta eſt, & ultimo menſis Martii die anni præteriti, tertium ac ſeptuageſimum ætatis annum agentem, ex hac vita abire juſſit. Corpus ei robuſtum, agile, juſtæque magnitudinis; vultus ſerenus, placidus, & conjunctam cum gravitate quadam hilaritatem præ ſe ferens; ingenium facetum jocoſumque,

sumque, fuit. Nunquam simulavit, semperque veridicus, mendacium, ut omnium vitiorum pestem, detestatus est. In bellis tamen literariis, maxime cum *Clerico* & *Capperonnerio*, justo eum acerbiorem fuisse, & hinc, aliisque ex causis, plurimorum in se reprehensionem derivasse, non forte pauci nobiscum dolebunt. Sed, utut hæc se habeant, manebit sua Viro laus & apud cultiores populos omnes celebritas, cujus morti etiam vicinus documentum vidit luculentissimum. Exhibetur scilicet ei epistola, ab illustri *Bignonio*, jussu Christianissimi Regis, scripta, qua, exemplari Catalogi Bibliothecæ Regiæ donari ipsum, significabatur, & ideo quidem hac eum gratia dignum judicari, quoniam principem inter eruditos locum obtineret. Magnus sane honor, cum paucis ei communis. Præter ea, quorum jam injecimus mentionem, scripta, hæc etiam, nomine ejus insignita, prodierunt: *Dissertatio de Vectigalibus Populi Romani*, *Ultraj.* 1694, 8, & auctior longe 1734 *Leidæ*, 4 *maj.* cum *Commentatione de Jove fulguratore*; *Gudii & Sarravii Epistolæ*, *Ultraj.* 1697, 4; *Phædri Fabulæ, cum Notis*, *Amstel.* 1698, *Ultraj.* 1718, 8, & *Leidæ* 1727, 4 *maj. cum novo Commentario*; *Oratio funebris in obitum Hermanni van Halen*, *Ultraj.* 1701, 4; *Oratio pro Pigritia*, *ibid.* 1701, 4; *Oratio funebris in obitum Jo. Ge. Grævii*, *Trajecti* 1703, 4; *Petronii Satyricon, cum suis & aliorum Notis*, *Ultraj.* 1709, 4; *Somnium, seu iter in Arcadiam novam, Carmine elegiaco*, *ibid.* 1710, 4; *le Gazettier menteur*, *ibid. eod.* 12; *Redenværing voor de Comedie*, *ibid.* 1711, 4; *Oratio de Pace inter Galliarum Regem & Fœderati Belgii Ordines composita, dicta publice Traj. ad Rhen.* 1713, *fol.*; *Jo. Georg. Grævii Orationes, cum Burmanni Oratione in ejus obitum*, *Lugd. Bat.* 1717, 8; *Vellejus Paterculus, cum Notis; accedunt Dodwelli Annales Vellejani*, *ibid.* 1719, 8 *maj.*; *Oratio in Humanitatis studia*, *ibid.* 1720, 4; *Quintilianus, cum Commentario*, *ibid.* 1720, 4, 2 *Voll.*; *Valerius Flaccus*, *ibid.* 1724, 4, & *sine Notis cum Præfatione, eodem anno*, 12; *Petri Cunæi, & doctorum Virorum ad eundem, Epistolæ, cum Notis Petri Burmanni*, *Leidæ*, 1725, 4; *Carmen in tertium Jubilæum Academiæ Leidensis*, 1725; *Epistola ad Claud. Capperonnerium, de ejus editione Quintiliani*, 1726, 4 *maj.*; *Ovidius*, *Amst.* 1727, 4, *Voll.* 4; *Sylloge Epistolarum, a Viris illustribus scriptarum*, *Lugd. Bat.* 1727, 4, *Voll.* 5; *Poetæ Latini minores, cum ejus & variorum Notis, scilicet Gratii Cynegeticon, Nemesiani Eclogæ, &c.* *ibid.* 1731, 4, *Voll.* 2; *Oratio de Literatoribus & Grammaticis*, *Leidæ*, 1732, 4; *Suetonius, cum ejus & variorum Notis*, *Amst.* 1736, 4, *Voll.* 2; *Batesteinium in concione Academica celebratum, carmine elegiaco*, *ibid.* 1738, 4; *Lucani Pharsalia, cum ejus Commentario*, *Leidæ*, 1740, 4; *Virgilius cum Commentario*, qui adhuc sub prelo est; denique *Præfationes* complures *ad Thesaurum Italiæ & Siciliæ*, quod grande ac magnificum Opus, post *Grævii* mortem, curæ *Burmanni* commissum fuerat. Nuper etiam Francofurti ad Mœnum prodiit *Burmanni Antiquitatum Romanarum brevis descriptio*, 8, sed qui tenuis est, & Autore tanto vix satis dignus, libellus.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Novembris Anno MDCCXLII.

ANTIQUITATES ITALICÆ MEDII ÆVI, SIVE Dissertationes de moribus, ritibus, religione, regimine, magistratibus, legibus, studiis literarum, artibus, lingua, militia, nummis, principibus, libertate, servitute, fœderibus, aliisque, faciem & mores Italici populi referentibus, post declinationem Romani Imperii ad annum usque MD. Omnia illustrantur & confirmantur ingenti copia Diplomatum & Chartarum veterum, nunc primum ex Archivis Italiæ depromtarum, additis etiam Nummis, Chronicis, aliisque monumentis, nunquam antea editis. Autore LUDOV. ANTONIO MURATORIO, Sec. Ducis Mutinæ Biblioth. Præfecto, Palatinis Mediol. Sociis editionem curantibus.

Tomus III.

Mediolani, ex typographia Societatis Palatinæ, 1739, fol. Alph. 7 plag. 22.

Gratulabundi igitur *tertium* eximii Operis *Volumen* Lectoribus nostris exhibemus, eodem encomio dignum, quod binis prioribus lubentes meritoque dedimus. Habet hoc *Muratorius* præ ceteris seculi nostri scriptoribus singulare, quod citius publici juris faciat libros, quam alii de iis conscribendis cogitarunt; nec potest hæc Viri Cel. festinatio ulla ratione vituperari, siquidem clara ubivis judicii in

in seligendis rebus probe exercitati κριτήρια ostendit, & temerariam immaturi partus exclusionem sollicite evitat. Tutelare Operi Numen, Regium juventutis principem, *Franciscum Xaverium*, delegit *Muratorius*, eidemque hunc ingenii fructum, singulari in Augustissimam domum Sarmaticam pietate ductus, dedicavit. Omne *Volumen undecim Dissertationibus* absolvitur, quæ non ipsæ solum immenso antiquorum monumentorum apparatu scatent, sed & binas collectiones, ab aliis olim scriptoribus congestas, & nunc e Codicibus MStis editas, comites habent. Harum prior, ab ignoto Autore, quem male quidam ex ipsius Historiæ *Lib. II Cap. 2 Thomam Fortifioccam* judicarunt, profecta, & dialecto Neapolitana Italice conscripta, jam e Codice Romano protracta, &, sub auspiciis *Francisci Frosini*, Archiepiscopi, studio *Petri Herculis Gherardii*, in Gymnasio Mutinensi Professoris, adornata, nunc a successore *Francisco*, e Comitum *Guidonum* familia oriundo, cum *Muratorio* communicata, *Historiæ Romanæ fragmenta ab A. C. 1327 usque ad A. 1354*, simulque *vitam Nicolai Laurentii*, *Tribuni Romani*, qui vulgo *Cola di Rienzo* solet nuncupari, continet; posterior autem insigne *Franc. Ughellii* supplementum, *excerpta* nimirum *e Chartis Archivi Archiepiscopii Pisani ab A. C. 720 usque ad A. 1199*, exhibet. Sed est potius de ipsius *Muratorii* laboribus dispiciendum. *Dissertatio XXXIV*, quæ primum in *Volumine tertio* locum occupat, *de Diplomatis & Chartis antiquis* agit. Ei argumento primi lucem accenderunt *Dan. Papebrochius* & *Jo. Mabillonius*, ille sodalitatis *Ignatianæ*, hic Ordinis *Benedictini*, socius. Post eos in eadem arena singuli ferme cultioris Europæ populi desudarunt, & ex Anglis quidem Cl. *Hickesius*, ex Italis *Justus Fontaninus* & *Scipio Maffejus*, e Gallis *Barth. Germonius* & *Th. Ruinartus*, e Germanis *Gottfridus*, Abbas Gotvicensis, palmam ceteris præripuerunt. Uno omnes ore falsariorum fraudes conqueruntur, & duplicem illorum ordinem constituunt, siquidem alii vera jura falsis Diplomatibus corroborare conati sunt, & subinde, si avthenticæ Chartæ intercidissent, Archivorum fata fictis Cæsarum confirmationibus suppleverunt, alii & prærogativas, &, quæ eas indulgent, Diplomata, excogi-

Pag. 251-550.

6. 7.

excogitarunt. Prodierunt eo utplurimum tempore figmenta, Pag. 15.
quando de usu juris alicujus lis movebatur. Sic spuria *Hadriani I*, P. R. Bulla de A. 780, quam in *Peregr. Prisciani Annalibus Ferrar.* MStis deprehendit *Muratorius*, &, ex collatione indictionis decimæ cum A.C. 780, annorumque imperii *Caroli M.*, instituta, fidei sublestæ arguit, occasione litium confecta est, quæ inter *Hadrianum IV* & *Fridericum I* Imp., itemque inter Archiepiscopos Ecclesiæ Ravennatensis & Præsules Ferrarienses, ferbuerunt. Falsi crimen in descriptis difficilius, quam in ar- 21.
chetypis, cognoscitur, siquidem in his simul e charactere, monogrammate, ac sigillo, duci possunt argumenta. Sic nullo fere 22.
negotio falsitas Chartæ fuit agnita, qua Bononiensis Gymnasii origo ad A. C. 433, & *Theodosii II* imperium, refertur. Exemplar, quod exhibet *Muratorius*, avthenticum, ab *Ughelliano* penitus diversum, fraudes prodere Seculi a nato Christo XIII videtur. Sic, quisquis Diploma donationis *Constantini M.* in- 29.
tuetur, vestigia Seculi X conspicit; & nemo forsitan de tam enormi mendacio cogitasset, nisi oratores Seculi VIII & insequentis antiquitatem possessionum, ad ecclesiam Romanam pertinentium, exaggerassent, eaque de causa *Hadriani I Epistolam 49* inepte fuissent interpretati. Quodsi doctioris falsarii occurrit sup- 30.
positio, nunc ad pergameni scissuram, nunc ad monogrammatis ductus, nunc ad uncturam in loco sigilli, attentius est respiciendum. Aliquando ex unica voce fraudis nascitur suspicio. 32.
Sic in Diplomate *Ludovici Pii* de A. 814 *assassinii* nomen falsitatem detegit, quippe quod non nisi post Hierosolymas receptas, id est, post A. C. 1099, exaudiri cœpit, atque tum demum ex Oriente in occidentales plagas transiit. A fraudibus ad vi- 43.
tia scripturæ progreditur *Muratorius*, atque hic Lectorum nimios in Diplomatibus genuinis scrupulos reprehendit, qui vitia inconsiderantiæ suæ librariis haud raro tribuunt. Sic Char- 45.
tam, Monasterio D. *Mariæ* Virginis Deiparæ Ticinensi A. 892 a *Guidone* Aug. datam, falsitatis nonnulli arguunt, quod diei 5 Cal. Aprilis, quo indictio 10 in ceteris Italiæ locis currebat, indictio 9 jungitur. Sed salva res est. Etenim aliæ Italiæ gen- 49 seq.
tes Florentinorum more annum a d. 25 Martii, aliæ a d. 25

Decembris, inchoarunt; priorque numerandi ratio posteriorem mensibus novem antevertit. Priori igitur calculo usum in dicto Diplomate *Guidonem*, suspicatur, quippe qui & indictioni nonæ, & anno primo imperii *Guidonis*, qui ante exitum Febr.
Pag. 65 seq. A. 891 Romæ Imperator unctus est, respondet. His autem, quæ sunt hactenus in medium allata, non id agit *Muratorius*, ut omnia vitia scribarum neget, quandoquidem frequentia in Diplomatibus occurrunt, uti e. g. in Diplomatibus *Guidonis* de A. 889, 8 Cal. Maji, manifesto errore indictio VIII scripta reperitur, & numerus VII est sine omni dubio substi-
74. tuendus. Plerasque falsariorum diplomaticorum fraudes historiarum cognitio declarat, cui adeo se tradere totum debet, quisquis criticam falcem in hanc mittere messem constituit. Affine argumentum *de Sigillis medii ævi* tractat *Dissertatio XXXV*, cujus maximam partem industria *Papebrochii*, *Mabil-*
85. *lonii*, & *Jo. Michaelis Heineccii*, occupavit. Sparsis itaque observationibus contentus *Muratorius*, primo, falsarios, notat, Chartis confictis vera sæpius sigilla affixisse, ejusque rei exemplum
87. sistit in Charta *Caroli M.* de A. 781, quam *Ughellius Ital. sacr. Tom. V pag. 1563* edidit, ubi cum cera conspiciatur in postica parte haud repercussa ac dilatata, sed scissuræ potius pergamenæ ita immissa, ut & educi facili negotio queat, & ipsamet sponte sua elabatur, nisi circulo ligneo & filo chartæ connexa retineatur, nulla superest dubitatio, quin istud inter manifesta fraudis indicia sit referendum, quam & indictio IV pro X
90. collocata uberius confirmat. Secundo loco materiam Sigillorum contemplatur *Muratorius*, plumbeasque Bullas Pontificibus ac Episcopis jam ante *Alexandrum II* familiares, in
91. Chartis vero Cæsarum rariores, & in unica ferme *Ottonis III* occurrere, observat. Frequentissimæ ibi sunt cereæ, aureis ad Diplomata majoris momenti servatis. Vid. *Leo Ostiensis Chron. Cas. II, 39.* Quæ Sigilla medii ævi exornant, Imperatorum
93-140. & Principum Italiæ imagines, in calce Dissertationis æneis expressæ tabulis repræsentantur. *Dissertatio XXXVI de Emphytevsi-*
144. *bus, precariis, ac laicorum decimis*, inscribitur. Contractum emphytevticum sequior ætas *libellum*, *precariam*, ac *præstariam*, appellavit;

appellavit; & libellum quidem a literis supplicibus distinxit, quæ porrigi pro impetranda emphytevsi solebant, teste Diplomate de A. 903, quo *Azo*, Ecclesiæ Ravennatensis Diaconus, & Abbatiæ S. *Vitalis* Præpositus, *Amelrico* & Francæ petentibus multorum prædiorum emphytevsin largitur. Differentiam aliquam Pag. 150 *precbariæ & libellorum* statuit conventio reipublicæ ac ecclesiæ seq. Mutinensis de A. 1183, quæ legitur in causa feudorum, precariarum, & libellorum, inita; & est forte existimandum, precariam de emphytevsi, pro qua adipiscenda fundum proprium ecclesiæ offert petitor, & postea eundem emphytevseos titulo possidet, libellum de contractu, in quo talis oblatio & quasi compensatio haud occurrit, prædicari. *Præstariæ* nomen in- 153. dicat, fundos, emphytevtico jure datos, non alienari, sed utendos solum concedi, & quasi commodari; unde & multi eam pro specie feudi habuerunt. Diversitatem precariæ & præstariæ cum *Jac. Sirmondo* & *Gerh. Jo. Vossio* eandem statuit *Muratorius*, atque, hanc a parte concedentis illi a parte poscentis respondere, arbitratur. Frequens fuit media ætate contractus 172. emphytevtici usus in ecclesiis, adeo, ut, qui eum inibant, tantundem donare solerent, quantum sub emphytevseos lege pro modica pensione annua accipiebant. Vid. *Concil. Turon. III Can.* 173 seq. *51.* Exempla *Muratorius* adduxit bina, quæ A. C. 1020 & 1022 175 seq. evenerunt, quando *Warinus*, Episcopus Mutinensis, & *Landulphus*, Episcopus Cremonensis, tale beneficium *Bonifacio*, Marchioni, exhibuerunt. Census annui loco exiles subinde res, 187. ut ensis, calcaria, chirothecæ, accipiter, falco, & similia, offerebantur, imo aliquando fumus capponis cocti suffecit. Inter 190. res in emphytevsin datas ipsæmet etiam ecclesiæ fuerunt, quod varia in provinciis Thuscis & Ferrariensibus exempla loquuntur. Circa decimas dubia & a multis ventilata doctoribus oc- 196. currit quæstio, qua ratione ad Canonicos, monachos, & laicos, pervenerint. Prius Episcoporum contigisse beneficio, exemplum liberalitatis Episcoporum Patavinorum in Canonicos evincit, quam *Berengarius* Aug. A. 918, 12 Cal. Maji, peculiari Diplomate confirmavit. Et forte posterius eadem habuit initia. 209 seq. Sane *Azoni VI*, Estensi Marchioni, *Isaachus*, Episcopus Adriensis,

in conventione, A. 1195 inita, jus decimarum solis proprium Episcopis pro cambio reliquisse perhibetur, immo jam Sec. X
Pag. 214. A.C. 991 *Theudicius*, Comes, a *Gerardo*, Episcopo Lucensi, varias ecclesiæ S. *Justi* possessiones, plebemque baptismalem in loco *padule* una cum decimis villarum, eidem plebi subjectarum,
216. emphyteutico titulo nanciscitur. Quid? quod ipsimet Pontifices, inque his *Alexander II* in Bulla de A. 1064, 14 Cal. Aprilis, morem in laicos transferendi decimas approbarunt. *Dissertatio XXXVII de Hospitalibus peregrinorum*, *infirmorum*, *infan-*
554. *tum expositorum*, &c. disquirit. Tanta fuit Christianorum medii ævi in egenos liberalitas, ut integras hæreditates divenderent & distribuerent, quod constat binarum Chartarum medii
558. Seculi VIII, & ineuntis IX, testimonio. Sed majus ejus rei & illustrius documentum præbent ædes, sustentandis pauperibus,
576. statim post pacem ecclesiæ a *Constantino M.* redditam, ad mon-
571. tium inprimis juga & difficiliores fluviorum transitus, excitatæ, & Monasteriis, plerumque procurantibus Diaconis, adjunctæ.
563. Ita Monasterio Nonantulano, A. 752 exstructo, legimus ab ipso
587 seq. conditore *Anselmo* adjectam ædem hospitalem. Rariores deprehendimus in mediæ ætatis monumentis locos pueris incertæ originis, vel expositis inclementia parentum, destinatos. Primum occurrit in Regum Francorum Capitularibus vestigium, cui coævum, quod *Datheus*, Archipresbyter, A. 781 Mediolani ædificavit, domicilium. Fundationem non Charta solum, ex Codice *Franc. Castelli*, circa Sec. XVI medium manu exarato, a *Muratorio* nunc primum edita, testatur, sed etiam distichon, in musivo pavimenti S. Salvatoris in Xenodochio insculptum: *Sancte memento Deus, quia condidit iste Datheus Hanc aulam miseris auxilio pueris.* Cum pueris ægrotos etiam in has, de qui-
592. bus loquimur, mansiones receptos, etsi nosocomiorum non nisi recentior mentio occurrat, fide *Concilii Aurelianensis V*, A. C. 549 habiti, *Can. 15*, *Muratorius* existimat; quamvis id valetudinariorum genus, quod hodieque durat, Seculo demum XI cœpisse largiatur. Morem A. 1070 in Angliam introduxit S. *Lanfrancus*, Episcopus Cantuariensis, nec multo post magnificum

ficum S. Spiritus in Saxia pro ægrotis domicilium condidit *Innocentius III*, Pontifex. Senense nosocomium, quod ad A. C. 898 male referunt nonnulli, circa A. 1257 favore *Alexandri IV* Pag. 597.
Papæ summopere effloruit. *Dissertatio XXXVIII Judicia Dei*, id est, experimenta veterum, examinat, quibus seu crimen, seu innocentiam, hominum scrutabantur. Antiquissima se pur- 611.
gandi ratio legitur *sacramento super tumulis Martyrum* peracta, quippe quam S. *Augustinus Ep. 78* memorat. Juran- 612.
tibus sequior ætas *consacramentales* dedit, de quibus primum in *Lege 367 Rotharis Regis* exstat vestigium. Paulo recentior est purgatio *per S. Eucharistiam*, qua A. 869 *Lotharius*, Rex Lotharingiæ, & A. 1077 *Gregorius VII* Papa, innocentiam suam demonstrarunt. Ceteræ probationes *vulgares* dictæ, & vel per 613 seq.
aquam ferventem, vel per frigidam, vel per panem & caseum, vel per vomeres candentes, vel per crucem, vel per innoxium ignis transitum, institutæ sunt. Huc & pertinent *duella*, de quorum *origine* & *usu* egit *Dissertatione XXXIX Muratorius*.
Ea inter ceteras Germaniæ gentes, teste *Paulo Diacono rer. Lang.* 634.
IV, *49*, Langobardis maxime placuerunt, & Imperatorum non- 640.
nunquam privilegiis firmata sunt. Mortis facilitatem Franci 636.
temperarunt, quando in duellis non ferro, sed fustibus, utebantur. *Dissertatio XL de Rhytmica veterum Poesi, & origine Poeseos Italicæ*, jucunda scitu tradit plurima. *Dissertatio XLI de Nominibus & agnominibus antiquorum*, quemadmodum *Dissertatio XLII de Cognominum origine*, disquirit. Ex quo Christianæ religionis 717.
lux Italiæ affulsit, Sanctorum nomina diu in pretio fuerunt; barbara, rariora tamen, cognomina irruptio gentium barbararum in- 720.
tulit, sed horrida Seculum XIII & XIV inprimis dedit, qualia sunt in gente *Bonacossia*, dominatrice Mantuæ, Bardelloni, Taini, Bottexellæ, Butironi, Scaglini, Passerini, in Ordelaffa Scarpettæ, in Scaligeria Veronensi Canis & Martini, in Turriana Mediolanensi Muscæ, Pagani, Carnevani, Cassoni. Similitudinem nomi- 723.
num immanem personarum confusionem peperisse, ipsa res loquitur, & ex S. *Gregorii* Sacramentario, nec non ex Necrolo- 726.
gio Ecclesiæ Mutinensis, cognoscere licet. Patris avique nomen filiis primogenitis dari suevit, si plures nascerentur, maternæ stirpis

Pag. 721. ſtirpis nomina adſcita ſunt. Cognominum mentio ante exitum Seculi X, & principium XI, nulla, ac ante *Vitalem Candianum*, in *Ottonis I* Diplomate de A. 963 occurrentem, in actis publicis inaudita; immo & hoc tempore rara, quandoquidem in placitis binis, quorum alterum coram *Guiberto*, miſſo Regis *Henri-*
731. *ci*, A. 1046 Piſtorii, alterum coram *Mathilde*, Comitiſſa, Florentiæ A. 1099, habitum eſt, nullum reperitur, ſed patris matris-
734. ve appellatio cognominis loco adhibetur. Quid? quod Seculo XII & XIII viri non ignobiles in actis publicis cognomine deſtituantur, & vel addito nomine patris, vel feudalis prædii ad-
771. jectione, diſtinguantur. Inventores cognomentorum *Andr. Dandulus* perhibet Venetos, quando ad A. 809 *Angelum Particiacum*, Ducem Venetiarum, ad A. 827 *Juſtinianum Particiacum*, ad A. 829 *Joannem Particiacum*, ad A. 864 *Urſum Particiacum*, & paſſim Duces Candianos, Badoarios, Urſeolos, & Memos, commemorat, ſed male ad Seculum VIII refert ſine ſufficienti teſtimonio, quo tamen opus erat ſcriptori, qui decur-
773. rente Seculo XIV hiſtoriam ſuam contexebat. Ambiguum eſt,
774 ſeq. utrum Veneti acceperint a Græcis, an ex priſco Quiritium inſtituto retinuerint cognomina; certius, cognomina nobilibus a loco dominationis, aliquando, Seculo etiam XII ineunte, a ſola patria, adhæſiſſe. Sic Principum Columnenſium familiam a Columna oppido dictam, *Raph. Volaterranus* conjecit, *Muratorius* ex Diplomate *Eugenii* Papæ de A. 1151 demonſtravit.
779. Aliis majores fama & factis celebres familiare cognomen dede-
783. runt, ceu *Urſus* genti *Urſinæ*, unde olim homines ejus fami-
792. liæ dicti ſunt *de filiis Urſi*; aliis agnomina, viris ab antiquo imponi ſolita, quod *Malaſpinarum* & *Palavicinorum* genus docet;
801. aliis denique artes & dignitates majorum. Sic ab advocato *Avogadri*, a Capitaneo *Catanei*, a Confalonerio *Confalonieri*, a Vicedomino *Visdonni*, nomen duxiſſe, nemo facile in dubium vocabit. Atque, his poſitis principiis, mirandum non eſt, in locis maxime disjunctis, ubi nulla intercedit cognatio, eadem ſæpius occurrere nomina familiarum. *Diſſertatio XLIII* agit *de Literarum ſtatu, neglectu, & cultura, in Italia, poſt barbaros*
809. *in eam invectos, uſque ad A. C. 1100.* Non ſtatim cum irruptionibus

nibus barbararum gentium excidit Italorum animis, qui tantas egerat radices, amor literarum. Reperitur in confiniis Seculi VI & VII magnus eruditorum atque scholarum numerus. Sed elegantiæ sensum excussit ruditas Langobardorum, non tamen, quod vult *Scipio Maffejus*, legendi scribendique scientiam ademit. Rara interim ingenia, nec quisquam, si A. 700 *Felicem*, & A. 760 *Petrum*, Grammaticos, demas, laude li- Pag. 815
terarum floruit, immo *Carolum M.* A. 780 ea egestas coe- seq.
git, ut *Dungalum* e Scotia arcesseret. Raræ etiam scholæ, e 811.
quibus sola Aquilejensis Seculo VIII dedit *Paulinum*, ejusdem postea Ecclesiæ Patriarcham. Faciem eruditionis hujus Seculi 815.
indices MStorum Cœnobii Bobiensis, Seculo X exarati, satis declarant. Studium *Lotharii I* caruit successu, Italiaque, ceu e 829.
Concilii Romani, 826 habiti, *Canone 4* patet, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, indoctis abundavit. Tulit tamen Roma *Joannem*, Diaconum, *Anastasium*, & *Guilielmum*, Bibliothecæ Vaticanæ præfectos, Cœnobium Casinense *Erchembertum*, Neapolis *Joannem*, Diaconum, & *Petrum*, Subdiaconum, *Agnellum* Ravenna, incerta patria *Grimoldum*, & circa A. 870 *Ildericum*. 830.
Ad Seculi X per Italiam decora spectant, qui & quandam scho- 831.
larum mentionem faciunt, *Ratherius*, *Atto*, Vercellarum Præsul, & *Liutprandus*, Episcopus Cremonensis. Nova lux lite- 871.
ris post A. C. 1050 affulsit, ad quam forsitan plurimum papyri contulit inventum, quod *Hadr. Valesius Petro Mauritio*, Abbati Cluniacensi, tribuit, *Bernardus Montefalconius* ad Seculi X exitum, vel principium XI, refert, dubitante *Muratorio*, qui, ante A. C. 1100 non visum sibi codicem in charta bombycina, unde orta vulgaris, scriptum, confitetur. Contulit 872.
etiam aliquid *Gerbertus*, qui ob famam eruditionis ad summum Pontificatus fastigium, adscito *Sylvestri II* nomine, A. 999 adspiravit, codices quamplurimos congessit, scholasticos e Gallia in Italiam vocavit, & ipsemet scholastici nomen dignitate sua haud indignum censuit, ceu ex Epistola quadam apud *Mabillonium* in *Analectis* apparet. Majora Seculo XI tenue hoc 874 seq.
initium cepit incrementa; artis tamen criticæ notitiam maximo suo malo omnes insuper habuerunt. *Fortunam literarum*

 in

in Italia post A. C. 1100 Dissertatione XLIV Muratorius exponit, & simul *de Academiarum, seu Gymnasiorum, erectione* dispu-
Pag. 885. tat. Vitam in schola Bononiensi, quam A. 1130 laudat ignotus Poematis *de Bello & excidio urbis Comensis* Autor, studia ac-
889. ceperunt. Circa id tempus floruit *Irnerius*, quem Comitissæ *Mathildis* æqualem fuisse, & diu ante inventum Pisanum exem-
890. plar Pandectarum Pandectas docuisse, censet *Muratorius*. Neque enim accedit sententiæ illorum, qui, per omnem barbarorum seculorum decursum Pandectas *Justiniani* ne fando quidem exauditas, arbitrantur. Elucet autoritas earum ex insigni antiquitatis fragmento, quod primus edit *Muratorius*, & partem libelli, pro Episcopo Aretino contra Episcopum Senensem
899. A. C. 752 confecti, comprehendit. Primus Grammaticam & humaniores literas inde ab A. 1208 docuit Bononiæ *Boncom-*
903. *pagnus*, Florentinus. Seculo XIII ex hoc Bononiensium Gymnasio, veluti ex equo Trojano, alia prodierunt, in quibus emi-
905 seq. nent Mutinense & Patavinum. In illis Gymnasiis potiores literarum disciplinas legimus tractatas, quarum consideratio & multas hujus Dissertationis paginas implet, & de multa Autoris eruditione testimonium suppeditat. Sed nunc non est his locus, ne abuti patientia Lectoris, & data opera amphoram parare, videamur, cum pro instituti ratione urceus institui cœpisset. Licebit tamen, coronidis loco, unam alteramve ex sparsis *Muratorii* observationibus delibare. Eo nomine complectimur omnia, quæ, aliud quasi agendo, occasione inter scribendum oblata, Operi inseruit, & veluti purpuræ clavum vestimento assuit
749-757. Vir Celeberrimus. Huc spectant, quæ in *Dissertatione XLI* de vero imperialis epochæ *Caroli Crassi* exordio contra *Baronium* pariter
783. 791. atque *Pagium* disputavit; quæ in *Dissertatione XLII* de præcipuis
829. familiæ *Ursinæ* ornamentis tradidit; quæ in *Dissertatione XLIII* de *Magni Limonarii epitome*, a *Photio Biblioth. Cod. 198* recensita, in Bibliotheca S. *Ambrosii* Mediolanensi, ejusque Codice, annorum 700 ætatem superante, hodienum superstite, commemora-
833 seq. vit; quæ in eadem *Dissertatione* de usu papyri in media ætate &
842 seq. seculis barbaris retulit; quæ de *Damascio*, Ecclesiæ Patre, & Philosopho, gentilium doctrinis gnaviter imbuto, docuit; quæ denique

nique ex itinerario *Alexandri Magni*, ab Anonymo circa A. C. 360 conſcripto, & *Conſtantio* Imp. dedicato, excerpſit, atque, critica diſquiſitione præmiſſa, cum Lectoribus communicavit. His tu, candide Lector, contentus vive, *Tomi*que *quarti* ſummam proxime exſpecta. Pag. 957 ſeq.

JACOBI BRUCKERI, REGIÆ SCIENT. SOCIEtatis, quæ Berolini floret, Membri, Hiſtoria critica Philoſophiæ, a mundi incunabulis ad noſtram uſque ætatem deducta.

Tomus I.

Lipſiæ, literis & impenſis Bernh. Chriſtoph. Breitkopfii, 1742, 4 maj.

Alph. 7 plag. 15.

Dignum Regii, quo ſuperbit, nominis, Auguſtiſſimi M. Britanniæ Regis, *Georgii II*, ſplendore, egregiumque Opus novum addit & orbi erudito decus, & perenne Cel. Autori famæ & ingenii monumentum, quo, ex noſtro aliorum- Præfat. que, exterorum etiam, voto, Latino ſermone, iteratoque labo- Pag. 1. re, Hiſtoriæ philoſophicæ Inſtitutiones, vernaculo ſermone primum ſcriptæ, prodeunt, atque accurato juſtæ ſcientiæ ordine modoque elaborati operis ſpeciem formamque accipiunt. Neque enim Latinam tantum Operis Germanici verſionem, ſed novum prorſus Opus, exhiberi videmus, in quo ſupplenda plurima adjecta, & ſyſtematum inprimis veterum Philoſophorum nexus & ratio accurate expoſita, abjectaque, quæ juventutis cauſa prius electa erat, erotematica methodo, cuncta una hiſtoriæ ſerie enarrata, naturali ac ſyſtematico ordine oculis lectoris ſunt objecta. De *natura, conſtitutione, uſu, mediisque Hiſtoriæ Philoſophicæ*, copioſe & eleganter exponens *Diſſertatio præliminaris*, ipſum indicat pulcherrimi laboris ordinem, juſtamque partium diviſionem, qua ad *tres* omnino temporis circuitus ita refertur omnis Philoſophiæ hiſtoria, ut in *vete-* 39. *rem, mediam, & novam*, commode diſpeſci, & cuilibet temporis, gentiumque, atque locorum, momento, magno memoriæ

auxilio, quæ propria cuilibet sunt, tribui queant. *Prima* itaque *periodus* & origines Historiæ philosophicæ, & nascentis atque adolescentis fata, & virilem quasi ætatem, complectitur, omnemque tum gentium barbararum, tum Græciæ, Philosophiam, usque ad nascentis sensim Romanorum monarchiæ initia, tradit. *Altera* gentilis Philosophiæ, sub Imperatoribus florentis, quæ ad Seculum usque VI excurrit, Judaicæ, Saracenicæ, & Christianæ, a nascentis ecclesiæ initiis usque ad felicia instauratarum scientiarum tempora, faciem exhibebit. *Tertia* vero & reformantium deformatam Philosophiæ faciem conamina, & novum restituti decoris vultum, & varia philosophantium genera sectasque nostrorum seculorum, enumerabit, & sobrie tandem philosophandi, inque veritatem libere ac sine sectæ servitio inquirendi, studium, & progressus, quos per id fecit Philosophia exoptatissimos, enarrabit. *Tomo* hoc universi Operis *primo prima illa a mundi nascentis origine ad initia Monarchiæ Romanæ* continetur *Periodus*, in Philosophiæ *Barbaricæ* & *Græcæ Partes duas* aptissime divisa. *Barbararum* vero gentium consideratio cum eo usque extendenda videatur, ut, quæ *ante diluvium*, quod universale terrarum orbi accidisse, nemo, rerum intelligens, temere negarit, *philosophandi ratio*, sive *sapientiæ antediluvianæ* potius *conditio*, fuerit, expendendum sit, alia habetur *ante diluvium*, alia vero *post illud*, *barbararum gentium Philosophia*. In *duos* itaque *Pars prima* abiit *Libros*, &
Pag. 46. *primus* quidem, *de Philosophia antediluviana*, *Capite primo*, de *Philosophia Barbarica in genere*, exposita nominis origine & significatu, barbarorumque eruditione & philosophia, hujus quoque, ut disciplinarum fere omnium, origines inter illas gentes non immerito quæri, rectam tamen philosophandi rationem,
50. meditatione & ratiocinatione constantem, ante Græcos vix inter gentes quærendam esse, affirmat; *Capite* vero *secundo*, de *Philosophia antediluviana*, non minus falli docet, qui apud angelos beatos, vel dæmonas malos, Philosophiæ origines quæ-
52. 55. rant, quam qui, relictis cœlestibus & inferis sedibus, ab *Ada-*
57. 59. *mo*, *Caino*, & *Abele*, scholisque *Cainitarum* & *Sethianorum*, quin
61. & *Sethi* posteris, atque *Enocho* inprimis, eas petant. *Altero*

prima

primæ hujus *Partis Libro* de *Philoſophia Barbarica poſt diluvium*
ita agitur, ut, cum mature inde gentium omnium in omnes
terrarum partes diſtributio, vel diſperſio potius, facta ſit, ad
terrarum plagas, & regionum ſitus, ordo hiſtoriæ alligetur, &
inter *Orientis*, *Meridiei*, *Occidentis*, atque *Septentrionis*, popu-
los quærantur, quæ ad hanc rem pertinere videntur. Circa
Orientem habitantium gentium Philoſophia primo eruitur, ac
Capite primo Philoſophia veterum Hebræorum comparet, a *Noa-* Pag. 63.
chi inde ætate, gentisque Judaicæ origine, ad tempora uſque ca- 66.
ptivitatis Babylonicæ, in multis ſapientiæ quidem & virtutis, quin
& eruditionis, neutiquam tamen Philoſophiæ, laude clariſſimis
viris perperam laudata. Poſt Hebræos inter *Orientis* nationes
Chaldæorum gens antiquiſſima occurrit, adeoque *Capite ſecun-* 102.
do horum *de Philoſophia*, conditore ejus, *Zoroaſtre*, *Belo*, *Bero-* 127. 129.
ſo, Chaldæisque Philoſophis aliis, adjectis, quæ de Chaldæo- 130.
rum placitis tradiderunt veteres, diſſeritur. Ad *Perſas* cum 143.
imperio diſciplina Chaldaica quoque tranſiit, ejuſque eruditi 144.
Zardusht, nec non *Hyſtaſpes*, *Hoſtanes*, Magorumque nomen & 158.
dogmata, *Capite tertio* celebrantur. *Caput quartum*, *Indorum* 190.
genti, Perſis vicinæ, qui fuerint Philoſophi, qui *Brachmanes* 192.
dicti, quæ philoſophandi obſervata ratio & Philoſophorum do- 196.
ctrina, docet. *Arabum* veterum Philoſophiam ſiſtit *Caput quin-* 213.
tum, nec non *Zabiorum* diſciplinam, libros, ſyſtema, ſectas. *Phœ-* 218.
nicum, qui reſtant inter *Orientis* gentes, Philoſophiam & Philoſo- 229.
phos, *Moſchum*, *Sanchoniathonem*, cum ſyſtemate Coſmogoniæ 230.
Phœniciæ, *Caput ſextum* complectitur. Ex *Oriente* ad *Meridiem* 236. 240.
in perluſtranda barbararum gentium Philoſophia progreſſis 244.
primi ſe offerunt *Ægyptii*, quorum de Philoſophia ſcri- 246.
ptores, autores ſapientiæ Ægyptiacæ, *Mercurii* duo, doctores 252. 264.
eruditionis, methodus docendi arcana, diſciplinæque variæ & do- 268. 273.
gmata, *Capite ſeptimo* commemorantur; *Capite* vero *octavo*, poſt 280. 305.
Ægyptios, circa *Meridiem* contemplandi occurrunt Ægypto vi-
cini *Æthiopes*, horumque eruditionis & Philoſophiæ origines & 306.
facies, ratione & Philoſophorum & doctrinæ, deſcribuntur. Perlu- 308.
ſtratis *Orientis* & *Meridiei*, ſive *Aſiæ* & *Africæ*, regionibus & po-
pulis, in *Europa*, ſive circa *Occidentem*, habitantium, & ad *Septen-*

trionem vicinarum, nationum exploratur Philoſophia, & *Capite*
Pag. 315. quidem *nono Celtarum,* ſive *Gallorum, Bitannorum, Germanorum,*
316. & *Septentrionalium gentium,* Philoſophia & Philoſophi, Druidæ
318.320. Celtarum, eorumque munus & autoritas, claſſes, methodus, reli-
322.327. quorumque Celtarum Philoſophi & dogmata, exhibentur; *Capite*
vero *decimo* ad Philoſophiam *Etruſcorum,* & *Romanorum* veterum
343. ſtudium rerum naturalium & doctrinam, diſceditur. Perluſtrato pæne mundo habitato gentibusque, quæ barbaræ Græcis dictæ ſunt, omnibus, quod reſtat, de Philoſophia & Philoſo-
351.354. phis circa *Septentriones habitantium,* ſive *hyperboreorum, Scytharum, Thracum,* & *Getarum, Capite undecimo* abſolvitur. *Græcæ Philoſophiæ,* quæ *ſecunda Parte primæ Periodi,* ſive *primi* hujus *Tomi,* continetur, duplex eſt facies. In ipſa enim ejus infantia & adoleſcentia barbaricæ valde ſimilis, empirica magis fuit & ſimplex, quam artificialis; & continebatur vel ſub fabulis, vel in politicis prudentiæ regulis, unde illam mythologicam, vel poeticam quoque, hanc politicam & hiſtoricam, dicere licet. Ex quo vero virilem quaſi togam induit, & magnorum virorum ingenio ad juſtum ſcientiæ habitum emerſit, mature in ſectas & partes itum eſt; quod ſectarum ſtudium ita apud Græcos invaluit, ut non ſolum magna ingenia, magna philoſophandi libertate in condendis ſyſtematibus ſuis uſa, ſectatores potius opinionum & dogmatum, quam libertatis & electionis philoſophicæ, invenirent, ſed & illi, qui multos in dogmaticorum philoſophematis errores notabant, dubitationem potius & incertitudinem, quam ſobriam philoſophandi rationem, ſequerentur, atque ipſi ſectam conderent, ex fine modoque philoſophandi Scepticam denominatam. Bene itaque in *Libros duos* diſtincta *ſecunda Pars, primo Libro* de *infantia Philoſo-*
364. *phiæ Græcæ* exponit, & *Capite* quidem *primo,* de *Philoſophia Græ-*
368.372. *corum fabulari,* hujus origines, autores, quos inter *Prometheus,*
373. *Linus, Orpheus,* eminent, alioſque Philoſophos Poëtas, eorum-
400-428. que ſyſtemata dogmatum, indicat; *Capite ſecundo,* de *Philoſo-*
435. *phia Græcorum politica,* ſapientiam horum politicam & legisla-
438. toriam expendit, & de ſeptem Sapientibus Græciæ ea dicit,
453. quibus & illi, & alii, eos ſecuti, honorificentiſſimum nomen acquiſi-

acquisiverunt. *Libro* deinde *Partis* hujus *secundæ secundo* de *Philosophia artificiali*, qua ingenium humanum, Græcorum omnino industria, justo habitu philosophari, & meditationibus atque ratiocinationibus de veritate rerum divinarum & humanarum sollicitum esse cœpit, tractatio instituitur. Per duos vero quasi ramos hæc propagata est, ex quibus Græcorum omnis dimanavit Philosophia, & peculiares philosophandi modi orti sunt, quos, quia methodum unius Philosophi, rejectis aliis, sequebantur, sectas dicere solenne est, & *Philosophiam Sectariam*. Unum *Thales* constituit, cujus ex schola non Ionici tantum, sed & *Socrates*, ejusque discipuli, prodiere, quibus sectam Cyrenaicam, Megaricam, sive Eristicam, Academicam, aliasque minores, Peripateticam, Cynicam, & Stoicam, debemus. Alter est *Pythagoræ*, Samii, qui non scholam tantum *Pythagoricam*, Philosophiæ cultura olim celeberrimam in magna Græcia, condidit, sed & occasionem dedit condendi reliquas sectas, *Eleaticam*, *Heracliteam*, *Epicuream*, *Pyrrhoni-*
cam. Legitur itaque *Capite primo*, de *Secta Ionica*, primus Phi- Pag. 458.
losophiæ Græcæ parens, *Thales*, ejusque & Ionicorum Philoso- 463. 465.
phia distincte prodit; *Capite secundo*, de *Schola Socratica*, ipsius 523.
Socratis vita & fata, Philosophia, & discipuli; *Capite tertio*, de 555. 569.
Secta Cyrenaica, aliisque, quæ huic debent originem, sectæ
autor, *Aristippus* Cyrenaicus, ejusque sectæ doctrina, *Are-* 585.
te, filia, discipuli, *Hegesiacam* & *Anniceriam* condentes sectas, 592. 599.
Hegesias & *Anniceris*, alii, & scholæ denique exitus; *Capite* 600.
quarto, de *Schola Megarica*, sive *Eristica*, autor *Euclides* Mega- 610.
rensis, ejus doctrina, successor *Eubulides*, & discipuli; *Capite* 612. 613.
quinto, de *Schola Eliaca & Eretriaca*, quæ, a *Socratis* doctrina, 614.
quantum constat, non recedens, pro nova, ut reliquæ, quæ
ex *Socratis* disciplina prodierunt, secta non est habenda, au-
tor *Phædo*, *Menedemus*, *Eliacam* scholam in patriam Eretriam
transferens, unde *Eretriaca* vocata est, *Asclepiades*, & doctri- 622. 625.
na *Menedemi*. Prodeunt *Capitis sexti*, *de Secta Academica* in- 626.
scripti, & *Sectionibus IV* distincti, *Sectione I Plato*, ejusque
Philosophia, Academia, discipuli, fata, scripta, observationes 628. 670.
doctissimæ de Philosophia *Platonis*, & causis obscuritatis ejus, 659.

Plato-

*Platonis*que sucessores; *Sectione II*, de *Academia prima*, *sive veteri*, quæ ex sinceræ Philosophiæ *Platonicæ* assectis constitit, horum primus, cathedramque *Platonis* a præceptoris morte oc-
Pag. 728. cupans, *Speusippus*, *Potones*, *Platonis* sororis, ex *Eurymedonte*
732. 740. filius, *Xenocrates*, *Polemo*, *Crates*, *Crantor*, placitaque horum
742. philosophica; *Sectione III*, de *Academia media*, quæ non plane quidem *Platonem* deseruit, aliam tamen philosophandi ratio-
746. nem iniit, hujus autor *Arcesilaus*, origo methodi philosophan-
749. 755. di, Academiæ mediæ receptæ, Philosophiæ ratio, successorque
757. ejus *Lacydes*; *Sectione IV*, de *Academia nova*, *sive tertia*, *quarta*, & *quinta*, *Carneades*, *Arcesilai* doctrinam atque dubitationem paulisper inflectens, tertiæque Academiæ conditor, *Philo*, hujus quidem vestigia non relinquens, propius tamen, iis insistendo, ad veteris Academiæ semitam incedens, unde quibusdam occasio enata, quartam Academiam numerandi; *Antiochus Ascalonita*, ab Academiæ placitis ita recedens, ut quinta inde Academiæ facies memoretur; quorum additis subinde doctrinis Academiæ finis adjectus est. *Capitis septimi*, de *Ari-*
776. 839. *stotele & Secta Peripatetica*, *Sectione I* ipsius *Stagiritæ* vita, & Philosophia; *Sectione II* ejus successores, *Theophrastus*, *Strato*
840. 859. *Lampsacenus*, *Lycon*, *Aristo Cejus*, *Critolaus*, *Diodorus*, asseclæque alii, cum doctrinarum systematibus, comparent. *Caput*
680. 862. *octavum*, de *Secta Cynica*, Cynicorum nomen & originem, *An-*
865. 871. *tisthenis* vitam, Philosophiæ Cynicæ faciem, *Diogenem* Sino-
883. 886. pensem, ejusque mores & præcepta, *Onesicritum*, aliosque
890. discipulos *Diogenis*, & in his *Cratetis* uxorem, *Hipparchiam*, inter mulieres philosophantes celeberrimam, producit. *Capitis no-*
895. *ni*, de *Secta Stoica*, *Sectione I*, de *Zenone*, *ejusque Philosophia*, dantur, præter notitiam celeberrimi hujus principisque Stoicorum
902. 911. viri, de Philosophia Stoica observationes, decreta Stoicorum
921. de Philosophia, partiumque Philosophiæ Stoicæ summa. *Sectione II*, de *discipulis & successoribus Zenonis in Schola Stoica*, ipsi illi, in Porticu post magistri fata docentes publice, celeberrimi viri, *Persæus*, *Aristo Chius*, &, quæ mutavit in systemate Stoico, propriam sectam meditatus, principia, *Herillus*, *Sphærus*, *Athenodorus*, *Cleanthes*, *Chrysippus*, *Zeno Tarsensis*, *Diogenes Babylon.*
Anti-

Antipater Tarſenſis, Panætius, Poſidonius, Jaſon. Reſtat alter ſucceſſionis Philoſophiæ Græcæ, uti dictum eſt, ramus, ſectarumque, a *Pythagora* ortarum, hiſtoria. *Capite* itaque *decimo* perluſtratur *Secta Italica*, quæ, ut mos erat antiquitus, a loco, ubi condita floruit, parte Italiæ inferiore, nomen accepit, ſerius ab autore *Pythagorica* nominata. Quæ pars Italiæ cum præter vicinas inſulas Græcis coloniis ſcateret; Græcia inde magna vocata eſt, hincque ſectæ, in his oris natæ, recte Græcis accenſentur. *Sectione I*, de *Vita & Philoſophia Pythagoræ*,
hujus præceptor, *Pherecydes*, ejuſque doctrina, *Pythagoræ* or- Pag. 982.
tus, ſtudia, itinera, miracula, virtutes, familia, mors, ſcripta, do- 986.
cendi ratio, auditorum genera, vivendi ratio, obſervatio- 994. 998.
nes criticæ generales de Philoſophia ejus, doctrinaque philo- 1003.
ſophica ipſa pro diverſis partibus, cum ſymbolorum ſumma; 1021.
Sectione II, de *diſcipulis & ſectatoribus Pythagoræ, Ariſtæus*, uxo- 1025.
ris non tantum *Pythagoræ* & literarum curam atque educatio- 1033.
nem, ſed & ſcholæ ſucceſſionem, ſuſcipiens, *Mneſarchus*, alii- 1039.
que ſucceſſores, duratio ſectæ *Pythagoricæ*, celebrioresque 1044.
Pythagorici, cum præcipuis ſuis placitis philoſophicis, memoran- 1099.
tur. Celebratur *Capite undecimo Eleatica ſecta, Eleæ*, ſive *Ve-* 1101.
liæ, magnæ Græciæ urbe, exorta, *Xenophanes*, ſectæ conditor, 1105.
ſectæque Philoſophia, *Parmenides*, *Meliſſus*, *Zeno Eleates*, 1106.
Leucippus, *Eleaticam* Philoſophiam immutans, *Democritus*, *Pro-* 1141.
tagoras, *Diogoras Melius*, *Anaxarchus*, ſingulorumque ſyſte- 1142.
mata ac dogmata præcipua Philoſophiæ. Conſideratur eadem 1143.
ratione *Capite duodecimo ſecta Heraclitea*, *Heracliti* vita, ejus- 1146.
que ſectatorum, ſive admiratorum, qualis *Hippocrates*, Medico- 1157.
rum parens, fuiſſe videtur, Philoſophia. De *ſecta Epicurea Capite* 1166.
decimo tertio refertur, ubi de ipſo *Epicuro*, ejus ſchola, ſcriptis, vita 1171.
privata, morte, objectis ei vitiis, odiique & calumniarum in ipſum 1177.
cauſa, amicis & ſectatoribus, cultu poſt mortem, memoratur, &, 1200.
præmiſſis de Philoſophia ejus obſervationibus, de ſingulis Philo- 1203.
ſophiæ *Epicureæ* partibus, præcipuisque placitis, ipſius denique 1207.
ſcholæ ſucceſſione, agitur. De *ſecta Pyrrhonica*, ſive *Sceptica*, *Ca-* 1208.
put decimum quartum, tradit ſectæ nomen, conditorem *Pyrrho-* 1211.
nem, origines ſcepticiſmi *Pyrrhonis*, ſectatores, durationem ſectæ, 1223.

Pag. 1329. Sceptici systematis negationem, inter sectam Pyrrhonicam &
1331. Academicam discrimen, Scepticæque Philosophiæ compen-
1332. dium. Denique, ut integra simul totius hujus *primæ Periodi* facies philosophica appareat, appendicis loco *Capite decimo quinto* de *fatis Philosophiæ Græcæ extra Græciam*, in Ægypto sub Græcorum imperio & coloniis, & in Asia, sive Orientis regionibus magis ad Occidentem vergentibus, de *Alexandro M.*, cum armis victricibus Philosophiam Græcam ad alias
1349. gentes transferente, influxu fortunæ *Alexandri hujus* in
1352. Philosophiam apud Asiæ gentes, fortuna Philosophiæ Græ-
1355. cæ in Ægypto, & Syncretismo Philosophiæ Græco-Ægyptiacæ, differitur. Commendant librum doctissimum, atque in optimis ponunt, & argumenti dignitas, & rerum selectarum copia insignis, ordo mirabilis, & erudita tractatio, nosque, felices Cel. Autori Operis egregii primitias gratulantes, eidem ad perficiendum illud annos, salutem, vires, ex animo comprecamur.

OECONOMIA REGNI ANIMALIS, IN TRANSactiones divisa, quarum hæc prima de Sanguine, ejus arteriis, venis, & corde, agit, anatomice, physice, & philosophice, perlustrata. Cui accedit introductio ad Psychologiam rationalem.

Londini & Amstelodami, apud Franciscum Changuion, 1740, 4 maj.

Alph. 2 plag. 4, Tab. æn. 1.

Observationum physicarum magnum, ut inter omnes constat, habemus cumulum; qui vero iis ad confirmandam amplificandamque Philosophiam naturalem, & veram theoriam medicam, recte uterentur, pauci admodum fuerunt. Hos inter nomen professus suum Doctiss. Autor, ratusque, interesse omnium, ut ex cumulis conjectis construamus ædes, & segetem falce metamus, epulisque fruamur paratis, hoc est, ut ab experientia, qua abundamus, sapere tandem nitamur, ipsemet hanc viam ingreditur, & ad œconomiam animalem anatomice,

mice, physice, & philosophice, perlustrandam accedit. Quemadmodum vero Cel. *Swedenborgius*, quem, fama fert communis, hujus esse libri Autorem habendum, aliis jam, iisque præstantissimis, ingenii monumentis magnum sibi nomen comparavit; sic præsens quoque novi Operis specimen, quod jam præ manibus habemus, amplissimam ejus doctrinam, summum ingenii acumen, admirabilem judicii vim, & exquisitam in perspiciendo rerum a sensibus abstractarum nexu habilitatem, aliasque dotes, abunde declarat. Præclare autem monet, experimenta atque observationes recte firmiterque ante omnia esse constituendas, quoniam ad conditiones causasque rerum, seu ad veritates, nisi unica experientia, perveniri nequeat. Sed quæritur, an hodie ea jam prostet experimentorum copia, ut naturam ex illis solis pervestigare queamus, nec, præter experientiam, nobis utendum sit conjecturis. Et sane fatetur Noster, experientiam particularem, quæ scilicet unam eandemque rem stricte comprehendit, & proxime attingit, qualitates ejus occultas neutiquam exhaurire penitus ac revelare, nec illi cum suis causis explorandæ suffecturam esse, tametsi omnibus numeris foret absoluta, & per secula accumularetur. At vero, si experientia communis, seu omnis, quæ in anatomicis, medicis, chemicis, physicis, aliisque scientiis naturalibus, exstat, in auxilium singularum rerum explorandarum arcessatur, hodie videmur esse instructissimi. Ne ergo illudamur rerum specie, nulli particulari experientiæ accedat fides, nisi experientia communis velut suffragetur, hoc est, nisi ultima cum mediis in tota progressione connexa & confirmata exstiterint. Nec aliter tale conditur artificium, quod postmodum & sero ex superadditis mille cumulis experientiæ ipsa posteritas veris agnoscat inniti fundamentis, nec quælibet ætas opus habebit, destructo priori, novum semper erigere. In experientia anatomica nobis prælucent Viri acutissimi & ingenio cultissimi, *Eustachius*, *Malpighius*, *Ruyschius*, *Leeuwenhækius*, *Harvæus*, *Morgagnius*, *Vieussenius*, *Lancisius*, *Winslovius*, *Ridlejus*, *Bœrhaavenius*, *Wepfferus*, *Heisterus*, *Steno*, *Valsalva*, *Duvernius*, *Nuckius*, *Bartholinus*, *Bidlous*,

Verbeinius, & plures alii. Horum vigiliis, & cum cura elaboratis scriptis, tanquam tot præsidiis, munitus Noster, rem propositam aggredi & perficere constituit, scilicet aliquam partem eorum aperire, quæ naturæ obscuritate putantur occultari. Quibus passim propriam adjicere & inspergere habuit in animo experientiam; sed fecit id parce, quod, re altius pensitata, consultius duxit, commodatis uti. Sunt enim, qui, ad capiendas experientias quasi nati, reliquis oculatius vident, uti *Eustachius*, *Leeuwenhœkius*, *Ruyschius*, *Lancisius*. Et sunt, qui, causas rerum experientia cognitarum explicandi, naturali quadam pollent facultate. Utræque dotes rarius in uno eodemque homine conjunguntur. Veteres sapientia, & in perspiciendis rebus integritate, & in occultis suspicandis acumine, nobis fuisse superiores, nuperæ vero nostræque ætati, quod attinet ad præsidia, quibus opus est ad ingenia ulterius excolenda, seu experimenta cumulanda, sapientiæ futuræ adminicula, posteritati, sicut spes est, inservitura, cedere antiquos, Noster judicat. Quoniam a communibus initiis est progrediendum, ut cuncta suo ordine profluant; idcirco doctrinam sanguinis, ejusque vasorum omnium, primo tradendam putavit. In sanguine enim, tanquam in typo, conspicere licet singulas partes, de quibus est agendum, ab ejusdemque natura, constitutione, determinatione, continuitate, & copia, vitæ animalis sors pendet & conditio. Nequit tamen illa de sanguine doctrina nisi ultimo absolvi, cum scientiam eorum omnium, quæ sanguinem ingrediuntur, & constituunt, neque minus notitiam omnium viscerum, membrorum, organorum, & tunicarum, quas suo ille circuitu vita perfundit, requirat. Quorum si universa ratio ignoratur, etiam, qualis sit sanguis, ignoramus. Ut adeo unica sanguinis scientia omnem anatomicam, medicam, chemicam, & physicam, imo etiam psychologicam, postulet. Nam patitur animus secundum statum sanguinis, agiturque sanguis secundum pathemata animi. Ergo in hac tractatione Cel. Autor non late ultra experientiam particularem de sanguine, vasis, & corde, exspatiari audet, nec concinnare nisi locos quosdam commu-

communes, aut dare nisi notiones rerum obscuras, ei licuit. Temporis & progressionis opus est, ut, quæ hic obscuriora apparent, expediantur, & distincte explanentur. Ipse satis habuit, experientiam stricte premere, & naturæ ordinem sequi, qui est, ut notionem distinctam præcedat obscura, & particularem communis. Quæ quam vere de obscuritate aliqua dixerit, nos quidem ex ipsius Operis lectione intelleximus, experti quippe, multa in eo esse, quæ sensum habent perdifficilem & implicatum. Cum etiam Noster nequeat, nisi communia & universalia, adhuc tradere; facile prævidet, fore, qui plura ex iis, quæ afferuntur, pro conjecturis habeant, aut paradoxis, verum non facile alios, quam vel omnem Anatomiæ, Physices, & Chemiæ, reliquarumque scientiarum & artium, cursum nondum emensos, vel præjudicatis opinionibus abreptos, vel ad nexum rerum distincte comprehendendum ineptos. Sed, temporis & progressionis opus esse, monet, ut expediantur hæc ipsa, doctrinamque hanc, quamvis primo tradatur, non tamen nisi ultimo absolvi, exitumque declaraturum esse, num ea, quæ principio tanquam sortes obscuræ forsitan apparent, dein, suadente effectuum copia, genuina sint responsa, & veritates, futura. Quæ cum ita se habeant, nemo nobis vertet vitio, si, ab omni de nova hac Philosophia judicio abstinentes, solam ejus summam breviter strictimque repetamus, donec forsan aliquando clarior ubique lux, in cujus spem nos Cel. Autor erigit, post hanc auroram oriatur. Copiosius tamen, quam forte pro instituti nostri ratione par erat, hæc sumus præfati, ut Lector universi, quod Noster molitur, Operis finem, tractationisque rationem, ante omnia cognoscat. In singulis vero Capitibus ea utitur methodo, ut primo loco experientiam Virorum doctissimorum ponat, diserta ipsorum verba sequendo, ne silentio videantur premi illa, unde quis forte alia omnia putet elici & judicari posse. Ubi tamen multis haud dubie fuisset gratius, si libros etiam doctissimorum virorum & locos indicasset, ex quibus observationes hæ atque experimenta sunt excerpta. Deinde ex his locos quosdam communes, seu, ut vocat, inductiones generales, formatas exhibet, has-

venis, traditur, eaque usque ad Nevrologiam, Adenologiam,
ac Myologiam, extensa atque amplificata, hisque potissimum
Pag. 65. placitis innixa: Sanguis, ut determinate ad fines & usus fluat,
intra vasa tunicata fluit, quibus mediis circulatio, a cordis nimirum
sinistro thalamo per arterias usque in venas, peragitur,
& ab illis in dextrum, atque ab hoc per pulmones in sinistrum
cor, redit. Prout ipse sanguis, ita tunica vasorum, triplicis originis,
gradus, naturæ, compositionis, & *appellationis*, est, ut
continens & contentum unam determinationis causam agant.
66. Membranæ, quæ plures sunt, respondent sanguini, & est una
68. altera prior, universalior, perfectior, simplicior. Omnes, simul
sumtæ, & mutua super impositione connexæ, sanguinem rubrum
includunt & vehunt, pauciores & simpliciores sanguinem puriorem,
69. & una simplex fluidum spirituosum. Hinc in vasis
tres gradus compositionis, uti in sanguine & membranis, obveniunt,
itidem distincte percipiendi. Primi gradus sunt vasa
communiter sanguinis dicta, alterius sunt vasa exsanguia, ter-
70. tii sunt fibræ nervorum. Proinde iis conformiter ipsa circulatio
est subtriplicata, nimirum minus universalis, quæ est sanguinis
rubri, universalior, quæ est sanguinis purioris, & universalissima,
quæ est fluidi spirituosi. Sanguis ruber, dum
a vasis sui ordinis transit in vasa alterius, dirimitur in puriorem,
seu dividitur in sanguinem alterius ordinis, ad introitus
seu divisionis ostia depositis atomis salinis, seu urinosis, aut sulphureis,
compositionem illius ejus gradus ingressis; sic etiam,
dum ab illis in vasa primi ordinis, seu in fibras, penetrat. Per
71. fibras deinde continuat viam, & revertitur in vasa secundi
& tertii ordinis, & per similes gradus, per quos divisus est,
72. iterum componitur. Sic perficit circulum suum universalem,
cujus nec principium, nec finis, determinari potest, quo mediante,
nihil non in suo limitato universo continuat, irrigat, alit,
73. renovat, format, actuat, & vivificat. Vasa, prout cetera in
mundo adspectabili, in quolibet suo gradu suum maximum &
suum minimum determinatum habent, & a suo maximo progrediuntur
ad suum minimum, & a minimo ad suum maximum,
ab arteriis scilicet magnis in minores & minimas, & a venis minimis

nimis ad maximas, quæ omnes volumen sanguinis rubri vehunt, & non nisi unum ordinem vasorum constituunt; sic etiam vasa secundi ordinis, quæ sanguinem simpliciorem vehunt, atque fibræ, quæ fluidum spirituosum continent. Proin- Pag. 74.
de ab unius ordinis sanguine, membranis, & vasis, non per continuæ extenuationis & decrescentiæ, sed per divisionis cujusvis unitatis vel partis, & per separationis, viam, transitus conceditur. Ipsum volumen sanguineum, in quocunque suo gra- 75.
du spectatum, est mixtum heterogeneum, mixtum homogeneum, & purum. Dum circulum suum proprium peragit, a mixto heterogeneo se redigit in homogeneum, & ab hoc in purum. Etenim, ut pergit, se purificat a sero, ut, dum transit in suas venas, purum existat, pedetentim secretis ejectisque heterogeneis & homogeneis mixtis. In venis iterum a volumine puro transit in mixtum homogeneum, & ab hoc in heterogeneum, atque sic etiam volumen sanguinis simplicioris, & fluidi spirituosi. Sicut sanguis & vasa sunt triplicis ordinis; ita etiam omne id, quod a vasis contexitur, ut glandulæ, quæ compositæ, simpliciores, & simplicissimæ, sunt, & secundum suum ordinem glandulæ, vesiculæ, pori, appellantur, quorum unum componitur ab altero, & unum dividitur in alterum.
Secretiones ab arteriolis in tales glandulas, & excretiones, item 77.
commixtiones, & resorbitiones, a venis in simili ordine fiunt. Hæc omnia ut effectum consequantur, perennis circulatio voluminum requiritur, scilicet sanguinis rubri a corde sinistro in aortæ truncum, a trunco in ejus ramos, a ramis in vasa ejus ordinis minima, ab his in venulas, ut & in numerosa secretionis cava, & recipientia, ut hac voce uti liceat. Peragitur ea per successivam intra momentum imperceptibile undulationis promotionem, exinde in singulis permeatorum vasorum locis oritur sensibilis elevatio, quæ dicitur pulsus. Hæc undula, primum impulsum a corde nacta, dein a toto systemate arterioso
promovetur ad exitus, & quidem secundo flumine, & aucta ce- 84.
leritate, ut proinde in minutioribus ejusdem ordinis vasis fere spontaneus ejus undæ, multifariam divisæ, eveniat transflu-
xus, & magis adhuc pernix spontaneusque in vasis secundi, & 86.

immenſus in primi ordinis vaſis, ſive fibris, quarum actio non pendet ab unico corde corporis, ſed ab infinitis quaſi corculis, ſive ſphærulis ſubſtantiæ corticalis & cinereæ, quæ ſingulis fi-
Pag. 87. bris in cerebris, & eorum binis medullis, ſunt præfixæ. Ad circulationem dirigendam & promovendam requiritur quædam communis preſſio, ſeu æquilibrium preſſionis omnium arte-
88. riarum, inde a corde, in ramorum ſucceſſione, ſine qua preſſione, toti ſyſtemati arterioſo indita, nulla circulatio, prout nec ſine circulatione ulla preſſio communis, exiſtere & ſubſiſtere
89. poteſt. Ad preſſionem hanc communem & circulationem promovendam in vaſis requiritur tunica muſculoſa, multiplici annulorum motricium ſerie inſtructa, ab ipſo cordis muſculo
91. in vaſa capillaria uſque continuata, tum etiam interior membrana, quæ annulos colligat, & ad communem hunc effectum
92. determinet, ut in arteriis obtinet. Aliter vero fit in venis, in quibus nulla eſt circulatio, ſed nuda impletio & depletio, ſeu preſſio in ſuum ſanguinem ad omnem directionem æqualis, tam ſurſum, quam deorſum & ad latera, prout liquidorum in ſuis conis recipientibus. Influit enim & ſuſcipitur flumen ſanguineum ab innumeris venarum originibus, non ſtatis, ſed diverſis, momentis, & per unicum ſinum venoſum in cor-
96. dis dextri thalamos exoneratur, ſecus ac in arteriis. Ex data preſſione communi & circulatione voluminis, cum vaſorum conditione, & ſanguinis naturis, collata, arcana ſcientiæ angiologicæ ad has leges communes referuntur: 1) Congrua liqui-
97. da & elementa ſanguini apportanda, 2) commiſcenda, 3) in-
98. ſinuanda & porrigenda, 4) ſeparanda, 5) ſequeſtranda, 6) ſequeſtrata eliminanda vel reſorbenda, 7) ipſum ſanguinis glo-
99. bulum reſolvendum & reuniendum eſſe, & ſic continuo. Liquorum & elementorum apportatio, commixtio, & inſinuatio, verbo, tota compoſitio ſanguinis, peragitur in venis, at ſeparatio, ſequeſtratio, eliminatio, in arteriis, & diviſio partium ſanguinis in limine, dum ab unius ordinis vaſis in alterius transſcendit. Quo itaque ſanguis a ſero depuratior ab arteriis in venas immediate traducitur, eo ſtatus circulationis ad natura-
101. lem perfectiſſimum propius accedit. Cetera ſanguini puro, ab arteriis

arteriis in venas ſic propagato, admiſcenda, ab innumeris diverſi ordinis excipulis, ductibus, & poris, afferuntur, & a venulis arripiuntur. Ita arteriæ averſantur & rejiciunt ea, quæ Pag. 102.
ſanguini non conveniunt, & venæ expetunt & adſciſcunt ea, quæ ſanguis ad ſui renovationem & conſervationem neceſſario & contingenter expoſcit. Ne itaque immoderatæ aver- 103.
ſationes arteriarum, & appetentiæ venarum, ut & alia, œconomiam animalem peſſundent, id natura per vaſorum perpetuam communicationem, & ubivis per cauſarum, idem effi- 104.
cientium, multiplicationem, tum per ſubordinationem vaſorum unius gradus ſub vaſis alterius, præcavit. Unde effectus redeunt certi, & cauſæ reficiunt, quodcunque in cauſatis deficit & labitur. Utque id cerebra ex cauſis & principiis ſuis 105.
continuo efficiant, & ne vitiis corporis continenter afficiantur, arteriæ & venæ, tum corpori, tum cerebris, propriæ, ſingulari modo inter ſe communicant, & a diverſa motus origine pen- 107.
dent. *Tertius Paragraphus* formationem pulli in ovo, & ar- §. III.
teriarum, venarum, cordiſque, inchoamenta, perſequitur, &, quæ *Bellinus, Malpighius, Lanciſius,* & *Harvæus,* ea de re obſer- Pag 118.
varunt, commemorat, ex quibus hæc colliguntur: Dum for- 130.
matur embryo in utero, vel pullus in ovo, omnia diſtinctiſſi- 133.
me peraguntur. Singula membra ſucceſſive, ſeu unum poſt alterum, producuntur, neque aliqua eſt realis effigies maximi in minimo, ſeu in aliquo primo typus futuri corporis, qui ſimpliciter expanditur. Etenim, quodcunque coexiſtit, ſucceſ- 134.
ſive eſt exſtiturum. Omnia, quæ ſic ſucceſſive producuntur, ante & ſecundum uſum, quem poſtmodum præſtabunt, conformantur, neque eſt quidquam, quod non aliquid conferat 135.
ad ulteriorem quendum uſum & finem, ita quidem, ut, dum conſtituitur in medio, contineat rationem ſequentium, & referat ſe ad antecedentia, a quibus pendet, & propter quæ ita, non aliter, exiſtit. Eſt quædam ſubſtantia aut vis formatrix, 136.
quæ a primo puncto vivente ducit ſtamen, & ductum uſque ad ultimum vitæ tempus continuat, de qua ob defectum ter- 137.
minorum vix quidquam adæquate prædicari poteſt, niſi quod 138.
ſit prima, perfectiſſima, univerſaliſſima, & ſimpliciſſima, ſub-

 ſtantiarum

stantiarum & virium sui regni, cui assignata est intra suum mundulum corporeum quædam species omnipræsentiæ, poten-
Pag. 139. tiæ, scientiæ, providentiæ, cui simul et in præsenti adesse, & quasi inesse, videntur fines tam primi, quam medii & ultimi, secundum quos consequuntur provido & certo ordine causæ usque ad ultimum effectum. Hinc illa non aliter repræsentat sibi statum formandum ac statum formatum, imo & statum for-
140. matum ac formandum. Series quoque omnium contingentium, uti apparent, ad formationis opus perficiendum, eidem in præsenti adest, & quasi inest. Etenim in ovo & utero omnia provisa & parata adsunt, quæ usquam contingenter adesse pos-
141. sunt. Secundum naturam & statum hujus substantiæ formatricis fluunt causæ in suos effectus, ejus intuitioni, aut repræsentationi, convenienter, uti ex diversis animalium formis, gravi-
142. darum vi imaginativa, & ei conformiter notato embryonis corpusculo, ex formatione cerebrorum, seu organismi sensuum internorum, diversa in diversis animalium speciebus, & specierum
143. subjectis, apparet. Idcirco conditio organismi non est primario in causa facultatum internarum, sed vis aut substantia illa formatrix est, in cujus naturam & repræsentationum imaginem
144. formata fuerunt omnia. Ipsissima vis & substantia formatrix est anima, post eam est fluidum spirituosum, tum sanguis purior, demum ruber, qui hinc tanquam anima est corporea, seu microcosmi. Omnes dici queunt substantiæ & vires formatrices, sed singulæ secundum suum gradum, quibus unica
145. substantia vitalis, quæ est anima, præest. Quoniam igitur omnia aptissime subordinantur, & coordinantur; sequitur,
146. fluidum spirituosum primam agere causam, sanguinem puriorem secundam, sanguinem rubrum tertiam, seu effectum priorum; tum etiam, fibrulas purissimi omnium primo produci, dein vasa purioris, demum vasa rubri sanguinis, quorum unum præcedit alterum, & dein, uti componuntur, unum agit cum altero. Animal proinde, in ovo & utero successive crescens, quatuor insignes mutationes & diversos status percurrit: primum, quando ope fluidi spirituosi initia utriusque cerebri & utriusque medullæ trahuntur, & delineantur; secundum,

dum, quando beneficio ſanguinis purioris cordis textura ſimplex paratur; tertium, quando medio etiam ſanguine rubro pulmones exarantur; quartum, quando exarati pulmones incipiunt aerem ſpirare, quod fit poſt excluſionem ab ovo natali, vel ab utero genitali. Sunt tres motuum communes fontes, a quibus particulares cunctæ dependent, cerebra ſcilicet, cor, & pulmones. Motus cerebrorum vocatur animatio, a qua fluidi ſpirituoſi actio pendet; motus cordis eſt ſyſtole & diaſtole, a qua ſanguinis fit circulatio; pulmonum eſt reſpiratio, ceu præcipue ſanguinis purioris, ſed, quia ſanguis ille purior eſt medius inter fluidum ſpirituoſum & ſanguinem rubrum, ipſius etiam motus motui utriuſque, tam cerebri, quam pulmonum, debetur. In ſtatu formationis ante excluſionem ab ovo aut utero concurrit animatio cerebrorum cum ſyſtole & diaſtole cordis, ſed, formatis pulmonibus, & excluſo pullo aut embryone, animatio cerebrorum ſe cum reſpiratione pulmonum conjungit, relicta cordis ſocietate. Sed illa iterum cum cordis motu ſe reunit, quando ob diverſas cauſas pulmones, pulſante tamen adhuc corde, pulſare deſinunt. Præterea ex cordis primæva fabrica, & ejus pulſu in iis animalibus, quæ uno, tum etiam ex iis, quæ pluribus, inſtruuntur, apparet, quod primitivum corculum, in tres veſiculas diſtinctum, naturam & modum agendi venarum, & ſimul arteriarum, quarum ſpatium medium tenent, referat, ſcilicet, quod ex diſſimilis naturæ & modi concurrentibus vaſis reſultet intercapedo, tribus veſiculis ovalibus diſtincta. Tum etiam ex ipſius corculi primævi ſimplici fabrica ſtatus cordis adulti, & arteriarum, deſignatur. Hæc tamen diverſe fieri ſolent in animalibus perfectioribus & imperfectioribus, in iis, quæ in utero, & iis, quæ in ovo, formantur. Cuncta autem, huc uſque commemorata, evidentiſſime providentiam infinitam & omnipotentiam divinam declarant. *Paragraphus quartus* circulationem ſanguinis in fœtu nondum nato, itemque foramen ovale, & canalem arterioſum, cordis embryonum & infantum, exponit; ubi, præſtructis *Verheyeni, Loweri, Harvæi, Needhami, Munnickii, Merii, Morgagnii, Fantoni*que, obſervationibus, circulationis ratio ſic

[Margin notes: Pag. 147. (line 1); 148. (line 2); 149. (line 3); 150. (beside "num, debetur. In ſtatu formationis…"); 157. (beside "conjungit, relicta cordis ſocietate…"); 158. (beside "ſante tamen adhuc corde…"); 159. (beside "veſiculis ovalibus diſtincta…"); §. IV. (beside "nam declarant. Paragraphus quartus…"); Pag. 172. (beside "ctis Verheyeni…"); 178. (beside "Morgagnii, Fantonique…")]

Pag. 180. explicatur: Subit circuitus sanguinis rubri, quod ex anatomia pulli in ovo incubato apparet, tres insignes mutationes & vices; primam, cum primitivum cor, seu punctum saliens, sangui-
181. nem acceptum per aliquot ramos sursum versus cerebra propellit, & cerebra illum deorsum in vasa umbilicalia exprimunt, quo tempore cerebra præcipuam ejus circulationis causam a-
182. gunt; secundam, cum aorta in regionem abdominis etiam defertur, tunc sanguis per venam cavam inferiorem, trajectis vesiculis cardiacis, versus cerebra aufertur, & inde per venam cavam superiorem iterum trajectis vesiculis cardiacis, per aortam descendentem in abdominis partes depellitur, a quibus dein per cavam inferiorem redit, ut prius. Circulus, quem sanguis, ita translatus, describit, est quasi duplicatus & reflexus, sed tamen continuus. Sic, dum talis circulatio continuatur, necesse est, ut bini motus in auriculis, & bini in ventriculis, suc-
184. cessive existant. Similis etiam est circulationis modus & determinatio in corde unito, seu conico, antequam pulmones respirare incipiunt, scilicet, quod sanguis a cerebris per venam cavam superiorem in ventriculum cordis dextrum devectus, inde per tubum arteriosum in aortam descendentem, & sic in omnes partes inferioris regionis, propellatur, exinde per venam cavam inferiorem adscendat, & per foramen ovale in ventriculum cordis sinistrum, & inde versus cerebra, exigatur, atque sic continuo, ipso corculo sic flumen utroque distinctius determinante. In hunc finem paratum est foramen ovale, & tubus arteriosus, sine quibus talis circulatio neutiquam peragi-
188. tur. Antequam igitur per pulmones via sanguini a dextro cordis ventriculo in sinistrum conceditur, omnis per cerebra trajicitur, priusquam in corpus & ejus viscera defertur. Et, ne cerebra contaminentur sanguine spurco, in antecessum tradu-
192. citur per hepar, ut repurgetur. Hæc tamen cum differentia accidunt in oviparis & viviparis. Tertiam denique mutationem experitur post partum, & exclusionem. Tunc enim sanguis a vena cava superiori, & simul ab inferiori, in auriculam & ventriculum dextri cordis, &, trajectis pulmonibus, in auriculam & ventriculum sinistri, & inde in aortæ truncum, pellitur,

litur, a quo cerebra non plus sanguinis desumunt & subtrahunt, quam ratio eorum status postulat. Tunc non amplius bini motus in auriculis, & bini in ventriculis, succedunt. Cum Pag. 196.
illico post partum sic vertitur cardo circulationis, foramen ovale, & tubus arteriosus, necessario clauduntur. Sed tamen foramen hoc ex variis causis ab auricula dextra versus sinistram diu adapertum, quin etiam ex nonnullis a sinistra versus 199.
dextram, teneri potest. *Paragraphus quintus*, de corde testudinis §. V.
marinæ agens, observationem *Morgagni* de eodem expromit, & Pag. 210.
ex comparatione illius, utpote triventris, cum corde animalis terrestris, utpote biventri, quintuplicem hanc differentiam commonstrat: 1) quod cor trium ventriculorum e suo dextro binas 212.
arterias magnas emittat, cum ex corde duorum ventriculorum non nisi una magna, seu aorta, & quidem ex sinistro, prodeat; 2) quod illud ex ventriculo intermedio, seu tertio, arteriam pulmonarem protendat, ut ipse ille ventriculus videatur esse extensus canalis arteriæ pulmonalis, cum hoc eandem arteriam e dextro suo thalamo educat; 3) quod illud a ventriculo sinistro nullam arteriam emittat, ut videatur solus esse sinus sanguinis venosi pulmonalis, hoc vero aortam immediate ex suo thalamo protendat; 4) quod propterea in illo communicare debeant duo posteriores ventriculi cum dextro communi per bina foramina, septo sic pertuso, non autem in hoc, seu in biventri; 5) quod in illo sit sinus quidam venosus ante auriculam dextram, a quo in auriculam corrivatum flumen per obtentas valvulas, ne refluat, arcetur; in corde autem biventri influit distincte & immediate a vena cava inferiori, & a superiori, nec per aliquam valvulam prohibetur refluxus. Denique 213.
de usu hujus fabricæ in testudine plura disputantur. *Paragraphus sextus* de arteriis & venis propriis, & vasis coronariis, §. VI.
cordis agit, eaque refert initio, quæ *Lancisius*, *Lowerus*, *Bœrhaavenius*, *Winslovius*, *Ruyschius*, *Morgagnius*, *Verheyenus*, & *Vieussenius*, tradiderunt, ex quibus hæc deducuntur. Vasa Pag. 217-229. 230.
utriusque classis coronaria, tum arteriosa, tum venosa, non ex principio aortæ, sed ex ipso corde, scaturiunt. Sunt enim in 234.
ventriculis & auriculis cordis columellæ & lacunæ, sunt ductus

carnosi,

Pag. 235. carnosi, & sunt fibræ motrices. Sanguis influit a corde in lacunas, præcipue sub columellis, a lacunis exprimitur in ductus carnosos, ab his in fibras, a fibris in vasa coronaria, tam
239. quæ arteriæ, quam quæ venæ, dicuntur, a vasis coronariis vel per foramina bina in aortam, vel per unum majus in au-
241. riculam dextram, vel per plura minora in eadem, at superflua quantitas in vasis coronariis retro in lacunas & ventriculos
242. cordis. Omnia hæc vasa unice a cordis actione pendent, cujus in motus flumine, tam illa, quam etiam fibræ motrices, ductus carnosi, ut & lacunæ ventriculorum & auricularum, dispo-
243. sitæ fuerunt. Ex quo sequitur, vasa, quæ premunt superficiem, omnia esse venosa, quibus arteriæ in ipsa cordis substantia respondent. Quoniam igitur sanguis coronarius ex tali origine emergit, sequitur, vasa superficiaria, vulgo coronaria, diastolen agere, cum cor agit systolen, similiter etiam vasa, quæ auricularum superficialia sunt, suam agere diastolen, cum
245. auriculæ systolen. At, quia in auriculis, præcipue dextra, plures contingunt anomaliæ, hinc, ut sanguis ejus in quocunque casu & discrimine inveniat exitus, plura petent orificia, per quæ ille secundum omnem statuum diversitatem exterminari
247. queat. Si origines vasorum coronariorum cum eorundem exonerationibus conferuntur, liquet, sanguinem cordis dextri transferri immediate in aortam, vel sanguinem cordis sinistri in auriculam dextram, vix absimili ratione, ac olim per foramen ovale, ac tubum arteriosum, ut videantur hæc vasa, & eorum ostia, qua determinationes quantitatis, ea percurrentis, in locumdicti foraminis, ut & tubi arteriosi, successisse, mutata solum via, & modo circulandi, idque eum ob finem, ne superflua quantitas arteriosi, aut venosi, sanguinis statum regni naturalem & crebris mutationibus obnoxium pes-
253. sundet, aut destruat. Subsistere diu nequit nec motus cordis, nec sanguinis circulatio, nisi vasa cordis propria, quæ sanguinem in aortam, & quæ in auriculam dextram exonerant, inter se distincta, & sine communicatione, progrediantur, quæ si conjungerentur, inde similis effectus resultaret, ac si septum ventriculorum cordis foret pertusum. Interim

terim, qui origines, progreſſiones, & exonerationes, horum vaſo- Pag. 254.
rum diligenter perluſtrat, & expendit, in iis, ac proinde in
corde, quandam ſtatus corporis & animi deprehendet effigiem
& repræſentationem. Quo reſpectu plures affectiones etiam 255.
cordi ſecundum familiarem loquendi modum non improprie
tribui queunt, vel adſcribi. *Paragraphus ſeptimus*, de motu §. VII.
cordis adulti, obſervationibus *Bœrhauvenii*, *Harvæi*, *Lanciſii*, Pag. 260.
Stenonis, ob oculos poſitis, ad inveſtigandas cauſas proximas & 275.
remotas motus cordis, monet, præter ea, quæ jam de ſangui- 276.
ne, arteriis, venis, primitiva cordis fabrica, vaſis ejus propriis
& coronariis, & circulatione in fœtu, fuerunt tradita, neceſſe 277.
etiam eſſe, ut in anteceſſum in cauſam actionis nervorum in 279.
genere, & gangliorum, & in ſpecie nervi intercoſtalis & paris 282. 289.
vagi, plexus magni cardiaci, & inde pendentium nervorum 296.
cordis ſigillatim, & in cauſam actionis muſculorum, quoniam 300.
cor totum quantum muſculus eſt, inquiratur. Inde vero pa- 310.
tebit, cauſam proximam diaſtoles cordis eſſe continuam preſ-
ſionem actionemque ſanguinis utriuſque venæ cavæ in auricu-
lam dextram, & cauſam proximam ejus ſyſtoles eſſe extenſio-
nem fibrarum nervearum, adeo, ut, dum ſanguis agit, cedat
fibra nervea, &, dum fibra, cedat ſanguis. Ita cordis machina 324.
eſt conſtructa, ut ejus motus alternus ab auriculis, cumprimis
a dextra, tanquam a rota & vecte ſuo, pendeat, & determi-
netur, & proinde ab ejus intumeſcentia, incumbente, agente,
& influente ſanguine, ab ejus autem detumeſcentia extenſis
nervis. Cetera omnia ita mutuo connectuntur, ut, quicquid 328.
uſquam in motum venit, ad ejus reciprocationem contribuat.
Hinc ſingula cum toto in ejuſmodi tenentur æquilibrio, ut
minimum ſit, quod cardinem motus invertat, & ex facili ſupe-
retur reſiſtentia, quæ in ſtatu naturali hic eſt perexigua. Cau- 329.
ſæ autem efficientes motus cordis remotæ ſunt pulmones, quod
ſanguinem cordis dextri admittant, & transmittant, & ipſa
præcordia in motu univerſali teneant; cerebrum, quod ſangui- 332.
nem ſuum ex propria vi verſus venas jugulares propellat, ei-
que fluidum ſpirituoſum inſpergat, tum, quod in muſculos
corporis agat, cerebellum, quod ſanguinem etiam ex pro- 335.

pria vi, atque sic ex vivo fonte, in cavam superiorem devolvat, & nervos cardiacos, imo etiam arteriarum & venarum,
Pag. 341. fluido spirituoso impleat & animet; medulla oblongata & spinalis, quod transmittat sanguinem in utramque venam cavam,
346. & præcipue per azygam in superiorem. Nec opus est, ut momenta animationis alicujus eorum cum alternis cordis coinci-
347. dant. Quæ quoniam remotæ motus cordis causæ sunt, sequitur, sine singulis illis aliquandiu continuari posse motum cordis, sed plus minusve, prout memorata corpora in nexu causarum sunt, nimirum quamdiu fibræ nerveæ in sua integritate & vi agendi conservari, quod cerebelli proprium est munus, & a vivo fonte sanguis venæ cavæ infundi, queunt.
352. Hinc & facile colliguntur variationis pulsuum causæ, quæ generatim in internas & externas, naturales & præternaturales, dividuntur. Sed pulsuum doctrina non nisi ad extremum ita, ut decet, tradi potest & absolvi. Multa quidem sunt, quæ præter hæc in singulis *Paragraphis* Cel. Autor doctissime disputat; sed quis modus foret, quis denique finis, nostræ enarrationis, si omnia, quæ nobis notatu videntur digna, excerpe-
§. VIII. remus? Procedamus itaque ad *Paragraphum octavum*, eumque ultimum, introductionem in Psychologiam rationalem complexum, atque eo diligentius perlustrandum, quod superioribus, ubi doctrina serierum & graduum sæpius memoratur,
Pag. 354. magnam lucem affundit. Psychologia, per quam scientia de animæ essentia & natura, deque modo, quo illa in actiones sui corporis influit, intelligitur, prima est & ultima scientia eorum, quæ ad cognitionem œconomiæ animalis conducunt. Quoniam vero anima in tam intimo latet recessu, ut, nisi remotis & replicatis ordine fasciis, non pateat, tunc necesse est, ut ad illam adscendamus per eosdem gradus eandemque scalam, per quam natura ejus in formatione suarum rerum in corpus
356. suum descendit. Præmittenda igitur illa serierum & graduum doctrina fuit, quæ scilicet modum edocet, quem natura in rerum suarum subordinatione & coordinatione observat, & quem sibi in agendo observandum præscripsit. Series sunt, quæ res subordinatas & coordinatas successive & simul complectuntur

Gradu

Gradus vero sunt distinctæ progressiones, dum subordinatur unum sub altero, & dum coordinatur unum juxta alterum, ut hoc sensu in gradus determinationis, & gradus compositionis, dispescantur. Series existunt in mundo plures, & quidem universales & minus universales. Series universalissima est universum, seu mundus, qui in se plures continet. Ipsæ series, quas mundus complectitur, in tres superiores & tres inferiores dividuntur. Illæ ad universum, sive mundum circumfluum, hæ ad tellurem, pertinent. Universi, aut mundi circumflui, est series substantiarum, a prima per ordinem successionis simpliciter derivatarum. Altera est, quam constituunt eædem substantiæ, sibi suæque naturæ relictæ, aut libertate gyrandi donatæ, unde ignis tam solaris, quam elementaris inferior. Tertia est series aurarum mundi, ex binis prioribus, ita nimirum a suis activis, & quasi passivis, oriunda. Hæc series est, quæ ipsissimum mundum circumfluum constituit, & sine qua inferiores tres existere nequeunt. Ipsæ auræ, quæ hanc seriem constituunt, secundum dictamen experientiæ communis per analysin rationalem, qua suas causas, pervestigatæ, sunt quatuor, quæ, ut sibi ordine succedunt, ita simplicitate, puritate, universalitate, perfectione, decrescunt. Illæ sunt perfectissimæ formæ naturæ agentis & patientis, ejusque vires, uti formatas, repræsentantes. Ipse mundus illarum existentiam confirmat, adeo, ut, qui illas in dubium vocat, viam sibi, explorandi phænomena, & inveniendi causas in omni causato, intercludat. Series communes telluris, seu inferiores, vulgo vocantur regna, minerale, vegetabile, & animale, quæ plures sibi subjectas habent species, atque tempore sibi & ordine succedunt. Primum enim est minerale, seu ipsa tellus, reliquarum parens. Vegetabile mineris terræ suam debet existentiam, in quam etiam seminula sua, ut in matricem & uterum, quoties renasciturum est, demittit. Post hoc sequitur regnum animale. Nam animal omnem priorem naturam & mundum requirit, ut existat, & subsistat. Ultimum ejusdem seriei est animal perfectissimum, seu homo, qui est omnium & totius complementum, & microcosmus macrocosmi. In his sex seriebus natura acquievisse

Pag. 357.

Pag. 358. videtur. Nam ſeptima non datur. Quælibet autem harum ſerierum ſub ſe plures ſeries proprias & eſſentiales, & unaquæque ex his ſuas continet, non ſolum in genere, ſed etiam in ſpecie, & in cujusvis ſpeciei individuo. Sic e. g. quodlibet individuum animal eſt ſeries plurium eſſentialium & propriarum communis. Ejus eſſentiales & propriæ ſunt viſcera, quæ ſimul ſumta efficiunt formam. Quælibet talis ſeries ſibi ſubjectas continet ſui eſſentiales & proprias, quæ partiales poſſunt vocari, quando illæ ſunt integrales, aut ſingulares, quando illæ totius ſeriei ſunt communes, uti hepar, quod eſt magna glandula, & conglomerationem plurium, ut hæ ſuarum minimarum, concludit. Ita etiam in reliquis, quæ ſe referunt ad ſuam ſeriem integralem, ut hæc ad ſuam communem, & ſic porro. Neque exſtat quidquam in mundo adſpectabili, quod non ſit aliqua ſeries, aut in aliqua ſerie. Et proinde ſcientia rerum naturalium a diſtincta ſerierum & graduum, & a diſtincta earum ſubordinationis & coordinationis, notione pendet. Qui
359. hic a communibus initiis progredi cupit, ei a ſubſtantiis exordiendum eſt, quæ accidentium ſunt & qualitatum ſubjecta. Illæ vero quamvis exiſtant multiplices, omnium tamen in uni-
360. verſo non eſt niſi una ſubſtantia primi, ex qua fluunt reliquæ, cui ut principio rerum naturalium principia a ſummo Numine fuerunt impreſſa. Unaquæque ſeries ſuam ſubſtantiam primam & propriam agnoſcit, quæ tamen a prima mundi, qua exiſtentiam, pendet. Sic prima regni eſt mineralis, prima vegetabilis, prima animalis, vocaturque a nonnullis elementum, mo-
361. nas, ſubſtantia primitiva ſimplex. Prima cujuscunque ſeriei ſubſtantia eſt ejus ſimpliciſſima & unica, quæ in tota individua ſerie regnat. Ex illa & ſecundum ejus naturam fluunt omnia, quæ in integra ſerie determinata conſpiciuntur. Ab illa enim, per ordinem ſucceſſionis, mediis copulantibus derivantur ſubſtantiæ magis compoſitæ, quæ vices ejus in ultimis ſeriei gerunt, & ſic res in illa ſerie contentas determinant. Per
362. harum determinationem formantur aliæ magis compoſitæ, quæ
363. mediantes ſunt & ſubdeterminantes, ex quibus ſeries eſſentiales & propriæ, quæ conſtituunt integram, coagmentantur, & conne-

connectuntur. Per substantias determinantes mediis subdeterminantibus ita perpetuo unum connectitur cum altero, ut non reperiatur pars ejusdem seriei propria, quæ non esset connexa. Proinde est Harmonia constabilita. Substantiæ simpliciores quo distinctius se discernunt a substantiis magis compositis, & substantiæ ejusdem gradus quo melius se a sociis permanentibus essentia & attributis distinguunt, eo perfectius constabilita est Harmonia. Ac proinde etiam varietas harmo- Pag. 364.
nica existit. Hac ratione construitur & perficitur systema cor- 366.
poreum, in quo unum alteri ita subordinatum est, & coordinatum, ut singula se mutuo respiciant, & a se mutuo pendeant, idque ea ratione, ut, quicquid mutabile in seriebus & substantiis compositis contingit, ejus consciæ reddantur simpliciores, &, quicquid determinatur in actum, id fiat vel de- 367.
terminantibus, vel concurrentibus, vel consentientibus simplicioribus. Idque peragitur secundum ordinem naturalem ab 368.
inferiori ad proxime superiorem, vel a superiori ad proxime inferiorem, non autem a suprema ad ultimam, nisi per intermedias. Substantiæ simplices, & minus magisque compositæ, quæ sunt determinantes rerum in sua serie, sunt secundum simplicitatis aut compositionis gradus priores & posteriores, superiores & inferiores, interiores & exteriores, remotiores & proximiores, & inter se ut causæ & effectus. Quæ priores 369.
sunt, etiam sunt universaliores, & in omni qualitate perfectiores posterioribus. Præterea, quæ priores sunt, existere queunt sine posterioribus, non autem vicissim. Uti sunt substantiæ, 371.
ita etiam earum essentiæ, attributa, accidentia, & qualitates, seu nulla non adjuncta, de quibus etiam prædicari potest, quod sint series, & in serie, tum quod dicta adjuncta sunt simpliciora priora, superiora, interiora, universaliora, perfectiora, plane ut substantiæ, quibus insunt, & ex quibus fluunt, 372.
tum quod superiora in inferiora, & vicissim, influunt ad modum, quo substantiæ formatæ fuerunt, & per nexum communicant. Sed, quæ superiorem locum tenent, sunt incomprehensibilia, & apparent ut continua sensorio inferiorum. Omnium tamen in eadem serie talis constabilita est harmonia, ut sibi mu-

tuo respondeant, cum solo perfectionis secundum gradus discrimine; quare inferiora respiciunt superiora, ut analoga & eminentia. Entia aggregata ejusdem gradus & seriei, per quæ tamen non monades *Mori*, aut homœoriæ *Anaxagoræ Clazomenii*, aut atomi *Epicuri*, *Democriti*, *Leucippi Eleatis*, *Moschi Phœniciensis*, aut quorundam elementa primitiva & simplicia, quatenus resolutionem non admittunt, sed, quod minimum est, in unoquoque gradu alicujus seriei intelliguntur, se ad unitates suas ut ad simplicissimas partes referunt, cum quibus sunt homogenea. A forma, natura, & modo, agendi talium aggregatorum cognoscitur, quæ sit forma, natura, & modus agendi partium. Proinde experientia communis & particularis rerum, quæ unquam sensorium quoddam contingunt, indigitat essentiam minimorum ejusdem gradus, quin imo correspondentium adhuc simpliciorum sive superiorum graduum. Quare in intimam rerum naturalium cognitionem per doctrinam serierum & graduum experientiæ junctam perducimur. Simplicissima & unica regni animalis substantia est fluidum spirituosum, quæ perfectissime ab aura mundi prima fuit determinata. Aura hac nihil prius, superius, universalius, perfectius, esse dicitur, ex substantiis primis immediate formata, ex quibus trahit omnem potentiam, vix magis enuntiandam, quam est ipsius substantiæ parentis, cui ut principio rerum naturalium principia fuerunt indita. Aura hæc ipsissima forma virium universi creati, cui qualitates inferiorum aurarum, ut determinabilitas, modificabilitas, &c. modo per eminentiam applicari queant, item ipsa vis perfectissimæ naturæ, vocatur. Phænomena indicant, quomodo auræ inferiores, ut aer, æther, tum quomodo superior, demum suprema, in vitam animalis influant. Ex superius dicta fluidi spirituosi determinatione natura ejus resultat ejusmodi, ut queat esse substantia corporis sui formatrix, cui insit vita & proinde anima, quæ principium rerum, in tota illa serie existentium, constituat. Ut vero operationum & effectuum, in corpore animali existentium, causæ efficientes rationales & principales explorentur, necesse est, ut inquiramus, quæ res in superiori gradu respondeant rebus in gradu inferiori, quod experientiæ

perientiæ & ingenii opus foret. Nam, prout natura per gradus suos adscendit, ita a singularium & vulgarium vocum sphæra ad universalium & eminentiorum se tollit, ita quidem, ut tandem in suprema regni animalis regione, ubi est anima humana, non reperiatur loquela corporea, quæ ejus naturam, & minus adhuc superiorum, adæquate exprimat. Quare Philosophia universalium mathematica elaboranda foret, quæ per notas characteristicas & literas, vix alia ratione, qua formam communem, ac analysis algebraica infinitorum, exprimeret ea, quæ per voces explicari nequeunt. Quæ, si rite elucubraretur, omnium scientiarum naturalium, quia cunctas complecteretur, una esset scientia. Pag. 384.

TRAITE' DEMONSTRATIF DE LA QUADRAture du Cercle, &c.
id est,
TRACTATUS DEMONSTRATIVUS DE QUAdratura Circuli, cum Figuris æneis, divisus in quatuor Libros, quorum singulorum argumenta tituli sui indicant, &c. dedicatus Regi a BASSELINO, Professore emerito Philosophiæ in Universitate Parisiensi.

Parisiis, apud Briassonum & Henry, 1735, 4.
Plag. 11, Tab. æn. 1.

QUADRATURE GEOMETRIQUE DU SECTEUR DE Cercle de quarante-cinq dégrés, &c.
id est,
QUADRATURA GEOMETRICA SECTORIS CIRculi quadraginta quinque graduum, & proinde totius areæ Circuli, dedicata Regi a FALCONETO, Abbate, Pastore Parnesiensi.

Sine mentione loci, 1739, 8.
Plag. $3\frac{1}{2}$. Tabb. æn. 7.

Quod in vita hominum quotidie fere contingere videmus, ut, qui juvenes ad modicas facultates pervenerunt, amplius

plius de iis sperent, quam in iis est, & æquo longe confidentius iis utantur, idem & hominibus cum in aliis scientiis, tum in Geometria maxime, novis haud raro accidit. Cum enim celebratum illud geometricum de Circuli tetragonismo Probléma a summis Geometris pro re adeo desperata habeatur, ut, si quod Problema ad illud deductum sit, id aut solvi non posse dicant, aut eatenus tantum solutum esse, quatenus Circuli quadratura exhiberi possit; tamen multi eorum, qui *Euclidea* elementa vix, ac sæpe ne vix quidem, primis labris attigerant, ad solutionem ardui illius Problematis animum magna cum confidentia appulerunt, &, multis exantlatis laboribus, tandem sibi persuaserunt, se hujus Problematis solutionem invenisse. Tales ergo cum fuerint multi, & certe plurimi eorum, qui de quadratura Circuli scripserunt; & cum præterea constet, summos quosdam Mathematicos, qui quadraturam Circuli tentarunt, eam invenire non potuisse; non est certe, quod quis miretur, eos, qui otio suo non nimis abundant, ægre permoveri ad libellos istos legendos, qui quotannis fere de Circuli quadratura prodeunt. Fateri sane cogimur, nos jam & laboris & temporis pœnitere, in examinandis duobus illis libellis perditi, quorum titulos modo exhibuimus, & ad quos legendos partim fama, partim habitu externo eorum, quo aliquid geometrici præ se ferre primo intuitu nobis videbantur, invitati accesseramus. Sed, ne videamur in Autores horum libellorum iniquiores esse, de utriusque conatibus sigillatim nobis dicendum est. *Basselinus* libellum suum in *quatuor Sectiones* divisit, quibus Præfationem præmisit, in qua primo multis verbis conqueritur de iis Academiæ Regiæ Scientiarum Parisiensis Sociis, quibus examen libelli sui demandatum fuit, & quos non satis faciles in approbando Tractatu suo expertus est; deinde formam libelli sui, non omnino geometricam, argumentis non admodum probabilibus excusat, denique, quæ a lectoribus suis postulet, indicat. In *prima Sectione* quatuor quæstiones præliminares de Circuli quadratura proponit. *Prima* est: an dudum quadratura Circuli desiderata fuerit; *secunda*: an valde difficilis sit ejus inventio; *tertia*: an ea tanti momenti res sit. Neminem

minem fore confidimus, quin, quid Autor ad has quæstiones respondeat, per se facile conjicere possit. *Quarta* quæstio est: an præmium quoddam illi promissum sit, qui quadraturam Circuli invenerit. Quam quæstionem Autor ita tractat, ut appareat, se vehementer optasse, ut ad eam affirmando respondere potuisset. *Secunda* hujus libelli *Sectio* lectores ad quadraturam Circuli exhibendam præparat, partim per definitiones decem pluriumve novorum terminorum, quibus Autor figuras quasdam planas, quibus opus habuit, insignivit, partim per earum definitionum corollaria, & per duo theoremata, quæ tamen sine demonstratione hic proponuntur. In *tertia Sectione* Autor quadraturam suam, tam arithmeticam, quam geometricam, proponit. Quadraturæ arithmeticæ hæc summa est, esse diametrum circuli ad circumferentiam, ut $28284271 \frac{1714 \text{ \&c.}}{6928 \text{ \&c.}}$ ad $88887668 \frac{1572 \text{ \&c}}{6928 \text{ \&c}}$. Fractionum, his integris numeris adjectarum, tam numeratores, quam denominatores, viginti novem figuris constant; quas omnes huc transscribere, nihil attinet. Sunt enim nobis aliquot rationes, eæque non levissimæ, quæ nobis non permittunt, hanc, quam Autor dedit, proportionem diametri ad circumferentiam pro perfecta habere. *Primo* nihil valuit ad assensum nobis extorquendum Autoris demonstratio, quippe in qua sæpe ne quidem mentem ejus assequi potuimus. Stilo utitur diffuso, ratiocinia sua non ita apte connectit, ut Geometræ in demonstrationibus suis solent, principia adhibet nondum demonstrata, multa immiscet a re aliena, quibus attentionem lectoris turbat, & patientiam defatigat. Quin ipsius calculi sui singula momenta non ita distincte explicat, ut facile intelligi possit, quomodo eum iniverit. Sic perspicere non potuimus, qua via ad duos illos numeros pervenerit, quibus rationem diametri Circuli ad circumferentiam expressit. Nam posterior horum duorum numerorum secundum calculum Autoris *pag. 28* exprimit aream alicujus circuli; prior autem, prout is *pag. 27* inventus est, non exprimit nisi diametrum Circuli, qui illius Circuli subduplus est. Jam, cum dici certe nequeat, esse circumferentiam Circuli ad diametrum suam, uti area ejusdem Circuli est ad diametrum Circuli subdupli, non videmus,

quomodo Autor duos illos numeros ad proportionem inter diametrum & circumferentiam exprimendam traxerit. *Secundo* animadvertimus principium oppido falsum, quo Autor in calculo suo usus est. Quis enim tam hospes est in Arithmeticis, ut concedere possit, esse $\sqrt{(aa + bb)} = a + \frac{bb}{2a}$? Id enim approximationem quidem esse ad radicem numeri surdi, bene novimus; miramur autem, serio affirmare Autorem, se hac via tam perfecte & exacte pertingere posse ad numeri irrationalis radicem, quam exacte $a + \frac{bb}{a}$ est quotus ex divisione quantitatis $aa + bb$ per quantitatem a oriundus. *Tertio* tentavimus examen novæ rationis diametri ad circumferentiam, ad normam rationis, a *Ludolpho a Ceulen* exhibitæ, illamque ab hac in quarta statim figura aberrare, ita, ut hac paulo major sit, deprehendisse nobis visi sumus. Quæ cum ita sint, non possumus hanc novam circuli quadraturam nisi pro approximatione habere, quæ *Archimidea* paulo melior sit. Quod autem ad geometricam Autoris quadraturam attinet; neque de hujus veritate magis certos nos esse profitemur. Nam, præterquam quod ea calculo illi innitatur, cujus lubrica fundamenta modo indicavimus, vidimus etiam, in hac geometrica quadratura supponi nonnullas propositiones, quarum veritas per se evidens non est, & quas tamen Autor neque in hoc Tractatu demonstravit, neque in *Supplemento*, quod quarto anno post hujus Tractatus editionem adjecit, & in quo singula, quorum demonstrationes omiserat, exacte se demonstraturum pollicitus est. *Quarta* denique hujus Tractatus *Sectio* quædam corollaria complectitur præcedentis quadraturæ, & collationem quadraturæ Autoris cum celebratis aliorum Autorum approximationibus.

Sed ad *Falconeti* libellum nos convertamus, quem nobis aliquanto magis placuisse fatemur. *Primo* enim laudanda est modestia, quacum Autor in Præfatione de se ipse loquitur. Hæc enim virtus, quemadmodum summorum inventorum gloriæ majorem splendorem conciliat, ita & eos, qui, dum inventorum personas sustinent, labuntur, aliquantum sublevat & excusat. Tot scriptorum de quadratura Circuli inanes labores Autor huic imputat causæ, quod impossibilitatem absolutæ

lutæ Circuli quadraturæ ignoraverint; felicem autem, quem sibi expertus esse videtur, successum fortunæ maxime tribuit, quæ animum inter infinite multos Circuli sectores, ad totum rationem assignabilem habentes, in eum solum direxerit, qui primitus quadrabilis sit. *Secundo* hunc libellum præ multis aliis de quadratura Circuli scriptionibus brevitas & perspicuitas commendant, quibus & hoc accedit, quod Autor ubique ostendat, se non vanæ gloriolæ vel lucri cupidine impulsum, sed solo laudabili ardore, arduum inventum, in quod se incidisse plane persuasus est, cum aliis communicandi, adductum, plagulas hasce evulgasse. His de externo hujus libelli habitu præmonitis, nunc, quid de re ipsa sentiamus, dicendum est. Quamprimum in manus nostras hæ plagulæ pervenerant, cupidi ut eramus videndi, quantum pretium huic novæ quadraturæ statuendum esset; rationem diametri ad circumferentiam, ab Autore expressam, ad normam *Ludolphinæ* statim exigebamus. Utut enim moleste ferant hoc examen ii, qui Circulum quadrasse falso sibi persuadent; nihil tamen habent, quod contra possint dicere, nisi ignorantiam suam viæ, qua *Ludolphus* ad numeros suos pervenit, & methodorum, quibus recentiores, iique summi, Geometræ eosdem numeros comprobarunt, turpiter prodere velint. Exigebamus ergo ad hanc normam *Falconeti* rationem diametri Circuli ad circumferentiam, quæ est uti $\sqrt{(7880 - 5572\sqrt{2})} + 75 - 53\sqrt{2}$ ad $2\sqrt{(7880 - 5572\sqrt{2})} + 2\sqrt{(13452 - 9512\sqrt{2})} + 2\sqrt{(45928 - 32476\sqrt{2})} + 348 - 246\sqrt{2}$. Hos numeros, si quis calculi molestiam non metuat, in fractionibus decimalibus expressos, inveniet esse 0, 0917419 &c., atque 0, 2796873 &c. Posita ergo diametro circuli $= 1$; erit, secundum *Falconeti* numeros, circumferentia $= 3, 0486$ &c.; qui numeri cum statim in secunda figura a *Ludolphinis* aberrent, deterrimam eos dare approximationem, *Archimedea* ipsa longe deteriorem, certum nobis erat. Quæ res etiamsi nobis non concedebat, ut de quadratura Autoris geometrica bene speraremus; tamen ad constructionem geometricam Autoris legendam festinante oculo nos convertebamus. Et videbatur quidem nobis hæc constructio elegantissima fore, si vera esset; at nimis incertos nos relinquebat Autoris demonstratio de hu-

jus constructionis veritate. Nam, principia quædam supponi ab Autore, videbamus, quorum demonstrationes jure peti possunt ac debent. Talia sunt hæ duæ propositiones: Si duæ figuræ ex infinite parvis continuo simul ita crescant, ut incrementum unius in eodem termino incipiat, in quo incrementum alterius desinit, sint autem hi duo termini rectæ parallelæ; detur, necesse est, aliquis terminus intermedius, qui erit etiam recta ad duas illas parallela, & ad quem ubi istæ figuræ sic continue crescendo pervenerint, sibi invicem æquales fiant; &: Duæ quantitates infinite parvæ similes sunt etiam æquales. Deinde, cum, perlecto calculo Autoris, animadvertissemus, ipsum in calculo non ubique vestigia demonstrationis suæ premere, sed nonnunquam ab iis recedere, dubii, utrum vitium, in proportione diametri ad peripheriam supra detectum, ex minus apto Autoris calculo, an ex falsa constructione geometrica, fluxisset, iterum & attentiori animo hanc constructionem geometricam examinavimus. Sed tantum abfuit, ut ea, repetita vice examinata, magis se nobis probaret, ut potius intelligeremus, præcipuas propositiones, quas Autor hic adhibuit, & demonstrasse sibi visus est, per evidentes apogogicas demonstrationes posse refelli. Verum, in hanc arenam ut descendamus, cancelli nostri nobis non permittunt. Progrediamur potius ad aliud Schediasma, quod, illorum duorum mentionem faciendi, nobis occasionem suppeditavit.

IMPOSSIBILITAS QUADRATURÆ CIRCULI A priori asserta, *Autore MICHAELE CHRISTOPH. HANOVIO*, *Philos. D. & Prof. in Athenæo Gedan. & Magnif. Senatus Bibliothecario.*

Gedani, sumtibus & typis Thomæ Joannis Schreiberi, Senatus & Athenæi Typographi, 1741, 4.

Plag. 9.

Si quadratura Circuli impossibilis est; vehementer fuisset optandum, ut dudum ejus rei vera & solida exstitisset demonstratio, qua forsan permoti, bene multi eorum, qui in Circulo quadrando incredibiles labores perpessi sunt, ab hoc infelici incepto destitissent, & patientiam otiumque suum ad utiliora sibi ipsis patriæque suæ molimina contulissent. Sin ea

ea possibilis est; non parvi pendenda est demonstratio, a priori procedens, quæ ostendat, quatenus Circuli quadratura possibilis sit, quæ viæ nullum ad eam exitum habeant, & in qua via spes aliqua, ad eam perveniendi, relicta sit. Utcunque sit; laudandum certe est studium, quod in possibilitate vel impossibilitate quadraturæ Circuli a priori examinanda Cl. Autor hujus Dissertationis collocavit. De occasione ejus scribendæ hæc ipse indicavit. Prima scilicet ipsi subnata est hic Lipsiæ cogitatio, ex consideratione Lunulæ *Hippocratis*, fierine possit, ut simili substitutione & residua pars quadraretur. Multa eam in rem tentavit, unum inter ea tam speciosum, ut videretur, primo obtutu, res esse confecta. Sed calculus *Ludolphinus*, in maximis numeris examini adhibitus, noluit confirmare opinionem. Postea diversis vicibus, quando de cujusdam conatu Circulum quadrandi referebatur, vel figuræ majores, quas primum in usus vocaverat, se manibus offerebant, & otium suppetebat, alia aliaque ratione rem aggressus est, irrito subinde conatu. Ante hos duodecim annos incesserat ipsum cupido, geometricas partium Circuli quadraturas, quas posset, colligendi, itaque, num qua melior *Hippocratica* ratio quadrandi se offerret, explorandi. Occurrebant varia, in conjectanea ab ipso relata, inter quæ multum promittere videbatur methodus rotatoria & evolutoria. Omnia tamen ista spei adeo non respondebant, ut ne quidem approximationi *Ludolphinæ* paria facerent. Tandem, instituto examine *Kœrberianæ* Analyseos trianguli rectanguli, & *Jouberti de la Rue* quadraturæ Circuli, apertius in colloquio cum amicis, sibi minime dabilem videri quadraturam Circuli, professus est, & quorundam contradictione, aliorum vero consentientium desideriis, ad pleniorem deductionem assertorum consignandam inductus est. Sic ergo Autor examine suo ad impossibilitatem quadraturæ Circuli deductus, eam in hac Dissertatione a priori asserere voluit, quam omnibus viris rerum mathematicarum scientia illustribus dedicavit, eorum de sententia sua judicia sibi expetens. In *tria Capita* hanc Dissertationem partitus est. *Primum Caput* principia, e theoria puncti derivata, sistit. In hoc *Capite* Autor e metaphysicæ scientiæ fontibus bene ostendit, cur puncta mathematica extensum efficere nequeant, quod tamen idcirco

non-entibus accensenda non sint, quod puncta realia vel physica dici possint ea entia simplicia, quæ compositionem corporum naturalium ingrediuntur, quatenus punctis mathematicis situs ac motus tribui possit, &c. *Caput secundum* impossibilitati rectificationis peripheriæ evincendæ destinatum est. Lineolam primitivam vocat Autor omnium linearum minimam, vel ex motu puncti brevissimo ortam, vel duobus tantum punctis extra se & unitis constantem. Rectam definit esse lineam, ortam ex puncti motu directionis continuo ejusdem, vel seriem punctorum singulatim continuorum, in eandem continuo plagam sitorum; curvam vero esse lineam, ortam ex puncti motu directionis continuo mutatæ, vel seriem punctorum continuo in diversam plagam sitorum. Hinc demonstrat, curvam & rectam actualem minimam tribus saltem punctis constare. Nam, si puncti intelligis progressionem unicam ad punctum immediate sequens, eique alteram immediate adjungis nullam; neque sic ullam progressionis continuitatem concipis. Quare nec, utrum altera puncti progressio in eandem plagam directa sit, an in diversam, statuere potes. Hinc lineola primitiva neque curva, neque recta, dicenda erit. Sed, si alteram progressionem priori immediate subjungas, a puncto secundo progressus fiet ad tertium, idque aut versus eandem plagam, & sic erit recta minima; aut versus aliam plagam, & sic erit curva minima. Analogum tamen rectitudinis in lineola primitiva esse, Autor concedit. Pergit ad demonstrandam hanc propositionem: Curva linea non consistit e rectis minimis ad angulos insensiles junctis; vel, si mavis, curva non est polygonum infinitorum laterum. Curva enim, inquit, non constat nisi e lineolis primitivis in diversam continuo plagam sitis; sed lineola primitiva neque recta est, neque curva. Idem et sic evincit: Curva requirit directionem continuo mutatam, recta autem directionem continuo mutationis expertem. Enimvero fieri nequit, ut directio simul sit continuo mutata, & tamen quoque non continuo mutata. Quare fieri nequit, ut curva sit polygonum infinitilaterum. Deinde in examen anguli contactus digreditur, quod in ipsa hac Dissertatione legendum relinquimus, ne in brevi scriptione recensenda nimis longi simus. Convertamus nos potius ad id, quod in hac disputatione reliquum est. Nimirum,

mirum, quoniam ob negatum Circulo polygonismum infinitilaterum consueta Geometris methodus rectificandi curvas non nisi prope vera intelligitur; non alia via ad rectificandam peripheriam relicta esse videtur nisi hæc, ut vel arithmetice ineamus numerum lineolarum primitivarum in peripheria datæ diametri, vel geometrice construamus rectam, quæ totidem contineat lineolas primitivas, quot datæ diametri peripheria. Supererat ergo, ut Autor ostenderet, neque hanc viam relictam esse. Contra arithmeticam illam rectificationem *§. 92, [illegible], 114,* Autor, si recte mentem ejus percepimus, monet, eam semper ad numeros surdos ducere, & ne quidem per hos numeros veram peripheriæ longitudinem exhiberi, quod, iisdem & totidem positis elementis, mutatio tamen situs elementorum ineffabile discrimen inter rectæ & curvæ longitudinem pariat. Quæ singula, vellemus, ut Cl. Autor distinctius explicasset. Ad geometricam constructionem quod attinet, ea aut rationalem, aut irrationalem, rectam exhibere deberet, datæ peripheriæ æqualem. Rationalem dari non posse, Autor hinc infert, quoniam omnis curva linea irrationalis, vel continua irrationalium series, sit; id quod sibi his argumentis persuadet. Etenim, inquit, curva directionem infert continuo mutatam; sed illa continua mutatio opponitur continuæ identitati directionis, quæ est in recta rationali, & per unitatem explicari potest; quare illa est unitati incommensurabilis, ideoque irrationalis dicenda. Objici posset, sufficere, ut illa recta commensurabilis sit lineolæ primitivæ, quæ elementum peripheriæ est. At respondebit Autor, hanc lineolam, quatenus elementum peripheriæ est, ipsam incommensurabilem esse lineolæ primitivæ rectæ elemento; propterea quod in circulo minimo, cujus radius lineola primitiva sit, sextans peripheriæ, licet ea quoque sit primitiva lineola, ad chordam suam ineffabilem habeat rationem, si analogia inter hunc circellum & circulum majoris radii conservanda sit. Irrationalem rectam peripheriæ æqualem exhiberi non posse, duas ob rationes statuit. Primam sic exponit: Irrationalis illa recta æqualis esse debet peripheriæ, quæ etiam est linea surda: itaque necesse esset, ut duæ illæ lineæ irrationales essent communicantes, ideoque gauderent eodem nomine; deberent ideo esse specifice homogeneæ: sed recta & curva sunt specifice heterogeneæ. Altera est paradoxon hoc: Irrationalium non dari constructionem perfectam; v. c. nullius quadrati diagonalem perfecte construi posse. Quod assertum parodoxon dicere non veremur, quoniam notioni illi communi repugnare videtur, a quovis puncto ad quodvis punctum duci posse rectam. In *Capite tertio* Cl. *Hanovius* quadraturam Circuli impossibilem declarare studet. Præmittit theoriam quandam trianguli

anguli primitivi & quadrati, ex qua deducit, quadratum esse figuram irrationalem; quam theoriam nos nunc prætermittemus, partim quoniam ad sequentia nihil facit, partim quod ea, forte ob defectum schematum, quibus Autor & hanc partem & alias quasdam Dissertationis suæ illustrare potuisset, obscurior nobis visa est. Distincta deinde quadratura Circuli in perfectam & imperfectam, id est, prope veram, in generalem & specialem, in analyticam & geometricam, in eo est, ut ostendat, nullam adhuc quadraturam specialem Circuli perfectam datam esse. Lunulæ *Hippocratis*, partiumque ejus, quadraturam pro perfecta fere omnes habent; quibus quo minus consentiat Autor, hoc obstat, quod hæc quadratura innixa sit celebratæ illi propositioni, Circulum esse triangulo æqualem, cujus basis peripheriæ altitudo semidiametro æqualis sit. Atqui, cum hujus theorematis demonstratio aliquot principia contineat prope tantum vera; v. c. circulum esse polygonum infinitilaterum, angulum sectoris arcus infinite parvi esse nullum; ipsum illud theorema, & nihil non eorum, quæ ex ipso consequuntur, prope tantum verum dicendum est. De methodo per æqualium substitutionem quasdam figuras rectis & arcubus Circuli comprehensas quadrandi, monet, eam neque distinctam esse, neque exhibere quantitatem partium illarum arearum. Neminem adhuc totalem Circuli quadraturam geometricam dedisse, omnes summos Mathematicos testes excitat. Analytica quadratura aut transcendens est, aut algebraica. Illam qui dederit, occurrit nullus. *Leibnitius* quidem in *primo Volumine* horum *Actorum pag. 44* promiserat, se æquationes quasdam huc facientes daturum esse; verum enim vero, utut talis æquatio prostaret, eam ob id ipsum, quia esse debet infiniti gradus, non præstituram esse, quod præstare debet, Autor judicat. Algebraicam Circuli quadraturam impossibilem esse, omnium Analystarum dudum fuit sententia. At, ne quis putet, hanc sententiam de methodis adhuc usitatis tantum pronuntiatam esse; monet Cl. Autor, eam de omni methodo algebraica valere, quoniam omnis talis methodus huic principio innitatur, quod figura curvilinea sit censenda æquipollere polygono infinitorum laterum. Nunc, quid de arithmetica Circuli quadratura statuat Autor, nemini potest esse obscurum. Series pro Circulo, quas *Leibnitius* & *Newtonus* dederunt in numeris, omnes Geometræ pro meris habent approximationibus, quod summæ terminorum in illis seriebus infinitorum colligi non possint. Sed, etiamsi, inquit Autor, summa tandem seriei harmonicæ infinitæ iniri exacte posset, nil nisi appropinquatio ea summa foret, nata quippe ex eo principio, Circulum esse polygonum infinitorum laterum. Tandem, quoniam aliquis Lectorum opinari posset, ab ipso Autore per theoriam suam circelli minimi & anguli contactus spem aliquam novam, ad tetragonismum Circuli perveniendi, factam esse; ultimas hujus libelli paginas in id impendit, ut hanc spem Lectoris animo eximeret. Sed, de hac opella hæc exposuisse nobis sufficiat, qui judices ipsi sedere noluimus, sed hoc tantum consilio eam indicavimus, ut nostra forte opera facilius hæc Dissertatio ad manus illorum Virorum perveniret, penes quos de ea judicium Autor esse voluit.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Decembris Anno MDCCXLII.

HISTOIRE GENERALE DES AUTEURS Sacrés & Ecclesiastiques, &c.

hoc est,

HISTORIA GENERALIS AUTORUM SACRORUM & Ecclesiasticorum, continens eorum vitas, operum catalogos, examen criticum, judicia, chronologiam, analysin, & recensionem variarum editionum, &c. Autore R. P. REMIGIO CELLIERIO, *Benedictino.*

Tomus V.

Parisiis, apud viduam P. A. le Mercier, 1735, 4 maj.

Alph. 4 plag. 3.

Eximii hujus Operis, quod in singulare emolumentum illorum, quibus res in ecclesia gestas curatius nosse est animus, paratur, cujusque superiora *quatuor Volumina* in *Supplementorum ad Nova* hæc *Acta Tomo I & II* recensuimus, *Volumen V* jam comparet. Res Seculi IV eruditissimi *Cellierii* diligentiam adhuc exercent, & *decem Capitibus* vitas, controversias, potissimum cum Arianis agitatas, scripta præcipuorum hujus ævi doctorum, ac Concilia, complectitur & enarrat. *Caput I, Articulis XII* distinctum, destinatum est fatis ac scriptis *Hilarii*, Pictaviensium summi antistitis, evolvendis. *Art. I* exhibet ipsius vitam, qui, cum ante fictitiorum Deorum cultui addictus esset, missa avita superstitione, religionis Christianæ ve-

ritate victus, eademque probe instructus, circa A. C. 353 Episcopus est electus, sed illo munere ob suum in Arianos fervorem excidit A. 356, post longum vero exilium restitutus, Pictavii, quarto anno *Valentiniani*, A. C. 368 d. 13 Jan. placide de hac vita decessit. Notat, apud Pictavienses asservari librum Evangeliorum, Græce manu *Hilarii* exaratum, in quo Evangelistæ hoc ordine se excipiant: *Matthæus, Joannes, Marcus, Lucas. Art. II* Autor disserit de *Commentario Hilarii in Psalmos*, qui primum locum inter ejus Opera, Parisiis A. 1693 publicata, occupat, cujus commentandi rationem declarat, & potiora momenta inde depromit. *Art. II* lustrat *Commentarium in Matthæum*. Hunc ab ipso confectum fuisse, testimoniis *Hieronymi, Pelagii, Augustini, Vincentii Lirinensis, Hincmari Rhemensis*, confirmat, simul tamen docens, non esse ante A. 356 concinnatum. *Art. IV* verba facit de XII *Libris de Trinitate*, quos ipsius esse, certo demonstrari posse arbitratur, scriptis in exilio, dum in Phrygia hæreret, intra A. 356 & 359, in quibus consubstantialitatem patris, filii, & spiritus sancti, contra Arianos & Sabellianos tuetur, qui olim magno in pretio fuerunt habiti, quorumque luculentum satis dat conspectum. *Art. V* considerationi suæ subjicit librum *de Synodis*, qui alias etiam *de fide Orientalium* inscribitur. Consignatum illum esse, judicat, circa finem A. 358, vel initium A. 359, quem maximi habuit *Hieronymus*. *Art. VI* agit de *Epistola ad filiam*, cujus αὐθεντίαν, cum non sine ratione a viris magnis pro mero nugamento hominis indocti habeatur, vindicat, asserens etiam quædam de *hymnis, matutino* ac *vespertino*. *Art. VII* recenset libros, ad *Constantium* pro catholicis scriptos sub finem A. 355, vel initium A. 356. *Art. VIII* commentatur de libro contra *Auxentium*, quem simulationis ac errorum arguit, vulgato circa A. 365. *Art. IX* loquitur de *Fragmentis Hilarii. Art. X* de operibus illius deperditis, eidemque falso adscriptis, agit. Inter amissa refert *Commentarium in Jobum, Epistolas* ad *Timotheum*, & *Romanos. Art. XI* in eo est, ut explanet doctrinam ejus circa potissimas religionis revelatæ veritates. *Art. XII* continet judicia de scriptis *Hilarii*, pariterque recensionem editionum operum adhuc prostantium, quarum præstantissimam

ſtantiſſimam illam habet, quam *Petrus Coutant*, Benedictinæ familiæ ſocius, A. 1693 fol. procuravit. *Cap. II* progreditur ad *Athanaſium*, Archiepiſcopum Alexandrinum. *Art. I* deſcribit illius vitam. Natus eſt circa A. 296, Epiſcopus Alexandrinus creatus A. 326, qui tandem, poſt varia certamina ac exilia, quæ pro veritate ſubiit, mortem invenit A. 373. *Art. II* tractat de ipſius ſcriptis, quo tempore, quave occaſione, ſint exarata, & quæ præcipua illorum ſint argumenta, *de Diſputatione adverſus paganos*, & *de incarnatione, expoſitione fidei, Tractatu in verba illa Chriſti: Omnia mihi data ſunt a patre meo, Epiſtola ad Epiſcopos orthodoxos, Apologetico contra Arianos, de Decretis Nicænis, Apologetico S. Dionyſii, Epiſtola* ad *Dracontium, Epiſtolis* ad *Epiſcopos Ægypti* & *Libyæ, Apologetico ad Conſtantium*, & *pro fuga, Epiſtola ad Serapionem de morte Arii, Epiſtola ad Anachoretas, IV Diſſertationibus contra Arianos, literis ad Serapionem, de Synodis, Epiſtola ad Eccleſiam Antiochenam, & ad Imp. Jovinianum, de vita* S. *Antonii, Epiſtola ad Orſiſium, de incarnatione verbi & contra Arianos, Epiſtolis ad Epiſcopos Africæ, ad Epictetum, Adelphium*, & *Maximum, duobus Libris contra Apollinarium, de Trinitate & Spiritu S., Epiſtolis ad varios, Epiſtola ad Marcellinum*, & *Commentario in Pſalmos, Commentariis in diverſos Scripturæ libros, Fragmentis Operum* ejus, & copioſa *Diſquiſitione de Fide. Art. III* eſt de ſcriptis, de quibus, num *Athanaſii* ſint, dubitatur, v. c. *de incarnatione verbi Dei, conſubſtantialitate trium perſonarum, Epiſtola cyclica ad Epiſcopos Ægypti, Syriæ, & Phœnices, contra Meletium, Epiſtola de incarnatione verbi, libro contra Sabellianos, Tractatu*, cui titulus, *quod Jeſus Chriſtus ſit unus, de ſabbato & circumciſione, de virginitate, Synopſi ſacræ Scripturæ, Homilia de patientia & feſto Palmarum. Art. IV* de ſcriptis, *Athanaſio* ſuppoſitis, Diſſertatione inter *Arium* & S. *Athanaſium, contra omnes hæreſes, Hiſtoria Melchiſedeci, Opuſculo ad Jovianum*, libro *de definitionibus*, 136 *Quæſtionibus ad Antiochum, hiſtoria miraculi Berythenſis*, Diſſ. *contra Latinos, inſtructione monachorum, inſtitutione ad vitam monaſticam*, diverſis *Homiliis, de nativitate S. Joannis, relatione S. Virginis & Joſephi in libros cenſuales, nativitate Jeſu, præſentatione ipſius in templo, de cæco nato, ingreſſu J. C. in Hieroſolymam*,

 prodi-

proditione Judæ, passione J.C., de sanctis Prophetis, Paschate, recens baptizatis, adscensione J. C., sancto Andrea, officiis hominis Christiani, quinque Dialogis de Trinitate, VIII Libris de Trinitate, collatione cum Ario, vita S. Syncleti, exhortatione ad monachos & virginem aliquam, Symbolo Quicunque, Opusculo de Paschate. Art. V disquisitionem instituit de operibus *Athanasii* perditis. *Art. VI* de doctrina disserit, quam testimoniis in notis subjectis ex ipsius scriptis confirmat. *Art. VII* judicia variorum de illius scriptis in medium profert, & catalogum editionum operum ipsius sistit. Antiquissima omnium editionum est illa, quæ Vicennæ A. 1482 prodiit, sed quæ exiguum admodum scriptorum *Athanasii* numerum, & quidem ab *Omnibono de Lonigo* in Latinum tantum idioma conversorum, complectebatur; optima est, quæ debetur industriæ Viri summis in omnem rem literariam meritis illustris, *Bernh. Montfauconii*, typis exscripta Paris. A. 1698 Voluminibus III grandioribus in fol. *Cap. III* refert ea, quæ ad S. *Theodorum*, & S. *Orsisium*, Abbates Congregationis Tabennensis, spectant. *Theodorus*, uti creditur, circa A. 314, in diœcesi Latopolitana Thebaidis superioris, familia Christiana divite ac illustri procreatus, vitæ sanctioris studio raptus, annos 14 natus, se S. *Pacomio* ac illius sodalibus associavit, qui sua virtute id est consecutus, ut *Pacomius* ipsum A. 339 monasterii præfectum constitueret, quo mortuo, Abbas est nominatus. Inter vivos esse desiit A. 367 d. 27 Aprilis. Successorem habuit *Orsisium*. Quæ de utroque commemorat, ex *Bollando* mutuo sumsit. *Cap. IV Art. I* de *Lucifero Calaritano*, qui, variis defunctus ærumnis, tandem inquietam vitam Calari finivit A. 371; *Art. II* de ipsius scriptis, *VI Libris ad Imp. Constantium pro Catholicis, de Regibus apostatis, de evitanda communione cum hæreticis, de eo, quod fas non sit parcere illis, qui adversus Deum peccant, de eo, quod quis pro filio Dei mori sit obstrictus; Art. III* de eo, quod notatu dignum est in scriptis *Luciferi*, nos docet. Ingentem admodum lectionis discrepantiam Scripturæ sacræ, a nostris exemplaribus abeuntem, in illis offendi monstrat, inde sententias ejus de præcipuis Christianæ religionis veritatibus in medium adducit, ac judicia de ipsius scriptis addit.

dit. *Cap. V* de S *Eusebio*, Episcopo Vercellensi, & confessore, qui natus in Sardinia, post apud Vercellenses muneris Episcopalis dignitate est ornatus, mortuus circa A. 375. Nomine martyris a nonnullis insignitur, non ac si doctrinam Christi suo obsignarit sanguine, sed quoniam ob fidem orthodoxam ab Arianis gravissimas afflictiones est perpessus. *Cap. VI* profert *acta martyrii S. Sabæ*, & plurimorum aliorum ex Gothis, qui in orthodoxa fide perstiterunt, nec ad Arianorum impietatem deflexerunt. *Cap. VII* de S. Anachoretis, *Paulo*, *Jesaia*, *Saba*, & aliis, a barbaris in solitudinibus Sinai & Raithæ interfectis. *Acta* horum, quæ *Combesisius* exhibet, genuina esse, nullus fere dubitat; quare ex iis ea, quæ ad institutum suum facere putavit, adducit. *Cap. VIII* de Papa *Liberio* commemorat, qui, *Julio* successor datus d. 12 April. A. 352, initio quidem caussam orthodoxorum contra Arianos strenue propugnavit, propterea que a *Constantio* in exilium missus, sed inde revocatus est, ubi ab ecclesiæ sententia aliquantulum discessit, ac voluntati *Constantii* morem gessit. Mortuus est d. 24 Sept. A. 366. Inde differit de ipsius scriptis, tum genuinis, tum spuriis. *Caput IX* dicatum est *Marcello*, Episcopo Ancyrano, qui circa A. 274 lucem adspexisse videtur, Episcopus Ancyranus fuit ab A. 314, plurima passus ab Arianis, in suspicionem Sabellianismi ab ipsis orthodoxis adductus, sed in professione fidei catholicæ mortuus, id quod Noster abunde apparere censet ex confessione, ex manu exarato Codice primum edita a *Montfauconio* A. 1706. *Cap. X Art. I* de Conciliis *Sirmiensi*, *Antiocheno*, *Ancyrano*, *Ariminensi*, & *Seleuciensi*, agit, quorum primum celebratum *Sirmii* A. 357, secundum *Ancyræ* A. 358, tertium *Ariminii* A. 359: *Art. II* de Conciliis *Constantinopolitano*, *Melitinensi*, & *Achaico*, exponit, quod postremum per Acacianos sub initium A. 360 est institutum, in quo muneribus suis sunt exuti *Aetius*, *Macedonius*, *Basilius Ancyranus*, *Eustathius Sebastensis*, *Eleusius Cyzicenus*, *Heortasus*, *Dracontius*, *Sylvanus*, *Sophronius*, *Neonas*, *Elpidius*, *Cyrillus Hierosolymitanus*, &, quomodo in illo omnia, non secundum veritatis & justitiæ regulas, sed per vim, fuerint acta, id ipsum copiose persequitur. Melitinense in Armenia minore A. 360

 paulo

paulo ante Constantinopolitanum coactum est. De Achaico, num unquam fuerit habitum, dubitat, cum tota res nitatur testimonio *Prædestinati* apud *Baluzium Collect. nov. Concil. pag. 73*, & *Tom. XXVII Bibl. Patr. pag. 552*, antiquioribus prorsus tacentibus. *Art. III* Concilia persequitur, in Gallia contra Arianos congregata, *Parisiense* speciatim, circa A. 360 vel 361 celebratum, cujus Epistolam synodicam, ad orientalis ecclesiæ Episcopos directam, affert. *Art. IV* de Conciliis *Antiocheno* & *Niceno* differit. *Antiochenum* habitum est A. 361, in quo *Meletius* concordibus suffragiis Episcopus Antiochenus est electus, verum, cum ipsius constantia in doctrina orthodoxa deprehenderetur, abdicatus est, *Euzoio* in locum ejus surrogato. *Antiochenum* indictum est A. 361. *Nicænum* convocatum quidem a *Constantio*, sed is ante viventium numero est exemtus, quam illud ipsum aperiretur. *Art. V* de Concilio *Alexandrino*, quod A. 362 est institutum, memorat, ubi Episcopi, sedibus suis pulsi, venia *Juliani* Imp. reversi erant, qui id egerunt, ut ecclesiæ quies restitueretur. *Art. VI* de Concilio *Tavestino* in Numidia, habito A. 362, occasione violentiæ, a Donatistis adversus catholicos exercitæ, exponit. *Art. VII* de Conciliis *Macedonianorum*, qui ab Arianis se sejungebant, habitis *Zeli* in Ponto & Antiochiæ, varia profert. *Art. VIII* de Conciliis *Alexandrino* & *Antiocheno*, ad quorum utrumque A. 363 patres convenerunt, commemorat. *Art. IX* de Conciliis *Lampsaceno*, congregato A. 365, *Nicomediensi*, huic adverso, A. 366, *Tyanensi*, A. 367, *Antiocheno* in *Caria*, eodem anno; *Art. X* de Conciliis *Valentiæ*, & in *Illyrico*, agitatis, quorum illius initium est factum d. 12 Jul. A. 374, ut nonnullæ dissensiones ecclesiæ Gallicanæ componerentur; *Art. XI* de Conciliis *Ancyrano*, *Nysseno*, *Cyziceno*, & *Iconiensi*, memorat. Primum ab Arianis est indictum A. 375, secundum eodem, tertium A. 376, quartum A. 377. *Art. XII* narrat de Conciliis *Romæ* sub *Damaso* celebratis A. 377 vel 378 rogatu oratorum, quos ecclesia orientalis Romam ablegaverat in causa *Eustathii*, Sebastensis Episcopi, qui in errores *Macedonianorum* & *Apollinaristarum* prolapsus fuisse arguebatur, quorum proinde dogmata fuerunt condemnata. Aliud coiit A. 378, ut dissidium inter *Damasum* & ejus æmulum *Ursinum*,

ſinum, ſive *Urſicinum*, tolleretur, crimina *Damaſo* objecta diluerentur, & jus, ecclesiæ a *Valentiniano* conceſſum, ſtabiliretur. *Art. XIII* de Conciliis *Antiocheno* & *Romano*, quorum utrumque inſtitutum eſt A. 379; *Art. XIV* de Concilio *Saragocenſi*, in quo cauſa *Priſcillianiſtarum* fuit ventilata; *Art. XV* de Concilio *Conſtantinopolitano*, ad quod rerum ſacrarum præſides juſſu *Theodoſii* Auguſti ſunt evocati, quo motus ab *Arianis* ac *Macedonianis* excitati ſedarentur, ac pax eccleſiæ redderetur; *Art. XVI* de Concilio *Aquilejenſi*, quod coiit autoritate *Gratiani* Imperatoris in cauſa *Palladii*, Epiſcopi Illyrici, qui clanculum Arianiſmo favere inſimulabatur, in eodemque cum aſſeclis ſuis munere ſuo dejectus condemnabatur; *Art. XVII* de Concilio *Italico*, convocato A. 381 in negotio *Maximi Cynici*; *Art. XVIII* de Conciliis *Conſtantinopolitano*, *Romano*, & *Carthaginenſi*, quorum prius incidit in A. 382, in quo, præter hæreſes *Sabellii*, *Arii*, *Macedonii*, etiam *Apollinariſtarum* fuit rejecta, alterum pariter A. 382 in cauſa *Apollinariſtarum* eſt congregatum, tertium A. 383 celebratum eſt, in quo deliberarunt patres, qua ratione Arianorum, qui eccleſiam turbare non intermittebant, factionibus obviam iri, illisque obex poni, poſſet; *Art. XIX* de Conciliis *Burdegalenſi*, *Trevirenſi*, *Romano*, *Nemauſenſi*, & *Antiocheno*, diſſerit. *Burdegalenſe* apertum circa A. 384, *Trevirenſe* A. 385, utrumque in cauſa *Priſcillianiſtarum*, *Romanum* A. 386, *Antiochenum* circa A. 388 vel 389, in quo decretum eſt, ut imagines religioſæ abolerentur. *Art. XX* de Conciliis *Sidonienſi* & *Antiocheno*, contra *Maſſalianos*, *Romano* & *Mediolanenſi*, contra *Jovinianos*, inſtituto; *Art. XXI* de Conciliis *Carthaginienſibus*, habitis A. 390; *Art. XXII* de Conciliis *Romano* & *Mediolanenſi*, contra *Jovinianum*, ac illius ſectatores, celebratis, quorum utrumque coiit A. 390; *Art. XXIII* de Concilio *Capuenſi* A. 391; *Art. XXIV* de Conciliis *Sangarenſi* & *Pazenſi*; *Art. XXV* de Conciliis *Carthaginienſi*, *Carbaſuſſenſi*, & *Bagaico*, refert, quorum duo priora inſtituta A. 393, ultimum A. 394. Subjectus eſt huic *Volumini* Index Lectori perutilis & copioſus.

Johann Jacob Mosers Teutsches Staats-Recht, ꝛc.

hoc

hoc eſt,

JOANNIS JACOBI MOSERI Syſtema Juris Publici Germanici. Pars I & II.

Noribergæ, impenſis Joannis Stein, 1737 & 1738, 4.
P. I Alph. 3 plag. 2, P. II Alph. 3 plag. 10, Fig. æn. 3.

Novum jam egregiæ aſſiduitatis ſuæ & induſtriæ documentum edit Ill. Autor, qui omne, quod temporis ſubſecivi ipſi eſt a gravioribus laboribus, in id impendit, ut aliis inſerviat, eamque, quam legendo, meditando, vel longa experientia, in rebus Imperii Romano-Germanici publicis comparavit ſibi, notitiam communis uſus & juris faciat. Magnum itaque Opus meditans, quod eas præcipue Juris publici Germanici doctrinas, quæ in foro & applicatione gravitate ſua & uſu ſe probant, contineret, parvo quaſi negotio, pro fertiliſſimi ingenii ſui facultate, id ipſum collegit, contexuit, brevique tempore ea, quæ reſtant adhuc, abſolvet. Ab ovo rem ducens, *Libri I Cap. I fontes Jurisprudentiæ publicæ* indicat, & ſcriptores, qui notitiam librorum, ſcien-
Pag. 7. tiam hanc tradentium, dederunt, commemorat. *Capite* vero *II Scriptores Juris publici*, tam ſyſtematicos, quam compendiarios, alphabetica ſerie recenſet, addens ubique calculum liberrimi interdum judicii, nigrum albumve. Hiſce præmiſſis, ipſos *Juris publici fontes* aperit, leges ſcilicet Imperii fundamentales, pacta, tam inter ipſos Status, quam cum exteris, inita, privilegia, immunitates Statuum ſingulorum particulares, & conſuetudines, optimoque ſimul jure monet, communem eſſe omnibus ſortem, quod, non obſtante clauſula, quæ de perpetua validitate ab initio ſtatim Conſtitutionibus apponitur, ſæpe per noviores diſpoſitiones vel expreſſas, vel tacitas, mutentur. Ita
33. enim, ut pauca tantum delibemus, Reſervatum eccleſiaſticum in pace religioſa unilaterale, in pace Oſnabrugenſi bilaterale, factum, & ad Evangelicos extenſum eſſe, inter omnes conſtat; &, quæ feuda olim per vexilla tradi conſueverant, gladio hodie
45. conferri ſolent. In ſequentibus *Leges Imperii fundamentales*

ſcriptas

ſcriptas in genere enucleat, & ſimul circa earum definitionem, quod ſint *conventiones inter Imperatorem & Status*, ſingularem exceptionem notat: ordinationem ſcilicet Judicii Aulici a ſolo Imperatore præſcriptam eſſe, contradicentibus licet quodammodo Imperii Statibus. Cum vero, leges diſperſas noſſe, Pag. 56.
admodum neceſſarium ſit; catalogum eorum, qui operam iis colligendis adhibuerunt, uberrima recenſet ſerie, ſimulque dolet ac probat, innumeros fere errores variis ex cauſis ſe ingeſſiſſe, multa vero notatu neceſſaria & utiliſſima omiſſa eſſe in *Collectione Receſſuum Imperii aliarumque Imperii Conſtitutionum*, quæ Francofurti A. 1720 fol. prodiit. Varia quoque de *Parte generali Archivi Imperialis Lunigii*, *Corpore Juris publici & privati Burgermeiſteri*, *Schmauſii*, *Struvii*, aliisque, monet, nunc laudantis, nunc reprehendentis, perſonam ſu- 83.
ſtinens. Sequitur ampla & ſolida Legum harum evolutio ac contemplatio. Primo loco de *Aurea Bulla* agit, &, præmiſſo ſcriptorum, in eam editorum, indice, varia de nomine, occaſione, cauſa & modo confectionis, autore, lingua originaria, contentis, avtographo, quod Francofurti ad Mœnum cuſtoditur, & reliquis exemplaribus, quæ in Electorum Archivis adhuc ſervantur, differit. Illud enim exemplar, quod Electori Brandenburgico exhibitum fuit, inter bella inteſtina, quæ tempore, quo Electores e domo Bavarica provincias has tenuerunt, geſta ſunt, interiiſſe, admodum probabile eſt; licet ceteroquin non ſubſcribat Ill. Autor relationi *Ludewigii*, aſſerentis, deprehendiſſe forte aliquem folium pergameni unum apud ruſticam fœminam quandam, in Marchia media habitantem, cujus folii ope linum colo ſuo affixum continuiſſet, & cui quædam ex Aurea Bulla inſcripta fuiſſent. Hoc ergo folium unum ex reliquis dilaceratis & diſperſis avthenticæ Aureæ Bullæ Brandenburgicæ fuiſſe, opinatur *Ludewigius*. Progreditur deinde Ill. 105.
Autor ad *Pacem publicam profanam*, *Maximiliani I* tempore A. 1495 ſancitam, cujus cauſas impulſivas, contenta, repetitas in Receſſibus Imperii, Inſtrumento Pacis Oſnabrugenſis, Capitulationibus, confirmationes, uſumque hodiernum, longa ſerie recenſet. Amplam porro & luculentam *Pacis religioſæ* ſi- 120.

 ſtit

ſtit hiſtoriam, dum omnes, quæ de reformatione religionis Chriſtianæ ab A. 1517 obortæ ſunt, lites, conſultationesve habitæ, aut appellationes, aut proteſtationes, interpoſitæ, quæve alio modo peracta ſunt, ex ipſis Receſſuum contentis, optimisque literarum monumentis, probat, validitatemque ejus æternam ex Receſſibus Imperii & Capitulationibus contra ea, quæ a diſſentientibus ſcriptoribus, vel in publicis etiam conſultationibus, virulento interdum animorum motu prolata ſunt, defen-
Pag. 198. dit. Ad *Ordinationem Cameralem* ſe accingens, Procerum Imperii querelas ſub *Friderico III* de incerto Judicii Cæſarei loco, de Aſſeſſoribus ejus, rerum Germanicarum ignaris, aliisque laboribus diſtractis, motas, eorumque deſideria de ſtabili Judicio formando, exhibet. Res tamen hæc ſaluberrima ad effectum deduci non poterat prius, quam prima Ordinatio in Comitiis A. 1495, Statuum conſenſu adhibito, præſcribebatur. Noviores ſecutæ A. 1521, 1548, & 1555, & varia circa emendationem ultimæ Ordinationis propoſita ſunt noviori tempore, præcipue cum A. 1706 Cameræ viſitatio decerneretur, quam tamen, ob deficientem communem Statuum conſenſum, legis
221. vigore adhuc deſtitui, recte aſſerit Autor. *Cap. X Ordinatio-*
222. *nem Judicii Aulici Imperialis*, A. 1559 evulgatam, ſequenti tempore varie correctam, A. 1654 vero noviter promulgatam, luſtravit, monita quoque Statuum circa ejus emendationem
237. nem inſpergit. *Cap. XI* & ſequenti *Capitulationem Imperatoris*
283. *Caroli VI, conventiones particulares in Imperio inter ipſa Imperii*
285. *membra*, tam in genere, quam in ſpecie, & præcipue *Unionem Electoralem*, quam iterum in generalem & ſpecialem dividit, recenſet. Prima generalis A. 1338 Germanico idiomate confecta, poſtea A. 1399, 1424, 1438, 1446, 1502, & 1521, repetita, & in Capitulationibus rata habita eſt. Specialis vero vocatur ea, qua arctiori ſe univerunt pacto Electores Rhenenſes, Moguntinus, Colonienſis, & Palatinus, A. 1519, & quam
294. A. 1558 & 1664 repetierunt. Ad Leges porro Imperii fundamentales refert Autor *Conſtitutionem Burgundicam*, qua nexus *provinciarum Burgundicarum*, & præcipue earum, quæ hodie nomine *Auſtriacarum* veniunt, cum Imperio Germanico

nico determinatus est; item *conventiones cum exteris*, tam in Pag. 326.
genere, quam in specie eam, quam *Otto I* cum *Leone VIII* 329.
de jure Regum Teutonicorum in Imperium Romanum & in sedem Romanam ipsam, quamve *Henricus V* Imperator cum *Calixto II*, P. M. A. 1122 iniit, vi cujus Imperator post multas, 334.
satisque vehementer exagitatas, lites investituræ per baculum & annulum renuntiavit, & liberam ecclesiæ electionem remisit; Papa vero Imperatori concessit, ut Legatus ejus liberæ Episcoporum & Abbatum in Germania immediatorum electioni interesset, in discordi vero saniori eligentium parti assistat, electumque per sceptrum investiat; conventionem porro inter Imperatorem *Fridericum V* & *Nicolaum V* A. 1448 initam, quæ & 354.
nomine *Concordatorum Nationis Germanicæ* venit, contra quæ, cum curia Romana, optima sua sorte nondum contenta, nova quædam, libertati ecclesiæ Germanicæ contraria, machinata fuerit, sæpius quiritarunt, imo de plane abrogandis iis aliquoties cogitarunt Imperii Status. Ea vero in Episcopatibus Herbipolensi, Bambergensi, aliisque variis, nunquam plane recepta esse, asserit Autor. *Instrumentum Pacis Westphalicæ*, & *præ-* 389.
cipue Osnabrugensis, inter leges Imperii fundamentales singu- 390.
lariter eminere, per se patet. Unde & de confectionis ratione, contentis variis, protestationibus, quas sedes Romana aliique Principes interposuerunt, de Edicto, & modo exequendi, deque ejus valore, confirmatione in novioribus Imperii Recessibus & Capitulationibus, ut & de contraventionibus, interpretatione in iis, quæ obscura sunt, an v. g. *Art. IV §. 19* & *Art. V §. 13* sibi contrarii sint, an *Art. V §. 15* de bonis ecclesiasticis immediatis, an vero de mediatis simul, disponat, quomodo contra turbantes procedatur, turbative restituantur, lectu dignissima, longa serie, profert. Ultimum tandem *Caput XXI primi Tomi Pacem Noviomagensem & Ryswicensem* 503.
complectitur, & ea præcipue, quæ circa satis declamatam *Articuli IV* Pacis Ryswicensis clausulam acta sunt, exponit.

Eodem ordine, eademque indagandi, recensendi, & judicandi, solertia atque soliditate in *Tomo II* progreditur Illustris Autor, & in *primum Librum* ea, quæ de legibus Imperii fun-

damentalibus conſideranda reſtant, conſarcinat, *de Pace Raſtadienſi* & *Badenſi* agens, cujus primas cauſas a bello, initio hujus Seculi de ſucceſſione Hiſpanica oborta, deducit; quæ vero durante bello in Comitiis de abroganda clauſula pacis Ryſwicenſis, aliisve, acta, quæve in conſultationibus de pace Ultrajecti ineunda, & inita, propoſita rejectave ſunt, ampla ſegete inſper-
Pag. 92. git. Finit tandem Legum fundamentalium Imperii generalem recenſionem cum *Pace Viennenſi.* Sed non ſufficiunt hæc ſolertiſſimo Jurisprudentiæ publicæ indagatori noſtro, quin in alia multa, quæ ad ſatis firmanda tantæ ſcientiæ fundamenta neceſſario faciunt, eodem ſtudio ulterius inquirit, qualia ſunt *privilegia Statuum & Membrorum Imperii particularia*, de quorum validitate graves ſæpe lites obortæ ſunt. Notum eſt enim, vario modo, quæ dedit *Wenceslaus* Rex, ab interpretibus in dubium vocata fuiſſe; ſed recte, poſt variarum diſceptationum recenſionem, judicat Autor, diſtinguendum eſſe inter ea, quæ a *Wenceslao* noviter conceſſa, & ea, quæ confirmata tantum ſunt. De horum validitate, vix eſſe, ut dubitemus, cum nihil novi tribuant. De illis vero ſubdiſtinguit, an ea noviter conceſſa, aliis præjudicium inferant, nec ne; & an alii Status vel ante, vel poſtea, ab aliis Imperatoribus alia ejusdem tenoris privilegia obtinuerint, nec ne. Priora nempe optima ſua validate gaudere, ſe-
135. cus ac poſteriora, putat. Magnam porro *conſuetudinum*, uti in Jure privato, ita & in Jure publico, vim & poteſtatem eſſe, ſatis quidem exploratum eſt; maximæ tamen diſceptationes & varietates ſe exſerunt circa earundem introductionem, vel applicationem, vel uſum, vel non uſum. Ita enim, ratione introductionis non omnium eandem eſſe naturam, ex exemplis dilucide probat. Alias ſolus hactenus Imperator introduxit. Juramentum enim, quod Status Imperii in infeudationis actu præſtant, a ſolo eo conceptum, & a ſingulis Statibus hactenus præſtitum fuit. Alias a ſolis Statibus inductas deprehendimus. Ita Status Imperii in Comitiis in tria ſeparata Collegia abierunt quidem; nullibi tamen Imperatoris conſenſus ſeparationi huic adhibitus proditur. Vigent etiam ſingulorum Collegiorum conſuetudines in Imperio. Ita enim Principes Collegio ſuo adſcripſerunt quidem Co-

mites

mites & Prælatos, ſed cuilibet claſſi non niſi curiatum conceſſerunt votum. Præterea ad Juris publici rivulos haud condemnendos refert Autor 1) *ſacram Scripturam.* Uſum enim ejus in hac quoque ſcientia varium demonſtrare ſatagit, v. g. cum quæritur: An dominus territorialis arcere poſſit benevolos, ne pietatis cauſa privatim inter ſe conveniant; an Princeps peccata, contra Dei præcepta commiſſa, pœna pecuniaria vindicare poſſit; 2) *Jus publicum univerſale & Jus gentium*; 3) *Jus Romano-Juſtinianeum, Pontificium, Feudale Longobardicum.* Ad media vero, legum publicarum ſcientiæ inſervientia, refert *Hiſtoriam.* Optimo certe jure primum hæc locum occupat, cum plurimarum conſuetudinum certum teſtimonium perhibeat, multumque ad veram Legum naturam & rationem indagandam conducat. De lite, olim inter *Pfannerum* & Ill. *a Ludewig* circa hiſtoriam ex archivo vel a teſte oculato colligendam mota, & cuinam ex his major fides tribuenda ſit, recte ſentit, neque Archivi documenta, neque oculati teſtis interdum ſufficere relationes, ut ingenua exinde rei geſtæ hiſtoria conſcribi poſſit. Legati enim, ut ſatis eſt compertum, negligentiam commiſſam vel falſis interdum relationibus obtendunt, vel, ut Principis gratiam eo melius ineant, de indefeſſa ſua aſſiduitate teſtes in propria cauſa ſe ſiſtunt. Oculati vero teſtes, falſis interdum relationibus offenſi, nubem pro Junone arripiunt. *Acta publica, Diplomata, Deductiones,* plurimum ad Juris publici ſcientiam conferre, omni dubio caret, & in his colligendis de ſummis *Goldaſti, Datti, Schilteri, Mulleri, Hortlederi, Lehmanni, Lunigii, Londorpii, Leuchtii,* aliorumque, meritis, quæ nunquam ſatis prædicari poſſunt, conſtat. Neque *hiſtoriam Statuum particularium in Germania,* qualem, exempli loco, *Puſendorfius* in rebus *Friderici Wilhelmi* ſiſtit, neque hiſtoriam actaque publica exterorum Principum & Pontificum, omittere poteſt cupidus ſcientiæ hujus indagator. Nova quidem, eaque ſatis ardua, *de notitia & modo in veritatem & validitatem Diplomatum inquirendi* orta eſt lis, in qua componenda, præter *Conringium, Tenzelium, Hertium,* aliosque, Clariſſ. *Baringius* magno ſtudio fructuque deſudavit; ſed multa

Pag. 167. 192. 232. 245. 260. 262. 264.

Pag. 268. adhuc investiganda & scrutanda supersunt. Tandem & *Geographia*, & imprimis *Imperii nostri Graphia*, Jurisprudentiæ publicæ adjutrices præbet manus, de cujus tamen defectibus justas effundit querelas. Hæc ergo sunt, quæ Illustris Autor in *primo Libro* longa & concatenata serie de indole & fontibus Juris publici protulit.

277. In *Libro II* ea proponuntur, quæ de capitibus Imperii R. G. notari merentur, de *Imperatore* scilicet & *Rege Romanorum*, de *Vicariis*, certoque modo de *Summo Pontifice*, intuitu rerum ecclesiasticarum, prouti inter Status Catholicos occurrunt. *Primo* ergo *Capite*, *an & quatenus Germanicum Imperium electivum dici possit*, disquirit Illustris Autor. Convenerat quidem *Carolus IV* Imperator cum Electoribus de nunquam eligendo Austriæ Duce in Regem Romanum, uti *Schilterus* in *Instit. Jur. publ. T. II in Append. pag. 69* probavit; sed, non obstante ea dispositione, divina providentia domum Austriacam per trecentos annos splendido Imperiali diademate condecoravit, & ab A. 1437 Principes hi Celsissimi continuos Imperii fasces tenuerunt, sed, posita hac continuatione, vel pacto cum domo Hannoverana, de semper nominando primogenito Imperatoris filio in futurum successorem eligendo, inito, libera tamen manet in Imperio R. G. electio. Hisce præmissis, *de*
305. *personis, quibus jus competit Imperatorem eligendi*, differit. Novem hodie numerantur personæ, prærogativa hac eminen-
315. te fulgentes, eæque vel ecclesiasticæ, vel seculares. Illæ statim, postquam per electionem aut postulationem ad dignitatem Archiepiscopalem evecti sunt, in conclave Electorale admittuntur, licet a Pontifice nondum confirmatæ, aut ab Imperatore nondum investitæ sint, prout luculenter exemplo Electoris Coloniensis, qui durante electione *Maximiliani II* Imperatoris decesserat, probari potest. Capitulum ergo ad electionem non
319. admittitur. Seculares, quia eadem dignitate præcellunt, eodem proprio jure electioni Imperatoris adesse possunt, licet de Electoratu suo nondum investitæ sint. Minorennium vices sustinent tutores. Bannitus vero plane suffragio suo excidit. *De*
322. *personis, in Imperii solium evehi habilibus*, multa quidem proferunt

ferunt Politici; plurima tamen parum consulunt publicæ saluti. Interim dubium non est, quin & Principi Evangelicæ religioni addicto Imperatoria dignitas legitime tribui possit. Ipsum electionis negotium in *tria Capita* separat Illustris Autor, & in *Capite quarto Libri II de præparatione electionis Imperatoriæ* agit. Convocat Electores Moguntinus, sine dubio vi Archi-Cancel- Pag. 330.
lariatus, quo præditus est, & singulos per nuntios ad eorum aulas missos, quibus literas hodie, utplurimum Germanico idiomate exaratas, tradendas committit, Francofurtum, vel ad alium electioni suscipiendæ destinatum locum, invitat, Archi-Mareschallus Imperii interim per subofficialem, & hic per adhibitum metatorem, habitationes, & reliquam annonam, & politiam, curat. Conveniunt Electores vel ipsi, vel sibi invicem votum committunt, vel per Legatos jure suo funguntur, quibus mandatum cum libera clausula, ab ipso Electore subscri- 348.
ptum, & majori sigillo firmatum, datur. Instituuntur, post- 360.
quam advenerunt Electores, consultationes in curia Francofurtensi, ibique Capitulatio nova conficitur, monita vero Statuum Imperii simul audiuntur; die electionis adveniente, peregrini urbe exire jubentur, ut & exterorum Legati, ita, ut ne quidem Sedis Apostolicæ Nuntius ab hoc legis vigore excipiatur, nisi forsan Collegium Electorale uni alterive prægnantem ob causam commorandi veniam concedat. Sequitur jam ipse ele- 381.
ctionis actus in templo D. *Bartholomæi*, ad quod Electores, vel eorum Legati, solenni pompa procedunt. Hic Missa de Spiritu S. celebratur, eaque finita, juramentum de electione libere suscipienda ab Electoribus, absentiumque Legatis, præstatur. Intrant postea omnes conclave, quod ab Imperii Mareschallo clauditur. Ibi electio utplurimum secundum majora 395.
peragitur vota; qua occasione ea, quæ de compromisso, in actu electionis *Rudolphi Habsburgici* A. 1273 in *Ludovicum*, Comitem Palatinum Rheni, facto, vulgo creduntur, disquirit Illustris Autor, atque argumentis haud levissimis censet, solenniter declarasse tantum & pronuntiasse eum vota singulorum Electorum eodem, quo & hodienum fieri solet, modo. Reseratur jam conclave; electus publice proclamatur, eique præ-

senti,

senti, vel absentis Legato, Capitulatio, juramento firmanda, proponitur. De omnibus hisce peractis a Notariis requisitis instrumenta solennia, melioris probationis causa, conficiuntur. Electus vero absens per solennem legationem, a Col-
Pag. 420. legio Electorali decretam, certior redditur. In *Cap. VII* historiam *insignium Imperialium* sistit, eaque optimo ordine recenset. Ipsi olim Imperatores ea in custodia habuerunt, ut ipsis secundum antiquorum Seculorum rationem imperialis habitus esset perpetuus, & ubique solennis, usque dum A. 1424 a *Sigismundo* Imperatore Noribergam perpetuæ custodiæ delata fuerunt. Aliquoties quidem lis de eorum custodia mota fuit civitati Noribergensi ab Agrisgranensi, sed mascule tuita est illa possessionem suam. Servantur etiam insignia quædam & reliquiæ Aquisgrani, quæ ut omnia ab utroque loco ad locum coronationi destinatum apportentur, literis, ad utrumque a Col-
434. legio Electorali missis, postulatur. *Cap. VIII Præparatoria ad Coronationis Imperatoriæ actum* exponit. Templum scilicet, in quo actus celebrari debet, magnifice exornatur, novæ monetæ cuduntur, Imperator adveniens solenni pompa in locum coronationi destinatum inducitur, &, postquam advenit, Ca-
447. pitulatione juramento ab eo firmata, ipse *coronationis & unctionis actus* maximo majestatis splendore peragitur vel ab Electore Moguntino, vel Coloniensi, de quo tamen acerbæ inter utrumque superiori Seculo agitatæ, & felici tandem transactione compositæ sunt lites, quas solide enumerat Celeb. Autor. Sequitur epulum regale, in quo Archiofficiales, vel
499. eorum Subofficiales, ministrantur. Ultimo tandem *Capite X, de Prætensionibus Sedis Romanæ ratione confirmationis novi Imperatoris, & de Legatione Obedientiæ, ab hoc ad Summum Pontificem mittenda, Tomum secundum* finit.

DELLA NATURA DE' FIUMI &c.

id est,

DE NATURA FLUMINUM TRACTATUS physico-mathematicus D. DOMINICI GUILIELMINI.

MINI. Editio nova, cum annotationibus EUSTACHII MANFREDI, ad Eminentiss. Principem Card. NERIUM CORSINI, Nepotem CLEMENTIS XII, P. M.

Bononiæ, ex officina Lælii de Vulpe, 1739, 4.
Alph. 2 plag. 10, cum Tabulis 18, æri incisis.

Magnum, & in suo genere non modo primum, sed & unicum adhuc, Opus Viri incomparabilis, *Dominici Gulielmini*, de Natura fluminum, jam diu certe meruisset, ut iterum ederetur, luculentisque illustratum Commentariis, magis publicum redderetur. Fuit hic extremus labor Celeberrimi *Eustachii Manfredi*, a quo uno, propter singularem hujusmodi rerum scientiam, usumque diuturnum, tam præclarum confici negotium fas erat. Et confecit utique suo more, id est, prorsus egregie; sed morte occupatus, optimo præstantissimoque fratrum pari, *Gabrieli* & *Heraclito Manfrediis*, curam Operis edendi reliquit. Laudavimus jam olim in *Actis* nostris cum alia *Gulielmini* scripta, tum etiam hunc de fluminum natura Tractatum, Physicis & Mathematicis probatissimum; de quo proinde nihil in præsenti addendum videtur, præter hoc unum, quod ad ipsas annotationes *Manfredianas* rectius æstimandas omnino pertinere videtur, duplicem fere scientiam esse, quæ in hoc libro traditur, de aquis fluminum, & de eorum alveis. De aquarum fluentium mensura, quam etiam libro singulari persecutus est *Gulielminus*, cum ante eum Abbas *Castelli*, *Torricellius*, *Mariottus*, tum postea *Varignonius*, *Newtonus*, *Bernoullius*, *Polenus*, *Pitotus*, *Grandus*, aliique summi viri, multa egregia docuerunt; & tamen verissime contendit *Manfredius*, pleraque hypothesibus niti, necdum extra controversiam positis. Quod vero ad doctrinam de alveis attinet, & de legibus, quas natura observat in eorum directionibus, declivitatibus, amplitudinibus, insertionibus, excavationibus, & quæ sunt alia hujus generis, eam & primus invenit *Gulielminus*, cum antea vix possibilis videretur, & ita perfecit, ut, li-

cet negari nequeat, adjici aliquid a magnis ingeniis futuri feculi posse; tamen per hos 40 annos nihil plane adjectum, nihil non modo falsitatis convictum, sed ne quidem, nisi a paucissimis, qui propter sua commoda optassent, ut res aliter se haberet, in dubium vocatum sit. Hæc qui rite respexerint, non sane mirabuntur, cum maximam partem annotationum *Manfredianarum* non ad hanc de alveis doctrinam, *Gulielmino* propriam & luculentam, sed ad illam alteram magis adhuc dubiam, & excellentissimorum ingeniorum studio novissime excultam, spectare, animadverterint. Vere autem asserere possumus, res non minus difficiles, quam pulchras & utilitate præstantes, ab incomparabili *Manfredio* perspicue expositas, nec quidquam facile prætermissum esse, quod ad illustrandam doctrinam de fluminibus pertinere videretur. Si quæ supersunt difficultates, quæ supersunt utique, de iis Vir Clarissimus ingenue legentes admonet, nec dubitat, quibusdam in locis, a sententia magni sui præceptoris, salvo ejus honore, aliquantum discedere. Denique, ut ad plerorumque captum se accommodaret, a subtiliori Geometria & calculo algebraico consulto abstinuit. Non ingratum Lectoribus fore speramus, si ex Commentario Viri summi eum locum exempli causa afferamus, ubi experimenti mentionem facit, hunc in finem a se tentati, ut mensuras nancisceretur immediatas velocitatum non respectivarum, sed absolutarum, quas habent aquæ fluviorum, hoc est, ut spatium inveniret, quod quælibet aquæ pars dato tempore percurrit. Neque enim melius illustrari tam difficile argumentum posse videtur, quam ope experientiæ. *AB* erat superficies aquæ stagnantis in vase quinque perticas longo, & paulo minus lato, supra quam, ad exiguam altitudinem, extendebatur filum horizontale metallicum, utrinque firmiter affixum, *CD*, transiens per annulos metallicos *E*, *F*, quorum ope suspensus erat semicirculus levissimus *GHI*, ex tenui asserculo factus, & diametrum habens cum filo horizontali parallelum, *GI*. Ex centro hujus semicirculi pendebat perpendiculum cum globo plumbeo, satis profunde in aqua immerso; quod perpendiculum, ubi semicirculus, (ope fili bombycini *IM*,

TAB. VI Fig. 1.

TAB.VI ad





IM, ad limbuni in *I* alligati, & circa trochleam cylindricam *M* ita circumduci, ut filo priori parallelum, id est, horizontale, & in eodem plano cum semicirculo, esset,) motu æquabili versus *M* attrahebatur, circumacto scilicet trochleæ manubrio, declinare sensim a situ suo naturali *KH* incipiebat, mox certum declinationis gradum conservans, celeritati motus, & resistentiæ aquæ, respondentem, atque in limbo semicirculi, accurate diviso, non difficulter observatum. Notata autem in margine vasis duo erant puncta, *V*, *Z*, eo pacto, uti & de distantia illorum quam exactissime constaret, & certum per experientiam esset, inclinationem penduli, quo tempore ab *V* ad *Z*, sive a *K* ad *k*, semicirculi centrum promoveretur, nihil immutari. Quo facto, cum tempus, ab horologio oscillatorio definitum, cum spatio percurso esset comparatum, ipsa repeтiebatur velocitas absoluta, notatæ inclinationi respondens, erantque semper tangentes inclinationum quadratis velocitatum quam proxime proportionales. Constat autem, perinde esse, sive globus machinæ commemoratæ per aquam stagnantem trahatur, sive aqua fluens, immota machina, in globum pari celeritate impingat. De cetero non diffitetur Autor, pondus globi & semicirculi, cum filum inde aliquatenus curvaretur, experientiæ suæ nonnullam incommoditatem attulisse. Sed de hoc non minus, quam de ipsa æquabilitate motus, se provisurum fuisse ait, nisi aliis suis occupationibus ad ista minus perfecta relinquenda coactus esset.

PETRI HORREBOWII, IN ACAD. HAVniensi Astronomiæ Professoris, Operum mathematico-physicorum

Tomus I.

Havniæ, sumtibus Jacobi Preussii, 1740, 4.

Alph. 2 plag. 6.

Clarissimus Autor, cujus varia scripta jam laudavimus, nunc eadem conjunctim edere exorsus est. Et in hoc *primo*

quidem *Volumine*, præter *Elementa Matheseos*, & *in progressionem harmonicam Mathemata*, etiam *Clavis Astronomiæ* continetur, altero tanto auctior. *Elementorum Matheseos*, jam A. 1732, iterumque A. 1737, editorum, *Liber primus*, post definitiones & axiomata, de lineis, angulis, & triangulis, de parallelis & parallelogrammis, itemque de circulo, in usum tironum, *tribus* agit *Capitibus*; *alter*, in usum proficientium, *tria* alia complectitur *Capita*, de Algebra, sive Arithmetica speciosa, de rectangulis, & de proportionibus geometricis; denique *tertius*, in usum provectiorum, itidem *tria* habet *Capita*, in quibus de proportionibus arithmeticis & logarithmis, de proportionibus in quantitatibus continuis, & de sectione lineæ rectæ secundum mediam & extremam rationem, tractatur. Sequuntur *in continuam proportionem harmonicam Mathemata*, prima vice edita A. 1737, in quibus accuratius, quam antea ab aliis factum est, de natura & usu proportionis harmonicæ doctissimus Autor exponit. Occasionem ei suppeditavit Tractatus Celeberrimi *Ræmeri*, ab *Hamelio* in *Hist. Acad. Scient.* laudatus, & forte in Archivis illius Academiæ adhuc latens, de statera Danica, & ejus divisione in proportione harmonica, ubi quædam scitu digna de harmonicis rationibus Autorem inseruisse testatur *Hamelius*. Egit quidem de divisione materæ Danicæ D. *de la Hire*, ex cujus Tractatu eandem transscripsisse videtur Autor *Dædali hyperborei*; sed uterque & proportionem harmonicam, & nomen *Ræmeri*, siluit, cum tamen, *Hireanam* divisionem plane suam esse, ipse olim *Ræmerus* fuerit professus. Quæ cum *Horrebowius* noster perpenderet, pro egregio studio, quo res magni *Ræmeri* ab interitu vindicare contendit, id agendum sibi duxit in præsenti libello, ut etiam laudatum paulo ante Tractatum quodammodo resuscitaret, usumque & proprietates harmonicarum proportionum in clarissima lucē collocaret. Docet igitur, quod necdum demonstratum a Mathematicis observatumque putat, (quanquam id ipsum & demonstratum succincte legitur in *Elementis Bernhardi Lamii*, & a *Jac. Bernoullio* in *Arte conjectandi*, aliisque recentioribus Mathematicis pro satis cognito assumtum est,) seriem continuam

tinuam harmonice proportionalium, a ferle fractionum, quarum numeratores funt æquales, & denominatores arithmeticam proportionem fervant, hoc eft, a ferie arithmetica reciproca, nihil differre. Deinde oftendit, quomodo, datis duabus quantitatibus, una pluresve fequentes, vel etiam mediæ harmonice proportionales, tam arithmetice, quam geometrice, inveniri poffint. Quo loco in arithmeticam aliquam difficultatem incidere fibi videtur, quam tamen geometrice demonftratis opponere, fas effe negat. Etenim, datis duabus quibuslibet quantitatibus, v. g. 12 & 6, five $\frac{24}{2}$ & $\frac{24}{4}$, non folum tertia harmonice proportionalis minor, ($\frac{24}{6}$) facile reperiri, fed & progreffio per infinitos terminos decrefcentes ($\frac{24}{8}$. $\frac{24}{10}$. $\frac{24}{12}$ & ita porro) femper continuari poteft; ex altera vero parte, per terminos majores, non poteft; fequeretur enim in noftro exemplo ftatim $\frac{24}{0}$, quam fractionem, cum major effe deberet, quam 12, (ut re vera valorem habet infinite magnum,) æqualem nihilo Vir præclarus exiftimat. Hæc & quædam alia, quæ ad explicandam harmonicam proportionem fpectant, *duobus* ille *Capitibus* perfequitur, fub quorum finem hoc Problema folvendum commendat: *datis progreffionis harmonicæ termino maximo & minimo, quemadmodum & numero terminorum, invenire fummam terminorum omnium. Capite tertio* de ufu harmonice proportionalium agit. Ubi doctrinam fuperiorem, in mechanicis ad demonftrandam geometricam ftateræ Danicæ divifionem, in dioptricis ad definiendos focos vitrorum menifcorum, porroque ad nonnulla problemata, quæ ope hyperbolæ intra afymptotos folvi folent, facili quadam & omnino probanda ratione applicat. Statera Danica, quam fua memoria apud ipfos Danos antiquatam, atque adhuc apud Suecos in ufu effe, Autor commemorat, a ftatera Romana ita differt, ut in hac contrapondium, in illa hypomochlion, mobile fit. *AB* eft fcapus teres, in cujus altera extremitate eft uncus *B*, ad fuftinendas merces paratus, in altera contrapondium five maffa *C*, infufo plumbo gravis; hypomochlion mobile *E* conftare funiculo & manubrio folet. Quæruntur fcapi divifiones geometricæ, five puncta *E*, *F*, *G*, ad quæ applicandum hypomoch- TAB. VI Fig. 2.

 lion

lion eſt, ut rerum in *B* ſuſpenſarum gravitates, facto æquilibrio, rite explorentur. Oſtendit Autor, diviſiones fieri debere ſecundum proportionem harmonicam, ſive rectas *BA*, *BE*, *BF*, *BG*, (ubi notandum, *A* eſſe centrum gravitatis ſtateræ vacuæ,) ſervare debere illam ipſam proportionem continuam. Ducatur igitur, ſub quovis angulo, recta indefinita *A* 15, dividaturque in quotcunque partes æquales. Harum partium tot tribuantur rectæ *BD*, parallelæ *A* 15, quot librarum eſt machina vacua, quinque verbi cauſa, ſi machina quinque librarum pondus habet. Denique ducantur rectæ *D* 5, *D* 10, *D* 15, quæ per puncta machinæ deſiderata tranſibunt. Hæc enim eſt ipſa ratio, ſecundum proportionem harmonicam continuam, rectas quasque geometrice dividendi, ſive, datis duabus rectis, ſequentes vel medias harmonice proportionales inveniendi. Sed pergendum nobis eſt ad Cl. Autoris *Clavem Aſtronomiæ*, quæ ultimum in hoc *Volumine* locum occupat. Ejus *Partem primam* recenſuimus in *Actis A. 1726 pag. 506*, in qua verbum ſe mutaſſe negat Autor, non quod perſuaſus ſit, omnia eſſe certiſſima, ſed quia in rebus adeo arduis, &, primaria principia ſi ſpectes, plane novis, nonnullos etiam nævos ſuam habere pulchritudinem, vel certe ingenuum prodere animum, exiſtimat. Adjecit vero *Partem alteram*, in qua placitis ſuis primariis etiamnum inſiſtens, multa retractat, corrigit, perficit, noviſque conſiderationibus auget. Gaudere ſe profitetur, quod Cel. *Caſſini* in *Comment. Acad. Scient. A. 1735* principia palmaria *Clavis Aſtronomicæ* ſua facere dignatus ſit. Ad cauſam gravitatis, quam antea in ſola ſua materia actuoſa ſive hermetica quæſivit, nunc cauſam ſociam addit, materiam magneticam, æqualibus viribus & celeritate ab utroque polo ad oppoſitum pergentem, atque adeo perniciſſimum materiæ hermeticæ flumen, quod ab occaſu verſus ortum fertur, ubique ad perpendiculum ſecantem, unde etiam luminis cauſam exiſtere Vir Clariſſ. contendit. Erraſſe ſe fatetur, ubi ſtatuit, ſub polis, qui tanquam quieſcentes conſiderantur, omnium planetarum æqualem eſſe vim gravitatis. In cujus principii locum nunc illud ſubſtituit, quod vires gravitatis circa plane-

tarum

tarum superficies sint in subduplicata ratione distantiarum a Sole. Ex hoc & aliis suis placitis, variisque accuratis observationibus, demonstrat, Solis parallaxin horizontalem 9 scrupulos secundos non excedere; semidiametrum Telluris ad semidiametrum Jovis se habere, ut 1 ad 11.857, ad semidiametrum annuli Saturni, ut 1 ad 29.425, ad semidiametrum ipsius corporis Saturni, ut 1 ad 13.078, ad semidiametrum Solis, ut 1 ad 110.497, ad semidiametrum Veneris, ut 1 ad 1.3265, ad semidiametrum Lunæ, ut 10 ad 2.7893; mediocrem Telluris a Sole distantiam esse semidiametrorum terrestrium 23545; materiam hermeticam, spatio unius scrupuli secundi temporis, in æquatore terrestri, percurrere integrum milliare Germ. cum 87 partibus millesimis; in æquatore Veneris, itidem milliare unum cum 154 partibus millesimis; in æquatore Jovis, milliaria 5.651; in æquatore Saturni, milliaria 10.358; in æquatore Solis, milliaria 58.816. Omittimus, quæ præterea de revolutionibus Hermetum; de distantiis Planetarum; de parallaxi Lunæ; de perpendiculo, scrupulum temporis secundum, simplici oscillatione in vacuo, metiente; de figura Telluris, in qua definienda novissimi labores Viri Cel. *de Maupertuis*, ejusque collegarum, in Lapponiam ea re missorum, vehementer probantur; ut & de aliis quibusdam rebus consideratu plane dignis, Autor noster commemorat; unumque illud paucis adhuc verbis notandum censemus, quod ad figuram vorticum cœlestium aliquatenus definiendam spectat; ubi scilicet docetur, globos molles & æquales, in acervo undique compressos, figuram induere debere dodecaedri, non illius quidem penitus regularis, quod duodecim pentagonis comprehendi constat, nullum forte in natura exemplum, nullum usum, habentis, sed alterius cujusdam, duodecim rhombis æqualibus circumclusi, in quibus diagonalis major ad minorem se habeat, ut latus quadrati ad ejus diagonium, sive ut 1 ad $\sqrt{2}$. Ex quo consequitur 1), ut 14 anguli existant solidi, quorum sex a quaternis planis acutis, graduum 70. 5, & octo a ternis obtusis, graduum 109. 5, conficiantur; 2) ut rhombos omnes sphæra inscripta medios attingat; 3) ut diagonalis

rhombi

rhombi major æqualis ſit diametro inſcriptæ ſphæræ, minor ſemidiametro ſphæræ angulis acutis circumſcriptæ, & ipſum latus ſemidiametro ſphæræ per angulos obtuſos tranſeuntis; 4) ut cubus diagonalis majoris ad ſoliditatem totius dodecaedri eandem rationem habeat, quam habet ipſa diagonalis major ad minorem; denique, ut, plano per centrum transeunte, ubique dodecaedrum in duas ſecetur partes omnino ſimiles & æquales.

MEDITATIONES QUÆDAM DE SEriebus harmonicis & reciprocis, Autore G. F. R.

Cum differentia duarum quantitatum, *a* & *b*, ad differentiam duarum aliarum, *c* & *d*, ſe habet, ut factum priorum, *ab*, ad factum poſteriorum, *cd*, proportio illarum quantitatum *harmonica* vocatur. Quæ ut inter tres quantitates, *a*, *b*, *c*, continua ſit, debet differentia primi & ſecundi termini ad differentiam ſecundi & tertii ſe habere ut factum primi & ſecundi ad factum ſecundi & tertii, hoc eſt, ut ipſa prima quantitas ad tertiam: $a-b : b-c = ab : bc = a : c$. Denique, ut progreſſio ſive ſeries formetur harmonica, per plures terminos illam continuari proportionem debere, manifeſtum eſt. Serierum, perinde ut linearum curvarum, incredibilem exiſtere varietatem, conſideratu digniſſimam, non ignorant juniores geometræ. Quos ſecutus etiam ipſe, ante annos compluſculos, nonnulla de his rebus meditata literis conſignavi, partimque in *Supplementis Actorum Tom. IX Sect. VIII* exhibui. Ad quæ ut pauca nunc adjicerem de ſeriebus harmonicis & reciprocis, ea me moverunt, quæ ex Opere Cl. *Horrebowii* paulo ante ſunt commemorata. Omnes ſeries fieri reciprocæ intelliguntur, ubi earum ſingula membra, tanquam denominatores fractionum, ad conſtantem aliquem numeratorem applicantur. Hinc $\frac{a}{b} \cdot \frac{a}{db} \cdot \frac{a}{d^2b} \cdot \frac{a}{d^3b}$ &c. eſt ſeries geometrica reciproca; & $\frac{a}{b} \cdot \frac{a}{b+d} \cdot \frac{a}{b+2d} \cdot \frac{a}{b+3d}$ &c. ſeries arithmetica recipro-

ca

ca; & $\frac{a}{b.b+d}$ · $\frac{a}{b+d.b+2d}$ · $\frac{a}{b+2d.b+3d}$ &c. series trigonalis reciproca; & ita porro. Series geometricæ reciprocæ naturam servant serierum geometricarum; arithmeticæ in harmonicas, & harmonicæ in arithmeticas, mutantur, ita, ut harmonicæ cum arithmeticis reciprocis, & arithmeticæ cum harmonicis reciprocis, omnino conveniant. Est enim $\frac{a}{b} - \frac{a}{b+d}$: $\frac{a}{b+d} - \frac{a}{b+2d} = \frac{ad}{b.b+d} : \frac{ad}{b+d.b+2d} = \frac{a}{b} : \frac{a}{b+2d}$: & unam prorsus eandemque necesse est reperiri quantitatem, si ad duas quasque datas, m & n, tertia proportionalis, sive secundum harmonicam, sive secundum eam rationem, quæritur, quam arithmeticam reciprocam dixi. Altero enim modo, quia $m - n : n - x = m : x$, & $mx - nx = mn - mx$, reperitur $x = \frac{mn}{2m-n}$; & altero modo, transformatis quantitatibus, m & n, in duas fractiones, quæ numeratores habeant æquales, $\frac{mn}{n}$ & $\frac{mn}{m}$, eandem rursus sequi quantitatem tertiam proportionalem, $\frac{mn}{2m-n}$, palam est. Ex quo non difficulter licet perspicere, tum quo pacto inter duas datas quantitates, m & n, sive $\frac{mn}{n}$ & $\frac{mn}{m}$, mediæ quotcunque harmonicæ inveniendæ sint, applicando scilicet denominatores medios arithmeticos ad eundem numeratorem, tum qua ratione series harmonicæ per terminos quotcunque minores, per majores vero eo usque, continuari possit, dum denominator evanescat. Sunt enim, exempli causa, inter duas quantitates, 5 & 4, sive $\frac{4 \cdot 5}{4}$ & $\frac{4 \cdot 5}{5}$, sive $\frac{60}{12}$ & $\frac{60}{15}$, sive $\frac{80}{16}$ & $\frac{80}{20}$, tres mediæ, $\frac{80}{17}$ · $\frac{80}{18}$ · $\frac{80}{19}$, duæ mediæ, $\frac{60}{13}$ · $\frac{60}{14}$

 & ter-

& termini, in ſerie harmonica poſt 5 & 4, ſive $\frac{20}{4}$ & $\frac{20}{5}$, ſequentes minores ſunt, $\frac{20}{6}$. $\frac{20}{7}$. $\frac{20}{8}$ &c. majores, $\frac{20}{3}$. $\frac{20}{2}$. $\frac{20}{1}$; ubi progreſſio finitur. Nunc, ut ad alia pergam, illud inprimis obſervo, ex ſeriebus harmonicis innumeras naſci ſeries reciprocas, ad claſſes trigonalium, pyramidalium, & quæ ſequuntur, adſcribendas, quarum omnium ſummæ, ſive per infinitos terminos deſcendant, ſive membris numero finitis conſtent, reperiri non difficulter poſſunt. Ex differentiis enim terminorum quorumque proximorum in ſerie harmonica *A* conficitur ſeries trigonalis reciproca *B*: ex differentiis membrorum ſeriei *B* exiſtit ſeries pyramidalis reciproca *C*: ex differentiis membrorum ſeriei *C* fit ſeries reciproca quarti gradus *D*; atque ita porro.

$$A.\ \frac{1}{b}\ .\ \frac{1}{b+1}\ .\ \frac{1}{b+2}\ .\ \frac{1}{b+3}\ .\ \frac{1}{b+4}\ .\ \frac{1}{b+5}\ \text{\&c.}$$

$$B.\ \frac{1}{b.\overline{b+1}}\ .\ \frac{1}{\overline{b+1}.\overline{b+2}}\ .\ \frac{1}{\overline{b+2}.\overline{b+3}}\ .\ \frac{1}{\overline{b+3}.\overline{b+4}}\ .\ \frac{1}{\overline{b+4}.\overline{b+5}}\ \text{\&c.}$$

$$C.\ \frac{2}{b.\overline{b+1}.\overline{b+2}}\ .\ \frac{2}{\overline{b+1}.\overline{b+2}.\overline{b+3}}\ .\ \frac{2}{\overline{b+2}.\overline{b+3}.\overline{b+4}}\ .\ \frac{2}{\overline{b+3}.\overline{b+4}.\overline{b+5}}\ \text{\&c.}$$

$$D.\ \frac{6}{b.\overline{b+1}.\overline{b+2}.\overline{b+3}}\ \frac{6}{\overline{b+1}\ldots\overline{b+4}}\ \frac{6}{\overline{b+2}\ldots\overline{b+5}}\ \text{\&c.}$$

Hinc ſumma totius ſeriei *B*, in infinitum continuatæ, æqualis eſt membro primo ſeriei $A = \frac{1}{b}$; ſumma ſeriei infinitæ *C* æqua-

æqualis eſt primo membro ſeriei $B = \frac{1}{b^2 + b}$; ſumma ſeriei infin. D eſt $\frac{2}{b.b+1.b+2}$; ſumma 10 membrorum ſeriei B convenit cum differentia, quæ eſt inter primum & undecimum membrum ſeriei A. Hinc ſumma ſeriei trigon. recipr. infinitæ, $\frac{1}{2} + \frac{1}{6} + \frac{1}{12} + \frac{1}{20}$ &c. $=$ dimidio ſeriei $1 + \frac{1}{3} + \frac{1}{6} + \frac{1}{10}$ &c. $=$ ſeriei geometr. infinitæ $\frac{1}{2} + \frac{1}{4} + \frac{1}{8} + \frac{1}{16}$ &c. $= 1$; ſumma ſeriei pyramid. recipr. $\frac{1}{3} + \frac{1}{12} + \frac{1}{30}$ &c. $=$ parti tertiæ ſeriei $1 + \frac{1}{4} + \frac{1}{10} + \frac{1}{20}$ &c. $=$ ſeriei geometr. $\frac{1}{3} + \frac{1}{9} + \frac{1}{27}$ &c. $= \frac{1}{2}$; ſumma ſeriei $\frac{1}{4} + \frac{1}{20} + \frac{1}{60}$ &c. $=$ parti quartæ ſeriei $1 + \frac{1}{5} + \frac{1}{15}$ &c. $=$ ſeriei geometr. $\frac{1}{4} + \frac{1}{16} + \frac{1}{64}$ &c. $= \frac{1}{3}$; & ita porro. Nempe, ut in ipſis ſeriebus figuratis ſeries gradus cujuſque c ſummatoria eſt ſeriei gradus proxime præcedentis $c - 1$, ita in ſeriebus figuratis reciprocis ſeries gradus cujuſque c ſummatoria eſt ſeriei gradus proxime ſequentis $c + 1$. Poteſt autem formatio harum ſerierum ex ſerie harmonica etiam alio modo concipi. Si enim ſeries harmonica A in ſe ipſam, primo membro multatam, membratim ducitur; exiſtit ſeries reciproca ſecundi gradus, B. Quæ ſi rurſus primo termino multata in ſeriem harmonicam, vel integra in ſeriem harmonicam, duobus primis membris truncatam, ducitur, fit ſeries ſubdupla tertii gradus. Si vero iſtæ ſeries, membris quotcunque finitis truncatæ, in ſe ipſas, aliasve, iſto modo ducuntur, ſeries exſurgunt, non illæ quidem ipſæ figuratæ reciprocæ, ſed ex figuratis tamen reciprocis compoſitæ, & ad eandem claſſem referendæ; de quibus nonnulla breviter monebo. Ducatur ſeries harmon. A in ſeriem E, hoc eſt, in ſe ipſam, membris quotcunque finitis m truncatam. Dico, ſeriem infinitam, hoc pacto prodeuntem, F, ſive G, ſive H, ex tot ſeriebus trigonalibus reciprocis, quot membra truncata fuerunt, conflatam, ipſique ſummæ membrorum truncatorum, per m dividendæ, æqualem eſſe.

$A.\ \frac{1}{b}\cdot\frac{1}{b+1}\ \frac{1}{b+2}\ \frac{1}{b+3}\ \frac{1}{b+4}$ &c.

$E.\ \frac{1}{b+m}\ \frac{1}{b+m+1}\ \frac{1}{b+m+2}\ \frac{1}{b+m+3}\ \frac{1}{b+m+4}$ &c.

$F.\ \frac{1}{b.\overline{b+m}}\cdot\frac{1}{\overline{b+1}.\overline{b+m+1}}\cdot\frac{1}{\overline{b+2}.\overline{b+m+2}}\cdot\frac{1}{\overline{b+3}.\overline{b+m+3}}$

$\frac{1}{\overline{b+4}.\overline{b+m+4}}$ &c.

$G.\ \frac{1}{b^2+bm}\ \frac{1}{(b+1)^2+(b+1)m}\ \frac{1}{(b+2)^2+(b+2)m}$

$\frac{1}{(b+3)^2+(b+3)m}\ \frac{1}{(b+4)^2+(b+4)m}$ &c.

$H.\ \frac{1}{(b+\frac{1}{2}m)^2-\frac{1}{4}m^2}\cdot\frac{1}{(b+\frac{1}{2}m+1)^2-\frac{1}{4}m^2}\cdot$

$\frac{1}{(b+\frac{1}{2}m+2)^2-\frac{1}{4}m^2}\cdot\frac{1}{(b+\frac{1}{2}m+3)^2-\frac{1}{4}m^2}$ &c.

Summa feriei infinitæ *F*, five *G*, five *H*, $=\left(\frac{1}{b}+\frac{1}{b+1}\ldots\ldots\right.$

$\left.+\ \frac{1}{b+m-1}\right):m$

Atque ita computari poſſunt feries quævis infinitæ reciprocæ, quarum denominatores ſunt quadrata, alio quovis quadrato minore & conſtante diminuta. Si enim, exempli cauſa, $m=2$, & $b=1$, fit feries, $\frac{1}{2^2-1}+\frac{1}{3^2-1}+\frac{1}{4^2-1}+\frac{1}{5^2-1}$ &c. $=\frac{1}{3}+\frac{1}{8}+\frac{1}{15}+\frac{1}{24}$ &c. $=$ duabus feriebus trigon. reciprocis, $\frac{1}{1.3}+\frac{1}{3.5}+\frac{1}{5.7}$ &c. $+\frac{1}{2.4}+\frac{1}{4.6}+\frac{1}{6.8}$ &c. $=(1+\frac{1}{2}):2=\frac{3}{4}$, ut princeps deprehendit *Leibnitius*. Si $m=4$, & $b=1$, conficitur feries, $\frac{1}{3^2-2^2}+\frac{1}{4^2-2^2}+\frac{1}{5^2-2^2}$

&c. $=$

&c. = quatuor seriebus trigon. reciprocis, $\frac{1}{1.5} + \frac{1}{5.9} + \frac{1}{9.13}$ &c. + $\frac{1}{2.6} + \frac{1}{6.10} + \frac{1}{10.14}$ &c. + $\frac{1}{3.7} + \frac{1}{7.11} + \frac{1}{11.15}$ &c. + $\frac{1}{4.8} + \frac{1}{8.12} + \frac{1}{12.16}$ &c. $= (1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4}) : 4 = \frac{25}{48}$. Si $m = 1$, & $b = \frac{1}{2}$, existit series $\frac{1}{1 - \frac{1}{4}} + \frac{1}{2^2 - \frac{1}{4}} + \frac{1}{3^2 - \frac{1}{4}}$ &c. = ipsi seriei trigon. reciprocæ, $\frac{4}{1.3} + \frac{4}{3.5} + \frac{4}{5.7}$ &c. Possunt hæc formulis exprimi magis generalibus; quibus tamen ad præsens non opus esse arbitror. Unum addo, numerum m semper integrum postulari; ob eamque rem seriem $X = \frac{1}{1 - \frac{1}{16}} + \frac{1}{2^2 - \frac{1}{16}} + \frac{1}{3^2 - \frac{1}{16}}$ &c. $= \frac{16}{3.5} + \frac{16}{7.9} + \frac{16}{11.13}$ &c. = octuplo seriei $\frac{2}{3.5} + \frac{2}{7.9} + \frac{2}{11.13}$ &c. ubi $b = \frac{3}{4}$ & $m = \frac{1}{2}$, methodo hactenus exposita computari non posse. Cujus seriei si definire summam accurate liceret, vel si computatio membrorum, ex seriebus trigon. reciprocis alternatim sumtorum, in potestate esset; haberemus etiam summam seriei, pro dimensione circuli a *Leibnitio* inventæ, $Z = 1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9}$ &c. $= \frac{2}{1.3} + \frac{2}{5.7} + \frac{2}{9.11}$ &c. Constat enim hæc series membris alternatim sumtis ex serie trigon. reciproca, $\frac{2}{1.3} + \frac{2}{3.5} + \frac{2}{5.7} + \frac{2}{7.9} + \frac{2}{9.11}$ &c. estque $Z = 1 - \frac{1}{8} X$.

DIATRIBE ANTIQUARIO-JURIDICA INAUGURALIS, exhibens nonnullas de rebus mancipi, & nec mancipi, earumque mancipatione, conjecturas, quam pro consequendis summis in utroque Jure honoribus publicæ disquisitioni submittit GERARDUS MEERMAN, *Leydensis.*

Lugduni Batavorum, apud Danielem Gœtval, 1741, 4 maj.
Alph. 1 plag. 2.

Diu multumque JCti desudarunt in explicando *de rebus mancipi*, & *nec mancipi*, argumento, densissimis profecto tenebris involuto. Varia hinc Opuscula, hoc nostro cumprimis ævo, prodierunt, quæ varias simul doctissimorum virorum conjecturas eam in rem complectuntur. Nullus tamen

 eorum

eorum Clarissimo Diatribes hujus Autori ita satisfecit, ut, nihil amplius lucis rei difficillimæ opus esse, crederet. Cum igitur illustrando celebri non minus, quam obscuro, Fragmento, quod, ex *Papiniano* petitum, *Legem 77 D. de Div. Reg. Jur.* conficit, esset aliquo abhinc tempore intentus, ea occasione de rebus mancipi & nec mancipi præmissurus quædam; opella in dies adeo excrevit, ut facile prospiceret, ampli voluminis rem fore, si Legem hanc digne interpretari, omnesque ejusdem nodos solvere, conaretur. Nec tamen id Dissertationis Academicæ cancelli permittebant. Unde factum est, ut mutaret paulisper propositum, &, quæ Opusculo destinata tantum pars erat, eam nunc separatim typis excudendam curaret, reliquis, quæ ad hanc Legem dici possunt, in tempus commodius reservatis. Atque hæc ipsa pars liber ille est, quem jam indicamus. De eo autem non aliter sentire possumus, quam quod inter illa scripta, quæ Autoribus suis laudi & ornamento sunt, summo numerari jure mereatur. Studuit sane Consultissimus *Meermanus* stili Latini elegantiæ, studuit in examinandis aliorum opinionibus modestiæ, studuit præstantissimorum scriptorum lectioni, &, quæcunque chartis mandavit, non ausu effudit temerario, sed accurate potius diligenterque præmeditatus est. Dicit primum de origine vocis *mancipi*, variisque sententiis aliorum enarratis, *mancipi res pag. 11* sic definit, quod *illæ* sint, *quæ agriculturæ proprie inserviebant, & proinde, tanquam majoris momenti res, mancipatione abalienari poterant.* In eam interpretationem adductus est Clariss. Autor loco *Ulpiani Fragm. Tit. XIX §. 1*, ubi, omnes mancipi rerum species ad agriculturam commode referri posse, arbitratur, ideoque singulas considerat, earumque in agricultura utilitatem ostendit. *Pag. 13* multa de re pecuaria, & cum discrimine, tum affinitate inter eam & agriculturam, disputat; *pag. 55* autem examinat argumenta, ob quæ *Bynkershœkius*, Vir summus, in erudito *de rebus mancipi* libro *Cap. 7* ambiguus hæsit, num oves, capræ, & sues, perinde atque armenta, mancipi sint. *Pag. 57 seq.* disquiritur, an hæreditas & margaritæ rebus mancipi accenseri debeant, & cumprimis Celeb. *Conradi* opinio sub judicium

dicium vocatur. *Pag. 62 seq.* copiosa non minus, quam elegans, instituitur disputatio, qua Consultissimus Autor contra *Bynkershoekii* argumenta dubium reddere studet, quod liberi apud Romanos, ea ætate, qua vendi poterant, res mancipi fuerint. Tum *pag. 71 seq.* mancipationem cum mancipi, tum nec mancipi, rerum, vel dominii transferendi causa, vel alium in finem, celebratam, interpretari incipit, quod ut intelligi rectius queat, antea de dominii divisione in bonitarium, quiritarium nudum, & quiritarium plenum, mentem explicat suam. *Pag. 77 seq.* contra receptam omnium interpretum sententiam asseritur, res sui juris a rebus mancipi diversas, easque inde dictas fuisse, quod privatorum juri ac dominio haud subjectæ, suæque quasi libertati relictæ fuerint. Porro Clariss. *Meermanus pag. 104 seq. Varronis* quendam locum, mirum in modum corruptum, *de L. L. Lib. VI pag. 82 edit. Dordr. anni 1619*, qui sic incipit: *Nexum Manilius scribit omne, quod per libram & æs geritur, in quo sint mancipi* &c. ope MSti libri Bibliothecæ Leidensis, aliorumque antiquissimorum Codicum, typis impressorum, fuse atque insigniter emendat. *Pag. 110 seq.* de mancipationis (quam supra *pag. 101* actum esse legitimum dixerat, quo res mancipi solenniter tradebantur,) apud Romanos usu vario paulo uberius agit, insimulque *pag. 120 seq.* operam dat, ut quidam *Tullii* locus *ad Attic. Lib. V Epist. 1*, & verba præcipue: *Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium*, illustrentur. *Pag. 143* doctissimus Autor ad mancipationem rei nec mancipi progreditur, de qua, an ei locus esse possit, acerrima est inter JCtos controversia. Amplissimus *Bynkershœkius de rebus mancipi Cap. 3*, neminem unquam probaturum esse, scribit, rem nec mancipi fuisse mancipio datam vel acceptam. Id ipsum autem probandi onus in hoc argumento sterili, & a nemine adhuc pertractato, suscepit Autor præstantissimus. Cumque mancipationis materia ex actibus legitimis multum lucis fœneretur, *pag. 151* in eorum naturam inquirit; *pag. 157* de adjectione diei, vel conditionis; & *pag. 158 seq.* de solennibus, in mancipatione observatis, complura notatu digniora commemorat. Denique *pag. 180* tempora subjungit, quibus divisio

rhombi major æqualis sit diametro inscriptæ sphæræ, minor semidiametro sphæræ angulis acutis circumscriptæ, & ipsum latus semidiametro sphæræ per angulos obtusos transeuntis; 4) ut cubus diagonalis majoris ad soliditatem totius dodecaedri eandem rationem habeat, quam habet ipsa diagonalis major ad minorem; denique, ut, plano per centrum transeunte, ubique dodecaedrum in duas secetur partes omnino similes & æquales.

MEDITATIONES QUÆDAM DE SE-riebus harmonicis & reciprocis, Autore G. F. R.

Cum differentia duarum quantitatum, *a* & *b*, ad differentiam duarum aliarum, *c* & *d*, se habet, ut factum priorum, *ab*, ad factum posteriorum, *cd*, proportio illarum quantitatum *harmonica* vocatur. Quæ ut inter tres quantitates, *a*, *b*, *c*, continua sit, debet differentia primi & secundi termini ad differentiam secundi & tertii se habere ut factum primi & secundi ad factum secundi & tertii, hoc est, ut ipsa prima quantitas ad tertiam: $a-b : b-c = ab : bc = a : c$. Denique, ut progressio sive series formetur harmonica, per plures terminos illam continuari proportionem debere, manifestum est. Serierum, perinde ut linearum curvarum, incredibilem existere varietatem, consideratu dignissimam, non ignorant juniores geometræ. Quos secutus etiam ipse, ante annos complusculos, nonnulla de his rebus meditata literis consignavi, partimque in *Supplementis Actorum Tom. IX Sect. VIII* exhibui. Ad quæ ut pauca nunc adjicerem de seriebus harmonicis & reciprocis, ea me moverunt, quæ ex Opere Cl. *Horrebowii* paulo ante sunt commemorata. Omnes series fieri reciprocæ intelliguntur, ubi earum singula membra, tanquam denominatores fractionum, ad constantem aliquem numeratorem applicantur.

Hinc $\frac{a}{b} \cdot \frac{a}{db} \cdot \frac{a}{d^2b} \cdot \frac{a}{d^3b}$ &c. est series geometrica reciproca; & $\frac{a}{b} \therefore \frac{a}{b+d} \cdot \frac{a}{b+2d} \cdot \frac{a}{b+3d}$ &c. series arithmetica recipro-

ca

ca; & $\frac{a}{b.\overline{b+d}}$ · $\frac{a}{\overline{b+d}.\overline{b+2d}}$ · $\frac{a}{\overline{b+2d}.\overline{b+3d}}$ &c. series trigonalis reciproca; & ita porro. Series geometricæ reciprocæ naturam servant serierum geometricarum; arithmeticæ in harmonicas, & harmonicæ in arithmeticas, mutantur, ita, ut harmonicæ cum arithmeticis reciprocis, & arithmeticæ cum harmonicis reciprocis, omnino conveniant. Est enim $\frac{a}{b} - \frac{a}{b+d}$: $\frac{a}{b+d} - \frac{a}{b+2d} = \frac{ad}{b.\overline{b+d}} : \frac{ad}{\overline{b+d}.\overline{b+2d}} = \frac{a}{b} : \frac{a}{b+2d}$: & unam prorsus eandemque necesse est reperiri quantitatem, si ad duas quasque datas, m & n, tertia proportionalis, sive secundum harmonicam, sive secundum eam rationem, quæritur, quam arithmeticam reciprocam dixi. Altero enim modo, quia $m - n : n - x = m : x$, & $mx - nx = mn - mx$, reperitur $x = \frac{mn}{2m-n}$; & altero modo, transformatis quantitatibus, m & n, in duas fractiones, quæ numeratores habeant æquales, $\frac{mn}{n}$ & $\frac{mn}{m}$, eandem rursus sequi quantitatem tertiam proportionalem, $\frac{mn}{2m-n}$, palam est. Ex quo non difficulter licet perspicere, tum quo pacto inter duas datas quantitates, m & n, sive $\frac{mn}{n}$ & $\frac{mn}{m}$, mediæ quotcunque harmonicæ inveniendæ sint, applicando scilicet denominatores medios arithmeticos ad eundem numeratorem, tum qua ratione series harmonicæ per terminos quotcunque minores, per majores vero eo usque, continuari possit, dum denominator evanescat. Sunt enim, exempli causa, inter duas quantitates, 5 & 4, sive $\frac{4 \cdot 5}{4}$ & $\frac{4 \cdot 5}{5}$, sive $\frac{60}{12}$ & $\frac{60}{15}$, sive $\frac{80}{16}$ & $\frac{80}{20}$, tres mediæ, $\frac{80}{17}$ · $\frac{80}{18}$ · $\frac{80}{19}$, duæ mediæ, $\frac{60}{13}$ · $\frac{60}{14}$;

& ter-

& termini; in ſerie harmonica poſt 5 & 4, ſive $\frac{20}{4}$ & $\frac{20}{5}$, ſequentes minores ſunt, $\frac{20}{6} \cdot \frac{20}{7} \cdot \frac{20}{8}$ &c. majores, $\frac{20}{3} \cdot \frac{20}{2} \cdot \frac{20}{1}$; ubi progreſſio finitur. Nunc, ut ad alia pergam, illud inprimis obſervo, ex ſeriebus harmonicis innumeras naſci ſeries reciprocas, ad claſſes trigonalium, pyramidalium, & quæ ſequuntur, adſcribendas, quarum omnium ſummæ, ſive per infinitos terminos deſcendant, ſive membris numero finitis conſtent, reperiri non difficulter poſſunt. Ex differentiis enim terminorum quorumque proximorum in ſerie harmonica *A* conficitur ſeries trigonalis reciproca *B*: ex differentiis membrorum ſeriei *B* exiſtit ſeries pyramidalis reciproca *C*: ex differentiis membrorum ſeriei *C* fit ſeries reciproca quarti gradus *D*; atque ita porro.

$$A.\ \frac{1}{b} \cdot \frac{1}{\overline{b+1}} \cdot \frac{1}{\overline{b+2}} \cdot \frac{1}{\overline{b+3}} \cdot \frac{1}{\overline{b+4}} \cdot \frac{1}{\overline{b+5}}\ \&c.$$

$$B.\ \frac{1}{b.\overline{b+1}} \cdot \frac{1}{\overline{b+1}.\overline{b+2}} \cdot \frac{1}{\overline{b+2}.\overline{b+3}} \cdot \frac{1}{\overline{b+3}.\overline{b+4}} \cdot \frac{1}{\overline{b+4}.\overline{b+5}}\ \&c.$$

$$C.\ \frac{2}{b.\overline{b+1}.\overline{b+2}} \cdot \frac{2}{\overline{b+1}.\overline{b+2}.\overline{b+3}} \cdot \frac{2}{\overline{b+2}.\overline{b+3}.\overline{b+4}} \cdot \frac{2}{\overline{b+3}.\overline{b+4}.\overline{b+5}}\ \&c.$$

$$D.\ \frac{6}{b.\overline{b+1}.\overline{b+2}.\overline{b+3}}\ \frac{6}{\overline{b+1}\ldots\overline{b+4}}\ \frac{6}{\overline{b+2}\ldots\overline{b+5}}\ \&c.$$

Hinc ſumma totius ſeriei *B*, in infinitum continuatæ, æqualis eſt membro primo ſeriei $A = \frac{1}{b}$; ſumma ſeriei infinitæ *C* æqua-

æqualis eſt primo membro ſeriei $B = \frac{1}{b^2 + b}$; ſumma ſeriei infin. D eſt $\frac{2}{b.\overline{b+1}.\overline{b+2}}$; ſumma 10 membrorum ſeriei B convenit cum differentia, quæ eſt inter primum & undecimum membrum ſeriei A. Hinc ſumma ſeriei trigon. recipr. infinitæ, $\frac{1}{2} + \frac{1}{6} + \frac{1}{12} + \frac{1}{20}$ &c. $=$ dimidio ſeriei $1 + \frac{1}{3} + \frac{1}{6} + \frac{1}{10}$ &c. $=$ ſeriei geometr. infinitæ $\frac{1}{2} + \frac{1}{4} + \frac{1}{8} + \frac{1}{16}$ &c. $= 1$; ſumma ſeriei pyramid. recipr. $\frac{1}{3} + \frac{1}{12} + \frac{1}{30}$ &c. $=$ parti tertiæ ſeriei $1 + \frac{1}{4} + \frac{1}{10} + \frac{1}{20}$ &c. $=$ ſeriei geometr. $\frac{1}{3} + \frac{1}{9} + \frac{1}{27}$ &c. $= \frac{1}{2}$; ſumma ſeriei $\frac{1}{4} + \frac{1}{20} + \frac{1}{60}$ &c. $=$ parti quartæ ſeriei $1 + \frac{1}{5} + \frac{1}{15}$ &c. $=$ ſeriei geometr. $\frac{1}{4} + \frac{1}{16} + \frac{1}{64}$ &c. $= \frac{1}{3}$; & ita porro. Nempe, ut in ipſis ſeriebus figuratis ſeries gradus cujuſque c ſummatoria eſt ſeriei gradus proxime præcedentis $c - 1$, ita in ſeriebus figuratis reciprocis ſeries gradus cujuſque c ſummatoria eſt ſeriei gradus proxime ſequentis $c + 1$. Poteſt autem formatio harum ſerierum ex ſerie harmonica etiam alio modo concipi. Si enim ſeries harmonica A in ſe ipſam, primo membro multatam, membratim ducitur; exiſtit ſeries reciproca ſecundi gradus, B. Quæ ſi rurſus primo termino multata in ſeriem harmonicam, vel integra in ſeriem harmonicam, duobus primis membris truncatam, ducitur, fit ſeries ſubdupla tertii gradus. Si vero iſtæ ſeries, membris quotcunque finitis truncatæ, in ſe ipſas, aliasve, iſto modo ducuntur, ſeries exſurgunt, non illæ quidem ipſæ figuratæ reciprocæ, ſed ex figuratis tamen reciprocis compoſitæ, & ad eandem claſſem referendæ; de quibus nonnulla breviter monebo. Ducatur ſeries harmon. A in ſeriem E, hoc eſt, in ſe ipſam, membris quotcunque finitis m truncatam. Dico, ſeriem infinitam, hoc pacto prodeuntem, F, ſive G, ſive H, ex tot ſeriebus trigonalibus reciprocis, quot membra truncata fuerunt, conflatam, ipſique ſummæ membrorum truncatorum, per m dividendæ, æqualem eſſe.

A. $\frac{1}{b} \cdot \frac{1}{b+1} \quad \frac{1}{b+2} \quad \frac{1}{b+3} \quad \frac{1}{b+4}$ &c.

E. $\frac{1}{b+m} \quad \frac{1}{b+m+1} \quad \frac{1}{b+m+2} \quad \frac{1}{b+m+3} \quad \frac{1}{b+m+4}$ &c.

F. $\frac{1}{b.b+m} \cdot \frac{1}{b+1.b+m+1} \cdot \frac{1}{b+2.b+m+2} \cdot \frac{1}{b+3.b+m+3}$

$\frac{1}{b+4.b+m+4}$ &c.

G. $\frac{1}{b^2+bm} \quad \frac{1}{(b+1)^2+(b+1)m} \quad \frac{1}{(b+2)^2+(b+2)m}$

$\frac{1}{(b+3)^2+(b+3)m} \quad \frac{1}{(b+4)^2+(b+4)m}$ &c.

H. $\frac{1}{(b+\frac{1}{2}m)^2-\frac{1}{4}m^2} \cdot \frac{1}{(b+\frac{1}{2}m+1)^2-\frac{1}{4}m^2}$

$\frac{1}{(b+\frac{1}{2}m+2)^2-\frac{1}{4}m^2} \cdot \frac{1}{(b+\frac{1}{2}m+3)^2-\frac{1}{4}m^2}$ &c.

Summa seriei infinitæ *F*, sive *G*, sive *H*, $= \left(\frac{1}{b}+\frac{1}{b+1}\ldots\ldots + \frac{1}{b+m-1}\right) : m$

Atque ita computari possunt series quævis infinitæ reciprocæ, quarum denominatores sunt quadrata, alio quovis quadrato minore & constante diminuta. Si enim, exempli causa, $m=2$, & $b=1$, fit series, $\frac{1}{2^2-1}+\frac{1}{3^2-1}+\frac{1}{4^2-1}+\frac{1}{5^2-1}$ &c. $=\frac{1}{3}+\frac{1}{8}+\frac{1}{15}+\frac{1}{24}$ &c. $=$ duabus seriebus trigon. reciprocis, $\frac{1}{1.3}+\frac{1}{3.5}+\frac{1}{5.7}$ &c. $+\frac{1}{2.4}+\frac{1}{4.6}+\frac{1}{6.8}$ &c. $=(1+\frac{1}{2}):2=\frac{3}{4}$, ut princeps deprehendit *Leibnitius.* Si $m=4$, & $b=1$, conficitur series, $\frac{1}{3^2-2^2}+\frac{1}{4^2-2^2}+\frac{1}{5^2-2^2}$ &c. $=$

&c. = quatuor seriebus trigon. reciprocis, $\frac{1}{1.5} + \frac{1}{5.9} + \frac{1}{9.13}$ &c. $+ \frac{1}{2.6} + \frac{1}{6.10} + \frac{1}{10.14}$ &c. $+ \frac{1}{3.7} + \frac{1}{7.11} + \frac{1}{11.15}$ &c. $+ \frac{1}{4.8} + \frac{1}{8.12} + \frac{1}{12.16}$ &c. $= (1 + \frac{1}{2} + \frac{1}{3} + \frac{1}{4}) : 4 = \frac{25}{48}$. Si $m = 1$, & $b = \frac{1}{2}$, existit series $\frac{1}{1 - \frac{1}{4}} + \frac{1}{2^2 - \frac{1}{4}} + \frac{1}{3^2 - \frac{1}{4}}$ &c. = ipsi seriei trigon. reciprocæ, $\frac{4}{1.3} + \frac{4}{3.5} + \frac{4}{5.7}$ &c. Possunt hæc formulis exprimi magis generalibus; quibus tamen ad præsens non opus esse arbitror. Unum addo, numerum m semper integrum postulari; ob eamque rem seriem $X = \frac{1}{1 - \frac{1}{16}} + \frac{1}{2^2 - \frac{1}{16}} + \frac{1}{3^2 - \frac{1}{16}}$ &c. $= \frac{16}{3.5} + \frac{16}{7.9} + \frac{16}{11.13}$ &c. = octuplo seriei $\frac{2}{3.5} + \frac{2}{7.9} + \frac{2}{11.13}$ &c. ubi $b = \frac{1}{4}$ & $m = \frac{1}{2}$, methodo hactenus exposita computari non posse. Cujus seriei si definire summam accurate liceret, vel si computatio membrorum, ex seriebus trigon. reciprocis alternatim sumtorum, in potestate esset; haberemus etiam summam seriei, pro dimensione circuli a *Leibnitio* inventæ, $Z = 1 - \frac{1}{3} + \frac{1}{5} - \frac{1}{7} + \frac{1}{9}$ &c. $= \frac{2}{1.3} + \frac{2}{5.7} + \frac{2}{9.11}$ &c. Constat enim hæc series membris alternatim sumtis ex serie trigon. reciproca, $\frac{2}{1.3} + \frac{2}{3.5} + \frac{2}{5.7} + \frac{2}{7.9} + \frac{2}{9.11}$ &c. estque $Z = 1 - \frac{1}{8} X$.

DIATRIBE ANTIQUARIO-JURIDICA INAUGURALIS, exhibens nonnullas de rebus mancipi, & nec mancipi, earumque mancipatione, conjecturas, quam pro consequendis summis in utroque Jure honoribus publicæ disquisitioni submittit GERARDUS MEERMAN, Leydensis.

Lugduni Batavorum, apud Danielem Gœtval, 1741, 4 maj. Alph. 1 plag. 2.

Diu multumque JCti desudarunt in explicando *de rebus mancipi*, & *nec mancipi*, argumento, densissimis profecto tenebris involuto. Varia hinc Opuscula, hoc nostro cumprimis ævo, prodierunt, quæ varias simul doctissimorum virorum conjecturas eam in rem complectuntur. Nullus tamen

 eorum

eorum Clariſſimo Diatribes hujus Autori ita ſatisfecit, ut, nihil amplius lucis rei difficillimæ opus eſſe, crederet. Cum igitur illuſtrando celebri non minus, quam obſcuro, Fragmento, quod, ex *Papiniano* petitum, *Legem 77 D. de Div. Reg. Jur.* conficit, eſſet aliquo abhinc tempore intentus, ea occaſione de rebus mancipi & nec mancipi præmiſſurus quædam; opella in dies adeo excrevit, ut facile proſpiceret, ampli voluminis rem fore, ſi Legem hanc digne interpretari, omnesque ejusdem nodos ſolvere, conaretur. Nec tamen id Diſſertationis Academicæ cancelli permittebant. Unde factum eſt, ut mutaret pauliſper propoſitum, &, quæ Opuſculo deſtinata tantum pars erat, eam nunc ſeparatim typis excudendam curaret, reliquis, quæ ad hanc Legem dici poſſunt, in tempus commodius reſervatis. Atque hæc ipſa pars liber ille eſt, quem jam indicamus. De eo autem non aliter ſentire poſſumus, quam quod inter illa ſcripta, quæ Autoribus ſuis laudi & ornamento ſunt, ſummo numerari jure mereatur. Studuit ſane Conſultiſſimus *Meermanus* ſtili Latini elegantiæ, ſtuduit in examinandis aliorum opinionibus modeſtiæ, ſtuduit præſtantiſſimorum ſcriptorum lectioni, &, quæcunque chartis mandavit, non auſu effudit temerario, ſed accurate potius diligenterque præmeditatus eſt. Dicit primum de origine vocis *mancipi*, variisque ſententiis aliorum enarratis, *mancipi res pag. 11* ſic definit, quod *illæ* ſint, *quæ agriculturæ proprie inſerviebant, & proinde, tanquam majoris momenti res, mancipatione abalienari poterant*. In eam interpretationem adductus eſt Clariſſ. Autor loco *Ulpiani Fragm. Tit. XIX §. 1*, ubi, omnes mancipi rerum ſpecies ad agriculturam commode referri poſſe, arbitratur, ideoque ſingulas conſiderat, earumque in agricultura utilitatem oſtendit. *Pag. 13* multa de re pecuaria, & cum diſcrimine, tum affinitate inter eam & agriculturam, diſputat; *pag. 55* autem examinat argumenta, ob quæ *Bynkershœkius*, Vir ſummus, in erudito *de rebus mancipi* libro *Cap. 7* ambiguus hæſit, num oves, capræ, & ſues, perinde atque armenta, mancipi ſint. *Pag. 57 ſeq.* diſquiritur, an hæreditas & margaritæ rebus mancipi accenſeri debeant, & cumprimis Celeb. *Conradi* opinio ſub judicium

dicium vocatur. *Pag. 62 seq.* copiosa non minus, quam elegans, instituitur disputatio, qua Consultissimus Autor contra *Bynkershœkii* argumenta dubium reddere studet, quod liberi apud Romanos, ea ætate, qua vendi poterant, res mancipi fuerint. Tum *pag. 71 seq.* mancipationem cum mancipi, tum nec mancipi, rerum, vel dominii transferendi causa, vel alium in finem, celebratam, interpretari incipit, quod ut intelligi rectius queat, antea de dominii divisione in bonitarium, quiritarium nudum, & quiritarium plenum, mentem explicat suam. *Pag. 77 seq.* contra receptam omnium interpretum sententiam asseritur, res sui juris a rebus mancipi diversas, easque inde dictas fuisse, quod privatorum juri ac dominio haud subjectæ, suæque quasi libertati relictæ fuerint. Porro Clariss. *Meermanus pag. 104 seq. Varronis* quendam locum, mirum in modum corruptum, *de L. L. Lib. VI pag. 82 edit. Dordr. anni 1619*, qui sic incipit: *Nexum Manilius scribit omne, quod per libram & as geritur, in quo sint mancipi* &c. ope MSti libri Bibliothecæ Leidensis, aliorumque antiquissimorum Codicum, typis impressorum, fuse atque insigniter emendat. *Pag. 110 seq.* de mancipationis* (quam supra *pag. 101* actum esse legitimum dixerat, quo res mancipi solenniter tradebantur,) apud Romanos usu vario paulo uberius agit, insimulque *pag. 120 seq.* operam dat, ut quidam *Tullii* locus *ad Attic. Lib. V Epist. 1*, & verba præcipue: *Sunt aliquot satisdationes secundum mancipium*, illustrentur. *Pag. 143* doctissimus Autor ad mancipationem rei nec mancipi progreditur, de qua, an ei locus esse possit, acerrima est inter JCtos controversia. Amplissimus *Bynkershœkius de rebus mancipi Cap. 3*, neminem unquam probaturum esse, scribit, rem nec mancipi fuisse mancipio datam vel acceptam. Id ipsum autem probandi onus in hoc argumento sterili, & a nemine adhuc pertractato, suscepit Autor præstantissimus. Cumque mancipationis materia ex actibus legitimis multum lucis fœneretur, *pag. 151* in eorum naturam inquirit; *pag. 157* de adjectione diei, vel conditionis; & *pag. 158 seq.* de solennibus, in mancipatione observatis, complura notatu digniora commemorat. Denique *pag. 180* tempora subjungit, quibus divisio

divisio *in mancipi, & nec mancipi, res* evanuerit, & *pag. 188* in addendis nonnulla contra Cel. *Conradi* observationem *Parergor. Lib. II n. 1 de coemtionibus sacrorum interimendorum causa factis*, monet, sed illud, ut semper solet, modeste. Pauca hæc sufficiant de libro eleganter scripto. Rem omnem qui penitius introspicere voluerit, illi, ut legat & perpendat totum, autores nos suasoresque sumus. Quod restat, Clariss. *Meermano* tam egregium doctrinæ specimen læti hilaresque gratulamur; reipublicæ autem literariæ summum ab ejus industria ornamentum, amplissimosque fructus, auguramur.

LETTRE DE MR. MAHUDEL A MR. LE Baron DE SCHMETTAU, &c.
hoc est,
EPISTOLA MAHUDELII, DOCTORIS MEDICI Facultatis Montis Pessulani, Socii Academiæ Regiæ Inscriptionum atque elegantiorum literarum Parisiensis, ad L. B. DE SCHMETTAU, Præfectum rei equestris in aula Regis Prussorum, de Numo quodam Carthaginis Africanæ, qui reperitur inter cimelia hujus Domini.

Lutetiæ Parisiorum, 1741, 8 maj.
Plag. 1, Tab. æn. 1.

Non semper refert, quantæ liber aliquis sit molis, sed potius quantæ utilitatis. Hæc Epistola paucis paginis absolvitur, sed optimæ frugis est; si quidem antiquitates studiumque numorum veterum consideraveris. Tangit quippe illa numum perquam rarum Carthaginis Africanæ æneum. Cujus ex altera parte, circa duplex caput verba atque literæ conspiciuntur: ARISIO MVTVM BALRICO CF SVF, ex altera vero templum cum verbo VENERIS circa, & subter: KAR. Postremum hoc vocabulum locum indicare, dubio plane caret. Quod porro lingua est signatus Latina numus iste, dominationem Romanorum declarat. *Dio Cassius* indicat, quod Carthaginem de ruinis iterum excitarit *Julius Cæsar*, eoque coloniam deduxerit. Hinc, atque aliis ex rationibus, concluditur, imagines

gines non esse magistratuum, sed Imperatorum. Eo in subsidium vocatur numus, a *Vaillantio* in Opere de Coloniarum Numis repræsentatus, cujus altera facies præ se fert C. I. C. XXXVI, quod *Vaillantius* interpretatur: *Colonia Julia Carthago;* altera vero capitis *Augusti* imaginem. Cujus rei caussa adjicitur, quod & *Augustus* coloniam Carthaginem deduxerit; cum *Lepidus*, partem incolarum hujus urbis demens, videretur etiam privilegium coloniæ abstulisse. Inde fortassis colligi posset, nostri numi imagines esse *Julii* atque *Augusti*. Cum vero, ad priorem quod attinet, maxima dissimilitudo intercedat; alteram *Marci Antonii* esse, conjicitur. Elicitur indidem, si tempus, quo cusus videatur numus, consideremus, annum forte U. C. 718 aut 719 posse nominari. Nomina, superius scripta, duorum magistratuum esse, putatur, & quidem casu sexto posita, supplendo particulam *sub.* Pro *Arisio* legere mallet Noster *Carisio*, quippe quæ familia Consularis tunc sat celebris fuerit. *Mutum* quid significet, nihil adest hariolationis; *Balarico* autem alteri Duumviro nomen fuisse censetur. CF *Caji filium*, SUF *suffectum*, indicare dicitur, sive in locum alterius Duumviri, aut mortui, aut a munere digressi, substitutum. Ad templum *Veneris* quod attinet, quod altera numi facies sistit, observandum est, hujus Deæ præcipuos Carthaginienses fuisse cultores, quippe quorum filiæ puberes, ornatu, quantum possent, maximo comtæ, hoc templum ingrederentur, & ad cellulas propinquas deinde, venali corpore, dotem mererentur. Hinc & a S. *Augustino* in Expos. *Ps. 38* regnum *Veneris* hic collocatum. Eadem data occasione, alius numus Punicus, æri similiter impressus, paucissimis quidem verbis, & collato *Virgilii Lib. I Æneidos: Lucus in urbe fuit,* &c. explicatur. Exhibet ille altera facie militem, cui hasta in manu, & literas: *Carthago;* altera vero caput equinum, cum numero XXI.

Einleitung zur Schleswig-Holsteinischen Historie, &c.
hoc est,
INTRODUCTIO IN HISTORIAM SLESVICO-

Holsaticam, & quidem durante regimine stirpis Oldenburgicæ, etiamnum florentis, ad nostra usque tempora prolata, ex Scriptoribus & documentis ex parte ineditis eruta, variisque observationibus illustrata, Autore ADAMO HENRICO LACKMANNO.

Pars IV.

Hamburgi, apud B. Felgineri viduam & Bohnium, 1742, 8.

Alph. 2.

De singulis hujus Operis Sectionibus singulatim olim, ac de præcedente quidem *Parte* ejusdem *tertia A. 1739 Mens. Jun. P. II pag. 371 seq.* diximus. Non omittimus igitur, telam eandem persequi, cum nova nunc hujus laboris Sectio prodierit, in qua Cl. Autor illud historiæ filum, quod in eodem argumento ante hos duodecim annos deducere cœpit, ita persequitur, ut ex lege, sibimet imposita, vertente quovis triennio, novam subinde *Partem* legentium oculis subjiciat. Quo institutum Cl. Autoris generatim tendat, nova iterum commemoratione nostra haud egere existimamus, qui ex superiorum *Partium* recensione de eodem satis edoctos Lectores nostros confidimus; quos proinde id potius ex nobis requisituros persuasum habemus, quid vel novæ rei in continuata hac Operis *Parte* allatum sit, vel qua ex parte rationem tractandi, in prioribus speciminibus huc usque servatam, quodammodo immutandam Cl. Autor duxerit, pro præsenti quidem recensionis instituto patesfaciamus.

Quod igitur posterius illud, mutationem nempe in methodo tractandi factam, attinet, de eo ipse Autor monet in Præfatione, hoc, quicquid est, ad ordinem & nexum rerum commemoratarum potissimum redire; in his namque, quod temporis atque dierum connotatio nimis anxie quæsita, & in prioribus *Partibus* observata sit, hoc ab aliquibus notatum

tum esse, quod ille tradendi modus hoc incommodi post se traxerit, ut argumenta inter se connexa ita sæpius discerpta & dilacerata, cum aliis vero, multum a se disjunctis, adeo subinde commixta sint, ut enata hinc confusio non potuerit non fastidium aliquod parere, quod inde legentium oculis & animis objectum sit. Hoc igitur vitio ne laboraret amplius hæc tractatio, se ad res cognatas magis respexisse, docet, materiasque adeo inter se cohærentes uno nexu ac velut obtutu proposuisse, ita tamen, ut, quæ ad temporis locique notationem pertinent, in animadversione adjecta notare non omiserit. Quod vero ad notarum & observationum farraginem spectat, quas Cl Autor singulis paragraphis sive incisis subjicere consuevit, licet & hæ nonnullis offensioni fuerint, ut proinde eas vel prorsus eliminatas, vel parcius minimum adhibitas, voluerint, hac quidem in re, ut adeo se attemperaret eorum desideriis, non a se impetrare potuit; quin potius, ubi hac via ac methodo necessariam subinde anacrisin, in qua tum rerum commemoratarum, tum fidei etiam scriptorum quorundam testimoniis adjiciendæ, rationem uberiorem habere licuerit, exercere ipsi datum sit, majorem harum notularum & animadversionum usum putavit, quam ut temere eas abjiciendas statueret. Qua occasione & de binorum Suecicarum rerum Scriptorum, *Chemnitii* & *Pufendorffii*, fide & autoritate, quantum quidem iisdem in causis ad statum Daniæ pertinentibus tribuendum sit, judicium suum cum multa circumspectione atque moderatione interponit, eos haud prorsus deserendos, nec fide etiam, si quidem eandem idoneis documentis probaverint, privandos, haud obscure præ se ferens. Huc usque de tractandi methodo, a Cl. Autore aliquantum mutata, indicium fecimus. De novarum rerum apparatu, in novo hoc *Volumine* exhibito, cum sigillatim referre haud liceat, aliqua, tum quod ad generalia, tum etiam quod ad specialia, delibasse sufficiet. Pro generali autem notitia hoc primum afferendum est, integrum illud historiæ filum, quousque id in hac *Parte quarta* deductum est, non ultra sex annos complecti, atque adeo intra A. 1630

usque ad A. 1635 terminari omnem rerum gestarum seriem, quam hac iterum vice integro hoc *Volumine* exhibitam conspicimus. Iidem adhuc Principes, *Christianus IV*, Rex Daniæ, & *Fridericus III*, Gottorpiensium Dux, Cimbriæ suæ populos principali tum imperio adhuc rexerunt, ut adeo partis hujus tractatio cum præcedente arctiori nexu cohæreat, atque una eademque serie, quæ *Paragraphis 69* tantum distincta est, decurrat. Quod ad specialia, dum hæc historiæ periodus belli illius tricennalis Germanici infaustam calamitatem attingit, atque hinc edisserenda fuerunt, quæ ex ejusdem eventibus ad provinciarum Slesvico-Holsaticarum statum propius spectarunt, vel quousque etiam in partem ejusdem venerunt laudati modo earundem rectores, inde colligitur, multa hic occurrere, quæ facem præferant in rebus alioquin universam Germaniam attinentibus; atque, cum in hoc intervallo, positis per pacem Lubecensem a Rege Danorum armis, Suecorum in ipso bello gerendo vel præcipuæ partes fuerint, Rex contra Danorum, ad pacis consilia conversus, id potissimum egit, ut medium se & conciliatorem inter belligerantes præstaret; licet id ipsum eventu & sperato successu caruerit, Suecis ex diffidentia, quæ inter utramque gentem intercedit, Danorum arbitrio res suas committere nolentibus. Interim, cum singulis fere annis conciliandæ hujus pacis consilia, irrito licet subinde eventu, suscepta sint, amplam inde & diffusam Cl. Autori nostro materiam enatam videmus, quam ita exposuit, ut ad causas simul respexerit, a quibus illud pependerit, quo minus in his destinatis speratam unquam contingere metam datum fuerit. In his autem cum haud postremo loco ponenda fuerit de Archi-præsulatu Bremensi contentio, atque Rex Daniæ id maxime ad res suas pertinere intelligeret, ut ne excideret spe illa succedendi, quæ filio ejus secundo genito, *Friderico*, pridem in eundem acquisita erat; a Cæsare vero & Catholicorum partibus in ipsis pacis Lubecensis conditionibus id actum esset, ut opimam hanc velut prædam eidem iterum eriperent; nunc autem & Sueci eidem huic offæ jam ex aliquo tempore inhiarent; non potuit id negotium sine

multa

multa molitione perfici, ut ſpei & voti ſui compos fieret Rex Daniæ & filius ejus; quod tamen illis obtigit, ubi poſt mortem Archi-præſulis, *Joannis Friderici*, e domo Holſato-Gottorpienſi, A. 1634 hæc ſparta vacuefacta eſt, unde larga iterum ſeges ſubnata Autori noſtro, de cauſis in hanc rem actis disſerendi, ubi paſſim ad eandem ſuis locis devolvitur. Ut ex his velut ſpeciminibus argumentorum ab Ill. Autore pertractatorum ratio atque dignitas quodammodo pateſcet, egregiaque in iisdem illuſtrandis poſita eſt opera; ita non minor ejus fuit cura & induſtria in rebus iis exponendis, quæ ad ſtatum terrarum Cimbricarum domeſticum propius ſpectant, quarumque in iisdem annis haud parcior proventus fuit. Sunt in illis, quæ ad cauſas civiles, ſunt, quæ ad Eccleſiaſticas, ſpectant; alia, in quibus a Daniæ Rege & Gottorpienſi Duce junctis unitisque viribus actum eſt; alia autem, ubi quisque ſua ſeorſim ſpectavit commoda, ſibique peculiariter ſubjectorum curam geſſit; quibus in rebus cum illud ſit poſitum, quod ad ſingularem terrarum ac provinciarum Slesvico-Holſaticarum indolem & genium pertinet, harum quidem curatior expoſitio abs Cl. Autore ſuppeditata eſt, indeque haurienda notitia non poterit non illis grata & accepta eſſe, qui in talibus maximi momenti cauſis diſtinctas, quas habere cummaxime intereſt, ideas ſibi acquirere ſtudent. Non vacat huc ſingulorum, quæ ubivis occurrunt, argumentorum transferre mentionem; illud ſaltem addimus, legis illius, quam ſupra diximus a Cl. Autore ſibi ipſi ſcriptam, ut materiarum ſibi cognatarum præcipuam rationem haberet, nec, quæ natura ſua disjuncta ſint, atque ſolo temporis nexu cohæreant, inter ſe commiſceret, eundem fuiſſe obſervantiſſimum, ita quidem, ut ad ſingulos annos argumentorum, quæ ad forum civile & eccleſiaſticum, ſtatumque reipublicæ vel publicum, vel privatum, illuſtrium item atque aliarum perſonarum proſopographiam, ſpectant, arctior & propior inter ſe juncta notatio & commemoratio legatur.

De Appendice, quæ folia haud pauca implet, & vel quin-

tam libri partem conficit, id denique monendum est, exhiberi in ea spicilegium variarum accessionum, quibus *alteram* hujus Introductionis *Partem* augere atque locupletare datum est Cl. Autori, qui & ad *Partem priorem* Supplementorum & emendationum hujusmodi majorem adhuc copiam & farraginem pollicetur, cujus posthac edendæ spem facit, cum id penes ipsum haud steterit, ut eandem cum *Volumine* præsenti conjungeret.

MEMOIRES POUR SERVIR A L' HISTOIRE &c.
hoc est,
COMMENTARII, HISTORIÆ CELEBERRIMOrum in re literaria Virorum inservientes. Accedunt catalogi librorum, a singulis editorum, de iisque judicia. Autore NICERONIO, Barnabita.

Tomus XLI.

Lutetiæ Parisiorum, apud Briassonum, 1740, 12.

Plag. 18, totidemque plag. dim.

Primum hic locum tenet *Renatus Benedictus*, anno vitæ octogesimo septimo exstinctus A. 1608 d. 7 Sept., cum esset Decanus & Cleri Parisiensis, & Facultatis Theologicæ in Academia. Gallicam ejus Bibliorum versionem cum Papa, tum Collegium Theologorum Parisiense, damnavit. Centum quinquaginta novem hic memorantur ejus scripta, (quorum multa majoris molis sunt,) pleraque illius ætatis Protestantibus opposita. Judicat autem Noster, eruditionem ejus per fuisse mediocrem, ac linguarum Græcæ Hebrææque notitia eum plane caruisse. Sequitur *Joannes Claudius Sommerius*, Ducis Lotharingiæ Theologus, ornatus a Papa titulo Cæsariensis Archiepiscopi, m. 1737 d. 5 Oct. qui lingua Gallica *quatuor Tomis* (in 4) edidit *Historiam religionis dogmaticam*, & *sex Tomis* (in 8) *Historiam dogmaticam Sedis Apostolicæ*; quanquam posterius opus Theologis Galliæ, quippe ab enormi Papæ veneratione alienis, minus se probavit; *Augustinus Carolus Davilerius,*

lerius, Gallus, architectus summus, m. 1700; *Petrus Thomas*, dictus *du Fossé*, m. 1698 d. 4 Nov. Lutetiæ; *Phil. Hecquetus*, Med. Prof. in Acad. Paris. m. 1727 d. 1 Aprilis; *Thomas Hearnius*, qui non solum multos prisci ævi libros edidit suis ornatos annotationibus, sed complures etiam medii ævi Scriptores e suis produxit tenebris, in his *Actis* nostris studiosissime indicatos; *Gerhardus Titius*, Theologus Helmstadiensis, m. 1681 d. 7 Junii; *Joannes Ray*, Collega Societatis Regiæ Londinensis, m. 1705; *Philippus Naudæus*, Prof. Math. Berolinensis, m. 1729 Martio mense, multis etiam Theologicis libris clarus; *Claudius Crugetus*, Parisiensis, m. circa annum 1560; *Ludovicus Meigretus*, Lugdunensis Gallus, anno circiter 1558 vivis ereptus, postquam linguam in patriam traduxerat Autores Latinos haud paucos, prætereaque de vera Gallicæ linguæ orthographia multa scripserat; *Joannes Kirchmannus*, m. 1643 d. 20 Martii; de quo plura dicturus erat Noster, si *Seelenii* nostri *Athenas Lubecenses* inspexisset; *Ferdinandus Ughellus*, Abbas Romanus, scriptor *Italiæ sacræ*, m. 1670 d. 19 Maji; *Philippus Meyerus*, Poeta Belgii obscurus, m. 1637; *Petrus Kirstenius*, Prof. Med. Upsaliensis, qui, multis editis libris Arabicis, Grammaticam quoque scripsit Arabicam, m. 1640 d. 8 Aprilis; *Georgius Kirstenius*, Medicus Stetinensis, m. 1660 d. 4 Martii; *Ludovicus Abellius*, Pastor Ecclesiæ Parisinæ, tum Episcopus in Gallia, scriptor ob religiosam superstitionem nullo habitus in pretio, m. 1691 d. 4 Oct. anno ætatis duodenonagesimo; *Valerius Andreas*, m. 1590; *Patricius Adamsonus*, Archiepiscopus Sanctandreanus, m. 1591; *Nicolaus Gurtlerus*, Theologus Reformatus, m. 1711 d. 28 Sept. de quo instar supplementi plura adjiciuntur infra *pag. 386-401*; *Joannes Beslius*, scriptor *Historiæ Comitatus Pictaviensis*, m. 1644 d. 18 Maji; *Junianus Majus*, Seculi decimi quinti scriptor, cujus annus mortis latet. Fuit hic *Majus* (Italice *Maggio*) Neapoli natus familia equestris nobilitatis. In hac ipsa urbe literas docuit, permultosque imbuit Latinæ linguæ peritia, præter alios plurimos nactus *Sannazarium* & *Alexandrum ab Alexandro* discipulos. Artis etiam onirocriticæ consultus

sultus erat, ac unoquoque mane domus ipsius affluebat hominibus, quorum quisque enarrabat suum proximæ noctis somnium, ejusque interpretationem ab eo & petebat & accipiebat. Edidit *librum de priscorum verborum proprietate* A. 1475 fol. qui sæpius fuit recusus. Est autem Lexicon Latinum, cujus nulla mentio in *Morbosiani Polybistoris* Capite *de Latinis Lexicographis.* Edidit etiam A. 1476 *Plinii Epistolas.* Denique & suarum *Epistolarum* librum edidit, quem, a *Niceronio* nostro omissum, *Trithemius* laudat in *Catal. Script. Eccl. Cap. 879.* Legi de hoc homine dignus est *Bælius*, qui copiose de eo disserit suo in *Dictionario*, simul exagitans vanitatem artis onirocriticæ. Nos hoc unum adjicimus, *Joannis Joviani Pontani* Carmen in hujus *Maji* tumulum exstare in ejus *Operibus*, Basileæ A. 1556 editis, & quidem *Tom. IV pag. 3391.* Sequitur nunc in *Niceroniano* hoc *Tomo* vita *Marii Æquicolæ*, m. 1524; *Francisci Grimaudeti*, JCti, m. 1580 d. 29 Augusti; *Matthæi Gribaldi*, m. 1564 mense Septembri; *Melchioris Adami*, m. 1622; *Adriani Barlandi*, Professoris Lovaniensis, m. 1542; *Basilii Zanchii*, Bibliothecæ Vaticanæ custodis, m. 1560; *Ludovici Maraccii*, Papæ *Innocentii XI* Confessionarii, m. 1700 d. 5 Febr. ætatis anno octogesimo octavo; *Joannis Jonstoni*, Medici, m. 1675 d. 8 Junii; *M. Antonii Majoragii*, m. 1555 d. 4 Aprilis; *Virgilii Malvezzi*, m. 1654 d. 11 Augusti; *Cornelii a Lapide*, m. 1637 d. 12 Martii; *Joannis Henrici Alstedii*, m. 1638; *Theophili Bracheti de la Milletiere*, m. 1665 mense Majo. Observat hic Noster, *Bælii* de hoc viro in *Dictionario* narrationem esse errorum refertissimam. Ipsemet vero plura dare potuisset, si inspexisset *Corpus Synodorum nationalium, a Reformatis in Gallia habitarum*, A. 1710 editum. Ibi enim *Tom. II pag. 580 seq.* & *pag. 683 seq.* memoratu maxime digna de eo reperiuntur, ac simul indicatur, ab Ecclesia Reformata eum fuisse excommunicatum. Succedit vita *Francisci Ponæ*, Medici, & Imp. *Ferdinandi III* Historiographi, m. 1652; *Felini Sandei*, JCti Italiæ, postea Episcopi Luccensis, m. 1503; *Latini Latinii*, m. 1593 d. 21 Januarii; *Hugolini Martelli*, m. 1593; *Isaaci Abrabanelis*, m. 1508, de cujus vita & libris

uberiora

uberiora prolaturus erat Noster, si *Jo. Henrici Maji*, filii, Dissertationem *de Vita scriptisque Abrabanelis* in manibus habuisset, vel *Wolfii Bibliothecam Hebræam*, ubi *pag. 627 641* præcipua mentione digna exhibentur. *Reinhardi* quoque *Bavii*, circa annum 1631 defuncti, quæ proxime sequitur, vita locupletari potest e *Gundlingii Otiis*, quorum quippe *primo* in *Tomo* singularis, eaque elaboratissima, Dissertatio de vita ejus scriptisque reperitur. Supersunt in *Niceroniano* hoc *Tomo* tres vitæ, *Dominici Macri*, m. 1672 d. 4 Martii; *Joannis de la Gessee*, m. 1584; & *Laurentii Banckii*, m. 1662 d. 13 Octobris. Nec id ingratum cognitu fuerit Lectoribus nostris, *Tomo* huic subnexum esse Indicem alphabeticum Autorum illorum omnium, quorum vitæ in *XLI Niceronii Tomis* descriptæ exstant.

ΜΥΘΩΝ ΑΙΣΩΠΕΙΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ. *FABULarum Æsopicarum Collectio, quotquot Græce reperiuntur. Accedit interpretatio Latina. Exemplar Oxoniense de A. 1718 emendavit, vitam Æsopi, Latinitate donatam, adjecit, ac præfatus est,*

JO. GOTTFR. HAUPTMANN, A. M.

& ill. Ruth. Conr.

Lipsiæ, impensis Joannis Christiani Martini, 1741, 8 maj.

Alph. 1 plag. 2, Fig. æn. 1.

Duo sunt, quæ ad hanc editionem nova præsertim accesserunt: Præfatio, & Latina vitæ *Æsopicæ*, animadversionibus aucta, conversio. In Præfatione nomen inprimis, divisio, atque utilitas, fabularum strictim breviterque tractantur. Nomen ipsum a fando derivat *M. Ter. Varro.* Ita proprie quidem qualemcunque sermonem indicat; qua significatione adhibuerunt antiquiores non pauci. Deinde vero sigillatim ad vulgi sermonem, vel etiam rumorem, detrudebatur. Denique, cum in eo, quod vulgo fertur, falsi non parum inveniatur, narrationibus quoque fictis tribui solebat. Hoc itaque

fultus erat, ac unoquoque mane domus ipsius affluebat hominibus, quorum quisque enarrabat suum proximæ noctis somnium, ejusque interpretationem ab eo & petebat & accipiebat. Edidit *librum de priscorum verborum proprietate* A. 1475 fol. qui sæpius fuit recusus. Est autem Lexicon Latinum, cujus nulla mentio in *Morhofiani Polyhistoris* Capite *de Latinis Lexicographis.* Edidit etiam A. 1476 *Plinii Epistolas.* Denique & suarum *Epistolarum* librum edidit, quem, a *Niceronio* nostro omissum, *Trithemius* laudat in *Catal. Script. Eccl. Cap. 879.* Legi de hoc homine dignus est *Bælius*, qui copiose de eo disserit suo in *Dictionario*, simul exagitans vanitatem artis onirocriticæ. Nos hoc unum adjicimus, *Joannis Joviani Pontani* Carmen in hujus *Maji* tumulum exstare in ejus *Operibus*, Basileæ A. 1556 editis, & quidem *Tom. IV pag. 3391.* Sequitur nunc in *Niceroniano* hoc *Tomo* vita *Marii Æquicolæ*, m. 1524; *Francisci Grimaudeti*, JCti, m. 1580 d. 29 Augusti; *Matthæi Gribaldi*, m. 1564 mense Septembri; *Melchioris Adami*, m. 1622; *Adriani Barlandi*, Professoris Lovaniensis, m. 1542; *Basilii Zanchii*, Bibliothecæ Vaticanæ custodis, m. 1560; *Ludovici Maraccii*, Papæ *Innocentii XI* Confessionarii, m. 1700 d. 5 Febr. ætatis anno octogesimo octavo; *Joannis Jonstoni*, Medici, m. 1675 d. 8 Junii; *M. Antonii Majoragii*, m. 1555 d. 4 Aprilis; *Virgilii Malvezzi*, m. 1654 d. 11 Augusti; *Cornelii a Lapide*, m. 1637 d. 12 Martii; *Joannis Henrici Alstedii*, m. 1638; *Theophili Bracheti de la Milletiere*, m. 1665 mense Majo. Observat hic Noster, *Bælii* de hoc viro in *Dictionario* narrationem esse errorum refertissimam. Ipsemet vero plura dare potuisset, si inspexisset *Corpus Synodorum nationalium, a Reformatis in Gallia habitarum*, A. 1710 editum. Ibi enim *Tom. II pag. 580 seq.* & *pag. 683 seq.* memoratu maxime digna de eo reperiuntur, ac simul indicatur, ab Ecclesia Reformata eum fuisse excommunicatum. Succedit vita *Francisci Ponæ*, Medici, & Imp. *Ferdinandi III* Historiographi, m. 1652; *Felini Sandei*, JCti Italiæ, postea Episcopi Luccensis, m. 1503; *Latini Latinii*, m. 1593 d. 21 Januarii; *Hugolini Martelli*, m. 1593; *Isaaci Abrabanelis*, m. 1508, de cujus vita & libris

uberiora

uberiora prolaturus erat Noster, si *Jo. Henrici Maji*, filii, Dissertationem *de Vita scriptisque Abrabanelis* in manibus habuisset, vel *Wolfii Bibliothecam Hebræam*, ubi *pag. 627 641* præcipua mentione digna exhibentur. *Reinhardi* quoque *Bavii*, circa annum 1631 defuncti, quæ proxime sequitur, vita locupletari potest e *Gundlingii Otiis*, quorum quippe *primo* in *Tomo* singularis, eaque elaboratissima, Dissertatio de vita ejus scriptisque reperitur. Supersunt in *Niceroniano* hoc *Tomo* tres vitæ, *Dominici Macri*, m. 1672 d. 4 Martii; *Joannis de la Gessée*, m. 1584; & *Laurentii Banckii*, m. 1662 d. 13 Octobris. Nec id ingratum cognitu fuerit Lectoribus nostris, *Tomo* huic subnexum esse Indicem alphabeticum Autorum illorum omnium, quorum vitæ in *XLI Niceronii Tomis* descriptæ exstant.

ΜΥΘΩΝ ΑΙΣΩΠΕΙΩΝ ΣΥΝΑΓΩΓΗ. *FABUlarum Æsopicarum Collectio, quotquot Græce reperiuntur. Accedit interpretatio Latina. Exemplar Oxoniense de A. 1718 emendavit, vitam Æsopi, Latinitate donatam, adjecit, ac præfatus est,*

JO. GOTTFR. HAUPTMANN, A. M. & ill. Ruth. Conr.

Lipsiæ, impensis Joannis Christiani Martini, 1741, 8 maj.

Alph. 1 plag. 2, Fig. æn. 1.

Duo sunt, quæ ad hanc editionem nova præsertim accesserunt: Præfatio, & Latina vitæ *Æsopicæ*, animadversionibus aucta, conversio. In Præfatione nomen inprimis, divisio, atque utilitas, fabularum strictim breviterque tractantur. Nomen ipsum a fando derivat *M. Ter. Varro.* Ita proprie quidem qualemcunque sermonem indicat; qua significatione adhibuerunt antiquiores non pauci. Deinde vero sigillatim ad vulgi sermonem, vel etiam rumorem, detrudebatur. Denique, cum in eo, quod vulgo fertur, falsi non parum inveniatur, narrationibus quoque fictis tribui solebat. Hoc ita-

que ſenſu fabula dici poterit expoſitio rei fictæ, ad delectationem hominum atque utilitatem maxime comparata. Commode vero dividuntur fabulæ, primo quidem, ratione cum argumenti, tum ſtili, in ſublimiores atque inferiores. Ad illas pertinent carmina heroa, tragœdiæ, confictiones ſtatum publicum ſpectantes, &c. ad inferiores autem comœdiæ & apologi. Deinde vero, illorum ratione, quæ ſubjecta dicuntur, ſunt vel rationales, λογικαὶ, ut in μυθολογίαις, tragœdiis, &c. vel morales, ubi bruta resque ratione carentes ſiſtuntur, vel μικταί. Fabulæ admirationis non parum continent, quæ cum attentionem ac voluptatem pariat, nullum dubium eſt, quin animos inprimis molles mirifice capiant, ac veris etiam hiſtoriis palmam delectationis præripiant, quippe quæ [illegible] ad veritatis legem adſtrictæ, majorem præ ſe ferunt ſeveritatem. Præterea non paucas Philoſophorum doctrinas ſuaviter inſtillant, atque mores etiam, quaſi per ludum, emendant. Immo vero in civili etiam prudentia plurimum utilitatis habet fabularum cognitio. Fructum pariter ferunt apologi ad copiam utriusque linguæ ac ſcriptorum intelligentiam comparandam, idque non ſolum propter vocabula, quæ rarius alioquin occurrunt, & propter ſimplicem locutionum elegantiam, verum etiam quia ſæpius ad easdem reſpiciunt optimæ notæ ſcriptores; cujus rei tot exempla proferre poſſemus, ut vix liber ſufficeret iisdem commemorandis; & quoniam, ut alia taceamus, proverbia hinc ortum traxere quamplurima. Easdem ob rationes, qui ſanctiſſimarum literarum delectantur ſtudiis, habebunt, cur fabulas inprimis perveſtigent, ut hoc etiam modo ad allegorias, ibidem frequentatas, animus mature accommodetur. Neque minor eſt, quam in eloquentia, tam libera, quam ligata, præſtant, utilitas. Sed hæc fuſius exponenda alii tempori ſervat Doctiſſ. Editor, propius jam ad inſtitutum accedens. *Hudſonianam* hanc editionem, cum non diu vulgata eſſet, repetere ſtudebat Cel. *Freytagius*. Cum autem aliis ille negotiis avocaretur, Noſtro illam operam tradidit. Hic antea quidem in animo habebat, aut peculiarem de fabula & fabularum ſcriptoribus Diſſertationem, aut *Bentleji* de fabulis

Æſopi-

Æsopicis scriptum, in Latinam ex Anglica linguam conversum, & annotationibus illustratum, adjicere; inprimis vero notis etiam criticis & moralibus *Æsopi* verbis consulere, atque interpretationem reddere adstrictiorem. Quoniam vero bibliopola *Hudsonianam* tantum editionem repetere volebat, consilium ipse suum vel omnino mutavit, vel in aliud certe tempus rejecit, præsertim cum liberior illa interpretatio juventuti scholasticæ multis de causis convenientior videretur. Eandem ob rationem, ut nimirum esset, quibus in convertendo ex Græca in Latinam linguam juvenes exercerentur, non testimonia solum, quæ spectant *Æsopum*, accuratius saltem indicata, atque aliis nonnullis suppleta, non additis verbis Latinis, reliquit; sed & ipse quædam partim Latina & Germanica partim etiam Græca, testimonia, Præfationem illustrantia, illi subjunxit. Nos autem, ut & de vita *Æsopica* nonnihil dicamus, animadvertimus, eandem illam Gallice scriptam esse a *Claudio Casp. Bacheto de Meziriac*, nobili apud Gallos qui loco natus erat, indidemque derivatam a *Sallengrio* in Commentationes, quas edidit, literarias. Plurimæ sunt, quas Cl. Editor versioni suæ subjecit, animadversiones; quarum vel primæ nonnihil, exempli loco, lustrabimus. Quæritur hic ante omnia, num *Æsopus* in rerum natura fuerit. Negare id videntur *Lutherus*, sibi tamen ipse non constans, *Jo. Matthesius*, *Jo. Mich. Dilherrus*, *Joach. Camerarius*, &, hoc demum Seculo, Cel. *Heumannus*. At, qui tot testimonia scriptorum, *Æsopi* temporibus proximorum; qui consensum in præcipuis de vita narrationibus, expenderit; qui denique, neminem ex omni antiquitate, vivum aliquando *Æsopum*, negasse, cogitaverit, vix dubium aliquod concipere valebit. Sunt etiam, qui *Assaphum* sub *Æsopi* persona quæsiverunt. Nec desunt, qui, haud omnino sine causa, Turcas eundem *Locmani* sub titulo venerari, existimaverunt, & quæ sunt vel hujus annotationis alia. Allegationes variorum scriptorum tam in Præfatione, quam Notis istis, cumulantur, ut scilicet habeant lectores, quo, cum brevitas hic prima lex sit, plura legendo sitim suam sedare queant.

NOVA LITERARIA.

Dignissimum & nostra, & eorum omnium, qui literarum elegantiorum pretium æstimare recte didicerunt, laude & commendatione publica consilium haud ita pridem suscepit politissimæ doctrinæ Vir, *Benno Caspar Haurisius*, Sereniss. Electoris Palatini Consiliarius Aulicus, & in Academia Heidelbergensi Historiarum Professor Publicus, *Scriptores Historiæ Romanæ veteres Latinos*, quicunque sunt doctissimorum opera virorum ab injuria ætatis vindicati, & a *Friderico* olim *Sylburgio* in unum tanquam theatrum congregati, nec eos nudos aut inornatos, sed magna copia Numismatum, Statuarum, Inscriptionum, & similis generis antiquitatum, doctissimisque Notis Perill. *Caroli Henrici de Klettenberg & Wildeck*, quibus Historia antiqua resque numismatica mirifice illustrantur, condecoratos, varioque alio doctrinæ elegantioris apparatu instructos, conjunctim *tribus* majoris formæ *Voluminibus* edendi. De quo, non opus est, pluribus hic verbis a nobis commemorari; quandoquidem ipsi præstantissimo *Haurisio* visum est de omni hoc instituto certiores facere doctos homines copiosa, nec ineleganti, Epistola, cum ipso laboris universi Specimine typis exscripta, quam, si qui sunt, qui Operis splendidissimi rationem plenius cognoscere cupiunt, horum gratia denuo hic exscribendam curavimus. Est autem hæc:

Editor Lectori S. Quanto Historia Romana reliquarum gentium, earumque vel rerum publicarum, vel regnoram, præstat historiis, tanto amplius Historiarum cultoribus illa his anteponenda & addiscenda erit. Originem enim si regni Romani in principio curiosius consideramus, ubi prodigiosiorem, ubi tenuiorem, ad maxima tamen primo momento vergentem, reperiemus? Incrementum sub primorum, numero tantum septem, Regum alia Regna, sub tot stirpibus, vix par experta sunt. Mutationem, ob breve post initium regni attentatam & inopinatam tyrannidem, subitaneam regni in rempublicam, non nisi monumeuta Historiæ Romanæ tradunt. Sub statu reipublicæ res Romanæ tam multitudine, quam magnitudine, belli & pacis temporibus,

poribus, (quæ postrema tamen non adeo frequentia, eo quod bella exceperint bella;) tam conspicuæ exstiterunt, ut omnium rerum publicarum, ante Romanæ initium, & adhuc sub ipsa, (nondum enim periit,) res gestas Romanis nulla ratione æquiparare valeamus. Eo progressæ sunt, ut summi in orbe regni tertii, si ex principio sacro judicare licet, præripuerit palmam, dederitque initium quarto, sub finem seculi finem experturo. Non fabulosa prædicamus, quandoquidem id quoque ad gloriam Romanæ gentis accedit, quod Autores illi sint, quales nulli genti copiosiores, elegantiores, accuratiores, adeo insignes, ut omnibus gentibus non solum instituendæ juventuti, verum etiam Heroibus inserviant ad imitanda facta. Documento est, quod gentes omnes certaverint hactenus de conservandis illis Autoribus adornandisque, & singulatim, & certis Collectionibus. Priores prostant copiosissimæ, cum rarius reperiantur posteriores. Nobis quantum constat, perfectiores vulgatæ sunt Francofurti annis 1588 & 1590 fol. Tomis tribus a Friderico Sylburgio, *sub titulo* Scriptorum Historiæ Augustæ, *& sub eadem inscriptione cum Notis* Jani Gruteri *Hanoviæ A. 1611, fol. Perfectissima nobis videtur, quam excudit* Petrus de la Rouiere *A. 1609 Aureliæ Allobrogum, fol. & quam vidua ejus & hæredes Genevæ A. 1623 iterato ediderunt, sed* Samuel Chouet *ibidem A. 1652 fol. duobus Tomis repetiit, sub rubro:* Historiæ Romanæ Scriptores Latini veteres, qui exstant, omnes. *Forte in manus nostras incidit editio altera, quæ continet* Tomo I *Titum Livium; Messalam Corvinum; L. Florum; Vellejum Paterculum; Sex. Aurelium Victorem, de Romanæ gentis origine, de Viris illustribus, de Imperatoribus, cum ejusdem Epitome; Sex. Rufum, seu Festum Rufum; Eutropium; Pauli Diaconi de Gestis Romanorum ad Eutropii Historiam additiones; Aur. Cassiodori Chronicon; Jornandem de regnorum ac temporum successione; C. Jul. Cæsaris Commentaria; C. Crisp. Sallustium;* Tomo II *Suetonium Tranquillum; Corn. Tacitum; Ælium Spartianum; Julium Capitolinum; Vulcatium Gallicanum; Ælium Lampridium; Trebellium Pollionem; Flavium Vopiscum; Ammianum Marcellinum; Justinum.* Adjecti sunt & recentiores Historiæ

continuatores: *Pomponius Lætus*; *Jo. Baptista Egnatius*; *ad Joan. Bapt. Egnatium additio*, *Cæsarum Historiam continens a Maximiliano I usque ad Rudolphum II*; *Andreæ Alciati de Magistratibus, civilibusque & militaribus officiis, libellus*; *P. Victoris de Regionibus Urbis Romæ libellus*; *de origine, forma, & magnitudine, Urbis Romæ libellus.* *Non nudi comparebant hi Scriptores, ut in reliquis editionibus, sed ornati Notis Historicis, Geographicis, Numismatibus, Statuis, Inscriptionibus, plurimisque antiquitatibus ultra bis mille. Quantum Numismata, Statuæ, & Antiquitates Romanorum, apud hodiernas valeant gentes, loquuntur frequentia ubicunque locorum pretiosissima Numismatophylacia & Antiquaria Imperatorum, Regum, Principum, aliorumque Magnatum. Horum conservatio memoriam Romæ conservabit æternam. In hoc desudarunt scriptores, quos Historia literaria Nummarios nuncupat. Alii enim Imperatorum, alii Consulum, alii Familiarum Romanarum, conquisiveruut & aurea, & argentea, & ærea Numismata, publici etiam juris fecerunt, sed particulatim, nec applicando ad Historias, a Scriptoribus Historiæ Romanæ recensitas. Novi quid omnino in editione, quam laudamus, contigit. Enimvero Perillustris Dominus* de Klettenberg & Wildeck, *S. S. Sepulchri Hierosolymitani Ordinis Eques, Serenissimique Principis Friderici, Hassiæ Landgravii, supremus Venatorum Saltuariorumque Magister, non Numismata & reliqua recensuit simpliciter, sed locis debitis illustrandi gratia apposuit, calamo accuratissime & artificiosissime ea designando. Exempli loco* (intelligit hic Autor Specimen Operis, una cum hac Epistola publicatum,) *Tab. I Numismatum, ad verba Præfationis Livianæ:* Primordio Urbis &c. *Romanæ gentis origines, primitivaque patria Numina, exhibet. Sic pariter verba Capitis I,* Ducem Æneam filium Anchisæ & Veneris, &c. *illustrabit nummus Julii Cæsaris Tab. II num. 3; in cujus aversa Æneas Anchisem & Palladium gestat, quo demonstratur, Æneam ab Anchise & Venere, Cæsarem ab Ænea, genus ducere. Facile ex hoc specimine eruditus judicabit orbis, quid exspectandum in nova hac editione Scriptorum Historiæ Romanæ. Addimus, quæ & nos sumus præstituri. Primo interpun-*

terpunctiones curabimus, praeeuntibus approbatissimis Scriptorum singulis editionibus; deinde sufficiemus textui variantes lectiones; margini adjiciemus notas non solum concisas, summam rerum narratarum explicantes, sed & Chronologiam. Notis ipsis Domini de Klettenberg *subjungemus, quos omisit, Nummarios, ut fecimus ad Tab. II num. 3, allegando* Mediobarbi Numism. Imper. Rom. pag. 3, & Guillaume du Choul Discours sur la Religion des anciens Romains pag. 123. *Ut denique editio nostra ornatior sit, & ad palatum omnium accommodata, praefigemus singulis Libris scite sculptas Icones, omnes antiquitates Romanorum repraesentaturas, quarum explicationem, ut & literarum initialium, cujusque* Tomi *Praefatio continebit. Ad hunc laborem pretiosum jam sumus accincti, sub prelo sudat Opus, & Chalcographi artificiosa manus indefesse laborat, quo futurum credo, praefixo termino ut Opus tam utile ad finem perducatur & absolvatur. Comparebit etenim, assistente divini Numinis gratia,* Tomus I *futuris nundinis hyemalibus Lipsiensibus annis 1743.* Tomus II *nundinis Francofurtensibus vernalibus, &* III *autumnalibus iisdem, eodemque anno. Ut vero labor eo alacrius procedat, rogatos volumus veros tanti Operis aestimatores, tempestiva ut succurrant subscriptione & solutione pretii singulorum* Tomorum, *quindecim nimirum florenorum. Mensem Decembrem praesentis anni praefigimus subscriptionis terminum ultimum, intra quem literas quilibet ad Editorem dirigat, ut ab illo locum, ubi solutionem praestare, & absolutos* Tomos *repetere possit, resciscat. Qui morabuntur, exemplar impetrabunt nullum. Firmiter quippe constituimus, ut subscribentes, quorum numerus impraesentiarum in dies augetur, soli habeant. Dab. Heidelbergae, Calendis Maji A. O. R. MDCCXLII.*

Bona, Lector, & utilia literis, quin iis ipsis Scriptoribus, qui nunc denuo sunt prodituri, valde honorifica, promitti vides; quibus adeo perficiendis ut parem esse liceat Doctiss. *Haurisio*, hoc est, ut mature tot inveniat emtores, quot sustinendis tanti Operis sumtibus sufficiant, nobiscum, si aequitatem amas, ex animo precabere. Unum hoc addimus, in-

scriptio-

ſcriptionem Operis hanc fore: *Scriptores Hiſtoriæ Romanæ Latini veteres, qui exſtant, omnes, Notis variis illuſtrati, a* Carolo Henrico de Klettenberg *&* Wildeck, *e Bibliotheca Perilluſtris & Generoſi Domini* Bernhardi Franciſci *S. R. I. Liberi Baronis* de Hallberg, *Dynaſtæ in Gelſtorff, &c. Sereniſſimi Electoris Palatini Camerarii, Regiminis Electoralis Conſiliarii, nec non Satrapiæ Boxbergenſis ſupremi Præfecti, in unum redacti corpus*, tribus Tomis *diſtinctum, edente & accurante* Bennone Caſparo Hauriſio, *Sereniſſimi Electoris Palatini Conſilii Aulici Conſiliario, & in antiquiſſima Univerſitate Heidelbergenſi Hiſtoriarum P. P. & O. Cum Figuris Æneis. Heidelbergæ, impenſis Editoris. Ex Typographeo Academico, per Jo. Jacobum Hæner, A. 1742.*

Prodiit nuper *Tomi V Supplementorum ad Nova* hæc *Acta Sectio tertia*, qua qui recenſentur, hi ſunt libri: 1) *Caroli Neapolis* Anaptyxis ad Faſtos Ovidianos, cum additamentis *Jo. Felicis Paleſii*. Panormi, 1735, fol. 2) A general Hiſtory of the world, by *Thomas Brett*, L. L. D. at London, 1732, 8; 3) Antirrheticon, ſeu Confutatio annotationum *Jo. Koblii* ad geminos S. Ephræmi de S. Cœna Sermones. Romæ, 1740, 8; 4) *Guil. Pauw*, JCti, Varia Juris Civilis capita. Editio ſecunda, emendatior. Halæ, 1737, 8; 5) Traité du bon Chyle. *Tomes II.* à Paris, 1735, 12; 6) *G. J. s' Graveſande* Introductio ad Philoſophiam, Metaphyſicam & Logicam continens. Leidæ, 1736, 8; 7) *Caroli de Aquino*, Soc. Jeſu, Vocabularium Architecturæ ædificatoriæ. Romæ, 1734, 4; 8) Variæ Celeberrimorum Medicorum Obſervationes, quibus multa loca N. Teſtamenti docte illuſtrantur, collectæ a D. *Georg. Gœtzio*, Med Practico. *Faſciculus I.* Altorfii, 1740, 8; 9) L' Art de bien enſeigner à lire, &c. à Paris, 1734, 12; 10) Nouvelle methode raiſonnée pour apprendre facilement la langue Francoiſe, par Mr. *François Barin*. à Amſterdam, 1738, 8; 10) *Friedrich Chriſtian Leſſers Beſondere Müntzen*, &c. *Franckfurt und Leipzig*, 1739, 8; 11) *Ej.* Typographia jubilans, *das iſt, kurtzgefaſte Hiſtorie der Buchdruckerey. Leipzig*, 1740, 8; 12) *Chriſt. Stieffii* Hiſtoria Jubilæorum ſcholaſticorum, in Gymnaſio Wratislavienſi Eliſabetano publice celebratorum. Wratislaviæ, 1737, 8; 13) *Jonas Kortens Reiſe nach dem weiland gelobten Lande. Altona*, 1741, 8; 14) D. *Chriſtiani Bened. Michaelis* Syriaſmus, id eſt, Grammatica linguæ Syriacæ. Halæ, 1741, 4.

Docendus eſt Lector, numum illum, de quo diximus in hoc *Menſe pag.* 705, expreſſum eſſe in *Tabulæ æneæ*, huic *Menſi* adjectæ, *Figura tertia.*

INDEX AUTORUM,

quorum Libri, aut Inventa, in hoc Volumine recensentur.

I. *Libri Theologici, & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.*

II. *Libri Juridici.*

III. *Libri Medici & Physici.*

IV. *Libri Mathematici.*

Euleri

V. *Libri Historici, Geographici, &c.*

Melanch-

Wesse-

VI. *Libri Miscellanei.*

Lucani

INDEX
RERUM NOTABILIORUM.

A.

Anasta-

Burmanni

Crugeri

Eulerus

Græcorum

Kahlius

K.

L.

Marville

N.

Numo-

Pecuniæ

Princeps

Levit.

Eccles.

Act.

Jac.

Operarum errores hi sunt notandi: *Pag. 44 lin. ult.* pro *risitibus* leg. *tristibus; pag. 165 lin. 30* ante *nos* ponendum *per*, & *lin. seq.* delendum *per; pag. 247 lin. 2* pro *etiaque* leg. *aliaque; pag. 267 lin. 26* pro *aurem* leg. *autem; pag. 281 lin. 33* pro *100* leg. *1000; pag. 282 lin. 25* pro *molendinariorum* leg. *aquæductuum molendinariorum; pag. 284 lin. 7* ita legendum: $\frac{Fb}{FG} : \frac{FH}{FG}$, seu $\frac{Fb}{FG} : \frac{FH}{FG}$, seu *Fb : FH; pag. 295 lin. ult.* pro *miitum* leg. *militum; pag. 307 lin. 6* pro *indifferentiam* leg. *differentiam; pag. 318 lin. 9* pro *564* leg. *264; pag. 325 lin. 32* pro $\frac{1}{4} m$ leg. $\frac{1}{4} m^2$; *pag. 326 lin. 30* pro *adeto* leg. *adeo; pag. 331 lin. 36* pro *deum* leg. *ad eum; ead. pag. lin. 37* pro *eddi* leg. *reddi; pag. 448 lin. 21* pro *leguntur* leg. *legantur;* & *pag. 385 lin. 4* pro *voacta* leg. *vocata.*

NOVA
ACTA
ERUDITORUM,
ANNO
MDCCXLIII
publicata.

Cum S. Cæsareæ Majestatis & Regis Pol. atque Electoris Saxoniæ Privilegiis.

LIPSIÆ,

Prostant apud JO. FRID. GLEDITSCHIUM, & B. LANCKISII hæredes.

Venduntur etiam Romæ apud PAGLIARINOS, Venetiis apud JO. BAPT. ALBRIZZIUM & SEBAST. COLETUM, Parisiis apud BRIASSONUM, Ultrajecti apud JO. BROEDELETUM, Lugduni Batavorum apud SAM. LUCHTMANSIUM, & Amstelodami in WAESBERGIORUM & WETSTENII officinis.

LITERIS LANGENHEMIANIS

MDCCXLIII.

Lectori Salutem!



Emensi nuper longum annorum plus quam sexaginta curriculum, in limine constituti sumus ejus anni, quem climactericum magnum vocant artis salutaris magistri, & senectuti suæ fatalem dudum hominum pars maxima experta est. Hoc si nobis aliquando salvis integrisque gaudere transacto liceat, felicitatem nobis, qua vix esse potest major, gratulabimur, &, ut solent plerumque, hos ætatis suæ scopulos transgressi, novam futuri seculi spem ingrediemur. Nos interim, mori, quam inutiliter vivere, satius judicantes, & ita constitutum nobis dudum habentes, non esse hanc nobis, nisi jussis aliquando, aut vocatis, deserendam stationem, hoc, quicquid nobis superest virium, tuendum firmandumque providentissimo illi Numini commendamus, quo, si labor noster inde a tot annis non inauspicatos habuit successus, id & moderante, & annuente, factum est. Procul a nobis absit meritorum & cum laude gestorum ostentatio; nec, qui cognitum habent hæc scribentium animum, ii ignorare possunt, vix tam parum nobis tribuere alium quemque posse, quam nobis ipsi tribuimus; at hoc tamen de nobis persuasum esse omnibus cupimus, nunquam nobis, recte fungendi nostro munere, voluntatem defuisse, idque a nobis diligenter actum, ut, qui nostra solent omnia contemnere, hi, si nihil aliud, at nostrum saltem studium possent & industriam probare. Ad hunc enim diem nulla nos nec valetudinis, qua nostrum unus & alter non ita commoda, ut optaret, utitur, nec itinerum, quæ, quis est, cui non aliquando imperare necessitas soleat? nec domesticarum, quarum sua cuique homini portio est adjuncta, curarum, impedimenta adeo nos abstrahere ab hoc, & nobis jucundo, & ad tuum fortasse, Lector, usum comparato, labore potuerunt, ut inutilis nobis, nec absolutum ferens pensum suum, mensis, aut dies, abierit. Hæc autem, si qua demum putari potest, aut valde tenuis,

aut communis nobis cum tot aliis ætatis nostræ diligentissimis Scriptoribus, laus est, qui, in se & suo studio desiderari nihil passi, hoc tamen diligentiæ suæ fructu caruerunt, ut lectoribus diu placerent. Habemus nos igitur, cur fortunæ, aut illi potius omnium bonorum benignissimi autoris, Dei, hoc munus veneremur, & in eo tributum aliquid nobis, quod datum est paucis, agnoscamus, quod in provectiori hac & quasi effœta ætate non fastidiosius, quam in ipso olim juventutis flore, legamur, nec ullo sive invidiæ occulto murmure, sive malevolentiæ insano strepitu, jucunda hæc nostra otia turbentur. De patria nostra nihil dicemus, quæ, ab Actis *nostris aliquid venisse sibi decoris, nunc etiam, ut olim, grata prædicat, hominesque eos, quorum opera perfectum est, ut Lipsiæ non tam hospitari, quam habitare, & certum quoddam domicilium habere, Musæ dicerentur, sibi vere amicos putat. Quod autem in exteris etiam regionibus, in quas nemo nostrum unquam pedem intulit, eorum, qui nos amant, &* Actis *nostris optime precantur, idque in optatis se habere; ne qua unquam huic instituto sinistra sors eveniat, nobis per literas significant, multi sunt, id suo quodam jure nobis & commemorabile inprimis, & gloriosum genti nostræ, judicatur. Non igitur, si quis nobis amor nostri sedet, & bene cupimus famæ nostræ, timendum tibi, Lector, deinde erit, ne, deflectendo a vestigiis majorum, quorum laudatissima exempla nobis ante oculos versantur, interitum meditemur ejus operis, cui per illos vita olim & insigne decus datum est, cui etiam, si qua laurea nos digni judicamur, id acceptum referre uni debemus. Erit sane, dum ad humanas res curandas integer hic nobis vigor erit, sancta hæc animis nostris lex impressa, ut & dignitatem literarum, quibus ab hoc etiam* Actorum *instituto plurimum venisse incrementi dicitur, & honorem patriæ, quæ omni tempore doctrinæ & doctorum hominum laude floruit, pro virili parte tueamur, & in præclaro hoc, a patribus accepto olim, & ad seros, si Dii voluerint, aliquando nepotes transituro, munere consenescere, gloriosum, aut, quod ipsum ad laudem satis est, honestum, judicemus.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Januarii Anno MDCCXLIII.

NUMOPHYLACIUM REGINÆ CHRISTINÆ, quod comprehendit Numismata ærea Imperatorum Romanorum Latina, Græca, atque in Coloniis cusa, quondam a PETRO SANTES-BARTOLO summo artificio, summaque fide, incisa Tabulis æneis LXIII. Nunc primum prodeunt cum Commentario SIGEBERTI HAVERCAMPI.

Hagæ Comitum, apud Petrum de Hondt, 1742, fol. Alph. 5 plag. 4.

Sigeberto *Havercambo*, insigni nuper Belgii cultioris ornamento, post egregiam *Thesauri Morelliani* editionem, novam nunc debemus Numorum æreorum, in coloniis atque provinciis sub Imperatoribus, inde a *Julio Cæsare* ad *Pescennii* usque *Nigri* tempora, cusorum, compilationem. Collegit κειμήλια isthæc olim *Christina*, Sueciæ Regina, cujus res gestæ quævis Principem regendis provinciis æque ac literis tuendis natam perhibent. Scatet Opus præstantissimis Numis, inter quos sunt non pauci, antea nunquam editi. Singulos manus artificis Itali *Petri Santes-Bartoli* incidit æri, a quo ante aliquot annos *Petrus de Hondt*, librarius Hagensis, magnis sumtibus coemit. Præfat. Cl. *Havercampus* laborem tanti æstimavit, ut non solum alium æque utilem, in quem totus tunc incumbebat, *Historiam* scilicet *universalem numismatibus illustratam*, seponeret, sed etiam chronologicas & historicas ad Museum *Christinæ* instrueret disquisitiones, sedulusque investigaret, quæ fabulosam gentilium theolo-

theologiam, quæ reconditam coloniarum originem, quæ res illis annis ac temporibus gestas, quæ ritus ac cerimonias ejus ætatis, illustrent Numismata. *Montefalconii* morem imitatus, Gallicam Latinæ passus est adjici interpretationem, qua tamen in tanta literarum luce facile caruisset orbis eruditus. Divisio a magnitudine Numismatum est petita, & primæ quidem magnitudinis Numos Tabulæ XLI priores complectuntur, reliquos reli-
Tab. I. quæ XXII comprehendunt. Numis, in quibus Imperatorum con-
n. 1 seq. spiciuntur capita, ii præmittuntur, quos in honorem Senatus Romani percusserunt provinciæ Smyrna & Mitylene, quorum in antica Senatus sub imagine ΔΙΟΣ ΒΟΥΛΑΙΟΥ sistitur, in postica *Jupiter Acræus*, stans inter binos fratres, *Neptunum* atque *Plutonem*, exhibetur. *Cæsaris* Numismatibus exhibitis, ordine & Musei & rerum gestarum imperante, ad *Augustum* pergit *Havercampus*, ejusque numos, tam sub tertio Triumviratu, quam post occupatum imperium, percussos, recenset. Sub Trium-
8. viratu in Cojorum numis non *Lepidi* solum caput, impresso aversæ *Æsculapio*, apparet, sed *Octaviæ* etiam, castissimæ conjugis *Antonii*, honores sub divina specie ἐλευθερίας conspiciuntur.
12. In *Augusti* numis nihil sphinge est frequentius, & alata quidem Ægypti, carens alis Armeniæ, præbet symbolum. *Augusto*
13. 14. vivo spirantique Asia sola consecravit aras, defuncto cives etiam ex S. C. ceu numus docet, in quo templum ἑξάστυλον, adstan-
Tab. II. tibus ad latera tauro ac ariete, opimis de grege sacrificiis. Urbis pietatem suam coloniæ fecerunt, & D. *Augusti* memoriam
n. 4. divino ritu coluerunt. Palmam præripuit multis Augusta Eme-
Pag. 24. rita, urbs Hispaniæ, quæ nomen a veteranorum domicilio, quod ibi constituit *Augustus*, nacta legitur. Quam in aversa habet *Christinæ* numus inscriptionem, in circuitu dat Brandeburgicus
Tab. IV. apud *Begerum Tom. II pag. 607.* Quartam Tabulam incusus
n. 4. *Claudii* Cæs. nobilitat, in cujus aversa, præter Spem augustam, tres milites prætoriani, ad Deam accedentes, raro exemplo con-
n. 23. spiciuntur. Inter *Galbæ* numos eminet, qui Romam tropæo
Pag. 31. suffultam, signumque victoriæ dextra tenentem, sistit, epigraphe R. XL, id est, *remissum quadragesimæ vectigal*, adjecta, quam *Ez. Spanhemius de V. & P. N. A. Tom. II pag. 550* magno,

gno, ut ſolet, eruditionis apparatu illuſtravit. In *Veſpaſiani* Tab. V.
numis urbs poſt *Vitellii* tyrannidem recreata exultat. Hinc epi- n. 19.
graphe: ROMA RESURGENS, quam in *Chriſtinæ* numiſmate
vitio carentem deprehendimus, cum alibi RESURGES utpluri-
mum legatur. Numus Corinthiacus, in honorem *Domitiani* cu- Tab. VIII.
ſus, eſt præ ceteris eximius. Corinthi notam ſuggerit inſcri- n. 12.
ptio: PERMISSU IMP. GERMANICI, quam propriam iſti
oppido probavit *Vaillantius Num. Colon. Tom. I pag. 200.* Averſa
Inus cum filio *Melicerta* fugam repræſentat. Legitur enim mu-
lier, quo furori *Athamantis* mariti ſe puerumque ſubduceret,
in mare de rupe ſe præcipitem dediſſe, eoque perfeciſſe, ut
ipſa inter Nereidas ſub elogio *Leucotheæ*, puer inter Deos ſub
nomine *Palæmonis*, cenſeretur. Numus, quo memoria adoptio- Tab. XI.
nis *Hadriani*, a *Trajano* factæ, ſervatur, miræ raritatis eſt. Dubi- n. 12.
tat *Havercampus*, num ab alio quopiam, præter *Angelonum*, fue- Pag. 57.
rit publici juris factus. Liberalitatis *Hadriani* teſtimonium 125.
præbet numus, quo indicatur, eum debitas fiſco inde a ſede- n. 21. 22.
cim annis pecunias debitoribus remiſiſſe. Stat Imperator palu- Pag. 58.
datus, faceque accenſa ſyngraphas comburit. Additur inſcriptio:
RELIQUA VETERA HS NOVIES MILLIES ABOLITA.
Studium venationis, quo *Spartiano* in *Vita ejus Cap. 26*, & *Athe-* Tab. XII.
næo Dipnoſ. XV pag. 677, teſtibus, multum temporis impen- n. 20.
dit *Hadrianus*, prodit numus, qui VIRTUTI AUG. inſcri- Pag. 61.
bitur, *Auguſtum*que equitem, leonem jaculo trajicientem, ex-
hibet. *L. Ælii* adoptio in numis A. 890 occurrit, averſa nunc Tab. XV.
Concordiæ, nunc Fortunæ ac Spei, ſigno ornata. Sed quis igno- n. 5. 6. 7.
rat, excidiſſe ſpe ſua *Hadrianum*, *Ælium*que diu ante fata ipſius Pag. 70.
obiiſſe? *Antoninum*, cui parentis conſecratio *Pii* nomen con- 74.
ciliavit, certatim numis honorarunt Provinciæ. Nos locuple-
tiorem paulo dabimus catalogum, quo partim ex uno mini-
mum ſpecimine Gazophylacii pretium & abundantia cognoſca-
tur, partim numariæ rei ſcrutatores notitiam numorum, a
coloniis cuſorum, aliquam inde petant. Honorarunt autem co-
loniæ *Cæſarem* numis & Latinis & Græcis. Latinis Africa, Aſia,
Cappadocia, Phœnicia, Mauritania, Parthia, Scythia, Syria,
Britannia, Armenia; Græcis Ægyptus, Epheſus, Gaza Syria Pa-

Tab. XV. læstinæ civitas, Magnesia, Nicæa, Perinthus, Seleucia, Tral-
n. 16. lus. Africam species mulieris, corollam *Cæsari* ferentis, ante
quam tres e terra exsurgunt spicæ, refert; Asiam statua ma-
15. tronæ nobilis turrito, id est, multas continente urbes, capite,
quæ læva manu anchoræ, crebros Asiæ portus significanti, in-
17. nititur. Minus recte enim anchoram pro navi habuit *Jo. Tri-
stanus Comment. histor. Tom. I pag. 573.* Cappadociam de-
signat virilis species, veste succincta, læva vexillum, dextra mon-
ticulos, vel, si mavis, vasculum aliquod, comprehendens; ad
pedes tripus est positus cum foco, quem, quamvis in numo
Christinæ vetustas deleverit, alius consimilis apud *Angelonum*
18. numus servavit. Phœniciam, sive, ut in numo scribitur,
FOENICAM, imago viri succincti, prope palmam arborem pro-
ræ insistentis, & dextra manu sertum præferentis, exhibet. Mau-
20. ritania sub figura juvenis succincta dextra canistrum, sinistra
jaculum, teli genus, Mauris & Libybus familiare, tenentis, ap-
21. paret. Parthiam vir indicat, qui dextra tiaram Parthicam, si-
nistra cingulum, colligandis armis Parthorum, quæ ad pedes pro-
cumbunt, arcui & pharetræ sagittis repletæ, destinatum, gerit.
Quo elegantius est in hoc numo tiara manu artificis delineata,
eo turpius erit in posterum errori communi plerorumque, in-
que iis *Jo. Vaillantii Hist. Regum Parth. pag. 124*, ulterius lo-
22. cum relinquere, & tiaram præter rem in coronam mutare. Scy-
thiæ symbolum figura est juvenilis succincta, pileo caput, læ-
vam baculo, dextram vel corona, ut *Vaillantius* credit, vel ga-
23. lea, ceu *Ant. Augustinus* suspicatur, vel tiara, quod *Haver-
campus* sibi certissime persuadet, ornata. Syria cum turrito
capite habitum matronæ nobilis stolatæ induta, dextro pede
Orontem fluvium calcat, manu dextra sertum, cornu copiæ
24. sinistra, gerens. Britannia, de qua muro ducto post *Hadria-
num*, & domitis barbaris, præclare meruit *Antoninus*, sub specie
militis, collibus insidentis, cubitoque & læva hastata clypeo in-
nixi, dextra autem signum militare gestantis, repræsentatur. In-
Tab. XVI ter numos Armeniæ eminet præ ceteris, qui Regem Armeniis
n. 10. datum notat, & Imperatorem togatum *Archæmenidi*, *Partha-
Pag. 81. maspathis* filio, chlamydem regiam induto, diadema imponentem
osten-

ostendit, a *Vaillantio* dudum *in Histor. Arsacid. pag. 325* com- Tab.XVII.
mendatus. Ægyptii numi in aversa nunc judicium *Paridis*, n. 5 seq.
nunc nomen ΜΕΜΦΕΙΤΗΣ, cum *Apis* atque *Osiridis* statuis, Pag. 84.
nunc Pantheon, nunc *Isidem*, ante Pharum Alexandrinam vela n. 13 seq.
pandentem, exhibent. Ephesi numos nunc *Diana* Polymammia, Pag. 86.
adscripto *Αρτεμιδος Εφεσιας* elogio, nunc templum octo co-
lumnis fultum ejusdem Divæ, exornat. Gaza muliebri specie n. 19 seq.
cum capite turrito significatur. Magnesiæ, ad Mæandrum flu- Pag. 87.
vium sitæ, ineditus prodit numus, in quo *Triptolemus* bigis n. 20 seq.
draconum vehitur, dextraque scipionem tenet, læva fruges spar- Pag. 88.
git, addito, pro more istius civitatis, scribæ nomine ΜΑΓΝΗ*των*
ΕΠΙ ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ ΜΗΤΡΟ*δώρου*. Numos Nicæenses *Cybeles* n. 21.
numen cum sceptro & tympano; Perinthienses in Thracia *Her-* 22.
cules, leonem suffocans, cum inscriptione: ΗΓΕΙ ΚΟΜΜΟΔΟΥ 23.
ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ; Seleucienses charitoblepharon corallii, in amato-
riis negotiis efficacissimi, genus, (vid. *Plinius Lib. XIII Cap. ult.*)
quemadmodum & Aphrodisienses apud *Haymium Thes. Brit. Tom.* 24.
II pag. 93. Trallianos denique homo leniter se recumbens, cum
aquila desuper volitante, ad indicandam Jovis tutelam, distinguit.
E numis *M. Aur. Antonini Philosophi* contemplatione præ ceteris Tab. XIX.
videtur dignus, quem in honorem *Jovis Lycii* Lycia, Asiæ re- n. 20.
gio, cudi curavit. Sedet sub templo *τετραςύλῳ* numen, dex- Pag. 102.
tram attollit, sinistra hastam complectitur, epigraphe adscripta:
. . . . ΙΕΡΕΥΣ ΛΟΥΚΙΟΥ ΔΙΟΣ. *Faustina*, conjux *Aurelii*, Tab. XX.
in variis numis post *Marci* de Quadis victoriam elogium *Matris* n. 9. 10.
castrorum est indepta, (vid. *Dio Lib. LXXI pag. 806*, & *Capitolinus* 17.
in vita Cap. 26,) quod post eam aliæ etiam Augustæ, nimirum *Julia*
Pia, uxor *Severi*, & *Julia Moesa*, avia *Alexandri* Imp. in numis-
matibus gesserunt, notante *ad Orosium pag. 507 Havercampo*.
In numo *L. Veri Augusti* inscriptio: REX ARMENIS DATUS, Tab. XXI.
legitur, Imperatorque in substructione considens, adstantibus tri- n. 2.
bus figuris, declarat Regem, qui &, jubente ipso, diadema capiti Pag. 116.
imponit. Conf. *Jo. Tristani Comment. histor. Tom. I pag. 686.*
Numum *Commodi*, in cujus aversa HERC ROM CONDITORI Tab.
legitur, *Dio Lib. LXXII pag. 824* illustrat, quem constat unum XXIII.
plurimis numismatibus antiquis lucem clarissimam affundere. n. 2.

 Sacrum Pag. 140.

Tab. XXIII. n. 16. Pag. 146. Sacrum agonem in honorem *Commodi* Nicæa, urbs Bithyniæ, per caput turritum significata, celebravit, quem quidem ex urna cum palma & inscriptione ΙΕΡΟΣ ΑΓΩΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ colligunt. Idem reverentiæ in *Commodum* Aug. genus Nicomediæ vindicat maximi moduli numus, duabus urnis aræ impositis ornatus, in *Museo Theupol. pag. 925*, qui simul epigraphen ΚΟΜΟΔΕΙΑ inter pedes altaris exhibet, in numo consimili apud *Ez. Spanhemium ad Callimach. pag. 318* inde supplendam.

Tab. XXIV. n. 11. Pag. 154. *Didiæ Claræ* perrarum numisma Græcum, quale ne *Vaillantius* quidem vidit, in *vicesima quarta* Musei *Christinæ Tabula* occurrit; in antica juxta caput Augustæ ΔΗΔΙΑ ΚΛΑΡΑ ΣΕΒ legitur, in postica Cypriæ *Veneris* fanum cum inscriptione: ΚΟΙΝΟΝ ΚΥΠΡΙΩΝ, quam præter rem supplere conatur eruditissimus interpres, conspicitur.

Tab. XXV. n. 12. 13. Pag. 165 seq. Inter numos coloniarum, sub *Severo* percussos, numi Antiochensis coloniæ, quæ sub imperio *Augusti* eam conditionem induit, (vid. *Plinius Lib. V Cap 27*, & *Vaillantius Num. colon. Tom. I pag. 204*,) eminent. Exstat eorum unus in gaza Reginæ, cujus anticam caput *Augusti* laureatum cum titulo IMP CAES L SEP SEVERUS PER AUG occupat, posticam Deus *Lunus* cum pileo Phrygio in capite & luna crescente ad humeros, hastam dextra, sinistra globum, cui victoriola insistit, gestans; ad pedes ex altera parte stat gallus gallinaceus, ex altera leo & navis gubernaculum; inscriptio ad latus est S. C. in ora COL CÆS ANTIOCH. Supersunt & alibi numi hujus coloniæ non dissimiles. Unum *Vaillantius Tom. II pag. 2* servavit, alter in Museo Comitis *Friderici de Thoms* custoditur, tertium *Havercampus* in *Notis ad Orosium pag. 498* publici juris fecit; sed est tamen omnium aliqua inter se diversitas. In numo *Christinæ* & *Havercampiano* caput bovinum pedibus conculcat *Lunus*, in binis reliquis pedibus Dei nihil est subditum. Præterea is, qui ad *Orosium* illustrandum prodiit, capitis tegumentum peculiare & columnam, cui cubito lævo innititur Numen, solus exhibet. Quid literæ S. R. ad latus positæ velint sibi, perobscurum est. Neque enim *Vaillantii* subscribere opinioni *Tom. II pag. 198*, & pro Senatus indicio habere, vult sagacissimus *Havercampus*, sed singulare conjicit beneficium, a *Severo* & *Gordiano*

no Antiochenſi coloniæ exhibitum, exprimi, inprimis cum nec in
alius *Auguſti*, nec in alius coloniæ, numis deprehendantur. Le-
git igitur *ſacris receptis*, vel *ſacris reſtitutis*, & obſervat, *Severum*
primum, deinde & *Gordianum*, ædem *Luni* Dei Antiochiæ refe-
ciſſe, cultumque Numinis inſtauraſſe. Conf. infra *Tab. XXXIII*
n. 20 pag. 239. Similis averſa in numo *Juliæ*, conjugis *Severi*, ſpe- Tab.
ctatur. Eſt hæc *Julia Domna*, immenſæ mulier arrogantiæ, XXVI.
quæ cum filio *Caracalla* adulationes urbium Græcarum numiſ- n. 17. 18.
maticas lubens accepit, ſeque ad familiam *Cleopatræ* referri, & Pag. 208.
cum eadem quoad ſpeciem & ingenium comparari voluit. Ele-
gans eam in rem ſupereſt Smyrnæorum & Ægeatarum numus,
quem edidit Cel. *Havercampus ad Oroſium pag. 505*. Numo- Tab.
rum *Macrini* primæ magnitudinis mira eſt raritas. Juxta caput XXIX.
Auguſti laureatum, barbatumque, & corpus paludatum, legitur n. 23.
inſcriptio: ΑΥτοκράτωρ ΚΑισαρ Μαρκος ΟΠΕΛιος ΣΕΒηρος Pag. 215.
ΜΑΚΡΕΙΝΟΣ. Urbem, quæ cudi curavit numum, inſcriptio
lateris averſi ΤΑΡΣΟΥ indicat, reliquas literas delevit vetuſtas,
ſed reſtituere conjectura tentavit *Vaillantius;* quocum mox de Tab.
alio inſequentis cujusdam Cæſaris numo diſceptat *Havercam-* XXXI.
pus, poſtquam inſcriptionem, a ſculptore Muſei Romano non n. 19. 20.
ſatis intellectam, ita reparaſſet: Μάρκȣ Ευγενȣ̃ς Πανηγυριςȣ̃ Pag. 222
Θεῶν ΜΑΚΡΕΙΝΟΥΠολεως ΑΙΓΕΩΝ ΔΞΣ, id eſt, *ſub Marco* ſeq.
Eugene Panegyriſta Deorum Macrinopoleos Ægæenſium A. 264.
Scilicet, bis errare, cenſet, *Vaillantium*, primum, quando *Diadu-*
meniano aſſignat numum, quem *Heliogabali* eſſe, inſcriptio an-
ticæ ΑΥΤ Κ Μ ΑΥΡ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΣΕΒ, ſpeciatim Augu-
ſti titulus, quo uſus nunquam eſt *Diadumenianus*, confirmat;
ſecundo, quando pro capite *Herculis* imberbi, pelle leonis induto,
venditat, quod eſſe *Alexandri M.*, ex opinione Ægenſium, Ma-
cedonicam originem affectantium, non ſine magna veritatis ſpecie
poteſt concludi. Circa *Gordianorum* numos, quos *Tab. XXXIII* Tab.
comprehendit, tria obſervat *Havercampus*: 1) male tradi, quod XXXIII.
Gordianorum nulla niſi maximi moduli numiſmata ſuperſint, n. 4 ſeq.
ſiquidem *Thomſii* Comitis Muſeum mediæ magnitudinis unum Pag. 236.
ſervat, in cujus averſa mulier, dextra bilancem, ſiniſtra cornu co-
piæ, tenens, ſpectatur, cum inſcriptione: ÆQVITAS AVG SC;
2) falſo

2) falso Græca *Gordianorum* numismata in dubium vocari, quale unum, apud Metropolitas percussum, e gaza *Wildiana Havercampus* coemit; 3) *Tranquillinæ*, conjugis *Gordiani III*, nu-
Tab. mos in ære medio hodienum exstare. *Æmiliani* Cæsaris, quem
XXXVII. optima quæque Musea desiderant, primæ magnitudinis numos
n. 10-13. tres Museum *Christinæ* servat, quorum unus SPEI PUBL, alter
VIRTUTI AUG, tertius APOLLINI CONSERVATORI, inscriptus est. Hæc de numis maximi moduli sufficiat notasse; de
Tab. ceteris paucula subjiciemus. In numis *Antonii* & *Cleopatræ* com-
XLIII. mendabiles sunt bini Cistophori, quemadmodum e *Lepidi* numis
n. 13-16. unus in Cabe colonia percussus, cujus antica caput Triumviri, cum
n. 25. inscriptione COL, postica velatum *Cereris* caput, laurea corona
Pag. 282 circumdatum, cum inscriptione CABE, continet. *Tiberii* exhibe-
seq. tur numus, in quo monetarii vitio utriusque lateris plenaria est
Tab. similitudo. *Trajani* numus, Cyrrhi cusus, *Jovis* Καταιβάτȣ re-
XLVII. ligionem ostendit, quemadmodum in aliis ejusdem *Tabulæ* numis-
n. 29. 30. matibus *Jovis Casii*, sub lapidis specie culti, & Labradei, seu La-
Tab. LIV. brandeni, occurrit mentio. Credibile autem est, coloniam ad Par-
n. 38. thicam *Trajani* expeditionem allusisse, & eunti bene ominatam
Pag. 361. Imperatori. Vid. *Lycophron* in *Alex. v.1369*, & *Jo. Tristanus* in *Comm.*
n. 34. 37. *hist. Tom. I pag. 423.* *Hadriani* numisma, cujus antica facies Cæsaris
Tab. LVI. & *Sabinæ*, e regione sibi invicem collocatas, cum inscriptione: ΑΥ
n. 22. 23. ΚΑΙ ΤΡΑΙ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ΣΕΒ ΣΑΒΕΙ... postica Victoriam vo-
Pag. 384. litantem cum serto, palma, & epigraphe: ΝΕΙΚΗ ΑΔΡΙΑΝΟΥ, exhibet, atque ad victoriam, de Judæis, inde ab imperio *Trajani* omnia turbantibus, actam, respicit, omittere, summa ejusdem
Tab. LIX. raritas vix permittit. Similis causa postulat numum antiquario-
n. 13. 14. rum nemini visum commemorare, in quo laureata *M. Aurelii* & *L. Veri* capita, sibimet ex adverso posita, unum, mulieris figura superne nuda, capite turrito, dextra sistrum, læva cornu copiæ, te-
Pag. 421. nens, id est, *Isis*, alterum, latus occupant, adjecta epigraphe: COL AEL CAP, quæ quidem colonia fertur *Isidis* & *Serapidis* cul-
Tab. tum solicite custodivisse. Græcos *Pertinacis* numos quis val-
LXIII. de infrequentes ignorat? Qui est inter cimelia *Christinæ*, in ad-
n. 12. versa laureatum Augusti caput cum chlamyde in humeris, & inscriptione: ΑΥΤ Κ Π ΕΛΒΙΟΣ ΠΕΡΤΙΝΑΣ ΣΕΒ, in aversa duas

duas figuras mulierum decumbentes cum stellis super caput, e quibus Augustæ dignoscuntur, & verbis ΤΩΜΕΩΣ ΜΗΤΡΟΠ ΠΟΝΤΟΥ sistit. Rariora adhuc sunt *Pescennii Nigri* Cæsaris Numismata, Græca potissimum, quale exquisitissimum coronidis loco adjiciemus. In uno latere circa caput Augusti laureatum legitur ΑΥΤ Κ Γ ΠΕΣΚ ΝΙΓΡΟΣ ΙΟΥΣ ΣΕΒ; in altero circa *Minervam* procurrentem, teloque & clypeo instructam, ΑΡΙΣΒ, id est, Ἀρισβέων. Fuit autem Arisbe Troadis oppidum, (vid. *Plinius Lib. V Cap. 30,*) quod cum ora omni ad orientem vergente a partibus stetit *Pescennii*, unde is *Minervam Iliacam* dicitur habuisse faventem. Tab. LXIII. n. 17. 18. Pag. 458.

COMMENTATIO DE NUMO HADRIANI plumbeo, & Gemma Isiaca, in funere Ægyptii medicato repertis, Serenissimi Celsissimique Principis ac Domini CAROLI, Ducis Brunsuicensium & Lunæburgensium regnantis, jussu clementissimo adornata a JULIO CAROLO SCHLÆGERO, Philologo Helmæstadiensi.

Helmæstadii, ex officina Drimborniana, 1742, 4 maj. Alph. 1 plag. 4.

Nemo est hodie in contubernio Musarum, qui non simul *Schlægeri* nomen & merita magni faciat. Præsenti Commentatione, auspiciis magni Principis conscripta, bigam cimeliorum, quam tempus edax rerum e tanto rerum præstantissimarum naufragio reliquit nobis, interpretatur Vir doctissimus, omnemque telam *decem Capitibus* absolvit. *Primo* horum viam tradit, qua & numus *Hadriani* plumbeus, & gemmula Ægyptiaca, ad ipsum pervenit. Accepit autem numum e gaza Ducali, Pag. 7 seq. cui *Antonia Amalia, Ferdinandi Alberti*, Ducis, vidua, intulerat, postquam spectatissimus quidam in toga & sago heros in peregrinatione Ægyptiaca, mumiæ ablatum, ab Arabe coemisset, ac redux Principi, antiquitati pretium non leve statuenti, dono dedisset. *Capite secundo* in numi præstantiam inquirit, eumque *Ottonibus* æreis atque *Pescenniis Nigris* anteponit, quippe 9.

 eorum

Pag. 11. eorum catalogo numorum adſcribendum, quos *unicos* vocant
12 ſeq. rei numariæ interpretes. Sunt quidem tres eodem typo in-
ſtructi apud *Patinum*, *Nicaſium*, & *Pedruſium*, ſed ærei, plum-
beus contra præter hunc a nemine commemoratur. Augent
pretium certiſſimæ probitatis & antiquitatis notæ, quas *Capite*
tertio contra objectiones quorundam, quibus de fide numi
20. contraria orta eſt ſuſpicio, Cl. *Schlægerus* defendit. *Jo. Reis-*
kius, qui ſub perſonato nomine *Jani Rutgerſii* latet, omnia,
quæ ſuperſunt, monumenta plumbea ſcriptis ad *Jo. Henr. Eg-*
gelingium ſuper eo argumento literis arguit falſitatis,& probita-
tem plumbi veteris magna contentione impugnat. Ei igitur
ſeſe objicit Cl. *Schlægerus*, &, quamvis plumbum injuriæ tem-
poris præ ceteris ſubeſſe metallis, pauciſſimosque hinc numos
plumbeos exſtare amplius, concedat lubens, attamen, inde haud
conſequi, recte monet, omnem monetam, e plumbo conflatam,
interiiſſe. Quam quidam contra antiquitatem plumbi move-
runt trigam argumentorum, magna confutat ſoliditate, & uſum
26 ſeq. numorum plumbeorum e locis *Plauti* & *Martialis*, quos multi,
inque his *Ludov. Savot*, de numis quibusvis vilioribus accipere
30. maluerunt, egregie confirmat. Laudat *Laur. Pignorii* apparatum
37. monetæ plumbeæ, *Franc. Ficoronii* Opus eximium & ſplendi-
dum, *i Piombini antichi* inſcriptum, & Romæ A. 1741, 4,
editum, commendat, aliaque excitat plumbea, quæ pas-
ſim in Bibliothecis aſſervantur, monumenta. Præſentis nu-
mi probitatem vel ex improbabili ejus fictione claram reddit
Eruditiſſ. *Schlægerus*. Si enim ſuppoſitum ab Arabe dicas; obſtat
incognitum Arabibus Europæorum ſtudium, plumbeos numos
conquirendi; ſin ab Europæo confictum malis, viam indices,
neceſſe eſt, qua in cryptam, mumiis condendis ſacram, perve-
nerit, quippe a quibus peregrinos omnes ſolicite arcent Arabes.
38. Quid? quod tanta haud ſit artificum noſtrorum dexteritas, ut
oram extimam inæqualem & rugoſam, quæ in *Hadriani* nu-
miſmate eſt conſpicua, conficere more vetuſto queant. *Ca-*
pite quarto uſum ſingularem oſtendit, quem mumiæ numus
41 ſeq. præbere debuit. Non potuit non iſta diſquiſitio occaſionem ſug-
gerere obſervationi de ritu condendi numos cum defunctis. Ri-
tus

tus enim is frequentissimus olim inter Græcos, solis Hermionensibus exceptis, fuit, atque a Græcis ad Romanos, a Romanis ad Ægyptios, Gallos, & priorum Seculorum Christianos, transiit. Græcis numus ille, quem *obolum* pretio æquasse, ex Pag. 51
Lucillii Epigrammate, *Charontis* apud *Lucianum* interrogatione, seq.
& numo Nisæorum, a *Gisb. Cupero* primum recte explicato, patet, πορθμήϊον, πορθμία, ναῦλον, ὄβολος, δανάκη, καρκάδεια, (sic enim corruptum illud καρκάδοντα apud *Suidam* emendandum 47.
censet *Schlægerus*,) Romanis, penes quos *trientem* explebat, *æs*, *naulum*, *obolus*, vocabatur. Græci in ore defunctorum, Romani in urnis, aliæ gentes in manibus, abscondebant; Christiani autem primævi vel in exteriori ambitu sepulchri, glutino calcis intermixto, affigebant, vel in capulo ad latus cadaveris collocabant. Ne quis dubitet, eum morem in numo 59.
plumbeo *Hadriani* tangi, argumento est doctrina de *Charonte* pro cymbæ usu remunerando, quæ ea tempestate a Græcis atque Romanis ad Ægyptios dudum fuerat perlata, idemque præterea vile metallum, ex quo conflatus est, confirmat. Usurpatum autem est numisma, anno 18 imperii *Hadrianei* cusum, ut chronologicus adesset character ejus Imperatoris, sub quo Ægyptius excessit vita. *Capite quinto* adversum illustrat numi latus, in quo caput *Hadriani* Cæs. cum inscriptione: AYT. ΚΑΙΣ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΔΡΙΑΝ. ΣΕΒ. exprimitur. Cl. *Schlægerus* 64.
venustas spargit observationes, duplicem nominis Cæsarei orthographiam cum & sine adspiratione defendit, *Jo. Harduini* 65.
de nudo capite *Hadriani* somnia traducit, ex facie mores atque ingenium Principis dijudicat, & ex calamistratis quidem 71 seq.
cincinnis lasciviam, ex coma ad supercilia defluente sævitiam, ex capite in occiput magis, quam sinciput, prominente singularem memoriæ & ingenii virtutem, ex oculis sublatis arrogantiam & ambitionem. Singula hæc idoneis scriptorum testimoniis illuminat, primumque *Hadrianum* inter Imperatores aluisse barbam, notat; data etiam occasione, lauream coronam sub Imperatoribus summæ dignitatis indicium fuisse, probat. *Capite* 68 seq.
sexto, *septimo*, *octavo*, & *nono*, aversum numi latus paulo curatius considerat. Duæ adsunt icunculæ. Quæ est dex- 81.

trorsum posita, ex mente *Patini* & *Nicasii*, quibus *Paulus Pedrusius* contradixit, Canobum denotat, Numen Ægyptiorum. Priorum sententiam amplectitur *Schlegerus*, alteramque figuram, quam Canobi esse, *Pedrusius* existimat, ex signis adjectis *Isidem* exhibere, censet. Corroborat conjecturam hydria, cui caput virile potius, quam muliebre, impositum spectatur, quæque Canobo exprimendo utplurimum inservit; nec non capitis ornamentum, simile alii, quod in gemma *Maffejana* apud *Montefalconium Antiq. expl. Tom. II P. II pag. 320* reperitur. Erudite observat Cl. *Schlegerus*, urnam, in qua aqua Nili, turbida plerumque, tepida & calida reddebatur, sub hydriæ elogio Ægyptios intellexisse, eaque re Nilum hieroglyphice repræsentasse; capite autem virili Canobum urbem, quæ ad ripam fluminis sita erat, & alis, capiti junctis, navium Canobicarum agilitatem indicasse. Aperit simul hæc annotatio campum, in Ægyptiacas circa idolum Canobi tenebras, & fabulosas de origine ejus narrationes, excurrendi, variaque simul, nondum satis discussa, de urbe Canobitarum tradendi. Concludit tandem ex his omnibus, e civitatis Canobicæ decreto in *Hadriani* honorem percussum fuisse numum, & exempla urbium Ægyptiacarum, patria Numina in numis exprimendi, pluribus exemplis probat. *Isidis* alteram esse figuram, contendit, ut supra monuimus, *Schlegerus*. Colligit id 1) ex cornubus, quæ in vertice spectantur, & proprium quasi *Isidis* indicium constituunt; 2) ex pennis vulturis, in medio cornuum expressis, & in altum porrectis; 3) ex globulo inter pennas & cornua collocato; 4) ex capillitio ad humeros defluente, & temporibus circumfuso. Posthæc in caput mythologiæ Ægyptiæ de *Iside* diva egregie inquirit, sub eaque patriam coluisse suam Ægypti cives, perhibet; Canobi vero comitem ideo esse scribit, ut a Canobitis Ægypti, non Africæ, incolis numum signatum constet. Pervulgatus enim gentium antiquarum mos est, urbes homonymas hieroglyphicis signis inter se distinguendi. Sic,
Pag. 161 seq. cum *Seleucus Nicator* in variis Asiæ, tam minoris, quam majoris, regionibus novem condidisset urbes, a nomine suo *Seleucia* appellatas, illi, qui *Seleuciam* in novem illis principem propemodum

modum, & ad maris Syrii litus exſtructam, incolebant, ut ab aliis diſtingui poſſent *Seleuciis*, a regione Pieria, cui erat ornamento, in ære ſuo Σελευκίαν Πιερίας, vel Σελευκίαν τὴν ἐν Πιερίᾳ, cognominarunt. Teſtimonio ſunt complures numi, qui paſſim in Voluminibus numiſmaticis exſtant, quorumque numerum augent bini, nunc primum, ſuggerente R. P. *Car. Granellio*, S. J. Sacerdote, divæ *Amaliæ Auguſtæ* ab obſequiis, in publicum emiſſi. Binæ, quas hactenus luſtravimus, figuræ ſtant ad oſtium templi, cujus contemplationi *Caput octavum* tribuit Cl. *Schlægerus*. Canobi autem eſſe fanum, conjicit, quod paſſim a *Stephano Byzantino de Urbibus* v. Κάνωβος, & *Dionyſio Periegeta in Orbis deſcr. v. 13*, commemoratur, quod oraculis & in- Pag. 164.
cubationibus, medicinæ cauſa factis, clarum *Pauſanias* perhibet, 166.
quod ſplendore & magnificentia vel in numo plumbeo *Hadriani* 170.
eſt coruſcum, quod denique ob ſcholam, ab *Antonino*, Philoſopho Platonico, ibi inſtructam, in *Eunapii Vitas Philoſ. & Sophiſtarum pag. 68 ſeq.* cum eoque ad poſteritatem, migravit. Idem Autor dira fata, quæ imperante *Theodoſio M.* fano Canobi contigerunt, *pag. 73* deſcribit: Καὶ τὰ περὶ τὸν Κάνω- 176.
βον ἱερὰ ταυτὸ τοῦτο ἔπασχεν. Θεοδοσίου μὲν τότε βασιλεύοντος, Θεοφίλου δὲ προστατοῦντος, τῶν ἐναγῶν ἀνθρώπου τινὸς Ευρυμέδοντος, ὃς ποθ' ὑπερθύμοισι γιγάντεσι βασίλευσεν, Ευερίου δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν ἄρχοντος, Ρωμανοῦ δὲ τοὺς κατ' Αἴγυπτον στρατιώτας πεπιστευμένου, οἵτινες ἅμα φραξάμενοι κατὰ λίθων καὶ λιθοξόων θυμὸν ἐπὶ ταῦτα ἀλλόμενοι, πολέμου δὲ μήτε ἀκοὴν ὑφιστάμενοι, τῷ τε Σαραπείῳ κατελυμήναντο καὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπολέμησαν, ἀνανταγώνιστον καὶ ἄμαχον νίκην νικήσαντες τοῖς αὐτὰ ἄλλα καὶ ἔκλεπτον καὶ τάξις ἦν αὐτοῖς πολεμικὴ τὸ ὑφελόμενον λαθεῖν· τοῦ δὲ Σαραπείου μόνον τὸ ἔδαφος οὐχ ὑφείλοντο, διὰ βάρος τῶν λίθων· οὐ γὰρ ἦσαν εὐμετακίνητοι· συγχέαντες δὲ ἅπαντα καὶ ταράξαντες, οἱ πολεμικώτατοι καὶ γενναῖοι καὶ τὰς χεῖρας ἀναιμάκτους μὲν οὐκ ἀφιλοχρηματους δὲ προτείναντες, τοὺς τε θεοὺς ἔφασαν νενικηκέναι καὶ τὴν ἱεροσυλίαν καὶ τὴν ἀσέβειαν εἰς ἔπαινον σφῶν αὐτῶν κατελογίζοντο. εἶτα ἐπεισῆγον τοῖς ἱεροῖς τόποις τοὺς καλουμένους μοναχούς. Denique *Capite nono* chronicam notam, 178 ſeq.

 Græcis

Græcis literis expressam, LIH interpretatur, &, annum XVIII im-
Pag. 184 seq. perii *Hadrianei* significare notat Cl. *Schlægerus*. Non miratur Vir Doctissimus, tot urbes, inprimis Ægyptias, in *Hadriani* honorem cudisse numos. Hanc enim provinciam non ipse solum sæpius, &, numerante *Ant. Pagio* in *Critica Annalium Baronii*, sexies, præsentia exhilaravit sua, sed & ornamentis ac beneficiis compluribus, aquis, portubus, frumento, operibus publicis, pecunia, ludis, & honoribus, *Xiphilino* narrante *Lib. LXIX pag. 790 B*, sibi devinxit; unde in numo apud *Franc. Mediobarbum* RESTITVTOR ÆGYPTI appellatur. Super-
187. est gemmula, in ventriculo medicati funeris Ægyptii reperta, cujus typum & descriptionem *Caput decimum* Commentationis continet. Est autem Sarda Ægyptia ovata, convexa, & incisa; fœminam, bovilla cum vulturinis pennis & globulo intermedio gestantem cornua, id est, *Isidem*, repræsentans. Ne quis miretur, quo pacto in ventriculum cadaveris venerit numus, monet Cl. *Schlægerus*, solitos fuisse Ægyptios varia utensilia defunctorum corporibus adjicere, ut, quam quisque vivus professus sit artem, inde liquido intelligeretur. Ex his colligit, addictum sculptoriæ arti hominem fuisse, qui hunc numum mortu-
190. us ventriculo habuit absconditum, sculptam autem ab eo gemmam, ut esset alii cuidam contra diversos Ægypti morbos præsidio. Ceterum toto hoc, quem recensuimus, libello Cl. Autor id assequitur, quod arduum in scribendo *Plinius* arbitratur, ut vetustis novitatem det, obscuris lucem, dubiis fidem. Similem, optamus, præstet industriam in binis, quas sperare jubet, lucubrationibus, quarum altera recto plumbeorum numorum usui, altera Numini *Panis*, lucem adhuc desideratam accendet.

T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM AB U. C. Libri, cum Notis variorum, vel integris, vel excerptis. Curante ARN. DRAKENBORCH. Tomus IV.

Amstelodami, apud Jo. Wetstenium & G. Smith, & Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, 1741, 4 maj.
Alph. 6.

De

De hoc *Volumine Drakenborchiani Livii* cum dicere instituimus, nihil attinet repetere ea, quæ de hujus Operis ratione & laudibus in universum alio loco sunt a nobis prolata. Itaque nihil aliud faciendum restat, nisi ut, more modoque nostro usi, per totum hoc *Volumen* eundo, e *Dukerianis Drakenborchianis*que animadversionibus quædam commemoremus, quæ aut ad constituendum, aut illustrandum, *Livianum* contextum pertinere videantur; si forte Lectoribus nostris vel sic cognoscendi totius Operis cupiditatem movere possimus. Et, quoniam nonnullos apud nos audimus de *Drakenborchianis* Commentariis ita judicare, ut, eos nimis ariditate critica laborare, dicant, quod in iis nihil inveniant, si cujus rei explicationem quærant, non jam quidem in universum pro *Drakenborchio* disputabimus, tum, quod, sive ipsum, malumus, in Præfatione, sive, toto Opere absoluto, ipsi in his *Actis* eam caussam agere, tum, quod, fabulam toties a *Burmanno* aliisque narratam ne nunc quoque surdis narremus, veremur. Ceterum illud operam dabimus, ut exemplis, e singulorum prope librorum Commentariis, doceamus, rebus obscuris & nondum satis illustratis Viros Cel. *Dukerum* & *Drakenborchium* non defuisse. Si quis vero de *lectisterniis* forte, *Minerva Itonia*, de *hastato primo*, & similibus rebus, quærit, is non in his Commentariis quærere debet, sed illas semidoctorum delicias, *Pitisci Lexicon Antiquitatum*, & *Commentarios Suetonianos*, adire. Sed ad rem veniamus.

Lib. XXVII Cap. 1 exponitur de prælio inter Romanos & Carthaginienses ad Herdoneam gesto. In eo *Hannibal* hac arte usus dicitur, ut Numidas juberet circumvehi exercitum Romanorum, & partem castra hostium, partem terga, invadere. Ibi non convenit satis inter doctos, utrum legendum sit *terga* pugnantium *invadere*, an *terga* trepidantium *invadere*. Illa lectio in quibusdam Codicibus MStis & editionibus reperitur. Antiquissimæ tamen editiones & plerique Codices habent *oppugnantium*. Ea lectio quia huc non quadrat; *Gronovius*, cum in optimo Codice *Puteani* invenisset *oppidantium*, rescripsit *trepidantium*, eamque vocem putavit secretiore significatu hic esse *satagere*, *com-*

movere

movere se. Id *Doujatius* sibi displicere ostendit, tum quod id verbum in nullo Codice reperiretur, tum quod illa vis rarior esset. Neque probavit ea se emendatio Cl. *Crevierio*, qui *trepidare* semper aliquid incompositi tumultus notare putat, cujus nullum hic vestigium reperiatur. Itaque uterque *pugnantium* servavit. *Drakenborchio* contra *Gronoviana* emendatio ita arrisit, ut eam in contextu retinuerit. Nam, quod ad *Doujatianas* dubitationes attineat, primo, etsi non totidem literis ea lectio in Codicibus MStis reperiatur, tamen manifesta ejus vestigia in Codice *Puteani* & Florentino, in quo ipse quoque *oppidantium* repererit, deprehendi; deinde illam significationem verbi *trepidare* in pluribus locis *Livianis*, præter ea, quæ *Gronovius* jam adduxerat, inveniri. *Crevierium* recte *trepidationi* aliquam *tumultus* significationem tribuere; sed plerumque talem indicari tumultum, qui in prælii initio esse soleat, antequam milites concurrere cœperint, qualisque hic indicetur. Neque enim *Hannibalem* jussisse invadere in prima acie pugnantes, sed in secunda acie positos, qui nondum pugnam inceperant, unde etiam *pugnantium* hoc loco sibi non placeat. Si quis nostram de hac re sententiam requirat, etsi nobis non sumimus hoc, ut plus *Drakenborchio* videamus, fatemur, ex legibus criticis probabiliorem esse lectionem *trepidantium*, quam *pugnantium*; sed ejus defensionem in quibusdam paulo aliter, si nobis res ista tractanda fuisset, instituissemus. Nempe *pugnantium* non displicuisset nobis, quia *Hannibal* secundam aciem tantum invadere jussit, quæ nondum pugnabat; cum utraque acies *pugnantium* nomine intelligi possit, uti in *prælio esse*, vel *stare*, dicuntur, qui sunt in utraque acie, adeoque & ii, qui nondum prælium inierunt, & cum *Livius* disserte dicat, *Hannibalem* jussisse terga *trepidantium* invadere, cum *pedestres acies* oculos animosque certamine præsenti occupassent, Numidasque & secundam & primam aciem invasisse a tergo & avertisse, secundam tantum *priorem* turbasse. *Trepidare* autem hoc loco milites valde usitata ratione dicuntur. Si quis omnia exempla, cum *Gronoviana*, tum *Drakenborchiana*, satis consideret, intelliget, opinamur, in omnibus indicari

dicari non motum aliquem ſimpliciter, ad capeſſendam rem, neque omnem tumultum illum, qui fit ante concurſum, ſed motum cum feſtinatione aliqua, ſive e terrore repentino, ſive quacunque alia ſubita re, ex qua feſtinatione aliquid confuſionis tumultusque oritur. Atque ſic etiam hoc loco milites *trepidare* dicuntur. Nam *Hannibal* ita verſus caſtra Romanorum profectus erat, ut famam prope prævenerit, &, *quo plus terroris objiceret*, acie inſtructa acceſſerat. Id cum Romani vidiſſent, quanquam conſilio & viribus impares erant, tamen audent occurrere *Hannibali*, & *raptim copias* e caſtris *educunt*. Hinc illa *trepidatio*, quam iis *Hannibal*, rem augens etiam, tribuit.

Eodem Libro Cap. 12 ſeq. Livius narrat, ab *Hannibale* Romanum exercitum, cui *Marcellus* præerat, in fugam averſum eſſe, idque *dextræ* inprimis *alæ* culpa, quæ prima ceſſerat, & ſigna deinde amiſit. Hujus culpæ veniam cum milites a *Marcello* peterent, ſeque id maleficium fortitudine penſaturos dicerent, *Marcellus* pronuntiavit, ſe cras ejus rei facultatem iis daturum, & *cohortes, a quibus orta fuga eſſet*, (hoc eſt, *dextram alam*,) *quæque ſigna amiſiſſent, in primam aciem inducturum.* Sed *Cap. 14* idem *Livius* dicit: *Siniſtra ala* ab Romanis, & cohortes, quæ amiſerant ſigna, *in prima acie pugnabant*. Hæc quomodo conciliari poſſint, quæritur. *Perizonius* quidem *Anim. hiſt. pag. 340* dubitat, an peccaverit *Livius*, & *ſiniſtram alam* pro *dextra* ſcripſerit. Id *Dukero*, Viro Cl., non probabile videtur. Unde enim tantus *Livio* ſtupor, tanta negligentia, ut paucis verſibus, non interjecta alius rei narratione, tam repugnantia ſcripſerit. Si quis putet, eandem *alam*, ante *dextram*, nunc *ſiniſtram* vocari, pro diverſo agminis ordine, in dies forte mutato, quæ ratio etiam in acie obtinuerit, quod viros quosdam doctos exiſtimare conſtat, nominatimque *Schelium ad Polyb. Diſſ. XII*; facile e *Livio* refelli poſſe, e cujus pluribus locis intelligi poſſit, alas non a loco, quem in acie tenebant, nomen accepiſſe; neque tamen ſatis conſtare, unde acceperint. Nam *Polybium VI, 34*, nihil aliud docere, quam ſocios, ubi ad edictum Conſulis convenerint, in duas partes diviſos,

C earum-

Pag. 11. eorum catalogo numorum adſcribendum, quos *unicos* vocant
12 ſeq. rei numariæ interpretes. Sunt quidem tres eodem typo in-
ſtructi apud *Patinum*, *Nicaſium*, & *Pedruſium*, ſed ærei, plum-
beus contra præter hunc a nemine commemoratur. Augent
pretium certiſſimæ probitatis & antiquitatis notæ, quas *Capite
tertio* contra objectiones quorundam, quibus de fide numi
20. contraria orta eſt ſuſpicio, Cl. *Schlægerus* defendit. *Jo. Reis-
kius*, qui ſub perſonato nomine *Jani Rutgerſii* latet, omnia,
quæ ſuperſunt, monumenta plumbea ſcriptis ad *Jo. Henr. Eg-
gelingium* ſuper eo argumento literis arguit falſitatis, & probita-
tem plumbi veteris magna contentione impugnat. Ei igitur
ſeſe objicit Cl. *Schlægerus*, &, quamvis plumbum injuriæ tem-
poris præ ceteris ſubeſſe metallis, pauciſſimosque hinc numos
plumbeos exſtare amplius, concedat lubens, attamen, inde haud
conſequi, recte monet, omnem monetam, e plumbo conflatam,
interiiſſe. Quam quidam contra antiquitatem plumbi move-
runt trigam argumentorum, magna confutat ſoliditate, & uſum
26 ſeq. numorum plumbeorum e locis *Plauti* & *Martialis*, quos multi,
inque his *Ludov. Savot*, de numis quibusvis vilioribus accipere
30. maluerunt, egregie confirmat. Laudat *Laur. Pignorii* apparatum
37. monetæ plumbeæ, *Franc. Ficoronii* Opus eximium & ſplendi-
dum, *i Piombini antichi* inſcriptum, & Romæ A. 1741, 4,
editum, commendat, aliaque excitat plumbea, quæ paſ-
ſim in Bibliothecis aſſervantur, monumenta. Præſentis nu-
mi probitatem vel ex improbabili ejus fictione claram reddit
Eruditiſſ. *Schlægerus*. Si enim ſuppoſitum ab Arabe dicas; obſtat
incognitum Arabibus Europæorum ſtudium, plumbeos numos
conquirendi; ſin ab Europæo confictum malis, viam indices,
neceſſe eſt, qua in cryptam, mumiis condendis ſacram, perve-
nerit, quippe a quibus peregrinos omnes ſolicite arcent Arabes.
38. Quid? quod tanta haud ſit artificum noſtrorum dexteritas, ut
oram extimam inæqualem & rugoſam, quæ in *Hadriani* nu-
miſmate eſt conſpicua, conficere more vetuſto queant. *Ca-
pite quarto* uſum ſingularem oſtendit, quem mumiæ numus
41 ſeq. præbere debuit. Non potuit non iſta diſquiſitio occaſionem ſug-
gerere obſervationi de ritu condendi numos cum defunctis. Ri-

tus

tus enim is frequentiſſimus olim inter Græcos, ſolis Hermionenſibus exceptis, fuit, atque a Græcis ad Romanos, a Romanis ad Ægyptios, Gallos, & priorum Seculorum Chriſtianos, tranſiit. Græcis numus ille, quem *obolum* pretio æquaſſe, ex *Lucillii* Epigrammate, *Charontis* apud *Lucianum* interrogatione, & numo Niſæorum, a *Gisb. Cupero* primum recte explicato, patet, πορθμήϊον, πορθμία, ναῦλον, ὄβολος, δανάκη, καρκάδεια, (ſic enim corruptum illud καρκάδοντα apud *Suidam* emendandum cenſet *Schlægerus*,) Romanis, penes quos *trientem* explebat, *æs*, *naulum*, *obolus*, vocabatur. Græci in ore defunctorum, Romani in urnis, aliæ gentes in manibus, abſcondebant; Chriſtiani autem primævi vel in exteriori ambitu ſepulchri, glutino calcis intermixto, affigebant, vel in capulo ad latus cadaveris collocabant. Ne quis dubitet, eum morem in numo plumbeo *Hadriani* tangi, argumento eſt doctrina de *Charonte* pro cymbæ uſu remunerando, quæ ea tempeſtate a Græcis atque Romanis ad Ægyptios dudum fuerat perlata, idemque præterea vile metallum, ex quo conflatus eſt, confirmat. Uſurpatum autem eſt numiſma, anno 18 imperii *Hadrianei* cuſum, ut chronologicus adeſſet character ejus Imperatoris, ſub quo Ægyptius exceſſit vita. *Capite quinto* adverſum illuſtrat numi latus, in quo caput *Hadriani* Cæſ. cum inſcriptione: ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΔΡΙΑΝ. ΣΕΒ. exprimitur. Cl. *Schlægerus* venuſtas ſpargit obſervationes, duplicem nominis Cæſarei orthographiam cum & ſine adſpiratione defendit, *Jo. Harduini* de nudo capite *Hadriani* ſomnia traducit, ex facie mores atque ingenium Principis dijudicat, & ex calamiſtratis quidem cincinnis laſciviam, ex coma ad ſupercilia defluente ſævitiam, ex capite in occiput magis, quam ſinciput, prominente ſingularem memoriæ & ingenii virtutem, ex oculis ſublatis arrogantiam & ambitionem. Singula hæc idoneis ſcriptorum teſtimoniis illuminat, primumque *Hadrianum* inter Imperatores aluiſſe barbam, notat; data etiam occaſione, lauream coronam ſub Imperatoribus ſummæ dignitatis indicium fuiſſe, probat. *Capite ſexto, ſeptimo, octavo, & nono*, averſum numi latus paulo curatius conſiderat. Duæ adſunt icunculæ. Quæ eſt dextrorſum

Pag. 51 ſeq. — 47. — 59. — 64. — 65. — 71 ſeq. — 68 ſeq. — 81.

trorſum poſita, ex mente *Patini* & *Nicaſii*, quibus *Paulus Pedruſius* contradixit, Canobum denotat, Numen Ægyptiorum. Priorum ſententiam amplectitur *Schlægerus*, alteramque figuram, quam Canobi eſſe, *Pedruſius* exiſtimat, ex ſignis adjectis *Iſidem* exhibere, cenſet. Corroborat conjecturam hydria, cui caput virile potius, quam muliebre, impoſitum ſpectatur, quæque Canobo exprimendo utplurimum inſervit; nec non capitis ornamentum, ſimile alii, quod in gemma *Maffejana* apud *Montefalconium Antiq. expl. Tom. II P. II pag. 320* reperitur. Erudite obſervat Cl. *Schlægerus*, urnam, in qua aqua Nili, turbida plerumque, tepida & calida reddebatur, ſub hydriæ elogio Ægyptios intellexiſſe, eaque re Nilum hieroglyphice repræſentaſſe; capite autem virili Canobum urbem, quæ ad ripam fluminis ſita erat, & alis, capiti junctis, navium Canobicarum agilitatem indicaſſe. Aperit ſimul hæc annotatio campum, in Ægyptiacas circa idolum Canobi tenebras, & fabuloſas de origine ejus narrationes, excurrendi, variaque ſimul, nondum ſatis diſcuſſa, de urbe Canobitarum tradendi. Concludit tandem ex his omnibus, e civitatis Canobicæ decreto in *Hadriani* honorem percuſſum fuiſſe numum, & exempla urbium Ægyptiacarum, patria Numina in numis exprimendi, pluribus exemplis probat. *Iſidis* alteram eſſe figuram, contendit, ut ſupra monuimus, *Schlægerus*. Colligit id 1) ex cornubus, quæ in vertice ſpectantur, & proprium quaſi *Iſidis* indicium conſtituunt; 2) ex pennis vulturis, in medio cornuum expreſſis, & in altum porrectis; 3) ex globulo inter pennas & cornua collocato; 4) ex capillitio ad humeros defluente, & temporibus circumfuſo. Poſthæc in caput mythologiæ Ægyptiæ de *Iſide* diva egregie inquirit, ſub eaque patriam coluiſſe ſuam Ægypti cives, perhibet; Canobi vero comitem ideo eſſe ſcribit, ut a Canobitis Ægypti, non Africæ, incolis numum ſignatum conſtet. Pervulgatus enim gentium antiquarum mos eſt, urbes homonymas hieroglyphicis ſignis inter ſe diſtinguendi. Sic,

Pag. 161 ſeq.

cum *Seleucus Nicator* in variis Aſiæ, tam minoris, quam majoris, regionibus novem condidiſſet urbes, a nomine ſuo *Seleucia* appellatas, illi, qui *Seleuciam* in novem illis principem propemodum

modum, & ad maris Syrii litus exstructam, incolebant, ut ab aliis distingui possent *Seleuciis*, a regione Pieria, cui erat ornamento, in ære suo Σελευκίαν Πιερίας, vel Σελευκίαν τὴν ἐν Πιερίᾳ, cognominarunt. Testimonio sunt complures numi, qui passim in Voluminibus numismaticis exstant, quorumque numerum augent bini, nunc primum, suggerente R. P. *Car. Granellio*, S. J. Sacerdote, divæ *Amaliæ Augustæ* ab obsequiis, in publicum emissi. Binæ, quas hactenus lustravimus, figuræ stant ad ostium templi, cujus contemplationi *Caput octavum* tribuit Cl. *Schlægerus*. Canobi autem esse fanum, conjicit, quod passim
a *Stephano Byzantino de Urbibus* v. Κάνωβος, & *Dionysio Perie-* Pag. 164.
geta in Orbis descr. v. 13, commemoratur, quod oraculis & in-
cubationibus, medicinæ causa factis, clarum *Pausanias* perhibet, 166.
quod splendore & magnificentia vel in numo plumbeo *Hadria-* 170.
ni est coruscum, quod denique ob scholam, ab *Antonino*, Philosopho Platonico, ibi instructam, in *Eunapii Vitas Philos. & Sophistarum pag. 68 seq.* cum eoque ad posteritatem, migravit. Idem Autor dira fata, quæ imperante *Theodosio M.* fano Ca-
nobi contigerunt, *pag. 73* describit: Καὶ τὰ περὶ τὸν Κάνω- 176.
βον ἱερὰ ταυτὸ τοῦτο ἔπασχεν. Θεοδοσίου μὲν τότε βασιλεύοντος, Θεοφίλου δὲ προστατοῦντος, τῶν ἐναγῶν ἀνθρώπου τινὸς Ευρυμέδοντος, ὃς ποθ᾽ ὑπερθύμοισι γιγάντεσι βασίλευσεν, Ευεργίου δὲ τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν ἄρχοντος, Ρωμανοῦ δὲ τοὺς κατ᾽ Αἴγυπτον στρατιώτας πεπιστευμένου, οἵτινες ἅμα φραξάμενοι κατὰ λίθων καὶ λιθοξόων θυμὸν ἐπὶ ταῦτα ἀλλόμενοι, πολέμου δὲ μήτε ἀκοὴν ὑφιστάμενοι, τῷ τε Σαραπείῳ κατελυμήναντο καὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπολέμησαν, ἀνανταγώνιστον καὶ ἄμαχον νίκην νικήσαντες τοῖς αὐτὰ ἄλλα καὶ ἔκλεπτον καὶ τάξις ἦν αὐτοῖς πολεμικὴ τὸ ὑφελόμενον λαθεῖν· τοῦ δὲ Σαραπείου μόνον τὸ ἔδαφος οὐχ ὑφείλοντο, διὰ βάρος τῶν λίθων· οὐ γὰρ ἦσαν εὐμετακίνητοι· συγχέαντες δὲ ἅπαντα καὶ ταράξαντες, οἱ πολεμικώτατοι καὶ γενναῖοι καὶ τὰς χεῖρας ἀναιμάκτους μὲν οὐκ ἀφιλοχρημάτους δὲ προτείναντες, τούς τε θεοὺς ἔφασαν νενικηκέναι καὶ τὴν ἱεροσυλίαν καὶ τὴν ἀσέβειαν εἰς ἔπαινον σφῶν αὐτῶν κατελογίζοντο. εἶτα ἐπεισῆγον τοῖς ἱεροῖς τόποις τοὺς
καλουμένους μοναχούς. Denique *Capite nono* chronicam notam, 178 seq.

Græcis literis expressam, LIH interpretatur, &, annum XVIII imperii *Hadrianei* significare notat Cl. *Schlægerus*. Non miratur
Pag. 184 seq. Vir Doctissimus, tot urbes, inprimis Ægyptias, in *Hadriani* honorem cudisse numos. Hanc enim provinciam non ipse solum sæpius, &, numerante *Ant. Pagio* in *Critica Annalium Baronii*, sexies, præsentia exhilaravit sua, sed & ornamentis ac beneficiis compluribus, aquis, portubus, frumento, operibus publicis, pecunia, ludis, & honoribus, *Xiphilino* narrante *Lib. LXIX pag. 790 B*, sibi devinxit; unde in numo apud *Franc. Mediobarbum* RESTITVTOR ÆGYPTI appellatur. Super-
187. est gemmula, in ventriculo medicati funeris Ægyptii reperta, cujus typum & descriptionem *Caput decimum* Commentationis continet. Est autem Sarda Ægyptia ovata, convexa, & incisa; fœminam, bovilla cum vulturinis pennis & globulo intermedio gestantem cornua, id est, *Isidem*, repræsentans. Ne quis miretur, quo pacto in ventriculum cadaveris venerit numus, monet Cl. *Schlægerus*, solitos fuisse Ægyptios varia utensilia defunctorum corporibus adjicere, ut, quam quisque vivus professus sit artem, inde liquido intelligeretur. Ex his colligit, addictum sculptoriæ arti hominem fuisse, qui hunc numum mortu-
190. us ventriculo habuit absconditum, sculptam autem ab eo gemmam, ut esset alii cuidam contra diversos Ægypti morbos præsidio. Ceterum toto hoc, quem recensuimus, libello Cl. Autor id assequitur, quod arduum in scribendo *Plinius* arbitratur, ut vetustis novitatem det, obscuris lucem, dubiis fidem. Similem, optamus, præstet industriam in binis, quas sperare jubet, lucubrationibus, quarum altera recto plumbeorum numorum usui, altera Numini *Panis*, lucem adhuc desideratam accendet.

T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM AB U. C. Libri, cum Notis variorum, vel integris, vel excerptis, Curante ARN. DRAKENBORCH.

Tomus IV.

Amstelodami, apud Jo. Wetstenium & G. Smith, & Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, 1741, 4 maj.
Alph. 6.

De

De hoc *Volumine Drakenborchiani Livii* cum dicere instituimus, nihil attinet repetere ea, quæ de hujus Operis ratione & laudibus in universum alio loco sunt a nobis prolata. Itaque nihil aliud faciendum restat, nisi ut, more modoque nostro usi, per totum hoc *Volumen* eundo, e *Dukerianis Drakenborchianis*que animadversionibus quædam commemoremus, quæ aut ad constituendum, aut illustrandum, *Livianum* contextum pertinere videantur; si forte Lectoribus nostris vel sic cognoscendi totius Operis cupiditatem movere possimus. Et, quoniam nonnullos apud nos audimus de *Drakenborchianis* Commentariis ita judicare, ut, eos nimis ariditate critica laborare, dicant, quod in iis nihil inveniant, si cujus rei explicationem quærant, non jam quidem in universum pro *Drakenborchio* disputabimus, tum, quod, sive ipsum, malumus, in Præfatione, sive, toto Opere absoluto, ipsi in his *Actis* eam caussam agere, tum, quod, fabulam toties a *Burmanno* aliisque narratam ne nunc quoque surdis narremus, veremur. Ceterum illud operam dabimus, ut exemplis, e singulorum prope librorum Commentariis, doceamus, rebus obscuris & nondum satis illustratis Viros Cel. *Dukerum* & *Drakenborchium* non defuisse. Si quis vero de *lectisterniis* forte, *Minerva Itonia*, de *hastato primo*, & similibus rebus, quærit, is non in his Commentariis quærere debet, sed illas semidoctorum delicias, *Pitisci Lexicon Antiquitatum*, & *Commentarios Suetonianos*, adire. Sed ad rem veniamus.

Lib. XXVII Cap. 1 exponitur de prælio inter Romanos & Carthaginienses ad Herdoneam gesto. In eo *Hannibal* hac arte usus dicitur, ut Numidas juberet circumvehi exercitum Romanorum, & partem castra hostium, partem terga, invadere. Ibi non convenit satis inter doctos, utrum legendum sit *terga* pugnantium *invadere*, an *terga* trepidantium *invadere*. Illa lectio in quibusdam Codicibus MStis & editionibus reperitur. Antiquissimæ tamen editiones & plerique Codices habent *oppugnantium*. Ea lectio quia huc non quadrat; *Gronovius*, cum in optimo Codice *Puteani* invenisset *oppidantium*, rescripsit *trepidantium*, eamque vocem putavit secretiore significatu hic esse *satagere, commovere*

movere se. Id *Doujatius* sibi displicere ostendit, tum quod id verbum in nullo Codice reperiretur, tum quod illa vis rarior esset. Neque probavit ea se emendatio Cl. *Crevierio*, qui *trepidare* semper aliquid incompositi tumultus notare putat, cujus nullum hic vestigium reperiatur. Itaque uterque *pugnantium* servavit. *Drakenborchio* contra *Gronoviana* emendatio ita arrisit, ut eam in contextu retinuerit. Nam, quod ad *Doujatianas* dubitationes attineat, primo, etsi non totidem literis ea lectio in Codicibus MStis reperiatur, tamen manifesta ejus vestigia in Codice *Puteani* & Florentino, in quo ipse quoque *oppidantium* repererit, deprehendi; deinde illam significationem verbi *trepidare* in pluribus locis *Livianis*, præter ea, quæ *Gronovius* jam adduxerat, inveniri. *Crevierium* recte *trepidationi* aliquam *tumultus* significationem tribuere; sed plerumque talem indicari tumultum, qui in prælii initio esse soleat, antequam milites concurrere cœperint, qualisque hic indicetur. Neque enim *Hannibalem* jussisse invadere in prima acie pugnantes, sed in secunda acie positos, qui nondum pugnam inceperant, unde etiam *pugnantium* hoc loco sibi non placeat. Si quis nostram de hac re sententiam requirat, etsi nobis non sumimus hoc, ut plus *Drakenborchio* videamus, fatemur, ex legibus criticis probabiliorem esse lectionem *trepidantium*, quam *pugnantium*; sed ejus defensionem in quibusdam paulo aliter, si nobis res ista tractanda fuisset, instituissemus. Nempe *pugnantium* non displicuisset nobis, quia *Hannibal* secundam aciem tantum invadere jussit, quæ nondum pugnabat; cum utraque acies *pugnantium* nomine intelligi possit, uti in *prælio esse*, vel *stare*, dicuntur, qui sunt in utraque acie, adeoque & ii, qui nondum prælium inierunt, & cum *Livius* diserte dicat, *Hannibalem* jussisse terga *trepidantium* invadere, cum *pedestres acies* oculos animosque certamine præsenti occupassent, Numidasque & secundam & primam aciem invasisse a tergo & avertisse, secundam tantum *priorem* turbasse. *Trepidare* autem hoc loco milites valde usitata ratione dicuntur. Si quis omnia exempla, cum *Gronoviana*, tum *Drakenborchiana*, satis consideret, intelliget, opinamur, in omnibus indicari

dicari non motum aliquem ſimpliciter, ad capeſſendam rem, neque omnem tumultum illum, qui fit ante concurſum, ſed motum cum feſtinatione aliqua, ſive e terrore repentino, ſive quacunque alia ſubita re, ex qua feſtinatione aliquid confuſionis tumultusque oritur. Atque ſic etiam hoc loco milites *trepidare* dicuntur. Nam *Hannibal* ita verſus caſtra Romanorum profectus erat, ut famam prope prævenerit, &, *quo plus terroris objiceret*, acie inſtructa acceſſerat. Id cum Romani vidiſſent, quanquam conſilio & viribus impares erant, tamen audent occurrere *Hannibali*, & *raptim copias* e caſtris *educunt*. Hinc illa *trepidatio*, quam iis *Hannibal*, rem augens etiam, tribuit.

Eodem Libro Cap. 12 ſeq. Livius narrat, ab *Hannibale* Romanum exercitum, cui *Marcellus* præerat, in fugam averſum eſſe, idque *dextræ* inprimis *alæ* culpa, quæ prima ceſſerat, & ſigna deinde amiſit. Hujus culpæ veniam cum milites a *Marcello* peterent, ſeque id maleficium fortitudine penſaturos dicerent, *Marcellus* pronuntiavit, ſe cras ejus rei facultatem iis daturum, & *cohortes, a quibus orta fuga eſſet*, (hoc eſt, *dextram alam*,) *quæque ſigna amiſiſſent, in primam aciem inducturum*. Sed *Cap. 14* idem *Livius* dicit: *Siniſtra ala* ab Romanis, & cohortes, quæ amiſerant ſigna, *in prima acie pugnabant*. Hæc quomodo conciliari poſſint, quæritur. *Perizonius* quidem *Anim. hiſt. pag. 340* dubitat, an peccaverit *Livius*, & *ſiniſtram alam* pro *dextra* ſcripſerit. Id *Dukero*, Viro Cl., non probabile videtur. Unde enim tantus *Livio* ſtupor, tanta negligentia, ut paucis verſibus, non interjecta alius rei narratione, tam repugnantia ſcripſerit. Si quis putet, eandem *alam*, ante *dextram*, nunc *ſiniſtram* vocari, pro diverſo agminis ordine, in dies forte mutato, quæ ratio etiam in acie obtinuerit, quod viros quosdam doctos exiſtimare conſtat, nominatimque *Schelium ad Polyb. Diſſ. XII*; facile e *Livio* refelli poſſe, e cujus pluribus locis intelligi poſſit, alas non a loco, quem in acie tenebant, nomen accepiſſe; neque tamen ſatis conſtare, unde acceperint. Nam *Polybium VI, 34*, nihil aliud docere, quam ſocios, ubi ad edictum Conſulis convenerint, in duas partes diviſos,

C earum-

earumque alteram dextram, alteram finiſtram, appellatam eſſe. Ipſe autem conjectura quadam ducitur, ut credat, nomina iis a loco impoſita eſſe, quo in caſtris tendebant. Conf. ad *XXXI, 21.* Hujus igitur difficultatis expediendæ hanc rationem, haud paulo probabilem, init Cel. *Drakenborchius*, ut totum locum ſic emendandum cenſeat: *Siniſtro* ala ab Romanis & cohortes, quæ amiſerant ſigna, in prima acie pugnabant, & legio *duodevicesſima* (non *vicesſima*, vid. *Cap. 12,*) ab *dextro cornu* inſtructa. Ita copiæ, quæ ſuperiori die rem male geſſerant, in prima acie ſunt. Ita duo cornua ſunt, ſiniſtrum & dextrum, quæ hoc magis huic loco conveniunt, quod paulo poſt dicit *Livius: Cornibus* præerant.

Lib. XXVIII ad Cap. 30 contra *Salmaſium* in *Obſ. ad Jus Rom. & Att. pag. 713* oſtenditur, celeritatem navium apud veteres non eſſe numero remorum judicandam. *Salmaſius* videtur in mente habuiſſe locum *Livii XXX, 25*, in quo *quinqueremis* celerior *quadriremibus* dicitur fuiſſe, & ex eo collegiſſe, remorum multitudinem navibus celeritatem addidiſſe. Sed ei repugnat locus *Livii*, ad quem hæc diſputantur, in quo videlicet *quinqueremis* tardior *triremi* traditur fuiſſe. Nihil ſane certi de ea re videtur ſtatui poſſe. Ceterum, ut hodie ejusdem generis navium aliæ aliis ſunt velociores vel tardiores; ita olim quoque majores minoribus modo celeriores, modo tardiores, videntur fuiſſe, cum aliis de cauſis, tum quod aliæ aliis inſcitius factæ eſſent. Neque vero, ut quæque navis plures remorum ordines habebat, ita celerior fuit; id quod ex eis, quæ de *Octaviani* & *Antonii* claſſibus apud *Florum IV, 2*, traduntur, apparet.

Pag. 264. Nondum ſatis illuſtratus eſt de *Lautiis* locus. *Scaliger* ad *Feſtum* eadem *loca lauta* dicta ſcribit, quod probari non poteſt, cum *Livius* ſæpe *loca* a *lautiis* diſtinguat. Multi interpretantur generatim *munera*. Sed, cujus generis munera fuerint, quæritur, cum *Livius*, iis interdum alia munera, tanquam pecuniam, acceſſiſſe, tradat. *Salmaſius*, *Marcellus Donatus*, *Dodwellus*, aliique, cenſent, res ad victum epulumque neceſſarias fuiſſe. *Scioppius* quidem affert etiam e Gloſſis ἐνδομενία,

δομενία, *supellex*, ἐνδομενία ξυλίνη, *lignea supellex*, ἐνδομενίαι, *lautia*. *Charisius* quoque interpretatur *lautia*, *supellex*, quæ auctiora habet e MSto *Schottus* in *Obs. I, 14*, *hæc supellex*, ἐνδομενεία, & *lautia* ἐνδομενεῖαι. Si recte ita Græce interpretantur *lautia*, ea nihil aliud fuisse videntur, quam necessaria *supellex*, & instrumentum domesticum; nam, hanc esse propriam significationem Græcæ vocis, ostendunt Interpretes ad *Pollucis X, 12*. Sed Latinum *lautia* plura videtur complecti. Nam *Livius XLII, 6, XLV, 14 & 45*, legatis & regibus, eorumque filiis, *sumtum*, quoad in Italia essent, *præbitum* scribit. *Valerius Max. V, 1, 1*, *Prusiæ* publice *domum* conductam, & *copias* ipsi comitibusque benigne præbitas. *Ptolemæo munera* quotidie per Quæstorem data. Græci vocant παροχάς, *Polybius Exc. Leg. 25, 56, 125*, & interpretatio Græca SCti A. U. 675 facti apud *Gruterum III*. Παροχὴ autem latius patet *supellectili*, eoque verbo etiam, quæ ad victum pertinent, comprehendi possunt.

Lib. XXIX Cap. 6 Q. Pleminius Proprætor appellatur. Id *Pighius* in eam partem interpretabatur, ut, eum extra ordinem Locros cum imperio pro Prætore a populo missum, putet. Sed recte ostendit Cel. *Dukerus*, ei sententiæ obstare primum illud, quod idem *Pleminius Scipionis* legatus fuit *Cap. 8, 9, 16*. Quomodo autem, qui ipse imperium habet, alterius legatus esse potest? Deinde, quod ei *Scipio* catenas injici jussit, ut quidam tradiderunt, *Cap. 21*, quod in imperium a populo habentem non licet. Itaque Vir Clariss. credit, *Pleminium* ita *Proprætorem* dici, ut *Centenius XXII, 8*, & alii apud *Gruchium Cap. 5 Refut. adv. Sigon. poster. disput. h. e.* Nam, quod ei fasces & lictores, imperii insignia, tribuuntur *Cap. 9*; legati, mandante vel absente Imperatore, imperium & insignia habere potuerunt. Vid. *Cicero ad Fam. XII, 30, in Verr. I, 26, 28*. Atque ita accipiendum est, cum Viri docti, *Manutius, Lipsius, Lambinus*, aliique, passim scribunt, legatos lictoribus & fascibus usos fuisse.

Disputatum est inter eruditos, Equites Romani an, magistratu capto, aut a Censoribus in senatum lecti, equum publicum amiserint. *Manutius* quidem putabat, eos equum retinere potuisse, adstipulante *Gruchio de Comit. Cap. 4*. Contra hanc ejus Pag. 393.

 senten-

ſententiam in alteram partem diſputavere *Sigonius de Ant. Jure Civ. Rom. II, 3,* & *Grævius* in Præfatione *Tom. I Theſ. Ant. Rom.* Neque vero *Manutium* putabant juvari loco *Liviano XXIX, 37,* ubi *ambo cenſores equum publicum habuiſſe* dicuntur; propterea, quod ii non lectione Cenſorum, ſed jure magiſtratus, in ſenatum venerint. Verum hic ſtatim exoritur illa dubitatio, unde conſtet, vel, hos Cenſores jure magiſtratus, non lectione, in ſenatum veniſſe, vel, *Scipionem Aſiaticum,* qui, cum A. U. 563 Conſul fuiſſet, A. U. 569 equum publicum habuit. Vid. *Liv. XXXIX, 44.* Neque ratio ulla probabilis afferri poteſt, quare lecti Senatores equum amiſerint. Itaque potius ſtatuendum videtur, Senatores, quocunque modo in Senatum perveniſſent, equum publicum & retinere potuiſſe, ſi per robur ætatis adhuc militare poſſent, ut hi Cenſores fecere, & reddere, ut *Pompejus, Plutarcho* autore, in primo Conſulatu fecit. *Sigonii* autem ſententia hoc potiſſimum argumento nititur, quod ordinem equeſtrem jam illo tempore in civitate Romana medium inter ſenatum ac plebem fuiſſe credidit, & ab utroque diſtinctum. Sed de hoc nondum ſatis liquet, propterea, quod & ante & poſt hæc tempora tantum duo ordines, *ſenatus* & *populus, patres* & *plebs,* ſine ulla equeſtris, tanquam tertii, ordinis mentione, memorantur, nec, ut *patrum* & *plebis,* ſic *equeſtris ordinis, jura* dicuntur. Ante *C. Gracchi* & legum judiciariarum ætatem vix quisquam tres ordines civium eo ſenſu dixiſſe videtur, quo *Plinius Hiſt. Nat. 33, 1,* ſcribit: *annuli plane medium ordinem tertiumque patribus & plebi inſeruere.*

Lib. XXX Cap. 18 mentio fit *equitum illuſtrium.* Eorum frequens mentio eſt apud *Tacitum,* ad quem multa de iis docti interpretes ſcripſere. *Lipſius ad Ann. XI, 4,* eorum originem ad ætatem *Auguſti* refert. *Ryckius* contra *ad Ann. II, 59,* poſt *Pichenam,* dudum ante *Auguſtum,* libera adhuc republica, *equites illuſtres* fuiſſe contendit, idque hoc *Liviano* loco comprobari dicit. Sane etiam apud *Ciceronem Verr. III, 24, equitum illuſtrium* mentio eſt; ſed ii opponuntur ibi *equitibus obſcuris & ignotis.* Atque hoc ſenſu ſine dubio etiam dixit *Livius,* ut non alii ſint, quam equites clari, nobiles, ſive genere, ſive opibus,

ſive

ſive virtute & fortibus factis, ſive quacunque alia re, quæ eos præter ceteros claros effecerat, qui frequenter *ſplendidi* apud *Ciceronem* dicuntur. Sed ab his valde differunt *equites illuſtres Taciti*. Nam hi, ut *Lipſius* oſtendit, fuere ii, quibus, propter cenſum ſenatorium, licebat veſte ſenatoria uti. Quare *Ryckius* debebat oſtendere, etiam libera republica receptum hoc fuiſſe, ut equites veſte ſenatoria uti poſſent, ſi cenſum ſenatorium haberent.

Eodem Libro Cap. 38 injicitur mentio *ædis Veneris Erycinæ extra portam Collinam.* Jam ædem Veneris Erycinæ vovit & dedicavit *Fabius* ex libris Sibyllinis *XXII, 9, XXIII, 31.* Sed ea hic intelligi nequit, cum dedicata ſit, autore *Livio*, in Capitolio. Præter eam fuit alia ædes Erycinæ extra vel ad portam Collinam, de qua *Donatus* & *Nardinus* loca *Ovidii*, *Appiani*, & *Strabonis*, congeſſere. Sed ea dedicata eſt a *L. Porcio L. F. Licino*, ut ipſe *Livius* tradit *XL, 34*, hoc eſt, annis viginti amplius poſt hunc annum, in cujus rebus exponendis hic *Livius* verſatur. Itaque aut erravit *Livius*, aut per prolepſin locum ita vocavit, ubi poſt ea ædes condita eſt.

Lib. XXXI Cap. 5 aruſpices reſpondent, læta exta fuiſſe, *prolationem finium*, victoriamque, & triumphum, portendi. *Perizonius* ex hac ſimilibusque *Livii* locis in *Anim. hiſt. pag. 229* colligebat, triumphum conceſſum, niſi prolatis bello finibus, non fuiſſe; in eaque re utebatur etiam *Valerii* teſtimonio, qui *II, 8, 4*, cautum fuiſſe tradit, *ut pro aucto imperio, non pro recuperatis, quæ populi Rom. fuiſſent, triumphus decerneretur.* Ea ſententia non probatur Cel. *Dukero*. Nam primo ex lege, qua idem *Valerius II, 8, 1*, cautum fuiſſe dicit, *ne quis triumpharet, niſi qui quinque millia hominum una acie cecidiſſet*, apparet, in triumpho decernendo non tam prolatorum victoriæ finium, quam victoriæ magnitudinis, rationem habitam. Apud *Livium* hujus ipſius *Libri Cap. 48*, qui *L. Furio* triumphum, adverſantibus multis, decernebant, non dicunt, ſenatum in ea cauſa ſpectare debere *prolationem finium*, ſed *pugnam ipſam, eventumque pugnæ, fuſos cæſosque hoſtes, caſtra capta ac direpta, coloniam obſidione liberatam.* Deinde multi triumpharunt, qui, ſi proprie

 loqui

loqui velis, fines imperii non protulerunt, tanquam ii, qui sub initia libertatis triumpharunt, & aliquandiu post; item *M. Livius Salinator*, & *C. Claudius Nero*, qui *Asdrubale*, & *L. Furius*, qui Bojis victis triumpharunt, apud *Liv. XXVII, 9, XXXI, 48*, nec non qui triumphos navales egerunt. Ex his intelligitur, primum, legibus de triumphis prohibitos fuisse triumphare eos, qui nihil aliud, quam amissa, recuperassent; quibus tamen, si simul magna clade affecissent hostes, triumphum negatum non fuisse, ex iis, quæ de *L. Furio* prodit *Livius*, colligi potest, deinde, non prohibitos esse triumphare, qui quinque millia hostium una acie cecidissent, etiamsi fines imperii non protulissent.

Lib. XXXII Cap. 7 Censores dicuntur portoria venalium Capuæ Puteolisque, item *castrorum portorium*, quo in loco nunc oppidum est, fruendum locasse. *Dukerus*, se nescire, ait, quæ, aut quo loco, castra illa fuerint. *Drakenborchius* autem ea in Campania quærenda existimat, quod ceteræ urbes ejus provinciæ sunt, quorum portorium eodem tempore locatum dicitur. Præterea, conjectura quadam, non sane improbabili, ductus, putat, intelligi posse castellum, ad ostium Vulturni tempore belli Punici secundi communitum, de quo est apud *Livium XXV, 20*: *ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castellum communitum*; atque hoc magis, quod eodem modo de illo castello & his castris loquitur. Sed in hoc portorio castrorum a duobus doctis viris ridicule erratum est. Nam *Sigonius de Ant. Jur. Ital. II, 5*, *castrorum portorium* inter colonias recenset; neque id advertit Commentariorum in illud opus compilator Italicus, *Madernus*. *Bulengerus* vero *de Vectig. Cap. 6* ex hoc loco docere instituit, fuisse *portoria rerum venalium & castrorum*, quem refutavit *Burmannus de Vectig. pag. 51.*

Eodem Libro Cap. 16: *Jussitque, ut*, quæ ex sua classe venissent naves, Euboeam *peterent*. *Crevierio*, Viro Cl., in mentem veniebat, legendum: *jussitque, ut quæque ex sua classe venissent naves, Euboeam petere*. Cel. *Drakenborchius*: *jussitque, ut quæque* &c. reperit in Codice aliquo *Loveliano*, item in quinque aliis, *ut quæque*. Sed iidem etiam habent *jussit* vel *jussis*, omissa

copula

copula; ut in illis *ea* tantum ad aliud verbum rejectum videatur. At omnes constanter *peterent.* Jam, cum quædam apud bonos scriptores, in locis nullius corruptionis suspectis, exempla occurrant, ubi verbo *jubere* jungitur conjunctivus cum *ut*, sive expresso, sive intellecto, quorum egregiam copiam hic Vir Cl. attulit, vulgata lectio hic stare potest. Atque in universum hoc de ea re tenendum, ubi variant Codices, infinitivum esse præferendum, ubi in conjunctivo conspirant, eorum consensum non spernendum esse; quod etiam *Dukero* videbatur *ad XXIII, 21.*

Lib. XXXIII Cap. 26 commemoratur *L. Julius Sequestris.* Eius cognomen merito suspectum esse debet, primum, quia nomen appellativum, unde ducitur, est *sequester*, non *sequestris*; deinde, quia nec *sequester*, nec *sequestris*, cognomen gentis *Juliæ* fuit. *Lycosthenes* in *Supplem. Obsequentis* edidit: *L. Julius* equestris *in Sabinos proficiscens*, ut jungatur, *equestris proficiscens*, pro *equo proficiscens.* Id, etsi sine exemplo esse dicit Cel. *Dukerus*, & id diu post *Livium* demum a *Tacito* dictum *Ann. XIII, 60, apud equestres, qui Ægypto præsiderent*, tamen aliqua ratione analogia videtur defendi posse, quod *pedester* & *pedes* sic dicitur. Nam *pedestrem* & *peditem proficisci* bonæ latinitatis Autores dicunt, pro *pedibus proficisci*, & Vir Cl., ut post videbimus, ipse conjicit, legendum: *eques proficiscens*, pro *equo proficiscens.* Sed nobis videtur *Lycostheni* illud obstare, quod *Cicero* & *Livius* masculinum semper faciunt *equester*, non *equestris*, quæ forma est generis fœminini, neque huc quadrat. Nam *XXVII, 1*, variant Codices. Quare, si *Lycosthenes* legisset: *L. Julius equester proficiscens*; non adeo absurdum nobis videretur, etsi *Dukerianum*, *eques*, melius putamus. Cl. *Dukero* ab initio in mentem venit, legendum: *L. Vibius Sequester*, quod *Sequester* est cognomen ejus *Vibii*, cujus *de Fluminibus* libellus exstat, & *Vibii Juliique* etiam in MStis *Ciceronis ad Fam. VIII, 8*, & *Valerii Max. III, 2, 20*, permutantur. Sed hanc conjecturam deinde repudiavit, propterea, quod e cognomine scriptoris ex infima ætate non potest probari, eum ad vetustiorem gentem *Vibiam* pertinuisse, aut in ea cognomen

Seque-

Sequester fuiſſe. Quid? quod dubitari poteſt, an gens *Vibia* tempore belli Macedonici primi jam inter Romanas gentes fuerit. E *Livio* quidem ſatis conſtat, *Vibius* prænomen Italicum fuiſſe. Nam *XXIII, 6*, commemorat *Vibium Virium*, Campanum; *XXVI, 13, Vibium Accuæum*, Pelignæ cohortis præfectum, &c. Sed *Vibia gens Romana* non ante extrema fere reipublicæ liberæ tempora nominatur. Nec abhorret a vero, eam, cum Italicæ ſtirpis eſſet, civitate Romana donatam, ſibi e priori prænomine nomen gentis adſciviſſe, quod de *Gelliis* quoque, *Herenniis*, *Mariis*, non abſurde videtur dici poſſe, quæ itidem prænomina Italica fuere. Itaque ſuſpicatur Vir. Cl., primum fuiſſe: *L. Julius eques in Sabinos proficiſcens*, ac deinde ſcribam, alio dictante, perperam excepiſſe *L. Juliu Seques*, vel *L. Julius Seques;* cumque hæc palam vitioſa eſſent, poſtremo inde ortum inauditum cognomen *Sequeſtris*.

Lib. XXXIV, 45, in Triumviris coloniæ deducendæ commemoratur *C. Plætorius Croto*, pro quo in nonnullis libris eſt etiam *Letorius* & *Lectorius*, quæ varietas fere in omnibus locis reperitur, ubi aut *Lætorii*, aut *Plætorii*, mentio fit. Quod esſet hoc minus mirandum, ſi verum eſſet, quod *Urſinus ad Numos Famil.* in gente *Plætoria* contendit, eandem gentem *Plætoriam* & *Lætoriam* fuiſſe, & ab aliis hoc, ab aliis illo, nomine appellatam. Argumentis quidem utitur his: quod, qui a *Livio II, 27, M. Lætorius* dicitur, a *Valerio Max. IX, 3*, vocatur *M. Plætorius;* tum, quod *M. Plætorius Ruſtianus*, qui *Scipionem* in Hiſpaniam ſecutus eſt, in MStis *Hirtii de Bel. Afr. Cap. 96* modo *Plætorius*, modo *Lætorius*, nominatur; denique, quod leges, ab hac familia latæ, modo *Plætoriæ*, modo *Lætoriæ*, dicantur. Sed Cl. *Drakenborchius* has *Urſini* rationes egregie convellit. Diverſæ ſane gentes *Lætoria* & *Plætoria* fuere, illaque hac antiquior. Vid. v. c. ad *II, 27, 6*. Apud *Valerium Max.* ex *Livio M. Lætorio* legendum, viri docti monuere. Apud *Hirtium* in omnibus MStis conſtanter legitur *Plætorio;* neque ipſe *Urſinus* in notis ad eum vel verbo de aliqua varietate MStorum monuit. Denique ex utraque gente orti leges tulere; unde mirum non eſt, *Lætorias* & *Plætorias leges* commemorari.

Eodem

Eodem Libro Cap. 50 ita, ut plurimis aliis locis, mentio est *Duumviri* ædis dedicandæ causa creati. De his locis egit *Gronovius ad XXIII, 30*, sed ita, ut non satis intelligi possit, an existimaverit, non obstare appellationem *Duumviri*, quo minus, cum *Livius* ædem aliquam a Duumviro dedicatam scribit, tantum unus creatus sit. *Dukero*, Viro Cl., hoc munus semper duobus injunctum videtur. Ratio docet, unum hominem, cui alicujus rei curatio imponatur, *Duumvirum* dici non posse, etsi, duobus creatis, uterque *Duumvir* recte dicitur. Nec quisquam dubitat, hoc nomen dedicantibus a numero impositum. Vid. *Livius XXIII, 21.* Quod autem interdum unus tantum memoratur, id fieri potuit, quod ei vel sorte evenerat, vel a populo nominatim datum erat, quod est præcipuum in dedicatione, hoc est, postem tenentem precationem, & alia maxime solennia, peragere. Nec adversatur, quod *XXIII, 30*, scribit; *Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius ad populum ferret, ut Q. Fabium Duumvirum esse juberent ædis dedicandæ causa.* Nam e *Cap. 31* liquet, non latum, ut *Fabius* solus crearetur, sed ut duo Duumviri, *Fabius* ædi *Veneris*, *Otacilius* ædi *Mentis*, dedicandæ. Ita hoc *Capite* duo sunt Duumviri; at alius aliam ædem dedicat. Conf. *XL, 34.* Cum autem magistratus aliquis, vel quicunque alius, non addita Duumviri appellatione, dedicasse dicitur, ut *M. Plætorius*, primipili Centurio, *II, 27*, &c. ei non credit Vir Cl. dedicationem sub Duumviri nomine mandatam.

Hujusmodi observationum exempla, præterquam quod multo plura e superioribus *Libris* adducere poteramus, etiam e reliquorum duorum Commentariis offerre volebamus. Sed videmus, nos jam prope modum excessisse. Et ea, quæ adduximus, æquis & intelligentibus Lectoribus, ad credendum id, quod persuadere volebamus, jam suffectura speramus. Quibus hæc non suffecerint, ne pluribus quidem propositis commoveri putamus posse. Vehementer optamus, ut reliqua quoque Operis egregii *Volumina* mox in lucem prodeant.

JO. LAURENTII MOSHEMII INSTITUTIOnes Historiæ Christianæ recentioris.

Helmstadii, apud Christ. Frid. Weygandum, 1741, 8.

Alph. 2 plag. 8.

Binas *Historiæ Christianæ antiquioris* editiones, quas Cel. Autoris opera & industria, diversis locis & temporibus, atque habitu, tum externo, tum interno, non parum mutato, antehac prodire jussit, in his *Actis ad A. 1727 Mens. Jun. pag. 261*, & *ad A. 1738 Mens. Oct. pag. 476*, commemoravimus. Jam igitur & par erit, ut de *recentioris Historiæ Christianæ institutionibus*, quæ velut suscepti laboris complementum exhibent, quarumque adeo cum ipso Cel. Autore jam bis spem fecimus, simili modo in censum referamus nostrum. Quod ut rite fiat, primum generaliorem totius Operis structuram oculis Lectorum subjiciemus, tum ex speciali argumentorum quorundam tractatione decerpta velut specimina quædam exhibituri sumus; ex quo utroque nostro instituto cuilibet integrum erit judicare, quanta sit laboris hujus absoluti præstantia, & quantæ hinc Autori S. Ven. pro eodem feliciter exandato a bonis omnibus & harum literarum studiosis laudes & gratiæ debeantur. Quod generalem totius Operis structuram attinet, id primo tenendum, recentioris hujus Historiæ Christianæ initium capi inde a tempore insignis illius mutationis & sacrorum emendationis, a D. *Luthero* susceptæ, quæ ante hæc bina, & quod excurrit, Secula in illa civitate Christiana contigit, cujusque filum adeo ab isthoc ævo ad nostram usque, quam nunc vivimus, ætatem deducitur. Integrum igitur Seculum XVI, cujus non procul ab initio illud reformandi Ecclesiam negotium cœpit, itemque Seculum XVII, plena & suis numeris absoluta tractatione Cel. Autor noster exhibet; recentissimum vero Seculi nostri XVIII intervallum per indicem velut digitum attigit, summa tantum rerum capita designando; cum ab uberiori earundem explicatione & magnitudine laboris, & ipsa ejus indole, se deterritum in Præfatione fateatur; paucis autem a se dictis, amplissi-

ampliſſimum & meditandi & diſſerendi campum non prorſus rudibus & ignavis aperire & relinquere voluerit. De binis autem iſtis plene perfecteque a ſe pertractatis Seculis mox ipſe Autor in limine, ſive præparatione, quam ita dixit, id lectores docet, non licuiſſe ſibi eadem uti methodo, & eundem docendi ordinem adhibere, quem in antiquioris Hiſtoriæ Chriſtianæ inſtitutionibus ubique ſervaverit. In iis namque cujusvis Seculi hiſtoriam ita commode diſſecandam duxerat in *Partes duas*, ut in *priori* ſemper externam, in *poſteriori* autem internam, Eccleſiæ faciem repræſentaret. Secundum hanc ſeriem cum populi Chriſtiani, in varias multoque plures, quam ante fuerant, ſocietates, & dogmatibus & inſtitutis valde diverſas, disjuncti, fata & viciſſitudines commode exponi, & una veluti continuaque tabula exhiberi, nulla ratione potuerint; aliam ſibi viam hic ineundam putavit Cel. Autor, ut membratim hanc recentiorem Hiſtoriæ civitatis Chriſtianæ partem proponeret, eandemque in tot, quot nominis alicujus ſectæ exortæ ſint, particulas tribueret. Ex hoc igitur propoſito, quod, ad rerum potius indolem, quam ad ordinem, ſibi ſemel præſcriptum, & alibi ſervatum, Autorem noſtrum hic ubique reſpexiſſe, probat, alia etiam & quodammodo diverſa tractandi ratio, quod ad bina illa Secula, XVI & XVII, enata eſt; quam ut ex utroque hoc intervallo ſigillatim hic ſubjiciamus, opus eſſe exiſtimamus; ſi quidem de generali totius tractationis ſtructura ita Lectores noſtros erudire velimus, ut plenam perfectamque hinc ejusdem ideam animo ſuo concipere queant.

Seculum XVI in *Sectiones III* dividitur. *Sectio I* hiſtoriam Reformationis tradit *Capitibus IV*; & quidem *Capite I* ſtatum rei Chriſtianæ ante cœptam Reformationem; *Cap. II* hiſtoriam cœptæ Reformationis ad traditam uſque Aug. Confeſſionem; *Cap. III* hiſtoriam Reformationis a tempore oblatæ Confeſſionis Aug. ad belli Smalcaldici initium; *Cap. IV* denique hiſtoriam Reformationis a belli Smalcaldici exordio ad pacem uſque religioſam. *Sectio II*, quæ hoc Seculo paucis abſolvitur, de hiſtoria Eccleſiæ univerſali ea docet, quæ ad Reipublicæ Chriſtianæ

tum incrementa, tum decrementa, nulla ratione sectæ, in quam tota divisa fuerit, habita, pertinent. *Sectio* autem *III* in *Partes binas* distinguitur. *Pars I* complectitur historiam Ecclesiarum antiquiorum, in eaque, ubi *Cap. I* historia Ecclesiæ Romanæ, sive Latinæ, *Cap. II* historia Ecclesiæ Græcæ & Orientalis, occurrit, de utraque rerum in iisdem gestarum succincta quidem, sed sat copiosa, commemoratio instituitur. *Partis* vero *secundæ* hujus *Sectionis*, quæ, historiæ Ecclesiarum recentiorum destinata, hic *Capitibus IV* seorsim traditur, *Capite I* historia Ecclesiæ Evangelico-Lutheranæ, *Cap. II* historia Ecclesiæ Reformatæ, *Cap. III* historia sectæ Anabaptistarum, sive Mennonitarum, *Cap. IV* historia Socinianorum, exponitur. Quod hinc sequitur *Seculum XVII*, omnem dicendorum materiam *duabus* tantum *Sectionibus* inclusam exhibet. *Sectio I* historiam Ecclesiæ universalem una continuaque, ac non nisi per *Paragraphos* distincta, serie subjicit. *Sectio* autem *secunda*, quæ & ipsa in *Partes* suas & *Capita* abit, *Partis I*, de historia Ecclesiarum antiquiorum, *Capite I* historiam Ecclesiæ Romanæ, sive Latinæ, *Cap. II* vero historiam Ecclesiæ Græcæ, sive Orientalis, repræsentat. *Pars* autem *II* hujus *Sectionis*, de historia Ecclesiarum recentiorum exponens, seorsim *Cap. I* de Ecclesia Evangelico-Lutherana, *Cap. II* de Ecclesia Reformata, *Cap. III* de Ecclesia Arminianorum, sive Remonstrantium, *Cap. IV* de secta Quackerorum, *Cap. V* de Mennonitis, seu Anabaptistis, *Cap. VI* de Socinianis & Arianis, *Cap. VII* denique de minoribus quibusdam sectis ejusmodi, historias nectit, quæ cujusvis statum, velut in tabula concinne depictum, ubique exhibent. De *Seculi XVIII* tractatione, quæ integrum demum hunc laborem claudit, non repetimus ea, quæ supra jam in hanc rem dicta sunt. Huc usque summorum velut capitum conspectum ita exhibuimus, ut inde tractationis generalioris rationem, ab Autore in universo hoc argumento servatam, ad oculum nostris patere Lectoribus existimemus. Ut vero etiam ex specialiori tractatione decerpta quædam specimina subjiciamus, ex quibus hujus Operis præstantiam & dignitatem colligere

figere liceat, in eo quidem nunc aqua nobis hærere videtur; siquidem difficile admodum esse nobis intelligitur, ex libro, qui ipse velut nucleus est, nucleum exhibere velle. Sed, ne vanis lusisse promissis videamur, periculum facturi sumus, &, quid peculiare hæc quoque Cel. Autoris tractatio habeat, prolato uno alteroque hujus rei documento, comprobabimus. Historiam Reformationis, quæ in limine historiæ *Seculi XVI* comparet, prætermittimus; eo, quod argumentum hoc, ab aliis scriptoribus fere exhaustum, Autori nostro vix locum reliquerit, singularia & nova multa de eodem afferendi. Ea igitur, quæ ab aliis copiosius in hanc rem dicta sunt, in egregium concinnumque aliquod compendium missa hic habentur, ut scopo recitationum Academicarum satis commode inservire queant. Historia Ecclesiæ universalis utrinque in Seculis XVI & XVII eo facit, ut cum Reipublicæ Christianæ universæ incrementis & decrementis, ex ejusdem apud populos a professione nominis Christi alienos vel propagatione, vel imminutione, potissimum designatis, publicorum etiam Christianæ religionis hostium ratio habeatur, qui vel atheismum aperte professi, vel ejusmodi etiam dogmata amplexi sunt, quæ prona ad eundem via ducunt; ubi denique status quoque eruditionis universæ subjicitur, atque ex cultura, quæ tum literis & artibus quibuscunque, tum etiam philosophicis studiis, adhibita est, velut comparatione instituta, colligitur, quid emolumenti ad ipsam rem sacram perficiendam inde allatum sit. Atque in his quidem non desunt, quæ Autori nostro peculiariter sunt observata; majorem tamen eorundem copiam in particularium Ecclesiarum historia se offerre, vel nobis non monentibus, quivis intelliget.

Inter illas autem, quas Autor Cel. antiquiorum Ecclesiarum nomine censet, primo occurrit loco Ecclesia Romana, sive Latina. Hanc ex utraque sua facie, tam externa, quam interna, eaque tum in capite, tum in membris suis, iisque per varias orbis occidentis æque ac orientis partes dispersis, spectata, per utrumque Seculi XVI & XVII intervallum, Cel. Autor elegante suo calamo, velut penicillo, delineatam nobis exhibuit. Sed, licet multo plures variique gene-

ris observationes sint, in quibus Ecclesiæ Romanæ post sacrorum mutationem se gerendi agendique rationem declarare anmissus est, ex unico tamen hujus rei exemplo, quod Ecclesia Gallicana sufficit, specimen aliquod attulisse, pro nostro instituto satis erit. De *Ecclesiæ* illius *Gallicanæ libertatibus*, quæ a multis retro Seculis longe lateque celebratæ sunt, ubi ad *Seculi XVII Sect. II Cap. I §. XXI pag. 452 seq.* sermo incidit, multorum hodie inter Gallos virorum, quibus & plurimi ex nostris & Reformatis assentiuntur, querimoniæ de *juribus* gentis suæ debilitatis, & Jesuitarum astutia fere oppressis, commemorantur, adeo, ut, illorum sane judicio, decantata isthæc Ecclesiæ libertas nostro nunc ævo, per potestatem Romano Pontifici ex Regum indulgentia concessam, non modo valde imminuta, sed prorsus omninoque prostrata & eversa, videatur. At vero his questibus Autor noster intercedit, persuasumque potius habet, ejusmodi testimoniis plus, quam opus est, fidei tribui, eodemque loco jura Gallorum adhuc hodie versari, quo fuerint olim; seque istos Pontificum de Gallis triumphos ullo modo perspicere posse negat. Id sibi quidem animadversum esse affirmat, ut universa civitatem gubernandi ratio in Gallia multo subtilius & callidius hoc ævo instructa sit, ita etiam Pontificum insidiis humanius & occultius, quam rudi ætate illa, quæ præteriit, occurri cœptum esse. Idem ergo adhuc, quod antea, bellum geri, sed diverso longe modo. Ex quo id conficit Autor, non adeo, ut vulgo persuasum est, nunc occidisse illas Ecclesiæ Gallicanæ libertates, aut a Regibus suis parum curari, sed majori tantum cautione & providentia asservari. Plura sunt, in quibus hunc, ex superiori Seculo invectum, cum Pontifice Romano agendi ordinem & processum declarat, idque comprobat, quam parum id semper emolumenti fuerit, quod ex hujusmodi beneficiis, quæ nonnunquam concessa visa sint, Pontifices ceperint; quam in rem & recentissime in causa & negotio *Bullæ Unigenitus* acta adducit. *Ad extremum*, ita demum concludit Noster, *sic Gallorum Reges cum Pontifice Maximo agere solent, ut heroes, qui ad inferus*

feros feruntur descendisse, cum Cerbero, (absit omnis ab hac comparatione invidia & injuria,) ad ostium tenebricosi regni excubante; nunc offam objiciunt minanti; nunc armis & gladio latrantem terrent, ut tempus, res, conditio, & alia, poscunt; utrumque idcirco faciunt, ut libere, quorsum volunt, proficisci liceat. Historia Ecclesiæ Græcæ & Orientalis ea est, quam secundo loco inter antiquiores Christianorum cœtus Autor noster sibi describendam sumsit; faciem autem ejusdem, prout ex utroque XVI & XVII Seculo eandem nobis depictam dedit, vel prorsus novam esse, vel novis tamen & singularibus ubique observatis ornatam, facile intelliget, cui cum aliorum narrationibus, quibus huc usque utendum nobis fuit, eandem contendere, operæ pretium visum fuerit. Ipse sane apparatus, quem Cel. Autor in hanc rem conduxit, & suis, ubi id opus erat, locis ad partes vocavit, quique ex monumentis & libris tam variis & raris, tamque diversi etiam generis, iisdemque omnium fere, quæ literarum cultura trahuntur, gentium sermone exaratis, constat, nobis tam copiosus, diffusus, & conspicuus, apparuit, ut, paucos futuros, putemus, qui, ad manum sibi esse subsidia tam egregia & copiosa, gloriari vere possint. Atque adeo, cum tractatio, a Cel. Autore in hac parte instituta, plane nobis singularis visa & cognita sit; ex qua & hinc, quod omnia velut nova & aliis fere haud observata adducenda forent, sigillatim hic quædam afferre haud nobis datum est; id maxime dolemus, has tantæ rei, tamque aliis incognitæ, copias, in eamque conductum apparatum, eo tantum inserviisse, & ab Autore huc usque per instituti rationem locatas esse, ut ad ducendas primas hasce lineas easdem adhiberet, nec pleniorem & suis numeris absolutam tractationem, qualem in hoc argumento orbis eruditus adhuc desiderat, hic exhiberi. An ab aliis laboribus, qui forte haud minorem Cel. Autoris operam requirunt, is tantum otii & temporis impetraturus sit, ut Institutiones Historiæ Christianæ majores, quarum eam partem, quæ spectat ad *Seculum I*, non ita pridem accepimus, ad

ad hoc usque intervallum proferre, atque sic hanc Græcæ & Orientalis historiæ telam denuo retexere, queat, id quidem valde ambiguum ab ipso Autore relinquitur. Illa, quæ novissime lucem vidit, Historia Tartarorum Ecclesiastica, quam vir juvenis eleganter doctus, & his sacris probe initiatus, auspiciis Ven. *Moshemii*, & ex suppeditato ab eodem apparatu, plenius elaboratam exhibuit, hujus argumenti quædam velut portio est; id quod in spem nos ingredi jubet, fore, ut & alia hujus rei specimina ab aliis, iisdem Ven. Autoris, præsidiis instructis, in lucem proferantur simili modo; quo facto, id, quod nobis in votis fuit, quodammodo impletum iri, confidimus.

Calcatam magis ab aliis fuisse viam, qua in recentiorum Ecclesiarum historia, ex instituto suo tradenda, incedere licuerit, ipse Cel. Autor haud diffitebitur; adhibita autem in hanc rem ratio docendi, & multorum observata in concinnum aliquod compendium mittendi solertia, artificem suum ubique loquuntur. Etenim in singulis, ubi status cujuscunque Ecclesiæ, qua faciem suam, tam externam, quam internam, fataque, tum prospera, tum adversa, sollicite delineatus exhibetur, haud facile, per curatiorem hanc rerum admodum inter se diversarum divisionem, quidquam omissum esse, quod alicujus momenti sit, deprehendere licebit. Commendat præterea tractationem hanc specialiorem insignis moderatio, & ejusmodi scribendi genus, in quo animum extra partium studium ubique positum declarare Cel. Autor annisus est. Ut ex infinitis fere illud locis patet; ita, uno alteroque exemplo id comprobare, in proclivi est. In tradita primo loco historia Ecclesiarum Evangelico-Lutheranorum, ubi ad lites & controversias, in iisdem enatas, devolvitur, ad Seculum XVII easdem rite distinguit in majores, quæ totam conturbarunt Ecclesiam, & minores, quæ partem ejus quandam commoverunt. Ad priores refert Syncretisticas, seu Helmstadienses, & Pietisticas, seu Halenses. Quod ad priores illas syncretisticas, quarum autorem *Georg. Calixtum* agnoscit Noster, licet non una afferat, in quibus excusatius illum peccasse existimat; post ipsa tamen *Calixti* dogmata recensita,

censita, illud *pag. 583 seq.* addit: *Non ergo meam Calixti causam facio, nec, quæ ab eo scripta & tradita sunt, omnia vitio carere disputo,* ac non multo post, ubi, negatum a *Calixto*, dissensionem inter nos & Pontificios de fundamento fidei esse, commemoravit, in hæc verba erumpit: *Utinam hoc aut prorsus omisisset, aut verbis magis aptis & opportunis expressisset!* Quæ & alia id sane probant, ab hodierno hoc Academiæ Juliæ doctore id procul abesse, ut in magistri superioris ævi verba juraverit. In alteris illis Pietistarum litibus, post enarratam brevissimis earundem originem & progressum, & post præcipua controversiarum capita ex momento suo ponderata, id nobis perplacuit, & alios calculo suo probaturos existimamus, quod Cel. Autor a reliquo Pietistarum cœtu segregaverit illos, qui pietatis incrementum cum detrimento veritatis quæsiverunt; in quorum numerum cum *Godofredum Arnoldum, Jo. Conr. Dippelium, Jo. Wilh. Petersenium,* & alios quosdam, nominatim retulerit, plures etiam ejusdem furfuris homines hic locum habituros putamus; licet ipsi Pietistarum antesignani, nimia in hujusmodi homines lenitate usi, haud levem, Autore nostro judice, suspicandi occasionem præbuerint, minus pretium veritati & sanæ religioni, quam emendatæ vitæ, a se statui. Vid. *pag. 598.* Allata hæc specimina ejusmodi esse putamus, e quibus vel maxime & omnium optime id intelligere liceat, quam moderatum & a partium studio alienum se gesserit Cel. Autor; ut adeo pluribus in hanc rem afferendis documentis haud opus sit, quorum alioquin largam segetem & majorem copiam suppeditaret tractatio, quæ circa aliena a Lutheranorum placitis sacra explicanda versatur. Præterea pedem hic figere jubet ipsa instituti nostri ratio, quæ vel sic ex libro non adeo magno recensionem nostram in majorem excrevisse molem, nec, ad justam promeritamque laboris hujus commendationem, vel unquam, quod satis, dictum iri, nos admonet.

D. LAURENTII HEISTERI, SERENISS. BRUNsuicensis & Luneburgensis Ducis Consiliarii Aulici & Archiatri, Medicinæ, Chirurgiæ, ac Botanices, in Regia

atque Ducali Academia Julia, quæ Helmſtadii eſt, Profeſſoris Publici, Acad. Scientiar. Cæſareæ Regiæque Londinenſis atque Berolinenſis Collegæ, Inſtitutiones Chirurgicæ, in quibus, quicquid ad rem chirurgicam pertinet, optima & noviſſima ratione pertractatur, atque in Tabulis multis æneis præſtantiſſima ac maxime neceſſaria inſtrumenta, itemque artificia, ſive encheireſes præcipue & victuræ chirurgicæ, repræſentantur. Opus triginta annorum, nunc demum, poſt aliquot editiones Germanica lingua evulgatas, in exterorum gratiam Latine publicatum.

Partes II.

Amſtelodami, apud Janſſonio-Waesbergios, 1739, 4 maj.

Alph. 7 plag. 2, Tabb. æn. 38.

Neminem fore arbitramur, qui vaſti Operis imaginem parva tabula a nobis delineandam poſtulare auſit, neque, qui laudibus noſtris major eſt, Cel. *Heiſterus* commendatore indiget. Quapropter id tantum a nobis efficiendum eſt, ut, qua methodo Syſtema iſthoc totius, qua patet, Chirurgiæ conditum ſit, quibus de cauſis omnium librorum chirurgicorum, quotquot hactenus lucem conſpexerunt, princeps dici haberique debeat, quo ambitu ille pateat, quid novi & ante hæc tempora inauditi in eodem contineatur, explicemus breviſſimis. Solicite admodum Cel. *Heiſterus* morborum externorum theoriam medicam, ipſamque Chirurgiam medicam, a faciente & heroica Chirurgia diſtinxit eo animo, ut & illi, qui manuum dexteritatem exercitatione nullam impetraverunt, vel qui a cruenta medicatione prorſus abſtinent, haberent tamen, quo librum in ſuos uſus vertere poſſint. Quapropter *prima Pars* ampliſſimam totius Chirurgiæ inſtitutionem præmittit, qua ejusdem natura, conſtitutio, origo, progreſſus, incrementum, diviſio, inſtrumenta, & alia, curioſiſſime pertractantur. Et, ne

ne quid desideretur eorum omnium, quæ nobilissimum Opus illustrare poterant, præmittitur Bibliotheca Chirurgica, quam ipse Autor possidet. A vulneribus dicendi fit principium, reliqua ordine concinno recensentur. *Altera Pars* de operationibus chirurgicis agit, nec levioris momenti visæ administrationes reticentur, venæsectiones, scarificationes, & id genus alia. Tum accedit locuples instrumentorum chirurgicorum apparatus, elegantissimis iconibus depictus, quorum partem ipse invenit. Supervacaneum esset, ea proponere, quæ in omnibus artis peritorum libris habentur, quamvis id nobis collaudandum sit, & magnopere commendandum, quod legentibus sua sponte innotescit, Autorem de omnibus chirurgici argumenti rebus ita perspicue, eo ordine, eaque cura, elocutum esse, ut, quam non prorsus exhauserit, vix ulla materies facile supersit. Ea saltem leviter attingenda sunt, quæ prorsus nova, & ante hos annos a nemine prolata, passim habentur. Nova sunt varia ferramentorum genera, quæ pro morborum opportunitatibus inventa, & experimentis comprobata, non describuntur tantum, sed &, quo successu militaverint, allegantur. Pro collo & spina erectis conservandis, pro urinæ incontinentia compescenda, pro naribus vulneratis apertis conservandis, pro abscessibus tonsillarum aperiendis, pro uvula resecanda, pro abdominis vulneribus dilatandis, pro curanda fistula lachrymali, proponuntur instrumenta idonea & oppido rara. Eo scilicet ingenio abundavit Cel. *Heisterus*, ut instrumenta veterum æque ac recentiorum, incommoda sibi aliisque visa, corrigeret sedulo. Novas etiam hinc inde proposuit sententias, quas, erudite excogitatas, ipse ad usum felicissime pertraxit. Sicut enim inter Anatomicos nostri seculi facile princeps, corporis humani cognitionem familiarem prorsus habet; ita fieri aliter non potuit, quam ut partium conditionibus accommodata pararet auxilia. Ipse scilicet non dixit saltem, &, quæ fieri deceat, imperavit, sed ipse perfecit, postquam artis magistros sui temporis primicerios per Belgium viros, *Bidloum*, *Albinum* patrem, & *Bærhaavium*, obtinuisset, quorum famam non æquavit tantum, sed et superavit. Paucos certe habuit, qui,

 medici-

medicinam professi, efficaciorem Chirurgiam illo, quo *Heisterus* fecit, animo aggressi fuerint. Castra secutus est juvenis, & sua primum pecunia, hinc reipublicæ Batavæ stipendiis, militavit, & omnem castrensem Chirurgiam aliquot annorum experientia emensus est. Postea Lithotomiam, omnesque calculi secandi modos, administravit, & lateralem potissimum *Ravii* meliori modo correxit, suamque fecit. Carissimum etiam & paternarum virtutum hæredem filium, nunc inter divos, ad exteros dimisit, quo enarrante, artificum recentioris ævi, maxime *Senftii*, Berolinensis, dexteritatem secandi calculos descripsit. Ocularius, si quis unquam, medicus, bene de omnibus meruit, nullumque ex immensis oculorum morbis intactum reliquit. Singulare illud est, quod glandulas salivales, parotidem æque ac maxillarem, exscindere veritus haud fuerit, quamvis, id facere velle, temerarium videatur quamplurimis. Sed ita negotium aggressus est, ut maxima, quæ ceteroquin oboriri ob arterias majores solet, hæmorrhagia compesceretur mature, quamvis interea, dum applicatur liquor stypticus, sanguinis libra effluxerit. Singulare etiam illud est, quod nasi polypum peculiari artificio exstirpare docuerit, subligato, perque filum fortiter adstricto, tumore, quam in gratiam peculiarem acum & excogitavit & delineavit, & hac industria id effectum denique est, ut tumor, quem corrosivis remediis, magno ægræ dolore, exedere alii tentaverunt, sponte decideret. In oculo persanando totus est. Palpebrarum tumores tunicatos exscindendos ita docet, ne tunica, qua includuntur, lædatur. Verrucas palpebrarum, quæ, si livescant, cancri metum subinde faciunt, adeoque *noli me tangere* a Chirurgis oculariis dictas, subligando abstulit. Phalangosin, a cute relaxata, prosinque palpebræ, curare docet, exscissa, quantum ejus abundare videtur, cute, in cujus rei opportunitatem instrumentum, a *Verduino* descriptum, depingitur & collaudatur. Ancyloblepharon, quo palpebræ cum bulbo, ipsaque cornea, coalescunt, suspensa manu separatis, quæ coaluerant, partibus, sustulit. Sarcomata & hypersarcoses oculi gravissimas ipse semovit. Sanguinis ex oculo mittendi rationem ita docet, ut, Germanos ante *Woolhousium* eandem calluisse,

luisse, haud reticeat, vindicatis insimul *Hippocrate*, *Celso*, *Ægineta*, antiquissimis Medicis, qui scarificationem oculi haud ignorarunt. Hanc, a *Woolhousio* Parisiis exercitatam, postea divulgavit Academiæ nostræ ornamentum, *Platnerus*, quem impense colit *Heisterus*, ejusque mentionem frequenter cum honoris præfamine injicit, quamvis aliquando modeste non tantum ab hoc dissentiat, sed etiam ab aliis, quotiescunque per propriam experientiam res aliter evenisse visa est; prout in fistulis lachrymalibus, quas non semper callo induratas esse arbitratur, quædam aliter, quam fieri solet, proponuntur. Correxit Cel. Autor sedulo Anellianam fistulas curandi methodum, longeque abest ab ista sententia, ac si simplici injectione syringis Anellianis facta componi arduum fistularum lachrymalium, haud raro callosarum, negotium possit, quin constanter affirmet potius, heroica medicatione opus esse. De Catarrhacta ita sentit, ut plurimos equidem suffusionis casus a lentis crystallinæ obscuriore habitu deducat, præterea tamen haud neget, tunicatas quasdam catarrhactas existere posse. In cujus morbi medicatione, dubium est, accuratiusne dixerit, an felicius perfecerit. Idem judicium esto de reliquis *Heisteri* egregiis dictis factisque, cui parem seculum nostrum non tulit.

JO. GOTTFR. HAUPTMANNI FASCICULUS Carminum Latinorum optimæ notæ ex præstantissimis veterum Poetarum monumentis.

Lipsiæ, impensis hæredum B. Lanckisii, 1743, 8.

Alph. 1.

Duo sunt hoc in libro annotanda: Præfatio, atque ipse Fasciculus. In Præfatione tria præcipue tractantur. Primo contemtores Poesios refutantur. Horum quidem duplex ordo constituitur. Qui saltem Latinam & Græcam Poesin rejiciunt, docentur, neminem facile posse in Germanica excellere, quin utramque simul vel degustarit. Qui omnem Poesin abjiciunt, tres habent rationes: difficilem esse dicunt, inutilem, damnosam. Ad primam quod attinet, æque carpuntur, qui nimis

facilem putant, atque illi, qui, nimis difficilem esse, arbitrantur. Non quilibet versifex est Poeta. Attamen etiam haud nimis extendendum est proverbium illud: Poetæ non fiunt, sed nascuntur. Ut natura, nisi colatur, lappas proferet; ita & ars, indole propemodum destituta, qualemcunque, vel in uno atque altero genere, facultatem inducet. Hinc tantum non semper inscitiæ, sive impatientiæ, sive negligentiæ, vox est, si, a viribus suis omnem poesin abhorrere, præ se ferat eruditus. Sed multo magis falluntur, qui, inutilem esse, *existimant*, qua, per suavissimam utilis ac dulcis admistionem, pietas, virtutes, artes, & scientiæ, facilius instillantur, animi capiuntur, fortitudo excitatur, heroes & laudabiles viri æternitati consecrantur. Et, si vel horum omnium nihil adesset, faceret ars isthæc ad uberiorem veterum Poetarum intelligentiam. Ipsa vero Poetarum lectio non parum vel ad linguas, vel ad eloquentiam, valebit. Sic elaboratio pariter carminum, caute quidem suscepta, efficiet, ut oratoris spiritus extollatur, ut nobili quadam ratione cogitet, ut res multo vividius pingat, ut copiam, robur, varietatem, numerum, suavitatem, acquirat; & quæ sunt alia Poesios emolumenta. Nec est, cur, damnum illam afferre, dicamus; si quidem abusum ab usu, & vitia Poetarum ab ipsa arte, diligenter distinxerimus. Idem observandum esse videtur, si quidem lectionem Poetarum consideraverimus. *G. J. Vossius, Jac. Masenius, Jo. Conr. Ditericus,* & *Camillus Nicolius*, quorum testimonia sub finem Præfationis leguntur, quo modo hic versandum sit, consilia dederunt; atque alii literatissimi viri, *Marschalcus, Vorstius, Freyerus,* opere ipso significarunt. Quorum tamen ab institutis, ut paulo post videbimus, Doctissimi *Hauptmanni* conatus, non sine consilio, recedit. Nimirum tertiam Præfationis partem antea tangere licebit. Exhibetur ibi σκιαγραφία Institutionum poeticarum, si Deus voluerit, & impensas honestis conditionibus bibliopola quidam susceperit, aliquando publicandarum. Quinque illæ partibus absolvuntur, Procemio, quod *quatuor Capitibus* constat; parte historica, cui *Capita XXVI* insunt; doctrina generali, quæ X; tractatione speciali, inprimis de variis carminum generibus accuratius elaborandis,

borandis, quæ XVII complectitur; & admonitionibus demum ac regulis, de singularibus præcipuarum linguarum Poesios proprietatibus. Unicuique *Capiti* præfigentur sententiæ breviores Latinorum ac Germanicorum Poetarum, eo spectantes, & primarii scriptores, qui plura dabunt, subjungentur. Ipsum autem *Caput*, ubi commode fieri potest, definitiones, divisiones, historicam illustrationem, ac propositiones, sive regulas, cum rationibus suis, continebit. Sed nos ad præsens institutum properamus. *Decem Collectiones* Fasciculus iste comprehendit. *Prima* sistit *Horatii* artem poeticam; *Petronii* studiorum rationis commendationem; initium *Libri I* ex *Ovidii Metamorphosi*, vel undecim fabulas priores, ac *Dionysii Catonis* Disticha selecta. De arte *Flacci*, ut, inter alia, in prima subjectarum passim annotationum dicitur, jure ac merito *Jos. Trappius*, *hoc est opus*, ait, *quod ad unguem habere debent omnes Poeticæ studiosi, opus, in quo ita certant ingenium & judicium, tam in præceptis traditis, quam in modo tradendi, ut, utrum sit superius, dici non possit*. Initium *Metamorphoseos* sumtum est ob gravitatem argumenti, & quoniam indidem luculenter patet, qua ratione divina veritas profanarum gentium fabulis non tam sit involuta, quam obscurata. Ad Disticha quod attinet, dubius primo fuit, utrum adderet illa Cl. Editor, nec ne. Sed dubium exemerunt doctissima *Cannegieteri*, quæ dicuntur, rescripta. Neque tamen *Boxhornii* prorsus atque aliorum, ut nec sua ipsius præsertim, dubia neglexit. *Collectio secunda* profert Elegias & Carmina elegiaca; quæ poemata, præter unum ex *Catullo*, atque alterum ex *Propertio*, *Ovidium* autorem venerantur omnia. *Collectio tertia* sistit Epistolas *Ovidianas X*, per diversa Epistolarum genera distributas, & *Horatianas IV*, nempe *Lib. I Ep. 1, 10, 12, Lib. II Ep. 1*. *Collectio quarta* est Epigrammatum, tam ex *Catullo*, quam *Martiale*, plurimorum. *Collectio quinta* Satiras continet, ex *Horatio Lib. I Sat. 1, Lib. II Sat. 1, 2*, ex *Juvenale Lib. I Sat. 8, 10, 13*. Decimam *Juvenalis* Satiram Antistes Sarisberiensis omnibus divinissimæ veritatis interpretibus legendam ac relegendam commendavit; decimam tertiam vero *Thomas Marshall* omnes reliquas facile superare professus est. *Collectio sexta* exhibet Eclogas *Maronianas I, IV, V, & IX*,

IX, adeoque tam tenuem rationem Idylliorum, quam sublimiorem illam, complexas. *Septimo* loco electa est Comoedia *Plauti*, quæ *Captivorum* titulum accepit. Cui quidem Comoediæ jam olim palmam tribuerunt *Janus Dousa*, *Janus Gruterus*, *Valens Acidalius*, atque alii, quorum simul præclara testimonia adducuntur. Ita etiam, quæ *octavam Collectionem* conficiunt, *L. Annæi Senecæ*, junioris, *Troadas*, cum omnibus antiquitatis tragœdiis de prærogativa certare, jam olim agnoverunt *Jos. Scaliger* & *G. J. Vossius*. Excipiunt illas, *nono* loco, *Odæ Horatianæ*, secundum genera modorum distributæ. In genere jambico trimetro sistuntur *Epod. 2, 7, 9*, in genere hexametro cum jambico senario puro *Epod. 16*, in genere troch. quatern. scaz. & genere jamb. sen. scaz. *Lib. II Od. 18*, in genere heroo hexametro & tetrametro *Lib. I Od. 28*, in genere Sapphico cum Adonico *Lib. I Od. 2, 12*, *Lib. II Od. 2, 10, 16*, *Lib. IV Od. 2*, & Carmen seculare, in genere choriambico *Lib. I Od. 1*, *Lib. IV Od. 8*, in genere glyconico cum choriamb. Asclep. *Lib. I Od. 3*, *Lib. III Od. 24*, *Lib. IV Od. 3*, in genere choriambico cum glyconico *Lib. I Od. 24*, *Lib. III Od. 16*, *Lib. IV Od. 5*, in genere choriambico, Pherecr. & glyconico, *Lib. I Od. 14*, in genere demum in Alcaico *Lib. I Od. 31, 34, 35*, *Lib. II Od. 14, 15, 20*, *Lib. III Od. 1, 3*, *Lib. IV Od. 4*. Ultimo autem loco Cl. Editor maluisset omnem exhibere *Maronis Æneida*; sed, quonim nimis fusa est, selegit saltem præcipuas descriptiones, comparationes, atque orationes.

I. G. W. DE ALPHABETO NATURÆ, *& Literarum non naturalium a naturalibus origine. Excerptum ex Dissertatione prolixiori, nondum edita, qua in scribendi initia, & literarum origines, inquiritur.*

Gellius Lib. XI Cap. 3:

Quærere nonnunquam apud memet ipsum soleo res ejusmodi, parvas quidem minutasque, & hominibus non bene eruditis aspernabiles, sed ad veterum scripta penitus noscenda cumprimis necessarias.

Quid

Quid sit Alphabetum Naturæ.

Postquam inventor literarum dictionis humanæ minimas partes, earumque genera, & fabricam, & numerum, ex contemplatione oris humani, motuumque ejus, cognovit, hoc unum reliquum erat, ut singulis partibus formas proprias, tam scribi, quam memoria teneri, faciles, dicaret.

Tales autem sponte se offerebant, utpote singulis partibus jam adhærentes, & ab ipsa natura, quæ, dum loqui conatur, suam cuique sono primitivo convenientem formam tribuit, inventæ.

Has imitari æquum erat, cum quia nulla ratio occurrebat, cur, spretis naturalibus, & aptissimis, aliæ, & naturæ loquenti minime conformes, effingendæ sint, tum quia hæ solæ omnium formarum, quæ ab ingenio humano excogitari possunt, scribi, & memoriæ mandari, quam facillime poterant. Sentit enim unusquisque has formas in se ipso & ore suo, &, quamprimum illas depictas videt, statim intelligit, quomodo pronuntiandæ sint, ne surdis quidem exceptis, qui, his conspectis, reddi vocales possunt.

Dubium ergo non est, quin homo ille divinus, qui primas literas invenit, eam formam, quæ cuivis sono naturalis est, & cujus omnes sibi conscii esse possunt, servare & custodire voluerit.

Quid ergo sit *Alphabetum Naturæ*, ex dictis liquet, nempe id, quod natura loquens in ipsis loquendi instrumentis (cujusmodi sunt os, palatum, & reliqua, inferius nominanda,) præformavit.

Quæ in omnibus linguis antiquis supersunt scripturæ naturalis vestigia, haud obscure docent, illud Alphabetum, quod naturale dicimus, etiam primum in orbe & antiquissimum, & cetera ex illo per varias mutationes depravata esse.

De litera A.

Hæc litera, quia patulo ore profertur, lingua in suo se loco continente & quiescente, effigiem suam naturaliter capit ab oris rotunditate. Hanc vero exprimit circulus *O*, non figura furcata *A*. Græcis, Coptis, & Latinis, *O* inter Vocales

F inferio-

inferiores est. Sed apud Æthiopes idem signum adhuc primum inter Vocales locum occupat, sono nequidquam mutato.

Unde ergo *A*? Respondeo ab O, per cornua adjecta ♉. ♉.

Hæc figura, sicut caput bovis manifesto refert, ita veri nominis *alpha* est, quod Phœnicum lingua bovem significat.

Primæ Græcorum literæ dictæ sunt a traditoribus *Phœnicia*, a recipientibus *Pelasgica*, quod primus translatarum usus Pelasgis innotuisset, illis puta, qui tunc in Peloponneso juxta Iones habitabant, & postea in Latium trajecerunt.

Pelasgos illos hanc literam a Phœnicibus accepisse, & deinceps Italiæ intulisse, ex Alphabeto veteri Latino, quod Hetruscum vocant, patet, in quo prima litera est caput bovis inversum .

Græci sculptores, cum partes hujus literæ rotundas scalpro exprimere non possent, pro vel ♉ fecerunt primo , postea , deinde , mox , & denique *A*. Et sic passim literas rotundas mutarunt in quadratas & angulatas. Sed minusculum α etiamnum caput bovis cornutum refert.

De reliquis Vocalibus.

Reliquæ Vocales in prima literarum ætate non opus habebant novis signis, cum quia in omnibus linguis tam inter se, quam cum prima, permutantur, tum quia non omnes ab omnibus gentibus usurpantur.

Si quis tamen eas secundum naturam pingere cupiat, necesse est, ut a circulo non recedat. Quamvis enim sonum a prima discrepantem edant; habent tamen manifestam cum ea cognationem, dum & ipsæ ex eadem oris apertura, magis minusve coeunte, oriuntur, nullo, aut exiguo, linguæ negotio.

Ita *E* & *I* per segmenta circuli ⊖ ⊖ naturæ convenienter signari possunt, quia illud in inferiori, hoc in superiore, palati parte sonat. Et hinc etiam corruptores literarum suas

ſuas formas accepiſſe, credibile eſt. Quid enim eſt Є, niſi circuli & ſegmenti dimidium? Et *I* quid eſt, niſi linea ſegmenti ſine circulo?

Similiter *O* & *U*, quia boatum ſuum in medio palato edunt, per punctum in circulo ⊙ ſignari debent. Græcis circulus ſine puncto diu fuit pro *O* & *U*, antequam *U* ex *O* & *Y* inſcite componerent.

De Conſonantibus.

Mitto *Diphthongos*, quæ, quia nihil aliud ſunt, quam duæ Vocales, in unam conflatæ, me detinere non debent, & ad *Conſonantes* me converto. Qua in re ordinem ſequor, a natura præſtitutum, quæ ſonos primitivos in Vocales & Conſonantes diſpeſcuit, & illis quidem principatum, his vero ſecundum locum, conceſſit. Nam id, quod per ſe ſonare non poteſt, ſed ab alio per ſe ſonoro dependet, haud dubie illo poſterius eſt. Tales autem ſunt Conſonantes, ἄφωνοι omnes a natura, ut voce *Platonica* utar, hoc eſt, mutæ & ſoni expertes, niſi Vocalis præcedat, aut ſequatur.

Verum, ut Conſonæ cum Vocalibus conjungi, & una ſonare poſſent, præter palatum & oris aperturam aliorum concurſu inſtrumentorum opus erat, *gutturis* puta, *linguæ*, *dentium*, *labiorum*, *narium*. Hoc primum inventorem natura & experientia docuit. Et hac etiam magiſtra Conſonantium genera, & numerum, & figuram cuique propriam, etiamnum diſcimus, ſi naturam præeuntem non adſpernemur.

Id quod nunc ordine oſtendam, incipiendo a Gutturalibus, non quod natura loquens ab illis incipiat, (ante enim pueri labiales, quam reliquas, Conſonantes pronuntiant,) ſed quod in gutture ſint fores ſpiritus vitalis, & quod hæ fores ante pulſentur a tranſeunte, quam fornix palati, & aliæ oris partes, longius a ſpiraculo ſitæ.

De Gutturalibus.

Gutturales ſunt, quæ in regione gutturis formantur, ſive ſimplici adſpiratione, ut *H*, ſive aſpera adſpiratione, ut *CH*, ſive ſpiritus exploſione, ut *K*, *C*, *Q*, *G*, quarum differentia cum me-

re gradualis ſit, & in pronuntiatu magis vel minus duro unice conſiſtat, tot inutilibus & ſupervacaneis literis anſam dare non debuit, præſertim cum in omnibus linguis convertantur.

Hinc valde credibile eſt, primam literarum ætatem, paucis contentam ſignis, omnes Gutturales una figura deſignaſſe. Et quanam, quæſo, alia naturæ magis conformi, niſi hac Ϙ, quæ oſtium gutturis & viam ſpiritus ſeu fiſtulam vocalem, cauſas omnibus gutturalibus communes, eleganter exprimit? Natura, quæ ſonos omnes in ſuis cauſis præformavit, hic etiam ſcripturæ ſuprema lex eſt.

Quamvis autem Inſcriptio Sigea, & alia marmora vetuſta, hanc formam ignorent; certum tamen eſt aliunde, illam ex Alphabeto naturali tranſiiſſe in Phœnicium, e Phœnicio in Cadmeum, ſuamque vim & ſtatum in monumentis publicis Græcorum diutiſſime tenuiſſe, præcipue in Peloponneſo, ubi literæ Phœniciæ, memorante *Herodoto* & *Diodoro*, Græcis primum innotuerunt.

Cujus rei teſtes habemus Corinthiorum nummos, urbis ampliſſimæ in Peloponneſo, litera Ϙ ſub Pegaſo plerumque ſignatos. Pegaſus autem eſt inſigne Corinthi, & character ſub Pegaſo non eſt nota monetalis, nec ἐπίσημον numeri, ſed nominis Κορινθίων litera initialis. Quod vel hinc manifeſtum, quia idem ſignum in nummis Crotoniatarum & Syracuſanorum, quos Corinthiorum colonos fuiſſe, e *Strabone* novimus, inter reliquas literas pro κάππα ponitur. Sic enim habent nummorum iſtorum inſcriptiones: ϘPOT. id eſt, Κροτωνιάταν. ΣΥΡΑϘΟΣΙΟΝ, id eſt, Συρακοσίων.

Hebræi inde habent ק, Samaritani P, Æthiopes Φ, Græci ƆC & K, Latini veteres ƆI & IC, item Q & q, quod pronuntiatur ut *K*. Imo etiam *C* & *G* ex primævo Ϙ detruncata videntur.

De Lingualibus.

Proximum Gutturi inſtrumentum eſt Lingua, cujus triplici

plici motu, tactu puta, pulsu, & tremore, tres figurantur literæ, quas eam ob causam Linguales appellamus.

Quando Lingua anteriorem palati partem tangit, tunc figura soni est linea, versus palatum assurgens ∠, & valor ejus *L*.

Quando dentes superiores pulsat, tunc figura soni sunt dentes superi pectinatim serrati ⋒, & valor *D* vel *T*, prout pronuntiatio magis vel minus aspera est.

Quando eundem locum tremulis ictibus ferit, tunc editur fragor *R*, cujus figura naturalis est lingua in fastigio crispa ⊃.

Lambda Syrorum, Græcorum, & Latinorum ⅄ Δ L a forma naturali ∠ non nisi situ differunt.

Samaritanorum Zade ℨ est signum literæ ex *T* & *S* compositæ, nonnulla cum naturali forma ⋒ in sono & pictura similitudine. Ad eandem cognationem spectant Δ & *D*, quamvis illud odio curvitatis angulatum factum sit.

Erige formam naturalem ⊃, & habebis Hebræorum resch apertum ר, & Samaritanorum resch clausum q, a *Scaligero* productum. Converte erectam ad oppositum latus, & habebis ῥῶ Græcorum apertum ſ, & ῥῶ clausum ρ, P, quod etiam Coptitarum signum est. Adde lineolam clauso, & habebis Atticum R, unde postea *R*, virgula producta.

Cuncta, uti patet, a signo naturali ⊃, quod crispitudinem linguæ, ceu causam stridoris, repræsentat.

De Dentalibus.

Dentalis una tantum est, nempe *S*. Estque nihil aliud, quam sibilus seu halitus fortis, a tumore linguæ palato allisus, & a dentibus in transitu oris laceratus, a quibus etiam nomen accipit & figuram. Nam ex præscripto naturæ pingi aliter

non poteſt, nec debet, quam ſic Π, quia hæc eſt vera dentis imago, omnibus, qui oculos habent, conſpicua.

Ex hoc ſigno, quod, uti dixi, ſibili per dentes transeuntis naturalis icon eſt, prognatum eſt quintuplex Græcorum ſigma, proſtratum ⊏, duplicatum Ɪ, triſulcum Σ & *M*, arcuatum *C*, ſerpentiforme *S*, quorum exempla in marmoribus & nummis paſſim proſtant, ut norunt periti.

De Labialibus.

Labiales ſunt & dicuntur, quæ diſpari labiorum officio proferuntur. Labia ſunt fores & valvulæ oris, quæ alternis vicibus claudi & aperiri poſſunt. Clauduntur autem vel totæ, vel ſecundum angulos tantum, rima in medio relicta.

Quando valvulæ oris totæ clauduntur, tunc id duobus modis fieri poteſt, vel ſimplici contactu labiorum, vel compreſſione intenſa. Utriuſque cauſæ unus eſt effectus, nempe ſpiritus interceptio.

Si ſpiritus interceptus per nares regurgitet, tunc ex contactu labiorum naſcitur *M*; ſin intra oris ſpecum coerceatur, fit *B*, cui ſimile eſt *P*, quod ex forti compreſſione & ſpiritu intercepto oritur.

Jam, cum ea, quæ intus in ore clauſo geruntur, figuris exprimi non poſſint, hinc neceſſe eſt, ut harum labialium figura ab ipſis labiis prominentibus accipiatur, hoc eſt, ut duo hemicycli, vel impoſiti ſibi invicem 3, vel juxta ſe poſiti m, ad deſignandum *B* & *M* pingantur. Nam hæc pictura tumori labiorum conformis eſt, & ab illa cetera ſigna, quibus Græci & Latini utuntur, illud unius lineolæ acceſſione, hoc rotunditatis detractione, orta eſſe, vel ſolus adſpectus docet. Nummi tamen Byzantini primævum m integre cuſtodiunt, ut rei nummariæ peritis notum.

Reliquæ labiales ore ſemiaperto proferuntur, & eodem pæne naſcendi modo. Quando labellum inferius leni ſpiramine & verbere ſuperius labellum ferit, tunc naturaliter ſonat *W*,

quando

quando fonti *P*. Differunt ergo non aliter ac *B* & *P*, ſcilicet non generę & natura, ſed tantum gradu prolationis, magis vel minus intenſo. Hinc in primordio literarum unum ſignum, oris puta ſemiaperti clauſis utrinque angulis -O-, ſufficiebat, quia motus labiorum exprimi non poterat.

Hoc ſignum, in duo diviſum, exhibet literam *Pythagoricam Y*, quam ab initio non fuiſſe angulatam, ſed arcuatam, ſeu bicornem, in ſummitate, & hoc modo deſcriptam Y, arguit minuſculum ejus ᴗ. Mutata autem eſt in angulatam a ſculptoribus, qui omnibus literis a natura rotundis, vel a naturalibus ortis, incredibili auſu curvitatem detraxerunt.

Præter figuram indicium originis præbet valor, qui certe æquipollet Latino *Vau*, in nominibus Latinis Græce exarandis. Sic *Helvetiorum* nomen a *Strabone* ſcribitur Ελουηττίων, & *Veliæ* urbis a *Ptolemæo* Ουέλιαι. In qua tamen ſcriptione præfixum O inutile elementum eſt. Nam, ſicut ex duarum Vocalium conjugio non naſcitur conſona, ita conſona ᴗ non opus habet hoc ſocio. Hinc ipſi Velienſes in nummis ſuis ſemper ſcribunt ΥΕΛΗΤΩΝ. Quod quo pacto legendum ſit, ex dictis patet. Adde, quod litera *V* per ſe ſatis oſtendat, ſe a parente *Y* & formam & poteſtatem accepiſſe, alias inutilis futura, niſi cum *W* vel *F* coincidat. Græci præter *Y* a forma naturali -O- habent labialem Φ, autore *Palamede*, Æthiopes labialem ⊖. Illa pronuntiatur ut *F*, hæc ut *W*.

De Naſalibus.

Naſalis una tantum eſt, nempe *N*, ejusque generatio ita procedit. Quando lingua tumore ſuo medium palati, & cuſpide dentes ſuperiores, tangit, tunc halitus ita reprimitur, ut exitus illi non niſi per nares pateat. Quod ubi fit, tunc editur ſonus naſalis *N*. Idque experiri poſſunt omnes, qui naribus digito compreſſis conantur dicere *en*. Hinc dubium non eſt, quin verum & naturale ſignum hujus ſoni ſit ſtructura naſi externa Δ, ſeu eminentia illa perforata, peculiari naturæ privilegio

legio in medio hominis vultu pyramidis instar posita, dum reliqua animantia foramina tantum habent, non nasum.

Hoc signum sculptores Græci pro sua in literas licentia mire depravarunt, antequam venirent ad figuram *N*, quæ certe est nasus præter necessitatem duplicatus. Sed scriptura vulgaris & minuta constanter tenuit V, quæ est nasus simplex, quamvis inversus.

An utilitas inventi jure desiderari possit.

Litera naturalis, ut ex præcedentibus patet, est signum soni primitivi ad imitationem naturæ loquentis pictum. Quemadmodum igitur in tabulis pictis, ubi ars naturam imitatur, nemo utilitatem desiderat, sed gratia & veritate imaginis contentus, in voluptate videndi acquiescit; ita in Literis secundum naturam pictis, præter illam delectationem, quæ ex pulchritudinis sensu naturaliter oritur, aliam utilitatem quærere, aut, si desit, totam picturam, quamvis naturæ conformem, contemnere, nescio injustum magis, an stupidum, appellari debeat. Nam idem arbiter, qui res omnes sola utilitate metitur, poterit eodem supercilio omnes Antiquitatum Græcarum & Romanarum Thesauros tanquam inutiles despicere. Equidem, veritates quasdam tam leves esse, ut ob defectum usus vix attendi mereantur, censoribus meis, ut invidiam eorum pascam, facile concedo. Sed veritatem Alphabeti naturalis ejus generis esse nego. Nam, sicut ars pingendi hanc habet utilitatem, ut serviat ornamento, ita Alphabetum naturale rem literariam quam maxime juvat atque ornat. Hujus enim ope de Literis, hoc est, de primis omnis eruditionis humanæ elementis, quæ antea signa quasi magica erant, omnibus imperata, nemini intellecta, rationem reddere naturalem nunc possumus, præcedentibus seculis quæsitam quidem, sed non inventam. Quæ res non potest non studiis elegantioribus novum decus, & antiquissimæ literaturæ novam lucem, afferre. Ut de mirifica facilitate, quam in pueris erudiendis, & surdis ad usum loquelæ perducendis, docentibus & discentibus præbere debet, nunc nihil dicam.

TAB. I. Ipsum Alphabeti naturalis, in hac Dissertatione demonstrati, conspectum *Tabula*, huic *Mensi* adjecta, exhibet.

Conspectus Alphabeti naturalis

TAB. I ad Nova Acta Erud. A. 1743 Mens. Jan. pag. 48.

	VOCALES		
	Figura	Potestas	
1	○	A	
2	⊖	E	
3	θ	I	
4	⊙	O et U	
	CONSONANTES		
	Figura	Potestas	Genus.
5	♀	K G H	Guttural.
6	∠	L	Lingval.
7	⋒	D et T	Lingval.
8	⊔	R	Lingval.
9	Π	S	Dental.
10	ɜ	B et P	Labial
11	ო	M	Labial.
12	-○-	W et F	Labial
13	Λ	N	Nasal.

Demonstrationem vide in Antecedentibus.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Februarii Anno MDCCXLIII.

HISTORIA SUCCINORUM, CORPORA ALIENA involventium, & naturæ opere pictorum & cælatorum, ex Regiis Augustorum Cimeliis, Dresdæ conditis, æri insculptorum, conscripta a NATHANAELE SENDELIO, D. Medico Regio, & Physico Elbingensi Ordinario.

Lipsiæ, apud Jo. Fridericum Gleditschium, 1742, fol.
Alph. 2 plag. 13, Tabb. æn. 13.

Nunquam exsatiatur animus humanus in consideratione rerum naturalium. Sive enim ex una parte copiam diversissimorum corporum, in omnibus naturæ regnis obviorum, adspicias, nunquam finem invenies, sed semper nova tibi offerentur spectacula; sive ex altera parte in specialissimo individuorum examine verseris, hæc ipsa, licet exacte inter se convenire videantur, non satis investigandas ostendent varietates. Maxima voluptate afficiuntur rerum naturalium indagatores, cum cimelia naturæ & artis, justo ordine disposita, & characteribus propriis insignita, contemplantur. Ne jam dicamus de aliis, Dresdæ superbiunt Regia Augustorum Cimelia, quæ omnes naturæ thesauros, per orbem universum dispersos, in unum quasi locum collectos, ostendunt. Collegit jam, jussu *Augusti M.* gloriosissimæ memoriæ, Illustris *Jo. Henr. de Heucher*, Consiliarius Aulicus & Archiater Regius, Vir ad incrementa scientiarum, & inprimis Historiæ naturalis, natus, quicquid in corporibus naturalibus splendidum, perfectum, & elegantissimum, inveniebatur,

batur, & ex omnibus terrarum partibus congessit; sed non modo egregium apparatum collegit, verum eo etiam ordine disposuit, ut in incrementum Historiæ naturalis cedere posset. Augetur indies curiosissimarum rerum copia, dum Invictissimus *Fridericus Augustus II*, scientiis favens, semper nova addit incrementa, & solertissimus operis hujus director maxima cum industria undique conquirit, quæ collectionem ditissimam reddere valent. Optarunt jam diu omnes, qui scientias amant, & in studio Historiæ naturalis excolendo cum laude versantur, ut ea, quæ hic congesta inveniuntur, cum orbe erudito communicarentur, quo illis etiam usui esse possent, quibus, ipsa naturæ opera contemplari, denegatum est. Prodit igitur nunc in publicum, tanquam primum specimen, elegantissima Succinorum collectio, quæ quidem partim varia corpora succino involuta, partim succina naturæ opere picta & cælata, sistit. Celeberrimus *Sendelius*, qui in Electrologia Succini historiam satis dilucide tradidit, manum operi admovit, & omnia præstitit, quæ ad veram & omnimodam ejusdem perfectionem requirebantur. In *Parte* igitur *prima* Autor historiam insectorum succino conditorum proponit, & in introitu de insectis generatim, sive de eorundem differentiis, nonnulla differit, quo ipso ordinis, in sequenti tractatione assumti, rationem exhibet. In speciali tractatione maxime quidem ad glebas ipsas succineas, quibus insecta involvuntur, & quæ nitide delineatæ sunt, respicit, earumque descriptiones concinnas tradit; nihilo minus tamen de insectorum generatione passim agit, & non tantum aliorum observata adducit, sed & propriis observationibus confirmat, & tandem quæstiones varias proponit & solvit, quæ ad succini naturam, & modum inclusionis, spectant. *Classis prima* hujus *Partis* insecta volantia sistit, & *Caput primum* de apibus & vespis, quæ favos condunt, agit. Cel. Autor varias glebas proponit, in quibus apes inclusæ ab antiquis æque ac recentioribus Autoribus describuntur, illarumque existentiam in dubium vocat. Binas postea glebas, quæ apes continere dicuntur, & hic delineantur, describit, dubiaque oborta proponit. In *Capite secundo*, quod vespas ichnevmones

nes

nes exhibet, præſentiam eorundem in glebis evidentius oſtendit. *Caput tertium* muſcas quadripennes ſingulares proponit, & nonnulla harum ſpecimina profert; quarum occaſione differentia muſcarum quadripennium, & papilionum minimorum, diſquiritur. Muſcarum bipennium vulgarium & ordinariarum maxima copia eſt; quapropter & hic *Capite quarto* multa nitidiſſima ſpecimina ſuccino incluſarum oſtenduntur, & occaſione muſcæ cœruleſcentis quæſtio proponitur, quare alia inſecta, ſuccino involuta, colorem, quem viva habuerant, conſervent, alia vero eundem amittant. Ordinis gratia majores, mediocres, & minores, muſcas ſigillatim exponit. Inter minores vinarias & acetarias, ſic dictas, muſcillas adducit, & de earum generatione, nec non aliis argumentis, huc ſpectantibus, copioſe diſſerit. Non minori cum diligentia *Capite quinto* in culices inquirit, &, præmiſſa generationis hiſtoria, varias glebas elegantiſſimas deſcribit. Occaſione culicis, ſuccino nebuloſo immerſi, quæſtionem movet, quare rariſſime in obſcuris ſuccinis inſecta involuta inveniantur, quæ in claris adeo copioſa deprehenduntur. *Capite ſexto* papiliones, non quidem majores illos, colorum nitore ſuperbientes, ſed minores varios, proponit, quos æſtivo tempore inprimis includi aſſerit. *Capite ſeptimo* grillos, pro varietate magis vel minus perfecti animalis, in diverſis glebis ſiſtit, &, cum inter has una grillum incruſtatum contineat, quæſtionem profert, cur in ſuccino latentia inſecta, interdum cortice ſuccineo incruſtata offendantur. *Capite octavo* locuſtas nonnullas minus frequentes, in glebis contentas, deſcribit. *Capite nono* Scarabæos pertractat, inter quos majores quidem ſiſtere nequit, quippe qui incarcerationi validius reſiſtunt, minores tamen plures, ordine iterum a magnitudine deſumto, oſtendit, & ratione diſtractorum membrorum, in quibusdam glebis viſorum, quæſtiones ſequentes tangit: quare non omnia inſecta membris ſuis omnibus perfectis in ſuccino ſiſtantur, & quantum temporis intercedat, in quo fluida ſuccini materia rigorem ſuum acquirit. Cum etiam Scarabæus quidam ex deſcriptis albo colore obducatur; quæſtionem proponit, cur nonnulla inſecta, ſuccino incluſa, alba veſte incedant.

cedant. *Capite decimo* Cantharides Scarabæis jungit, & rarissimas quasdam glebas describit. *Classis secunda* insecta terra repentia & apoda sistit. *Caput* igitur *primum* Formicas considerat, ubi Autor Cel., laude hujus animalculi præmissa, varia specimina, in glebis delineata, describit, & generationis historiam brevissime exponit; disquirit tandem, quomodo alæ formicarum formentur, an illas in senectute demum obtineant, &c. *Capite secundo* de Forbicinis & forficulis, & *tertio* de Tineis, agit, *quarto* vero de Pediculis & Pulicibus differit, & speciatim hic ostendit, earum inclusionem ad litora maris fieri posse. Dum *Capite quinto* Araneos considerat, varia notatu digna de generatione eorundem exponit, & specimina majora, mediocria, & minora, in glebis deprehensa, ostendit. *Capite sexto* Erucas nonnullas profert, & *septimo* de Millepedis & Scolopendris agit, *octavo* tandem de apodis insectis differens. *Classis tertia* inclusorum aquaticorum ordinem sistit, cui digressio ad succini genesin, & argumenta huic connexa, adduntur. *Capite* igitur *primo* de aquaticis, vulgo traditis inclusis, in specie agit, illaque vel incerta pronuntiat, vel saltem paucissima genuina concedit, quod etiam ex adductis glebis abunde patet. Notatu dignissimum est *Caput secundum*, in quo venas succineas considerat. Describit itaque litora montesque litoreos, sub quibus venæ inveniuntur. Postmodum venas duas, aliam notam satis, & jam priscis temporibus famosam, *ligneam*, aliam minus cognitam, nec adhuc satis descriptam, *lutosam*, accuratius examinat. Lignosam vero venam, seu matricem ligneam, constituit lignum illud bituminosum subterraneum & minerale, in quo succina inveniuntur, & inventa generata sunt. Hæc in variis litoris Sudavici locis, ratione qualitatis, situs, & connexionis cum adjacentibus terris & salibus, varia deprehenditur. In sensu igitur latiori quodcunque lignum minerale & bituminosum, succina ferens, venæ nomine insignitur. In sensu vero strictiori sumtam venam, in uno quasi tractu progredientem, in vicinis montibus pagi *Grosbubenic* deprehendimus, quam Autor studiose disquirit, & simul labores fossorum ostendit. Lignea vero hæc vena dicitur, quoniam fragmenta ligni speciem

præ

præ se ferre videntur, licet nulla trunci vel ramorum vestigia inveniantur. Piceæ nigredinis & friabilis est, ita, ut manibus tractata easdem nigrore inquinet. Humida quoque deprehenditur, quod Autor a sale vitriolico, in vena hærente, deducit. Exsiccatum vero hoc lignum griseum & quodammodo flavescens est, aquis innatat, & accensum odorem a succini odore non adeo alienum spargit. Hac data occasione, argumenta eorum, qui, succinum vegetabilis naturæ esse, asserunt, recensentur, solideque refutantur. Lutum cœruleum, hinc inde ad radices montium litoreorum obvium, succinis æque ac vena lignea gravidum, nomine venæ seu matricis succineæ dignum judicat Autor; ideoque locum, ubi deprehenditur, tractum ejus, & fossorum labores, sollicite describit. *Capite tertio* generationem succini examinat, &, eandem semper adhuc continuari, inprimis ex succinis liquidis inventis demonstrat. Præmissis postmodum nonnullis, ad generationem mineralium corporum in genere spectantibus, ipsam succini generationem explicat. Liquorem oleosum, vel oleum terræ limpidissimum & fluidissimum, primum perfecti succini ingrediens appellat. Fluiditatem materiæ succineæ ex lamellis, ex quibus nonnullæ glebæ succineæ componuntur, & ex succinis succino inclusis, demonstrat, eamque, pro diversitate clarorum & obscurorum succinorum, diversam esse asserit. Fluida hæc succini materia terreas subtilissimas & salinas acidas vitriolicas particulas, minori tamen quantitate, respectu oleosarum particularum, suscipit, & ita succina fingit. Id quod ex analysi chymica quoque patet. Duritiem igitur, quæ succino inter omnia bitumina quam maxime convenit, ex terreis & salinis particulis accedere, in propatulo est, licet etiam caloris effectus quam maxime attendendus sit. Quapropter non subito induratio fieri potest, sed tempus aliquod requiritur, quod tamen pro differentia glebarum diversum esse potest. Generatione igitur succini in litore Sudavico explicata, Cl. Autor disquirit, an in reliquis orbis partibus, inprimis in Europæ provinciis, succinum generetur, & hac occasione succini veri & genuini, in Saxonia reperti, mentionem injicit, & observationes nonnullas, huc spe-

ctantes, recenset. *Capite quarto* de fundo maris, & venis aquis marinis tectis, & inde regurgitantibus succinis haustilibus, agit. Satis quidem dilucide ostendit, scaturiginem quandam succineam sub undis marinis non deprehendi; attamen, fundum succineum, haustilia illa succina exhibentem, concedi posse, affirmat, &, venam illam lutosam, superius descriptam, huc referri debere, existimat. Cum vena lutosa litori proxima, & magna pars ejusdem hinc inde absorpta, videatur; summa cum probabilitate concluditur, succina haustilia ex eadem produci, ita, ut non tantum in locis litori vicinis, sed etiam in profundiori mari, succina talia in luto illo cæruleo contineantur. Quod vero non in omnibus litoris Sudavici locis haustilia succina inveniuntur, a ventis, litoris situ, & fundo maris ipso, non semper divite, repeti poterit. Tempus hauriendis succinis maxime accommodatum est, quando concitatiores fluctus vento ad litus protruduntur; tunc enim coloni æstate atque hyeme ad haurienda succina se disponunt. Modi vero hauriendi succina tum ordinarius, tum extraordinarii nonnulli, in fine *Capitis* describuntur. In *Capite quinto* Autor de inclusionis loco, & modo corporum succineo liquore obductorum, differit, &, an illa in terra, an in aqua, fiat, disquirit. Cum etiam superius ostenderit, omne succinum in terra generari, ibidem etiam inclusionem fieri debere, urget. Provocat quoque ad glebas, ex vena lutosa erutas, in quibus inclusa insecta inventa fuerunt. Et quomodo insecta, quæ in aere magis, quam in aquis, deprehenduntur, in aquis includi possent? Quando igitur ruina montium litoreorum partes terræ devolvuntur, & succina nuda & adhuc mollia jacent; tunc insectis aditus ad ea patet. Quæ cuncta ex varietate glebarum, succina inclusa tenentium, dilucidius ostendit, &, inclusionem in libero aere potius medium inter rigorem & fluorem succini, quam in profunda terra, fieri, concludit. Ex quo etiam patet, cur inclusa succinea rarius inveniantur. Addit huic *primæ Parti* auctarium, in cujus *Capite primo* de insectis minutis, quæ non nisi microscopii ope in succino deteguntur, differit. *Caput secundum* falsa & arte facta inclusa tradit, & non tantum in ipsas glebas spurias inquirit,

rit,

rit, sed etiam modos varios, quibus artifices in construendis salsis glebis utuntur, exponit. *Caput tertium* tandem inclusa nonnulla, in præcedentibus omissa, addit.

Pars secunda historiam inclusorum vegetabilium, mineralium, & aquosorum, sistit. In *Capite primo* Autor inclusa vegetabilia examinat, eaque rariora pronuntiat, &, an eadem recentia, an exsiccata, includantur, disquirit. Elegantissimam glebam ostendit, quæ folium compositum, quinque foliolorum paribus seu conjugationibus constans, comprehendit, & sententias diversas, cujusnam plantæ folium sit, proponit. Nonnullas postmodum plantarum partes inclusas, & inprimis ericas, algas, & alias plantas marinas, vel mari proximas, exhibet, semina nonnulla, ligna, & straminis partes, his inclusis vegetabilibus adjungens. Quasdam etiam plantas succino exterius adhærentes ostendit, & hac occasione de felicibus & infelicibus capturæ signis mentionem injicit. *Caput secundum* inclusa mineralia, & his affinia, exhibet. Auro & argento splendentes glebas quidem profert, sed, genuinum aurum & argentum inclusum non esse, ostendit, splendoris vero rationem tum a corpore peregrino, succino interjacente, tum ab ipsa gleba, & ejus mutationibus, deducit. Ad primum enim quod attinet, tum vitriolum, tum ferrum, interspersum croco suo, intime junctum, deprehendimus; in altero vero casu cortex succini, in glebæ interioribus interdum visus, varias cavitates, angulos, & sulcos, relinquit, & ita radii lucis diversimode refracti aureum splendorem repræsentant. Sed ferrum non tantum sub auri & argenti colore in succino se exhibet, sed & ipsum in glebis variis descriptum deprehendimus. Ferrum inprimis erosum in succino observatur; quæ quidem erosio succino adscribi non potest, sed particulæ ferreæ jam erosæ includuntur. Qua data occasione, Autor de coloribus succini, marti tinctori adscribendis, disserit, & cœruleum frequentius obvium, nec non ex viridi & cœruleo mixtum rariorem, examinat, &, aliqua comparatione cum gemmis instituta, disquirit, cur color mineralis diutius in gemmis servetur, in succinis vero mox pereat, id quod a soliditate diversa deducit. Subjungit tandem

glebas

glebas varias, quæ terreas particulas, ligna foſſilia, ſalia vitriolica, lapillos, &c. ſuccinis incluſa oſtendunt. Succina etiam ſuccinis incluſa obſervanda ſunt. Quando enim ſuccinum, duritie ac perfectione ſua acquiſita, nova fluidi ac imperfecti ſuccini maſſa contegitur, tunc ex ſitu, forma, nexu, & quandoque etiam diverſo colore, incluſum ſuccinum diſtinguere poſſumus. Expoſitis igitur variis glebis, ad hanc doctrinam ſpectantibus, ex iisdem oſtendit, quomodo ſuccina, ſuccinis involuta, formata fuerint. *Caput tertium* de incluſis aquoſis agit. Nonnunquam enim guttula aquea in gleba conſervata conſpicitur, & tunc vel aeream bullulam conjunctam habet, vel ſola aqua ineſt, aliæ vero glebæ, aqua diſperſa, non niſi ſpatium vacuum oſtendunt. Qua ratione igitur incluſio aquarum fiat, & quomodo guttæ, olim incluſæ, per exſpirationem diſſipentur, diſquirit. Aqueum humorem contentum dulcem eſſe, experimento facto comprobat Autor, licet, ſalinum interdum deprehendi poſſe, non neget.

Pars tertia de natura pictis & cælatis Succinis agit, &, in omnibus regnis naturæ tales configurationes dari, variis exemplis comprobat. Elegantiſſimas itaque figuras, naturæ opere in glebis ſuccineis pictas & delineatas, deſcribit. Subjunguntur his ſuccinis, a natura figuratis, ſuccina quædam, ſcitiſſime ſculpta, quæ Sereniſſimus Princeps Regius, *Fridericus Chriſtianus*, ad nos ex Italia retulit, & quæ apud antiquos forſitan amuletorum loco fuerunt. Ornatus libri Regio Opere dignus conſpicitur, nec forte invenies prelis noſtris emiſſum Opus elegantius aliud, ſi ad chartæ nitorem, & formæ præſtantiam, &, quod præcipuum, typis emendate ponendis adhibitam induſtriam, reſpicias.

PAULI II, VENETI, PONTIFICIS MAXIMI, VIta, ex Codice Angelicæ Bibliothecæ deſumta, præmiſſis ipſius Sanctiſſimi Pontificis vindiciis adverſus Platinam, aliosque obtrectatores. Accedit Appendix, qua comprobatur, Pauli II Pontificatus felicitati deberi optimorum Scriptorum

ptorum editiones, quæ Romæ primum prodierunt post divinum typographiæ inventum, a Germanis opificibus in eam urbem advectum, plerisque omnibus earum editionum seu Præfationibus, seu Epistolis, in medium allatis, cum brevibus observationibus ad easdem, rei typographicæ origini illustrandæ valde opportunis.

Romæ, typis Antonii de Rubeis, 1740, 4.
Alph. 2 plag. 1, cum Fig. æn. 1.

Equidem vitam *Pauli II*, Pontificis Maximi, a *Mich. Canensio* conscriptam, præclaro *Scriptorum rerum Italicarum* Operi, ad Vaticanæ Bibliothecæ exemplar, *Parti II Tomi III* fideliter inserendam curavit Vir Cel. *Lud. Ant. Muratorius.* At, quod diligentiam Eminentissimi Cardinalis *Quirini*, ob eximia in Ecclesiam Romanam, totumque literatum orbem, merita decantatissimi, in consulendo alio Angelicæ Augustinensium Codice compertam haberet & exploratam, eam ipse in Præfatione, editioni sua præfixa, humanissime commendavit, & literatis viris exspectationem commovit, fore, ut hujus opera aliquando plenior prodiret & emendatior. Huic spei ut satisfaceret, *Muratorio*, omnibusque doctis, maxime laudatus Vir, cum pro officio, ante aliquod tempus, Pontificiis interesset comitiis, Vitam illam in manus resumsit, recognovit, & evulgare constituit. Quo vero vices suas, pro indefesso suo erga literas studio, magis magisque expleret Illustrissimus Editor, præter notatam in titulo Appendicem, singulari volumine comprehensam, ipsi Operi præmittendas censuit vindicias quasdam, ad propugnandam defendendamque, adversus *Platinam*, aliosque, quos vocat, obtrectatores, Pontificis memoriam. Sunt vero *sex* in universum *Capita*, quibus hoc suum propositum, mox a fronte operis, strenue persequitur Vindex Eminentissimus. *Cap. I* demonstrare nititur, literas haudquaquam insectatum esse *Paulum II*, sed eos tantum literatos, qui ethnicam religionem præ Christiana adamare viderentur. Queritur quippe

Pag. 9. *Platina*, male adeo a Pontifice esse habitum Apostolicorum Abbreviatorum privatum quoddam Collegium, ut socii illius boni ac docti, divini atque humani juris peritissimi, indicta causa, bonis ac dignitatibus ab ipso spoliati fuerint, quibus tamen cautum fuerat literis Apostolicis, & fisci Pontificii autoritate.
10. Quin imo ad calcem vitæ addit, ita illum humanitatis odisse studia & contemsisse, ut ejus studiosos uno nomine hæreticos appellaret, Romanosque hortaretur, ne filios diutius in literarum studiis detinerent, quod satis esset, si legere & scribere didicissent. Hic, ut probet Noster, cuncta illa a pravo & perverso *Platinæ* profecta esse animo, omnes intendit nervos. Neque tamen negat, violentas memorato illi Collegio a Pontifice illatas esse manus. Sed hoc urget, Romanos illos Academicos tum doctrina, tum moribus, ejus omnino fuisse furfuris, ut quidvis potius, quam Pontificiæ, mererentur, argumenta benevolentiæ. Disputasse eos de animorum immortalitate, Platonicæ potius sectæ, quam Christianæ religionis, asseclas; nomina quoque, in baptismate suscepta, immutasse; amorem porro gentili-
11. tatis quosdam ex ipsis adeo transversos egisse, ut nec a solennium quorundam sacrificiorum abstinerent cerimoniis; quin imo *Pomponium Lætum*, ejus Collegii principem, in more habuisse, natalem urbis Romæ diem celebrare, & *Rômulo* aram construere. Huic demum insaniæ eosdem crimen conspirationis in ipsius Pontificis vitam adjecisse. Igitur non literatorum, sed scelestorum potius hominum, pravam societatem insectatum esse, jure suo, Pontificem. Præterea vero intensissimi ejus
13. erga literas studii amplissima prostare testimonia. Non solum enim proditum esse a *Canensio*, magna ipsum quoque *Paulum* in
14. literas incubuisse industria, sed & *Gasparem Veronensem* graviter testari, magnifico plane tam typographiæ recens opificium, quam eruditos plures, & inter illos præcipue *Franc. Philelphum* & *Jo. Ant. Campanum*, ab illo receptos esse patrocinio. Num injuste abrogandas censuerit *Paulus*, occupato Pontificatu, leges quasdam, a se aliisque Cardinalibus ante constitutas, & in conclavi juratas, Noster *Cap. II* contra *Jacobum Papiensem* disputat.
22 Itaque leges illas, numero octodecim, partim ad officia, partim ad potesta-

potestatem spectantes Pontificis, fideliter recenset. Tum Pag. 25.
famam *Stephani* cujusdam, Ecclesiæ Mediolanensis antistitis, &
Theodori, Tarvisinæ Episcopi, quorum consilio præcipue Pontificem de abrogandis iliis legibus cogitasse, refert *Papiensis*,
quantum potest, purgat, tuetur, evehit. Deinde, in arduo 28.
hoc negotio *Paulum* non solum binos hos consiliarios, licet
gravissimos, sed & alios celebres Juris Pontificii peritos viros,
ad eam rem expendendam adhibuisse, ex monumentis fide dignis comprobat. Fidem insuper facit, omnes optimos Car- 30.
dinales, integritate, prudentia, omnique virtutum laude, insignes, illi semper admodum charos fuisse, & ab ipso in arduis
Apostolicæ sedis negotiis frequenter adhibitos. Et, his omnibus ita præsuppositis, tandem apparere putat, nihil a Pontifice in immutandis aut abrogandis legibus inceptum unquam
esse, aut peractum, quod temere, nec ecclesiæ ita postulante
commodo, factum videri possit. Nec minore studio *Paulum*
ab avaritiæ nota vindicare laborat *Capite tertio.* Primo enim 34.
ad *Canensium* provocat, qui eum a cupiditatis contumelia non
solum absolvit, sed & in omni genere præclara profert liberalitatis ejus documenta. His vero magis magisque comprobandis, præter impensam ab illo viris doctis beneficentiam, *Cap.* 35.
I jam laudatam, partim quam liberalis fuerit in exornandis ecclesiæ rebus, partim quam se inopia laborantibus quibus- 36.
cunque probatæ vitæ hominibus munificum exhibuerit, recenset & collaudat. Quibus addit, infinitam a *Paulo* insumtam 37.
fuisse in re Christiana adversus Turcas tuenda vim pecuniæ.
Quo in loco id nobis præ ceteris videtur memorabile, quod, 39.
tam excelso Pontificem in Turcicum illud bellum exarsisse animo, referat Noster, ut, rejectis albo equo & consueto accipitre,
quos ei *Ferdinandus*, Neapolitanus Rex, pro conservando regni
jure feudario transmiserat, petitisque eorum vice 60000 aureorum pecuniis, cum Regii Legati in contrarium obsisterent,
minarenturque, Regem, ea offensa exacerbatum, Turcis adhæsurum, ipse animose responderit: ite vos, referte, quæ diximus;
si, Turco adhærere, illi animus aliquando fuerit, jam probe providimus, ut Regem regno, & Turcum Christiana ditione, pro-

fugaturi simus. Supra quoque Noster, pro diluenda avaritiæ culpa, allegarat *Pauli* magnificentiam. Hanc jam *Cap. IV*
Pag. 41. fusius prosequitur, & in laudem ejus egregie convertit. Fuisse vero, narrat, gemmarum inprimis studiosum Pontificem, & ex
42. iis, utique pretiosissimis, mitram maximam papalem conficiendam curasse, ducenta aureorum millia communi judicio æstimatam. Mitra hac splendidissima sibi parata, indulsisse quoque Cardinalibus, ut, sacris induti vestibus, sericeas ipsi mitras, unde a Prælatis inferiorum ordinum discernerentur, usurparent, & rubra etiam bireta, quibus soli Romani antistites an-
43. tea utebantur. In priscis insuper colligendis numismatibus, aliisque tabulis & signis, quæ apud antiquitatis amatores in pretio sunt, valde magnificum sese exhibuisse, harumque ve-
45. tustatum exactissimum simul exstitisse perscrutatorem, quin Cæsarum imagines in ipsis numismatibus tam probe dignovisse, ut primo statim adspectu illorum nomina exprimeret. Sed, singu-
46. larem magnificentiæ laudem *Paulum* in construendo S. *Marci*
48. palatio, in excipiendis splendide Principibus, nec non in lu-
52. dis & opiparis conviviis populo exhibendis, promeruisse, Noster commemorat. Et, his ita expositis, *Cap. V* ex magnanimitate Principe digna Pontificem commendare aggreditur. Itaque,
55. quam is bene faciendi studio multis aliis præstiterit, nec ab ullo
58. facile beneficia acceperit, quam obtrectationes etiam atque in-
59. jurias tranquillo contemserit animo, denique quam eximia ediderit alia magnanimitatis, tum pace, tum bello, facinora,
61. multis commendatur. Deinde vero censuris *Platinæ*, ac si Pontifex testamentis nimis avide inhiaverit, pro more respondetur. Tandem *Cap. VI*, *Paulum* interiorem ac familiarem vitam moresque suos ita composuisse, proditur, ut nec in hac par-
65. te justæ reprehensioni obnoxius reperiri possit. Quod enim *Platina* & *Papiensis* arguere conati sunt Pontificem, difficilem nimis se adeundi aliis dedisse copiam, cum, inverso naturæ or-
66. dine, noctu vigilare, dieque somnum capere, consueverit, id præcipue valetudinis causa factum esse asseritur, quod dormitione nocturna gravius catharro vexaretur. Nec firmiore niti
67. fundamento, quæ de victu ejus cultuque corporis immoderato,

rato, in medium produxerint accusatores malevoli. *Papiensem* verò maxime ob id notandum esse, quod, *Paulum* aliquando vanis favisse fuisse divinationibus, temere perhibeat. Ceterum, ipsis quoque fatentibus adversariis, familia usum esse Pontificem culta, modesta, & ingenua, nec cuticulæ magis, quam rebus consuluisse publicis. Hæc & alia in elegantissimis hisce obvia vindiciis, pleniorem facile mererentur enarrationem; sed nos illa missa facimus, ne justo longiores simus, & sic jam ad ipsam *Pauli* vitam, a *Canensio* conscriptam, accedimus. *Petrus Barbus*, qui postea *Paulus II* cognominatus est, ex patre *Nic. Barbo*, & matre *Polyxena Condulmaria*, septimo, Calend. Mart. A. 1417, *Joanne XXIII* Pontifice Maximo, & *Sigismundo* Imperatore, Venetiis natus est. Pueritia per honestæ documenta disciplinæ peracta, literarum studiis adolescentulus traditus est, a quibus si quando eum vacare contingebat, optimi genitoris secutus vestigia, ad ecclesias frequentius divertebat. Juventutem ingressus, tali probitatis studio cuncta illius spatia exegit, ut ab elegantioribus honestatis moribus nunquam declinasse cognitus fuerit; imo adeo laudabili modestia & honestate se ipsum moderabatur & comprimebat, ut nunquam per consueta juvenibus lasciviæ fomenta distractus sit. Interim, patre ejus mortuo, in dirigenda domo plurimum gratiæ apud suos sibi vindicavit. Inter cives autem & graves viros adeo comiter ac laudabiliter se habuit, ut præcipuam omnium promeruerit benevolentiam. Sed enim, dum ita se gereret, & avunculus ejus *Eugenius IV*, Pontifex Max. pro infidelium Græcorum reductione Ferrariam profectus esset, in eam urbem ab eo accitus est. Ubi mox habitu immutatus, & Clericorum ordini adscriptus, se per omnia virum graviorem exhibuit. Et, quo literarum studiis & Clericorum institutis perfectius imbueretur, ei sunt adhibiti viri doctrina omnique virtute probatissimi. Cum autem, succedente tempore, *Eugenius*, *Petrum*, nepotem, tum ingenii docilitate, tum probitate morum, præditum esse, certa fide intelligeret, ipsum Bononiæ Apostolicum Protonotarium & Archidiaconum nominavit. Cui quidem officio ita satisfecit, ut, plurimorum sacri senatus Patrum suasu hortatuque,

Pag. 69. 70. 73. 9. 10. 11. 12.

interjectis aliquot annorum curriculis, ab *Eugenio* Cardinalis
crearetur. Accepto autem tam digno & amplissimo rubei pi-
lei munere, nunquam se alicui per insolentiam elatiorem im-
modestioremque præstitit, imo humanior multoque facilior er-
ga omnes factus est. Tantam quoque in explendis officii
rationibus exhibuit semper tum fidem, tum prudentiam, ut
Pag. 14. non solum *Eugenio* esset acceptissimus, sed & parem fere gra-
tiam a successoribus ejus, *Nicolao V*, *Callisto III*, & *Pio II*, ob-
15. tineret, ab iisque insuper sacris augeretur muneribus. At,
quantum sibi apud omnes egregiis factis comparasset favorem,
32. tum demum apparuit, cum *Pius II* obitu suo sedes Pontificias
vacuas relinqueret. Etenim, cum ad successoris novam ele-
ctionem amplissimus Purpuratorum senatus convenisset, tam
consona & firma in *Petro* eligendo exstiterunt vota, ut ipsi se-
natorii ordinis Patres admirarentur, & reliqua hominum mul-
titudo, divino quodam numine id factum esse, confirmaret. Ut
35. vero mox, *Pauli II* suscepto nomine, traditas sibi Pontificias
occepit habenas regere, tanto rerum moderamine cuncta di-
sponere & agere studuit, ut nihil omnino prætermitteret,
quod ad optimum Pontificem, optimumque patrem patriæ,
spectare videretur. Cujus rei plurima quoque in primis Pon-
tificatus sui initiis dedit documenta. Etenim, cum cives Romani
subinde quererentur, sibi frumenti laborandum esse penu-
ria, mox viliorem rei frumentariæ annonam cunctis patentem
instituit, carnibus item & piscibus moderatius præfixit pre-
36. tium, quod nimis indecenter auctum fuerat. Neque minori cura
civilibus sese opposuit simultatibus, ob eamque rem graves ac
38. perdoctos quosdam constituit viros, qui omnium causas sum-
matim audirent ac terminarent, graviora vero negotia ad se
39. deferrent. Interim tanta semper justitiam temperavit clemen-
tia, ut delinquentes levioribus pœnis tantum mulctari volue-
rit, &, si quando de alicujus capitali judicio coram se propo-
neretur, vultum animumque exacerbaverit, & haud dissimu-
40. late indoluerit. Cuidam quoque, liberius dicere audenti, pas-
sim in vulgus conqueri, quod omnes mortis rei non afficeren-
tur supplicio, prudenter respondit: Ah! parumne putas, ho-
minem

minem morti tradere, quem per tot labores, ac tot per annos, humana ſocietas ſibi ad utilitatem comparavit, tamque ex-
cellenti ac miro opificio Deus creavit? Huic admirandæ omni- Pag. 48.
no lenitati ſociæ fuerunt aliæ Principis virtutes plurimæ. Ecclesiaſticas enim dignitates nec ſubito, neque ullis alicujus precibus, ſed libero ſui animi judicio, pro cujusque meritis ac virtute, diſtribuit, multosque præſtantes viros diverſis eccleſiis inſcios & abſentes præfecit. Primus quoque inter ſummos exſtitit Pontifices, qui præcipuas quasque arces ac loca diſcriminoſa Prælatis aut dignis ſacri ordinis viris cuſtodienda aſſignavit, quo fidelius in omnem ſortis eventum Pontificibus ſedique Apoſtolicæ præſervarentur. Præterea in peragendis negotiis altiſſimi fuit conſilii, tantæque taciturnitatis, ut nullus vel maximæ apud eum familiaritatis aut autoritatis plene intelligere potuerit, quid ipſe inter ſacri ſenatus Patres egiſſet,
aut agere deſtinaſſet. Cognatis etiam agnatisque, niſi bene 49.
promeritis, beneficia nulla impertiit, neque unquam tam clemens exſtitit, ut non in ſontes quoque amicos graviter ani-
madverteret. Id quod præcipue in *Deiphobo*, germanoque 51.
ejus, *Franciſco*, Anguillariæ Comitibus, luculenter apparuit. Hi enim, cum pacificis *Pauli* conſiliis nullo modo obedire vel-
lent, ita tandem ejus prudentia ad incitas ſunt redacti, ut alter 63.
regno profugus, alter vero captivus, fieret. Qua re ſimul effecit Pontifex, ut eccleſiæ imperium plurimum dilataretur; ſiquidem duodecim Anguillariæ Comitum munitiſſima oppi-
da, non multum ab urbe Roma disjuncta, præter ceteras eo- 64.
rum arces, ditioni Apoſtolicæ addidit. Quæ cum ageret, pri-
vatorum rebus ſimul egregie proſpexit. Egenis enim pluribus 66.
dignis tanto Principe muneribus tum ipſe auxilium præſtitit,
tum quoque per quasque urbis Romæ regiones aliquot ſecre- 67.
te deputavit homines integerrimæ ac probatæ vitæ, quibus quidem quolibet menſe certas deſtinabat pecunias, inter Romanos
pauperes pro eorum conditione diſtribuendas. Mox iterum 73.
alia ſecuritatis exempla edidit. *Gerſitum* enim, Bohemorum Regem, convictum famoſæ tum Fraticellorum ſectæ, publice hæreticum damnavit; ſimul regnum bonaque ejus occupatori-

bus

bus adjudicavit, ac demum pecunias plurimas *Matthiæ*, Hungariæ Regi, amplissimasque indulgentias adversus damnatum
Pag. 75. decertantibus, dilargitus est. Nursinos item & Pontanum po-
78. pulum bello compescuit, conspiratorum quoque duo tum de-
81. tecta consortia fortiter disturbavit. Interim tamen pacis fuit amantissimus, eandemque in bellum pronis Italiæ Principibus omni opera commendare studuit. Qua in re cum faventes sibi obsequentesque horum Principum expertus esset animos, mox
88. quoque, quantum *Friderici III*, Cæsaris Augusti, erga se esset studium, luculenter apparuit. Hic enim, ejus visendi gratia, magno cum comitatu urbem Romam advenit, multaque ei exhibuit cum honoris, tum amicitiæ, documenta, similia quoque
89. ab illo recipiens. Quo tempore nova in Lateranensi ecclesia a Pontifice instituta est B. *Georgii* religio, cujus gubernatori militare vexillum, rubea cruce medio contextum, vestemque sericeam candidam, pari crucis signo, anteriori posteriorique ejus parte, consutam, prius a Pontifice benedictam, ipse Cæ-
99. sar tradidit. Præter hoc & alia multa præclara instituit. Etenim urbem Romam, quantum & tempus & occasio suadere vide-
100. batur, excoluit; Romanis quoque mulieribus immoderatum gestandorum unionum gemmarumque, cingulorum, & vestium,
101. limitavit usum ac restrinxit. Ipse vero ob nimiam in conquirendis emendisque lapidibus pretiosis curiositatem ab aliis aliquando notatus est; quod tamen ea ratione ab eo factum esse refert *Canensius*, ut talem successoribus relinqueret supellectilem, qua dignitas & majestas Pontificia in omnem sortis even-
102. tum facile juvari ornarique posset. Ceterum statura quidem ingenti, ac palmis fere duobus supra communem eminentiori, exstitit; forma vero præstantissima, ac per omnis ætatis gradum ita decora & venusta, ut assidenti vel stanti quædam autoritas ac majestas inesse videretur. Vultu præterea fuit sereno atque gratissimo, colore candido, fronte læta, superciliis arcuatis, nec medio conjunctis, oculis flavis ac pertumentibus, auribus mediocribus, naso insuper oris decentiæ respondenti, ad imum tamen eductiori, cervice obesa, capillo raro ac nigro,
103. corpore subpingui, ac procero, brachiis conformibus corpo-

rex

reæ proceritati, manu diſtenta, & digitis longis. Obiit catharro ſuffocatus inter ſecundam & tertiam noctis horam, 7 Cal. Auguſti, anno ætatis ſuæ 45, Pontificatus autem ſexto, vel potius, quod, præter *Platinam* aliosque Hiſtoricos, multæ *Alerienſis*, ad Pontificem perſcriptæ, & in ipſa hujus Operis Appendice *pag. 126, 152, 159*, &c. exſtantes, teſtantur Epiſtolæ, anno ſeptimo.

Quid in Appendice, totius Operis circiter explente dimidium, præcipue præſtiterit Eminentiſſ. *Quirinus*, ex titulo, in fronte a nobis exhibito, fere manifeſtum eſt. Id enim agit vindex clientis ſui ſagaciſſimus, ut, enarrando omnium, patrocinante *Paulo*, editorum operum catalogos, Pontificis haud vulgare erga literas ſtudium magis magisque demonſtret, & extra omnem, quod dicitur, dubitationis ponat aleam. Diſtinguit autem hoc ſuum opus per *Paragraphos*, & mox quidem §. *1* trium *Lactantii* paratarum eo tempore editionum recenſet numerum. *Prima* laudatur, quæ in Monaſterio Sublacenſi, ad quod nempe primum diverterant Germani opifices, anno Seculi decimi quinti ſexageſimo, absque typographi mentione, ſatis eleganter expreſſa eſt. *Altera* Romæ prodiiſſe dicitur anno ejusdem Seculi 66, & quidem ſubſcriptis operariorum nominibus, *Conradi* quippe *Sweinheim* & *Arnoldi Pannartz*. *Tertia* demum ab iis ipſis Germanis typographis A. 1570 excuſa fertur, editoris hic, ut & in reliquis hujus officinæ operibus, munus ſuſtinente *Jo. Andrea*, Epiſcopo Alerienſi. Tum vero §. *2* ea recenſentur *Ciceronis* ſcripta, quæ eorundem opificum occuparunt conatus. Prodierunt enim ipſorum opera *Epiſtolæ familiares* A. 1567, iterumque A. 1569; *Epiſtolæ ad Atticum, Brutum, & Quintum fratrem*, A. 1570; *Officia, Paradoxa, de Amicitia, & Senectute*, A. 1569; *Orationes* demum A. 1571; ut taceamus alia, per *Ulricum Han* Romæ tum expreſſa, cujus prelo *Jo. Ant. Campanus* eam ipſam præſtitiſſe fertur operam, quam *Alerienſis* prelo *Sweinheimiano*. *Ciceronis* Operum recenſionem ſequuntur alia quædam, ad ſacram inprimis literaturam ſpectantia. Etenim §. *3*, *Auguſtini* celebre *de Civitate Dei* opus Romæ bis, anno nempe 1568 & 1570, in mo-

 naſterio

nasterio autem Sublacensi semel A. 1567, prodiisse, legimus. Tum, ex *Hieronymi* operibus duo excusa esse eodem tempore volumina, §. 4 memoratur, licet quædam exemplaria, typographorum dolo, annum impressionis 1568, alia autem annum 1570, in fronte gerant. Quibus copiose recensitis, §. 5 editionis *S. Bibliorum vulgatæ* A. 1571 mentio instituitur; ubi quidem ex *Aleriensis* Præfatione intelligimus, *Aristeæ* notum *de 70 Interpretibus* libellum sacro huic Codici præfixum, verborum vero Hebraicorum, in illo passim occurrentium, explicationem calci operis annexam esse. Illo ipso anno 1571 *Cypriani* Epistolas prodiisse, §. 6 docetur; §. 7 autem, *Leonis M.* Operum, haud adscripto tempore, paratam esse ab *Aleriensi* impressionem; denique §. 8, *Thomæ Aquinatis Catenam in 4 Evangelia* A. 1570 excusam, & §. 9, *Roderici Zamorensis Speculum vitæ humanæ* A. 1568 iisdem typis evulgatum, memoratur. Tum ad profanorum, ut vocant, quorundam Autorum editiones digreditur narratio. Itaque *Cæsaris Commentarios* A. 1569, *Livii Historias*, nec non *Virgilii Poemata*, circa idem fere tempus, deficiente tamen anno, *Ovidii* vero *Metamorphoseon Libros* A. 1571, *An. Lucanum* A. 1569, *Silium Italicum* cum *J. Calpurnio* A. 1571, *Plinium Majorem* A. 1570, præcedente Veneta A. 1569, *Quintilianum* A. 1568 & 1570, *Suetonium Tranquillum* bis, semel cum *Aleriensis*, semel item cum *Campani*, Epistola, A. 1570, *A. Gellium* A. 1569, eodemque anno *Apulejum* & *Alcinoum*, *Strabonem* denique ex *Guarini Veronensis* & *Gregorii Tipbernæ* versione A. 1571, singulis cuique tributis sectionibus, a §. 10 usque ad 22 prodiisse, Noster commemorat. Hisce autem fuse enarratis, *Bessarionis* addit §. 22 de calumniatoribus *Platonis* Libros quinque, & *Donatum* pro puerulis; simulque eodem *Paragrapho* lectorem monet Em. *Quirinus*, nihil jam eorum restare operum, quæ *C. Sweinheim* & *A. Pannartz*, typographorum, prelis, *Paulo* Pontifice, publicata fuere. Esse tamen alia quædam, ad ea tempora itidem deferenda, solerter notat, eorumque data opera accenset catalogo §. 23 *Ptolemæi* Cosmographiam, A. 1570, & §. 24 *Dionysii Halicarnassensis* Antiquitates Romanas, ex versione *Lapi Biragi* editas; tandem vero ultimo totius Operis §. 25 pauca alia,

prælu-

prælucente *Maittairio*, in medium producit, suisque continuo illustrat commentationibus. Atque hæc quidem pro Appendice satis esse, Illustriss. Autor confidit; nec habebit, nobis arbitris, dissentientem, præsertim si quis ejus conamina, levi a nobis tantum adumbrata penicillo, ex ipsa ornatissimi Operis inspectione æstimare velit. Nos quidem peractum feliciter laborem illi Musisque gratulamur ex animo, simul vero tum insignem ejus impensam Bibliothecæ Vaticanæ prædicamus liberalitatem, qua, quod eleganter tribus, ad *Nereum* Cardinalem *Corsinum* datis haud ita pridem, attigit Epistolis, eandem pretiosissima librorum suorum auxit supellectile, tum quoque id Lectori novarum rerum cupido ex binis, a Nostro ad *Benedictum XIV*, Summum hodie Pontificem, perscriptis, Epistolis significatum volumus, illum jamjam a præterlapsi anni initio in edendis *Franc. Barbari* Epistolis toto occupatum fuisse animo, imo bonam earum partem jam tum typis exscriptam habuisse. Quod Opus, antehac nunquam visum, uti avide exspectamus; ita & summum Numen votis exoramus ardentibus, ut Viri hujus, in Ecclesiæ suæ totiusque eruditi orbis commodum prorsus nati, præclaris nunquam non favere velit consiliis, quo & suo desiderio, & aliorum exspectationi, integris semper par esse possit corporis animique viribus.

JO. LAUR. MOSHEMII INSTITUTIONES Historiæ Christianæ majores. Seculum primum.

Helmstadii, apud Christianum Fridericum Weygand, 1739, 4. Alph. 2 plag. 16½.

Venerabilis Viri tanta est dudum celebritas, & tum dictionis lactea ubertas, tum tractationum soliditas, ut, non nisi perfectum & excellens ab eo proficisci posse, eruditi dudum uno ore suffragiisque concordissimis existimaverint. Non possumus non hujus instituti rationem & formam justissimis in cœlum tollere laudibus, ad id cummaxime proclives & instituti, ut suum cuique tribuamus, nec præstantissimorum Virorum meritis quidquam

detrahamus. Causam, cur Institutiones Historiæ ecclesiasticæ Nov. Test. uberiores adornare, ad Seculum usque septimum decursuras, susceperit, in Præfatione exponit Autor suo more, id est, & ingeniose, & eleganter, & verbis copiosis. *Vix Institutiones Historiæ Christianæ breviores exierant*, verba sunt Autoris, *cum eruditi quidam homines, & in his quidam in eminenti dignitatis gradu positi, demonstrarent, multis valde consultum fore, si, quæ nervose ac præcise in illis dixi, paulo plenius alio libro enarranda mihi sumerem, & certis testimoniis firmarem.* Rationem vero potiorem, quæ Viri est prudentia, silentii peplo involvit. Tractationis modus ostendit satis superque, Autorem in eo fuisse, ut genuinam ecclesiæ Christianæ indolem repræsentaret, ministeriique ecclesiastici originem & dignitatem confirmaret, quam quippe recentiores quidam Jureconsulti ita deprimunt, ut opiniones fanaticorum hominum fere adoptent, &, dum monarchicam ecclesiæ formam, vel sacerdotii imperium, intra imperium dari negant, in contraria prorsus currant. Hisce viris egregiis hic & re ipsa, & sæpius nominatim, moderatissime tamen & solide, factum esse satis, Lectores facile odorabuntur. Fontium præcipuam habuit rationem. Nec tamen neglexit eos, qui nostra patrumque memoria rebus dubiis & incertis aliquid lucis ingenio afferre tentarunt. Testimonia veterum aut ipsa descripsit, aut accurate indicavit. In rebus dubiis caute se gessit, aut nihil, aut probabilia tantum, pronuntians. Nusquam fere copiosior fuit, quam in hæreticorum, quos vulgo vocant, opinionibus, moribus, institutis, & fatis, investigandis. In hanc enim Historiæ sanctioris partem studium sectæ, ignorantia, superstitio, commotiones animi, negligentia, plus tenebrarum, suspicionum, commentorum, & spinarum, invexerunt, quam in reliquas omnes. Ut scilicet quisque animo constitutus & affectus est, ita vel in accusandis, vel in excusandis, sectarum Christianarum conditoribus modum excedit. Collegit Autor primum ea, quæ de vita & fatis hæreticorum scripta inveniuntur; quæ, si nec incredibile aliquid habeant, nec certis rerum documentis repugnent, toleranda &

admit-

admittenda esse putat. Ipsa deinde dogmata, quæ passim referuntur, scienter disponit, ut apta quædam & inter se cohærens disciplinæ totius, siquidem id fieri potest, forma nascatur. Neque tamen hoc negotium aggreditur, antequam diligenter perspexit, quid in illis certum ac evidens, quid dubium, quid latens, sit. Ad singulas sententias nominat Autores, ex quibus illæ sunt desumtæ; qui si dissident inter se, nec exitum facile reperire licet, præstat, judicio ejus, rem omnem in medio relinquere, quam decernere. Orationis genus simplex & apertum adhibuit. Hæc ad instituti rationem, quam exhibet Præfatio. Tractatio ipsa primo quidem complectitur isagogen. Hæc exhibet definitionem Historiæ ecclesiasticæ & divisionem. Divisit Autor eam in externam, fatis prosperis adversisque fœcundam, atque in internam. In hac collocavit historiam doctorum, dogmatum ipsorum, cerimoniarum, & rituum. Tum de subsidiis scribendi pragmatice ea, quæ institutum hoc exigit, & generalibus & specialibus, disserit. Porro exponit de fontibus Historiæ ecclesiasticæ, ac requisita ejus, qui illam cum fructu studet tractare, recenset. Adsit nimirum in ejus intel- Pag. 22.
ligentia 1) ingens vitæ, opinionum, & rerum humanarum, cognitio; 2) omnis generis doctrina; 3) memoria fida & tenax; 4) ingenium natura sagax, perspicax, & ratiocinationibus assuetum; 5) judicium exercitatione & diuturno usu subactum & firmatum. Voluntatem exornent oportet 1) laboris patientia & diligentia; 2) veri rectique studium constans & acerri- 23.
mum; 3) libertas ab omni servitute vel temporum, vel hominum, vel opinionum. Vitia hominum, in hac Historia com- 24.
mitti solita, candide aperit Ven. Autor. Nec omittit fructus, ex Historia ecclesiastica capiendos, scilicet providentiæ divinæ splendorem & celebrationem, alimentum fidei, & in ea constantem animum, prudentiam, ac faciliorem errorum debellationem. Externam decursui temporum alligavit, ac universam temporis Nov. Test. historiam in quatuor periodos parti- 28.
tur, respiciens ad ætatem *Constantini M.*, *Caroli M.*, *Lutheri*, & nostram. Hæc in Præparatione edisseruntur. In historia ecclesiæ Seculi I externa exposuit 1) de statu orbis civili & re-

ligioſo, cum naſceretur Servator noſter, *Jo. Clerici* ſtudio provocatus; 2) de ſtatu Judææ civili & religioſo, nati Servatoris tempore; 3) de vita rebusque geſtis Jeſu Chriſti; 4) de fatis proſperis eccleſiæ Chriſtianæ; 5) ac adverſis. In hiſtoria
Pag. 133. exponenda expenduntur 1) ſtatus eruditionis & literarum; 2) hiſtoria doctorum Chriſtianorum, formæque civitatis Chriſtianæ; 3) hiſtoria doctrinæ Chriſtianæ, ſeu religionis; 4) rituum & cerimoniarum hiſtoria; 5) hiſtoria ſectarum, ſive hæreſium. Hiſce partibus ac ſectionibus univerſum hoc, Seculi primi hiſtoriam eccleſiaſticam enarrans, conſtat opus. Delibabimus nunc ſingularia, nec alias facile obvia. Præſidum Romanorum injuſtitiam & diteſcendi libidinem vivis Autor coloribus pin-
33. git. Templum *Jani*, Chriſto naſcente, clauſum fuiſſe, negat, ratus tamen, tranquilliorem & pacatiorem fuiſſe tum orbem
36. terrarum, quam fuerat antea. Ex *1 Tim. II, 2 ſeq.* hunc eruit ſenſum: *Niſi pax in orbe terrarum vigeat, fieri nullo modo poteſt, ut voluntati divinæ, quæ omnium hominum ſalutem cu-*
38. *pit, ſatis fiat.* Monet ſolide, Deos & Numina gentium perperam pro iisdem haberi ſolere. Gentem unam exteram in eo fuiſſe, ut alteram ad ritus ſuos ſacros vi adigeret, merito
40. negat. Religionem Romanorum publicam a privata ſolicite di-
42. ſtinguit. Pleroſque populorum dignatos fuiſſe heroes defunctos cultu divino, ac eos ſideribus præfeciſſe, judicat. Exſtare exempla hominum in antiquis Autoribus, qui Deorum ope me-
45. liores & ſapientiores fieri optaverint, cum *Alphonſo des Vignoles* monet adverſus *Petrum Baylium.* Myſteria ſacrorum, quibus gentes oblectarunt ſeſe, orta fuiſſe ex conſervanda certorum
49. eventuum ac beneficiorum, a ſummis hominibus acceptorum, memoria in Orientis provinciis, pronuntiat, tandemque obvoluta ſilentio, & a promiſcua hominum notitia callide ſecreta, ne inſulſitas cerimoniarum eſſet in propatulo. Univerſam gentium religionem ad pietatem & honeſtatem nihil adjumenti con-
51. tuliſſe, demonſtrat. Hinc vita gentium non potuit non plerumque eſſe perquam impia & ſcelerata. Nihilo minus ſacer-
54. dotibus earum lubuit deformem ſuam religionem miraculis, oſtentis & prodigiis, divinationibus ac oraculis, defendere.

De

De oraculis Autor ita sentit: *Sat graves, puto, illis causas esse, qui, calliditatem sacerdotum in utrisque versatam esse, nec tam cacodæmonem, quam versutos homines, verba plerumque dedisse populis, suspicantur. Sed est tamen nonnihil, neque id nullius momenti, quo impedior, ne cum iis plane sentiam, qui, nunquam prorsus malum aliquem genium sacerdotibus subvenisse, & plebem fefellisse, arbitrantur.* Romanorum imperium ad propagationem religionis Christianæ utile certo modo fuisse, decernit. Romanos religionem gentium devictarum in suam sensim effinxisse ob dominatus sui stabilitatem, existimat. *Pontium Pilatum* sectæ Academicorum fuisse addictum, conjicit ob illa *Pilati* verba *Jo. XVIII, 38: Quid est veritas?* Novimus, hanc sententiam jam olim Cel. *J. C. Harenbergio* in *Idea juris divini, in convincendo & refutando positi*, placuisse. *Franciscum Baltum* in *Vindiciis Patrum Platonismi accusatorum*, Ven. Autor credit, modum excessisse in *Platone* castigando, nec sententiarum *Platonicarum* vim satis acute interdum perspexisse. Idem historiam *Herodum* attingit ita, ut inde statum Judææ, qualis is Jesu nascente exstitit, illustret. Notat idem perditissimos profligatissimosque Pontificum Judaicorum mores, ea ætate degentium. Enarrat opiniones insanas ac superstitiosas, tunc inter Judæos vigere solitas. Dissensiones sectarum Judaicarum succincte exponit, addens, ipsas haud ideo capitales inter se inimicitias aluisse. Fanaticis tribuit *atram bilem*, medicis refragantibus recentissimis. Therapevtas, *Philoni* commemoratos, existimat exstitisse Judæos fanaticos, qui, a verbis legum *Mosaicarum* discedendum, atque ritus in illis sancitos ex præscripto religionis, quam sibi temere finxerant, putaverint, esse exponendos. Ipsos fuisse reliquias Judæorum, Babylonem abreptorum a *Nebucadnezare*, ut crederet, animum suspicacem inducit. Essæorum origines Maccabæis antiquiores esse, arbitratur. *Herodianos* fuisse dictos, sibi persuadet, qui, Romanos, putaverint, injuste *Herodis* filiis imperium in dimidiam Palæstinæ partem, quam provinciæ forma donaverant, eripuisse. Credit, rationibus opinionem hanc a sese esse probatam in *Observationibus ad historiam de numo census.* Suffragatur eis, qui existi-

Pag. 57. 58. 67. 73. 75. 81. 83.

existimant, Karæos, seu Caraitas, jam ævo nascentis Jesu exstitisse,
Pag. 85. ac in Nov. Test. vocari *νομικὲς*. Epulonem opulentum, *Luc. XVI, 19*, memoratum, Sadducæum fuisse credit, ac parabolam de epulone in historiam convertit. Cabbalam, arcanam Ju-
89. dæorum sapientiam, ex Ægyptiorum, fortassis & aliorum populorum, ineptis opinionibus magna sui parte conflatam esse,
105. conjicit. Communitatem bonorum ubique primos inter Christianos viguisse, jure denuo negat, suffragatoribus haud inops. Decretum *Tiberii*, quo Christum in numerum Deorum refer-
109. re voluit, haud esse confictum, largitur. Fæcem duntaxat vulgi dedisse Christo nomen, quæ *Isaaci Vossii* fuit opinio, merito negat. Divinam religionis Christianæ amplificationem
113. a *Thomæ Hobbesii* calumnia vindicat. Legem Romanam jam adfuisse ante *Plinium*, quæ ferri Christianos vetuerit, ex *Plinii*
118. Epistola contra *Franc. Balduinum* ostendit. Suspicatur, a Romanis Christianæ genti objectum fuisse odium generis humani, eo quod Christiani docuerint, gentes a Christo alienas esse malo-
119. rum geniorum mancipia, æternis pœnis devota. Plures putat exstitisse Martyras, quam *Dodwellus* statuit; pauciores ta-
126. men numero illo, qui circumferri solet. De Martyrologiis
127. ita sentit: *Aut ab imperitis hominibus collecta, aut fallaci manu depravata sunt, aut antiquitatem mentiuntur. Neronianam* persecutionem ad eos quoque, qui extra Romam degebant, progressam esse, probabiliter satis ostendit. Disciplinam errorum Persidi olim propriorum per totam Asiam sese effudisse,
135. in Ægyptum manasse, &, exstinctis nondum Apostolis, ad Christianos pervenisse, ejusque haud paucos sectatores turpiter corrupisse, tradit. De origine Gnosticorum docte disserit, eamque Christiana religione vetustiorem existimat. *Gnosticismum*
137. ex *Platonismo* ortum fuisse, negat. Naturam ejus exponit, ad originem mali exponendam id philosophiæ genus compara-
139. tum fuisse, docens. Ad *æones* respici a *Paulo 1 Tim. I, 4, IV, 7*,
142. sibi persuadet, Gnosticismo familiares. *Γνῶσιν* perversam jam *Pauli* ætate innotuisse, ostendit. Æonas Gnosticorum comple-
145. cti Deum ac naturas, ex eo fluere creditas, cui vel quibus certum operandi & agendi intervallum in mundo intelligibili

assigna-

assignaverint, conjectat, ostenditque simul, eos æonas ex Cabbala exponi haud posse. Incunabula Gnosticorum in Chaldæa
detegit. Inde scabiem hujus Metaphysices per Judæos, e Ba- Pag. 148.
bylonia reduces, reductam ad lares patrios, & ad *Mosaicæ* doctrinæ complexum attemperatam fuisse, existimat. Cabbalam
jam Apostolorum ævo Judæis fuisse adamatam, largitur. Res 151.
tanti momenti extra dubitationem collocata fuisset, mallemus. A *Vespasiani* temporibus desiisse sensim sapientiæ studia apud Romanos, pronuntiat. Ministerii ecclesiastici originem a Jesu arcessit, qui ecclesiæ suæ consultum voluit per doctores, cum
extraordinarios, tum ordinarios. Scopus sane institutæ eccle- 155.
siæ hoc exegit. Apostolos tradit exstitisse legatos divinos, potestate leges ferendi, sontes & improbos, si e re videretur, coercendi, miracula denique faciendi, instructos. Potesta-
tem legislatoriam illam Apostolis, invito JCtorum quorundam 157.
suffragio, vindicat, & dissentientium argumenta elidit. Munus doctoris, & munus legati extraordinarii, in Apostolo quovis discernendum esse, solicite monet, in illud, non in hoc, eccle-
siastas successisse, ratus. Christum de forma ecclesiæ nihil sigil- 159.
latim præcepisse, significat. Monarchiam adspectabilis eccle- 163.
siæ commentitiam appellat fabulam bellam. Amicos Jesu Christi, supremum hujus orbis diem & reditum Christi brevi exspe-
ctandum esse, ipse credit, putasse. Liceat vero existimare, 164.
eos ab hac sententia satis fuisse alienos, erronea quippe, ultimamque horam & παρεσίαν Christi instantem pertinere ad ultima œconomiæ *Mosaicæ* tempora, & pœnam, quam Christus a Judæis excidio Hierosolymorum templique expetivit.
Formam ecclesiæ, qualis fuit illa tempore Apostolorum, tem- 167.
porum nostrorum esse normam, merito adversus *Salmasium* Cel. Autor inficiatur. *Baronius* & *Petavius* idem jam senserunt, at simul traditionum fidei, ac juribus Pontificis sui, ex ultima an-
tiquitate deduci solitis, hac ratione exitium pararunt. Cogna- 169.
tionem, tantopere jactatam, Synagogam inter & ecclesiam Christianam, Noster, sibi, ait, dubiam videri. Evertit deinde hanc sententiam, & de ipsius *Campegii Vitringæ*, qui eam ope-
rosissime propugnavit, consensu lætatur. Prophetas, in scri- 171.

ptis Apostolicis commemoratos, interpretes fuisse librorum divinorum, negat. Reputat eos potius pro doctoribus extraordinariis, divinitusque excitatis, qui voluntatem supremi Numinis variis de rebus, quam ipsimet patefactione quadam acceperint traditam, in populi Christiani concione proposuerint,
Pag. 173. ac interpretati sint. Presbyteros haud singulos facultate valuisse fratres erudiendi atque instituendi, sciscit. Plerosque tamen Presbyterorum munus docendi gessisse, ostendit solide ex *1 Tim. III, 2*, & *Tit. I, 9*. Diaconorum Seculi primi indolem secernen-
176. dam demonstrat a Diaconis Seculi II & III. Episcopi enim sensim procurationem ac distributionem donorum, in inopes conferendorum, sibi vindicarunt. De origine Episcoporum sic sentit: *Ego quidem nihil dubito asseverare, sublatis nondum Servatoris nostri legatis, usu invaluisse, ut, in majoribus*
178. *saltem cætibus, unus rempublicam sacram cum autoritate quadam moderaretur. Quoque diutius statum Christianorum ætatis illius cogito, eo confidentius mihi persuadeo, salutem & tranquillitatem ecclesiarum poposcisse, ut uni principatus quidam inter fratres deferretur.* Discrimen, inter Episcopos primæ ætatis ac inter eos, qui postea exorti, intercedens, prudenter
183. inculcat. Baptizatos a Presbyteris confirmarunt Episcopi ungendo & precando. Hanc Noster *confirmationis* originem
186. existimat. Presbyterorum eum, qui ætate & senio excelluerit, præsedisse reliquis Presbyteris, ac Episcopum re vera exstitisse, quæ Presbyterianorum, *Blondelli*, *Bœhmeri*, *Pertschii*, & aliorum, sententia est, negat, &, testimonium *Hilarii* nulla esse autoritate, sibi persuadet. Fundamenta, e quibus exorti fuerunt Archiepiscopatus, recenset & probat. Id vero, quod genuina ecclesiæ vivæ membra splendore & gloria perfudit, minori cura investigavit, notius quippe & magis pervulgatum.
190. Chorepiscopos pro ablegatis ab Episcopo in villas & rus doctoribus habet, qui Episcopis minores, Presbyteris majores, exstiterint. Ubi libertatem docendi, veteres inter Christianos receptam, expendit, egregie prorsus Separatistas & JCtos, qui religionis & Servatoris nostri ministros convertere conantur in ministros civitatis, erudit & instituit, ostendens, nequaquam in

in ecclesia prima omnibus Christianis, spretis legibus & auto- Pag. 195
ritate antistitis, licuisse verba ad concionem facere, vel cogere
coetus privatos. Copiose hoc argumentum exposuit & illu-
stravit Autor, nostra ætate inprimis expendendum, qua fana-
ticæ licentiæ suffragantur viri summi, præcipitia sententiarum
suarum haud satis formidantes, perturbationique ordinis eccle-
siastici frigidam suffundentes. Locum *Hilarii*, quem illi loco 201.
capitis Medusæ dissentientibus objectant, Autor, licentiosis laico-
rum moribus, munus docendi invadentium, haud favere, osten-
dit. Quæ de scriptorum Novi Testamenti apocryphorum origi- 211.
ne commentatur, ea omne ferunt punctum. *Clementis Romani*
Epistolam priorem haud omni depravationis suspicione vacare,
existimat. Fabula certe de phœnice ave inibi est intrusa, nec 215.
non ea, quæ a *Cap.* 22 ad 28 de resurrectione corporum mor-
tuorum agunt, universa, immo alia, quæ Autor Ven. felici-
ter definit. An *Ignatii* Epistolæ breviores, quales illæ e Co- 222.
dice Mediceo prodierunt, ubique sint genuinæ, videtur du-
bitare. *Hermæ Pastorem* Seculo II scriptum esse, haud oc-
culte significat. Traditionibus nullum in prima ecclesia fuisse 229.
locum ratione doctrinæ alicujus, a verbo diviniori, in literas
relato, diversæ, accurate demonstrat. De origine allegori-
carum Scripturæ Sacræ interpretationum docte commentatur.
Origines disciplinæ arcani exquirit solerter. Refellit eos, qui, 246.
Christianos inter primos nihil reprehensione dignum exstitisse,
opinantur. Excommunicationem ecclesiasticam, contendit, esse 254.
juris divini. De origine Conciliorum ea expendit; quæ Ill. 364.
Justo Henningo Bœhmero probata fuerunt, dissensumque suum
moderatissime edisserit. Statum diem, quo convenerunt ante
lucem Christiani primi, contendit solis exstitisse diem. In-
unctionem ægrotorum ab Apostolorum ætate derivat. Hære- 379.
ses solicite evolvit, atque in eis exponendis facile obtinet prin-
cipatum. Ut vero solet orbem eruditum Ven. Autor promis-
sis grandibus sibi devincire; ita in hoc etiam volumine pro-
missis admodum fuit dives *pag.* 28, 47, 123, 125, 177, 202, 231,
381, 398, &c. Jubeat modo Deus benignissimus Ven. Virum se-
ro ad cœlum ire.

VIE DE PIERRE GASSENDI, &c.
id eſt,

VITA PETRI GASSENDI, PRÆPOSITI Ecclesiæ Diniæ, & Profeſſoris Mathematum in Collegio Regio.

Pariſiis, typis Jacobi Vincenti, 1737, 8.
Alph. 1 plag. 21.

Excelluit quondam *Petrus Gaſſendus* cognitione Philoſophiæ, Hiſtoriarum, & Aſtronomiæ, ac propemodum ſcientia diſciplinarum univerſali. Digna erant merita tanti ſcientiarum ſtatoris, quæ invenirent ſcriptorem, tantis dotibus virtutibusque parem, qui laudibus celebraret ſtili perſpicuitatem, ratiocinationis accurationem, in *Gaſſendo* elucentem, ac victorias, per *Gaſſendum* ex *Fluddio* & ſectatoribus *Ariſtotelis* reportatas. *Gaſſend* & *Gaſſendus* viro huic fuit nomen, quemadmodum literæ ejus ſuperſtites indicio ſunt. Lucem adſpexit ipſe A. 1592, 22 Jan. in villa Provinciæ *Chanterſier*, milliari quæ diſtat uno ab urbe Dinia verſus occidentem ſolem. Ipſe fuit proles ruſtica, honeſtis piisque parentibus alioqui natus. Septimo jam ætatis anno ſpectavit ſidera, parentibus ſeſe noctu
Pag. 3. ſubducens. Erudivit ipſum primo eccleſiaſtes loci. Decem annos natus jam excepit Oratione Latina Epiſcopum Dinenſem, *Antonium Bononienſem*, eo venientem, ac, audita Oratione, divinantem, puerum illum fore magnum ſcientiarum heroem. Diniæ poſthæc ad ſtudia incubuit. *Wendelino* ipſum uſum eſſe præceptore Diniæ, ſunt, qui tradunt, magnopere halucinati.
5. Tam celeriter ipſe Diniæ arripuit literas humaniores, ut univerſi ipſum appellarint *parvum Doctorem*. Compoſuit Comœdias, proſo ligatoque ſermone venuſtas, in ædibus optimatum ſolitas recitari. Philoſophiam hauſit ex P. *Philiberto Feſaye*, Carmelita, Avenione nato, ſcilicet *Ariſtotelicam*. Cum lauream philoſophicam Diniæ, natus annos 16, conſecutus eſſet, conceſſit Aquas, Theologiæ nomen daturus, præeunte M. *Ra-*
7. *phelis*. Didicit ibi Theologiam ſcholaſticam, expoſitioni ſcriptorum

ptorum diviniorum invigilavit, Græcam Ebraicamque linguam excoluit. Verba subinde e suggestu sacro ibi fecit, applaudentibus quibuscunque. Eloquentiæ suæ debuit professionem theologicam Forcalquieriæ inprimis, quæ cum redituum esset tenuiorum, proceres ipsi pensionem 400 librarum æris Gallicarum adjunxere. Posthæc Diniensem, lautiorem quippe, meruit professionem theologicam, ac eapropter A. 1614 doctoralem Theologiæ dignitatem cepit in Academia Avenionensi. Obtinuit disputandi gloria cathedram philosophicam & Pag. 8.
theologicam, Aquis vacantem; hanc tamen posthæc cessit præceptori quondam suo, *Fesayo*, illam sibi reservavit. Venit ibi in notitiam ac amicitiam *Claudii Nicolai Fabri de Peiresc*, Consiliarii Ordinum provincialium Provinciæ, & *Josephi Galtieri*, Prioris Valettæ, & Vicarii magni Archiepiscopatus, quorum ille erat seculi sui Mecænas, hic vero unus e primis Mathematicis ac Astronomis. Æque acceptus fuit *J. B. Morino*, Mathe- 9.
matum Professori in Collegio regio, & *Ismaeli Bullialdo*, Astronomorum gloriæ. Annum unicum docuit Philosophiam. A. 1617 sacerdotem agere cœpit. Ex quo tempore operam navavit Philosophiæ reformandæ, sideribusqus spectandis. A. 1618, 28 Nov. primum applicuit studium cœlo stellifero. Observationes suas, ex eo tempore peractas, ipse descripsit, ediditque A. 1655. Astrologiæ judiciariæ dedit temporis non parum; postea resipiscens, Deum veniam gratiamque stoliditatis admissæ oravit. Astrologiam posthæc publice 11.
refellit. Anatomen corporum humanorum & spectavit avide, & perite administravit. Cum animi causa iret in villam *Peynier*, distantem Aquis tres leucas Gallicas, observavit lumen noctu, micans ex plaga septentrionali; idque primus appellavit *auroram borealem*. Gratianopoli A. 1624, 8, edidit *Exer-* 14.
citationes paradoxicas adversus Aristoteleos. Ultra *Librum se-* 17.
cundum nil in publicum emisit, quinque reliquis sibi reservatis, eo quod Pontificii credebant, religionem suam *Aristoteli* esse superstructam; & quamplurimi jam in *Gassendum* tentabantur motus. *Gassendus* putavit, *Asellium* detexisse duos ca- 23.
nales, qui ex hepate ad intestina advehant nutrimentum con-

 ducibile.

Pag. 35. ducibile. At in eo fefellit fefe. *Afellius* nihil præter ductus mefaraicos detexit novi. *Pecquetus* detexit primus ductum thoracicum. In eo autem haud erravit *Gaffendus*, quod figu-
38. ram nivis fexangularem detexit & obfervavit primus. Amice
45. agitavit controverfiam cum *Helmontio*, contendens, convenientiores cibo humano effe fructus frugesque carnibus. *Joannes Brigern* traditur fabulam de *Rofæcrucianis* effinxiffe *pag. 79*. *Gaffendus* vero inter primos declinationem magnetis ani-
90. madvertit. Hæc & complura alia, quæ ad hiftoriam ejus ætatis literariam fpectant, fcriptor vitæ *Gaffendianæ* annotavit follicite. Si dixerimus, hanc vitam effe literariæ rei promtua-
97. rium, veritate gaudebimus fautrice & amica. *Joannis Kepleri*, A. 1630 defuncti, vitam compendiofe hic relatam effe,
100. fignificare oportet. *Gaffendus* A. 1631 obfervavit tranfitum Mercurii per Solis difcum, cum Parifiis ageret, primus, prædictione *Kepleri* excitatus ac incenfus. Addit vitæ fcriptor fubfecutas phænomeni ejusdem obfervationes. Mirum eft profecto, *Gaffendum* jam progreffum macularum folarium ex fyfte-
106. mate *Copernicano* expofuiffe. *Scheinerus*, fe a *Galilæo* fuiffe minus benigne habitum in Dialogis quatuor, *Gaffendo* fignificavit. Unde fit verifimile, *Scheinerum* calamitatis, quæ *Ga-*
117. *lilæum* pofthæc preffit, fuiffe adjutorem. Ipfe fic judicavit *Gaffendus*, ac *Gaffarellus* literis ad *Gaffendum*, ex Venetiarum urbe datis, id ipfum confirmavit. *Galilæum* certe *Gaffendus* innocentem fuiffe criminis objecti, fæpius declaravit. Vitæ *Gaffendianæ* fcriptor hiftoriam litis philofophicæ ac theologicæ, *Galilæo* intentatæ, ftudiofe perfecutus fuit, & *Gaffendi* vitam concinnavit tam eleganter & heroi fuo congruenter, ut ipfe id honoris *Gaffendo* conciliaffe cenfendus fit, quod *Gaffendus* quondam *Peirefcio* præftiterat communi omnium applaufu.

SPECIMEN JURIDICUM INAUGURALE AD loca quædam Juris depravata, quod pro gradu Doctoratus eruditorum examini fubmittit MATTHIAS ROEVER, *Delph. Batavus, ad diem 13 Novembr. 1739.*

Lugduni

Lugduni Batavorum, apud Cornelium Haak, 1739, 4. Plag. 11½.

Non in more nobis est positum, Dissertationes Academicas in his Annalibus exhibere, nisi quidem sint tales, quæ doctrinæ elegantia se commendent, paucisque Germanorum nostrorum innotescant. Jure igitur meritoque aliquem sibi locum hic vindicat præsens *ad loca quædam Juris depravata Specimen inaugurale*, cujus Autor, pluribus jam limatissimis Opusculis clarissimus, eo annisus est, ut non obvia ubivis, aut centies dicta, repeteret, chartisque mandaret, sed ingenium potius in ejusmodi exerceret locis, quæ ab aliis vel prætermissa silentio, vel post sedulum laborem nondum ad liquidum perducta, observaverat. Nec invita sane Minerva consilium hoc executus est. Omnia enim literarum humaniorum luce coruscant, & modesti sanique Critici imaginem referunt. De quo ut inter harum rerum amatores certius constet, singula eruditi Opusculi argumenta enarrabimus. *Quindecim* illud *Capita* complectitur. *Primo* inter ea *Cujacii* emendatio in *Fragmentis Ulpiani Tit. 24 §. 14* rejicitur, & in ejus locum nova substituitur; Mosaicarum & Romanarum Legum Collatio bis emendatur, & tandem *Ger. Noodtii* conjectura refellitur. *Capite altero* vera lectio *Paulo* asseritur in eadem Collatione *Tit. 4 n. 3;* obiter emendantur *Plinius* & *Seneca;* explicatur *lex 1 §. 6 D. de Postul.* & annotatio Græci JCti ad eandem legem ex Codice MSto eruitur. *Caput tertium* explicat & corrigit *Ulpianum; Jac. Gothofredi* conjecturam improbat, novamque proponit; Codicem *Theodosianum* in *l. 6 de Malefic.* emendat; *Philoxenum* explicat & corrigit. *Quarto Capite* Rescriptum *D. Severi* emendatur; *Celsi* locus corrigitur; *Diocletiani* & *Maximiani* Edictum castigatur; *Paulus*, *Ulpianus*, & *Papinianus*, corriguntur. In *quinto*, quod sequitur, *Capite* Autor Clarissimus conjecturam proponit in *l. 11 §. 10 D. de Donat. inter vir. & uxor.*; *Aniani* interpretationem ad *Pauli Sent. Lib. V Tit. 34 § 2* ex MSto refert & corrigit, pariterque ad varias Digestorum leges suspiciones suas cum eruditis communicat. *Sextum Caput Pauli* Sententiis, compluribus in locis, medicinam affert.

Septi-

Septimum autem varia illustrat in *l. 1 §. 3. 5, & 6, D. de Postul.*; Græci cujusdam JCti ad eam legem annotationes producit, & *Lampridii* locum in *Vita Heliog. Cap. 15* a *Claudii Salmasii* emendatione critica vindicat. In *Capite octavo Ulpiani Fragmentis* quatuor in locis mederi studet doctissimus *Raeverus*, & Collationem Legum Mosaicarum & Romanarum ter restituit. *Capite nono Petronii*, *Plinii*, ac *Festi*, loca, ad jus Romanum spectantia, indicat atque emendat; de luctu viduarum nonnulla subjungit; in veram rationem ferendarum legum Furiæ & Voconiæ inquirit, & *Paulo* in *l. 12 §. 3 D. de Administr. & peric. tutor.* ex *Apuleji Met. Lib. X pag. 227* lucem affundit. *Decimum Caput Institutiones Caji* ex Codice manu exarato multis in locis ad genuinam lectionem revocat; *undecimum* autem in corrigenda *l. 19 C. de Episc. & Cleric.* potissimum est occupatum. *Capite duodecimo* Edictum *Diocletiani & Maximiani de Manichæis* hinc inde explicatur & emendatur; *Theodosii* & *Valentiniani* Novella castigatur, & *Petri Siculi* locus quidam velut in transitu corrigitur. *Caput tertium decimum* inscriptum est ita: Mosaicarum & Romanarum Legum Collatio plurimis in locis emendatur ex Codice *Josephi Scaligeri*; *Isidorus* obiter castigatur. *Decimum quartum Caput* loca quædam emendat in *Dosithei* libello, qui *Hadriani* Sententias continet, pariterque veteris JCti Fragmentum, quod nuper ediderat Clarissimus & Græcarum literarum scientissimus Autor, corrigit atque illustrat. *Postremi* denique *Capitis* argumentum est emendatio Novellarum Constitutionum *Theodosii*, *Valentiniani*, *Majoriani*, & *Anthemii*, quod ipsum variis in locis tentavit Autor. Addemus nunc speciminum nonnihil, ut Criticum nostrum Lectores, velo quasi levato, paulo penitius cognoscant. *Pag. 36* elegans observatio est de *Carfania*, quæ inverecunde postulavit olim. Sæpe illa Criticorum senatum inquietavit, dubia scilicet nominis lectione; nam a quibusdam appellatur *Calphurnia*, ab aliis *C. Afrania*, in Florentino Codice *Carfania*, &, sic Basilicos referre, *Cujacius* monuit. Sed, frustra in editis Basilicis hanc quæri fœminam, evincit Clariss. *Raeverus*; unde non improbabilis ei suspicio suboritur, eodem,

quo

quo ipse usus est, MSto Codice usum quoque *Cujacium* fuisse. Idem existimavit vir magnus, *Carfaniae* mentionem injectam esse a *Juvenale II, 69*, cui accedere non dubitavit *Janus a Costa ad §. 3 l. de Susp. tutor.* At vero corrupta est lectio. Prima Satyrici editio habet *Corfinia*, alii libri antiquiores *Carphinia*; ut adeo eorum sententia haud videatur rejicienda, qui hanc fœminam, quam *Juvenalis* memorat, diversam ab illa esse volunt, cujus in Digestis nomen exstat. Accedit, quod Satyricus in ista muliere non carpat litigandi libidinem, sed impudicos potius mores, nisi dixeris, impudentiam & impudicitiam belle conjungi. *Pag. 46* mendum in *Petronio Cap. 72* indicatur. Quovis pignore contenderet literatissimus Autor, pro verbis *muliebri errore* excidisse scriptoris calamo *muliebri mœrore*, & sic lepide militem, qui apud *Petronium* mulierculam alloquitur, ad viduarum alludere luctum. Quod ne temere factum quis dicat, ad *Senecam* in *Consol. ad Helv. Cap. 16*, *Apulejum Met. Lib. VIII pag. 157*, & *Tacitum* in *Vita Agric. Cap. 28*, provocat, horumque autoritate suæ ipsius conjecturæ autoritatem conciliat præclarissimi ingenii *Rœverus*. Idem *pag. 59* in *l. 5 C. de Postul.* verba, *in eadem sævitate permanserint*, vitio laborare credit, & pro *sævitate* legere nos *scævitate* jubet, quod ipsum jam *Cujacio* venisse in mentem, animadvertit. Subjungitur exemplum simul ex *Apuleji Metam. Lib. IX pag. 183*, ubi sic se habent verba: *En! indignæ rei scævitatem, quam plerique insontes periclitantur homines.* Et hæc sunt quædam conjecturæ *Rœveri* nostri, satis, ut arbitramur, felices. In paucis si rem acu tetigisse non videatur, eum Poetæ Venusini dictum excusat:

Non semper feriet, quodcunque minabitur arcus.

Kurtze Historische Nachricht von dem Stapelrecht der alten Stadt Magdeburg, 2c.

hoc est,

SUCCINCTA HISTORICA EXPOSITIO Juris Stapulæ urbis vetustæ Magdeburgi; in qua simul de pristinis Burggraviis, & eorum in Palæo-Mag-

L debu rgi

deburgi civitate juribus, exponitur, &, qui deprehenduntur in D. Benjamini Leuberi libro: Magdeburgischer Stapel-Unfug, *nævi ac errores deteguntur, aliorumque objectiones profligantur. Confirmantur omnia probatissimis documentis, fideque dignis relationibus, ac Historicorum testimoniis.*

Magdeburgi, apud Gothofredum Vetterum, 1741, 4. Plag. 20.

Continentur hoc libro vindiciæ juris Stapulæ Magdeburgi veteris, *Leubero* aliisque oppositæ. In Præfatione Autor exposuit de controversia, ob Diploma *Ottonis I*, ad A. 940 referri solitum, superiori Seculo agitata, quam præcipue D. *Benjamin Leuberus*, Electoris Saxoniæ in Lusatia superiori Procurator Cameræ, scripto, A. 1648 publicato, auxit, quippe qui, Diploma illud esse suppositititum, contendit. Genuinum illud D. *Joannes Borcholtus*, JCtus Helmstadiensis, reddere tentavit in Consilio, ea super re impertito. Hoc autem refellit *Leuberus* in *Disquisitione plenaria Stapulæ Saxonicæ*, propemodum communibus omnium suffragiis approbata. Ab hoc tamen dissensit *Henricus ab Henniges* in *Meditat. ad Capitul. Josephi Art. 20 pag. 245.* Contendit *Leuberus* docere, 1) jus stapulæ, navigationis per Albim, commerciique frumentarii ibidem, ævo *Carolingidarum* penes Missos regios fuisse; 2) ab eis vero ad Burggravios pervenisse; 3) *Ottonem* jus stapulæ Archiepiscopatui Magdeburgico quidem concessisse, ea tamen lege, ut inspectio ac directio juris illius cum omni commodo & emolumento esset Burggraviorum propria; tandem vero 4), Electorem Saxoniæ, qua Burggravium Magdeburgicum, id jus primo Halas ad Salam, deinde Lipsiam, transtulisse, atque ideo Stapulam Lipsiensem esse Saxonicam illam Imperii Stapulam. Inficiandum haud est, *Leuberum* subinde ea pro certis posuisse, quibus deest fundamentum. Autor itaque argumenta *Leuberi* examinavit, & sententiam suam de *edictis platearum*

Electo-

Electoralibus Saxonicis dixit, horumque originem & momenta disquirere tentavit. Inprimis historiam Stapulæ Palæo-Magdeburgicæ exhibere studuit, ac confirmationi jurium Magdeburgicorum, A. 1666 a Sereniss. Electore Brandeburgico obtentæ, tandem superstruxit. Non opis est nostræ, tantas componere lites. Recensebimus genuine summam tractationis, & ab omni judicio abstinebimus. *Caroli M.* ætate exstitit Magdeburgum, Pag. 2.
idque negotiatoribus illustre. A. 965 *Otto I* Abbatiæ novæ Magdeburgicæ donavit *mercatum*, *telonium*, & *bannum regium in Magdaburg*, Advocati opera administrandum. Archiepiscopatum Magdeburgicum, ab *Ottone M.* institutum, confirmavit *Joannes XI* Ravennæ in Concilio A. 970. *Otto II* & *III* impertiere Archiepiscopo privilegium eligendi Archiepiscopum ex 4.
voto & pro arbitratu. Privis illis Advocatis denominatio Burggraviorum fuit indita. Missis Regiis fuisse jus Stapulæ in Albi, 7.
Missorumque in locum venisse Burggravios, Noster haud accredit *Leubero*. Advocatum seu Burggravium Magdeburgicum 13.
ab Imperatore fuisse investitum, Autor negat, ratus, advocatiam illam a solis Archiepiscopis pependisse. Burggraviatum 17.
fuisse adhuc A. 1269 feudum Archiepiscopale, ostendit. Anno certe 1425 *Sigismundus* Imperator *Fridericum* Misnicum Electoratu Saxoniæ & Burggraviatu Magdeburgico infeudavit. Jus Stapulæ Autor tribuit Palæo-Magdeburgo ex præscriptione 21.
immemoriali,& confirmato a *Carolo IV* A. 1377 & a *Matthia* Imperatoribus jure negotiandi frumentis in Albi. *Stapulæ* vocem, 23.
ejusque jus, meminisse docet *Fridericum Wilhelmum*, Electorem Brandeburgicum, A. 1666. Hinc applicat animum ad objectiones, a Consultiss. *Bornio*, doctissimo cive nostro, in *Diss. posteriori de Jure Stapulæ Lipsiensis*, & a *Leubero*, prolatas. Jus Stapulæ 38.
ab Electore *Friderico Placido* Halas, & deinde Lipsiam, translatum esse, negat. Jus Stapulæ Lipsiensis haud obstare Palæo-Magdeburgico, & intercessionibus Magdeburgensium impetitum fuisse, 45.
monet. Ostendit adhæc, Palæo-Magdeburgenses jus suum adversus Bohemica commercia, in Albi instituta, & vicinos, possessionem suam tutatos esse & propugnasse. Controversias Magdeburgicas, *Carolo V* imperante implicatas, recenset. Jus Stapulæ A. 1574 49.

Pag. 59. a Palæo Magdeburgensibus adversus Duces Brunsuicenses & Hamburgenses propugnatum, demonstrat. Sequuntur contro-
71. versiæ, cum Hamburgi civibus exortæ. Jus Stapulæ ab Electore Brandeburgico A. 1676 confirmatum, significat. Edicta, viæ publicæ Magdeburgensis servandæ ergo promulgata, recenset. Adjungit eis bannum vialem Lipsiensem, ac de eo sententiam juridicam exprŏmere laborat, ut illum restringat ad
93. aurigas, ex Silesia, non ex Bohemia, vel ex Hassia, vel Hamburgo, vel Noriberga & Ratisbona, adventantes. Tractationi subjiciuntur Documenta XVI, ex Actis publicis descripta. De Indice, non est, quod moneamus. Copiosioribus nobis esse haud licuit, ne videremur eadem recoquere vel iterare, cum statim de Vindiciis Lipsiensium sit æque exponendum, in quibus argumenta scripti Magdeburgici honestissime expenduntur, ac stricturis illuminantur.

Abhandlung von dem Stapelrechte der Alten Stadt Magdeburg, &c.

id est,

TRACTATIO DE JURE STAPULÆ PALÆO-Magdeburgi, in qua simul argumenta ejus nonnulla examinantur, & jura urbis Lipsiæ contra Magdeburgum, ratione illius Stapulæ juris, disceptantur & vindicantur.

Lipsiæ, apud Joannem Christianum Langenhemium, 1742, 4. Plag. 13.

Quemadmodum *Leuberi* argumenta & tractationem *Anonymus Magdeburgensis* examinavit & refellere aggressus est; ita Cel. Autor, pius Lipsiæ civis, ejusdemque decus, tractationem *Anonymi Magdeburgensis* sub limam & examen revocavit. Utrique sua merita volumus esse salva. Nihil autem a vero alienum affirmamus, si, Vindicis Lipsiensis tractationem nil nisi modestiam, suavitatem, gravitatem, diligentiam, & soliditatem, spirare, affirmamus. Quanta in ipso sit Historiæ Saxonicæ peritia, & quam accurata rerum investigatio, specimine sciagraphico declarabimus.

Ori-

Origines Magdeburgi ultra *Carolum M.* patere, largitus, monet, ea, quæ de antiquiori ætate afferri solent, esse efficta, fabulisque plena. Comitum Magdeburgi Seculo XI frequentem mentionem fieri, docet. Distinguit Burggravios Magdeburgicos Imperatorios ab Advocatis ecclesiæ, seu Burggraviis Archiepiscopalibus, probabilibus argumentis adjutus. Utrumque Burggraviatum ab uno viro nonnunquam obtentum & administratum fuisse, suspicatur. De origine Neostadii & Sudenburgi omnia ante annum 1363 incerta esse, monet. Ejusdem commatis esse originem Magdeburgicæ Stapulæ incertam, addit. In convellendis Consultiss. *Jac. Henr. Bornii de Jure stapulæ & nundinarum civitatis Lipsiæ Commentariis*, in urbe nostra A. 1739, 4, publicatis, præcipuam Anonymus Magdeburgensis operam collocavit. Eum igitur denuo Autor noster, cui a partibus *Bornianis* stare libitum fuit, examine fuit dignatus, ostendens, a Palæo-Magdeburgo jus stapulæ nunquam fuisse obtentum, & argumenta, in contrarium allata, abire in auras. Ut membrum demonstrationis prius firmet, dictitat, 1) Palæo-Magdeburgo deesse sufficientem juris stapulæ titulum; 2) jus vehendi frumenta per Albim diversum esse a jure stapulæ; 3) ea, quæ inde a 200 annis facere possunt ad propugnandum illud jus, ab Imperatoribus Regibusque Romanis per privilegia, Lipsiæ urbi impertita, fuisse pro irritis declarata, penitusque exstincta. Nemo certe huc usque produxit privilegium, quod Imperator ullus Palæo-Magdeburgo indulserit. *Ottonis I & II* Diplomata sunt infra fidem, nec a Magdeburgensibus ad jus stapulæ propugnandum amplius adhibentur. Haud meminerunt juris stapulæ *Carolus IV* A. 1355 & 1377, aut *Sigismundus* A. 1431, aut *Fridericus III* A. 1447, aut *Ferdinandus I* A. 1562, qui privilegia Palæo-Magdeburgi confirmarunt. In consimili confirmatione *Matthiæ* A. 1616 frustra illud quæritur. In decreto Imp. *Maximiliani II* fit A. 1574 apud *Werdenhagium* juris stapulæ mentio, sed secundum ea, quæ a Magdeburgensibus fuerant relata. Noluerunt illud jus Magdeburgensibus impertire vel confirmare *Rudolphus II*, & *Ferdinandus II*, atque *Ferdinandus III*. In Comitiis Ratisbonensibus A. 1654 jus sta-

Pag. 5. 7. 9.

pulæ Magdeburgicæ a Collegiis ſuperioribus declaratum fuit ju-
Pag. 13. re deſtitutum, ac turbulentis belli temporibus uſurpatum. Immemoriali præſcriptioni, a Palæo-Magdeburgenſibus venditatæ, Cel. Autor, obſtare, exiſtimat, defectum actuum publicorum, continuorum, frequentium, & uniformium, commerciorum frumentariorum indolem, contradictionem Electorum Saxoniæ perpetuam, ex quo Sec. XVII commercii frumentarii Magdeburgici notio in jus ſtapulæ dilatari a Magdeburgenſibus cœ-
17. pit. Addit, A. 1497 Palæo-Magdeburgum ſibi jus ſtapulæ nondum tribuiſſe, cum Lipſia jus nundinarum & *ſtapulæ*, ad 15 milliaria circumquaque exercendum, obtinuit ab Imperatore, cujus olim poteſtati hoc jus fuit reſervatum. Privilegiis claris ſola præſcriptio, privilegio vacua, an opponi poſſit, merito dubitant JCti. Jus per Albim vehendi frumenta Noſter Palæo-Magdeburgo haud invidet, nec de eo diſputat. Id vero jus ſtapulæ complecti, negat. A. 1538 Hamburgenſes & Magdeburgenſes transactionem inierunt de navigatio-
20. ne frumentaria & *cerevifiæ*. A. 1562 in fœdere urbis, cum Archiepiſcopo *Sigiſmundo* inito, addita fuit mentio *mercatus piſcium*. Paulo poſt in transactione cum Ducibus Brunſuico-Luneburgicis conciliata commemoratur illud jus prima vice, quod A. 1666 dominus novus Magdeburgi, *Fridericus Wilhelmus*, Elector Brandeburgicus, agnovit. Vocatur illud inibi *eine ge-*
21. *bührende Niederlage und Stapelgerechtigkeit*. Vox *Nedderlage*, *Niederlage*, jam Seculo XIII & XIV tritiſſima, in documentis Palæo-Magdeburgicis ante A. 1574 eſt res inaudita. *Jus navigandi frumenti* denotat *jus naves frumentis onerandi*,
22. *ac eas*, *immunes a vectigalibus*, *deferendi per flumen*, *vel mare*, quod in *Capitul. Caroli VII Art. 8* a jure ſtapulæ diſtinguitur. Illud Cel. Autor invenit in chartis Palæo-Magdeburgenſium ante A. 1562, hoc haud æque. Cum vero inde ab anno 1529 Imperatores ſtapulas & nundinas imperiales omnes circa Lipſiam ad 15 milliaria Germanica, ſive immemoriali præſcriptione & uſu, ſive Imperatorum conſtitutione, nitentes, pro irritis declararint;
29. Cel. Autor inde perimit, quicquid de jure ſtapulæ Magdeburgenſis circumfertur. Tum vero idem progreditur ad ſcriptum

Anonymi

Anonymi Magdeburgensis, laborans, ut argumentum ejus, ex præscriptione immemoriali desumtum, subruat & evertat, nervosque novem criteriis illius præscriptionis incidat, si quibus ea viguerunt pro nonnullorum opinione. Edit primus Diploma *Caroli V*, quo ipse A. 1547, 20 Jul. Magdeburgum in gra- Pag. 31.
tiam recepit. In eo fit mentio *der Niederlage zu Wasser und* 49.
zu Lande, expositionis mercium terra marique, *sambt derselben zugehærigen Jahrmarckten*, cum nundinis, ad eam referendis. Non dubitandum putat Autor, depositionem illam denotare jus merces in nundinis exponendi. Quæ Magdeburgensis Autor 53.
& Apologeta porro recenset pro præsidio & propugnatione juris stapulæ, ea persequitur Vindex Lipsiensis, ratus, in eis nil minus, quam juris stapulæ Magdeburgensis præsidium, situm esse, & *Burchardum*, Archiepiscopum, ad transactionem A. 1307 cum 69.
oppidanis Palæo-Magdeburgi ineundam vi & necessitate compulsum fuisse. De statuis *Rolandinis* annotat pauca, copiosiori expositione digna, & ostendit, *Fridericum III* Imp. Co- 73.
mitibus Muhlingi & Barbiæ privilegium vehendi frumenta per Albim impertiisse, Comitesque eo fuisse usos. Jus banni platearum ex natura stapulæ Lipsiensis colligit & vindicat, ejusque amplitudinem & antiquitatem ostendit. Non est, quod nos judicii, supra lati de hac tractatione, pœniteat, vel pœnitere possit.

MISCELLANEA LIPSIENSIA NOVA, AD INcrementum Scientiarum ab his, qui sunt in colligendis Eruditorum Actis occupati, per Partes publicata.

Voluminis I Pars II.

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditschium, 1742, 8.

Plag. 12.

Vires acquirunt eundo *Miscellanea* hæc nostra. Prodit jam in lucem *Voluminis primi Pars secunda*, offerens momenta septem. Scenam aperiunt *Joannis Christophori Harenbergii Cogitata de Inopia pluviæ in Ægypto, ac malis, inde exoriri*

Pag. 177. *exoriri solitis, ad illustrandum locum* Devt. XI, 9, 10 seq. Deus enim, ut per *Mosen* Israelidas ab amore & grata memoria Ægypti disjungeret, principatum, ostendit, Palæstinæ esse tribuendum præ Ægypto, eam præcipue ob causam, quod Ægyptus laboret pluviæ inopia, ac eapropter conflictetur cum morbis, inde exortis, cum aere sicciori ac ferventissimis notis, & cum corporum animique calamitatibus sit conjunctissima. Nil horum infestavit Palæstinam, quippe quam crebri rivi, amnesque amœni, pluviæ crebriores, aer salubris, ac corporum humanorum salus, commendabilem reddiderunt. Ne igitur vis argumentationis hujus divinæ lectores Codicis sacri latere possit, Autor, quam potuit, operam dedit. Inprimis ex scriptoribus fide dignis, infrequentem Ægypto contingere raramque pluviam,
180. ostendit. Omnem Ægyptiorum spem in Nilo exuberante positam esse, adjungit. Per *alveum Schibhor*, *Jer. II, 18*, com-
182. memoratum, designari, demonstrat, canalem, e lacu Sirbonide in mare magnum profluentem, ratus præterea, ex *Devt. XXVIII, 68*, perspici, tramitem cursumque itineris, ab Israelidis, Ægypto relicta, initi per oram maris mediterranei, partemque lacus, modo demonstrati. Nilum instar Dei quondam fuisse cultum, tradit. Fœcunditatem, quam sentiunt mulie-
186. res, Nilum bibentes, deducit ex limo nitroso, diutissime intra Nilum excocto & præparato. Delta inundatum mari esse simile, ac ideo dici *mare Jes. XVIII, 2*, monet. Calorem æstivum Ægypti flagrantissimum copiosa exequitur oratione, haud oblitus turbinum arenosorum, qui instar tempestatum nonnunquam Ægyptiis incumbunt. Differit deinde de austro æstivo,
189. Ægyptiis per 50 dies funesto ac fatali, quippe quo permulti sæpius homines spiritu orbantur. De hoc vento, *Sammiel* Orientalibus dicto, fusius exponit. Progreditur porro ad austrum, tempore Nili exundantis spirantem, qui Ægypto in-
192. vehit febrem, pestes, & morbos quoscunque. Etesias in Ægypto ab aquilonibus spirare, docet. Ex inopia refrigerati aeris in Ægypto arcessendam putat indolem Ægyptiis propriam, fervidam nempe, igneam, callidam, levissimam, vo-
196. luptatibusque venereis addictam. Mulieres Ægyptiorum olim

rem

rem cum hircis habuisse, ex *Pindaro*, *Strabone*, & *Æliano*, confirmat. Exponit tum legis *Levit XVII*, 7, sensum, qua Deus sanxit, ne quis Israelidarum victimas hircis offerat. Hinc enumerat morbos, ex insalubri aqua Ægypti exortos, pestem, vitiliginem, lepram, elephantiasin, scrotorum inflationem, scabiem feram, melancholiam, & cœcitatem. Illustrat obiter Pag. 200.
locum *Devt. XXVIII*, 27, 28, 60. Morbum, quocum *Jobus* conflictatus fuit, existimat, *elephantiasin* fuisse. Medicos, Seculo VI antiquiores, ab ipso sæpius fuisse lectos & evolutos, facile persuadet familiaritas, quam cum iis videtur contraxisse. Horum enim autoritate perpetuo in rem suam utitur. Vocem עפלים designare *scrota*, verosimillime commonstrat. 205.
Indicari *hæmorrhoidas* illa voce, ob locum *Devt. XXVIII*, 27, constanter inficiatur. Hæmorrhoides enim sunt beneficii in loco deputandæ, tantum abest, ut illæ morbis dirissimis possint annumerari. Lepras & alphos oriri ex limosis Ægypti aquis 209.
ac lacte, intra Ægyptum pro potu sumtis, testimoniis locupletissimis ostendit Autor, addens, per נגע צרעת *Levit. XIII*, 47, *XIV*, 3, 32, intelligendam esse impetiginem scabiei feræ, in qua res incommodæ ac noxiæ variæ confluxerint. Ex aqua 215.
Ægypti zythus fuit coctus, quem ipsum quoque fuisse insalubrem, ex *Paulo Ægineta* docet. Tandem exponit de pluvia Palæstinæ gemina, de priori ac posteriori. Illam incidisse in tempus autumnale, hanc in tempus, paschali festo prævertens, convenisse, ostendit. Omittimus jam ea, quæ de gemina frugum intra Palæstinam & Ægyptum messe solerter commentatur. Loco *Jo. IV*, 35, lucem affundit, ac sententiam *Prov.* 221.
XVI, 15; accurate exponit. Tandem notat quendam *Caroli* 223.
Schaafii errorem, qui sibi persuaserat, a Syris appellari *pluviam Palæstinæ posteriorem* alicubi priorem. Succedit huic Dissertationi *Joannis Conradi Schwartzii*, S. Th. D. & Gymnasii Coburgensis Directoris, *Observatio de Θεοδρόμοις Ignatii*. S. Rev. Autor jam nonnihil Commentationis hujus, tecto licet nomine, edisseruit in his *Actis A. 1731 Mens. Octobr. pag. 455 seq.* Ea vero, quæ ipse hic dedit, illis multo sunt elaboratiora, & majori eruditionis exquisitæ variæque apparatu instructa. Vulgaris

M

garis ita fert dudum opinio, ut per Θεοδρόμας illos *legati*
Pag. 224. *Christiani, ad creationem Episcopi remotioris cujusdam ecclesiæ missi*, designentur. Quam sententiam S. Rev. Autor radicitus exstirpavit, contendens, ipsos Christianos, viam quippe Dei decurrentes, intelligendos esse. Si vel maxime reclamare, & tragulas injicere, vellemus; nihil tamen suppetit armorum, quo hanc opinionem, solidissime communitam, loco movere possimus. Redeundum est nunc ad
237. *Joannem Christophorum Harenbergium*, ejusque *Origines Hildeneshemii, Bennopolios, & Benneburgi*. Urbis Hildesiæ, in Saxonia inferiori sitæ, denominationem deducit ex ignoto quodam *Hildeno*, ac originationem, ex silva *Hils* depromtam, explodit haud secus, ac illam, quæ ex *Hilgenschnei*, nive sacra, & *Hildeschnei*, nive propera, depromi arcessique solet, ratus, fabulam, de nive illa excogitatam, Seculo XII esse seriorem.
243. *Bennonem Frisium*, a quo, putarunt recentiores quidam, Hildeneshemium fuisse conditum, *Bennopolis* nomine vocatum, rejicit inter commenta ac deliria vetularum. A Monacho S. Michaelis, *Bennone*, Seculi XI initiis noto, urbem illam dictam fuisse *Bennopolin*, pro deridiculo habet. Suspicatus potius, exeunte Seculo X, ac ineunte XI, Hildeneshemium a *Ben-*
248. *none II*, seu *Bernhardo II*, Duce Saxoniæ, munitum ac amplicatum fuisse, ejusque in honorem ad tempus appellatum fuisse *Bennopolin*. Hildeneshemium in præfectura Regis fuisse, ac a Comite seu præfecto ejus rectum fuisse adhuc Seculo XI, ostendit. *Castellum paternum*, quod *Tammo*, *Berwardi*, Episcopi Hildeneshemensis, frater, teste *Tancmaro*, dicitur insedisse, ostendit, exstitisse non Sommerseburgi, sed Hildeneshemii. Subdit, Autor: *Unde perspicitur, Hildeneshemium* (A. 1022) *ea ætate fuisse præfecturam Regis in pago Flutwide.* Sic vulgo. Vox *Flutwide* ibi temere irrepsit. Lege: *in pago Astfalaha*. Ad eundem *Bennonem II* Autor refert originem *Benneburgi*, quod olim prope Hildeneshemium versus occidentalem plagam juxta Carthusiam veterem stetit usque ad medium Secu-
250. lum XIII. Transvehimur ea, quæ idem de Ostfalia provincia, ac de pago Astfalo, nec non de origine Episcopatus Hildenes-

deneshemensis, disseruit. *Luteam villam*, in illo pago sitam, tradit esse desolatam, *Kobtdorf* & *Luti villam* alias dictam, jacuisse autem in præfectura *Steuerwaldt* inter vicum montanum *S. Mauritii* & villam *Himmelsthür* in radicibus montis Kreila. Episcopum Hildeneshemensem, atque Abbatem Benedictinum, Pag. 255. *Guntherium*, obiisse A. 834, demonstrat. Adjungit tandem argumenta, cur existimet, Diplomata episcopalia Hildeneshemensia, ad annum usque 1044 produci solita, supposititia esse; & cur opinetur, origines Palæo-Hildeneshemii olim studiose fuisse suppressas. 267. Procedimus porro ad *Jo. Georg. Waltheri*, A. M. *Emendationem loci Herodotei I, 72, ejusque & aliorum, inprimis Dionysii Alexandrini, qui Asiæ veteris descriptionem in superiorem & inferiorem illustrant, explicationem.* 268. Enatum hoc est variæ eruditionis specimen ex Cl. Autoris *primo Specimine animadversionum in C. Cellarii Orbem antiquum*, quod A. 1741 evulgatum est. Disceptaturus est idem alibi locum *Æschyli*, de primis agentem Asiæ Monarchis in *Persis v. 761-788.* Crediderat *Cellarius*, *Herodotum* in describenda Asia sibi haud constare. 269. Sed in alia omnia discedit Noster, ac tria *Herodoti* loca ab isto probro vindicat. *Asiam* subinde *Herodotus* memorat nude, ubi *superiorem* ob oculos habuit positam, quod ipsum ex collatione *IV, 4,* & *IV, 1,* perspicere licet. 272. *Herodotus* scilicet ipse docuit, inter ostium Halyos & littus Ciliciæ, Cypro oppositum, exstare Asiæ isthmum, &, quæ ad orientem fluvii illius sint sita, dici *Asiam superiorem*, quæ ad occidentem sint posita, appellari *inferiorem.* Nam ἡ ἄνω Ἀσίη & ἡ κάτω Ἀσίη est elliptica dicendi ratio, supplenda vocibus Ἅλυος ποταμοῦ, uti constat ex *Herodoti I, 130.* 274. Halym fluvium originem trahere docet ex uno Armeniorum monte, & per Cataoniam decurrere primum ex oriente versus occasum, deinde, mutato cursu ad portas Ciliciæ, flecti in septentriones. *Cellarium* & *Jo. Matth. Haasium* hic simul notat. 277. Vocem αὐχένα exponit per *isthmum*, ostendens, eum Asiæ minoris isthmum a *Dionysio Alexandrino* appellatum fuisse Ἀσίης ςεινά, eumque isthmum a Sinope usque ad Cilicium mare patuisse itinere dierum quinque, teste *Herodoto* 287.

 II, 34.

II, 34. Tunc emendat locum *Herodoti*, rescribens vocem
Pag. 292. ἔρος loco vocis ἔτος. Huic Diatribæ succedit *C. A. Heumanni Revelatio Autorum Observationum Halensium Latinarum*, egregia Historiæ literariæ facula, quam lector instar clavis ac indicis ipse adhibeat consulatque, necesse est. Restant tamen paucula Observationes, quarum Autores Viro præstantissimo manserunt ignoti. Quam vellemus, lacunam hanc aliquis expleat & illu-
319. stret vir doctus! Succedit *Frid. Ottonis Menckenii de Vera vocum exemplum & exemplar significatione Observatio critica.* Insedit ubique adhuc & inveteravit apud scriptores opinio, voce *exempli apographum* designari. Verum, excussis veterum classicorumque Latinorum locis admodum multis, probeque expensis, Noster, rationes secus ducendas esse, docet. Veteribus placuit *apographum* vocare *exemplar*, ac *formam* seu *formulam*
332. *dictorum* dicere *exemplum.* Nec tamen inficiatur idem, in sententiis *Digestorum* sæpius *exemplum* dici pro *apographo*, ipsumque *Ovidium*, metri necessitate compulsum, *exemplum* vocas-
340. se id, quod nos *apographum* appellare consuevimus. *Exemplar* vero a *Pliniis* aliisque dictum fuisse *apographon*, ipse testimoniis comprobavit tam illustribus, ut caliginis superesse
342. queat nihil. Extremo tandem loco subjecta apparet *Guilielmi Cavei & Ottonis Menckenii Epistolarum mutuarum Decas*, *cum Præfatione Frid. Ott. Menckenii.* Qui fata literariæ rei, qualis illa fuit per Angliam Seculo superiori exeunte, discere cupiunt, eorum ad palatum erunt hæ dapes, bellariis subinde in annotationibus, ab Editore adjectis, ornatæ. Habes hic judicium de *Thomæ Pope-Blount Censura celebriorum Autorum*, notitiam
350. de *Christiano Wagnero*, Lipsiensi, m. A. 1693, de *Morhofio*, de controversia *Ittigii* ac *Cavei* occulta, de *Schelstrateni* Opere geographico, de *Anglia sacra* & *Athenis Oxoniensibus*, de *Hodii* laboribus literariis, de *Richardi Bentleji Manilio*, de *Claudii Menetreji symbolica Dianæ Ephesiæ statua*, ac de aliis rebus memoratu dignis. Et hæc quidem est *Partis* hujus *secundæ* summa, propediem accessionibus secuturis prosequendæ.

HET DERDE JUBELJAAR DER UITGEVONdene Boekdrukkonst, &c.

hoc est,

hoc est,

TERTIUM INVENTÆ TYPOGRAPHIÆ JUBIleum, complectens succinctam tractationem historicam de nobili arte typographica, per JOANNEM CHRISTIANUM SEITZ, Franco-Germanum.

Harlemi, apud Isaacum & Joannem Enschede, 1740, 8.

Plag. 19.

Lectori subolet facile, Harlemum *Laurentio Jansenio*, a munere æditui dici solito *Costero*, suo civi, inventæ artis typographicæ laudem denuo vindicatum ire. Præmisit Autor catalogum eorum, qui de inventa typographia aliquid literis prodiderunt. Tractatio omnis *Capitibus decem* absolvitur. *Primo* exponitur de inventione artium generatim; *secundo* de arte scribendi, ejusque origine, ex sculptorio instituto derivanda, agitur; *tertium* occupatur in tempore illo designando, quo typographia fuit inventa; *quartum* versatur in cardine & scopo libri totius. In hoc enim contendit Cl. Autor, Harlemum artis inventæ incunabula ostendere, ac gloriam inventionis referendam esse ad *Laurentium Jansenium Costerum. Capite quinto* recenset eorum argumenta, qui, artem illam Moguntiæ inventam, tradunt. Argentoratensium argumenta perlustrat *Capite sexto.* Quænam harum narrationum sit verisimilior, definire laborat *Capite septimo. Capite octavo* edisserit amplificationem typographicæ artis per Europam terrarumque orbem universum. *Capite nono* de usu artis istius multiplici exponit. Utrum abusus artis, an usus, sit major, disquirit idem *Capite postremo.* Si dixerimus, Autorem *Petri Scriverii*, qui Harlemi A. 1628, 4, edidit *Laure-krans voor Laurens Koster*, id est, *lauream pro Laur. Costero*, esse apologetam, non admodum errasse censendi sumus. Cel. *Trotzius*, qui *Hermanni Hugonis* librum *de prima scribendi origine, & universæ rei literariæ antiquitate*, Ultrajecti A. 1738 recudendum curavit, secus sensit, docens *pag. 580: Frustra Harlemenses statuam erexerunt Costero suo, multa religione cimelium illud, ceu primum librum, cui titulus:* Speculum humanæ salvationis, *custodientes.* In *Friderici Christiani Les-* Pag. 9.

ſeri Typographia jubilante Autor notat operam præproperam, ordinis defectum, & rerum Harlemenſium peritiam juſto minorem. Nec tamen idem inficiari poteſt, in libro hoc exhi-
Pag. 10. beri plurima memoratu digna. Cum librum *Proſperi Marchandi*, qui inſcribitur: *Hiſtoire de l' origine & des premiers progrés de l' Imprimerie*, meminiſſet, obelis eum quoque ſuis haud eſſe indignum judicavit, cauſatus, tædioſam ejus eſſe lectionem ob annotationes triplices, ac emendationes copioſas, *Tomo II* adjunctas. Miratur, Operi 180 paginarum ſubjectas fuiſſe 7 paginas correctionum, excitarique annotationes non-
11. nunquam, quæ in libro prorſus haud queant reperiri. Secutus ſcilicet fuit *Marchandus* partes *Naudæi*, nec *Junii* ac *Scriverii* opiones penſi habuit, quin potius eas refellere contendit. Hæc fuit ratio, cur Autor acutius cernere ſtuduerit ejus nævos, ac eis ſubinde ſtricturas obmolitus fuerit. Optandum ſane fuerat, ut Cl. Autori licuiſſet prius expendere *Vindicias Joannis Guttenbergii*, a Cel. *Kælero* ſcriptas, editasque A. 1741, quam ad hoc Opus emittendum accederet. Quæ *Marchandus* objecerat *Kælero*, a Noſtro repetita, *Kælerus* ſatis ſuperque in Præfatione ad *Vindicias Guttenbergii* videtur depuliſſe. Mittimus jam alia. In id vero curas intendemus omnes, ut argumenta perluſtremus, quibus Cl. Autor adductus, *Coſtero* palmam inventæ typographiæ tribuere voluerit. Inprimis effigiem domus *Coſterianæ*, in foro Harlemenſi conſpicuæ, ſtatuamque *Coſteri*, repræſentat, æri inciſas. *Coſterum* figuras literasque inverſas ligno incidiſſe, atque denuo eas, humore imbutas, impreſſiſſe lateri chartæ alteri, ita, ut alterum vacaret, nemo inficiatur. Quæritur autem, an ipſe literas adhibuerit ſeparatas, & ex metallo, ſeu ſtanno, fuſas. Exhibebimus Cl. Autoris argumenta, quibus ipſe inductus, exiſtimat, ad quæſtionem illam
45. propoſitam affirmando eſſe reſpondendum. Primo quidem exhibet commemorationem Harlemenſem, quæ tradit, *Laurentium Janſenium* ineunte Seculo XV Harlemi exſtitiſſe ædituum, quem ibi vocant *Kæſter*, ac A. 1431 judicem, vulgo *Schepen*, ibidem egiſſe; ipſum figuras ligno incidiſſe, ac eas adhibuiſſe ad literarum ductus in chartam transfundendos; quadraginta figuris ligno
inci-

incisis ipsum historiam Vet. & Nov. Testamenti delineasse; repræsentasse septem tentationes ægroti figuris septem, quibus additus fuerit seriori ætate titulus, indicans, opus id a *L. J. Costero* A. 1428 effectui datum esse; adornasse 16 figuras cum sententiolis Latinis ex *Cantico Canticorum*, quibus præmissus sit titulus recentior, quo hoc artificium ad A. 1430 referatur; composuisse figuras 48 ex *Apocalypsi Joannis*, adjectis sententiis Latinis; tria posteriora opuscula asservari in curia Harlemensi;
expressisse typis ligneis in una chartæ pagina sigillatim *Dona-* Pag. 46.
tum, seu *Grammaticam Donati*; fudisse deinde literas ex metallo & stanno, eisque in chartam impressis edidisse librum *Spie-*
gel der Berboudenisse A. 1440; servum quendam ejus Germa- 47.
nicum eodem anno, subducto ei literarum apparatu nonnullo, Moguntiam perfugisse, ibique A. 1442 Grammaticam, cui nomen *Alexandri Galli Doctrinale*, una cum *Petri Hispani Tractatibus logicis*, formis publicis ductibusque *Costerianis* expressam, edidisse. Leguntur hæc etiam in *Hadriani Junii* Bataviæ *pag. 255-257*. Quæri potest, quibusnam autoribus, & quando, hæc fuerint tradita. Potuit enim hæc de servo fugitivo historia serius effingi. Quæritur, an *Speculum* illud A. 1440 literis fusis ac mobilibus fuerit expressum. Quæritur, an literæ, adhibitæ
ad *Alexandri Galli* Doctrinale & *Petri* Tractatus logicos, fuerint 60.
eædem ac illæ, ad *Speculum* adhibitæ. Quæritur, quisnam ille
fuerit servulus. Argumentum secundum Autor depromit ex 65.
MSto Archivi Cantuariensis, A. 1459 exarato, quod prodere dicitur, ex operariis Harlemensibus didicisse quosdam Moguntinos artem typographicam. Quæritur, quanam fide &
antiquitate sit illud manuscriptum. Scripsit eapropter Cl. Au- 73.
tor ad Archiepiscopum Cantuariensem *Joannem* A. 1740; quid vero responsi tulerit, ignoramus. Tertium argumentum capit ex *Chronico Coloniensi*, quod inter annos 1470 & 1500 scriptum, annoque 1494 jam iterum formis publicis expressum fuit, quo traditur, Moguntinos artem typogra-
phicam hausisse ex *Donato*, Harlemi impresso. Quartum argu- 74.
mentum desumit ex eo, quod adscripsit *Mariangelus Accursius*

Donato

Donato, A. 1450 Moguntiæ formis publicis descripto: *Admonitus certe fuit* (Joannes Faust) *ex Donato Hollandiæ prius impresso in tabula inci-*
Pag. 76. *sa.* Hæc scripsit *Mariangelus Accursius*, qui vixit circa A. 1570. Quæritur, an *tabula incisa* spectet ad formas literarum stannearum mobiles.
80. Quintum argumentum deducit ex testimonio *Ludovici Guicciardini*, in Descriptione Belgii anno circiter 1589 allàto. Omittimus argumenta, ex testimoniis recentioribus collecta. Subjungit deinde Cl. Autor in-
104. scriptiones & numos, superiori Seculo in *Costerum* factos. Addit præterea tres tabulas, quæ referunt scripturam, e *Laurentii Costeri Donato* desumtam, totidemque paginas. *Joannem Guttenbergium* fuisse Ar-
123. gentinensem, tradiderunt *Jacobus Wimphelingius* in Epitome rerum Germanicarum *Cap. 65*, & in Catalogo Episcoporum Argentinensium, atque *Joannes Arnoldus Bergellanus.* Alii contra eum existimarunt fuisse Moguntinum, e. g. Autor Chronici Coloniensis modo laudati, liber feudalis Argentinensis, *Petrus Schœfferus* in calce *Institutionum*, A.
124. 1468 Moguntiæ editarum. Plura decerperemus ex Cl. Autoris libro, nisi Cel. *Joannes Davides Kœlerus* nobis hic otia fecisset, & *Guttenbergii* patriam, genus, ac dignitatem, extra dubitationis aleam collocasset. Ex hoc perspicue cognosci potest, *Gensfleischium*, *Guttenbergium*, & *Sorgenlochium*, fuisse virum eundem, licet Autor hic in
129. omnia alia ire videatur. Qui dignitatem *Guttenbergii* perspexerunt natalem, eis facile subolebit, quid Argentoratensium commemorationi tribuendum sit fidei, in qua *Hans Gensfleisch* traditur fuisse *Joan-*
155. *nis Mentelini* famulus. Mirandum sane, *Joannem Gensfleischium* in ea distingui a *Joanne Guttenbergio*. Nec minus mirabile, Cl. Autorem sibi imperasse, ut crederet, *Guttenbergium*, fama permotum, A.
162. 1439 Harlemum venisse, ac *Costeri* famulum egisse, anno autem 1440 rediisse Moguntiam. Alii famulum illum fugitivum, furtique reum, vocant *Cornelium*. Si quid licet judicare, suspicione laborat omnis illa de famulo fugitivo historia. Nihil certe horum in *Guttenber-*
164. *gium* quadrat. Idem statuimus de *Guttenbergii* secessu Argentoratensi, rati, *Guttenbergium* a *Gensfleischio* prorsus immerito distingui.
127. Id vero habet Cl. Autor singulare & præclarum, ut in tabula quasi repræsentet natales typographiæ, quaquaversus per orbem diffusæ,
204. nec obliviscatur *Petri Magni*, qui Amstelodamo formas literarum impressoriarum Petropolin arcessendas curavit. Si quis utilitatem, usum, & abusum, artis typographicæ debita mentis attentione voluerit ponderare, is ad Cl. Autorem accedat oportet, de hoc argumento præclare commentatum. Licet enim in uno alterove momento ab ipsius partibus haud stemus; non possumus tamen, quin eruditioni ejus honorem habeamus, librique hujus merita prædicemus.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ
Calendis Martii Anno MDCCXLIII.
Pars I.

AUTORES MYTHOGRAPHI LATINI, CUM Integris Commentariis MICYLLI, SCHEFFERI, MUNCKERI, *&* WOPKENSII, *curante* AUGUSTINO VAN STAVEREN.

Lugduni Batavorum, apud Sam. Luchtmans, Amstelodami, apud Wetstenium & Smith, 1741, 4 maj.
Alph. 5 plag. 16.

Ita præclare de Mythographis Latinis meritum esse *Th. Munckerum*, crediderunt omnes, ut bene de iis merendi locus haud relictus videretur. A qua opinione cum haud abhorreret *Augustinus van Staveren*, Vir Clarissimus; haud se tamen passus est deterreri, quo minus ipse quoque aliquid prodesse *Mythographis* studeret. In qua ille re ita est versatus, ut primo, *Munckeri* exemplo, cum Scriptores veteres omnes, in quibus de iisdem fabulis exponitur, diligenter excuteret, inprimisque eorum inter se de iisdem fabulis dissidia observaret, tum eos maxime, quos levi digito attigisse *Munckerus* videbatur, ex quibus etiam deperditorum scriptorum fragmenta in suos usus, cum haud exiguo fructu, convertit. Deinde consuluit virorum doctorum, qui cum ante, tum post *Munckerum*, *Hygino* aliquid lucis attulerunt, opera, *Meziriaci*, *Leopardi*, *Loensis*, *Burmanni*que; quibus tractandis intellexit, non paucas *Munckeri* emendationes a *Leopardo* & *Meziriaco*

occupatas fuisse. Contulit etiam Codices MStos quinque, tres Lugdunenses, unum *Hemsterhusianum*, e quo Cel. *Wesselingius* in *Observ. II, 23*, quædam *Hygini* loca restituit, & alterum item *Dorvillianum*, sed qui *Hygini Astronomicum* tantum exhibebant. Ceterum de *Hygino* ipso ita statuit, ut eum non modo non pro illo Grammatico antiquo, sed ne pro ejus Epitomatore quidem, habeat, ut *Berkelius* putabat. De eodem autem *Hygino* repetiit in hac editione *Schefferi* & *Munckeri* Dissertationes. Quod ad Notas attinet, quibus in hac editione Mythographi illustrantur, primo integræ hic reperiuntur *Munckeri* Notæ. Sed ejus *Commentariis in Hyginum* prætexuit Vir Cl. *Jac. Micylli* notas marginales, ex editione Basileensi anni 1535 *Hervagiana* depromtas, & *Jo. Schefferi* annotationes ex editione anni 1674. Subtexuit autem *Munckerianis Th. Wopkensii*, Viri Cl., antea nondum editas, in *Hyginum* observationes, paucas illas quidem, sed elegantes, quas ille Editori sua sponte obtulit. Sed longe plurimæ numero sunt ipsius Editoris, partim ex veterum Scriptorum, qui rem mythicam attigere, partim ex recentiorum Criticorum, libris comparatæ; quæ, non dubitamus, quin gratæ sint futuræ, cum omnibus antiquitatis, tum inprimis mythicæ rei, studiosis. Quicquid enim est de rebus mythicis, quas quidem hi Scriptores attigerunt, de nominibus personarum mythicarum, genere, conjugibus, fratribus sororibusve, aut natis, apud veteres dissensus, quicquid de iisdem rebus recentiores scripsere, id propemodum omne in has Notas ab eo studiose congestum videmus. Unum exemplum sat erit attulisse, quod statim in limine Notarum ad *Hyginum* reperitur. Commemorantur *Gigantes* e *Terra* & *Tartaro* nati. Hic primo nomina occurrunt manifeste corrupta, in quibus emendandis jam superiores Editores elaborarunt. Deinde quidam non comparent, qui ab aliis in gigantum numero ponuntur. Hic Noster primo a superioribus dicta interdum confirmat & illustrat; deinde recte monet, non esse mirandum, si hic quidam desint, qui ab aliis commemorentur. Nam, a Poetis gigantas etiam dictos antiquos mortales, & quicunque insigni in Deos impietate ac furore, aut mira magni-

Pag. 4.

tudine

tudine portentosaque specie, fuerint. Hoc deinde transfert ad nomen *Eryti*, sive *Euryti*. Olim in *Hygini* textu legebatur *Erylus*. Id nomen de conjectura emendabat *Micyllus* ita, ut legendum censeret *Eriolas*. *Munckerus* autem non dubitabat, quin ex *Apollodoro* legendum esset *Eurytus*. Id non probabat *Bentlejus*, Vir Cel., ad *Horatii Carm. II, 19, 25*, sed, cum apud *Hyginum*, tum apud *Apollodorum*, legi volebat *Rhœtus*. In hujus ipsius autem nominis scriptura est inter doctos homines dissensus. Nam ab aliis *Rhœcus* dicitur. De quo videndi viri doctissimi, *Perizonius* ad *Æliani Var. Hist. XIII, 1*, *Burmannus* ad *Valerii Flacci I, 140*. *Bentleji* tamen sententiam sequitur Cel. *Oudendorpius* ad *Lucani VI, 390*. Quid ergo? Potuit aliquis *Eurytus*, potuit alius *Rhœtus*, alius denique *Rhœcus*, fuisse, quorum sua quisque de causa gigas diceretur. Nisi forte *Rhœtus* gigas cum *Rhœco* aliquo permutatus est. Non unius enim *Rhœci* mentio apud veteres. *Rhœcus*, Samius, primus ærarius faber est apud *Herodotum III, 60*, alius item artifex Cnidius, *Rhœcus*, est in Scholiis *Theocriti* ad *Idyll. III, 13*. Hujus generis non contemnendas observationes valde multas Viro Clarissimo debemus. Alia quædam dos est Notarum in *Albrici* libellum *de Deorum imaginibus*. Eæ sunt fere verbosiores ceteris. Occupantur autem in congerendis iis, quæ ab antiquis de Deorum imaginibus & statuis dicta sunt; inprimisque hoc actum est, ut, quid de statuariis & pictoribus statuendum esset, qui Deorum imagines varie expresserunt, intelligi posset, quod non injucundum aut inutile antiquariæ supellectilis amatoribus & rei poeticæ studiosis putamus fore. Operi universo subjecti sunt *Excursus varii* in Mythographos, non *Lipsianis* illis ad *Tacitum*, & *Cortianis* ad *Crispum*, similes, sed in quibus partim typotherarum sphalmata emendantur, partim omissa quædam in Notis adduntur, verbo, in quibus, quicquid, permisso jam typis Opere, dum operæ in eo exscribendo laborant, reperit Autor, quod in Notis locum habere potuisset, id omne in hos ita dictos *Excursus* conjectum est. Sic, cum in ipsis Notis ad *Hygini Cap. 63 de Danae* nil dixisset ad verba: *Danaen pater ob stuprum, inclusam in arca cum Perseo, in mare dejecit*, in his *Excursibus*

ille ostendit multis veterum locis, hunc antiquissimis temporibus morem fuisse, ut parentes filias, quæ pudicitiam substraverant, ita in mare dejicerent. In quibusdam etiam mutat, cum sua sponte, tum monitus ab amicis, sententiam. Apud *Hyginum Fab. 28* est de *Oto* & *Ephialte*, qui, montibus supra se positis, in cœlum impetum facere sustinuerunt. Ibi *Hyginus: qui ab Apolline* nacti, *sunt interfecti.* Hunc locum Vir Cl. ita emendaverat primus, ut *Naxo* legendum censeret; primo, quod illud *nacti*, παθητικῶς positum, indignum est *Hygino*, quamvis parum probato scriptore; deinde, quod non modo *Plutarchus* περὶ Φυγῆς *T. II pag. 602* tradit, *Naxum* fuisse sedem eorum, sed etiam *Pindarus Pyth. IV, 156*, diserte dicit, eos in insula *Naxo* periisse, ut reliqua veterum testimonia, ibi allata, mittamus. Quod ad rem ipsam attinet, nihil dubitationis in ea emendatione cuiquam esse potest. Sed *Jo. Arnzenius* & *Th. Wopkensius* per literas Nostro significarunt, sibi videri legendum *Naxi.* Idem venerat ei in mentem, cum ista scriberet. Sed, quia *Hyginus* aliis locis ablativo usus est, consentaneum putabat, hunc casum ei, hoc quoque loco, reddere. Ceterum, re, admonitu amicorum, iterum cogitata, magis inclinavit animus in hanc partem, ut *Naxi* scriberetur, legibus criticis hoc postulantibus, ut, quam minimum fieri potest, a lectionis vulgatæ vestigiis recedatur.

JOANNIS HARDUINI, E SOC. JESU, COMMENTarius in Novum Testamentum. Accedit ejusdem Autoris lucubratio, in cujus prima parte ostenditur, Cepham, a Paulo reprehensum, Petrum non esse; in altera parte Joannis Apostoli de sanctissima Trinitate locus explanatur, & eidem autori suo vindicatur.

Hagæ Comitum, apud Petrum de Hondt, 1741, fol.

Alph. 8 plag. 19.

Singularibus & paradoxis subinde opinionibus indulsisse *Joannem Harduinum*, Societati Jesu olim addictum, norunt eruditi ad unum omnes. Earum in hoc Commentario hinc inde mira

mira etiam sese offert seges. Margaritas tamen bene multas inter paradoxa passim enitere, ac lucem locis obscurioribus affundi inexspectatam, non est, quod inficiemur. Operi præmissa est Præfatio, docens, qua lingua fuerint scripta Evangelia. Nil mutandum omnino putat in divinis literis, ne jota quidem aut apicem, sed in his, quas certo divinas esse constet: in editione scilicet Latina sola, cujus quidem Novum Testamentum ab ipsis conditum sacris scriptoribus arbitratur, atque adeo avthenticum primæ classis, Vetus autem ab eruditissimo interprete ex Hebræo Latine redditum, & ab Ecclesia Romana statim approbatum, atque adeo avthenticum secundæ classis. Succenset idcirco plerisque interpretibus, qui, dum Commentarios in Scripturam Sacram edere se profitentur, & vulgatam exhibent, eidem tamen relictæ Græcam anteponant, & hanc explicent veluti potiorem ac certiorem. Arbitratur enim, Apostolos scripsisse Latine, quæcunque scripserunt; nonnulla etiam Græce fortassis; Hebraice quoque *Apocalypsin* fuisse scriptam, non Latine tantum. Addit: *Latina tamen editio versio dici ex parte aliqua fortassis potest quodammodo, si quam nimirum partem prius Græce Apostoli scripserint, quam Latine; tametsi Latinam interpretationem, a suis factam amanuensibus, Autores ipsimet recognoverint & probarint. Hebraica & Græca exemplaria, si qua illi scripsere ea lingua gemina, quia nemo ea in unum corpus collegit, periere. Latina tantum salva sunt, quoniam ea pro potestate Ecclesia Romana collegit. Et sunt Latina, inquam, ipsa primigenia, ut diximus; ex Latinis autem deinde facta sunt ab hominibus privatis Græca, quæ legimus, antequam Ecclesiastici Scriptores Græci quidquam exararent.* Comprobatum it sententiam suam ex scopo scriptorum, qui voluerint ab universis intelligi. Adjungit, Latinam linguam tam notam fuisse ipsis Hierosolymis ea ætate, quam Græca fuerit & Hebræa. Fuisse *Paulo* amanuensem Latinum, *Tertium*, qui dictata a se, & a se mox recognoscenda, Latine scriberet, contendit. Ex nomine *Titi* idem exsculpere studet. Evangelium *Matthæi* Ebraice statim fuisse scriptum, negat, inductus interpretatione vocum Ebraicarum, a *Matthæo* instituta. Idem alii monuerunt. Utrum Græce, Pag. 2.

Græce, an Latine, ſcripſerit *Matthæus*, dubitat. *Marcum* Latine ſcripſiſſe, pronuntiat poſt Autorem libri Pontificalis in *Petro*, & *Joannem Cantacuzenum* contra Judæos, teſtesque ætatis
Pag. 3. recentioris, *Bellarminum*, ac *Gretſerum*. Opinatur deinde, linguam Latinam Chriſti temporibus fuiſſe Hieroſolymis ipſismet Judæis familiarem, præter Hebræam, provocans ad *Plinium III, 6*, & magiſtratus, Roma eo miſſos. Commentarius ipſe exhibet primo verba Vulgatæ, deinde Autoris paraphraſin, ac tertio annotationes, magis criticas & philologicas, quam
6. pietati excitandæ ſimul accommodatas. Titulos Evangeliorum arceſſit ab Evangeliſtis ipſis. Verba *Matthæi I, 1-18*, trahit ad codicem genealogiarum, unde *Matthæus* illa hauſerit, in templo Hieroſolymitano olim aſſervatum. Græcos Nov. Teſt. MStos Codices non excedere annos 600, ad ſummum 800, idem credit, ratus, exſtare in Bibliotheca Pariſienſi Codicem Latinum 1000 annorum. Diſtinctionem *Capitum*, quæ invenitur in *Evangeliis*, & *Actis*, & *Apocalypſi*, ab ipſis inſtitutam
8. eſſe ſacris librorum autoribus, arbitratur. Rejicit priſtinam expoſitionem ſuam vaticinii *Gen. XLIX, 10*, ac novam affert ſatis orthodoxam, id cum *Joanne Hybnero* habens commune, ut oſtendat, Chriſtum fuiſſe Regem Judæorum jure hæreditario, licet non facto ipſo, ac per ipſum regni *Davidici* haud eſſe finem, eo quod ipſe eſt Rex ſempiternus. Vaticinia, in Vet. Teſt. de Chriſto promulgata, dextre plerumque exponit.
9. Egregie annotat, quatuor fœminas extraneas in Chriſti genealogia commemorari, quia Deus voluerit ſignificare, Chriſtum pro ſalute omnium veniſſe. Ammanitin diſtinguit ab Ammonitide, illamque pro parte Ammonitidis habet, quæ ad tribum Gad pertinuerit. Diſtinctionem illam ignorant Ebræi, nec ulla pars Ammonitidis ſubjecta fuit Gaditis. *Harduinus* iſthæc videtur finxiſſe in gratiam *Naemæ*, quæ in Vulgata appellatur *Ammanitis 1 Par. XIV, 21, 31*, ubi Alexandrinus, e quo Vulgata fuit facta, habet vocem Ἀμμανῖτις. Tres progenies *Joramum* inter & *Oziam* a *Matthæo* ideo omiſſas, exiſtimat, quod tres *Jorami* ſucceſſores ob impietatem ſuam fuerint interfecti. Magos, qui ab Oriente ad Chriſtum venerunt, negat fuiſſe Re-

ges,

ges, ratus, ipsos fuisse homines e plebe. Per *filios Orientis* Pag. 13.
& *Orientales*, in sacro Codice memoratos, designari arbitratur
incolas Arabiæ Felicis. Stellam, Jesu nati indicem, ac Hiero- 14.
solymis imminentem, Magis indicasse dæmonem, quem Magi
consueverint consulere, sibi persuadet. Locum de *stella ex
Jacobo Num. XXIV, 17*, ad hanc stellam spectare, negat. *He-
rodem Magnum* denuo pro gentili ac extraneo, sacras literas
ignorante, habet. Vaticinia Prophetarum in proprio ac na- 16.
tivo verborum sensu esse adimplenda, tradit. Illud *Matthæi
II, 23*, de Jesu vocando Nazaræo ex viro, cujus nomen *Ze-
mach Zach. VI, 12*, exponit ex זרח permutato cum צמח,
quasi Ναζωραῖος sit נזרח. Quæ quidem expositio nil habet
solidi, nil certi. Per ἀκρίδας, a *Joanne* esas, designari credit 18.
locustas. Mel sylvestre fuit, ipso judice, mel ab agrestibus in-
cultisque apibus confectum, in scissuris petrarum & cavis ar-
borum, in silvis, ob *1 Sam. XIV, 25*. De baptizatione *Joan-* 19.
nis sic statuit, ut, baptizandos, putet, ingressos in aquam nudis
pedibus, & ab adstante *Joanne* aqua in caput injecta perfusos.
Radix arborum, III, 10, commemorata, est ipsi Hierosolyma,
cui suprema tunc clades imminebat. Πτύον ipsi est ventila-
brum, non vannus. Cum *Joannes* dicitur *traditus*, id ita ac- 21.
cipit, ut traditus sit in manus scribarum, raptusque ad conci-
lium, ubi judicium de eo statim, ut mos est, peractum fue-
rit, *IV, 12, XVII, 12*. Nondum putat eum tunc missum in
carcerem. Sermonem Christi, *Matth. V, VI, VII*, descriptum,
distinguit ab eo, qui legitur *Luc. VI, 17 seq.* In Veteri Test. 25.
putat nullum fuisse *regnum cælorum*. Ex *Matth. V, 18*, ubi
mentio fit de jota, colligit, Vetus Testamentum jam tum exstitisse
Latine translatum, siquidem Latini literam *i* dixerint *jota*. Elum-
be profecto argumentum. Ponit ipse pro certo, apicem ibi esse
punctum jotæ superscriptum, quod tamen, ut norunt MSto-
rum periti, Seculo XIII demum fuit natum. Vocem *Raka* 26.
ex Syriaca ריקא deducit, ac per *inopem* exponit. Vocem *ge-
henna* non ex Ge-hennom, sed ex צעה—אנה, *mugiente luctu*,
derivat. Vox *Mammona*, ipso judice, est ex הָמוֹן, *copia*, & Mem
præformativo. Historiam de centurionis servo, *Matth. VIII, 5*, 33.
memo-

memoratam, distinguit ab illa *Luc. VII, 1.* Per tenebras ex-
Pag. 37. teriores allusum putat ad tenebras Ægyptiacas *Exod. X, 22.* Τὸν
υἱὸν ἀνθρώπου exponit per *primogenitum filiorum hominum*, quæ
expositio sane facit satis locis universis, in quibus Christo hoc
38. nominis tribuitur. Judæis fuisse porcos, licet eis haud vesci
consuessent, comprobat ex *Matth. VIII, 30,* & *Juvenalis Sat. VI,*
43. *158,* ratus tamen, fas fuisse Judæis edere porcellos. *Petrum*
existimat dici *Matth. X, 2, primum*, non ob ordinis rationem,
sed ob regimen parium inter sese, ante quos fuerit institutus
primus. Nomen *Chananæi v. 4* arcessit ex כנעני, *mercatore*, &
vocem *Zelotes Luc. VI, 15,* ex זלות, *contemto, vili,* & *ignobili*,
quæ vox legitur *Ps. XII, 9.* *Judam* proditorem dici *Iscariotem*
a nomine patris gentili, ostendit ex *Jo. XIII, 2,* atque cognomen id derivat ex שקרי עסה, *mendacia tegente.* Sama-
44. ritanos solum *Genesios* librum amplexos esse, non quia ex *Mose*,
sed quia ex Patribus, fuerit acceptus, arbitratur, eosque habet pro ethnicis & publicanis, qui non communicant cum
Ecclesia Romana. Divinitatem Christi ex *Matth. XII, 3, 4,*
50. comprobat. *Judæos* ætate Christi adspectabilis diem artificialem a media nocte inchoasse, opinatur, credens præterea, *Jo-*
51. *sephum* solum e familia *Davidica* masculum fuisse superstitem,
& pariter Christum ex materna stirpe solum superasse. *Josepho* illi τέκτονι tribuit sorores duas, unam *Jacobi* conjugem
Luc. VI, 16, alteram *Mariam*, uxorem *Alphæi*, seu *Cleophæ*. Ex
illa putat natos *Judam*, seu *Thaddæum*, & *Simonem Chananæum*;
ex hac *Jacobum minorem* & *Josephum.* At obstat huic opinioni locus clarissimus *Jo. XIX, 25,* ubi *Maria*, *Cleophæ* uxor, appellatur *soror matris Jesu.* *Josephum* Historicum denuo repu-
62. diat. Voces *solvere* & *ligare* in *Matth. XVI, 19,* exponit de
rebus, non de personis, addens: *Et solvere quidem idem valet ac uti licitum permittere, vel uti verum probare; ligare autem idem ac velut illicitum prohibere, vel ut falsum noxiumve damnare.* Provocat ad *Lightfootum*, e Talmudicis locis significatui suppetias ferentem. Montem, in quo Jesus fuit gloria
64. collustratus, definit ad Cæsaream *Philippi.* *Eliam*, in cœlos raptum, mortuum esse citra dolorem, priusquam in *Abrahæ*
sinum

finum induceretur, arbitratur. Cum munere evangelizandi conjunctum fuisse solenne continentiæ votum, ex *Matth. XIX, 29*, contendit. Ornatus causa in parabola de vineæ operariis Pag. 69.
positum esse quidquam, negat. Per *ultimos* designari putat adscitos e gentibus. Denarium diurnum de præmio beatitudinis accipiendum esse, negat. Per ἐπίτροπον intelligit *v. 8 Pe-* 71.
trum. Joannem ac *Jacobum* ob *XX, 23*, credit æque gladio percussos obiisse, eo quod dicuntur *calicem bibituri. Hero-* 77.
diani, ipso judice, fuere ex aula & comitatu *Herodis*, per Galilæam tetrarchæ. *Petrum* Romam vidisse, negat, ratus, 80.
eum ab Hierosolymitanis cruci esse affixum. *Zachariam, Joannis* patrem, exstitisse illum *Barachiæ* filium, videtur suspicatus. *Capite XXIV Matthæi* toto nihil aliud Christum præ- 84.
dixisse, nisi templi & civitatis Hierosolymitanæ excidium, pronuntiat, usus gemino argumento haud spernendo. Solis ob- 85.
scurationem, ac commotionem virium cœli, exponit de summo mœrore per allegoriam. Per decem virgines mysticas designari putat Judæos & Galilæos; per fatuas intelligit Judæos; per 88.
lampadas vero libros propheticos. Denuo docet, Galilæos 94.
die alio edisse agnum paschalem, alio Judæos. Opinionem illam jam exhibuerat in *Diss. de Supremo Christi Paschate.* Judæis denegat potestatem interficiendi quemquam, etiam le- 98.
gis *Mosaicæ* violatorem; tribuit vero jus cognoscendi delictum, litemque instruendi, provocans ad *Jo. XVIII, 31, XIX, 7, Act. XXIV, 6, XXVI, 10.* Per *latrones Matth. XXVII, 44*, significari putat *unum*, ut *Ebr. XI, 33.* Dilutam aqua vappam putat dici *acetum* in historia passionis dominicæ. Per *Galilæam, Matth. XXVIII, 16*, commemoratam, intelligit montem olivarum, 101.
vel potius unum e tribus illius regionis collibus, cui nomen hodieque *Galilæa*. Copiosius hanc opinionem edisseruerat in *Memoriis Trivoltinis A. 1729 Mens. Sept. Art. 95 pag. 1763 ed. Paris.* Solide vero eam profligavit Pl. Rev. M. *Christianus Gottlob Eichlerus* in *Dissertationum Anti-Harduinianarum biga*, cujus epitomen ante biennium dedimus in *Supplementorum Tom. IV Sect. III pag. 137 seq.* Hæc ad *Matthæum*. Subjunxit ei illustrato *Harduinus* ordinem apparitionum resurgentis Christi. Post *Eli*

Pag. 109. sacerdotem summum duos simul Judæis fuisse Pontifices summos, quorum fuerint annuæ fere vices, sibi persuasit, tabulaque adjuncta reddidit evidentius. Vocem *Boanerges* deducit ex בן & הרג & אש, quasi *filium interficientis igne* di-
113. ceremus. In Præfatione ad *Lucam* hæc expromit inter alia:
145. *Varias subinde proferimus Græcas lectiones, præter vulgatam Latinam, præsertim ex Cantabrigiensi MSto Codice & Alexandrino, ut appareat saltem, quanta licentia e multis impostoribus alius alium codicem cuderit, quantumvis credatur Codex Cantabrigiensis annos excedere centum supra mille; Alexandrinus etiam ducentos. Facta certe Græca esse, quæ circumferuntur, ex aliquo alio idiomate, ac proinde ex Latino, suadet illa diversitas lectionum in Nov. Test. Græco. - - Et unde omnes (Codices Græci) zizania? Tam barbara certe est in eo ipso, qui manibus omnium teritur, Græca locutio, ut nemo unus interpres sit, qui non subsidium quærat ex editione Latina, multoque magis nativam hanc esse, quam Græcam, ipso usu sexcen-*
149. *ties agnoscat.* Primum a *Luca* Evangelium fuisse scriptum, contendit. *Acta Apostolorum* ejus esse partem, addit. Unde conjicit, Evangelium *Lucæ* ante annum 60 æræ vulgaris haud
157. exiisse. Per *universum orbem Luc. II, 1*, intelligit Judæam, uti *XXI, 26*, & *Matth. XXIV, 14.* Per *Syriam II, 2*, intelligit Decapolitanam. *Varum*, *Silanum*, aliosque, qui vulgo Præsides Syriæ habentur, existimat, exstitisse duces exercituum in limite orientali. Christum dici putat primogenitum *v. 7* ob
159. jus natalium eminens & regale. *Mariam* martyrio & gladio occubuisse, colligit ex *v. 35. Herodum* genealogiam, a *Jose-*
197. *pho* prorsus diversam, denuo expromit *pag. 166.* Græca verba, τὰ ἐνόντα, obscuritatis accusat *Luc. XI, 41*, Vulgatamque
213. suam eis præfert. Eandem cantilenam canit ad *Luc. XII, 29.* Per *quinque fratres, Luc. XVI, 28*, designatos credit quinque Pharisæos adstantes, & hæc audientes *v. 14.* Verba, *jejuno bis in sabbato, XVIII, 12*, exponit de cœnæ & prandii abstinentia in
233. die sabbati. *Petrum* re ipsa fuisse gradu & potestate majorem reliquis Apostolis, exsculpit ex *Luc. XXII, 26.* Monti Calvariæ nomen esse ex loci figura, conjectat. *Joannis* Evangelium

lium primigenium esse Latine scriptum, contendit, addens, Græcam orationem in eo esse coactam, humilem, interdum etiam Pag 244.
Catholicæ fidei placitis repugnantem, immo subinde corruptam, invita & reclamante Patrum Apostolicorum fide. Verba, *omnia per ipsum facta sunt, Jo. I, 3,* exponit de omnibus miraculis Vet. Testamenti. Per *hunc mundum v. 8* intelligit *terram* 250.
Israelis, ut *IX, 39, XI, 27, XVIII, 36.* Quare *incisum 10* non capit de creatione universi hujus, sed de singulari populi Israelitici creatione. *Cepham*, de quo *Paulus* in *Epistolis ad Gala-* 254.
tas & *Corinthios* loquitur, a *Petro* distinguit. Paraphrasin aliquot *primi Capitis incisorum*, a Socinianis ac *Joanne Clerico* fabricatam, refellit. *Incisum 4 Cap. II* ita enuntiat: *Qua in re* 259.
te læsi, mulier? Quæ causa est, cur me filium non appelles, aut a me pro his vina petas? Provocat ad eandem loquendi formulam, prouti ea legitur *1 Reg. XVII, 18,* & *Matth. VIII, 29, XXVII, 19.* Christo subinde tribuit εὐτραπελίαν, & urbanam sermonis festivitatem. Fabulam putat id, quicquid alii de tem- 261.
plo Hierosolymitano *Herodiano* narrant ex *Josepho.* Locum *Jo. III, 13,* ita exponit: *Nemo adscendit ad Trinitatem, nisi qui descendit de Trinitate, filius hominis, qui est in Trini*[illegible]
Contorta sane expositio! Apostolos baptismum, non nisi Jesu 267.
redivivo, expressa Trinitatis invocatione peregisse, sibi, ut crederet, imperavit. Samaritanos ultra *Genesin* ex Pentateucho nil in fidei normam recepisse, denuo inculcat, ac rationes subjicit probabiles. Per festum diem Judæorum, cujus fit *V,* 271.
1, mentio, diem expiationis designatum, opinatur. Ex sequenti *inciso* solide ostendit, Evangelium a *Joanne* scriptum fuisse stante adhuc templo. Ad *VII, 15,* comprobatum it, Christum novisse Latine. Barbaram Vulgatæ linguam non solum de- 282.
miratur, sed etiam Græco contextui præfert passim. Per *principem mundi* foras ejiciendum *XII, 31,* designari, tradit, Deum omnipotentem, cujus gubernationem & gratiam Judæi fuerint 301.
proxime rejecturi. Doctrinam de transsubstantiatione & Apo- 304.
stolorum sacerdotio affigit cœnæ paschali. Vulgatæ illud *majora horum* solide vindicat *XIV, 12.* Græca verba, τοῦ χειμάῤῥου τῶν κέδρων, *XVIII, 1,* exagitat, & ab imperito scriba e Latinis 314.

 facta

facta contendit. Sanguinem & aquam e latere Christi miracu-
Pag. 323. lo tribuendam esse, solide monet. Episcopatum Papæ catho-
licum putat sese invenisse magis in *Matth. XVI, 18*, quam in
329. *Jo. XXI, 16.* Jesum existimat redivivum 40 diebus verba fe-
cisse inter suos de hierarchia ecclesiastica, ac de celebratione
sacramentorum omnium. Ad *Act. I, 4*, ea in Calvinianis no-
tat, quæ Reformati a suis doctrinis quam maxime putant alie-
336. na. *Novissimos dies II, 17*, exponit de *ultimis temporibus Sy-
nagogæ & primæ legis, hoc est, Mosaicæ.* Locum *Joelis*, a
338. *Petro* adducti, curate explicat. *Infernum* exponit per *sepulcrum.*
Communitatem bonorum Hierosolymitanis Christianis duntaxat
propriam arbitratur. Jansenianos cum Sadducæis comparat.
347. *Josephi* fidem in historia de *Theuda* sibi haud consta-
348. re, pronuntiat. Qui Græcos Codices Vulgatæ anteferunt, eos
furoris accusat. *De Synagoga Libertinorum* peculiarem inte-
xuit Dissertationem. Libertinos existimat dici ex לעבר, *ad
transitum*, Judæos ad latus utrumque Syriæ & Palæstinæ. Ejus-
352. dem formæ est originatio Maccabæorum, quos ex μάχεσθαι
appellatos credit. Qui illos a Libertina, Africæ urbe, & hos
e[illegible]קם, *tudi te, malleo*, dictos credunt, propius a vero abesse
361. nobis videntur. Non Gazam *desertam*, sed viam desertam, a
Luca memorari, credit. Nisi fallimur, loca arenosa vel mon-
tana, minus fertilia, appellantur voce ἔρημος. Conf. *1 Macc.
377. I, 27-29.* Per vocem *hodie Act. XIII, 33*, æternitatem denotari,
negat. Per *præordinatos v. 48* intelligit eos, qui e gentibus
erant fidem Christo habituri, loco Judæorum evecti. Per
385. fornicationem *Cap. XV, 20*, intelligit *idololatriam.* Ad *XIX, 31*,
notat, unicum fuisse uno tempore Asiarcham, eumque an-
nuum magistratum, ab urbe Roma missum, hominem Roma-
400. num, præsidem ludorum, quos Asiæ communitas exhiberet,
interdum sacerdotio vel prætura simul fungentem. *Prolem Jo-
vis* ab Ephesiis cultam, quam habet Vulgata *v. 35*, ostendere
413. haud potuit, & invitus Græcum διοπετὲς adoptavit. Romanos
dedisse Judææ post *Archelai* obitum non Procuratores, sed Præ-
sides, contendit. *Taciti* autem recordamur, qui *Pontium Pi-
latum* dixit *Procuratorem Ann. XV, 44.* Sed nondum est finis
para-

paradoxorum. En aliud: *Pharisæorum, aut Sadducæorum, nomen vel schisma natum fuisse ante Herodis Regis tempora, nullo suaderi potest probabili argumento.* Certamina inter Judæos ab anno 51 usque ad annum 59 fuisse nulla, *Tertullo*, ne quidem Pag. 414.
id dicenti, accredere vult potius, quam *Josepho*, contraria tenenti, fidem habere. Injurius est in verba Græca *Act. XXIV*, *5. Drusillam*, *Felicis* uxorem, reputat pro Romana genere, 416.
Judæa religione. *Tacitus* eam vocavit *Cleopatræ* & *Antonii* neptem *Hist. V, 9.* Concinit *Suetonius*. *Josephus* eam facit *Agrippæ* prioris filiam. *Harduino* judice, ipsa fuit *Caji Cæsaris Germanici Augusti* filia, neptis *Germanici Cæsaris*, proneptis *Neronis Drusi Germanici*, Imperatoris, unde illi fuerit *Drusillæ* nomen. *Lystram* Lyciæ, quam Vulgata habet *Act. XXVII, 5*, *Myræ* Græci contextus præfert; *Thalassam v. 8* præfert Græco 423.
Λασαία; *Asson* Vulgatæ *v. 13* retinet, in Cretæ australi littore locandum; *Euroaquilonem v. 14* collaudat; Adriam credit per mare Ionium ævo *Lucæ* patuisse. In fingendis rationibus, cur Græcus scriptor a Latino discesserit, ridiculus sæpe est, & ultra fidem ingeniosus. Meliten Illyricam negat *Paulo* naufrago da- 425.
re hospitium. Ad Epistolam *Pauli*, ad *Romanos* scriptam, exhibet præcognoscenda. In hisce vocem προορίζειν *Paulinam* ita exponit: *De prædestinatione singulorum vel omnium salvando-* 428.
rum neque ipse, neque alius sacrorum scriptorum, verbum ullum facit, sed de sola prædestinatione Ecclesiæ constituendæ ex fidelibus quibuscunque, decreta prædicatione Evangelii omnibus, præsertim vero gentilibus, post adscensum Christi in cælos. Recenset deinde vocabula quædam *Paulina*, eisque potestatem affigit. *Justificari* est, ipso judice, idem ac *ad verum Dei cultum perduci, pium, religiosum, verumque Dei cultorem reddi, & talem existimari a Deo. Justificari per fidem* dicitur ipsi is, qui *verus Dei cultor censetur, quia Christo vel Deo crediderit.* Dum vero fidem in assensu ponit, nec fiduciam, in promissis Dei defixam, includit, non potest non eos, qui ani- 429.
mum haud emendarunt, magnam partem pro *justificatis* reputare. At justificati sunt in amicitiam Dei recepti, & pace conscientiæ fruuntur. Justificationis itaque notio *Harduiniana*

non congruit *Paulo.* Ejus *ad Romanos* ſcriptam *Epiſtolam* La-
Pag. 430. tine a *Tertio* amanuenſi fuiſſe compoſitam, remis velisque contendit. *Inciſa 19* ac *20 Capitis primi* de Judæis exponit, ac *creaturam mundi*, κτίσιν κόσμȣ, exiſtimat eſſe *populum orbis Ju-*
435. *daici.* Per τὰ ποιήματα intelligit miracula & ſigna. *Inciſum* Græcum *12 Cap. II* notat ac perſtringit. Laudat id Vulgatæ *V, 1, pacem habeamus,* pro Græco εἰρήνην ἔχομεν, licet *Alexandrinus* Codex Græcus quoque habeat ἔχωμεν. Immerſos fuiſſe eos, qui Apoſtolico ævo baptizati fuerunt, inficiatur, nec
449. ad immerſionem illam reſpici *VI, 3,* contendit. Concupiſcentiam per ſeſe eſſe peccatum, negat *pag. 452.* Locum *VIII, 3,* perturbavit magis, quam enodavit. Credimus vero, eum ita cum *inciſo* proxime antecedenti eſſe conjungendum: *Lex enim ſpiritus vitæ* (vivificantis) *in Chriſto Jeſu eſt* (id eſt, Jeſus doctrinam patefecit, quæ mentem, ejusque vitam, accendit ad ea explenda, quæ Deo ſunt grata, nihil hic eſt rei cum oſſibus ac membris victimarum mortuis). *In libertatem aſſeruit me* (qui in Jeſum credo) *a lege peccati & mortis* (indice) *Deus ille*, (*liberare enim illud eſt negotium legis illius, ſcopum haud conſequens, in quo per carnem infirma erat,*) *qui filium ſuum miſit, ac per ſimilitudinem carnis peccatis infectæ & piaculo enervavit peccatum illud per carnem,* ſcilicet a Chriſto ſuſceptam. *Alexandrinus* vocat חַטָּאת, *piaculum,* ſæpius περὶ ἁμαρτίας. Ad *Rom. VIII* ſubjungit *digreſſionem de prædeſtinatione hominum,*
458. oſtenſurus, non egiſſe Apoſtolum in hac Epiſtola de prædeſtinatione ſingulorum electorum ad gloriam; ſimulque tradens de
468. gratia Dei, quæ *Molinam* decent. *Anathema eſſe a Chriſto* is ei dicitur, in quem Chriſtus peccata fratrum expianda imponit. *Apocalypſin* ut exponat Autor, nullum ſubterfugit laborem. Ipſam putat ſcriptam fuiſſe anno 66, eo quod *cito Joannes* eventum vaticiniorum crediderit futurum, ac $3\frac{1}{2}$ annos eum
732. in finem definiverit, ut, cladem Hieroſolymitani excidii proxime inſtare, conſtaret. Nec tamen negat, in Breviario Romano tradi, prophetiam hanc ſub *Domitiano* ſcriptam eſſe. Numerum 666 in voces סרה ומרי, quæ *defectionem & rebellio-*
734. *nem* denotant, infert. Symbola & nomina ænigmatica enodare tentat

tentat licentiose, e. g. per *Patmon* intelligens Judæam, per *Armagedon* Hierosolymam, per *terram* Judæam, per *mare* Hierosolymam, per *Gog & Magog* exercitum Romanum, e Syria advenientem, per *Nicolaitas* Judæos, idololatria Romanorum ex parte implicatos, per *septem montes* Romam septicollem, per *decem cornua* decem Judææ toparchas, &c. Nostrum est, id addere, *Harduino* visum, *Apocalypsios* vaticinia excidio Hierosolymæ fuisse completa. Prævidemus jam, quanta contentione in Academiis hypotheses *Harduini* sint excitaturæ pulverem palmamque nobilem. Multa sane insunt sententiis ingeniosissimi viri, quæ punctum ferunt; plura autem limam haud sustinebunt. *Harduini* Dissertatio, quæ *Cepham* a *Petro Gal. II, 11*, distinguit, jam separatim olim fuit edita, & a viris summis refutata. Vide *Jo. Christ. Wolfii Curas* ad eum locum. Dissertatio altera, qua αὐθεντία dicti *Joannei* de tribus in cœlo testibus vindicatur, lucernam olet, & cedro est digna. Pag. 785.

TENTAMEN THEOLOGIÆ DOGMATICÆ Methodo scientifica pertractatæ, Autore DAN. WYTTENBACHIO, Bernate V. D. M.

Tomus I.

Bernæ, ex officina Emanuelis Hortini, 1741, 8.
Alph. 1 plag. 15.

In Præfatione exposuit Pl. Rev. Autor methodos varias, quibus Theologiam explanarunt majores, rationesque suppeditat, quibus ad recentiorem methodum, qua disciplinæ philosophicæ nunc tradi solent, adhibendam fuerit adductus. Scepticismo ac libidini cavillatorum, atque logomachiis, haud aliam methodum felicius opponi, arbitratur, pronuntians tandem: *Non putandum est, cum hæc methodus audiat mathematica, aut geometrica, eam in rebus solum mathematicis locum invenire; verum ipsa ideo hoc nomine salutatur, quod non nisi a Mathematicis distincte ac plene fuerit adhibita, & rite applicata, cum alias res & veritates cujuslibet generis eam admittant.* Ut Autor difficil-

difficillimas quæstiones solveret *de origine mali*, *de bonitate & justitia Dei circa illud*, *de libertate hominis*, *ejusque cum concursu divino & gratia efficaci concordia*, *de imputatione actionum humanarum*, *& peccato originali*, lectionem *Theodicææ* Ill. *Gothofr. Guil. Leibnitii* sibi commendatam habuit, addiditque in eam rem hæcce: *Ejus summi Viri cogitata cum ingens iis ipsis controversiis decidendis afferre lumen, & ceteris veritatibus revelatis præsidium, mihi viderentur, egregias ipsius observationes mente in Theologiam transferebam, & cum iis, quæ in Theologorum nostrorum habentur libris, comparabam.* Operam deinde impendit Operibus Ill. *Christiani Wolfii* philosophicis, ac, juncta lectioni meditatione, veritates, in *Theodicæa* sparsas, suo quasque collocatas loco, & sequentes e præcedentibus deductas, invenit, cunctasque reliquas veritates cum doctrina de anima, mundo, ac Deo, ibi traditas fuisse eo modo, qui scientiis convenit, & convictionem parit, deprehendit. Simul credidit, confestimque sensit, veritates theologicas methodo tradi posse eadem. Appulit ipse huic destinationi animum & calamum, atque sex priora Theologiæ loca, eo modo composita, A. 1735 ostendit Ill. *Cramero*, qui ea ætate Marpurgum gloria Philosophiæ ac Jurisprudentiæ illustrabat, ac Nostrum, ut conatus perficeret, studiose hortabatur. Addidit deinde Vir præstantissimus locorum duorum elaborationem, & quidem eo tempore, quo Cl. *Carpovii* Institutiones Theologiæ revelatæ, ad eam methodum accommodatæ, in lucem nondum exierant. Nec tamen negat, sese a Cel. *Canzii* meditationibus, quas *Jurisprudentia* hujus *theologica* suppeditat, valde adjutum esse, atque multo cum fructu legisse Cl. *Carpovii* libellos, alterum *de Mysterio Trinitatis*, alterum *de Imputatione*, inscriptum. Sunt, qui queruntur, Theologiam hac ratione superstrui Philosophiæ, veritates supernaturales inædificari naturalibus, commixtionem fieri rerum divinarum humanarumque, autoritatem divinam subjici humanæ, &c. His respondet Autor, veritatem quamcunque esse divinam, Deum veritatum omnium esse autorem, dari articulos mixtos, usum rationis instrumentalem ab Exegesi, ipsorumque mysteriorum expositione, sejungendum

gendum non esse, methodum naturalem non esse detrimento doctrinis supernaturaliter revelatis, & non nisi ex parte patefactis, pervicacesque Evangelii hostes & empæctas per veritates naturales communiter receptas deducendos esse ad supernaturales amplectendas. Universum ipse Theologiæ dogmaticæ in 12 loca digessit, quorum priora quinque *Tomo* huic *primo* inseruit, nominatim *de Theologia naturali*, *de sacris literis*, *de Deo* *ουσιωδῶς* & *ὑποστατικῶς* *spectato*, *de actionibus Dei immanentibus*, atque *transeuntibus*. Præmisit nonnihil, ut tradere posset divisionem Theologiæ generalis, atque exhibere rationes, cur Theologiam revelatam hac methodo docere voluerit. Communicavit ibidem fundamenta, quibus veritas innititur religionis Christianæ. Cur vero doctrinam unam alteri præmiserit, ordinemque hunc, quo utitur, selegerit, exponit ipse in Præfatione admodum solide & eleganter. Doctrinam de decreto Dei, præcipue de eo, quod appellant *absolutum*, perspicue ac distincte, molliusque more inter suos consueto, executus fuit, ac contingentiæ moralis libertatisque adeo rationem habuit, ut ratio haud facile sit inventura, quod culpare possit. Commemorabimus hæc loco suo evidentius. Singulare est hoc Autoris pronuntiatum: *Spes est, fore, ut, simul ac positiones Leibnitianæ sese probabunt diversis Christianorum partibus, hæ, ne quidem iis, qui ecclesiæ Romanæ sunt addicti, exceptis, non amplius Reformatis super prædestinatione litem moveant.* Non dubitamus, quin maxima controversiæ pars in fumum sit abitura, si Reformatorum reliquorum antistites doctrinam, de absoluto decreto exponi solitam, haud aliter exposituri sint. Addit Noster: *Positiones Leibnitianæ etiam id boni afferunt, ut clarum faciant, quod & cur decretum Dei sit non nisi unum, scilicet quia mundus cum omnibus suis eventibus ob nexum non nisi unum quid est. Unde ordine decretorum in prædestinatione nequaquam est opus, &, ex hocce ordine quomodo dissensus inter Protestantes circa doctrinam illam originem trahat, ostendere mihi sumsi, de qua tot scripta eristica, nocte æterna sepelienda, tanta animorum contentione sunt protrusa.* Ipse arbitratur, nec Supralapsariorum, nec Infralapsariorum, dogmate

P amplius

amplius esse opus, siquidem secundum expositionem traditam omnia in mutuam societatem ac oscula ruant, licet ipse sese locis haud unis Infralapsarium præstiterit. Plures ipse constituit globos habitabiles, nec dubitat, stellis fixis suos esse planetas. Usus sententiarum morales omisit. Perspicue scripsit, terse haud pariter. Nec hoc ipse dissimulat. Optamus serio, ut *Tomus II* ac *III* propediem videant lucem, eodem pacis ac æquitatis condimento spectabiles. Ut vero S. Rev. *Ribovius* remisit lectores passim ad elementa Perill. *Christiani Wolfii* Latina; ita Noster Germanicarum philosophicarum *ejusdem* In-
Pag. 4. stitutionum habuit rationem. Dari Theologiam naturalem, Theologiæ vocem a Græcis, falsæ religioni addictis, originem trahere, Socinianos immerito Theologiam conculcare naturalem, gentes multas esse ab atheismi crimine liberandas, ac Pyrrhonismum theologicum esse insulsum, tradit. Theologiam experimentalem hærere adhuc intra desideria pia, credit, ratus,
9. Perill. *Wolfium* monstrasse primum rationem, qua ista sit tra-
12. ctanda. Existere eam, tradit ex *Jo. VII, 17*, & *Act. X, 34*. Or-
15. dinem partium Theologiæ enarrat succincte. Ipse hinc inde errores dissentientium elidit. Utilitatem Theologiæ apodicticæ
18. exhibet. Eam methodo scientifica tradi posse, ostendit. Addit præterea, dogmaticam ea methodo esse pertractandam, eo quod convictio sit necessaria, & objectiones, quas Theologi solent obmoliri, faciles sint dissipatu. Convictionem tamen, methodo ea partam, docet, effectricem tantum esse fidei humanæ. Monet deinde, systema Philosophiæ nominis veri haud
25. exstitisse ante *Christianum Wolfium*. Indolem Theologiæ syste-
28. maticæ deinceps exponit, & loco primo Theologiam edisserit naturalem. Rationem refellendi Idealistam suppeditat succincte & concise. Laudat Dissertationem Cl. *Carpovii* de Principio ratio-
31. nis sufficientis, quod ipsum Noster extra dubitationis aleam ponit, ejusque usum late patentem *Leibnitio* inventori adscribit. *Canzii Usum Philosophiæ Leibnitianæ* prædicat, laudibusque ef-
37. fert. *Bülfingeri Dilucidationes* non minoris facit. Attributa Dei passim consensu sapientiorum e gentibus illustrat. Infini-
40. tum esse Deum, id est, supremo gradu, eoque immutabili, simul

mul omnia habentem, quæ ipſe habere poteſt, tradit. Mundum eſſe natura contingente, atque, cum antea non exſtiterat,
exiſtere per Dei actionem omnipotentem cœpiſſe, ſolide oſten- Pag. 44.
dit, monens, eum ex nihilo, non metaphyſice, ſed phyſice, intelligendo, ortum eſſe. Deo tribuit *facultatem* creandi, id eſt, vim, in qua creationis ratio ſufficiens ineſt. Inprimis accurate oſtendit, Deum, ni præcognoviſſet nexus mundorum omnium poſſibilium æque ac ejus, quem re ipſa produxit,
in mundi creatione ſapientiam ac bonitatem haud exercuiſſe, 47.
ac in rerum perduratione tunc quidem caſus fortuitos intercedere, Deo impervios. Miramur, Philoſophum nuperum, qui ideam electi mundi optimi a Deo removere contendit, id
ipſum haud æque introſpexiſſe, ſed opinionem, in caſtris atheo- 49.
rum tritam, adoptaſſe. Hi enim ſomniant, ex eo, quod cauſa quædam aliquid produxit, non ſequi, eam diſtincte illud co-
gnoviſſe. Unicum eſſe Deum, Autor comprobat ex unitate 55.
mundi, cui ſufficit cauſa una infinita producendo ac conſervando. Juſtitiam Dei definit per attributum, quo is bonitatem ſuam ſapientiſſime adminiſtrat. Definitio, de optimo allata, apparet nobis juſto contractior. Ea enim ſic habet: *Qui melius eligit, eſt optimus.* Ille enim optimus dicitur, qui præſtat ſummis perfectionibus, earumque alios reddit partici-
pes, quoad illi earum ſunt capaces. Dari actiones humanas nec 63.
bonas, nec malas, inficiatur, ratus, moralitatem actionum liberarum deprehendi in actionum natura & relatione ad ſtatum hominum. Addit porro, legem naturæ eſſe neceſſariam, æter-
nam, immutabilem, nec voluntate Dei conſtitutam. Proſcri- 67.
bit itaque eſſentias arbitrarias, quas qui propugnant, largiantur, oportet, Deo integrum eſſe, furta vel præcipere, vel interdicere, &c. Rationem ſubjectivam, qua quis vult, quia vult, a
Deo removet. Animam eſſe pœnæ capacem poſt hanc vitam, 68.
ſolide demonſtrat. Ex eo, quod dari poteſt placamentum, quo juſtitiæ divinæ ad avertendas pœnas, a nobis promeritas, fit
ſatis, nec tamen illud rationi humanæ, ſibi relictæ, eſſe explora- 82.
tum, Autor colligit, divinitus exſtare doctrinam, qua inſtituamur de indole illius placamenti. At quid? Si quis dixerit, pla-

 camentum

camentum illud quidem esse δυνατὸν, esse autem prorsus im-
Pag. 89. probabile? Characteres revelationis genuinæ, divinitus imper-
titæ, egregie exponit, quos non minori cum soliditate ad sa-
cras literas transfert, *Jaqueloti* cogitatis limatissimis subinde
114. usus. Miracula, quæ solent *Pythagoræ* ac *Apollonio Thyanensi*
assignari, esse conficta, monstrat. Quid de miraculis, quæ
Magis Ægyptiorum tribuuntur, sit sentiendum, non plane est
certus. Id vero ostendit luculente, nos de autoritate Codi-
cis sacri posse esse certos, licet ecclesia adspectabilis haud ex-
132. stet. Pontificios, secus statuentes, impugnat. Incorruptum
154. esse Codicem sacrum, copiose it comprobatum. Conqueri-
tur cum *Wolfio*, Lexicon accuratum nondum esse confe-
ctum, in quo voces Ebraicæ, Chaldaicæ, & Græcæ, originales
175. per definitiones genuinas sint expressæ & explicatæ. Regulas
exhibet exegeticas non contemnendas. Dari judicem in re-
bus fidei falli nescium, negat. Usum rationis in Theologia
necessarium communit, limitibusque coercet. Epistolam illam
210. *ἐκ Λαοδικείας Col. IV, 16*, esse epistolam, a *Paulo* ad *Ephesios*
scriptam, cum *Joanne Millio* arbitratur. De traditionibus ita
exponit, ut neget, Protestantibus sordere quaslibet historicas
213. traditiones, rejicit vero dogmaticas. Ideam de Deo innatam
216. exponit per potentiam propinquam perveniendi ad cognitio-
nem Dei. Successionem a duratione Dei removet, &, tempus
220. infinitum ab æternitate Dei differre, monet. Ideam mundi
optimi a Deo electi stabilit, rationemque objectivam esse de-
228. creti divini fundamentum, largitur. Scientiam Dei mediam
237. esse superfluam, pronuntiat. Deo tribuit præscientiam
241. futurorum contingentium, siquidem, ea cessante, Deus haud
potuisset mundum eligere perfectissimum. Per præscientiam
ejusmodi actiones humanas liberas exui libertate, negat, & So-
244. cinianos, secus ratiocinatos, refellit. Mundum hunc esse
251. optimum, id est, sapientiæ Dei convenientissimum, ostendit.
252. Libertatem Dei esse maximam, commonstrat. Voluntatem
beneplaciti & signi a voluntate decreti & præcepti haud
256. differre, ostendit. Voluntatem antecedentem proprie talem
Deo tribuendam esse, negat, largitus tamen, posse eam reti-
neri

neri per abstractionem mentis, ac improprio sensu, *præsertim si objectum ejus limitetur, ut nempe tantum versetur circa statum hominis post hanc vitam, habeatque pro objecto officium hominis & præmium, adeoque conveniat cum voluntate signi.* Voluntatem, Deo quam Arminiani tribuunt, inefficacem defensione indignam existimat. *Bælii* objectiones, bonitati Dei intentatas, retundit. Removet porro objectiones eorum, qui definitionem *justitiæ Wolfianam* labefactare & cavillari student. Pœnas a Deo irrogari putat ob tres rationes: 1) ut is, qui peccavit, in posterum melius agat; 2) ut alii exemplo moneantur, ne male agant; 3) ut turbatus ordo restituatur, nec malefici porro noceant bono publico. Negat, Deum posse dimittere maleficia plane impunita. Unicum dari Deum, solidissime credit demonstrari ex principio indiscernibilium. Iram Dei exponit per severam ejus voluntatem puniendi malos. In definienda Dei sanctitate accedit Cel. *Cantzio.* Mallemus eam definire per perfectionum consensionem cum fine convenientissimo, ut significatus Biblicus conservaretur. Undenam enim homo vel angelus dicitur sanctus, nisi ob eam rationem, quod vires suas in consensione cum fine convenientissimo, divinitus patefacto, perpetuo exercet. Doctrinam de Trinitate fuisse revelatione dignam ob placamentum recte intelligendum, monstrat. Omnipræsentiam attributis Dei annumerat. Substantiam divinam fuisse cum qualibet trium personarum communicatam, docet. Decreta Dei temporaria & successione gaudentia proscribit; esse autem decreta Dei in accidentium numero habenda, negat. Ostendit, decreto Dei inesse rationem objectivam. Decretum, arbitrio soli superstructum, quo quis vult, quia vult, proscribit. *Decretum absolutum* exponit per decretum Dei, quatenus id versatur circa adminicula & fines. Addit hisce: *Minime autem decretum Dei absolutum est eo sensu, quod Deus quid decernat nullo habito respectu ad media, eo ducentia, uti inter homines quis dicitur absolute quid velle, dum non vult desistere a proposito, nulla habita ratione ad media, quæ eo ducere possunt; hoc enim sensu decretum absolutum repugnaret sapientiæ divinæ; nec eo sensu Reformati*

Pag. 258. 263. 268. 274. 280. 285. 288. 308. 328. 332.

 Deo

Deo tribuunt absolutum decretum, siquidem jugiter inculcant, media non esse separanda a fine, &, si finis decretus sit, etiam media decreta esse. Eadem fere docuit *Gürtlerus* in *Inst. Theol.* *§. 173 pag. 225.* Decretum Dei absolutum, nexumque causarum atque effectuum, Autor reputat pro re eadem, libertatemque actionum humanarum cum eo conciliare contendit.
Pag. 334. Doctrinam de prædestinatione ac reprobatione ita exponit, ut,
345. Nostrates ea quodammodo fore contentos, suspicemur. Faxit supremum Numen, ut fissuræ Sionis, si id fieri possit, tandem reparentur, veritasque pacem coagmentet! Autor certe Nostrates ubique blando fratrum nomine prosequitur, ratus, controversiam de prædestinationis dogmate esse logomachiam.
354. Oratum tandem volumus Autorem Pl. Rev., ut copiosum accuratumque Indicem *Tomo III* subjungat, indicandis sententiis, quæ *Tomis* singulis insertæ conspiciuntur, accommodatum; siquidem prævidemus, fore, ut volumen hoc universum universali attentione excipiatur, & crebra volvatur manu, licet gratia Christi expiatoria in eo exhibeatur non nisi particularis.

JOANNIS BAPTISTÆ BIANCHI, IN ARCHIAtrorum Magistratu primi a Consiliis, Regiaque Taurinensi in Academia Medicæ Facultatis Professoris, de naturali in humano corpore vitiosa morbosaque generatione Historia.

Augustæ Taurinorum, ex typographia Jo. Baptistæ Chais, Genevæ, apud hæredes Crameri & fratres Philibertos, 1741, 8.

Alph. 1 plag. 8, Fig. æn. 3.

Doctissimus, torque editis Operibus Celeberrimus, Autor, cum ingenti labore res illas collegisset, quas, ut optime norunt Medicinæ bonarumque artium in Taurinensi Academia cultores, vix alibi reperias, amicorum precibus, humanæ generationis historiam ab eo postulantium, morem gerendum ratus, librum hunc, multis utilem futurum, aliis Operibus suis, postea publicandis, libamenti instar præmisit.

misit. Cum enim humanorum fœtuum balsamo illitorum exsiccatorumque, quibus primi incrementorum gradus usque ad maturi fœtus mensuram ex ordine designari possent, magnam copiam teneret; hinc facile ei fuit, humani fœtus historiam breviter digerere. Atque hoc ipsum, licet antea clarissimi quique viri exequendum susceperint, tamen accurate adeo diligenterque nondum perfecerunt. Nimirum naturali generationi vitiosam atque morbosam ita conjunxit, ut fere omnia figuris exprimantur, quas discipulus ejus, *Nicolaus Broardus*, accuratissime delineavit & sculpsit. Habetur itaque generationis materia *tres* in *Partes* divisa, quarum *una* fœtus primordia, & incrementa gradatim usque ad ejus maturitatem, continet; *altera* vero conceptus, graviditates, & partus, explicat, qui a principio quidem naturali proficiscuntur, sed tempore, loco, modove non naturali, succedunt; *tertia* demum nocentium animalium conceptus exhibet, qui a præternaturali principio in variis humani corporis partibus producuntur. Ut vero Operis hujus summam exhibeamus, quæ in *prima Parte* continentur, hæc sunt: Quatuor generationis principia, aut instrumenta, nempe *germen* prævium, seu semen, aut *embryo*, quod idem est; *folliculus* continens, qui *ovum* dicitur; *fœcundans*, seu generans, causa; denique fœcunditati germinis, usque ad generationis complementum, conveniens stationis locus, qui *incubatus* vocatur. Hæc requiruntur ad naturalem generationem explicandam. Explicatur deinde, quid sit ovorum maturitas, quid eorum alibilia vasa, quid placenta, & quæ præsertim hanc inter & fœtum communio vasorum intersit; quomodo *embryo* ab *ovario* solvatur, in uterum descendat, & huic annectatur; quænam amnii liquoris immutatio fiat; qua ratione sanguis conficiatur; unde cordis motus, humorum circuitus, ceteræque vitales functiones, proveniant. Hinc duplex ætas consideranda occurrit, nempe antequam nascatur fœtus, & postquam in lucem editus est. Exponitur primo, qui motus & liquores prima fœtus ætate eidem & matri communes sint, & quæ partes in fœtu agant, in nato vero deleantur, aut

otiosæ

otiosæ permaneant. In altera vero ætate unam primis mensibus homunculi nutritionem esse; sequentibus celebrari duplicem; quæ partus causa sit, & quid a partu contingat in homine, ostenditur. Hinc, ut ea, quæ ante partum adveniunt, patentiora fiant, redit Autor ad recens fœcundatum ovum, atque ejus in utero accretionum leges & ordines ex suis archetypis demonstrat, additque causas & tempora, quibus fœtus in utero vertitur, & quæ inde succedant; simul docens, quem locum teneat *placenta* tum in *ovario*, tum in *utero*; quomodo his nectatur, & quænam sint ejusdem & vasorum umbilicalium *mutationes*, quæ graviditatis processu contingunt. Tandem fœtus, ab Autore observati, & hic descripti, cum aliorum Autorum fœtibus comparantur, atque omnia Tabulis æneis insculpta luculenter apparent.

Altera sequitur *Pars*, quæ morbosam generationem explicat. Hic vero, quidnam in mulierum *ovariis*, tubis, & utero, interdum vitiosam generationem efficiat; cur mulieres præ cæteris animantibus vitiosæ generationi obnoxiæ sint, & quantum mulierum intemperantia eidem conferat, ad amussim explanatur. Deinde vitiosi omnes conceptus, externi, internique, & intermedii, etiam molæ falsa germina, & monstra, describuntur. Iis adduntur fœtus, vel diutius coerciti, indeque exsiccati, aut etiam incorrupti, vel brevius immorati, qui abortus dicuntur. Incorruptorum vero fœtuum adducitur casus, qui omnium consideratione dignus est. Nam Taurinensis mulier post quindecim graviditatis annos mortua est, ex qua, publice dissecta, fœtum pinguem, integrum, & omnino incorruptum, Clarissimus Autor extraxit. Sequuntur vero omnium differentiæ & indicia cum exemplis, quæ ex suis historiis Autor decerpsit. Tantem quorundam vitiosorum conceptuum auxilium, seu cæsareus partus, internus externusque, copiose diligenterque describitur. At de superfœtatione determinatum nullum occurrit Autoris judicium. Quid ergo? Fortasse rem adeo difficilem, adeoque tenebris involutam, Autor explicare in posterum, certisque observationibus illustrare, meditatur. Interea, dum

in

in Historia *pag. 141* superfœtatio describitur, cum, fœtu mortuo, hæmorrhagia, uterino aperto osculo, indeque menstrua, subsecuta sunt, inde erui potest, nullam fieri superfœtationem, dum fœtus adhuc vivus, uterique osculum occlusum est. Hinc, de superfœtatione aliquando ortam fuisse suspicionem in celebri illa Taurinensi 15 annorum graviditate, scribit Autor, quod accidere poterat, quia fœtus defunctus erat, & menses quoque fluxerunt. Eadem ratione binæ illæ superfœtationes contigere in muliere, cujus historia describitur *pag. 100 seq.* At enim Clarissimus Autor *pag. 76*, aliisque locis, ostendit, vivificans virilis genituræ effluvium per uterum & tubas ad *ovaria* recta ferri. Expleto autem conceptu, uteri aditum omnino occludi, nemo nescit. Quo vero tempore in humanum corpus anima indatur, *pag. 221*, aliisque locis, Autor designare videtur; cui non ignotum esse divinamus, nullum aliud animæ ingressui momentum temporis, præter conceptionis illud ipsum, assignari posse.

Tertia demum *Pars* morbosas generationes exhibet, quæ a præternaturali principio in variis humani corporis partibus fiunt, morborumque sunt causæ. Verminosæ itaque germinationes ut explicantur singulæ, ita etiam vermium dispositio docetur. Dividuntur humani vermes in eos, qui vel infra, vel extra, cibarium canalem degunt. Primi vero aut naturales dicuntur, aut morbosi. Naturales vermes, seu teretes, lumbrici, pineales, tæniolæ, & ascarides, qui homini familiares sunt, & natura sua innocui, breviter hic memorantur, indeque transitus fit ad peregrina & infesta animantia, quæ in alimentorum fistula aliisve partibus aut intrusa, aut orta, fuere. Demonstrat postea, intestinales tænias, proprie dictas, variis speciebus & formis instructas esse; unde tot scriptorum dissidia facile concilientur; atque insuper, has tænias non propriam speciem constituere, sed teretium vermium monstra esse posse, dubitatur. *Cucurbitini* vermes dicti, eorumque novæ partes, invisique ad hanc diem juncturarum modi, atque earum rationes, aperiuntur. Postmodum inter monstrosa intestinorum animalia *Lacerti-forme*, aut, si lubet, *Salamandri-forme*, in-

sectum apparet; *Cruci-forme*, vel potius *bombyci-forme*, subsequitur. Adest quoque *anguiformis viviparus* vermis; cujus causa *intestinales* ipsos ordinarios *oviparos* esse alteros, alteros viviparos, exemplo pariter oviparæ viviparæque muscæ conjicitur. Extranea deinde humani corporis bruta ab extraneis quoque parentibus propagari, ostenditur. Hinc ad vermes extra intestina natos transitus fit, quorum alii in partibus sunt, e quibus exitus patet, alii vero alicubi degunt, unde exire non possunt. Ex tribus primorum vermium classibus prima in externorum sensuum organis aut caveis viventes, seu aurium, narium, oculorum, & oris, vermes, complectitur; altera vermes per naturalia trajicientes sistit, nimirum *renales*, aut urinales, dictos, itemque qui utriusque sexus genitalium partium morbosi sunt; tertia aerearum majorum viarum incolas, seu pulmonarios, continet. Plerique vero singularibus Autoris historiis firmantur. Deinde, ad eos, qui, ad corporis fores non positi, nullam videntur habere viam, qua exeant, gradu facto, primum hepatici vermes, hinc illi, qui nidulantur in cerebro, tum quæ super iis plane comperta sunt, adjiciuntur. Succedunt lienis, pancreatis, pericardii, ipsiusque cordis, ac aliorum viscerum, vermes; atque etiam volatile quoddam insectum, spermaticæ hominis venæ assidere repertum, cujus folliculus atque incubatio ostenditur. Porro mesenterici naturales hominum vermes demonstrantur, qui suapte natura nec rumpunt, nec rodunt; intermedii item generis alii, seu qui inter externos internosque censendi, variam cum propriis latibulis rationem consequuntur, scabiei vermes, atque phthiriasis pediculi, quibus additur recens quoddam vermium cujuslibet morbi propriorum commentum. Atque, habito, in corollarii locum, brevi de vermibus sanguinis naturalibus morbosisque sermone, ipsa, ad complementum operis, humanorum cadaverum genuina animalia, eorumque chrysalides, & nata muscarum genera, attinguntur. En præcipua Medicinæ studia simul connexa. In *priori Parte* naturalem historiam anatome illustrat; in *altera* hæc praxi; in *ultima* tandem naturali historiæ praxis, inservit.

Jam

Jam vero res illas, quæ vel huc uſque nunquam ab aliis explicatæ fuerunt, vel ſpeciatim in hoc Opere demonſtrantur, breviter ſubjiciemus: Fœtus, dum adhuc vermis eſt; juſta fœtus progreſſio a ſtatu vermis uſque ad maturitatem, cum ſingulis accrementorum gradibus & dimenſionibus; cauſa, modus, & tempus, quo fœtus in utero volvitur; uſus renum ſuccenturiatorum, tymi glandula, ut dicunt, cœci inteſtini, & appendicis vermiformis in fœtu; variæ *placentarum* cum aliis ſecundinis proportiones, earumque per gradus incrementum; variæ *umbilicalis* funiculi habitudines, quæ graviditatis progreſſu eveniunt; diverſæ vitioſarum graviditatum ſpecies, quæ extra uterum contingunt; quarum plures, hactenus ignotæ, aut obſcuræ, hiſtoriis & notis illuſtratæ ſunt; vera diverſitas & origo molarum, atque ſpuriorum, ſeu falſorum, ut dicunt, germinum; quibus uteri partibus diverſi tumores eveniant, dum fœtus in eo continetur; atque herniarum uteri naturalium ac vitioſarum; binæ, diſſimilesque, partus cæſarei ſpecies; cerebri, urinæ, & aurium, vermes, meliorem in lucem expoſiti; humani vermes, & præcipue teretes, in *oviparos* & *viviparos* diſtincti; ampla cucurbitinorum rima; varia fœminarum capita; cibarii canalis eruca; Salamandriformis inteſtinorum vermis; Scarabæus inter humanæ ſpermaticæ venæ tunicas repertus; humanorum cadaverum vermes, & eorum indoles; humanorum omnium vermium accuratior in ſpecies diviſio; fœtus in *ovario* nutritus, & auctus, deinde in cœcam ventris cavitatem delatus, atque 14 annorum & ulterius ſpatio ibidem reſervatus; ac tandem, mortua matre, ab eadem humidus, mollis, recens, pinguis, & flexibilis, inſtar viventis, extractus; *placentæ* in ovis præexiſtentia, & ſitus ſupra veſiculas in *ovariis*, ejuſque *identitas* per varios incrementi gradus in ovis, atque ovorum etiam *identitas* cum veſiculis *ovariorum*; proindeque, ovorum, quæ in luteis corporibus dicuntur, fictitiam eſſe hypotheſin, oſtenditur; cur ligamenta inteſtini coli ad vermiformem appendicem coeant, & deſinant; quo tempore ab humano fœtu, dum adhuc eſt vermis, artus prodire incipiant, & quales eorum juſti pro-

 greſſus;

gressus; quæ extra uterum graviditates, aut in uterinis ipsis graviditatibus vaginæ disruptiones, mortiferæ suapte natura sint, quæ vero non sint; diversa monstrorum genera & causæ; teretes intestinorum vermes propria indole non rodere, nec nocere; aliaque singularia non pauca.

Tractatus hujusmodi, eleganti stilo conscriptus, vere novus dici potest, cum nemo de triplici generatione, quæ in humano corpore fit, huc usque simul tractaverit. Quia vero prudens Autor, materiam hanc medicam tam brevi dilucidari non posse, cognovit; in suo hoc Opere passim admonet de iis rebus, quæ ad historiam hanc complectendam adhuc desiderari possunt. Hoc ergo nomine magnam etiam laudem meretur, quod inceperit, atque ceteris viam sternens, ad historiam hanc, utilem adeo & necessariam, perficiendam velut facem prætulerit.

DE L' ATTAQUE ET DE LA DEFENSE DES PLACES par Mr. DE VAUBAN, Marechal de France, & Directeur general des Fortifications du Royaume.

id est,

DE OPPUGNATIONE ET DEFENSIONE locorum munitorum; Autore Domino DE VAUBAN, supremo copiarum Gallicarum duce, & munitionum castrensium per regnum universum directore primario.

Tomus I.

Hagæ Comitum, 1737, 4 maj.

Alph. 1, plag. 6, cum Tabb. æn. 33.

Quibus opibus instructus Ill. *Vaubanius* manum Operi huic admoverit, ex elogio vitæ ejus, quod *Fontenellius* composuit, satis constat. Postquam *Ludovici XIV*, Galliarum Regis, auspiciis supra 300 munimenta vel nova condiderat, vel vetustate collapsa aut emendaverat, aut instauraverat, plus quam quinquaginta munitissimorum locorum, inprimis in Belgio, obsidiis interfuerat, quæ ex suo ingenio maximam partem instruxerat, in prœliis

prœliis plus quam 140 ſtrenue pugnaverat, illa rei militaris fecerat experimenta, ut ſuo tempore ſuperiorem nullum in arte oppugnandi & defendendi, pauciſſimos forte pares, haberet. Singularis illius experientiæ fructus omnes hoc uno libro complexus eſt, deſtinato uſui Ducis Burgundiæ, qui tunc temporis in ſpem regni Galliæ educabatur. Gallorum itaque proceres ſollicito ſemper ſtudio caverunt, ne *Vaubaniana* experientiæ, ſumtibus fere infinitis atque graviſſimis belli laboribus acquiſitæ, commoda per libros hos, exteris divulgarentur, ſed inter arcana & cimelia regni Principum tantum uſibus abſcondita ſervarentur. Cum vero ſummi quidam viri, vel Legatorum munere in Gallorum aula verſati, vel propter alia negotia Lutetiæ Pariſiorum commorantes, theſauros hos Gallis invidentes, magna argenti vi copiam ejus nacti eſſent, a multis poſtea deſcriptus liber paſſim circumferebatur, immodico licet pretio comparandus. Unum vel alterum Operis manu ſcripti exemplum in Belgium delatum, tandem bonis avibus in ſolertiſſimi Bibliopolæ *Hondtii* manus incidit, qui, ut publico commodo in poſterum liber inſerviret, illum, ſplendidis ornamentis donatum, typis excudere ſtatuit. Noſtrum non eſt, cauſas multis enarrare, cur, Ill. *Vaubanio* dudum exſtincto, ejus muniendi forma, atque diſciplinæ militaris principia, viris in bello maximis hodie adhuc cara ſint, eorumque judicio plurimis inventis, quæ poſt fata prudentiſſimi Viri publicæ luci expoſita fuerunt, anteferantur. Ita hoc teſtatur experientia, ut non ſine ratione auguremur, hunc quoque *Vaubaniani* ingenii fœtum ſingulari virorum militiam intelligentium applauſu exceptum iri. Novas quidem muniendi formas Ill. Autorem hoc libro expoſuiſſe, non invenimus, cum illas conſtanter ſervet, quæ, nomine ejus ornatæ, diu jam ante in diverſis operibus evulgatæ fuerunt, licet novis incrementis atque ornamentis paſſim illas donet. Liber itaque eo inprimis nomine commendatur, quod totus, ut ajunt, practicus, atque additis innumeris Figuris, elegantiſſime æri inciſis, quibus *Vaubanii* inventa oculis clariſſime objiciuntur, cujusvis eorum, qui caſtra ſequuntur, captui accommodatus ſit. Primorum Geome-

triæ elementorum notitia ad præclarum hoc Opus intelligendum, atque in usum convertendum, vix requiritur, sed sufficiet, terminos artis militaris intelligere, ut mentem *Vaubanii* quis assequatur, atque meditationum ejus uberrimos fructus percipiat. Multum inprimis lectores Geometriæ imperiti adjuvantur luculenta figurarum ichnographicarum atque stereographicarum copia, quæ non modo elegantia sua oculos alliciunt, sed, propter additas disertas atque uberrimas explicationes, hebetioris etiam ingenii homines ex voto instruunt. Cum Ill. Autor non modo, quid in oppugnandis, sed quoque quid in defendendis, locis natura aut arte munitis observandum sit, docere instituerit, in *duos Libros* Opus hoc partitur. *Primo Libro* sub initium, quomodo præparandus sit exercitus, ad urbis oppugnationem ducendus, edisserit, qua arte atque prudentia duci militari in seligendis munimentis ante alia oppugnandis opus, & quid agendum ipsi sit, simul ac suffragio senatus bellici obsidio decreta est. Omnem igitur supellectilem bellicam, vicinis in locis congerendam, recenset, de explorando commodissimo oppugnandi loco disserit, de pontibus, quibus commercia inter diversas castrorum partes firmentur, de inveniendo atque construendo vallo ad munitionem castrorum, de fossis effodiendis, quibus miles tutus ad hostilia opera accedere queat, qua ratione cuniculi agendi, & qua solertia miles usque ad primariam fossam hostilium munimentorum deducendus sit, copiose ac diserte commentatur. Monet, qua ratione hostium eruptiones vel impediri prorsus, vel caveri possit, ne multum detrimenti oppugnantes patiantur, & quibus insidiis hostiles copiæ intra mœnia repellantur. Ubi suggestus tormentarios omnis generis instruere docet, quo intervallo ab operibus oppugnandis collocandi sint, & quid observandum sit, sive globis, sive lapidibus, onerentur bombardæ, regulis præcipit, quas experimentis, crebro à se factis, superstruxit. Dignissima Ill. Autore sunt, quæ tum de suggestibus tormentariis universis, tum de singulari illorum genere, ita instructo, ut subsultantes globi opposita opera oblique feriant, de quo nihil hactenus ab Autoribus pyrotechnicis præceptum est, commentatur. Rebus

hus omnibus ita diſpoſitis, viam coopertam aggredi jubet. Supponit, lineas acceſſus jam ultra dimidium loricæ viæ copertæ deductas eſſe, ubi omnis oppugnantium cura in eo verſatur, ut hoſtem ex via cooperta exturbent, operarios in via cooperta ſtabiliant, qui valla aliasque munitiones ſubito ſtruant, poſt quæ miles in genua procumbens illos tueatur, donec perfectis operibus ab ictibus hoſtium tuti ſint. Cum Ill. Autor diſtincte exponere inſtituerit, qua ratione, & quo inprimis ordine, ſingula opera externa expugnanda ſint, imo tempus & dies ſubinde accurate definiat, quibus ſcopum oppugnantes conſequi posſunt; porro edocet, quid faciendum ſit, ubi, redacta in poteſtatem via cooperta, vel minimo periculo miles ad expugnandam lunulam ducendus eſt. Singulari ſtudio explicat, qua ratione in foſſam miles deſcendat, illamque, ſive ſicca, ſive aqua repleta, aut paludoſa, ſit, ſuperet. Egregias cautelas impertitur, quas longo uſu bellorum ipſe didicit, a quibus periculis cavendum, quid ſuſcipiendum ſit, ſive dormiente, ut ajunt, aqua foſſa repleatur, ſive a rivulis ac torrentibus illa ſubvehatur, ſive per canales in foſſam derivetur. Ubi jam opera hoſtilia tormentorum ictibus ſatis concuſſa atque perterebrata ſunt, ut ſpes ſit, virtute inſilientis militis urbem capi poſſe; ipſum propugnaculum ſine mora adoriri præcipit, neque ſpe illud expugnandi facile excidet miles, ſi Ill. Ducis noſtri conſilia ſequatur, etiamſi novum aggerem pæne diruta opera hoſtes ſubſtruxerint. Quanta cuniculorum ſubterraneorum in perturbandis hoſtibus, atque munimentis ipſorum evertendis, virtus & efficacia ſit, expertis belli ducibus ſatis conſtat. *Vaubanius*, poſtquam de componenda pulveris pyrii materia, atque vario ejus effectu, multa præclare & utiliter diſſeruit, pluribus de multiplici cuniculorum uſu & abuſu commentatur. Tentando duntaxat hactenus artis pyrobolicæ magiſtri definiverunt pulveris pyrii quantitatem, cuivis cuniculorum generi neceſſariam. Asſidua vero meditatione, atque multa rerum bellicarum experientia, eo uſque progreſſus eſt *Vaubanius*, ut certis argumentum hoc regulis explicare, &, quicquid ſcitu de illo neceſſarium eſt, paucis verbis complecti, poſſit. Simpliciſſimæ & propterea egregia

egregia utilitate commendandæ sunt istæ, quas exponit, regulæ, cum applicatio illarum captum hominis, qui non plane obtuso est ingenio, non superet. Accurate illis præcipit, quæ pulveris pyrii quantitas, quæ cameræ subterraneæ magnitudo, quæ capacitas furni, esse debeat, sive solum saxosum, sive argillaceum, sive arenosum, & vel conquassandum, vel projiciendum, sit. Illas hoc loco *Actis* nostris inserere, animus nobis erat; sed, cum *altero* Operis hujus *Tomo* longe uberius exponantur, compendio, quod brevi ex illo suppeditabimus, reservandas esse duximus. Postquam hoc de locorum, regulari, ut vocant, munitione cinctorum, obsidione præcepit, quid in urbibus oppugnandis agendum sit, quarum munimenta inter se dissimilia sunt, porro edocet. Et situs enim, & constructio, ejusmodi locorum, ut diversa ratione castra oppugnantium ipsis admoveantur, jubent. Sed, cum dissimilia illa opera infinita ratione inter se differre possint, exemplum aliquod seligit, quo normæ loco uti possunt, quorum interest, scire, quid in oppugnandis locis, quæ dissimilibus operibus munita sunt, Autor præcipiat. Fingit urbem, ex antiquorum instituto muro & fossa cinctam, atque certo intervallo inter se dissitis turribus munitam. Supponit, opus cornutum antiquis munimentis præstructum esse, aut mœnia urbis majori flumine allui, in montibus vel paludosis locis ipsam sitam esse, aut lorica humili, aut turribus, vallorum loco, circumdatam esse. Casus singulos ordine percurrit, &, quid duci militari, urbem ejusmodi obsessuro, cavendum, aut moliendum, sit, quomodo præveniendus sit hostis, ne vel commeatum in urbem advehat, vel auxilium obsessis præbeat, dilucide exponit. Sed nobis non vacat, omnia, quæ in hoc libro aut ingeniose excogitata, aut prudentissime instituta, aut luculenter explicata, occurrunt, excerpere. Sufficiant hæc, quæ de præclari Operis instituto atque argumento generalius enarravimus, neque opus erit, quid in singulis 25 *Capitibus*, quibus *Tomus prior* constat, Ill. Autor præcipiat, sigillatim repetere. E re Lectoris esse, arbitramur, ex ipso potius Opere nonnulla passim excerpere, quæ ab insigni utilitate sua commendantur. Quibus *Vaubanii* acies mentis ex aliis ejus Operibus jam

jam perſpecta eſt, hiſce ſpeciminibus pro argumentis utentur, ex quibus colligant, an digna tanto Autore ſint, quæ in hoc Opere proferuntur, & an genuinus illud ingenii *Vaubaniani* fœtus ſit. Dolemus omnino, non licere nobis inſperſas paſſim obſervationes rariores, regulas, longo bellorum uſu confirmatas, monita militaria plurima, eaque egregia, excerpere, quæ ita cum rebus propoſitis cohærent, ut divelli inde commode, atque ſigillatim exponi, nequeant. Ex multis itaque arduis argumentis ſpeciminis loco ſeligimus exemplum, ab Ill. Autore propoſitum, qua ratione ex ejus conſilio vallum oppugnandum ſit, cui opus cornutum præſtructum eſt. Inter omnia opera externa plurimum roboris ejusmodi operi cornuto tribuit, modo non, ſecundum plurimorum architectorum militarium errorem, chordæ præſtructum ſit, ſed ipſum propugnaculum illo ita præmuniatur, ut alam ejus utramque in ſinu ſuo complectatur. Ita enim prælonga operis cornuti latera non ſolum a tormentis, in chorda diſpoſitis, ſed a lunulis quoque, ab utroque latere ſitis, egregie defenduntur, cum plures quam 50 aut 60 perticæ Gallicæ laterum operis cornuti, directis bombardarum, ex lunulis exploſarum, ictibus pateant. Eandem inſignem opem lunulæ iſtæ a munimentis operis cornuti mutuantur, ut difficile ſit, illas deſtruere, niſi cornuti operis propugnacula ante diruta fuerint. Operis cornuti, quod non chordæ, ſed ipſi propugnaculo, præſtructum eſt, præſtantiam ex moleſtiſſimis laboribus metiri licet, quos oppugnantes ſubeunt, antequam locum principalem aggredi poſſunt. Capienda enim eſt illius operis via cooperta, porro lunula, chordæ ejus objecta, tunc loricæ transverſæ, & tandem utraque lunula, a lateribus operis cornuti poſita. Superatis omnibus hiſce laboribus, obſidentes ad ipſum tandem propugnaculum loci principalis accedunt, cujus utramque faciem non ſine multis impedimentis oppugnandam habent. Apparet itaque, quinque munimenta deſtruenda & occupanda eſſe, atque tanto labore obſidentes parum profeciſſe, etiamſi ratio illarum munitionum habita non ſit, quas obſeſſi poſt disjecta aut occupata opera moliuntur, quæ obſidentes graviſſimis laboribus implicant. Ex

adversa parte Ill. Autor accurate computat, quid superandum, aut occupandum, ab obsidentibus sit, si cornutum opus, ut mos hactenus fert, chordæ sit præstructum, atque, subductis diligenter rationibus, demonstrat, non solum multo minores hoc casu oppugnantium labores esse, sed longe majora quoque emolumenta capto hoc opere ipsos lucratos esse, inprimis cum post redactum in potestatem opus cornutum, ante chordam positum, liber ipsis pateat aditus ad faciem utriusque propugnaculi. Tantum præstantiæ operi cornuto, ex mente sua ante propugnaculum constructo, asserit, ut ducem militarem sollicite cavere jubeat, ne urbem, tali opere munitam, ex hac parte aggrediatur, &, si ulla ratione fieri possit, alium oppugnandi locum deligat. Si alio loco nullo accessus ad urbem concedatur, vult, ut sibi persuadeat, singulare præter locum principalem castellum aut arcem occupandam esse, atque mature de apparatu militari ad geminatum opus necessario prospiciat. Ut, quæ argumentis demonstravit, oculis pateant, singulari plagula opus tale cornutum, ex mente sua propugnaculo præstructum, idque tam oppugnandi, quam defendendi, rationem, eleganter delineat. Cum vero eadem sit ejusmodi operis oppugnandi ratio, quæ loci principalis; nihil novi de ejus obsidione monendum esse duxit Ill. Autor, donec utraque facies cornuti operis expugnata fuerit. Illas postquam obsidentes in potestatem redegerunt, in singulis dimidiis propugnaculis duas vel tres bombardas, atque in medio chordæ operis cornuti sex vel octo, collocari jubet. His enim contra segmenta, quæ obsessi interea præstruxerunt, atque loricas ipsorum transversas, opus est. Insignis quoque illarum usus est ad defensionem propugnaculorum destruendam, si satis profunde disponi possint, ut interiora hostium munimenta illis percutiantur. Illud si fieri nequeat, loci principalis via cooperta, ejusque lorica, secundum notas regulas oppugnanda, atque opera, a quibus illa præsidium mutuantur, tormentorum crebris ictibus disjicienda sunt, dum interea miles descensum in fossam parat. Cum præcepta hæc militaria longe rectius intelligantur, si opera illa accurate delineata oculis subjiciantur, Ill. *Vaubanius*

nius figuris æri nitide incisis atque copiosis mentem suam clarissime explicat. Jubet porro, dum obsidentes per interiorem operis cornuti campum accessum ad locum principalem parant, ut pars copiarum simul lunulas, a latere positas, aggrediatur. Quid vero in hoc negotio observari velit, verbis non exponit, sed figura potius æri incisa dilucide repræsentat.

Sed reliquum est, ut paucis adhuc de *altera Parte Tomi prioris* præclari hujus Operis dicamus, qua Ill. *Vaubanius sex Capitibus* præcipit, quid in propugnandis locis munitis præsidiariis agendum, aut cavendum sit. Ab ovo rem orditur, atque præsidiariorum ducem monet, quæ ipsi expedienda sint, ubi hostes jam obsidionem minantur, quomodo lineas accessus, quas moliuntur, impedire, qua ratione tempestive eruptionem in castra obsidentium tentare, atque opera ipsorum destruere, debeat, quid in defendenda lorica viæ coopertæ agendum, qua ratione lunulæ atque ipsa propugnacula defendenda sint. Saluberrima, atque longo rei militaris usu confirmata, monita suppeditat, quæ inspersis passim haud proletariis consiliis distinguit. Sed, cum ratio defensionis locorum secundum oppugnantium machinationes necessario ineatur, plurima eorum, quæ profert, in regulis illis fundantur, quas *priori Parte* exposuit, nec sine circuitu a nobis repeti possunt. Satis nobis est, Opus, egregiis atque utilissimis consiliis militaribus refertum, usui eorum, qui exercitus ducunt, ipsa argumentorum præstantissimorum expositione commendasse. De *altero* ejus *Tomo* proxime agemus.

MISCELLANEA BEROLINENSIA, AD INCREmentum Scientiarum, ex scriptis, Societati Regiæ Scientiarum exhibitis, edita. Continuatio quarta, sive Tomus quintus. Cum Figuris & Indice contentorum.

Halæ Magdeburgicæ, in officina libraria Rengeriana, 1737, 4. Alph. 1 plag. 7.

Avide excipimus *Tomum* hunc *quintum*, qui Lectori delicias ostendit longe exoptatissimas. *Pars prima* continet ea, quæ disciplinis mathematicis propria sunt ac dicata. *Pars se-*

cunda complectitur observationes, cum physicas, tum medicas. In *Parte tertia* lectori sese offerunt literaria. In *Parte prima*
Pag. 3. exhibentur 1) *Alphonsi des-Vignoles* Supplementum ad dis-
10. quisitionem de Cyclis Sinensium; 2) *Philippi Naudaei* Conspe-
33. ctus Trigonoscopiae novae; 3) *Jo. Bapt. Clairaut* Problema de nova quadam Tractoriae specie; 4) *Gottbofr. Kirchii* Observatio Cometae, A. 1699 in suprema puppi navis Argus detecti, nunc
49. demum ex Diario ejus Astronomico edita, & annotationibus
36. quibusdam ab ejus filio illustrata; 5) *C. Kirchii* Observationes Cometae anni 1723 a d. 19 Octobr. ad 27 Nov. Berolini habitae; 6) ejusdem duae occultationes stellarum fixarum a luna,
60. A. 1736 Berolini observatae; 7) *J. F. Weidleri* Observatio eclipsis lunae partialis, die 2 Octobris A. 1735 horis matutinis Vitembergae habita. Legerat *Alphonsus des-Vignoles Theophili Sigefridi Bayeri de Eclipsi Sinica Dissertationem*, eo quidem eventu, ut cyclum dierum, Sinensibus usitatum, feliciter assequeretur. Indicavit octennio post, anno scilicet 1722, *Bayerus* in *Museo Sinico* plures ejusmodi dies cyclicos. Cel. *Des-Vignoles* fecit rationes *Bayeri* suas, editaque Dissertatione, ea, quae ad cyclum dierum spectant, copiosius exposuit, illustravitque simul cyclum mensium quinquennalem, nondum
2. expositum. Confirmavit illustrationem *Bayerus*, subsidiis, ex China suppeditatis, adjutus, ut nullum dubium de hac re superfit. Habent Chinenses cyclum sexagenarium & annorum,
4. & mensium, & dierum. Sepofuit Cel. *Des-Vignales* cyclos particulares, *denarium* ac *duodenarium*, atque eorum aggregatum *sexagenarium* in sese enucleandum suscepit. Cycli duodenarii momenta accurate descripsit *Bayerus* in novo opere, hoc modo: Horam Sinae vocant XI, ac unaquaeque hora Sinica aequalis est duabus Europaeis. Ipsi Sinenses Chronologi suas horas dividunt in principium, medium, & finem. Quaeque horarum Sinicarum in duas semihoras dividitur, quarum una uni
5. horae Europaeae est aequalis. Unaquaeque semihora in quatuor quadrantes, quas *Ke* vocant, dividitur, quadrantibus Europaeis aequales. Unumquodque autem *Ke* in 15 *fuen*, seu minuta, dividitur. Ipsi vero Sinae numerum 15^{m} non excedunt.

Cyclus

Cyclus itaque horarum ſexagenarius non eſt in uſu penes illos. Cyclus annorum ſexagenarius anno ante æram Chriſtianam 2697 tentatus fuit, inchoandus ab anno primo Imperatoris *Hoam-ti*, quamvis anno ejus demum duodetriceſimo perfectus fuerit. Aſſumtis vero quibusdam principiis, antea propoſitis, perſpicere ſibi viſus eſt, annum proxime ſequentem cœpiſſe, cum Sol in 15° Aquarii conſiſteret, triduo ante verum novilunium, quam regulam deinceps Sinenſes continuo fuerint ſecuti. Opinatur Vir Celeberrimus, principia ſua, quibus in ea re nitatur, ſuffragia eruditorum nondum meruiſſe, & ſeſe proinde eorum exſpectare judicia, eoque dubium adhuc hærere. At vix fallimur, rati, quadrare huc illud *Ciceronis: Tecum ipſe certa.* Quis enim in Chronologia Sinenſium docere hac ætate ex Europæis poterit *Alphonſum Des-Vignoles* & *Bayerum?* In præſens clarius, quam antea, prior docet, cyclum menſium quinquennalem, nulla habita ratione intercalarium, incipere menſe undecimo annorum, qui illius cycli vocantur quinti, vel decimi. En ſchema cycli:

Pag. 6.

XL.	XLV.	m.	I. Kia-Yn		51.
. .	. .		II. Quinqu.	I.	
XLI.	XLVI.	m.	I. Pim-Yn		3.
XLII.	XLVII.	m.	I. Vu-Yn		15.
XLIII.	XLVIII.	m.	I. Ken-Yn		27.
XLIV.	XLIX.	m.	I. Gin-Yn		39.
XLV.	L.	m.	I. Kia-Yn		51.
. .	. .		II. Quinqu.	I.	

Notandum 1), quod in utroque quinquennio menſes annorum correſpondentium ſemper ſint iidem; 2) omnes hi menſes ſecundo loco characterem *Yn* habeant, qui tertius eſt in cyclo duodenario; 3) numeri cyclici, menſibus appoſiti, 3, 15, 27, 39, 51, duodenario diſtent, eo quod ſunt menſes in quolibet anno, omiſſis intercalaribus; 4) iidem præciſe ſint numeri, quos Cel. Autor ſingulis quinquenniis aſſignaverat; 5) initium cycli fiat a menſe undecimo, qui præcedit annos cyclicos XLI, XLVI; 6) hic cyclus menſium annis 761 ante Chriſtum na-

tum fuerit adhibitus, & per calculos ad annum A. C. N. 1122 revocari possit. Suspicatur Autor, originem cycli ejusmodi deberi homagiis, quibus Reguli sese Imperatoribus obstrinxerint, ac de hoc momento peritiorum exspectat judicia. Quo minus de intercalatione delibemus quædam, rationibus instituti nostri impedimur. Succedit cyclus dierum plenior, quem
Pag. 8. A. 1722 nec aliis Europæis, nec Jesuitis ipsis, notum fuisse constat. Chronologicæ huic tractationi succedit Trigonoscopiæ
10 seq. cujusdam novæ conspectus, a *Philippo Naudæo* exhibitus. Prædicatur hic utilitas Geometriæ elementaris, ac præter latera angulosque considerantur in triangulo momenta alia, e. g. ambitus, area, altitudo, crurum summa, vel differentia, eorundemque crurum quadratorum vel summa vel differentia, novique modi, quibus problemata solvuntur, proferuntur. Possunt etiam determinari triangula a certis datis rationibus, quas in triangulo habere debent quædam rectæ, in illo, vel in datis angulis, ductæ, vel alio quodam denique modo determinatæ. Illustrat Autor hæc solutionibus problematum quorundam ejus generis novis, novis constructionibus triangulorum, novisque demonstrationibus theorematum. Problemata ipsa geometrica distinguit in XVI classes, ostenditque, in ipsa Geometria elementari uberrimam adhuc veritatum detegenda-
29 seq. rum superesse messem. Coronidis loco subnectitur problema algebraicum, quo, cognitis cujusdam progressionis arithmeticæ numero terminorum c, & terminorum illorum summa a, atque etiam summa cuborum eorundem b, invenitur seorsim quisque illius progressionis terminus. Tertio loco *Joannes Baptista Clairaut* exhibuit *de nova quadam Tractoriæ specie problema*, quo problemati illi novam dat universalitatem, qua supponitur altera fili extremitas duci vel incedere in data quadam curva, quæ jacet in plano, quod diversum est ab illo, in quo corpus jacet. Etenim inter curvas transscendentes prima utique, quæ a Geometris considerari cœpit, haberi
33. potest illa *Hugenii*, quæ est ea curva, quam in plano horizontali describit corpus, alteri fili alicujus extremitati affixum, dum altera fili extremitas in recta quadam linea protrahitur at-

que

que incedit. Excipiunt investigationem hanc observationes de Cometa, A. 1723 a die 19 Octobr. ad d. 27 Nov. Berolini habitæ a *C. Kirchio*, ad historiæ amussim primo descriptæ, deinde in tabulas chronologicas, quibus partes micrometri & intervalla adjiciuntur, redactæ, tum expressæ in tabella, qua continetur cometæ longitudo, latitudo, & motus in orbita propria, quibus ille observatus fuerat vesperi hora octava. Mirum, Cometam bis, & quidem duobus diebus immediate secutis, stellas fixas centraliter occultasse, quæ observationes rarissime duntaxat contingere queunt. Attendit inprimis ad tempus, quo Cometa in Perigæo esset futurus, eumque in Perigæo conspexit die 14 Octobr. mane circa horam primam. Si distantia minima Cometæ a Terra assumitur 1000 partium, Cometa quotidie 334 tales partes motu suo absolvit in semita sua, seu via tractoria. Motum ejus diurnum, visum in Perigæo, collegit esse circiter 18°. 30′. Diameter Cometæ, cum ipse esset in Perigæo, ad minimum duplo major apparere debuit, quam apparuit die 19 Octobris, & discus ejus apparuit quadruplo major. Distantia enim Cometæ a Terra die 19 Octobr. paulo plus, quam dupla, fuit distantiæ perigææ. Ultimo observatus fuit Cometa d. 27 Nov. Succedit huic Observationi alia haud dissimilis argumenti, *de Cometa, A. 1699 in suprema puppi navis Argus a* Gothofredo Kirchio *detecto, nunc demum ex Diario ejus Astronomico edita, & annotationibus quibusdam illustrata, ab ejus filio,* Christfrido Kirchio. Semel eum observaverat B. parens *Kirchius* Gubenæ in inferiori Lusatia, ideo notandum, quod nulla de eo alia exstat cujusquam commemoratio, licet is nudis oculis fuerit conspicuus, motuque satis celeri sit gavisus, qui eum, jam satis meridionalem, & meridiem versus tendentem, celerrime sub horizontem nostrum depressit. Duas stellas lucidas, secundæ magnitudinis, quas in *Bartschii* Planisphærio in posteriori parte galli existere crediderunt Astronomi, & quas *Bayerus* in *Uranometria* literis Græcis β & γ in Argo navi notavit, *Montanarius* jam A. 1690 evanuisse comperit, vel, ut crederet ita, sibi imperavit. Persuasus tandem fuit Cel. *Kirchius*, filius, illas ne quidem olim ibi exstitisse, sed ob errorem duntaxat

Pag. 36 seq.
45.
47.
48.
49 seq.
51.

taxat a *Bayero* & aliis fuisse transpositas, id quod *pag.* 53 *seq.*
Pag. 56 seq. accurate demonstrat. Progredimur ad *duas occultationes stellarum fixarum, a Luna ortas* A. 1736, scilicet occultationem
60. o)(die 20 Jan. & occultationem Palilicii die 14 April. Accedit loco septimo *Observatio Eclipsis Lunæ partialis*, die 2 Octobr. A. 1735 horis matutinis Vitembergæ habita a *J. F. Weidlero*, J. U. D. & Prof. Math. Sup. Observationibus astronomicis
63 seq. succedunt physica & mathematica. Primo quidem exhibentur *Augustini Buddei*, D. *Observationes miscellæ circa ossa*, quarum quidem prima de æquivoco ossificationis præternaturalis sensu, secunda de exfoliatione, & quousque ea in morbis ossium
71. sit exspectanda, tertia de carie ossium tarsi, plerumque exitiali, gemino exemplo comprobata, agit. Offert sese posthæc conspectui beati nunc D. *Casparis Neumanni* tractatio *de vi*
74 seq. *caustica & conversione salium alcalino-fixorum, aeri expositorum, in salia neutra*, quam suppeditavit controversia, Autori olim cum doctissimo *Helvetio* intercedens, quam lectione de Salibus alcalino fixis, olim habita, ac tandem in publicum emissa, indicavit. Hic enim suspicatus fuit, vim causticam salium alcalino-fixorum potius ab acido concentrato, quam a φλογιςῷ, originem ducere, saliumque alcalino-fixorum, aeri expositorum, in salia neutra conversionem potius resuscitationem vel revivificationem salium acidorum in terra alcalina, mediante igne fixatorum, esse, quam ab acido ex aere absorpto posse deduci. Dubiis ejus removendis, ac ex observationum penu debellandis, penitus vacat & intentus est Cel. *Neumannus*, ea edisserens, quæ summam Chimiæ peritiam testantur. Adduntur hisce curis D. *Joannis Henrici Potti Experimenta quædam chemica circa dia-*
91 seq. *crisin tartari vitriolati.* Rectius quidem tartarus vitriolatus dici posset sal alcalinum vitriolatum. Sed usui tyranno est cedendum. *Zwælferus*, in tartaro vitriolato non dari regressum, crediderat. Sed in promtu est experimentum *Stahlianum*, quo dissolutio illa perficitur in igne fusorio additione terræ inflammabilis, qua ratione ex hac acidi vitriolici cum terra inflammabili conjunctione sulphur verum producitur, & alcalinum sal, sui juris redditum, rursus solvit sulphur, & hepar sulphuris constituit,

ſtituit, ex quo autem facili negotio cum quovis etiam leviſſimo acido ſulphur perfectum reducitur. Sumſit Autor libras tres cum portione anatica ex alumine uſto, quod miſcuit, & deſtillationis actui ſubjecit. Exinde impetravit ſpiritus vitrioli volatilis ſulphurei, cum phlegmate commixti, uncias circiter 17, cum inſecutis duabus unciis ſpiritus magis acidi; & auctiori demum igne olei quaſi nigri vitriolici, quæ ſeparavit poſtea, & utraque rectificavit. Prior ſpiritus ſulphureus volatilis ſolutionem Mercurii, in aqua forti factam, leviter tantum turbabat, poſterior vero confeſtim colore albo eundem dejiciebat, qui ulteriori examine itidem acidum ſalis communis, ſed cum alio adhuc acido commixtum, manifeſtabat, quod ut penitius erueret, affudit eundem ſpiritum auro & argento, & ſub inſtituta digeſtione vidit, quod aurum is omne diſſolverit, argentum vero intactum reliquerit. Quis vero ex hac commixtione exſpectaſſet liquorem, qui aurum diſſolvit? Adjungitur huic Diſſertationi porro D. *Jo. Phil. Seipii Relatio de caverna vaporifera ſulphurea in lapicidina Pyrmontana, quæ ſimilis eſt foveæ Neapolitanæ,* Grotta del Cane *dictæ, a Miſſono & aliis deſcriptæ.* Succedit *Jo. Leonh. Friſchii* Obſervatio *de Bombyce, e folliculi ſui textura prorepente.* Bombyx bene mane ad emolliendam inprimis interiorem texturam emittit ex ore ſuo ſuccum clariſſimum, quo madefacit locum, quem in loco vertici proximo perforare annititur. Hic unicus oris uſus eſt, quem in bombyce, dum in papilionem mutatur, huc uſque Cl. Vir obſervare potuit. Excipit hanc Obſervationem *Jo. Jac. Schillingii* Continuatio Schediaſmatis, *§. VI pag. 334 quarti Miſcellaneorum Voluminis* exhibiti. Solicitus fuit Vir Cel. de phænomenis vitri electrici & phoſphoreſcentis, & varia ſubjungit experimenta. Deinceps ſequitur *Hyetometriæ Griſchovianæ continuatio per annos 1734 & 1735.* Adduntur *Obſervationes altitudinis pluviæ & nivis liquatæ, annis ſex proxime elapſis ad A. 1734 Vitembergæ Saxonum collectæ,* nec non A. 1734 & 1735 digitis & lineis pedis Pariſienſis notatæ. Haſce excipiunt *Obſervationes quædam meteorologicæ, in Penſylvania habitæ, quarum collatio cum Berolinenſibus inſtituta*

Pag. 99. 102 ſeq. 106 ſeq. 109 ſeq. 113 ſeq. 121. 123.

tuta est a Christfrido Kirchio. Adjunguntur eis *Annotationes*
in Thermometra. Ipse vero usus fuit accuratissimo *Fahrenhei-*
Pag. 131. *tiano.* Indicatur celeris immutatio caloris & frigoris in ea re-
gione, qualis in nostris regionibus est incognita, vel ad mini-
132. mum inusitata. Attentionem lectoris porro excitant *Andreæ*
Celsii Observationes meteorologicæ, A. 1731 Upsaliæ habitæ. Fe-
bruario, Augusto, Septembri, Octobri, & Novembri,
mensibus lumen boreale apparuit, Septembri & Octobri fre-
157. quentissimum. Ejusdem *Observatio vehementissimi frigoris, Sue-*
ciam mense Januario A. 1732 vexantis, est admodum comme-
morabilis. Aliquoties ipso Januarii mense apparuit idem lu-
161. men. Causam acerbissimi hujus frigoris proximam a ventis
occidentalibus, in Norwegicorum montium jugo exasperatis,
qui inde a prima die Januarii interrupta serie per 16 dies fla-
162. bant, præcipue petendam esse, existimat. Succedit *Leonhardi*
Davidis Hermanni, ante paucos annos defuncti, *Disquisitio histori-*
co-physica de Conchis fluviatilibus margaritiferis Masla-Silesiacis.
Diligentiam ea & diuturnam spirat experientiam. Progredi-
175 seq. mur ad literaria & philologica. *De re numaria Sinorum T. S.*
Bayeri, Regiomantani, Dissertatio principatum tenet. Aurum
apud Sinos ita in numero est, ut tela vestisque serica. Pre-
tium pro portione argenti, ut tempus negotiatorum rationes
postulant, varium. Nonnunquam 10 *leam* cum 112 *leam*,
rursum alias cum 115 aut 120 argenti, commutantur. Impe-
rator Sinorum numos majores quoque curat percutiendos, sed
non in publici commercii usus. Hosce inter domum regiam
honoris & muneris loco, natali suo, solet dividere. Qui e-
munt venduntve, rudibus argenti massis utuntur; ad argen-
tarios judicium fraudis pertinet, si qua metalli admisti est su-
spicio. Describuntur a Cel. *Bayero* deinde illi numi & secun-
185. dum ætatem, & secundum characteres reliquasque virtutes;
quibus ejusdem *T. S. Bayeri Commercium Sinicum* subjungi-
tur literarium, in quo de omni re astronomica, chronologica,
musica, & cyclorum, egregiæ suppeditantur commemorationes.
193. Accedunt *Alphonsi des Vignoles*, Viri Celeberrimi, *Observatio-*
194. *nes ad primæ Epistolæ initium*, quibus ostendit, conjunctionem
omnium

omnium Planetarum in Piſcibus, per Sinos obſervatam, contigiſſe anno ante Chriſtum 2449. Vocat nos deinde *J. L.* Pag. 198.
Friſchii Specimen Supplementorum & Obſervationum ad Jo. Schilteri, celeberrimi JCti, Gloſſarium Teutonicum. Oſtendit, *feblig* eſſe tutum & a violatione immunem, vel ob loci rationes, vel ob liberi commeatus privilegium. Additur integrum, ad literas alphabeti elaboratum, ſpicilegium, quo veteres exponuntur voces Teutonicæ. Vocem *Gartzaun* exponit ex *garcon, garzone.* Diſſerit poſthæc de quinque nominibus canis ſagacis apud venatores in veteribus Germanorum legibus, nempe *Laitibunt,*
canis ductoris, *Spuribunt*, canis inveſtigantis, *Bracconis*, ab 213.
oris figura ob brevius roſtrum, in comparatione leporarii, cujus os eſt acutius, *Triphunt*, qui, quærendo & veſtigia feræ ſequendo, eam ſimul agit, *Seguſius* ſeu *Seugius*, ex *ſucben*, quærendo, dictus. Oſtendit adhæc, nomen *Ægidii* a Germanis vulgo corruptum eſſe in *Gilien*, *Gilg*, *Ilien*, *Ilgen*,
Iling, *Tiling*, *Tilgen.* Suſpicatur, vocem *Ekkebardi* junioris 216.
Charromanicum denotare harmoniam. Subdit idem *Origines*
vocum quarundam linguæ Gallicæ, & ſimul Obſervationes & Sup- 217.
plementa ad Menagii Origines linguæ Gallicæ. Claudit agmen
Jacobi Bruckeri Diſſertatio hiſtorico-critica de *Secta Elpiſtico-* 222.
rum, ad Philoſophos referenda, & Socraticos inter & Stoicos quærenda, qui, felicitatem reſtare poſt hanc vitam, crediderunt, cujus ſpe mentes ſuas permulſerunt.

THOMÆ TENNISONII, ARCHIEPISCOpi quondam Cantuarienſis, Commentatio theologico-hiſtorica de Apparitionibus Dei in Vet. & Nov. Teſtamento ſymbolicis, e lingua Anglica in Latinam translata, variisque obſervationibus aucta. Adjectæ ſunt Stricturæ in libellum Anonymi de Præexiſtentia animæ Chriſti, Autore LAURENTIO HAGEMANNO, V. D. M. Hanoverano.

Hanoveræ, apud Jo. Adolph. Gercken, 1740, 8.
Alph. 1 plag. 1.

Volumine uno libellos edidit duos Ven. Autor, scriptis aliis theologicis dudum nobilitatus. *Tennisonii* Commentationem fecit Latinam, atque doctissima, adversus *Tolandum* directa, Præfatione ornavit. Desumta est illa Commentario ex libro *Tennisonii*, quem hic multijuga eruditione quondam *de Idololatria* evulgaverat. Curavit Vir optimus, ut ea a viro linguæ Anglicæ gnaro in Latinum converteretur. Quoniam vero passim cogitata Autoris vel emendanda, vel supplenda erant, observationes quasdam libello addidit Cel. Autor novas. Stricturæ non alii debentur, ac S. Rev. *Hagemanno*. Prodiit in lucem A. 1739, Londini formis publicis descriptus, Gallice consignatus, liber, quem ipse hic exhibet Latine factum, ac stricturis perpetuis confixum. Index libro est præfixus: *Dissertatio theologica & critica de hac quæstione: Num anima Jesu Christi sit formata eo tempore, cum jungeretur corpori ejus? an ea fuerit sanctum & purum Ens intelligens, quod jam antea in cælo adfuit?* Qui Dissertationis Autor exstitit, viam ejusmodi ingressus fuit, ut quovis modo doctrinam de Christo labefactaret. Omnem is operam in eo collocavit, ut comprobaret, *animam Christi ante mundum conditum præexstitisse, ut ens intelligens, purum, & gloriosum, in cælo, antequam corpori humano in utero B. Virginis ipsa fuerit juncta.* Virgo *Burignonia*, *Petrus Poiretus*, ejus assectator, in *Oecon. div. II, 11*, *Thomas Bennetus*, Theologiæ Doctor, & Vicarius S. Ægidii Criplegatensis, in libro: *A Discourse of the ever blessed Trinity in unity*, Londini A. 1718, 8, edito, hunc jam errorem disseminaverant. *Bennetus*, velut aliud acturus, in eam Scyllam incidit, dum Charybdim erat vitaturus. Postquam enim *Clarckii Doctrinam Scripturæ de Trinitate* legerat, animadvertisse sibi visus fuit, hunc de humana Christi doctrina vel dubitare, vel non libere satis de ea sententiam exposuisse. Ut igitur *Clarckium* ad salubriora adduceret, argumento abundante usus est, in quo plus est nervorum adscititiorum, quam rei indoles exposcit. Amplexus fuit sententiam illorum etiam, qui, animam Christi ante ejus ἐνσάρκωσιν exstitisse, sibi persuadent. Ne vero symbolam Commentationi *Tennisonianæ* Vir S. Rev. denegasse

gasse videretur, in Præfatione, ei præmissa, *Tolandum* castigavit, qui fidem Codicis sacri in somnia, somnia autem in nihil significantes sententias, convertere omni ope elaboraverat. At somnia & ecstases, quorum origo est divina, facile a commentis & ludentis phantasiæ idolis discerni possunt, licet lingiendum haud sit *Tolando*, articulos revelationis divinæ universos in somniorum classe esse collocandos. Somnia, a Deo immissa, 1) distinctas & ordinatas idearum series fundunt, 2) animo somniantis infundunt convictionem de rei eventu, antequam is evenit. Et quis tam impudens & vecors est, ut, visiones singulas per ecstasin, vel per somnum, viris sanctis contigisse, sustineat affirmare? Deus, vel potius Messias, sæpius ex arca respondit consulenti sese Pontifici summo; sæpe ex æthere vocem personare aures vatum jussit; sæpe visionibus, quæ hieroglyphicis erant spectabiles, mentem suam expressit, ac vigilantibus patefecit. Hæc solide tuetur Vir S. Reverendus. *Tennisonii* liber constat *Capitibus octo*. *Primo* exponit Pag. 1.
de remediis, quæ Deus hominibus contra idololatriam adhibenda dedit de Schechina Dei, ratus, magnam dubitandi ra- 11.
tionem subesse, an Dei substantiam in corpore gloria affecto visuri simus, ob *Jo. I, 18*, & *1 Tim. VI, 16*, atque omnipræsentiam ejus. *Secundo* agit de remedio adversus idololatriam per 17.
Schechinam, arbitratus, Christum sub Vet. Test. forma angeli assumta apparuisse, atque a Judæis λόγον fuisse dictum. *Ter-* 40.
tio exponit de Schechina Dei ab *Adamo* ad *Noachum* usque; *quarto* differit de ea a *Noacho* usque ad *Mosen*; *quinto* sta- 122.
dium percurrit a *Mose* usque ad exilium Babylonicum, improbabiliter docens, Seraphim fuisse angelos ministros, speciem alatorum serpentum indutos, nec ab eis differre vocem *Urim*, *Thummim* vero exstitisse exemplum legis moralis, pectorali inclusum. *Sexto* progreditur usque ad natalem Jesu. *Septimo* 136.
exponit de remedio adversus idololatriam per imaginem Dei 158.
in Christo, ratus, eo nato oracula obmutuisse, quod merito improbabile visum fuit Annotatori. *Octavo* commenta- 164.
tur de utilitate Schechinæ Dei. Annotationes ac emendationes Ven. Viri & moderationem & soliditatem spirant, qui

Pag. 7. in Stricturis ad *Anonymum Leibnitianam* de præexistentia animarum opinionem refellere etiam aggressus fuit, ratus, Deum creationibus animarum in dies mundum augere, aut substantias simplices ex aliis simplicibus, ni e corporibus, posse decerpi ac formari. Videntur duo momenta esse distinguenda: 1) an animæ ante animalia nata, seu potius concepta, jam existant; 2) an animæ humanæ ante corpus, in utero formari cœptum, existant. Anima Christi certe non præexstitit, sed in initio conceptionis creata fuit. Corpora vero reliqua humana, quæ generantur, in dies creari, nemo contendit. De reliquo gratulamur Ven. Autori otia sua distentissima tam feliciter & salubriter collocata, nihil impensius lætaturi, quam si operam ipse dederit, ut in posterum quoque plurimi ex ipso possint proficere.

GIUOCO GEOGRAFICO, &c.
id est,
LUDUS GEOGRAPHICUS, IN QUO ITER FIT per omnia, eaque præcipua, terræ regna, recens correctus, & notitia Conciliorum œcumenicorum auctus.

Brixiæ, ex typographeo Joannis Baptistæ Bossini, 1738, 8.
Plag. 6.

Notitia, quæ de regnis ac regionibus singulis hic subministratur, est admodum succincta. Ultra enim primariam civitatem commemoratur urbium nihil. Indicantur Principes, religio, flumina, proventus, incolarum indoles. Id, quod liber habet eximium, consistit in eo, ut ludo conclusa fuerint universa, puerisque, eum ludentibus, sensim & quasi sine sensu prima capita Geographiæ possint arte proposita instillari.

NOVA LITERARIA.

Ex quo Florentiæ Vir Clarissimus, *Nicolaus Gualtierius*, Medicinæ Professor publicus, summo studio ac labore aucto digestoque Historiæ naturalis locupletissimo penu, pretiosis rarisque cimeliis Museum suum, inter cetera hujus generis insigne urbis hujus ornamentum, aperuit; nil habuit antiquius, quam ut hæ deliciæ in bonum, non civium suorum tantum

tum, verum etiam exterorum, cederent. Quapropter partem quandam sui Musei illustrandam suscepit, pictis Tabulis CX a *Josepho Menabonio*, Florentino, ob alia egregia opera eruditis noto, quas in publicum proferre sibi proposuit, &, favente Deo, nunc protulit. In hisce Tabulis Testæ Conchyliorum accuratissime delineatæ, & æri incisæ, exhibentur, speciebus earum diversis ac variantibus fere octingentis, quas diligenter & copiose descripsit, Indicem earum attexuit, atque, ut ab aliis quoque eruditis observationibus illustrari possint, compluribus conspectibus repræsentandas curavit, primusque, ut internam earum fabricam quis rimari possit, per medium dissecuit; quæ idcirco bis mille supra ducentas Figuras constituunt. Conchyliorum Testæ in iisdem CX Tabulis dispositæ sunt methodo a præstantissimo *Carolo Nicolao Langio* utplurimum mutuo sumta. Volumen hoc, quod in lucem nuper prodiit, nitidissima charta in folio maximo, quod *Papale* dicitur, & characteribus optimis, impressum est, constatque paginis, uti & Tabulis, CX. In fine Classium, ne quid ad hæc studia illustranda & amplificanda desideraretur, additæ sunt, tanquam parerga & corollaria, selectiores & rariores Plantæ marinæ, quæ lapideæ, seu petrosæ, nuncupantur, quæ pariter in ejus Museo asservantur. Præter paginas, quas enumeravimus, accedit Epistola Operis dedicatoria ad Magnum Etruriæ Ducem, & Præfatio ad Lectorem satis luculenta, in qua Autor, optime de naturæ arcanis meritus, de origine, dignitate, utilitate, incrementis, & perfectione hujusce studii, deque earundem Testarum qualitate, varietate, & structura, disserit. Accedit præterea eruditus ad Historiam Testaceorum apparatus, sive Introductio, a summo Viro, *Turnefortio*, jam pridem elucubrata, quæ nunc primum ejus opera & cura in lucem prodit. Volumen, splendide editum, ita inscriptum est: *Index Testarum Conchyliorum, quæ asservantur in Museo Nicolai Gualtieri, Philosophi, & Medici Collegiati Florentini, Regiæ Botanices Florentinæ Academiæ Socii, in Pisano Athenæo Medicinæ Professoris emeriti, & methodice distributæ exhibentur Tabulis CX. Florentiæ, anno 1742, ex typographia Cajetani Albizzini.* Prostat apud Autorem pretio Scutorum 12, aut, quod idem est, Juliorum 120.

Ratis-

Ratisbonæ ſub prelo habet bibliopola non ignobilis, *Emericus Felix Baderus*, *Scriptorum rerum Auſtriacarum*, olim a doctiſſimo *Pezio Voluminibus duobus* editorum, *tertium Volumen*, ab eodem *Pezio* diligentiſſime collectum, variæque eruditionis apparatu ita exornatum, ut certiſſima ſpes ſit, futurum, ut omni ex parte & argumenti illuſtriſſimi dignitati, & doctorum hominum exſpectationi, reſpondeat. Præterquam enim, quod Scriptores hic prodibunt inprimis boni & luce publica digniſſimi, egregieque rerum Auſtriacarum præcipua momenta illuſtrantes, in his etiam expoliendis, & obſcuritatis, ſi qua adhæret, macula liberandis, tam inſignis fuit Editoris Celeberrimi induſtria, ut ex eorum, quæ docte ipſe annotavit, lectione plurimum emolumenti exſpectare antiquitatum Germanicarum ſtudioſi poſſint. Horum omnium indicium in ipſa Operis inſcriptione fiet, cujus hanc formam ſcripſit Editor: *Scriptores rerum Auſtriacarum veteres ac genuini; Tomus tertius, quo* Ottocari Horneckii *Chronicon Auſtriacum rhythmicum, ab exceſſu Friderici II Imperatoris, hoc eſt, ab anno Chriſti 1250, ad annum uſque 1309 perductum, continetur, ac potiſſimum Rudolphi I, Alberti I, Imperatorum Romanorum, Friderici I Pulchri Auſtriaci, geſta, res etiam Styriacæ, Carinthiacæ, Bohemicæ, Hungaricæ, Bavaricæ, Salisburgenſes, aliarumque nationum, enarrantur, nunc primum ex Cod. MSt. Bibliothecæ partim Auguſtiſſimæ Vindobonenſis, partim celeberrimi Monaſterii Admontenſis Ord. S. Benedicti in Styria, in lucem publicam vindicatum. Accedit Gloſſarium, quo Germanicæ voces obſcuriores ac obſoletæ, in hujus Autoris opere occurrentes, explanantur. Edidit R. D. P.* Pez, *Auſtriacus ipſenſis, antiquiſſimi & exemti Monaſterii Mellicenſis Ord. S. Benedicti in Auſtria inferiore Profeſſus & Bibliothecarius. Volumen* hoc iis, qui nomina ſua mature dabunt, comparabitur florenis ſex, quorum quatuor ante menſem Majum anni hujus, duo reliqui abſoluto editoque Opere, ſolvendi ſunt. Colligendi numos curam in ſe ſuſceperunt nobiliſſimi quique urbium Germanicarum typographi, in quorum etiam manibus eſt ipſius Operis ſpecimen, elegantiæ & nitoris, ſi chartam literasque ſpectes, haud parum habens.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ
Calendis Martii Anno MDCCXLIII.
Pars II.

ANNALES MINORUM, SEU TRIUM ORDInum, a S. Francisco institutorum, Autore A. R. P. LUCA WADDINGO, Hiberno, S. T. Lectore Jubilato, & Ordinis Chronologo. Editio secunda, locupletior & accuratior, opera & studio R. P. JOSEPHI MARIÆ FONSECA AB EBORA, Ord. Minor. Scriptoris & Ex-Generalis, S. & Univers. Inquisitionis Consultoris, Sac. Congreg. Consistor. Votantis, Episcoporum Examinatoris, & apud S. Sedem tractandis Lusitanis rebus præfecti, &c.

Tomus XV.

Romæ, typis Rochi Bernabo, 1736, fol.
Alph. 7 plag. 15.

Accedimus jam ad Operis egregii *Tomum XV*, ab A. 1492 ad 1515 procurrentem, cujus momenta potiora non alio, quam in prioribus consuevimus, ordine jam exponemus. A. 1492 celebris illa *Christophori Columbi* in Indias Occidentales navigatio, socio & adjutore *Jo. Perezio*, ex Ordine Minorum, feliciter suscepta est; e vita egressi sunt *Innocentius VIII*, Pontifex Maximus, qui successorem habuit *Alexandrum VI*, nec non *Petrus de Travanda*, *Joannes Misnensis*, *Henr. Benninck*, & *Casimirus*, Rex Poloniæ; *Joannes*, Autistes Varadiensis, &

Pag. 1 seq.
3.
4.
5.

Pag. 14. *Ardicinus de la Porta* junior, ex Episcopis facti sunt Minoritæ;
19. floruerunt viri docti, *Augustinus Barnabos*, *Petrus Ramirez*,
20. *Lucas de Rothobio*, *Michael Aquensis*, *Oliverius Maylardus*,
& *Jo. Mauleonius*. A. 1493 *Fridericus III* Imp. obiit, cui in
27. imperio successit filius, *Maximilianus*; iter maritimum in In-
28. dias cum Minoritis nonnullis prosecutus est *Columbus*, primus-
que Indiarum Occidentalium Episcopus factus traditur *Ber-
nardus Boillius*; Capitulum generale Florentiæ celebratum est
31. ab Observantibus Cismontanis, & in Cœnobio Florentiaci ab
36. Ultramontanis; mortui sunt *Balthasar Florentinus*, *Petruccius
46. Senensis*, & *Petrus Ludovici Latinus*; Cremonæ Mons pietatis
ibid. erectus. A. 1494 ad Superos evocati sunt *Evangelista de Pe-
61. rusio*, Vicarius generalis Observantum familiæ Cismontanæ,
62. *Joannes Burgensis*, *Caroli VIII*, Regis Galliæ, præceptor, *Jo.
71 seq. Tisserandus*, *Raphael Teutonicus*, & *Bernardinus Feltrensis*, vi-
tæ sanctitate & rebus religiose gestis inter Ordinis sui homines
88. famam, qua non esse major potest, consecutus; Mutinæ Mons
89. Pietatis erectus; floruerunt doctrinæ laude *Theodoricus de Osna-
90. brug*, *Ludovicus de Prussia*, & *Joannes de Maresco*. A. 1495 Co-
95. mitia Ordinis generalia Bononiæ, & alia Observantum Cismonta-
ibid. norum in urbe Aquilana, indicta sunt; obierunt *Angelus a
96. Clavasio*, *Marianus e Luco*, *Joannes a Popula*, *Michael Bal*,
97. *Franciscus Laudensis*, *Balthasar Ravaschius*, *Paulus de Levan-
to*, *Laurentius a S. Martino*, *Michael de Bustis*, *Franc. Areti-
98. nus*, *Nic. Urbevetanus*, *Gregor. Szadeczius*, *Petrus Candidus*,
Robertus Caracciolus Liciensis, Præsul Aquinas, & *Franciscus a
Cropanio*; in Polonia non levis fama *Jo. Vitreatoris*, in Gallia
Antonii e Burgo Reatino, fuit; Ecclesiæ Toletanæ præfectus est
101 seq. *Franciscus Ximenez Cisnerius*, supremus Hispaniarum rector at-
123. que gubernator; præ ceteris *Nicolaus*, a *Francia* dictus, floruit.
124. A. 1496 Tolosæ Conventum generalem frequentarunt Obser-
125. vantes Ultramontani; mortui sunt *Marcus a S. Maria in Gallo*,
Franciscus de Copino, *Bernardinus de Nuceria*, *Petrus Hispanus*,
Laurentius a Bagnacavallo, *Bartholomæus a Caymis*, & *Georgius
Græcus*; in magna existimatione vixerunt *Jo. Cordubensis*, *Georg.
Benignus*, *Petrus Cambonius*, *Eustachius de Curia*, *Joannes a Ponte*,

Lazarus

Lazarus de Montepolitiano; a *Franc. Ximenio* Academiæ Com- Pag. 126.
plutensis fundamenta jacta sunt, & Regularium emendatio ten-
tata. A. 1497 vita exiere *Dominicus a Leonessa* & *Joanna* 135.141.
Ruiz; Societas Pietatis Genuæ a *Michaele de Aquis* instituta; 139.
multa privilegia, Minoritis indulta, revocavit Pontifex; Parisien- ibid.
sis & Germanæ nonnullæ Academiæ Conceptionem B. Virginis
dici immaculatam noluerunt; floruit *Bernardinus Siculus*. A. 141.
1498 generalia Ordinis Comitia Mediolani, ibidemque Ob- 152.
servantum Cismontanorum, celebrata sunt; obierunt *Angelus* ibid.
a Verbosa, *Angelus a Groppina*, & *Bonaventura ab Antrodocco*; 153.
Minoritæ Conventuales in Ordinem suum admittere Observan- 154.
tes prohibiti; magnis in urbe Florentina motibus ansam de-
dit *Savonarola*. A. 1499 diem supremum obierunt *Fran-* 162.
ciscus Nanius, cognomento *Samson*, Minister Ordinis gene- 176.
ralis, *Stephanus Brulifer*, *Georg. Erbalius*, *Paulus Assisias*, 177.
Dominicus de Ponzo, *Lucia Petri Fulginas*, & *Gerardus Nea-* 178.
politanus; in Cœnobio Mechlinensi Comitia generalia habue- 177.
runt Observantes Ultramontani; *Ximenius* de Mauris ad fidem 179.
convertendis laboravit; Observantes jussi sunt a domibus Con- 182 seq.
ventualium abstinere; floruerunt *Balthas. Reusell*, & *Petrus* 199.
Reginaldus. A. 1500 *Henricus Conimbricensis* cum septem 200.
sodalibus in Indias Orientales abiit; Interamnæ celebratum est 212.
Capitulum Ordinis generale; mortui sunt *Bartholomæus Lucen-* 213.
sis, *Angelus Bonsius*, & *Cæcilia Coppola*. A 1501 quatuor ex Or- 215.
dine Minoritarum missi sunt in Indias Orientales; Cismontani 229.
Observantes Comitia generalia in Cœnobio S. *Donati* extra Ur- 230.
binum habuerunt; Ordo Conceptionis immaculatæ B. Virgi- 231.
nis Minoritis subjectus; obiit *Joannes Hortulanus*; floruit *An-* 235.
dreas Grossetanus, & *Antonius a Gavaciis*; Ordo Sororum 240.
Annuntiatarum fundatus. A. 1502 a *Ximenio* Cardinale Biblia ibid.
Complutensia edita, & alia, tam literaria, quam religiosa, in- 251 seq.
stituta sunt perfecta; Observantum Ultramontanorum Capitu- 254.
lum generale celebratum est in Conventu Albiensi; vita functi 255.
sunt *Oliverius Mayllardus*, *Ludovicus a Turre*, & *Cherubinus Mes-* 258.
sanensis; audiri cœpit nomen Fratrum *de Caputio*. A. 1503 255.
Comitia Ordinis generalia habita sunt in Cœnobio Trecensi, 263.

aut, quod alii volunt, in Conventu Blesensi; ad Superos abiit
Pag. 265. *Alexander VI*, Pontifex, cui *Pius III*, & huic paulo post *Ju-*
ibid. *lius II*, successit; novæ ex controversia circa Conceptionem B.
268. Virginis turbæ ortæ; obierunt *Bernardinus a Fossa*, *Lud. Man-*
tuanus, *Paulus Siculus*, *Julianus Fabrianensis*, *Joannes de Sar-*
274. *ceyo*, & *Ludovica*, *Amadei* Sabaudi filia. A. 1504 Guardia-
nus Hierosolymitanus a Sultano Ægypti missus est ad Pontifi-
276. cem Legatus; Observantum Cismontanorum Capitulum gene-
rale in urbe Mantuana celebratum; in urbe Toletana instituta
277. est Sodalitas operum misericordiæ; rebus humanis valedixe-
282. runt *Isabella*, Regina Hispaniæ, Minoritis addictissima, *Joanna*
284. *Valesia*, *Ludovici XI*, Regis Galliarum, filia, *Paulus Sinopolita-*
286. *nus*, *Vincentius Aquilanus*, & *Paulus Suevus Willensis*. A. 1505
287. e Minoritis nonnulli, ad Indias Orientales ablegati, rem Chri-
295. stianam mirifice amplificarunt; ab Observantibus Ultramontanis
298. Comitia generalia celebrata sunt in Conventu Lavallensi; mor-
300. tui sunt *Donatus Urbinas*, *Damianus a Ripa*, *Bernardus Hun-*
302. *garus*, *Nic. Firmanus*, *Gaspar de Barga*, *Ladislaus Gielnovius*,
304. 306. & *Joanna Rodriguez*; floruerunt *Bartholomæus Fabrianensis*,
305. *Jo. de Argamanes*, *Jo. Brusthemius*, *Barthol. a Mediolano*,
Franc. Perera, & *Alexius de Corregia*; accepit purpuram *Mar-*
311. *cus Vigerius*. A. 1506 primum totius Ordinis Capitulum ge-
neralissimum coegit Pontifex, ad id inprimis, ut inter se con-
ciliarentur Congregationes singulæ: quæ res successu caruit;
312. mortuus est Minister generalis, *Ægidius*, paulo ante munere
317 seq. exutus; mirum in modum auctus est Provinciarum & Vica-
riatuum familiæ Cismontanæ numerus; Ordo conceptionis B.
351. 360. Virginis confirmatus; obierunt *Joannes Guadalupensis*, *Guiliel-*
361. *mus e Speluncato*, *Joannes a Popula*, *Casp. Urbinas*, *Venantius*
362. *a Fabriano*, *Gerardus Florentinus*, *Stanisl. Slappus*, & *Hieronymus*
Anconitanus. A. 1507 in Cardinalium Collegium, ob plurima
369. in ecclesiam merita, adscitus est *Franc. Ximenius*; mortem op-
370. petierunt *Franc. Paulanus*, *Franc. a Caldarola*, *Petrus a S. Se-*
375. *verino*, *Ambrosius Lombardus*, *Laurent. Camers*, *Georg. e Ca-*
376. *stellaria*, *Rudolphus*, Archidux Austriæ, & *Maria a Toleto*;
378. in Cœnobio S. *Mariæ* Angelorum Capitulum generale celebra-
runt

runt Obſervantes Ciſmontani. A. 1508 Minoritæ in Hiſpaniolam miſſi; mira incrementa cepit Academia Complutenſis, ſapientiſſimis *Ximenii* legibus munita; Baſilica Vaticana inſtaurata; mortui ſunt Vicarius generalis Obſervantum, *Ludovicus* item *a Rotela*, *Jo. Franc. e Caſali*, *Barthol. Florentinus*, *Jo. ab Hertudero*; floruerunt *Petrus a Calderola*, & *Beſamius Germanus*; Capitulum generale Obſervantum Ultramontanorum celebratum eſt in Conventu S. *Mariæ de Jeſu* extra urbem Barcinonenſem. A. 1509 Oranum a *Ximenio* expugnatum; in urbe Ferrarienſi Comitia generalia Obſervantes Ciſmontani habuerunt, & in his Vicarius generalis *Franc. Zenus* conſtitutus; obierunt *Nicol. Dionyſii*, *Staniſl. Polonus*, *Baptiſta Varana*, & *Henricus VII*, Rex Angliæ. A. 1510 in Orientalibus æque ac Occidentalibus Indiis opera Franciſcanorum mire propagata ſunt Chriſtianorum ſacra; Capitulum Ordinis generale celebratum eſt, nominatusque in eo Miniſter generalis *Phil. Porcatius*; vita abierunt *Stephanus a Caſtello*, *Barthol. ab Anglario*, *Claudius Reignatus*, *Epiphanius Teutonicus*, *Baptiſta Florentinus*, *Bapt. a Caniano*, *Anton. a Zamorra*, *Petrus a Gamarra*, *Petrus Neapolitanus*, *Seraphinus Teatinus*; pietatis laude floruit *Eliſabetha a Turre*, Clariſſa. A. 1511 mortuus eſt *Philippus*, Miniſter Ordinis generalis, cui vicarius ſubſtitutus eſt *Gomeſius*, Luſitanus; Capitulum generale Obſervantum Ultramontanorum in Conventu Rapiſtagni celebratum eſt; floruit *Alexius de Borbiza*, *Franciſcus* & *Joannes Syradiani*; obierunt *Anton. a Leoneſſa*, & *Martinus a Turnobut*. A. 1512 Talabricæ repertum eſt B. *Litorii* corpus; obiit *Franc. Zenus*, Miniſter Ordinis generalis; Capitulum indictum eſt Obſervantum Ciſmontanorum in Conventu S. *Mariæ* novæ, ubi Vicarius generalis electus eſt *Timotheus Lucenſis*; Congregatio Clarenorum Obſervantibus unita; & alia Amadeorum inſtaurata. A. 1513 ad Superorum vitam tranſiit *Julius II*, Pontifex, ſucceſſorem nactus *Leonem X*; Aſſiſii celebrata ſunt Patrum Conventualium generalia Comitia; obierunt *Timotheus Lucenſis*, Obſervantum familiæ Ciſmontanæ generalis Vicarius, *Franciſcus Petri*, *Archangelus a Campobaſſo*, *Cherubinus a Bergamo*, *Vitalis Albanus*, & *Gregorius*

Pag. 386. ibid. 389. 390. 391. 392. ibid. 396. 404. 406. 409. 413 ſeq. 419. 421. 422. 430. 431. ibid. 435. 436. 437. ibid. 438. 444. 447. 448.

Pag. 452. *gorius Benignus*, Archiepiscopus Nazarenus. A. 1514 Franciscani ad Indos mittuntur propagandæ doctrinæ purioris cau-
454. sa; celebratum est Assisii Capitulum generale Observantum Cismontanorum, in quo Vicarius generalis electus est *Christophorus Forolevienſis*, & aliud Ultramontanorum Antverpiæ; vitam posuerunt *Rolandus Colonienſis*, *Erardus Compenbergue*,
455. *Jo. Bapt. San-Severinus*, *Anton. a Ripa*, *Ægidius Barbitonso-*
456-465. *rius*, *Paula de Montaldis*, & *Clara Bugnia*. A. 1515 Eccle-
466 seq. siæ & Academiis in Hispania prospicere perrexit *Franciscus Xi-*
469. *menius*; *Jacobi Piceni* cultus sacer indictus; Montes Pietatis
470 seq. per omnem Italiam instituti; mortui sunt *Candidus Ranzeus*,
472. *Richardus Polonus*, *Jo. Bapt. Vitreator*, *Theodoricus a Mona-*
475. *sterio*; Minoritis adscriptus est *Petrus de Alcantara*. Claudit hunc *Tomum*, sicut priores omnes, Regestum Pontificium, Bullas continens Pontificum, ab A. 1492 ad 1515 publicatas.

VERITAS RELIGIONIS CHRISTIANÆ EX GEnere, conceptu, ortu, vita, gestis, mysteriis, ac prodigiis, Jesu Christi, ejus autoris, nec non Virginis Deiparæ, confirmata, & omnibus fidelibus & infidelibus iterum proposita, per FRID. VINCENTIUM LUDOVICUM GOTTI, *Ordinis Præd. nunc S. R. E. Cardinalem.*

Tomi IV Pars I.

Romæ, ex typographia Rochi Bernabo, 1736, 4.
Alph. 2 plag. 5.

Licet Eminentissimus Autor, nuper demum magna & literarum, & Ecclesiæ suæ, jactura defunctus, *Tomo* Operis *primo* jam nonnulla exposuerit, quæ hoc *Tomo* comprehenduntur; satius tamen existimavit, ea ipsa hic copiosius & pro dignitate argumenti discutere, adjiciens ea, quæ in sanctissima Christi, filii Dei, genitrice, *Maria*, præ ceteris mulieribus divina gratia operata fuit, ut eodem tempore & fides erga Christum, & erga ejus matrem pietas, stabiliatur. Ipse operæ pretium duxit ea, quæ certa sunt & communi fide suscipiuntur, ab eis.

eis, quæ fidei nucleum haud tangunt, & hinc inde diſputantur, diſcernere. Non, quæ unus & alter Patrum opinatus fuit, ſed quæ plures & major pars, præcipue veterum, perſpectis & exploratis rebus, nobis tradita reliquerunt, & in quæ Romana Eccleſia magis propendet, libentius ſeſe amplecti, in Præfatione profitetur, citans ad teſtimonium *Auguſtinum*, ſibi aſſentientem *Lib. III de Baptiſmo contra Donatum Cap. 4.* Præfationem excipit Approbatio Ordinis Prædicatorum, Eminentiſſimo Autori juſtiſſimas impertiens laudes, eo etiam nomine, quod traditiones quasdam fabulasque inſulſas paſſim exploſerit, veritati potius applaudens, quam fictis & fraude excogitatis narratiunculis. Nec nos diſſimulamus, Eminentiſſimi Purpurati labores & indefeſſam induſtriam merito excipi applauſu, licet unam & alteram propoſitionem eo ſuffragio haud poſſimus proſequi, quo illam ſummi Eccleſiæ Romanæ proceres proſequuntur. Abſtinebimus tamen judicio noſtro, & ſummam hujus *Partis* ea fide recenſebimus, quæ in homines cadere poteſt ſinceros, ac univerſi generis humani amatores. *Capita* tractationi attributa ſunt *undeviginti.* Diſſerit in eis de ſtirpe Chriſti domini ex *Adamo*, & *Abrahamo*, ac *Davide*, etiam per matrem *Mariam*, ſiquidem & ipſa ex *Davidis* genere fuerat procreata. Chriſtus certe ex ſemine *Davidis ſecundum carnem* fuit pronatus. At undenam aſſumſit Pag. 7. carnem, niſi ex matre *Maria*? Quam ob cauſam *Maria* Deipara quoque ex *Davidis* progenie & tribu *Juda* exſtitit, id quod etiam ex *Luc. II, 1 ſeq.* recte ſolideque demonſtratur. Ipſa adhæc legem debuit voluitque ſequi, *Num. XXXVI, 7, 8,* perſcriptam, qua quiſque in tribu ſua permanſit. Quid Reges & Levitæ fecerint, hic in cenſum non venit. Illi enim arbitrio ſuo ſæpius indulgebant, hi vero certis terris poſſeſſionibusque hæreditariis, ob quarum conſtantiam lex illa erat lata, haud gaudere ſolebant. Et quid clarius, quam dictum *Ebr. VII, 14*, 11. quo oſtenditur, Chriſtum, dominum noſtrum, fuiſſe ortum ex tribu *Juda*, ſcilicet per matrem. Idem quoque conſtat ex genealogia *Joſephi*, quam *Matthæus* & *Lucas* protulere, ſiquidem 12. *Maria* ex eadem tribu & familia fuerat progenita. Autor ad dubium

Pag. 13. dubium ex *Jer. XXII, 30*, ita respondet, ut, Jesu regnum haud
fuisse mundo huic proprium, doceat, de quo ibi vati divino
fuerat sermo. Hinc Eminentissimus Autor in eo est, ut genea-
logias Christi apud *Matthæum* & *Lucam* conciliet *Capite secun-
do*. Sed facilis est conciliatio. *Matthæus* enim per *Salomonem*,
15. *Lucas* per *Nathanem*, æque filium *Davidis*, decurrit. Ille
nonnunquam generationes intermedias omittit; ut cum tradit:
Joram genuit Oziam; hic omnes recenset. Ille demigrationem
Babylonicam, quæ fuit triplex, nominat primam; *Esdras 2
Par. XXXV*, de *Salathiele* agens, tertiam intelligit. Præterea
Matthæus nonnunquam patres adoptantes filiosque adoptivos
in recensionem inserit suam. Novimus enim, *Jechoniam* fuisse
sterilem *Jer. XXII, 30*, ac *Salathielem* fuisse genuinum filium
Neri, adoptivum vero *Jechoniæ*. *Zorobabel* exstitit filius *Pha-
daiæ* germanus *1 Par. III, 19*, ergo *Salathielis* legitimus, seu ad-
29. optivus. De *Cainane* intruso inter *Arphaxadum* & *Salam Luc.
III, 35*, contra *Gen. X, 24, XI, 2*, & *1 Par. I, 18*, differit Autor
copiose, addens tandem illud *Augustini: Melior est fidelis igno-
rantia, quam temeraria scientia*, postquam *Genebrardi* opinio-
34. nem reliquis antetulerat. Scilicet *Cainan* in Vet. Test. abest
a Vulgata; at apud *Lucam* exstat. Hic est ille scrupulus, qui
30. Romanæ Ecclesiæ filios distinet. De reliquo Eminentissimus
Autor argumentorum satis adduxit, quibus intelligitur, *Cai-
nanem* apud *Lucam* fuisse intrusum ex minus genuina versione
36. Alexandrinorum interpretum. Parentes *Mariæ* existimat fuisse
Joachimum & *Annam*. Nostri, qui, a *Luca* tradi *Mariæ* genea-
logiam, docent, patrem *Heli*, seu *Jojakimum*, id est, *Joachi-
mum*, admittunt. Qui vero credunt, *Lucam* & *Matthæum*
contexuisse *Josephi* genealogiam, unde per corollarium etiam
perspiciatur *Mariæ* genus, *Joachimum* in medio relinquunt.
Ad traditionem confugit ipse antiquam, ut parentes illos vin-
dicet, Eminentissimus Autor. *Augustinus Lib. XXIII contra
Faustum Cap. 9, Joachimum* illum inniti testimonio Apocrypho-
rum, nec sese eorum autoritate detineri, commemoravit. *Pe-
39. trus Damianus Serm. III de Nativitate B. Virginis* studium su-
perfluæ curiositatis in iis reprehendit, qui, quod Evangelista

narrare

narrare superfluum duxit, nimis inutiliter quærunt, inquirentes, quis pater, vel quæ mater, *Mariæ* fuerint. *Pius V* certe A. 1572 Officium S. *Joachimi* abrogavit, indubie ob multa ex Apocryphis intexta, quæ ipse pro certis haberi posse dubitavit. Antiquissima de *Joachimo*, *Anna*, & Deiparæ educatione, notitia solet depromi ex Protevangelio *Jacobi*, & sermone de Nativitate *Mariæ*. At hi libri sunt efficti & commentitii, quemadmodum & *Sixtus Senensis* & *Baronius* plane confitentur. Pag. 43 seq.
Mariam in templo Hierosolymitano fuisse educatam, propemodum inficiatur, ratus, commemorationem illam debitis demonstrationibus haud fulciri. Id vero assensu suo dignatur, 55.
quod de *Mariæ* Deiparæ voto, quo ipsa se ad sempiternam virginitatem adstrinxerit, in ecclesia Romana solet tradi, demonstraturus id ex *Luc. I, 31*, ubi *Maria* dixisse fertur: 56.
Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, id est, cognoscere non possum. Expositio adjecta est Eminentissimi Autoris, conformis *Augustino de Sancta Virginitate Cap. 4 Serm. 225 Cap. 2*, & *Serm. 291.* Propugnat nihilo minus opinionem illam, quæ dictitat, *Mariam* inter ac *Josephum* matrimonium exstitisse verum, ob *Luc. II, 48*, licet mutua castitate præclarum. 70.
Addit hæc tandem: *Fere omnes tum Theologi, tum sacræ Scripturæ interpretes, post S. Thomam, sentiunt, Mariam fuisse Josepho vere nuptam, & non solum sponsalibus promissam, ante legationem Gabrielis, seu antequam in suo castissimo utero verbum divinum concepisset.* 86.
Quo ætatis anno *Maria* & *Josephus* inierint matrimonium, haud definit. *Josephum* ante hoc conjugium viduum exstitisse, negat. 95.
Fratres Domini exponit per *consanguineos*, seu filios *Mariæ*, quæ erat *Cleophæ* uxor, ac *Mariæ* Deiparæ soror. Helvidianos deinde refellit, *Hieronymum* imitatus. 104.
Domum, in qua Deipara a *Gabriele* fuit salutata, credit probabiliter fuisse *Josephi*, eandemque, quæ, in Picenum asportata, *Ædes Lauretana* dicatur. 125.
Conceptum esse Christum supernaturali & miraculoso modo, solide ostendit. 137.
Civitatem Juda, *Luc. I, 39*, memoratam, habet pro Hebrone secundum opinionem vulgo receptam, licet urbs ipsa vocata fuerit *Juda*. Christum ex utero matris prodiisse cum 175.

miraculosa claustri virginalis penetratione, contendit, refugiens
ad traditionem ecclesiæ, tum Græcæ, tum Latinæ. *Ambrosius*,
hanc sententiam sese invenisse, credidit, in *Ezech. XLIV*, 2, in li-
bro *de Inst. Virginis Cap.* 7. Alii ob oculos sibi posuisse vi-
dentur vim Christi, qua redivivus clausam januam penetrave-
rit. *Tertullianus* autem distinxit Deiparæ virginitatem, do-
cens in libro *de carne Christi Cap. 24: Et virgo quantum a vi-*
Pag. 177. *ro, non virgo quantum a partu - - Et quid ultra de hoc retra-*
ctandum est? Eum hac ratione Apostolus non ex virgine, sed
ex muliere, editum Filium Dei pronuntiavit, agnovit adaper-
tæ vulvæ nuptialem passionem. Dissentit Eminentissimus Autor,
opinatus præterea, Deiparam sine sui dolore sordibusque pe-
178. perisse. Obstetrice omnino ipsa haud videtur indiguisse, ob
Luc. II, 7. Qui locus docet, puerperium hoc haud fuisse
181. ordinarium. Ridendi itaque merito sunt illi, qui S. *Anasta-*
siam virginem in Deiparæ obstetricem convertunt, quippe quæ
demum imperante *Diocletiano* martyrii lauream reportasse per-
hibetur. Nolimus tamen dubitare, Jesulo intra uterum ma-
tris cicumvolutum fuisse amnium choriumque, licet præstet
abstinere ab ejusmodi quæstionibus. Eminentissimus Autor
185. accedit porro iis, qui, Jesum, credunt, natum fuisse in subur-
bio Bethlehemi, ratus, pastores alioqui noctu haud potuisse
ad Jesum recens natum accurrere. Eadem statuerunt olim
Justinus Martyr in *Dialogo cum Triphone Judæo*, *Origenes Lib.*
I contra Celsum, *Hieronymus Ep.* 18, *Damascenus Lib. IV de*
Fide Cap. 15. Speluncam speciatim *Hieronymus* determinavit
Ep. 17, vocans illam *parvum terræ foramen*. *Eusebius de Vita*
Constantini Lib. III vocavit *antrum*, *Beda* vero *semiantrum* in
libro *de Locis sanctis Cap.* 8. Tempus nativitatis Christi Emi-
192. nentissimus Autor ponit in 25 Decembris. Pastores, ad Je-
sulum vix natum accurrentes, sese tenuisse in *turri Ader*,
Hieronymi est sententia in *Traditionibus Hebraicis*, ac in *Epi-*
taphio Paulæ ad Eustochium. Tres fuisse illos numero, credi-
dit *Flavius Lucius Dexter* in *Chronico*, quod S. *Hieronymo* di-
198. cavit. Tum fuisse templum *Jani* Romæ clausum, Noster af-
205. firmat, siquidem Prophetæ prædixerint, pacem, Christo na-
scente,

scente, per totum orbem exstituram. Differit præterea de præputio Domini nostri Jesu Christi. Festum circumcisionis Domini jam Seculo quarto celebratum fuisse, ostendit. Pag. 215. Stellam, quæ Magis apparuit, singularem & plane extraordinariam fuisse, ostendit. Signavit enim ea, viam, monstravit domum, de die fulsit, itinere Magorum Bethlehemitico peracto evanuit. Qua- 230.
re, nec cometam, nec planetam, nec fixam, fuisse, jure suo concludit. Probabile putat, stellam illam Magorum fuisse du- 233.
cem ab Oriente usque in Judæam. *Thomas Aquinas*, id merito in dubium revocavit. Magos vero fuisse regionum Reges, merito negat. *Herodes* certe eos misit Bethlehemum, ac inde 236.
ad sese redire jussit. In Reges id haud quadrat. Ipsos tamen fuisse tres numero, *Leonis Magni* e testimonio confirmare contendit Autor. Ex tribus muneribus *Leo* ille, *Cæsarius Arela-* 242.
tensis, aliique, numerum illum collegerunt. Nomina vero Ma- 243.
gorum Eminentissimus Vir definire haud sustinuit, ratus, ipsos venisse potius ex Arabia Felice, quam Perside, aut Chaldæa, licet *Thomas Aquinas* eos ex Perside deduxerit. Venerunt ipsi ante *Mariæ* purificationem; ea enim peracta Nazarethum *Maria* revertit. In loco *Luc. II, 22*, ubi fit mentio *ἡμερῶν καθα-* 249.
ρισμοῦ αὐτῶν legit cum Vulgata *αὐτῆς*, siquidem *purgatio* ad 258.
solam *Mariam* pertinuerit. At vox *αὐτῶν* est in Codicibus vetustissimis, & *Maria* haud fuit mundanda, siquidem partu suo haud fuerat polluta. Quidni itaque ad Christum & *Mariam* ille ritus Leviticus extenditur? Ut enim satisfaceret Jesus legi cerimoniali, suscepit circumcisionem, sacrificiis sese exsolvit, nummum census annui pependit, & alia præstitit, quibus externa mundities & puritas cerimonialis apud alios solebat promoveri. Nulla proinde apparet ratio, cur particula *αὐτῶν* sit mutanda. Et qui illud *ejus*, quod vulgatus habet, quadrat ad *parentes ejus*, id est, Jesu, in *versu 27*, statim subjecto? Nescimus præterea, cum Jesus exstiterit primogenitus, ac ad ipsum referatur id de primogenito quocunque, penitus aperiente (*διανοίγοντι*) genitalia mulieris, *Luc. II, 23*, quomodo multi statuere queant, Jesum, clausa porta, clausa janua, clausa vulva, e *Maria* fuisse natum. Ipse Eminentissimus Autor 261.

 fatetur,

fatetur, *Jesum aperuisse vulvam matris, eo quod eam suo egressui perviam habuerit.* Addit vero statim: *eam tamen usitato & naturali modo haud aperuit, quia eam clausam & intactam reliquit.* In festo Purificationis *Mariæ* Pontificii cereos con-
Pag. 270. secratos distribuunt. Originem eorum Autor ex Saturnalibus repetit, in quibus distributio eorum in singulos peracta fuerit, ratus, *Gelasium* Papam ritum illum in religionis Christia-
279. næ cultum Romanum assumsisse. Quamdiu Jesus in Ægypto fuerit commoratus, haud definit. A sese impetrare haud po-
289. tuit, ut crederet, infantes Bethlehemiticos biennio post Magorum adventum ab *Herode Magno* fuisse cæsos. Magi certe repererunt Jesum Bethlehemi, & *Herodes*, cum videret, sese a Magis delusum, cædem illam instituit. Merito Eminentissimus Autor negat, *Herodem* inter pueros, intra biennium occidi jussos, filium suum curasse perimendum, licet *Macrobius* ita videatur *Saturn. II, 4,* tradidisse, siquidem *Herodes*, tum admodum senex, filium bimum ex sese non habuit pro-
294. creatum. Nam Romani historias de infantibus enectis, & de *Antipatri* filio, quem *Herodes* quinto die ante obitum occiderat, confuderunt invicem, ac in unam transfudere. Martyras
300. fuisse infantes Bethlehemiticos, existimat, licet non tam convictione & confessione, quam opere & effectu. Pertexit deinde omnem Christi vitam, quam conspicua ratione hic exegit
313. in terris, ratus, illum arti fabrili navasse operam in adolescentia, ac ante annum tricesimum, ei quidem, quam fabri lignarii tractant, autore *Justino Martyre* in *Dialogo cum Triphone*
314. *pag. 316.* Tandem disserit Purpuratus Eminentissimus de *Joannis* Baptistæ ministerio. *Joannem* haud baptizasse in nomine triunius Dei, exinde probare meditatur, quod ii, qui ab ipso fuerint lustrali aqua imbuti, Spiritum sanctum ignoraverint,
322. *Act. XIX, 2.* Negat deinde, Baptismum *Joannis* contulisse gratiam baptizatis, eo quod tantum aqua, non Spiritu sancto, baptizaverit *Matth. III, 11,* licet præ se ferat, vera illa esse *Marci* verba, quibus dicitur *Joannes* annuntiasse *Judæis baptismum pænitentiæ in remissionem peccatorum*, ac fateatur, baptismum adultis immediate haud conferre gratiam, ni pœnitentia & fides in

in animo baptizandi jam adsit, quemadmodum ex exemplo *Simonis Magi* patescit. At ad Apostolorum baptismata trahit Pag. 323.
id, quod *Marcus I, 4,* perhibuit de *Joanne* prædicante baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, licet *inciso quinto* illa expositio everti videatur. Id tamen inficiari haud lubet, stare ab Eminentissimi Viri partibus *Thomam Aquinatem, Tertullianum, & Augustinum.* Hic enim in *Enchiridio* hæc habet *Cap. 48: Non renascebantur, qui baptismate Joannis baptizabantur.* Baptizatos a *Joanne* Baptista credit fuisse 327.
rebaptizandos, a *Thoma Aquinate* ita institutus. Jesum, in- 332.
eunte ætatis suæ anno tricesimo, baptizatum fuisse, censet probabile. Locum, in quo baptizavit *Joannes*, vocat *Joannes Bethabaram.* In Vulgata est *Bethania.* Eminentissimus Vir 335.
credit itaque, locum designari utroque vocabulo eundem. Nec negari potest, jam Seculo IV in Codicibus multis lectam fuisse vocem *Bethania.* Christum a diabolo tentatore haud per aera fuisse raptatum, sed duxisse sponte procedentem, com- 362.
probatum it ex voce *assumtionis*, seu παραλαμβάνειν, ob locum *Matth. XVII, 1.* Vestes Christi existimat exstitisse tres, 366.
pallium, tunicam talarem, & togam inconsutilem, probabiliter a *Maria* contextam. Per duas vestes, Apostolis prohibitas *Matth. X, 10,* intelligit *mutatorias.* Nudipes Christus haud incessit ob *Luc. III, 16.* Prohibita Apostolis calceamenta *Matth. X, 11,* Autor exponit de *duplicibus*, ob *Act. XII, 8.* Christum libris scribendis operam navasse, negat, fassus, Apo- 383.
stolos & Evangelistas tanquam manus ex influxu & motione capitis scripsisse. Quæ posterior sententia quomodo stare possit cum ea, Autori probata, quæ dictitat, ipsos, nullo ad scribendum præcepto usos, scripsisse Evangelia & Epistolas, nos certe non videmus. Indices *Tomis* singulis esse subjectos, mediocri diligentia ad minimum confectos, res ipsa docet. Ut vero Ecclesia Romana Eminentissimi Autoris libros prædicat, & elogiis summis extollit; ita non possumus, quin industriam & institutum ejusdem debitis honoribus prosequamur.

Johann David Köhlers, P. P. im Jahr 1731 wöchentlich herausgegebener historischer Müntzbelustigung dritter Theil, &c.

hoc est,

JOANNIS DAVIDIS KOELERI, P. P. PARS tertia historicarum ex Numismatibus Amœnitatum, per Annum 1731 hebdomadibus singulis edita, in qua LXI Numi exhibentur, accurate in æs incisi, & historice descripti, una cum continuatione delineationis, pleniorem Thalerorum collectionem in Præfatione exhibentis.

Norimbergæ, typis viduæ Christophori Weigelii, senioris, 1731, 4.

Alph. 2 plag. 10.

Tertiam hanc *Amœnitatum historico-numismaticarum Partem* Autor Cel. Serenissimo Brunsuico-Luneburgensi Duci, *Ludovico Rudolpho*, dicatam & consecratam voluit, ac in ea inde ab *Henrico Leone* Numos potiores ac facta heroica Ducum Brunsuico-Luneburgensium generatim dicendo attigit. In Præfatione recensuit Thaleros Regum Bohemiæ, exorsus a *Ludovico*, ejusque annis regiminis, ab A. 1516 ad 1526, ac in *Carolo VI* desinens. Locum Numi regii tuetur Joachimicus Thalerus, A. 1520 elaboratus. Sequuntur Thaleri Ducum & Electorum Bavariæ, Electorum Saxoniæ, Brandeburgicorum, Palatinorum ad Rhenum inde a *Ludovico Pacifico*, & Brunsuico-Luneburgensium. Accedunt excusationes ad annotata & objectiones, quibus Præfationem *Partis secundæ* Vir doctissimus illustraverat. Sequemur in delibandis mensæ eleganter apparatæ dapibus morem nostrum, paucula inde decerpturi. Repræsentantur vero hic Numi sequentes: 1) Numus major, exhibens *Philippum I*, Regem Castiliæ, Archiducem Austriæ, Ducemque Burgundiæ, cui historia vitæ factorumque accedit. 2) Rarus & unilateralis Numus major, offerens spectatori bellam *Philippinam Welseriam*, conjugem Archi-Ducis Austriæ, Comitisque Tirolensium, *Ferdinandi*,

TAB. II. Fig. 1.

nandi, ad A. 1580 Perigraphe breviſſima hæc habet: DIVAE PHILIPPINÆ. Ipſa exſtitit filia *Franciſci Welſeri*, ex ordine Senatorio Auguſtæ Vindelicorum nati, ac Baroneſſa *de Zinnenberg*. Natalis latet. *Ferdinandus*, *Ferdinandi I*, Regis Romanorum, filius natu junior, eam in Comitiis Auguſtanis A. 1547 amare cœpit. Nuptialis annus eſt in incerto. Pulcherrima hæc Dea obiit A. 1580, 24 April. 3) Ducatus Ducis ſupremi bellici, *Alberti de Wallenſtein*, rebus bellicis clariſſimi, A. 1631 percuſſus. In antica occurrit vultus integer Ducis, nudum caput, curti capilli, demiſſum ex collo deſcendit collare, denticulatis patagiis ornatum, pectus lorica munitum, tænia campeſtris in axilla dextra. Perigraphe oram cingit: ALBERTUS. D. G. DUX. MEGAPOL.itanus. FRIDL.andiæ. Cui ex poſtica ſunt hæc jungenda: ET. SAGANI. PRINC.eps VANDAL.orum. 1631. In hac clypeus oſtendit inſignia Meclenburgi, Friedlandiæ, Sagani, Venedorum, Stargardiæ, Roſtochii, & Suerini. Medium in quatuor areas diſtributum ſcutum exhibet inſignia *Waldſteinenſia*, videlicet leones quatuor. 4) Numus major, ad A. 1528 referendus, exhibens *Waltherum de Cronberg*, primum adminiſtratorem Ordinis Teutonici equeſtris in Boruſſia, &, hac ſeculariſata, Magiſtrum ejus Ordinis per Germaniam & Italiam. 5) Florenus aureus perquam rarus Ducis Saxoniæ, *Alberti Magnanimi*, defuncti A. 1500, 8 Sept. 6) Numus major, ſepulturæ index, in ultimum Piaſticum Ducem Lignitii, Briegæ, & Wolaviæ, A. 1675 percuſſus. 7) Numiſma aureum perrarum Regis Arragoniæ, *Ferdinandi II*, A. 1495 percuſſum, in cujus antica circa inſigne Arragonicum legitur perigraphe: TRIUNFATOR. ET. CATOLICUS. CHRISTIANISSimus. Notabilis eſt titulus *Chriſtianiſſimi*, quem Papa ei deſtinaverat, ſed, a Cardinalibus impeditus, permutarat illa formula ſcribendi, A. 1495 conſtituta: REGI HISPANIARUM CATHOLICO. Omiſit poſthæc *Ferdinandus* titulum *Chriſtianiſſimi* in numis, licet olim eum Reges Hiſpaniæ in Diplomatibus & Actis publicis adhibuerint, communem quippe Imperatoribus ac Regibus Chriſtianis. Tradunt vulgo,

TAB. II. Fig. 2.

Pag. 17.

41.

TAB. II. Fig. 3.

Pag. 52.

54.

go, *Ludovicum XI* a Papa *Pio II* titulum & characterem *Christianissimi* obtinuisse. Ac ipse P. *Daniel*, Galliæ Historiographus, ita sensit. *Pius II* in Epistola 385 ad Regem *Carolum*
Pag. 55. *VII* ita: *Habitus es, carissime fili, devotissimus Princeps fidei & religionis nostræ præcipuus: nec immerito ob Christianum nomen a progenitoribus tuis defensum nomen Christianissimi ab illis hæreditarium habes.* Quare vulgaris illa opinio sua sponte corruit. 8) Numus *Caroli V*, A. 1546 in dissolutum fœdus Smalcaldicum percussus. In ejus postica eminet perigraphe: *Laqueus Schmalkaldiensis contritus est, & nos liberati sumus.* 9)
TAB. II. Fig. 4. Numus mnemonicus trium urbium Suissæ, Uriæ, & Underwaldæ, index victoriæ, a Gallis A. 1513, 6 Junii, reportatæ. In postica conspiciuntur tria insignia, videlicet Uraniæ, seu Uriæ, Suitiæ, ac tertiæ, quam diximus, urbis, *caput uri*, argentea crux in angulo superiori argenteæ areæ, & clavis. 10) Numus, in famosum *Petrum Aretinum* effictus, cujus antica habet ejus imaginem cubitalem, & perigraphen: *Divus Petrus Aretinus.* In postica veritas enitet sub figura nudæ fœminæ, cui genius alatus coronam imponere molitur, qui Jovem e regione nubi incumbentem adspicit. Infra jacet Satyrus, cui Veritas crus alterum imponit. Perigraphe est hæc: *Veritas odium parit.* 11) Numus in septem fratres generosissimos *de Danckelmann*, qui *Friderico III*, Electori Brandenburgico, simul munia præstiterunt egregia. 12) Rarior Numus Metensis Cardinalis & Archiepiscopi, *Roberti de Lenoncourt*, ad A. 1551.
Pag. 94 seq. Addidit Autor catalogum Episcoporum Metensium ad nostram usque ætatem. 13) Thalerus Metensis ultimus Cardinalis *Caroli de Lotharingia*, ad A. 1557, & genealogia Ducis hujus Lotharingiæ, qui A. 1558, 12 Martii, jus cudendi numos, consentiente Capitulo, Regi Galliarum resignavit, seu tradidit. 14) Thalerus pulcher Episcopi Passaviensis, *Raymundi Ferdinandi*, Comitis
TAB. II. Fig. 5. *de Rabatta*, ad A. 1717. 15) Numus aureus Japonicus, vocatus *Kobani.* In antica signum idololatræ Imperatoris Japonensium, cui nomen *Dairi*, in *a.* Scriptura *b* notat pretium numi. Scriptura *c* notat nomen monetarii urbis Jedo, seu Suruga, nominati *Midstsugu.* Postica repræsentat

tat in medio signum ephori aureorum & argenteorum numorum in Japonia generalis. Signa minora utriusque lateris a privatis personis sunt impressa, notantium, an ille *Kobani* jam in ipsorum manibus fuerit. *Kobani* æquat pretium 23 florenorum Hollandicorum, seu 11½. thalerorum. In descriptione historica accessit enarratio de insulae momentis ac dominis, vitæque genere ex libro D. *Engelberti Kæmpferi.* 16) Numisma, inserviens memoriae Electoralis Brandenburgici summi Ducis bellici, *Georgii* Baronis *de Derfflinger*, qui obiit A. 1695, 4 Febr. 17) Duo Numismata in D. *Ægidii Strauchii* liberationem ex custodia Custrinensi A. 1678, qui obiit A. 1682, 13 Dec. Gedani, utinam turbis & vehementiæ magis infestus. 18) Thalerus rarior *Axelii Oxenstiernæ*, magni Suecorum Cancellarii imperialis, ad annum 1634, & sancitum fœdus Hailbronnense, cui eodem anno clades ad Nordlingam erat funesta. In antica est perigraphe sic legenda: *Illustris Dominus Dominus Axelius Oxenstierna Liber Baro In Kimitho Dominus In Fiiholm Tidoeoen Eques Regni SVeciæ Cancellarius LEGatus In Germania Suevia Franconia ET EVangelicorum DIRector,* 19) Numus missilis, sacratus Regis Poloniæ Sueciæque *Sigismundi III* nuptiis prioribus cum Archiducissa Austriæ *Anna* A. 1592. 20) Numus, *Osello* dictus, Ducis Venetorum, *Francisci Morosini*, ad A. 1690. 21) Numisma in stupendum transitum Regis Sueciæ, *Caroli Gustavi*, per conglaciatum fretum Belt A. 1658. 22) Singularis florenus aureus Imperatoris *Friderici III*, cum ejus symbolo: A. E. I. O. U. quod, ipso *Friderico* interprete, ita est exponendum: *Austriæ Est Imperare Orbi Universo*, *Alles Erdreich Ist Oesterreich Unterthan*, uti *Petrus Lambecius* in *Diario sacri itineris Cellensis*, A. 1666 edito, *pag. 14* ostendit. Biceps in antica imago est indicio, numum post A. 1452, 17 Martii, quo Romæ coronatus est in Imperatorem, fuisse cusum. 23) Rarior Thalerus Imperatoris *Maximiliani I* cum imaginibus nepotum ipsius utriusque, ad A. 1518. Notatu est dignum, Archiducem *Ferdinandum* in postica vocari Regem Siciliæ. 24) Numisma rarum in Pontificem *Benedictum XIII*, ad A. 1726. 25) Numus mnemonicus Erfurtensis

Pag. 145 seq.

170.

176.

184.

 sis

Pag. 198 seq. sis in obitum Regis Suecorum *Gustavi Adolphi*, ad A. 1634. Accedit designatio numorum, qui in hunc Regem fuerunt percussi, in XV Tabulas distributi. 26) Rarior florenus aureus Rhenanus Imperatoris *Ruperti* Palatini, ad annos 1400-1410 referendus. In antica apparet aquila uniceps, ac sub ejus pedibus insignia Palatinatus Rhenani ac Ducatus Bavariæ, cum perigraphe: RUPERTus ROManorum REX SemPer AUGUstus. In postica integra S. *Joannis* Baptistæ imago in pallio cilicino, cujus super humero dextro eminet leo *Palatinus*. Perigraphe: MONETA. HEIDELBERGensis. Floreni aurei Rhenani cusi sunt ex auri ramentis, quæ inter arenam Rheni artificiose fuerunt collecta. Colmariense Chronicon ad A. 1292 refert, *mineram auri apud Heidelberg inventam. Fridericus II* Imperator A. 1219, 26 Novemb. Noribergae privilegium dedit de feudo recto in omne genus metalli, auri & argenti, cum omni jure & utilitate inde proveniente in terris patrimonii & feudi sui. Cel. Autor adversus Ill. *Joannem Petrum de Ludewig* honorificentius sentit de origine Comitum Palatinorum ad Rhenum, ac Imperatorum juribus in fodinas Germaniæ metallicas, quarum possessio duntaxat ex privilegiis concessa fuit Principibus. Privilegium vero *Friderici* ad terras Bavaricas pertinet. Duces jurisdictionem territorialem tenuisse ex electione ordinum provincialium, antequam Imperator fuisset creatus, qui a Ducibus suam potestatem obtinuerit & regalium partes, paradoxa est opinio *Hippolythi a Lapide*, *Monzambani*, ac *Ludewigii*, quam *Christianus Thomasius* tandem deseruit. 27) Numus perquam rarus aureus Imperatoris *Ludovici Bavari*, in cujus antica conspicuam deprehendimus aquilam bicipitem, ad A. 1346. Imperator in throno feudali sedet, dextra gladium præferens erectum ac nudatum, eumque numo huic feriundo jussa impendisse, cum A. 1346 Hollandiam & Seelandiam *Margarethæ*, *Wilhelmi IV*, improlis ultimique Comitis, sorori, in publice celebrato judicio feudali indulserit tenendam, ex *Joanne de Beka* & *Chronico magno Belgico* Cel. Autor ostendit, nonnulla notans in Ill. *Ludewigio*. In sigillis Imperatores tum nondum sua

Marginalia: TAB. II Fig. 6. — Pag. 202 seq. — 204. — 206. — 207. — TAB. II Fig. 7. — Pag. 209 seq. — 211 seq.

ſua indicabant inſignia, cujus moris demum *Carolus IV* eſt autor. Aquilæ unicipitis ac bicipitis ſignum Imperatores tum ad *Sigiſmundum* uſque adhibebant promiſcue. In numo *Wilhelmi IV*, Regis Romanorum, & *Ludovici*, Comitis Flandriæ, numo alio, jam ante *Ludovicum* Bavarum occurrere aquilam bicipitem, docetur porro Ill. *de Ludewig*. Unicipitem aquilam in numis jam adhibuerunt *Henricus VI* & *Fridericus II*. Romanus *Diogenes*, Imperator Græcus, jam A. 1072 a Turcis captus, ſeſe prodidit aquilæ indicio in lorica pectorali. Seculo XIII iidem Imperatores jam *ἀετὺς*, *aquilas*, ſinguli pro regiæ dignitatis ſigno adhibuerunt. Ex vexillis veterum Romanorum aquilæ geſtamen eſt derivandum, non ex Marchiis Brandenburgicis, quarum Marchionatus A. 1144 circiter demum fuit conditus. Hæc in gratiam Illuſtris *Ludewigii*. De reliquo gnome, *Chriſtus vincit*, *Chriſtus regnat*, *Chriſtus imperat*, jam conſpicitur in numo aureo *Ludovici VI*, ſeu *Craſſi*, in Galliam dominati ab A. 1108 ad 1137. 28) Numiſma majus pulchrum, exhibens Helveticos conjuratos ſocios, ac ſeptem loca aggregata. Adjiciuntur de origine ſocietatis lectu digna, ac de formis regiminum in oppidorum ſingulis haud tralatitia. 29) Thalerus Marchionis Neapolitani *del Vaſto*, ad A. 1706. 30) Numus in celebrem curiæ Romanæ purpuratum *Petrum Bembum* unilateralis. 31) Numiſma, inclytum Comitem ſtabuli Galliarum, *Annam de Montmorancy* cognominatum, referens. 32) Numiſma, celeberrimum Imperatorium maris præfectum, *Andream Doriam*, exhibens. 33) Numiſma, repræſentans *Catharinam*, Galliæ Reginam, *Medicea* ex gente natam, ejuſque tres Principes juventutis, poſtea Reges, ad A. 1574. 34) Numus major *Henrici III*, Regis Galliarum, ad A. 1577. 35) Rarus Brabanticus Numus argenteus, A. 1584 inter turbas Belgicas cuſus. 36) Duo Thaleri Archiducis Auſtriæ, *Leopoldi*, *Ferdinandi II* Imperatoris fratris ſecundi, ad A. 1624 & 1628. 37) Numus uncialis *Ferdinandi I*, Regis Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ, qui in hoc vocatur Archidux Carinthiæ. 38) Uncialis *Caroli*, Ducis Sudermanniæ apud Suecos, ad A. 1595. 39) Numus quadratus ejusdem,

Pag. 213 · 214 · 216

 ad

ad A. 1598. 40) Numus uncialis, triplex pretio, eundem referens *Carolum*, Suecíæ Regem designatum, ad A. 1606. 41) Uncialis Ducis Wirtenbergici, *Joannis Friderici*, ad A. 1623.
TAB. VI Fig. 8. 42) Rarus Numus Romanus, ab *Alberico*, Patricio Romano, A. 946 percussus. Antica refert Papæ *Agapiti II* imaginem cubitalem, ejusque plenam faciem, tenentis dextra crucem, sinistra clavem, cui adjecta est perigraphe: AGAPITUS. PApa. Ipse conscendit solium Papale A. 946, defunctus A. 955. In anticæ medio occurrunt literæ decussatim positæ: A. L. B. R. seu monogramma *Alberici*, Romani Patricii ac Principis. In perigraphe leguntur hæc: SCS PETRS. id est, *Sanctus Petrus*. 43) Numisma pulchrum ac rarum urbis imperialis Ravenspurgi, ad A. 1624. 44) Numisma pulchrum *Henrici Julii*, Du-
Pag. 353. cis Brunsuico-Wolferbuttelani, ad A. 1624. 45) Ducatus rarior Episcopi Wratislaviensis, *Caspari de Logau*, ad A. 1562. 46) Numus uncialis Ducis Juliaci, Cliviæ, ac Montium, *Wilhelmi*, cum gnome: *Christus spes una salutis*, ad A. 1578. 47) Uncialis Episcopi Bambergensis, *Joannis Georgii*, Baronis *de Fuchs ex Dornheim*, electi A. 1623, 13 Febr. 48) Numus pulcher *Matthiæ*, Archi-Ducis Austriæ, tandem in Imperatorem electi. 49) Aureus Numus, significans Reginæ Galliarum, *Mariæ Mediceæ*, coronationem, ad A. 1610. 50) Numisma præclarum Reginæ Galliarum, *Mariæ de Medicis*. 51) Ra-
TAB. II Fig. 9. rior Numus *Manfredi*, Siciliæ Regis, ad A. 1255, cujus utraque peripheria, si M ex medio anticæ addis, gignit perigraphen: MAUNFREDUS REX SICILIE. 52) Duo Numi quadrati castrenses Marchionis Brandenburgo-Culmbacensis, *Alberti* junioris, ad A. 1553, defuncti A. 1557, 8 Jan. 53) Numisma in Cardinalem *Petrum Bembum*. 54) Ducatus geminus Ducis Wirtenbergici, *Joannis Friderici*, ad A. 1623. Adduntur in fine mantissa & Index. Universus liber spirat amœnitatem, judicium, eruditionem, & pietatem.

MATTHÆUS A BAPPENHAIM ENUCLEAtus, emendatus, illustratus, & continuatus, a M. JO. ALEXANDRO DOEDERLINO, Rectore Lycei

TAB. II ad Nov. A.

Fig. I.

Fig. VI.

Fig. IV.



Fig. VII.

Fig. I

Digitized by Google

tei Weiſſenburgenſis in Nordgavia, Sodali Academiæ Imperialis N. C. & Societatis Scientiarum Regiæ Berolinenſis.

Tomus I.

Suabaci, impenſis Jo. Jacobi Enderes, 1739, 8.
Alph. 2 plag. 14.

Glorioſa Comitum Illuſtriſſimorum *Pappenhaimenſium* domus id habet eximii, ut ducentis fere ante annis a gentilibus ſuis fuerit literis memoriæ prodita. Hiſtoriam gentis ſplendidiſſimæ Latine ſcripſit *Matthæus de Bappenhaim*, J. U. D. & Canonicus Auguſtanus, ac in Teutonicum ſermonem convertit *Joannes de Bappenhaim in Biberach, Wildenſtein, & Elgau*, hæreditarius R. I. Mareſchallus. Tentarunt dudum nonnulli perſpicuam hiſtoricamque de ſtirpe tanti ſplendoris expoſitionem ſuppeditare. Collegit neſcio quis Mappam genealogicam ſatis elegantem, ab A. 1131 ad 1570 deductam. Scripſit A. 1628 *Frid. Oeffelein*, Oettingenſium Comitum Conſiliarius, *Hiſtoriam Calatino-Pappenheimianam*. Edidit A. 1601 *Joannes Jacobus Rhumel*, Comitis *Gothofredi Henrici* ductor, Orationem *de Vita D. Viti Baronis in Pappenheim*. Adminiſter quidam Comitum ex ſcriptis jam tum editis conſignavit compendium, quinque Libris conſtans. Circa A. 1635 *Chriſtophorus Michael Græf*, præfectus urbis Pappenhaim, e variis collectaneis opuſculum conſimile conſtruxit. Verum hæc non ſuperſunt integra, vel prorſus e manibus aufugerunt. Ill. *Adamus Fridericus Zengk*, Conſiliarius Comitum primus & Syndicus, nunc Conſiliarius intimus & Præſes tribunalis juſtitiæ Wolferbuttelanus, cum Pappenheimii adhuc ageret, editurum ſe promiſit Hiſtoriam Pappenheimenſem, eoque fine ſupellectilem collegit haud contemnendam. Gratulamur Viro Illuſtri munia dignationis ſummæ, quæ Sereniſſ. Duci Brunſuico-Luneburgenſi *Carolo* præſtat, ac nuper in negotio electionis Cæſareæ Offenbachii & Francofurti ad Mœnum præſtitit. Dolemus vero ſimul vicem eruditæ civitatis, quæ fructu deſtinationum hiſtoricarum tanti viri ægre caret. Cl. *Dœderli-*

nus tandem provinciam hanc, ab aliis desertam, credidit esse suam, adjutus consilio & opera Ill. *G. W. Welckii*, qui Comitum Consiliarium primum, Directorem tribunalis justitiæ, ac Consistorii sacri Præsidem, magna cum laude agit Pappenheimii. Lineas primas duxit inde ex Seculo decimo, atque Ill. *Matthæo a Bappenhaim* reliquit *Calatinos*, patricios Romanos, eorumque successores, in Germaniam, uti vulgo tradunt, digressos. *Tomus* hic *primus* complectitur historiam, inde a Seculo X deductam, tabulisque genealogicis illustratam. *Tomus secundus* exhibebit expositionem historicam de sede Comitum, eorumque dominio, de bonis prædiisque eorum priscis, de rebus ad religionem spectantibus, de statu ecclesiastico, ac argumentis similis farinæ. *Tomus tertius* complectetur Acta publica, Diplomata, & Chartas, quibus historiæ ipsi lux affundi debebat. Opus ipsum sermone est Teutonico compositum, etsi inscriptione maximam partem Latina donatum. *Tomus primus* universus continet *Capita undecim*, Indicemque mediocrem. *Capite primo* Cl. Autor edisserit vetustatem Dominorum, *de Calatin* dictorum. *Calatinos* Romanos attingit, nec tamen
Pag. 26. a sese impetrare potest, ut ex eis sanguinem Illustrissimorum Comitum Pappenhaimensium arcessat. *Calatin*, *Calentin*, seu *Calden*, est castellum, quod, monti impositum, imminet Danubio. Inde *Calentinis* olim adhæsit nomen, imperii Mareschallis. Ipsi in Diplomatibus dicti fuerunt quondam varietate quadam nunc *de Chalandin*, nunc *de Calindin*, *Kallinden*, *Kallendin*, *Kalindri*, *Schaladin*, *Chalindin*, *Calindi*, *Calendina*, &c. *Capite secundo* ostendit idem, ab hisce *Calentinis* dimanasse Comites Illustrissimos. Seculo XI fit *Henrici I* men-
35. tio, atque ad A. 1017 *Waltheri*. Hunc credit esse eundem ac illum, cujus epitaphium Erfurti in æde S. *Jacobi*, seu apud Scotos, visitur hoc: *Hic jacet Walterus de Glizberge*, *filius Marsсalci de Kallentin*, *fundator istius ecclesiæ*, & *uxor ejus Heddevic*, *filia Marchionis de Foburg*. Epitaphium quoque ipsum inseruit Autor. *Glisberg* nunc vocatur *Gleisberg*, seu *Gleisperg*, A. 1453 destructum in monte castellum prope Salam, unde Comites Dominique quondam cognominati. *Waltheri* hujus videtur quædam exstitisse filia, quæ castrum Glizberg

Eberto,

Eberto, Comiti Osterrodensi, tradidit. Marchiones Chambiæ, Vohburgi, Egræ, & Neumarckæ, in tabula genealogica expressi, hic inserti leguntur. Ad *pag. 121* Perillustris *Fr. Ad. Zengkii* genealogia priscorum Mareschallorum *de Calatin & Pappenheim* exhibetur. *Capite tertio* Cl. Autor exponit de Mareschallis, a *Biberbaco* appellatis, ex familia *Calentinorum* & *Pappenheimensium* prognatis, ac dudum exstinctis. *Capite quarto* edisserit priscos ac juniores Mareschallos *de Pappenheim*, cognominatos *a Rechberg, Hoben-Reichen, & Wertingen*, vulgo dici solitos *Pappenheimios Bavaricos*. *Quinto Capite* deducit Comites ac Barones, *de Hoben-Rechberg* dictos, ex *Calentinis* ac *Pappenheimiis*, ad ætatem usque nostram progressus. *Sexto Capite* enarrat progeniem *Græfenthalensem*, cujus postremus hæres masculus, *Christophorus Ulricus*, A. 1599, 11 Dec. diem suum obiit. *Capite septimo* pergit ad progeniem *Algowischiam* & Landgraviorum *Stülingensium*. *Capite octavo* stirpem *Treuchtlingensem* delineat ac collustrat. *Nono* prosequitur genus & facta progeniei *Aletzheimensis*. Sequuntur *Capite decimo* Mareschalli Comitesque Pappenheimenses progeniei Pontificiæ, quæ exeunte Seculo superiori exspiravit. Tandem *Capite undecimo* disserit de Comitibus, progeniei *Aletzheimensis*, Pappenheimensibus, quorum propago enitescit in Mareschallo R. I. ac Comite *Friderico Ferdinando*, ejusque filiis ad omnem ætatem inclytis. Vovemus ex animo, ut Illustrissimis Comitibus nunquam non res affulgeant exoptatissimæ. Autor vero salivam nobis movit, ut cupiditate *Tomos*, qui adhuc restant, duos videndi flagremus.

Pag. 37. 148. 190. 213. 289. 385.

HERM. HENR. ENGELBRECHTI, IN ACAD. Gryphisw. Prof. Ordin. in Consist. Reg. Eccles. Consiliarii, & Universitatis Syndici, Delineatio status Pomeraniæ Suethicæ. Accesserunt Mantissa Monumentorum, & Index rerum.

Pars I.

Gryphiswaldiæ & Lipsiæ, sumtibus Jo. Jac. Weitbrechti, 1741, 4. Alph. 3.

Expo-

Expoſuit publice Vir Conſultiſſ. lectionibus ſuis Academicis notitiam ſtatus Pomeraniæ, ac ſenſim ea collegit, quæ ad eam facere videbantur illuſtrandam. Enata inde eſt hæc *Pars prior*, cui mox *poſterior* ſuccedet. In hac præcipua Juris publici Pomeraniæ capita ſunt pertractata. Adjecit mantiſſam monumentorum, quali pars etiam ſubſecutura erit inſtructa, in qua quippe leges præcipuæ, eæque fundamenti loco poſitæ, nec adhuc typis excuſæ, cum lectore communicabuntur. *In Præfatione*, huic *Parti* præmiſſa, exponit Autor ea, quæ ad *Jus* publicum ſpeciale ediſſerendum cautionis loco ſunt obſervanda. Proſtant jam hujus generis lineæ primæ, nominatim *G. A. Carocii Specimen introductionis in notitiam Pomeraniæ*, & Ill. *Joannis Petri a Ludewig* cura in Reliquiis MStorum edita *Feſſinii* ſtatus Pomeranici delineatio. Cl. *Piſtorius* in *Amœnitatibus hiſtorico-juridicis* evulgavit *Mevii* ſcriptum ejusdem commatis. Imitatus eſt hoſce, & feliciſſime ſuperavit, Conſ. Autor, amore ac pietate in patriam impulſus, inſtructusque *Palthenianorum* MStorum copia, quibus evolvendis in otio
Pag. 9. Lundenſi invigilavit. Ultimam manum hiſce impoſitum iri a ſeſe, idem promittit prolixe. In Iſagoge exhibet ea, quæ ad ſtatum regionis pernoſcendum oportet animo præcipere. Opus
15. univerſum ita conformavit, ut *primo Capite* recenſeat fontes & ſubſidia literis commendata, e quibus notitia ſtatus publici Pomeraniæ Suecicæ addiſci debet; *ſecundo* complectatur præcipuas ſtatus converſiones; *tertio* agat de finibus, diviſionibus, natura regionis, nec non ingeniis civium; *quarto* de legibus provinciæ publicis æque ac privatis; *quinto* de ſtatu eccleſia-
16. ſtico; *ſexto* de ſtatu literario; *ſeptimo* de vario nexu provinciæ cum Imperatore & imperio, nec non aliis exteris regionibus, tum antiquo, tum recenti; *octavo* de juribus ac prærogativis Regis Sueciæ, qua Ducis Pomeraniæ, ubi & de titulis ac inſignibus; *nono* de regimine provinciæ, & ſtatu ejus judiciario; *decimo* de ſtatu ipſius militari; *undecimo* de ſtatu ipſius œconomico; *duodecimo* de juribus & privilegiis ordinum, & commodis provinciæ; *decimo tertio* de nonnullis capitibus, quæ Rugianis ſunt propria. Ad fontes refert Archiva

Pome-

Pomeranicum tabularium olim Duces asservarunt in turri Wol-
gastana. Nunc custoditur Sundii in palatio Pro-Principis Po-
meraniæ. Eodem refer Bibliothecas, *Putbussianam* & *Liebe-* Pag. 17.
berrianam. Pertinet huc etiam notitia Historicorum, qui Pome-
ranica ex instituto descripserunt, cum indigenarum, tum ex-
traneorum. Ad posteriores Autor credit annumerandos esse 19.
Saxonem Grammaticum, *Thormodum Torfæum*, *Peringskiöldii*
Snorre Sturlesonum, *Sam. Puffendorfium*, *Phil. Bogislaum a* 20.
Chemnitzen, *Dlugossum*, *Lubienskium*, *Hartknochium*, Ger-
manos haud unos, præcipue *Cranzium*, *Chytræum*, *Mare-*
schallum Thurium, aliosque, ab *Ern. Joach. a Westphalen* edi-
tos. Historiam Pomeraniæ universalem, pragmatice scriptam,
evulgavit nemo. *Jurgæ Valentini Winteri* conatus substitit 25.
intra promissa, nec nisi fragmenta ejus supersunt. *Georgius*
Adamus Carocius A. 1725 singularem ejus operis delineationem
exhibuit, Vir in rebus patriis versatissimus. At, Historia Po-
meraniæ pragmatica, ab ipso promissa, quo minus in lucem
prodire possit, prohibet Viri laudatissimi infirma valetudo.
Chronica Pomeraniæ Rugiæque Autor candide indicat, mo-
menta specialia prælectionibus reservans. Hisce adjungit Bio-
graphos, Chorographos, Topographos, Genealogos, Heraldi-
cæ rei scriptores, scriptores de natura regionis, de statu litera-
rio, de statu ecclesiastico, de statu publico œconomico. Nec
omittit dicere de actis publicis, præcipue ad Articulum 10 Pa-
cis Westphalicæ spectantibus, atque Diplomatibus. Memorat
scriptores, de re feudali, legibus judiciisque Pomeraniæ, com- 46.
mentatos, sub finem attingens linguam patriæ antiquam, cujus
Glossaria struxerunt B. *Palthenius*, intra promissa subsistens,
& *A. G. Schwartzius*. Pomeraniam credit appellatam Se-
culo XI *Pomorzi*, *Pameren*, id est, *ad mare*, vel *maritimam*, 48.
siquidem Venedi literam *w*, seu *b* & *p*, pro more initiis vocum
sæpius præfixerunt. De Pomeraniæ incolis vetustis disputat,
omittens Langobardos. Historiæ Pomeranicæ periodos recen-
set. Fines & divisiones Pomeraniæ exponit curate, nec omit- 86.
tit jura ac onera civitatum, nobilium feuda & allodia, regio-
nis naturam, civium ingenia & mores, leges variasque con-

ſtitutiones. Ad Chriſti doctrinam Pomerani A. 1124 addu-
Pag. 227. cti. Poſtea Epiſcopatus inibi ſunt inſtituti. *Georgius, Boleslai* filius, Evangelicam ante A. 1534 introduxit religionem.
230. Autor adjungit Hiſtoriæ eccleſiaſticæ capitibus ſummis jura Principis circa ſacra & rem literariam, inprimis Gryphiswaldenſis
331. denſis Academiæ fundationem. Acta publica adjiciuntur huic *Parti priori* ſelectiſſima & præſtantiſſima. Volumen claudit tandem Index, ſolerter & copioſe elaboratus. Gratulamur Conſultiſſ. Autori operam, tam auſpicato atque in uſus patriæ collocatam, merito optantes, ut *Partem poſteriorem* propediem videre nobis liceat, ac tandem ex hiſce partibus opus, nationis Pomeranicæ decori reſpondens, exſtruatur. Habent hic proceres provinciarum Germaniæ ſpecimen Juris publici ſpecialis,& imitatione proſequendum,& præconiis publicis concelebrandum.

ISTORIA DELLE COSE OPERATE NELLA CHINA, &c.

id eſt,

HISTORIA RERUM IN CHINA GESTARUM a Joanne Ambroſio Mezzabarba, Patriarcha Alexandrino, Legato Apoſtolico in illud Imperium, & in præſens Epiſcopo Lodii, ſcripta a P. VIANI, ejus a Confeſſionibus ſacris & comite in memorata legatione.

Pariſiis, (Mediolani, ut typus literarum docet,) apud Briaſſonum, 1739, 8.

Plag. 16.

Ea, quorum ipſe ſcriptor pars magna fuit, hic expoſita videmus. Complectitur hic liber ephemerida rerum, in China pro re Chriſtiana, aut, ſi mavis,Romana,geſtarum, triſtium magna ex parte, & cum Imperatoris Chinenſis odio conjunctarum. Scriptor fuit Servita, cujus fidem, probitatem, & vitam, dedit Anonymus in Epiſtola præmiſſa. *Vianio* illi obtigit patria Pedemontium,

demontium, ejusque urbs, Salutiæ. Literis humanioribus, Philosophia, & Jure civili, imbutus, professus est Bononiæ A. 1709 Ordinis Servitarum sese consortem in Cœnobio Lucernensi. A. 1712 S. *Josephi* ad Cœnobium ibi transiit. Utroque in loco studiis tam gnaviter operam dedit, ut morbo fuerit implicatus. A. 1714 Florentiam concessit. Inde lectorem Philosophiæ egit Pistoriæ, Monte Peluciano, & Romæ, ubique maximi æstimatus. Hic amicitiam contraxit cum amœnioribus studiis, præcipue cum Geographia, & Theologo *Capassio*. Studuit etiam Oratoriæ excolendæ, & septenarios jambos scripsit in honorem dolorum *Mariæ* Virginis, quos magno cum applausu recitavit in S. Marcelli. *Capassius* eum aggregavit comitatui *Mezzabarbæ* Chinensi. Reversus ex China, Pag. 13.
egit Taurini, ac electus fuit ipse duodecimus ibi Theologiæ Professor, examinaturus laurea doctorali theologica ornandos. Gallice sciebat ad unguem. In *Josepho* Italice transferendo, & in libro Anonymi *de Anima bestiarum*, erat multus. A. 1735 provinciæ Genuensis renuntiatus fuit Provincialis, & A. 17[illegible]
Definitor generalis. Secessit tunc Romam, ut otio afflueret, sed 15.
a P. Generali suo tanquam Vicarius generalis Neapolin delegatus fuit ad sedandos quosdam Manachorum tumultus. Ibi renuntiatus fuit Prior S. Marcelli. Apoplexia hic correptus, exspiravit, incertum, quo die, & in quo cœnobio, cum annum ætatis 49 attigisset. Ephemerides ejus primordia capiunt ab anni 1720 d. 23
Sept. Conscendit ipse navem redux A. 1721, 9 Dec. Diariam 254.
hanc recensionem ipse Legatus *Mezzabarba* perlegit, & passim manu sua auxit. Scriptor aperte fatetur pagina postrema, Jesuitas
Chinenses parum observantiæ præstitisse Pontifici Romano, ejus- 256.
que Legato, sed potius per exploratores didicisse & comperire laborasse vilissimas Legati actiones, nec lætiores ulla re
unquam exstitisse, quam Legati discessu. Iter Legatus iniit A. 2.
1720, 25 Martii, conscensa nave Lisbonæ. Quinque mensibus & 92 diebus exactis, mari proxime Macao urbem advenit ad 23 Sept. Legatus inquirebat, an edicto Pontificis factum fuisset satis, quo ritus eorum, qui quotannis *Confucio* honores

 habent,

jubent, & manes defunctorum expiant in China, restrinxerat, &, invitis Jesuitis, superstitiosa disjunxerat a momentis tolerabilibus. Peccaverant multi Patres Chinenses in hoc edictum,
Pag. 6. idque neglexerant. Hi absolutionem a fulminante edicti censura consequi studebant, precibus Legatum fatigantes. Sedit Legatus in throno sub cœlo artificioso, cum audientiam, adstantibus præfectis, patribus, & Mandarinis, indulgeret. En
13. formulam jurisjurandi, quo Jesuitæ Chinenses sese, Legato *Clementis XI* altero adveniente, obstrinxerunt: *Ego - - ad avertendam omnem suspicionem juro coram Deo, qui intuetur cor meum, me neque directe, neque indirecte, neque per me, neque per alios, ullo modo impediturum jussa Sanctissimi Domini nostri Clementis divina providentia Papæ XI circa ritus Sinicos, immo, quantum in me est, sincere & libenter eadem executurum & promoturum, ut ab aliis admittantur & promoveantur, adjuturum strenue & efficaciter ad id in Sinas missum Illustrissimum D.* Carolum Ambrosium Mezzabarba, *Legatum a latere ejusdem Sanctissimi Domini nostri; sic libens & non requisitus spondeo, voveo, & juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.* Jesuitæ vero aulam Imperatoris reddiderant Legato infestam. Imperator de legatione Card. *Turnonii* sentiebat abjecte, & graviter ferebat, quod, cum ipse duos Jesuitas primo, ac postea totidem, & tandem Provanam Jesuitam, miserat Romam, responsum tulisset nullum.
36. Mandarinis perplacuit horologium Papæ, Imperatori dono missum, quo ignis elici, & lumen accendi, poterat. Petiit au-
48. tem Legatus ab Imperatore, hic permitteret, 1) ut religio Christiana in suo imperio porro persisteret pura; 2) ut Christiani, qui sint in eo imperio, libere observarent Pontificiam Constitutionem, cujus est initium *Ex illa die*; nec non 3), ut Legatus fungeretur munere primarii eorum, qui in Sinas fuerint missi. Jesuitæ autem fuerunt in causa, ut Legatus per varios tramites & multa rerum discrimina duceretur, antequam ad Imperatorem adduci posset. *Bonziorum* unus ita
62. Legatum interrogavit inter alia: *Papa jubet! Quis est ille Papa? Papa jubet! Non potest imperare Anglis & Belgis, & imperare*

perare studet hominibus in China versantibus? Idem inveniemus remedium. Faciunt bene Angli & Hollandi &c. Inprimis Jesuitæ, & per eos Imperator, ægre tulerant, quod Provana Jesuita, Romam missus, haud rediisset in Chinam, nec responsa Pontificis ad Imperatorem retulisset. Tandem in aulam Imperatoris admissus fuit Legatus, ubi Europæi aulici Pag. 88.
ad osculandam ejus manum accesserunt, eorumque nomine P. *Josephus Suarez*, supremus Collegii Peckinensis Jesuita, ei adventum gratulatus fuit. Deinde in conclave audientiæ Imperatoriæ introductus, obtulit Imperatori Breve Pontificium, stans inter regulos ad dextram throni, amiculoque Sinensi circumdatus, prostravit sese in conspectu Imperatoris. Finitis epulis, Legatus, ad ejus thronum reductus, prostravit sese, & ex manibus Imperatoris suscepit aureum vas vino plenum ebibendum. Deinde, interpositis cerimoniis quibusdam, Legatus, denuo ad thronum arcessitus, interrogationibus Imperatoris per interpretes Jesuitas satisfecit, eumque rogavit, ut permitteret, durare religionem Christianam in impe- 91.
rio suo puram interventu observandæ Pontificiæ Constitutionis. Promisit Imperator, iterandæ audientiæ sese hoc momentum reservaturum, ac interrogavit Legatum, cur in Europæis picturis homines alis instructi viserentur. Respondit Legatus, alas esse celeritatis actionum symbola. Tum Imperator dixit quædam de contradictionibus, quibus fides Romana premeretur. Respondit Legatus, vicarium Pontificis in doctrina falli haud posse, sed, adminiculante Spiritu Sancto, dijudicare citra errorem controversias religiosas. Adjunxit Imperator hisce: *Qui potest Pontifex dijudicare ritus Chinenses, quos nec vidit, nec cognovit?* Respondit Legatus, Pontificem non di- 93.
judicaturum ritus causasque Chinenses, sed ritus religionis Christianæ, & quid in eis possit permissum videri. Cum Breve legeretur, Jesuitæ Sinici monuerunt, 1) id non satis prudenter esse compositum; 2) plenum esse assensionis, inimicis Jesuitarum præstitæ; ac 3) Imperatoris odia excitaturum. Im- 98.
peratoris hoc, quantum ad Breve, fuit responsum: 1) sese ab initio Missionis dignos pœna luere jussisse malefacta; 2)

Papam de ritibus Chinensibus perinde haud judicare posse ac Imperatorem de ritibus Europæis; 3) Papam fidem habuisse homuncionibus, melius ipsi crediturum fuisse. P. *Murao* postea Legatum commonefecit, res Missionis Chinensis per promulgationem novellæ Constitutionis pessundatum iri. Mirum sane, Imperatorem Legato objecisse dissensionem ecclesiæ Gallicanæ a ritibus Tridentina Synodo invectis, nec Legatum id intelligere voluisse, generatimque potius respondisse. Imperator monuit præterea, 1) Jesuitas, a sese ad *Papam missos*, fortassis instinctu Pontificis esse interemtos; 2) Constitutionem novellam Pontificis deberi vindictæ a Jesuitis expetendæ, 3) nec disquisitionem rituum Chinensium ad Pontificem Romanum spectare. Respondit autem Legatus omnino ea, quæ in hominem cadere potest, prudentia. Mandarinus *Chao* tandem Legato ostendit, recte ipsum facturum, si ocyssime in Europam rediret; Chinenses enim rituum suorum esse tenacissimos, nec Imperatorem quidquam permissurum, unde tumultus in imperio exoriri possent intestini. Imperator ipse, ritus, a Pontifice prohibitos, esse duntaxat civiles, haud religiosos, & eam prohibitionem niti falsis *Maigroti*, *Pedrini*, hominumque similis conditionis, narratione, qui immodicos experierint in China honores, nec obtinuerint; falsum vero esse, ritus illos *tabellarum* esse a *Confucio*, vel *Forastierio*, vel ex libris classicis, haustos. Idem ægre tulit, quod Pontifex recuset, *Deum* a Christianis Chinensibus dici *Tiem* & *Xemdi*, præcipiens, ut ipsi eum appellent *Tien Chu.* Omittenda sunt nobis permulta. Dabimus tamen ea Latine, quæ Imperator subscripserat Pontificis novello decreto: *Legendo decretum illud, tantummodo dici potest, spectare ad homines viles Europaos. Quomodo dici potest, illud spectare ad magnam doctrinam Sinicam? At fortasse, cum Europæorum nullus sit, qui noverit literas Sinicas, plura reperiuntur indigna nunc visu. Decretum, allatum a Legato, magnam habet conformitatem sectæ idololatrarum ad paucas sectas Ho Xan Xi. Habent inter se perturbatam disputationem, qua major nulla esse potest. In posterum non expedit permittere Europæis, qui in Sinis sunt, ut propagent legem*

Margin: Pag. 100. — 109. — 111. — 114. — 117. — 118. — 124. — 147.

gem suam. Hac propagatio prohibeatur oportet. Et sic molesta negotia evitabuntur. Paulo post Jesuitarum, ad Sinas missorum, potiores unus & alter decreti allati ursit suspensionem, siquidem ejus executio sit conjunctissima cum interitu missionis sacræ Chinensis. Deinceps Imperator negavit, sese eo re- Pag. 153.
rum statu posse Legato audientiam indulgere. Narravit deinde in schedula scripta, omnia prohibitionis Pontificialis momenta a *Maigroto*, Jesuita, sibi olim fuisse exposita, sese isti homini Sinice indoctissimo dubitationes, publice prolatas, exemisse, hunc respondere haud valuisse, & in Europam, inscitiæ convi- 161.
ctum, aufugisse, ut multitudinis animos perturbaret. Dijudicavit idem Imperator momenta Papalis decreti quatuor, ac ea refellere, certe limitare, tentavit. *Joannes Laureati*, Jesuita, Visitator Japoniæ & Sinarum, Constitutionem Apostolicam, ad quam antea sese obstrinxerat jurejurando, A. 1721, 2 Febr. nec accipi, nec promulgari, posse, argumentis variis ivit demonstratum. Imperator tandem redire jussit Legatum, eumque 195.
abitionis maturandæ causa monuit, docens paulo post, religio- 205.
nem Christianam haud amplius in China exerceri posse ob contentiones, ob eam enatas. Redire hinc instituit Legatus Romam, re quidem infecta. Corpus Card. *Turnonii* in urbe 254.
Macao curavit sepulcro eximendum, ac navi secum abstulit.

BIBLIOTHECA HISTORIÆ LITERARIÆ CRItica, eaque generalis, hoc est, Catalogi Bibliothecæ Reimmannianæ systematico-criticæ Tomus secundus, in quo libri, ad Historiam literariam generalem spectantes, & Bibliothecæ Reimmannianæ partem facientes, qua fieri potuit solertia, enumerantur, &, quid in unoquoque sit asterisco vel obelo dignum, ea, qua fas est, modestia & libertate indicatur. Accedit catalogus MStorum, & designatio Numorum quorundam.

Hildesiæ, sumtibus viduæ Lud. Schrœderi, 1739, 8.
Alph. 2 plag. $12\frac{1}{2}$.

Autor

Autor Pl. Reverendus, nuper, magna literarum jactura, ex hac vita evocatus, orbi erudito invidere noluit *Tomum alterum Catalogi Bibliothecæ suæ*. Meditabatur adhæc *Paralipomena Catalogi Bibliothecæ theologico historico-critici*, *Tomum primum* mole excessura. Nec minus spem lectoribus injecerat, fore, ut *Bibliothecam Historiæ literariæ specialis* in lucem eniteretur, hoc *Tomo* ampliorem. Qua quidem emissa, lampada hanc suam aliis tradere in animo habebat. Sed destinata hæc utilissima mors egregii Viri intercepit, vel hoc nomine literis, & harum studiosis, luctuosissima. Hanc quasi præsagiens ipse, ita in Præfatione hujus Tomi: *Quæ restat, brevis vitæ summa, spem vetat incboare longam, aut de Catalogo critico Historiæ ecclesiasticæ, civilis, & naturalis, Philosophiæ etiam & Philologiæ, cogitare.* Exorditur ipse hunc *Tomum* a *Catalogis librorum MStorum Angliæ & Hiberniæ, in unum collectis*, Oxonii A. 1697 fol. emissis, quod est opus arduum, ab *Eduardo Bernbardo*, Professore Oxoniensis Academiæ, cœptum, at coronide
Pag. 2. haud insignitum. Defuere collectoribus operis nonnulli Cantabrigiensis Academiæ Catalogi, defuere Catalogi Bibliothecæ Regiæ Westmonasteriensis, defuere alia momenta. *Catalogus librorum MStorum Bibliothecæ Cottonianæ*, A. 1696 Oxonii fol.
3. editum, celebrat nomine raritatis & molis insignis MStorum, ad illustrandas Britannicas antiquitates spectantium, nec non duorum triumve Codicum causa, qui antiquitate excellunt. Græcus certe ille, qui *Genesin* complectitur, judice *Frontone Ducæo* vincit Codices consimiles universos totius Christianorum
7. orbis. De *Bibliothecæ Uffenbachianæ MStæ* præstantia egregie commentatur Autor. De *Lexico historico universali*, quod *Jo. Franc. Buddeus* adornare cœpit A. 1709, repetit Ill. *Jo-*
9. *annis Petri de Ludewig* judicium ex Præfatione, quam hic præmisit *Lexico universali Zedleriano*, fassus tamen, in editione altera, A. 1722 curata, medicinam plerisque libri morbis
11. fuisse allatam, licet *Zedleriano Lexico Lexicorum*, nescimus, quo jure, deferat principatum. Ad mentionem *Bibliothecæ orientalis Herbelotianæ* adjungit plurima memoratu non indi-
17. gna, quibus nævi ejus solide recensentur. De *Lexico P. Bælii* judicat sincere in utramque partem, pretiumque ponit libris,

libris, a *Balio* conscriptis, satis diversum, miratus tandem, qui fieri potuerit, ut tantam nominis sui famam vir ille sibi potuerit parare, qui in linguis exoticis plane hospes, in Græca au- Pag. 19.
tem & Latina non nisi mediocriter versatus fuerit, in sola excellens Gallica. Qui vero norunt, hebescere plerumque vires judicii ex linguis multis addiscendo tractatis, ii existimant, *Balii* ingenium judiciumque in hac linguarum penuria mansisse eo opulentius, viribusque, non dissipatis, instructius. Operæ pretium fuerit, nosse cum Autore momenta & nævos *Pandectarum Brandenburgicarum Christophori Hendreichii*,
Berolini A. 1699 editarum. De *Conradi Gesneri* Bibliotheca 21.
pronuntiat sincere, primas tribuens *Libro Pandectarum Gesneri* 24.
decimo quarto, qui *de naturali Philosophia* est inscriptus. In *Nicolai Antonii*, *Hispalensis*, *Bibliotheca Hispana veteri &*
nova, quarum illa A. 1696, hæc A. 1672, Romæ in lucem 28.
exiit, sic sentit, ut antiquam præferat novæ, diligentius quippe conscriptam, ut ostendat, *Michaelis Serveti* ac aliorum nomina inibi omissa esse, ac ut indicet, integram *Antonii Bibliothecam Hispano-Rabbinicam* vel deperditam esse, vel inter
blattas tineasque adhuc neglectam jacere. De *Joannis Balei* 30.
Catalogo Scriptorum illustrium majoris Britanniæ, aliisque operibus rarioribus, ita exponit, ut hæredibus suis damnum illa-
turus haud esse videatur. In *Michaelis Hertzii Bibliotheca* 32.
Germanica formam laudat, materiæ paupertatem & lacunas
notat. Ex *Bernardi de Montfaucon Palæographia Græca*, Parisiis 34.
A. 1708 edita, rariora apponit, id veritati minus esse consonum, addens, quod Hebræi olim charactere Samaritano usi fuerint. Omnino videntur nobis hic argumenta ajentia revincere illa,
quæ Autoris a partibus stare novimus. *Paulum Jovium* Me- 38.
diceis fuisse addictiorem, ac passim in viros probos acerbiorem, Autor haud dissimulat. *Fuggerorum* merita in rem literariam jure prædicat suo *pag. 41.* Rarius est opus: *Contrafebe der Herren Fugger und Frauen Fuggerin, welche in diesem*
Geschlechte gebohren worden, oder zu demselben sich ehelich ver- 40.
pflichtet haben, Augspurg, 1620, fol. Nobis vero divinare vix licet, quo jure hic liber ad Scriptores Historiæ lite-

Pag. 42. rariæ generalis referri possit. Exquisitiora sunt, quæ Autor
ad *Guilielmi Rouillii Promtuarium iconum insigniorum*, Lugduni A. 1578 & 1581 editum, commentatur. De *Pauli*
44. *Freberi Theatro virorum eruditione clarorum*, Norimbergæ A.
1688 emisso in lucem, libere differit, nævos candide aperit, & pretium raritatis hic quoque inculcat. *Melchioris Adami Vitas* laudibus justissimis extollit, voculamque & simul versat repetitque tam frequenter, quam inconcinne. Mentio *Chronici Hennebergensis*, a *Cyriaco Spangenbergio* profecti, ab-
47. esse quidem poterat; at nec superflua Autor Ven. voluit suis carere utilitatibus. Quare dixit de *Philostratorum Operibus*, a *Gothofredo Oleario* A. 1717 Lipsiæ editis, & de *Libris XII Wolffgangi Lazii*, quibus *gentium aliquot migrationes* fuit
55. complexus, copiose satis differuit. Nævos, quibus *Georgii Matthiæ Kænigii Bibliotheca vetus & nova* laborat, candide demonstrat, eorumque numerum a *Morhofio* majorem justo fuisse significatum, adjungit. Accessionibus vero innumeris
58. Autor ipse hanc *Bibliothecam* locupletavit, ut dubitandum non sit, eas ex manuscripto tandem in lucem esse prodituras. *Placcii Theatrum Anonymorum & Pseudonymorum* & laudat, & notat, miratus, *Placcio* ignoratam fuisse *Jo. Ulrici Meureri Centuriam Anonymorum*, A. 1697, 12, impressam. *Thomam Gar-*
61. *zonum* proterviæ, scurrilitatis, & plagii literarii, convincit. *Martini Lipenii Bibliothecam philosophicam & theologicam* emi-
66. nere, pronuntiat. *Juridicæ*, nuper Lipsiæ recusæ, & supplemen-
68. tis auctæ, suum etiam pretium per nos salvum esse volumus. *Erasmi Francisci* verum nomen fuit *Francisci Fixii*. Commemorat præterea Autor partem Musei sui insignem, videlicet *Volumi-*
69. *na IV in forma regia, in quibus continentur Icones Virorum doctrina illustrium, multo labore & sumtu conquisitæ*. De *Francisci Baconis* Baronis *de Verulamio Operibus* magnifice sentit. *Marinum Geraldum*, Venetiis rei speculariæ operatum, pro tubi optici inventore habitum fuisse, ipse ex *Caramuele* narrat.
78. *Theophili Raynaudi Erotemata de malis & bonis libris, deque justa ac injusta eorundem confixione*, Lugduni A. 1653 edita,
82. in classem librorum rariorum rejicit, indicatque, ex uno *ero-*

temate

temate decimo Theatrum *Vincentii Placcii* accessionibus plus quam centum locupletari posse. Ostendit, in *Bibliotheca Apostolica Vaticana, a Fr.* Angelo Roccha *Commentario illustrata*, Romæ A. 1591, 4, edita, non nisi ædificium, quo Bibliotheca continetur, describi; nec intermittit librum a raritate commendare. Significat porro, in manibus suis esse *Catalogum librorum MStorum, qui in Bibliotheca illustris Academiæ Juliæ asservantur*, manuscriptum & ineditum. In *Thomæ Popeblount Censura celebriorum Autorum* idem obelo multa credit esse configenda. *Thomas* enim ille elogia loco judiciorum attulit, homonymos hinc inde non discrevit, epochasque virorum eruditorum tradidit minus accurate, sublesta subinde in excitandis scriptorum locis fide usus. In *Tobiæ Magiri Eponymologico critico*, cura *Eybenii* A. 1687 in Viadrina edito, nævos notat haud unos. Prædicat numerum & excellentiam MStorum orientalium, quibus Bibliotheca eminet Lugdunensis. *Thomæ Jamesii Catalogum universalem librorum Bibliothecæ Bodlejanæ* multorum incommodorum accusat & convincit. *Joach. Ernesti Bergeri Diatriben de libris rarioribus, horumque notis diagnosticis*, Berolini A. 1729 editam, nonnullis obelis tentat, tragulisque emissis subjungit meliores & copiosiores raritatis librorum notas characteristicas. Id vero a nobis impetrare haud possumus, ut credamus, omnes Paraphrases Chaldaicas, seorsim editas, sine versionibus, vel cum versionibus, esse raras. In *Historia Bibliothecæ Fabricianæ*, a *Jo. Fabricio* scripta, requirit duo: unum, quod ad classes materiarum in ea Autor haud respexit; alterum, quod inter legendum plura ad libros notavit, quæ non semper majoris sunt pretii, nihilo minus tamen in hanc Bibliothecam transfusa. *Museum historicum & physicum Jo. Imperialis*, Venetiis A. 1640 editum, a raritate commendat. In *Joannis Johnsii*, Holsati, *de Scriptoribus Historiæ philosophicæ Syntagmate* idem desiderat nonnihil, idque cumprimis, quod ille a rei cardine passim divertit, & homonymos nonnunquam confudit. At & Noster transiliit subinde septa. Dum enim Historiæ literariæ generalis scriptores erat recensurus, continere sese debuisset a *Chronicis* recensendis, a descriptionibus ædificiorum,

Marginal page references: Pag. 86. 89. 91. 95. 96. 102. 104. 107. 110. 113.

ciorum, a scriptoribus Historiæ philosophicæ, mathematicæ, juridicæ, &c. Id vero ad specialissimam referendum est Histo-
Pag. 119. riam literariam, quod *Hermanni Conringii Commentarius de Scriptoribus XVI post C. N. Seculorum, A. 1637 dictatus*, cum Viro Ill. *J. W. de Gæbel* communicatus, ad domini limina haud rediit. Quid hoc sit rei, omnium optime Ill. *Gæbelius* perspectum habebit. *Jo. Georgii Schielen Bibliothecam enu-*
125. *cleatam* merito Autor acriori sale perfricuit. *Hispaniæ Bibliothecam, Tomis III* distinctam, Francofurti A. 1608, 4, edidit sub *A. S. Peregrini* nomine *Andreas Schottus*, Jesuita Antwerpiensis, in genere quidem suo primam, at alienis adscititiisque me-
129. tallis onustam. In *Valerii Andreæ Bibliotheca Belgica* id censura credit Autor dignum, quod scriptor eos, qui ecclesiæ Pontificiæ haud dederunt nomen, ex catalogo hoc suo voluit exesse, quod sugillavit *Andream Gerh. Hyperium*, *Danielem*
133. *Heinsium*, & *Emanuelem Meteranum*, quod *Hugonem Grotium* plerisque ecclesiæ Romanæ dogmatibus addictum tradit, quod *Carolum M.* & *Eginhardum* scriptoribus Belgicis annumerat, quod in vita & actis literariis *Cornelii Jansenii* se sic gerit, ut apud Anti-Jansenistas in suspicionem orthodoxiæ laxioris venerit. Quare *Imaginibus Musei Joviani*, quæ sunt virorum bellica laude illustrium, locum Autor fecerit in Historia literaria generali, nobis est obscurum. *Davidis Czwittingeri*
136. *Hungariæ literatæ* genuinum pretium deputat. In *Thuano enucleato* enucleando est sedulus & curiosus. In *Henningii Witte Diario biographico* faculas maculasque solicite animadvertit.
144. *Richardi a Buri Philobiblion*, A. 1344 circiter scriptum, ipse possidet manu exaratum, aptum omissis supplendis, superfluis resecandis, & mendosis tollendis, quod utinam consulu-
147. isset B. *Joannes Andreas Schmidius*. Possidemus & nos manuscriptum codicem *Christophori Bæhmeri de Bibliothecis*, edi-
149. tione profecto dignissimum. Ad *Hermanni Conringii Dissertationes de Antiquitatibus Academicis* mentio fieri poterat no-
151. væ editionis *Heumannianæ*. Autor scite memorat, *Jo. Froissardi Historiam sui temporis* jussu aulæ regiæ Gallicæ maximam partem truncatam in dias luminis auras exiisse, & integrum manuscriptum

nuſcriptum in Bibliotheca Eliſabethana Vratislavienſi latere. Idem merito *Jo. Georgii Walchii Exercitationem de Gymnaſiis* Pag. 152.
literariis veterum Romanorum collaudat. Inclementius pro-
nuntiat de B. *Cornelii Diterici Kochii* Programmate, quo, *ſo-* 156.
lum Deum eſſe ſapientem, docuit. Ephemeridum literaria-
rum indicat abuſum. *Segerum*, Lycei Wittebergenſis Recto- 158.
rem, pronuntiat immunem ab illa ambitione, quam ipſi attribuit *Joannes Burchardus Menckenius* in *Charlataneria eruditorum pag. 15.* Ad inutilia refert, certe ſupervacanea, *Lenzii* libellum *de Profeſſoribus natione Francis, qui Wittenbergam illuſtrarunt*, *Matthiæ* item *Schræderi Miſanthropiam*,
Miſogyniam, & *Miſocoſmiam, literatorum*, & *Hermanni Fri-* 160.
derici Zollii libellum *de eo, quod divinum eſt in Hiſtoria literaria*, Rintelii A. 1731 emiſſum. *C. A. Heumanni* ſcripta ubique laudat, ratus tamen, immerito ab hoc Grammaticen
plebejæ latinitatis deſideratam fuiſſe. Ad Garmani *Diſſerta-* 170.
tiones duas de Sapientia Ægyptiorum ita commentatur: *Et juvabit fortaſſe hiſce tentaminibus* Garmani *Academicis addidiſſe noſtras Antiquitates literarias Ægyptiacas, quæ Syſtemati noſtro Antiquitatis literariæ acceſſerunt, & a* C. A. Heumanno *& aliis laudatæ ſunt, ubi omnes, qui de rebus Ægyptiacis ſcripſerunt, antiquos, medios, & recentiores, enumeravimus.* *C. G. Schwartzii* Exercitationes omnes demorſos ſapere ungues,
recte judicat Autor. Laudat *G. Clem. Draudii* libellum *de* 176.
Clepſydris veterum, Giſſæ A. 1732 editum. In *M. G. S. Greenii* Meletemate *de Theologis Græcorum* multa deſiderat. Lau-
dibus juſtiſſimis proſequitur *C. G. Schwartzii* quinque Diſ- 178.
ſertationes *de Ornamentis librorum apud veteres uſitatis.* Hunc & *Chriſtophorum Cellarium* concinnando Syntagmati antiquitatis literariæ, quod deſideramus adhuc, pares judi-
cat. In *C. G. Barthii* Diſſertatione *de Recitatione & retra-* 180.
ctatione veterum ordinem & ſupellectilem requirit. Plu- 182.
ra minatum, pauciora præſtitiſſe, judicat M. *Jo. Heldium* 184.
in libro *de Judæorum Synagogis & Scholis*, Norimbergæ A. 1664 edito. M. *Valentinus Friderici* in *Diſſertatione de Titulis doctorum Judaicorum*, Lipſiæ A. 1692 edita, *Altingii*

 nomen

nomen ſtrenue ſuppreſſit, e cujus *Hiſtoria Academiarum Ebraicarum* ſua per modum plagii transſcripſiſſe perhibetur. Studioſorum in Academiis ſtatum deplorat *pag. 187. Friderici Lucæ Europæum Heliconem*, in quo Autor omnium ſcholarum hiſtoriam, ab orbe condito deductam, deſcribere tentavit,
Pag. 190. Noſter merito imperfectionum & nævorum arguit, ſubſtituta ſciagraphia pleniori. Sed utinam ea a quoquam copioſe ela-
202. borata eſſet! In *Jo. Georgio Eccardo* requirit dictionis caſtitatem, damnans hac occaſione phraſin *vitilitigare adverſus aliquem.* Cel. *J. L. Bünemannum*, Gymnaſii Hannoverani Directorem, tradit *Bibliotheca ſelecta eſſe inſtructum*, alibi vero, velut ſui oblitus, innumerabili librorum mole laborare, ſcribit. Omnia opera *Jo. Launoji* eſſe rara, credit, indubie ignorans, recentiſſimam eorum & plenam exſtare editionem. Accuratum dicendi genus requirimus in Autoris hac periodo *pag. 205: Scientia augurandi & futura præcognoſcendi cupidus, quæ, neſcio quomodo, plerisque mentibus hominum inhæret.* Judicium D. *Polycarpi Lyſeri* de ſe ipſo eſt ſingulare *pag. 206. Wolfgangus Heiderus* credidit, convicium, a *leporis* nomine deductum,
208. fluxiſſe ex *Erhardi Schnepſii* oratione ſacra, *de Eliſæo & Gehaſi* habita; vulpeculas vero ſcholaſticas dici a Conrectore Go-
209. thano, Profeſſione Academica Jenenſi ornato, qui fuerit timidiuſculus, & pallium geſtaverit, pelle vulpina ſuffultum. Ra-
210. riores ſunt *66 ſelectiores Philippi Melanchthonis ad Fridericum Myconium Epiſtolæ*, a M. *Cyriaco Schnegaſſio*, *Myconii* progenero, editæ Jenæ A. 1596, 4. *Saalbachii Diſſertationem de Li-
214. bris veterum* Autor circumrodit dente acutiori, eo quod nævis & *peccatillis* nullis careat. A *Joanne Caſelio* Politicam & Jurisprudentiam limitibus accuratis diſtinctam eſſe, judicat. Cum ad *J. B. Menckenii* Diſſertationem accedit, cui præfixus eſt index: *de Viris militia æque ac ſcriptis illuſtribus*,
217. ſubjungit hoc judicium: *Hoc ſcimus, non omnes thyrſigeros eſſe Bacchos, nec omnes, in hac Diatribe deſcriptos, fuiſſe heroas & militia claros, licet ſtipendia fecerint, & turbæ militum immixti fuerint ad breve temporis ſpatiolum.* Tum progreditur Autor ad *Menckenii* ejusdem Diſſertationem *de Græcarum &*

Lati-

Latinarum literarum in Misnia restauratoribus, adjiciens monitum: *Quid? si Isagogen in Historiam literariam Misnensem appellaveris?* Scilicet majores nostri non semper præcones fuerunt laudum *Reimmannianarum*, ignari forte Commentatiunculæ notissimæ, *de Claris Reimmannis* inscriptæ. *Lucam Schræckium* & *G. H. Welschium* Autor merito inter Polyhistoras collocat. Pag. 218. Juvat perlustrare opuscula, Historiæ literariæ dicata, in quibus posterior elucubrandis fuit occupatus, at deploranda morte interceptus. *Michaelis Neandri* libellum, *Menschen-Spiegel*, vocat *perrarum*. Per libros, 219. *περίεργα* complexos, *Act. XIX, 19*, credit designari eos, quibus perscriptæ fuerint plures male sanæ artes, præcipue Magia, *tum quia, quæ antecedunt, hoc non obscure doceant, tum quia ex Epistola Pauli ad Ephesios & Autoribus profanis constet, Ephesios Magiæ præ ceteris fuisse deditos. Hattonem II*, Archiepiscopum Moguntinum, a muribus corrosum interiisse, merito cum *Serrario* ac *Lilienthalio* negavit. *Henr. Leonh. Schurtz-* 221. *fleischii Notitiam Bibliothecæ Principalis Vinariensis* continere pauca de ea Bibliotheca, nec de MStis quidquam expositum dare, ex jure judicat. De librorum raritate, ejusque caussis, collectanea sibi in promtu esse, manum ultimam exspectantia, prædicat. *Hildeshemium* esse *silvæ domicilium*, Druidum quasi more inchoatum, liceat inficiari. Hildesia enim olim haud 225. dicta fuit Hilleshemium, sed *Hildenesheim, Hildineshaym*, testibus Sigillis ac Diplomatibus. Nomen ex *Hildone*, vel *Hilduino*, incola primo, exortum. Abbatem quendam S. Michaelis Hildeneshemensem loco Græcæ Latinæve allocutionis in concilio nomina præfecturarum Hildineshemensium recitasse, Autor cum *Adamo Rechenbergio* existimat. Rem ipsam vero diluit ac refellit P. *Magnoaldus Ziegelbaur P. I novi rei literariæ Ordinis S. Benedicti Conspectus. Pauli Colomesii* virtutes literarias & labeculas candide percenset Autor. Nævi sunt, ipsum in religione fuisse eclecticum, Theologis omnibus tacite infestum, narratiunculis *Isaaci Vossii* credulum nimis, in 228. *Erasmum* plus æquo propensum. Adde, notas criticas ejus in Nov. Test. esse justo liberiores, & integritati sacri Codicis adver-

adversas. Convivia Academica Professorum, a *Jodoco Willichio* condita, e quibus superest formula loquendi *ein Kræntzgen machen*, Autor admodum Rev. eleganter & jucunde de-
Pag. 239. scribit. Historiam vocabulorum linguæ Latinæ sexcentis accessionibus & emendationibus MStis illustravit. Elaboravit præterea Introductionem in historiam vocabulorum linguæ Græcæ,
245. in *duas Partes* divisam, quarum *prior* continet genealogiam vocabulorum Græcorum ante C. N., *posterior* eandem a C. N. Opus hoc MStum priori illo vastius esse, Autor docet. Lateat id in penetralibus Minervæ, cujus utinam cancellos perrumpat! Originem artium athleticarum ex *Homeri Il. XXIII* optime addisci posse, monet, ad Ægyptios vel *Lycurgi* ætatem haud referendarum. Sed quid athletica, ludi Olympici, incubatio in fanis Deorum, medicinæ causa olim facta, Dæmones, Areopagus, incubus, & alia, ad Historiam literariam conferant, nobis est obscurum. Id sua perspicuitate fulget, *Za-*
250. *chariæ Grapii Theologiam Sinensem* mutilam esse & mancam. Versus, hinc inde inspersi, ad ingenium Autoris sæpenumero redeunt, siquidem haud meminimus Poetam, qui posuerit vocem *tuerentur* syllaba secunda correpta, uti *pag. 251* factum. *Gebhardi Theodori Meieri Monumenta Julia* sunt utique titulo
254. & nomine hoc indigna. Omittuntur enim inibi Professores Medici, Philosophi, & Philologi omnes, scripta pleraque & concertationes Theologorum ac JCtorum. Requirit Autor & desiderat Compendium Theologiæ moralis, e scriptis *Lutheri* con-
257. cinnatum. Id vero haud intelligimus, qui fieri potuerit, ut laudatissimus Autor ad *G. G. Zeltneri* nomen hæc potuerit ad-
258. scribere: *Autor, qui superest adhuc, & exornat ætatis nostræ gloriam*, nisi forte hæc scripserit ante aliquot annos. Ut ita suspicemur, cogunt nos ea, quæ de sese *pag. 259* prædicat: *Docemus nosmet, annum 71 ætatis fere egressi.* In *Krebsii* Disser-
263. tatione *de Stilo Lactantii Firmiani* desiderat concordiam & mutuam dictorum habitudinem. Stilum *Lactantii* Ciceronianum *Krebsius* dixerat, quantum scilicet ad periodicam attinet structuram, addens, a *Lactantio* inusitatum verbum quasi scopulum evitari, cum tamen ipse plaustrum alibi inusitatarum

vocum

vocum e *Lactantio* congesserit. At non habemus singula veterum *Ciceronis*que scripta Latina. Insuitatæ sunt voces illæ respectu scriptorum, quæ supersunt, non eorum, quæ olim exstiterunt. *Guilielmi Budæi Annales Halberstadenses* MStos ineditosque laudat Autor magnopere, & a raritate commendat. *Petrum Lotichium secundum*, ad tempus equitem stipendia facientem, in elegia *de obsidione urbis Magdeburgensis* haud prædixisse *Tillianam* obsidionem, sed repetivisse *Mauritianam*, A. 1550 tentatam, solide ostendit. Quæ *C. D. Kochius* de *Aristotele* in numo aureo exposuit, ea putat *meros esse lusus ingenii*. Immodestius est judicium de Viri S. Rev. *Romani Telleri* Diatribe, qua agitur *de existimatione Philosophorum gentilium, inprimis Aristotelis, apud Christianos. Apollonium Tyanæum* fuisse *Spinozistam*, docet. De notitia linguæ Græcobarbaræ in Germaniam introducta solide succincteque commentatur. *Jo. Majoris* de *Tilemanno Heshusio* querelas, & suffragia *J. J. Struvii* adversus hæc *Acta A. 1726 Mens. Mart. pag. 129*, affert & tuetur. *Philippi Melanchthonis* laudes vindicatum it contra *Joannis Asselmanni* libellum, *de Philippismo fugiendo* inscriptum. Merita certe *Philippi* sunt tam eximia, ut id, quod humana imbecillitas & nimia sub finem vitæ moderatio sibi juris arrogavit, eis sit liberaliter condonandum. *Davidem Chytræum* contra *Asselmannum* Cryptocalvinismi pronuntiat insontem. Ad *Jo. Franc. Buddei Sapientiam veterum* adjungit locum egregium ex *Senecæ Epist. 95*, & hoc præterea judicium: *Dicta septem Sapientum non omnia collegit, verum nonnulla tantum, nec optima semper ex iis attulit, sed obvia sæpenumero, & philosophica luce conspersit quidem, non autem historica, non critica, hoc est, non dixit, qua occasione prolata sint, & quot & quantæ in iis reperiantur diversæ lectiones.* Credit, exstitisse non duos tantum *Senecas*, sed omnino tres, unum Philosophum, alterum Oratorem, tertium Poetam. *Comparationem Cardinalium Richelii & Mazarini* Autor tribuit *C. S. Schurtzfleischio*. *Buddeum* vocat *virum felicis cerebri, & varia eruditione conspicuum.* Singularia sunt hæc duo Autoris pronuntiata: 1) apodicticam certitudinem ex sola rei defini-

Pag. 270. 277. 280. 287. 301. 303. 306. 308. 316.

definitione procedere, non ex hypothesi, cum tamen arith-
Pag. 317. metica apodixis nostra pendeat ex hypothesibus libere assumtis, & apodixis sit veritati & absolutæ & contingenti communis; 2) principium socialitatis, ac reliqua omnia juris naturæ principia, ultimis his temporibus pro eis venditata, æque esse
328. lubricum. Videtur hic Autor sapuisse ultra vires. *Conradum* Halberstadensem significat etiam reliquisse *tripartitum morale*
339. MStum. *Cellarium* inter & *Schurtzfleischium* nullas invidiæ obtrectationes intercessisse, Autori vix accredimus, *lectis Schurtzfleischii* literis de fabro Smalcaldiensi nonnihil edocti.
352. *Joannem Damascenum* Scholasticis esse aggregandum; negat. Res ipsa logomachiam sapit. De methodo docendi sic No-
355. ster: *Nos sane diuturna experientia didicimus, methodum catecheticam optimam esse, si velis discentes augere linguis & artibus; paradigmaticam optimam, si bonis moribus.* Litem *J. H. Bœcleri* & *C. S. Schurtzfleischii Sarcmasianam* levi-
365. ter attingit. Mirum sane, ipsi videri dubium, cœcum posse de coloribus judicare, cum exempla sint in promtu, exceptione omni majora. Ipse Ven. *Jo. Laur. Moshemii* judicium
387. fastidit, quod hic de primis Christianis, suppositorum librorum architectis, fraudumque piarum magistris, tulerat in Diss. *de Caussis suppositorum librorum inter Christianos Sec. I & II.* In eodem *Moshemio* notat audaciorem expositionem, qua hic *omnia mundi regna*, a satana Christo ostensa, credidit com-
388. prehensa esse unica Procuratoris Romani gloria, e monte templi demonstrata. Obiter indicamus, Autorem ad B. *Jo-*
429. *annis Christophori Wolfii Bibliothecam Hebræam* nonnihil accessionum contulisse. Nec ea dimittimus intacta, quæ ad hi-
434 seq. storiam horum *Actorum* solide fuit commentatus. Quod vero *Systema Systematum theologicorum, Judaicorum, Ethnicorum, Muhammedanorum, Christianorum, Atheisticorum quoque plurimorum*, diligentissime elaboratum procul dubio, huc usque
453. intra penetralia Vestæ asservaverit, merito dolemus, siquidem, utilitatem inde publicam usquequaque diffusum iri, facile prævidemus. Nunc autem illud etiam dolemus, nobis haud relictum esse plura decerpendi spatium. Eo tamen solatio nos demulcemus

mulcemus ac reficimus, quo ſpem concipimus, fore, ut nemo literatorum libro tam ingenue aperteque ſcripto, recenſione librorum tam accurata plerumque, quam a tritis notiſſimisque judiciis disjuncta, compendio e libris paſſim raris per annos multos collecto, & anecdotis hinc inde inſertis, carere ſe poſſe judicet. Bibliothecas, Catalogos, Lexica, ſcripta in *ana*, & quicquid ad Hiſtoriam literariam exornandam facere poteſt, hic recludi ac reſerari, dubitabit nemo, qui librum perfunctorie modo inſpexit. Et, quod erat primarium, & in arce cauſæ ponendum, Autor hic in ea verſatur officina, in qua eſt peritiſſimus, oculatiſſimus, exercitatiſſimus, ubi *Phidiam* agere, & *Praxitelis* menſuram implere, poteſt. Parcius notavimus in æquore vaſto nonnihil bullularum. At ea, quæ vilioris apparent metalli, in hac fodina ditiſſima ſunt tam rara & tam pauca, ut illa a ſplendore auri argentique penitus occultentur. Suſpicamur facile, duce hiſtoria arcana, ſubeſſe rationes occultas, e vita ſuperiori eruendas, cur Autor de ſcriptis *Cornelii Diterici Kochii*, M. *J. J. Loſii*, Roſtochienſium plerorumque, *Joannis Franciſci Buddei*, minus clementer videatur judicaſſe; de libris vero *Petri Adolphi Boyſen* aliorumque ſuffragia tulerit longe exoptatiſſima. Quid de incendio illo ſentiamus, quo ipſe conqueritur partem Bibliothecæ ſuæ conflagraſſe, hic aperire nolumus, ſubjecturi pauca de MStis, quibus effulget Bibliotheca *Reimmanniana*. En illa ſtrictim & partim enumerata: *Libellus Indico-Malabaricus*, *folia nonnulla* Pag. 784.
Sinica, *Epiſtolæ tres Arabicæ*, *duo folia ex Codicibus*, *ad mare Caſpium A. 1722 a Ruſſica gente inventis*, *pugillares decemplices cerei*, *Anonymi deſcriptio orbis terrarum*, *Anonymi hi-* 787.
ſtoria de Alexandro magno, *Itinerarium terræ ſanctæ*, *Joannis de Plano Karpem hiſtoria de gente Tartarorum*, *S. Brigittæ re-* 794.
velationum cœleſtium Libri VII, *Epiſtola Alphonſi Eremitæ* de eis, *Vita Brigittæ*, &c. Non licet prætermittere *Lactantii Libros MStos tres*, e quibus Cel. *Jo. Ludolphus Bünemannus* edi- 807.
tionem *Lactantii* accuravit, *ſesquicenturiam Epiſtolarum*, a *Caſp. Peucero* ſcriptarum, *Theologiæ Bohmianæ delineationem*, Codicem membranaceum, res *Dominici*, *Prædicatorum parentis*, con-

 tinentem,

tinentem, alium, nonnulla *Ciceronis* complexum, Codicem MStum Arabicum, eleganter exaratum, & in Oriente compactum, &c. *Statii Thebais* MSta cimeliis est annumeranda. *Philippi Imperatoris Acta* continent ea, quæ frustra alibi requiras, consignata literis ab eo, qui rebus ipsis interfuit. Manuscriptorum designationi subjungitur series Numorum, inter quos commemorabiles nobis videntur 32 illi bracteati Hildesienses, referentes Episcoporum Hildesiensium iconas ad A. 1130 usque ad A. 1310, a Cl. *Seelandero* editi ac descripti. Index personarum unus, & rerum alter, diligentiam vix spirant mediocrem.

Pag. 839.

AQUILONALES MARCHIONES ELECTORES Brandenburgici documentorum autoritate asserti a JO. LUDOV. LEV. GEBHARDI.

Lipsiæ, apud Jo. Christian. Langenhemium, 1742, 4.
Alph. 1 plag. 3.

Quanta sit ingenii acies, laboris invicti patientia, & judicii vis, in Cel. Autore, id jam dudum variis historicis ac genealogicis operibus, in lucem publicam emissis, declaravit ipse reddiditque testatum. Marchionum Brandenburgicorum initia huc usque in abdito fere latuerunt, disceptationibusque recentiorum magis intricata, quam enodata, fuere. Succurrit hisce dissensionibus tollendis opportune & mature aptissimus solertissimusque moderator, quem haud piguit versasse & evolvisse monumenta vetera, Diplomata, scriptores, e quibus ad hoc institutum illustrandum, ac veritatem genealogicam confirmandam, aliquid lucis hauriri atque derivari potest. Orditur ipse telam a *Bernhardo I*, filio *Dieterici*, nepote *Ezerdi*, Principis nobilis, Seculo IX florentis, quem *Henricus Auceps* provinciæ Redariorum præfecit A. 927. *Tabulam* itaque *primam* genealogicam addixit posteris hujus *Bernhardi*, intra quos ab A. 983 usque ad A. 1009 duo Comites Waldbeccenses Marchionatum tenuerunt Brandeburgicum. *Tabula secunda* exhibet Comites Waldbeccenses, e quorum numero claruerunt Marchiones *Lotharius* & *Wernerus*. *Tabula tertia* suppeditat Comites Stadenses,

ses, e quibus *Ludgerus, Udo I, Udo II, Henricus I, Udo III, Ludgerus, Rudolphus I, Henricus II, Udo IV*, & *Rudolphus II*, illustres fuerunt Marchiones Saxoniæ septentrionalis. *Tabula quarta* Comitibus Plocecensibus est propria, inter quos eminuerunt *Helpericus* & *Conradus*, Marchiones. Tum vero Marchionatus cessit Comitibus Anhaltinis, quos *Tabula quinta* & *sexta* complectitur. *Tabula septima* repræsentat Electores Brandenburgicos, ex Bavaris ac Bohemis deducendos, qui Seculo XIV floruerunt. Anno tandem 1412 *Sigismundus*, Marchio & Elector, immo Imperator, *Fridericum* Burggrafium Noribergensem constituit, Electorem & Marchionem Brandenburgicum. Et in hoc quidem anno Cel. Autor subsistit. Subjicit tandem documentis ac expositionibus genealogicis laterculum rerum Marchicarum chronologicum, ab A. 927 ad 1412 perductum, quo eventus Marchiæ potiores recensentur. Adjungitur tandem hisce catalogus Scriptorum. In fronte libri offert sese conspectui lectoris Tabella geographica, quæ provinciam Redariorum ac confinia repræsentat. Hæc est libri summa, hoc illius est argumentum. Delibabimus jam ex hoc peramplo & jucundissimo viridario paucula, floresque, inde decerptos, nonnullos communicabimus cum Lectore. De Marchionibus Brandenburgi exposuit Autor ita, ut monuerit, Marchiam aquilonalem trahere ex *Henrico Aucupe* origines, initia Marchiæ Brandenburgicæ *Alberto Urso* deberi. Marchia vero omnis Brandenburgica divisa est in partes quinque, veterem, a Saxonibus olim incultam, & reliquas quatuor, quas Venedi, seu Slavi, habitarunt. Varii exstiterunt Venedi, varioque regnandi genere usi sunt. Prignitiam Marchiam tenuere Brizani, Havelandiam mediamve Marchiam possederunt Hevelli, Stoderani, & Wilini, Uckeranam Ucri, Marchiam novam Lebusii & Sidini. Hi non uno impetu, sed pedetentim, sub imperia Marchionum coacti fuerunt. Redarii a *Rethre*, seu *Radegast*, fuerunt dicti. *Arnseo Adhelmi* nunc dicitur *Arendsee* ad lacum cognominem. *Lunckini* locus, ad quem Slavi ab *Henrico Aucupe* fuerunt superati, est oppidum *Lenzen* in Prignitia ad Albim. Marchiones Lusatiæ, Orientales dicti, Seculo X adhuc partem illius Marchiæ,

Pag. 2.

 quam

Pag. 7. quam vocamus Brandeburgicam, tenuerunt. Nec tamen *Gero* exstitit provinciæ Brandeburgicæ Marchio. *Benno*, seu *Bernhardus II*. *Bernhardi I* filius, nititur testimonio Anonymi in *Chronico Luneburgico*. *Otto I* Imperator omnino domuit Slavos per *Bernhardum*, teste *Adamo Bremensi H. E. II*, 3. Anonymus *Bernhardo II* tribuit filium *Theodoricum*, Marchionem, qui fide in eundem *Ottonem* constanti præfecturam provinciæ Redariorum meruit. Annalista Saxo eum appellavit *Thidericum Præsidem* ad A. 955. *Ducem* appellavit ipsum *Otto M.* in Diplomate apud *Wittekindum Lib. III pag. 66*. *Thiderico* in odia Imperatoris ac procerum prolapso, *Lotharius* Waldbeccensis, Comes,

9. Duci ac Marchioni illi successit, teste Annalista Saxone ad A. 983. Suspicatus fuit *N. H. Gundlingius*, *Theodericum* posthæc ad Belgas ivisse,

10. ibique Gandavensem & Hollandiæ provinciam rexisse. At *Adamus Bremensis* & *Helmoldus* referunt, ipsum Magdeburgi in Episcopio obiisse privatum. Nec tamen negat Noster, gravia esse illa argumenta, quibus persuadeamur, Comites Hollandiæ ex genere Billungico traxisse ortum. Alibi itaque ostendet, Comites Hollandiæ ad *Theodoricum*, *Wigmanni* filium, *Hildegardis* maritum, esse referendos. Ex *Theodorico* progeniti fuerunt filii duo ac filiæ quatuor, nempe *Bernhardus III*, post *Wernerum* Waldbeccensem Marchio septentrionalis A. 1010, *Luitolfus*, vitæ sacerdotali deditus, *Oda*, virgo Calbæ sacra, *Misecont*, Polono, nupta, a Polonis A. 992 ejecta, & Quedlinburgi denuo velum amplexa, *Othelhildis*, Quedlinburgica virgo votiva, *Thietberga*, conjux *Dedonis*, Misnorum Comitis, ac *Mathildis*, quæ ex Cœnobio in thalamum *Prebislai*, Principis Slavici, transiit, ac postea a *Bolilute*, Slavo, domino Brandeburgi, fuit vitiata, obiitque Abbatissa Magdeburgensis. Ex *Bernhardo III* genitus est *Bernhardus IV*, æque Marchio borealis, patrisque successor, & Comes per Thuringiam septentrionalem. Soror ipsi exstitit *Thietburgis*, Quedlinburgensis virgo sacra. *Bernhardi IV* filius exstitit *Wilhelmus*, successor in Marchia A. 1051, a Slavis ad Prizwalcum A. 1056 occisus, item *Conradus* Comes, pater *Gertrudis*, nuptæ *Friderico*, Comiti Bavaro *de Vohrenbach*, ac dein *Ordulpho*, Saxoniæ Duci, matris *Hedewigæ*, conjugis *Gebhardi*, Suplinburgensis, ex qua *Lotharius* Cæsar fuit procreatus. Filiabus *Bernhardus IV* gavisus est duabus, *Oda*, *Christiani*, Querfurtani, Comitis Lutislevensis, conjuge, & *Alverade de Badesloe*. Ex uxore Slavica *Bernhardus IV* susceperat *Ottonem*, qui, redux ex Bohemia, Marchio-

19. natui, immo regni honoribus, inhiavit, ac ad Neindorfium prope Salicam fluvium a *Brunone*, Brunsuicensi, A. 1057 occisus, vitam posuit. Hisce expositis, Cel. Autor ad Comites Waldbeccenses, qui olim Wolmorstadium & Waldbecam, ubi adhuc collegium Canonicorum floret, tenuerunt, progreditur. Telam orditur a *Lothario I*, Comite Thuringiæ septentrionalis, qui, contra Redarios missus, ad Leontium a Slavis trucidatus, occubuit A. 930. Filius ipsi fuit cognominis, fundator

dator ecclesiæ Waldbeccensis collegiatæ, maritus *Mathildis*, & gener *Brunonis*, Comitis Arneburgensis in Marchia veteri, A. 976 defuncti, vel potius A. 977. Ex eodem *Brunone* prodierunt nati *Ricpertus*, Comes primo Arnburgicus, deinde Ilseneburgensis, *Emnilda*, sacra virgo *Parthenonis*-Quedlinburgici, *Ziuezo*, Clericus, & fortassis *Unno*, Comes. De reliquo Imperator *Otto II* in Diplomate, A. 976 dato, *Brunonem*, Comitem, vocavit *nepotem*, id est, consanguineum, *suum*. Addimus, locum *Sumeringe*, ubi *Gero* Comes *de Alvensleve* a *Waldone* captus fuit A. 979, exstare inter villam Bavestorp & Kibizdam juxta domicilium præfecturæ Jerxen, testibus turris majoris reliquiis, quas circumvicini vocant Sœmmeringe. *Lothario II* Autor tribuit posteros, *Lotharium*, Marchionem aquilonalem, *Eilam*, conjugem *Bertholdi*, Comitis Amerdalensis in Bavaria, qui Cœnobium Suinfurti fundavit, *Sigefridum*, Comitem Waldbeccensem, maritum *Cunigundæ*, ex *Henrico Calvo*, Comite Stadensi, natæ, ac *Ditmarum*, Corbejensem Abbatem. Ex *Lothario* procreatus fuit *Wernerus*, Marchio aquilonalis, cui fuit soror *Brigitta*, Magdeburgi Abbatissa. *Sigefridi*, Comitis Waldbeccani, liberi commemorantur *Henricus*, Comes, *Fridericus*, Burggravius Magdeburgensis, *Ditmarus*, Præpositus Waldbeccensis, ac posthæc Episcopus Merseburgensis, *Bruno*, Episcopus Verdensis, *Oda*, uxor *Gozwini de Valkenberg*, & *Willegisus*, spurius, Præpositus Waldbeccensis. Comitum Stadensium originem Cel. Autor longius solito petiit, siquidem eos ex *Enda*, *Ludolfi*, Ducis Saxoniæ orientalis, filia, cui *Lotharium*, Comitem, ad Ebstorfiam A. 880 occisum, adjungit maritum, deduxit. *Lotharium* hunc, suspicatur Autor, exstitisse filium Comitis *Lotharii*, ex quo præterea *Reginhildis*, *Bernhardo*, Comiti in Nortthuringia, nupta, fuerit procreata. Ex *Lothario* medio Autor deducit *Lotharium*, proavum *Ditmari* Merseburgensis, qui A. 930 ad Leontium Prignitiæ gloriosam oppetiit mortem. Potissimum hujus inventi genealogici argumentum ita significavit Vir præstantissimus: *Enda progeniem dedit Stadensem. Qui enim aliter Ditmarus avum suum Henricum Stadensem dicere potuisset consanguineum Ottonis I, Cæsaris? Henrici* hujus *Calvi* uxor fuit *Juditha* Franconica. Dedit hoc Manibus *Judithæ* Cel. Autor, ut genus ejus integrum Tabula genealogica dederit expressum. Ad *Juditham* hanc refert *Hildegardem*, uxorem *Bernhardi I*, Ducis Saxoniæ, filiam quippe *Henrici Calvi*; ac *Bernhardi I*, Saxoniæ Ducis, Diploma quoddam, adhuc ineditum, publici juris facit. *Sigefridum*, Comitem Stadensem, *Henrici I* filium, *Adamus Bremensis H. E. II, 22*, appellavit *Marchionem*. Elogium id falso tribui *Sigefrido*, ostendit Noster. Gradum consanguinitatis, quæ *Henricum III*, Imperatorem, & *Utonem*, Marchionem, ex Stadensibus Comitibus ortum, intercessit, teste *Lamberto Schafnaburgensi* ad annum 1056, accurate definivit. Genus *Eupracciæ*, quæ *Henrico Stadensi*, ac deinde *Henrico IV*, Regi Germaniæ, nupsit, mira industria pervestigavit, ac Tabulæ genealogicæ interventu expressit. Notat nævum Annalium Hildeneshemensium ad A. 1089, ubi legitur *Marchio de Brandenburg* loco *Egberti*, *Thuringiæ Marchionis*. *Udo III* A. 1100 occupavit Brandeburgum. In Diplomate *Lotharii* Saxonis, quo hic Abbatiam

Pag. 21.
22.
37.
38.
40.
43.
44.
47.
49.
58.
68.

batiam Alesleve Archiepiscopo Magdeburgensi, permutato castro Schattfeldo, tradidit, annum infirmo stare talo, Autor solide monstrat. Editum illud jam est in *Scriptoribus* B. *Menckenii.* Comitatum Stadensem ab
Pag. 71. *Adalberone*, Archiepiscopo, jam ecclesiæ Bremensi fuisse partum & acquisitum, demonstrat. Anno certe 1221, teste Chronico Riddogeshusano, *Henricus Longus*, *Henrici Leonis* filius, Comitatum Stadensem Ecclesiæ Bremensi tradidit. An consenserint fratres & ii, quorum intererat, an gravioribus testimoniis idem doceri possit, porro est investigandum.
76. *Burchardum*, Comitem Palatinum Saxoniæ ad A. 1003, fuisse Comitem Conradsburgi ac Merseburgi, *Egenonis* filium, *Egenonis junioris* patrem, curate ostendit Autor, Comitibusque Plocecensibus eruendis adeo inten-
78. tus fuit, ut genealogiam eorum admodum ampliaverit. Intexuit opportune genus ac familiam Comitum Donderslebiorum. In Comitibus Ascaniæ primis solide connectendis nec operæ, nec judicio, pepercit. *Hassionis*, in Hartingau & Franconia Comitis, progeniem ex Vita *Luit-*
87. *burgis* dedit, ostenditque, *Luitburgin* exegisse vitam anachoreticam in spelunca prope Blanckenburgum, ubi postea Cœnobium S. *Michaelis* prope Quedlinburgum ac Blanckenburgum surrexerit. Benedictini Cœnobii *Winithuson* locum ostendit in villa *zum Thal*, sita intra Principatum Blanckenburgicum prope Bodam. *Joannis Georgii Eccardi* initia genealogiæ Ascaniensis revocat ad limam, ac, unum alterumque momentum liberioribus conjecturis deberi, modeste monet. *Hodonis*,
91. Marchionis Orientalis, stemma, licet primordia nitantur suspicionibus, ex fide *Eccardi* repræsentat. Cur Cel. Autor *Henricum*, Saxo-Lauenburgicum, haud curatius in *Tabula V* designare voluerit, quæstio est al-
98. tioris indaginis. Cur *Eilica*, Ducis Saxoniæ Magni filia, dicta sit *Marchionissa*, solicite quærit, probabile tandem existimans, eam sic fuisse dictam, eo quod magnam Marchiæ Orientalis tenuerit partem ex hæreditate paterna. *Eilicæ* fuisse jus in Ducatum Saxoniæ, ex judicio quidem *Henrici V* Regis, largimur. *Lothario* autem ob aviam firmiora fuisse
103. jura, perspicitur ex Luneburgi, Welficæ genti ab Imperatoribus vindicati, historia, nisi malis, titulum a Luneburgo disjunctum fuisse. Controversiam, de Ducatu Saxoniæ Seculo XII agitatam, Autor succincte
109. solideque enodat. Largitur Perill. *Jo. Petro de Ludewig*, *Albertum Ursum* esse fundatorem Ducatus Transalbiani, ac ejus ratione ipsum nec Imperio, nec Duci Saxoniæ, fuisse obnoxium. Ex *Ottonis II*, nepotis, Di-
123. plomate uno & altero Ducatus ille omnino luculente apparet. Consonat *Henrici VI* Imp. Diploma. Lebusium A. 1250 a Lignicensi Du-
131. ce *Boleslao* ad Marchiam Brandeburgicam accessisse translatum, Noster tradit. Suffecerint hæc in præsens loco speciminis. Nemo facile, qui æquus rerum arbiter sedet, negaverit, librum hunc in suo genere aliis excellere & eminere, quantum lenta solent inter viburna cupressi. Conservet nobis Deus Virum tantum ac talem, a quo Germania nostra illustratur, &, quicquid Principum in ea medio extitit ævo, in apricum ex tenebris profertur.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiae

Calendis Aprilis Anno MDCCXLIII.

C. CRISPI SALLUSTII QUÆ EXSTANT, CUM Notis integris GLAREANI, RIVII, CIACCONII, URSINI, CARRIONIS, MANUTII, COLERI, C. & A. POPMÆ, PALMERII, PUTSCHII, DOUZÆ, GRUTERI, RUPERTI, GRASWINCKELII, & JOSEPHI WASSE; atque selectis CASTILIONEI, ZANCHII, JO. FR. GRONOVII, JANI BROUKHUSII, &c. Accedunt JULIUS EXSUPERANTIUS & PORCIUS LATRO, ut & Fragmenta Historicorum, cum Notis integris A. POPMÆ, COLERI, RUPERTI, WASSE, BROUKHUSII, &c. cura SIGEBERTI HAVERKAMPI. Cum Indicibus copiosissimis. Tomi II.

Amstelædami, apud F. Changuion, J. Catuffe, H. Uytwerf, Hagæ Comitum, apud P. Gosse, J. Neaulme, A. Moetjens, A. van Dole, Ultrajecti, apud Steph. Neaulme, 1742, 4 maj.

Tomus I Alph. 2 plag. 4, Tom. II Alph. 3 plag. 16.

Qui colligendi studium & laborem *Sigeb. Haverkampi*, Viri, cum viveret, industrii & probi, novit, non mirabitur, quare novam *Crispi Sallustii* editionem paulo ante obitum suum nobis excudendam curaverit. Etsi enim *Gottl. Cortius* noster in emendando illustrandove hoc Scriptore tam sedulus & diligens fuit, ut nihil propemodum, quod ad ipsum *Sallustium*, ejusque Historiarum fragmenta, attinet, ab aliis interpretum ingeniis addi commode posse videretur; ta-

Digitized by Google

men, nescimus quo autore permotus, Cel. Editor id sibi credidit negotium dari, ut, relictis *Cortii* lucubrationibus, omnes fere aliorum virorum doctorum annotationes coacervaret, quemadmodum id titulus libri, religiose a nobis servatus, demonstrat. Quare vix operæ pretium esse judicaremus, plura, quam modo diximus, de libro hoc dicere, cum quod *Wassianam* editionem, utpote archetypam *Haverkampi*, alio loco, more instituto que nostro, abunde descripsimus, tum quod nihil inde novi ad Lectoris utilitatem & commodum peti posse constat, nisi ipsa libri moles, ne in manus vix sumtum deponeremus, jure suo postularet. Distributum est hoc non modicæ magnitudinis volumen in *duas Partes*, quarum *altera Bellum Catilinarium*, & *Jugurthinum*, complectitur, *altera* primo *Præfationes* & *Dedicationes* Clarissimorum *Sallustii* interpretum, dein vitam *Sallustii*, a *Crinito*, & *Jo. Clerico*, adornatam, post *judicia* & *testimonia* de *Livio*, tum *Crispi Sallustii Historiarum Fragmenta*, ejusque *Orationes duas ad C. Cæsarem*, item *Declamationem in Ciceronem*, & *Ciceronis in Sallustium*, porro *Julii Exsuperantii Opusculum de Marii Lepidi ac Sertorii bellis civilibus*, & *Porcii Latronis* Declamationem *contra Luc. Serg. Catilinam*, adhæc *Fragmenta Historicorum veterum*, denique *Ausonii Popmæ, Frisii, de usu antiquæ locutionis Libros duos*, ad illustrationem præcipue Historicorum veterum aliorumque Scriptorum antiquorum, exhibet, quæ agmina triplici Indice clauduntur: primo videlicet rerum memorabilium, ex *Thysiana* editione haud dubie descripto; altero dictionum, quem *grammaticum* & *criticum Haverkampus* vocat, nobis *Wassianum* appellare liceat; tertio Autorum, in Notis illustratorum, quem itidem a *Wassio* profectum esse scimus, a Cel. vero Editore nullibi auctum fuisse, ea de causa miramur, quoniam non huic, sed *Wassianæ* tantum, editioni hoc pacto convenit. Præcipuam οἰκονομίαν hujus *Sallustii Haverkampiani* enarravimus. Videndum nunc est de ornamentis, quæ huic novæ ἐκδόσει accessere. Pauca sunt certe, amice Lector, quæ tua nosse interest. Interim, quid aliorum virorum industriæ, quid sigillatim *Haverkampo*, debeat *Crispus* noster, quanta poterimus brevitate,

brevitate, exponemus. Non satis habuit doctissimus *Haverkampus* Virorum doctorum Notas, quas *Janus Gruterus*, & post eum *Jos. Wasse ex Gruteriana* editione, suis ubique doctis observationibus admixtis, collegit, utplurimum selectas repetere, sed integris cujuscunque viri Commentariis onerare *Sallustium* placuit, quod utrum via & ratione factum sit, liberum jam nobis non est, excutere. In eo saltem fundi literarii calamitatem querendam esse intelligimus, quod Autorum Græcorum Latinorumve editores, non quid dici subtilius, & ad sensum verbaque Scriptoris accommodatius afferri, possit, sed quo forma & pretio speciosiores libri emittantur, sæpissime curant. Nam, etsi nemo inficietur, interpretum *Sallustii* coryphæos esse, quorum copiæ hic exhibentur, omnes tamen animadversiones, præsertim si sunt copiosæ, aut nihil, nisi sententiæ diu profligatæ veterem defensionem, præstant, recoqui, nec literarum emtorumque conditio, nec ipsa ratio, patitur. Quis enim antiquiores magnopere concupiscat, si in rebus obscuris vel certiora attulerunt novi interpretes, vel divinandi arte superiorum industriam vicerunt? Sic in multis nemo sectabitur *Wassium*, qui de sententiarum verborumque *Sallustianorum* vi ac potestate acutissime disputantem *Cortium* legit. Utcunque vero existimentur ea, lætabuntur tamen ii, qui, præter criticas dapes, historica quoque, politica, geographica, antiquaria, & alia id genus notarum bellaria, anhelant, universos *Christophori Coleri*, *Theodori Graswinckelii*, *Christophori Adami Ruperti*, & *Jani Mellerii Palmerii* in *Sallustium* Commentarios suis quosque locis insertos fuisse, quo beneficio certe Cel. olim *Haverkampus* omnem conquirendi molestiam opportune sustulit. Ceterum, ne quis criminetur, alienis tantum plumis hanc novam editionem superbire, is sciat, doctissimum *Haverkampum* ex undecim Codicibus MStis Leidensis Bibliothecæ publicæ, item editione Romana omnium antiquissima anni 1470, *Sallustium* diligenter recognovisse, varias MStorum lectiones separato a Notis loco, quemadmodum olim in *Lucretio* fecit, collocavisse, suaque effecisse opera, ut *Jani Broukhusii* non tantum ad *Sallustium* κῶλα, quæ ad oram libri sui alle-

verat vir κριτικώτατος, lucem viderent, sed nova quoque *Sallustii Historiarum Fragmenta*, aliaque, ex schedis ejusdem viri summi prodirent, quæ sola profecto huic editioni non exiguam laudem & decus conciliare videntur.

Tom. II pag. 397.

JULII PONTEDERÆ ANTIQUITATUM LAtinarum Græcarumque enarrationes atque emendationes, præcipue ad veteris anni rationem attinentes, Epistolis LXVIII comprensæ, & Tabulis plurimis ornatæ.

Patavii, typis Seminarii, apud Joannem Manfre, 1740, 4 maj. Alph. 3 plag. 10, cum 36 Tabulis Chronologicis, & una Tabula ænea.

Posteaquam, librum hunc in Italia prodiisse, cum ex Ephemeridibus, tum aliis id genus literis publicis, didiceramus, summa cupiditate videndi legendique eum flagrare cœpimus, quæ fecit, ut ejus ad nos perferendi tarditatem difficultatemque non modo impatienter ferremus, sed fati nunc inclementiam, nunc librariorum, oculis forte nostris tale opus surripientium, incuriam, damnaremus. Sed, quem studia nostra invitare in has terras nequidquam potuerunt, eum nobis præter spem nescimus qui casus obtulit, acceptusque propterea ad nos venit, quoniam sat sero. Quare omni contentione confirmare possumus, magno nos ardore velut ex longinqua fame, cum ejus nobis facta copia esset, ad librum legendum, tanquam ad epulas, accessisse. Utrum opinioni nostræ, quam de harum *Epistolarum* præstantia conceperat animus, lectio illarum responderit, non necessarium est iis exponere, qui magnum certe *Jul. Pontederæ* nomen, ejusque in omnes humanitatis literas merita, ignorare nullo modo possunt. Quis enim a tali ingenio aliud quidquam, nisi omnis doctrinæ copias, Latini sermonis facundiam, & in disputando subtilitatem, jure exspectet, aut quis speret unquam fore, ut, qui a tenera ætate humanitatem vehementer amavit, & adhuc cum celeberrimis Patavii literati Duumviris, *Jac. Facciolato* & *Jo. Bapt. Morgagno*, altero Oratore disertissimo, altero medicæ artis doctore, literas

Græcas

Græcas Latinasque cum laude ornat, indignum liberalibus artibus aut incomtum quoddam opus effingere possit? Magni semper orbis eruditus *Patinos*, *Sponios*, *Valentes*, fecit, horumque nominum memoria in animis adhuc nostris viget, & pie colitur. Quid mirum ergo, si eodem, vel majori, honore bonus quisque *Jul. Pontederam*, in Patavino Gymnasio Botanices Professorem eximium, prosequatur? Quanquam id enim nobis non sumimus, ut, contentione horum virorum facta, uter altero major doctiorque habeatur, definiamus: est enim hæc disputatio neque instituti nostri, neque per se ad veri indagationem satis idonea ratio, cum, quo quis plus studii cogitationisque in ornandis poliendisque literis nostris consumsit, eo alacriores ad extollendum eum cupidioresque simus; nihilo minus tamen, cum sit communis sententia a ratione profecta, & sapientissimorum hominum judicio comprobata, artem, quam quisque novit, non alienis, sed similibus, semper studiis ali sustentarique oportere, eumque multo felicius operam literis navare constet, qui unam artis disciplinam, quam qui plures simul, amplectitur, verendum nobis profecto non est, ne oratio nostra in reprehensionem cadere possit, si dixerimus, *Jul. Pontederam* illos artis medicæ heroas aliquantum vicisse, quod hi rem antiquariam, per se liberali ingenio dignissimam, naturali tamen scientiæ parum aut nihil profuturam, amaverint, ille vero in rerum naturalium causis cognoscendis operam laudabiliter posuerit. Quid enim ad hæc ejus studia magis videtur accedere, quam ipsius terræ, item herbarum, frugum, arborumque, contemplatio, & solers cultio? Nostra certe sententia haud scimus, an quidquam beatius hac voluptate, & ad corpus hominis tuendum salutarius, esse possit, quam terræ divinitus insitæ virtutis præclara cognitio. Hac autem Clariss. *Pontedera* mirabiliter delectatus est, non ignorans, omnium rerum, quæ a terra generantur, intelligentiam non tantum ad morborum remedia maximam vim habere, sed iis quoque rusticationem prodesse, qui veterum de cultura agri præceptiones, ornate eleganterque scriptas, probabiliter interpretari cupiunt. Si igitur Cl. *Pontedera* a puero agriculturæ

 deditus

deditus fuit, domique rei rusticæ præceptorem informatoremque patruum *Laur. Pontederam* habuit, eaque inprimis sedulitate hanc ruris disciplinam coluit, ut, quod tempus ab optimis artibus subducere licebat, vel stirpibus inserendis & propagandis, vel vitium culturæ, adjiceret, mirari nos non subit, quare ad ea, quæ a *Catone, Varrone, Columella*, memoriæ prodita sunt, illustranda tantum eruditionis, tantamque doctrinarum copiam, attulerit. Ejus ipsius tum in *Rusticos veteres* studii rumor, nescimus, quo fato, in Germaniam pervenerat, ejusque inprimis rei certior factus erat *Thomas Fritschius*, vir non tam librariæ artis in Germania, dum viveret, peritissimus, sed ingeniorum quoque subtilis & acer judex, qui jam dudum in animum inducens, *Scriptores rei rusticæ* suis sumtibus excudere, undique opes circumspexit, nihilque vehementius optavit, quam ut fidem, olim datam hominibus literatis, demum exsolvere posset. Quanquam enim maturare opus & hortatione & argento studuerat, ne hilum tamen contentio ejus profecit, cum quod Cl. *Schœttgenius*, cui primum libri perpoliendi curam demandavit *Fritschius*, Stargardiam se contulerat, tum quod alii spe & falso gaudio librarium duxerant. Certe, quanta *Rusticorum* jam A. 1721 expectatio fuerit, Celeb. olim *Fabricius* nos docet in *Bibl. Latin. Tom. II pag. 22, novam*, inquiens, *Catonis & aliorum rei rusticæ Scriptorum veterum Latinorum editionem .... exspectamus jam pridem a Clariss. Christ. Schœttgenio*. Interea divinavit haud injuria *Fritschius*, magnam apud Lectores gratiam doctissimas Italorum lucubrationes, & Cl. *Pontederæ* inprimis, si accederent Geoponicis Latinis, animadversiones, habituras esse. Quare ad veterem *Jac. Facciolati* amicitiam continuo se applicuit, sive quod putabat, a Viro summo honestatem diligentissime coli, sive quod neminem illo Transalpinorum rebus faventiorem noverat, ab eoque assiduis precibus contendit, ut, qua posset, facundia Doctiss. *Pontederam*, consiliis tam humani interpretis & pararii haud dubie faciles præbiturum aures, ad commodandas sibi opes Rusticas incenderet. Candide petenti *Fritschio* morem liberaliter gessit Cl. *Pontedera*, sociumque se docti laboris & comitem haud invitum fore

fore teſtatus eſt. Igitur prima ejus ad *ruſticæ rei Autores* obſervata, elegantia & ingenio ipſius digniſſima, cum *Jo. Bapt. Morgagni* & *Jac. Facciolati* eruditiſſimis copiis, Lipſiam præter ſpem A. 1723 venerunt, quorum adventu ſtudia *Fritſchii* crevere, nemoque dubitavit, quin toties promiſſi *Scriptores* proxime in dias luminis auras exituri eſſent. Verum, ut ſunt res mortalium, aliter cadere ſolent, ac proviſum eſt. Quamvis enim horum evulgandorum cura Cel. *Geſnero*, literarum fugientium in Germania præcipuo ſoſpitatori, demandata eſſet, omnesque boni inde fauſtum omen caperent, quod virtutis & doctrinæ illius Viri decora noverant, multæ tamen & magnæ difficultates interceſſerunt, quibus denuo futuræ *Ruſticorum* editioni mora injecta fuit. Non neceſſarium eſt, hoc loco talia pluribus commemorare, quæ Cel. *Geſnerus* candide, ut omnia ſolet, & eleganter in Præfatione ad *Scriptores R. R.* expoſuit; verum, quid in mentem nobis venerit, cum has Clariſſ. *Pontederæ* Epiſtolas in manus ſumeremus, id noſtro qualicunque judicio magis attinet Lectorem docere. Ex quo tempore enim Cl. *Pontedera* lucubrationes primas Lipſiam miſit, de nova *Ruſticorum* editione ipſe nobis cogitaſſe videtur, quod, exſpectando haud dubie fatigatus, nunquam ſperabat fore, ut monumenta illa, per ſe aurea, ſed veteri pulvere ſordibusque obſita, detergerentur, atque illuſtrarentur. Eam ob cauſam diligentiori cura in *Ruſticos* commentari cœpit, deque nobiliſſimis Autorum veterum locis tam acute in noſtris ad *Andream Maranum*, Virum Clariſſimum, Epiſtolis, tamque copioſe, diſputavit, ut, meſſe jam pridem ab ipſo facta, non ſpicilegium accederet, ſed nova & ubertate ſua valde commendabilis obſervationum criticarum ſeges oriretur, quæ ſola fundi ruſtici ornamento ſufficere poterat. Accidit autem præter exſpectationem, ut in enarrandis præcipue anni veteris rationibus occupato tum forte Cl. *Pontederæ*, Epiſtola Cel. *Geſneri* de futura *Scriptorum rei ruſticæ* editione, in *Actis* noſtris *A. 1732 Menſ. Jun. pag. 295* promulgata, traderetur, qua, poſt multas varii generis objectas moras, *Scriptores* demum a ſe extrema manu politos, typis Lipſienſibus proxime excuſum iri, Vir magnus ſignificaverat. Hoc nuntio per-

turbatus,

turbatus, quod in re dubia consilium caperet, Cl. *Pontedera* animi pependit, quemadmodum id abunde intelligitur ex ejus Epistola ad *Jo. Matth. Gesnerum*, Virum Cel., data, quæ exstat *T. II Script. R. R. pag. 1281.* Multa enim in promtu habebat Cl. *Pontedera*, quibus novam editionem rursus locupletandi copia dabatur. Sed obstitit ei simul ingens volumen, cujus formam novæ animadversiones induerant. Integras autem mittere, necessarium non duxit, quoniam Commentarii limites egressus, longiusculas de antiquitatibus Græcis Latinisque disputationes effuderat, aliis præterea congestis & immixtis, quæ ex obscurissimis temporibus eruta, & falsis hominum opinionibus purgata, ita luci exposuerat, ut veteris non solum Astrologiæ facies instaurata, sed etiam *Cato*, *Varro*, *Plinius*, aliique, a vitiis & erroribus liberarentur. In varia voluntate id unum tamen committere noluit, ut δευτέραι φροντίδες suæ a *Rusticis*, Lipsiæ tum prodituris, abessent. Quare, maximam partem in compendium missis iis, quæ latiore disserendi specie, nec ad tenue elimatis rationibus, in his ipsis, quas Lectori jam commendandas sumsimus, *Epistolis* scripserat, insignes denuo symbolas, & vel solas nova editione dignissimas, Lipsiam eo tempore misit, cum, ferventibus jam operarum studiis, omnis *Cato*, & bona pars *Varronis*, prelo exiisset. Ne tamen hoc auctarium vel literis, vel splendori librorum rusticorum, vel Cl. *Pontederæ* meritis & laudi, officeret, Cel. *Gesnerus* studiosissime laboravit. Cum enim suis quæque locis propter rationes, quas diximus, collocari non possent, multaque præterea ab ipso Editore ingeniosius animadversa essent; id sibi credidit negotium dari, ut, religiosissime descriptis Clariss. *Pontederæ* annotationibus secundis, suas quoque castigationes & aliorum commoditatis gratia admisceret. Quod certe tanto minus ægre ferre potuit humanissimus *Pontedera*, quanto pluribus nos experimentis eximiam animi *Gesneriani* indolem didicimus, a qua profecto tantum omnis aut malæ mentis, aut doli, aut φιλαυτίας, aut mendacii, suspicio, quantum a pessimo quoque probitatis ingenuitatisque virtus, abest. Sed, quod institutum facile omnibus approbavit Cel. *Gesnerus*, ejus rei veniam a Cl. *Pontedera* impetrasse

non

non videtur, quoniam sub *Andr. Marani* persona stomachantem eum, & de aliqua honoris particula sibi erepta magno studio conquerentem, postea audiemus. Utrum jure, an injuria, id fecerit, demonstrare prius non juvat, quam harum *Epistolarum* uberrimas opes publice spectandas exhibuerimus. Ad quarum rationem explicandam dum ingredimur, monendum esse ducimus, locupletiores harum *Epistolarum* observationes in *Gesnerianis rei rusticæ Scriptoribus* jam apparere, eo tamen discrimine, ut illic sententia *Pontederæ* breviter, ut par est, descripta exstet, hic autem, præter laboriosissimas de anno veteri lucubrationes, & oratio liberior regnet, & ad declarandos animi sensus plures argumentorum conclusiones digerantur. Bonum igitur factum, quod nobilissimis gloriæ stimulis excitatus Cl. *Pontedera*, monumentum ære perennius, soloque suo illustri nomine conspicuum, exegerit. Quanquam enim nemo tam cæcus est & stupidus, qui, quid inprimis Cl. *Pontederæ* tribuendum sit in *Scriptoribus rei rusticæ*, non statim intelligat; præclare tamen ipse secum egisse videtur, quod jam, spreta Transalpinæ laudis societate, suum sibi hoc pacto honorem illibatum servare studuerit. Utcunque vero talia existimentur, literis tamen & nobis opportune accidunt hæ *Epistolæ*, quarum non tantum ipse in secundis ad *Rusticos Autores* curis, (vid. *Add. ad Caton. VII*, 3, & *Varr. I, 39, 3, pag. 1298*, item *Colum. II, 4, 4,*) sed Celeb. etiam *Gesnerus*, cum laude meminit, *etiam hic*, inquiens, (*Add. ad Varr. I, 13, 2,*) *Epistolas Viri Clarissimi impatienter exspecto.* Quemadmodum igitur Cl. *Pontedera* fidem datam egregie solvit; ita nos efficiendum curabimus, ut, ad quos ipse liber nondum pervenerit, ejus tamen archetypi exemplum, nostro qualicunque penicillo adumbratum, veniat. Post disertissimam Epistolam, qua tribus Patavini Gymnasii moderatoribus, *Jo. Petro Paschalico*, *Joanni Emo*, & *Laurentio Theupolo*, suas Antiquitatum Latinarum Græcarumque Enarrationes nuncupavit Cl. *Pontedera*, in universas *Epistolas* elegantissime præfatus est, ostendens, falso plerumque homines de exhaustis literarum fontibus queri, cum multa adhuc supersint, quæ pro-

cui dubio & diligentius conquirere, & rectius constituere, & ingeniosius explicare, nos oporteat. Hanc opinionem, publice conceptam, ut ex hominum animis omnino evelleret, hunc librum digessit. Etsi enim multi de Latinæ linguæ origine, ejusque etymis, Commentaria politissima ediderunt; idem tamen saxum volvere non dubitavit, sive quod alios censebat ad linguæ primordia non penetrasse, sive quod neglectis alii Græcorum fontibus recta deerraverant. Quis nescit præterea, quantos & quales de veteris anni rationibus *Scaliger*, *Calvisius*, *Petavius*, *Dodwellus*, at quanta nomina! Commentarios perscripserint? Nihilo minus tamen ne hi quidem impediverunt, quo minus, veritate duce, vel rebus abstrusis tenebras auferret Cl. *Pontedera*, vel acutius vetustissimæ memoriæ tempora dispensaret, *ut mirum profecto sit*, (liceat ejus verbis uti,) *ex adeo dissimili principio aut illos vera consectatos fuisse, aut nos.* Ac vellemus, commode fieri posset, ut, quam verum sit, quod dixit Cl. *Pontedera*, commemorandis omnibus antiquitatum enarrationibus & emendationibus demonstraremus. Sed, quia integra primo loca Autorum huc transcribenda, deinde rationes inter se aptæ & nexæ cum initiis suis omnibus repetendæ, pluraque dicenda essent, quam nostrorum Commentariorum limites patiuntur, doctos homines ad ipsum librum amandamus. Ne quis tamen nos aut velle subterfugere laborem, aut non satis opes criticas, quibus hic liber refertissimus est, approbare doctis nos posse, existimet, in tanta rerum pulcherrimarum affluentia veniam nobis dabunt Lectores, si potiora Capitum lemmata & titulos, quam potuerit brevissima oratione, exposuerimus. Qua in re non patiemur, ut in aliquibus nostrum qualecunque judicium desideretur. Omnis liber *sexaginta & octo Epistolis* constat, in quarum *prima* Clariss. Autor *de veteri scribendi ratione* egregie disserit. Cum enim videret, veterem Latinæ linguæ scripturam adeo parvi fecisse interdum Editores, ut in *Catone* & *Varrone* tanquam vetustatis deliramenta non immutarint solum, sed etiam ferme totam exstinxerint, id egit, ut post *Scaligerum*, *Turnebum*, *Ursinum*, *Popmam*, *Victorium*, antiquas literarum formas revocaret, præceptionumque suarum verita-

veritatem exemplorum inductione, ex vetustis lapidibus & libris repetita, comprobaret. Duplicis autem generis ejus regulas esse, alias ad *Vocales*, alias ad *Consonantes*, respicere, videmus. Prioris generis sumtiones hæ sunt: 1) Veteres, cum duplex Pag. 5.
Æolicum digamma concurreret, alterum in *o* mutarunt, ut *davos*, & *servos*; hinc, *Catonem* non *quum*, sed *quom*, & *Varronem* non *avus*, sed *avos*, scripsisse, concludit. 2) Loco *e* usi sunt *o*, ut in *voster* pro *vester*; sic, *Varronem* maluisse, dicit, *sursum vorsum*, quam *sursum versum*. 3) Cum *i* porrectam sylla- 6.
bam efficeret, vetusta scribendi consuetudine adscitum fuit *e*, ut *fruei* pro *frui*, cujus scriptionis antiquitatem *Catonis* & *Varronis* interpretes male sustulisse, queritur. 4) *E* in *u* transit in 7.
verbis, quorum participia in genitivo in *is* desinunt; hinc, *faciundum* pro *faciendum* in libris reponi oportere, decernit. 5) In Superlativis litera penultima *u* locum obtinet, ut *maxumus*, pro *maximus*. Temere ergo exsculpta in *Catone* & *Varrone* esse *altissume*, *simillumum*, *acerbissumum*, putat, quibus verbis adjungit extra Superlativum *tutas* pro *totas*, quod vitiosum non esse, *Eugubinarum* tabularum autoritate contendit. 6) *Oi*, 8.
sive *oe*, pro *u* veteres posuerunt, ut in his: *moinicipio*, *coiravit*, pro *municipio*, *curavit*, & *moerus* pro *murus*. 7) Quæ nos per *u* scribimus, vetusti per *o* scribebant, ut *taboleis* pro *tabulis*, *poblice* pro *publice*. 8) Græcum illud ȣ non *u*, sed *ou*, & αι non *ae*, sed *ai*, expresserunt, ut *injouriam*, non *injuriam*, 9.
Fourios, non *Furios*, *Caisare*, non *Cæsare*, *Romai*, non *Romæ*. 9) Græcum *y* in *u* mutarunt. Hinc male in vetustis memoriis reposuisse editores *bombycina* pro *bombucina*, existimat. 10) In 10.
verbis compositis formam simplicium studiose retinuerunt veteres. Ita v. c. *intelegitur* & *disquæro*, non *intelligitur* & *disquiro*, scripsisse, verisimile est. Eandem Cl. *Pontederæ* doctrinam redolent alterius generis de orthographia consonantium regulæ, quarum vis ea est: 1) Cl. Autor censet, antiquissimam gentem togatam non duplicasse consonantes, v. c. *Colega* pro *Collega*, *anus* pro *annus*, *numus* pro *nummus*, quam vocem tamen, Clariss. *Pontederæ* venia, hic eximemus, utpote quæ nunquam aliter, nisi eo pacto, a Latinis efficta esse videtur. 2) π

Græcum veteres non per *b* scripsisse in verbis, ubi apposita præ-
positio ἀπὸ, *ab*. Sic *apstulit* recte, & in *Politiani* libris *Varronia-
nis opsequito* probabiliter servari. 3) In verbis, quæ cum *trans*
junguntur, semper *tra* exhibuisse, ceu in *traduco*, & *tralu-*
Pag. 12. *ceo*. 4) *C* pro *G*, & *C* pro *Q*, posuisse; inde *Catoni* & *Varro-
ni* illud *Sacontinos*, pro *Saguntinus*, & *decocunt*, item *cotidie*, pro
decoquunt, & *quotidie*, restitui oportere. Hac Editorum desi-
dia quantum dedecoris & detrimenti Autores acceperint, &
13. quantum ex lingua imminutum fuerit, sequenti *Epistola, de
veteris Orthographiæ utilitate*, docet. Nisi enim verborum La-
tinorum nitor antiquus, & horridior dicendi simplicitas, in-
stauraretur, viam illi certe, inquit Cl. Autor, nobis inter-
cluderent, qua etymorum origines & linguæ primordia, gen-
tium propagines, inquirere & patefacere possemus. Quæ cum
diligentius animadverteret Cl. *Pontedera*, facile his ducibus ad
prima Latinæ linguæ incunabula penetravit. Ita enim, quo pro-
pius vocum Latinarum potestates intueri cœpit, eo certius sibi
persuasit, e Græco fonte plerasque ductas esse. Sic, vocis *aru-
spex*, antiqua regula scriptæ, origines citius nos scrutari posse,
19. existimat, quam si, recentiorum consuetudine, *haruspex* pinga-
tur. Nam, ex tabulis Eugubinis, unde descendat, intelligere
nos posse, arbitratur, quæ exhibent *entas iuru, urnas iaru*,
quod est *urnas in ara positas; aru* itaque ab Etruscis ema-
nasse, & pro *aræ* antiquitus poni, conjicit. Idem voce *piacu-*
21. *lum* probare studet, quam propter Etrusci verbi *pihacluo* ratio-
nem a πίος & ἀκλύω deducit, ita ut *piaculum* sit, quod etiam
selectissimis hostiis Numina avertat. His præmissis, ad ipsos
25. *Catonis* & reliquorum *Rusticorum* libros accedit, ubi primum
de editionibus *Catonis* verba faciens, *Victorianam* reliquis præ-
fert, ea tamen cautione adhibita, ut, quæ *Victorius* & *Aldina*
retinuerint, ultimæ notæ, & tanquam de fæce hausta, abjicienda
esse putet. Ipse vero, nonnullis ex Bibliotheca *Vaticana*, *Me-
dicæa*, & *Veneta D. Marci*, subsidiis adjutus, qui antea ægro-
torum corporibus salutem attulerat, nunc male habitis a tem-
pore & imperitia *Rusticorum* libris subvenit, vulneribusque
medicam adhibuit manum. Utinam vero his ingenii *Ponte-*

deraui

drani copiis pro rei dignitate explicandis oratio noſtra ſufficeret, nihil certe nobis hac re ſuavius Lectorique jucundius accidere poſſet. Sed, cum in tanta, ut ante diximus, animadverſionum varietate, quid primo aut extremo loco enarrandum ſit, plane neſciamus, omnium ſaltem *Epiſtolarum* indiculos tradere ſufficiat. In *Epiſtola* igitur *tertia emendatur M.* Pag. 24.
Cato in Caput VIII ruſticarum rerum. In *quarta emendatur M.* 36.
Cato a Capite VIII in Caput XXXVIII. In *quinta emendatur M.* 51.
Cato a Capite XXXVIII in Caput LXXIV. In *ſexta emendatur* 65.
M. Cato a Capite LXXIV in Caput CLVII. In *ſeptima emen-* 82.
datur M. Cato a Capite CLVII ad extrema. In *octava emenda-* 90.
tur Varronis Liber I de Agricultura in Caput XIV. In *nona* 103.
emendatur Varro a Capite XIV in Caput XXIV. In *decima emen-* 121.
datur Varro a Capite XXIX in Caput XXX. In *undecima emen-* 134.
datur Varro a Capite XXX in Caput XXXVIII. In *duodecima* 147.
emendatur Varro a Capite XXXVIII in Caput XLIV. In *deci-* 160.
ma tertia emendatur Varro a Capite XLV ad extremum. Quoniam vero locus *Varronis Lib. I* a *Cap. 27* ad *37* de *menſibus & temporibus annorum* breviter abſolvi non poterat, arduas nunc & perdifficiles de Aſtrologia veteri quæſtiones data opera perſequi inſtituit; cujus rei argumentum & tractatio ut via & ratione ſuccederet, omneſque ſimul ſcriptores, qui de eo memoriæ prodiderunt, inprimis *Columella IX, 14*, & *Plinius Lib. XVIII*, majori cum fructu legerentur, poſt *Scaligeros* & *Petavios*, tota antiquitate arceſſita, cujuſcunque anni formas ordinare contendit. Quanquam enim *Varronis, Columellæ,* & *Plinii*, dicta Juliani tantum anni computationem reſpiciunt, *de Juliani* tamen *anni partibus*, recte inquit Cl. Autor in *Epiſtola XIV*, in 173.
qua tota, *ut Varro, de temporum ratione agens, emendetur, quid præſtandum ſit*, nos docet, *quis agere poterit, niſi prius de ipſo anno ſcribat? Hunc autem noſcere, certa ratione definire, & a quo ducere, & quo, altioris, quam putas, indaginis videtur - - - de menſibus propterea, de temporibus, de intercalatione, de anni initio, quibus totius quæſtionis ratio concluditur, ut ſuperiori ævo mos obtinuit, cognoſcere debemus.* Hujus igitur indiſſolubilis vinculi, quo rationes inter ſe ligantur, optime

 memor

Pag. 174. memor Clariss. *Pontedera*, non dubitavit in *Epistola XV* de *Chaldaica Dieteride, ejusque principio in anno nostro, qua Græci & Romani usi sunt*, demonstrationis suæ Chronologicæ initium capere, hisque velut tibicinibus residuam substructionis molem inædificare. Tacenda hoc loco memorabilis apud *Plinium Lib. XVIII Cap. 25* sententia non erat, qui, *tres fuere*, inquit, *sectæ, Chaldæa, Ægyptia, Græca: bis addidit apud nos quartam Cæsar Dictator, annos ad solis cursum redigens singulos, Sosigene, perito scientiæ ejus, adhibito.* Quem ordinem secutus fuisse videtur Clariss. *Pontedera*. Nam Chaldaicum primo annum ex *Herodoto* & *Plutarcho* contexuit, eundemque in civitatem Romanam recepit; deinde *Græcam*, *Ægyptiacæ* Astrologiæ junctam, exposuit, quoniam, uti *Bœotia Chaldaicæ* æmula est & rivus, ita *Attica* ad *Ægyptiacam* proxime accedit. In quarum enarratione etsi omnia præclare, & cum ingenti testimoniorum apparatu, dicantur, melius tamen haud dubie literarum commoditati prospexisset Cl. *Pontedera*, si in excitandis Autorum libris & locis diligentius versari statuisset. Etsi enim superstitiosa omnium numerorum cujuscunque *Capitis* indicatione ad veritatem rei opus non est, nec a doctis Seculi XV & XVI viris probata fuit; aliquid tamen temporibus & lectorum ingenio dandum esse censemus, quorum exigua pars adeo familiariter scriptoribus utitur, ut, generatim & simpliciter nominato Autore, locum scriptoris, quem designamus, aut minores versuum distributiones, in numerato habere possit. Laborant ea, verbi causa, ut hoc tantum exemplo utamur, obscuritate quadam, & remoram lectoribus faciunt, quæ *pag. 182* prodidit. Autor *at quæ*, compellans *Maranum* suum, *Aetius de stellis scripsit, ad Chaldæos pertinere fortasse ignoras, me quoque eatenus ignorasse, quoad huic disciplinæ diligentius vacare voluisti, non pudet fateri.* Quis enim divinabit in aliis aliorum libris ceteroquin non mediocriter versatus, per *Actium* intelligi *Aëtium Amydenum*, qui in librorum medicinalium λόγῳ τρίτῳ περὶ ποιουμένων κενουμένων προσφερομένων καὶ περὶ ἀστέρων, ἀνέμων, τόπων, ὑδάτων, pauca quædam *Capite 164* περὶ ἐπισημασιῶν ἀστέρων (vid. ed. *Aldin. Aëtii pag. 92 seq.* & *Uranologium Petavii* τοῦ πάνυ *pag.*

421

421 *ed. Parif.*) confarcinavit? Jam operæ pretium erit, fingulas, quo fe excipiunt, ordine *Epiftolas* percenfere. *Decima* Pag. 182.
fexta igitur exponit de *Chaldaica aftrorum ratione; decima fe-* 188.
ptima de *Chaldæorum annis folaribus, verno, ac caniculari*, adjectis duabus *Tabulis*, quarum altera *Dieteridem Chaldaicam* 189.
canicularem, per annum Romanum digeftam, altera *annum Chal-* 192.
daicum folarem vernum, per annum Julianum digeftum, exhibet.
Succedit *Epiftola XVIII de Manilii aftronomia, ejufque anno* 195.
cælefti, cujus verba *Lib. V pag. 115 ed. Scalig.*:

At Procyon oriens, cum jam vicefima Cancri
Septimaque ex undis pars fefe emergit in aftra,

ad nullos alios, nifi Chaldæos, autores referri poffe exiftimat Cl. *Pontedera*; ad quam rem uberius demonftrandam opportune Tabulam adjecit. Totus autem ille locus *Manilii* Cl. Au- 196.
tori vehementer difplicet, quod nullum eo fœdiorem, nullum magis lacerum & divulfum, fine ulla dubitatione a *Scalige-* 199.
ro redditum effe noverit. *Primum*, inquit enim, *Carmen, undecim verfibus a fecundo feparatum, cum fecundo mifcet, eodemque reparat ac farcit,*

Nunc furgente Lyra teftudinis enatat undis,
Forma per hæredem tantum præfata fonantis,
Chelarum furget, cum pars vigefima fexta.

Et paulo poft: *En iterum:*

Hinc diftante Lyra, quæ cornua ducit ad aftra.

Hiccine eft, demum quærit, *interpres? Hiccine afflictæ vetuftatis reparator? Cuinam pædagogo in vernas tantum licuit, quantum in nobiliffimum vatem fibi licere,* Scaliger *opinabatur?* Chaldaico anno rectius conftituto, ad *Bœotii* & *Græci* anni rationes explicandas tranfit. *Bœotii* anni conformationem non tantum Scriptores Græciæ celeberrimi, *Hefiodus, Thales, Anaximander, Hippocrates, Democritus, Eudoxus, Diodorus Siculus, Plutarchus*, in libris fuis egregie tradiderunt, fed gentes etiam nobiliffimæ, ut *Bœotia, Spartana, Corinthia, Syracufana*, amplexæ funt. Sed, quo σύςημα hoc Chronologicum certo & probato niteretur exordio, operæ pretium effe duxit Autor, ab ultima antiquitate repetitis annorum differentiis, de *anno*

Bœotio-

Bœotiorum solari, de *Dieteride*, de *Tetraeteride*, de *Octaeteride*, de *anno magno Metonico*, & *Calippico*, pluribus verbis disputare, & cuilibet anno civili sua principia, quæ magnis obvoluta erant tenebris, Græca Astronomia viam monstrante, in memoriam hominum revocare, quibus singularum gentium instituta, *Bœotiæ* videlicet, *Spartanæ*, *Corinthiæ*, *Syracusanæ*, *Thebanæ*, *Atticæ*, *Olympicæ*, & *Macedonicæ*, in duas sectas distributæ, subjecit. Hanc rem totam quibus *Epistolis* executus sit Cl. *Pontedera*, paucis, si volupe est, *Lector*, *accipe*.

Pag. 200. *Epistola XIX* agit de *Bœotiorum astronomia & anno solari*, quem apposita *Tabula*, ordine *quarta*, clarius digessit. Quemadmodum vero anno solari lucem suam redonavit Cl. Autor; ita *civilem* quoque *annum* & *octeateridem Eudoxi*, quam profecto pæne omnis oblivio suppressit, cujusque nihil nisi fama ad nos pervenit, talem nobis restituit, qualem antiqui coluisse videntur.

210. tur. *Epistola* certe *XX de Dieteride ac Tetraeteride Bœotica, deque Eudoxi octeateride*, quam *Tabula* ordine *quinta* comitatur, de *octeateride Bœotica, ab Eudoxo edita*, comprobat nobis, Cl. Autorem, quantum a recentiorum scriptis declinavit & recessit, tantum veteribus, inprimis *Plinio*, adhæsisse, sine quorum autoritate atque exemplo nihil statuendum esse, recte judicavit.

213. dicavit. Sequitur *Epistola XXI de Attica Astronomia atque anno Attico solari*, quem, ex *Gemino* & *Plinio* constitutum, *Tabula* quoque *sexta* exhibet. Hoc in ordinem redacto, ad annum civilem progrediendum Clariss. Autori fuisset, nisi prius, ut

220. de *mensium Atticorum* ordine in *Epistola XXII* quædam differeret, propositi operis ratio exegisset. Cum enim interpretes ante eum omnes vel turbasse eorum nexus, vel, Latinis interdum temporibus male tribuendo res gestas, quæ illis neutiquam convenerant, insigniter lapsos esse, deprehenderet, totam hanc quæstionem, *Aristotelis*, *Demosthenis*, *Plutarchi*, & aliorum, autoritate nixus, ita discussit, ut ab omnibus jam, quæ vera sit mensium Atticorum ordinatio, quæ progressio, quæ cum Romanis similitudo, affinitas, & conjunctio, intelligatur. Non ingratam nos Lectoribus rem facturos esse ominamur, si eorum

rum quoque schema aliquod hac forma expresserimus, additis simul dierum, quos in *Dieteride* servant, principiis:

I. Hecatombæon. III Id. Qu.	*VII. Gamelion.* Prid. Non. Jan.
II. Metagitnion. Prid. Id. Sext.	*VIII. Anthesterion.* III Non. Febr.
III. Boedromion. IV Id. Sept.	*IX. Elaphebolion.* IV Non. Mart.
IV. Mæmacterion. VII Id. Oct.	*X. Munychion.* IV Non. April.
V. Pyanepsion. VII Id. Nov.	*XI. Thargelion.* Cal. Maj.
VI. Posideon. VIII Id. Dec.	*XII. Scirophorion.* III Cal. Jun.

Hi tamen omnes alio gaudent initio, quotiescunque ad aliam atque aliam anni Græci formam traducuntur, quod non tantum eruditissimus *Pontedera* pluribus exemplis demonstravit, sed etiam in sequenti *Epistola XXIII*, cum *de Atticorum annorum discriminibus* generatim verba faceret, uberius ostendit. Pag. 230.
Sex autem annorum genera apud Athenienses statui posse, existimat. Primum genus est *Dieteris Chaldaica*, pluribus gentibus communis, in qua tertio quoque anno intercalatur. Al- 235.
terum est *Tetraeteris*, cui vix singularis assignari locus debuisset, quod ex iterata *Dieteride* in orbem glomeratur; interim, quia *Dieteris* aut *Tetraeteris* solis modo, modo lunæ, progressui convenire videbatur, tabulam de illa numero *septimam* constituit, duasque *Dieterides*, ne sua amplius luce mensium *Dieteridis Atticæ*, & *Dieteridis Bœoticæ*, discrimen careret, eleganti inter se *Tabula octava* contendere allaboravit. Tertium est *Octeate-* 236.
ris, quam, Atticam scilicet, una cum *Octeateride Bœotica Eudoxi* in *Tabula nona* digessit. Quarto loco Cl. *Pontedera annum solarem* Atticorum posuit, quo ad *Metonicum* principium certius stabiliendum uti necessario nos oportet. Quintum est
Periodus Metonica, seu ἐννεαδεκαετηρὶς *Metonica*, a *Metone*, 239.
Atheniensi Astronomo, nomen sortita, quoniam is, ut *Octeateridis* inconstantiam tolleret, aut lunæ ratio ad solis motum propius accederet, annorum 19 circuitum edixit. Diu hic annus floruit, quousque *Calippus* eum vitii coarguit, animadvertens scilicet, latius, quam par erat, solis cursum evagari; itaque, ut diei particulam, quotannis redundantem, eximeret, quatuor ἐννεαδεκαετηρίδας in unum composuit, ex quo conflatum
est *sextum* genus Attici anni, *annus* videlicet *magnus*, qui ab 241.
inventore *Calippicus* appellatur, annos 76 & intercalares men-

Pag. 295. cœleſtibus quoque ſignis diſtinguitur. *Epiſtola XXXII* de
304. *Albana Hexaeteride,* & *Epiſtola XXXIII* de *Romulea Hexaeteride,* diſputat, de qua ut magis propria & præcipua commo-
308. dius referre poſſet Cl. Autor, partes earum ſingulas in *Tabula*
310. numero *XXIV* & *XXV* exſcripſit. In *Epiſtola* vero *XXXIV* probare ſtudet Cl. Autor, *Solarem Romanum, quo uſi ſunt poſt Romulum Reges ac reſpublica, fuiſſe Chaldaicum, dies 350 antiquitus complexum, & Terminalibus abſolutum.* Quo de invento lubentes ipſi gratularemur, niſi intercederent clariſſima *Macrobii* & *Plinii* loca, quorum alter *Lib. I Saturnal. Cap. 9* de *Jani* ſimulacro hæc narrat: *Inde & ſimulacrum ejus plerumque fingitur manu dextra trecentorum, & ſiniſtra ſexaginta & quinque numerum tenens, ad demonſtrandam anni dimenſionem, quæ præcipua eſt ſolis poteſtas.* Alter *Lib. XXXIV Cap. 7 Hiſt. Nat.* eadem teſtatur, *præterea,* dicens, *Janus geminus a Numa Rege dicatus, qui pacis bellique argumento colitur, digitis ita figuratis, ut trecentorum ſexaginta quinque dierum nota per ſignificationem anni, temporis, & ævi, ſe Deum indicaret.* Nulla quidem arte ſiniſtros ita digitos ordinari poſſe credidit Cl. *Pontedera,* ut humana manus eſſet, & notas *LXV* demonſtraret; nihilo minus tamen noſtro qualicunque ingenio expreſſas manuum ita figuratarum imagines damus, ex quibus apparet, duplici modo ſiniſtris digitis dies *LXV* ſignificari poſſe.
TAB. III Sive enim ſervemus utramque, a Cl. *Pontedera* nitide exſcul-
Fig. 1 ptam, manum, non ſolum pollicem & ſalutarem in ſiniſtra ma-
& 2. nu, ſed reliquas etiam, erigere jubemus, ex qua leviuſcula διορθώσει, præter figuram τȣ̃ *L,* tria ſimul *V. V. V.* naſcuntur, quæ, τῷ *L* juncta, idem efficiunt, ac *LXV;* ſive novam digitorum formam effingamus, pollicem quippe auriculari decuſſatim imponendo, utrobique tamen id naturali modo conſequimur, quod quærimus. Nam in altero ſchemate pollex & au-
Fig. 3. ricularis notam τȣ̃ *X* oſtendunt, tum auricularis, ita poſitus, baſin τȣ̃ *L* efficit, cujus priorem & erectiorem lineam annularis præſtat, denique medius & ſalutaris numerum *V* imitatur. Sed ex diverticulo in orbitam redeuntes, quod reſtat, abſol-
323. vemus. *Epiſtola XXXVI, quot fuerint poſt Numam Romæ anni initia,*

TAB. III ad Nov. Act. Erud. A. 1743. Mens. April pag. 212.

Fig. I.

Fig. II.



Fig. III.

initia, *& quotiès Conſulatus auſpicia immutata*, docet. *Epi-*
ſtola XXXVII de anno Romano intercalario, & de Olympiis, ſive Pag. 328.
myſteriis, præcipit, & *quibus annis de intercalatione antiquæ me-*
moriæ loquantur. *Epiſtola XXXVIII* de *Dieteride Romana ci-* 335.
vili & ſolari differit, ubi triplex *Tabula* reperitur, prima, nu-
mero *XXVI*, *annum civilem Romanum*, ſecunda, nume- 336.
ro *XXVII*, *Dieteridem Romanam cæleſtem*, & tertia, ordine
XXVIII, *Dieteridem Romanam cæleſtem*, *appoſito Regifugio*, ad 337.
vetus exemplum revocat. In *Epiſtola XXXIX* non minus, quam 339.
Tabula XXIX, *Dieteris Romana Eudoxi faſtis* exornatur. *Epi-*
ſtola XL Dieteridem Romanam ſolarem, diebus LIII a Cal. Jun. 340.
remotam, cum duabus *Tabulis* exhibet, in quarum una Cl.
Pontedera Dieteridem Romanam ſolarem, diebus LIII a ſua ſede 343.
remotam, in altera *Dieteridem Romanam primo anno intercala-* 344.
ri, quo Romani extremo reipublicæ tempore utebantur,
contexuit. In *Epiſtola XLI Macrobius*, *Saturnalia uno die fini-* 348.
ta ſcribens, falſitatis coarguitur, & de *anno* ſimul *ab U. C.* 350.
DCCVII, *quem confuſionis vocant*, acutam diſputationem legi-
mus. Hanc excipiunt quatuor *Epiſtolæ*, in quibus *anni Julia-* 352-392.
ni Auguſtanique forma a multis difficultatibus erroribuſque
extricata fuit. In *Epiſtola* vero *XLVI Calendarium ruſticum*
Farneſianum, *Calendarium, quo Ovidii Faſtos illuſtrant*, *Calen-*
darium Magni Conſtantini tempore expreſſum habitum, item *li-*
bros, qui inſcribuntur de re medica, *Largi Deſignatiani*, *Plinii*,
Priſciani, *Sorani Epheſii*, *monumenta eſſe tam nullius pretii*,
quam ſordidæ ac barbaræ originis, Cl. Autor oſtendere ſtudet,
cui opinioni utrum plures aſſenſuri ſint, divinando aſſequi non
licet. *Epiſtola XLII Ovidii Faſtos ex Auguſti tabula*, *Eudoxo*, 400.
aliiſque, illuſtrat. Denique colophonis loco addit *Epiſtolam* 412.
XLVIII, in qua *Ptolemæi liber*, *falſo hoc nomine proditus*, *Φάσεις*
ἀπλανῶν ἐπισημασιῶν, tanquam ſpurius, & Autoris nomen men-
tiens, damnatur. *Stellarum* enim *converſiones*, inquit Cl. *Pon-* 249.
tedera, *pluribus diebus tam indocte*, *atque imprudenter*, *quam*
ſtulte dementerque, *effinxit.* Hinc non tantum alio lo-
co Autorem hujus libri *nugacem Sycophantam Græce proditum*,
qui vitiata vitioſiora reddidit, appellat, ſed in hac præſertim

Epistola omnem ei antiquitatis laudem detrahit. Falsi in eo quidpiam suspicatum esse *Dionysium Petavium*, meminimus nos in *Uranologio* ejus *pag. 415* legere, sed, utrum Ψευδεπίγραφος esset, eodemque vitio laboraret, quo *Ptolemæus*, quem e Græco in Latinum idioma transtulisse *Nicolaum Leonicenum*, testantur *Vossius* de *Scientiis mathemat. Cap. 38 §. 19*, & *Fabricius* in *Bibl. Græc. Lib. IV Cap. 14 pag. 420*, vir sua ætate πολυμαθέστατος definire noluit. Nunc demum, velut ex longinqua peregrinatione, Cl. *Pontedera* ad Rusticos rediens, id egit
Pag. 416- potissimum, ut in *Epistola XLIX, L, LI*, & *LII*, præceptionibus
461. *Varronianis* de *re pecuaria*, & *villaticis pastionibus*, antiquam venustatem integritatemque vindicaret, cumque in agro Rusticorum colendo versanti, *rei rusticæ Autores*, a Celeberrimo *Gesnero*, applaudentibus bonis omnibus, hic Lipsiæ promul-
462. gati, in manus venirent, in *Epistola LIII de Lipsiensi Rusticorum Scriptorum editione, & de fragmento falso Gargilii Martialis titulo nuper prodito*, acerbius, quam virum gravem decebat, judicandi occasionem arripuit. Utrum veræ sint, justeque & humaniter factæ, criminationes, quibus Viri Celeberrimi nomen & famam lacerare contendit, proxime videbimus. Interim pauca, quæ supersunt, enarrare nobis liceat. Residuam libri partem omnis tenet & occupat *Columella*, in quo recognoscendo emendandove Cl. *Pontedera* tam sedulus fuit, ut nulli dubitemus, quin, si repetenda foret rustici Operis editio, magno usui & adjumento hæc critica fercula esse possint. Tredecim vero *Epistolis* a *LIV* usque ad *LXVIII* & *Columellæ*
471-610. morbis, & *Plinii* quibusdam *Theophrastique* παροράμασι, medetur, usus præcipue ad sanandum *Columellam* antiquis lectionibus *Lipsiensis* Codicis, ita tamen, ut *Goesiano* maximum pondus tribuat; qua occasione monere libet, multa alia in universo libro aliorum Autorum loca, ubi res tulit, emendata vel tentata esse. Quanquam vero a speciminibus notarum excerpendis propter rerum copiam adhuc abstinere nos opor-
523. tuit; præterire tamen nullo modo possumus *Tabulam trigesimam septimam*, quæ varias *Italici arbusti* formas, *Draconisque* & *Lati Sarmenti* imagines, elegantissime radio descriptas refert,

fert, quoniam intelligendæ vitium culturæ mirifice inservit, suaque vi pulchritudinis allicere ad se quemque & invitare debet. Duplex autem arbusti genus memoratur ab antiquis Autoribus. Aliud est *Gallicum*, aliud *Italicum*. *Gallicum*, jam Cl. *Pontederæ* artificio effictum, operis Lipsiensibus excusum habemus in Rusticis *Gesnerianis*, cujus iconem vide in *Tomo I* ad *pag. 452* & *454*. *Italicum* vero hic primum traditur, tali modo adumbratum, qualem *Columella Lib. V Cap. 6* descripsit, & quemadmodum ipse Cl. Autor in fundis suis excolendum curaverat. Spectantur autem quinque in illa *Tabula* figuræ. Primo arbustum *Italicum* tale depingitur, quale putator exornare solet digestis per tabulata vitium brachiis, & palmitibus in fructum demissis, ut, quid sint arbusti *tabulata*, *vitis tori*, *duramenta*, *brachia*, & *flagella*, jam ab omnibus nullo negotio disci possit. Secundo loco *latum Sarmentum* apparet, quod ex binis plerumque, sed proximis, oculis, cum geminus coles sit, per medullam coalescit. Tertio se conspiciendum nobis præbet *Draco*, qui palmes, secundum *Plinium*, *emeritus est plurimis annis induratus*. Figura quarta *vitem arbustivam*, remoto arbusto, imitatur, & quinta denique *arbustum*, remota vite seu *viduatum*, exhibet. Plura de ipsis libri divitiis ut addamus, non est opus. Facile enim patet, quo loco interpretum Cl. *Pontedera* sit habendus, ideoque de industria ejus & incepto quivis recte ipse statuet, neque, ut plura, quam scripsimus, commemoremus, jure desiderabit.

PINACOTHECA SCRIPTORUM NOSTRA ætate literis illustrium, exhibens Autorum eruditionis laude scriptisque celeberrimorum, qui hodie vivunt, Imagines & Elogia. Vitas, scripta, literarum merita, recensuit JACOBUS BRUCKERUS, Academiæ Scientiarum Berolinensis Membrum; Imagines ad Archetypa ære accurate expressit JOANNES JACOBUS HAIDIUS, Pictor & Chalcographus.

DECAS I & II.

Augustæ,

Augustæ, 1741 & 1742, fol.
Alph. 1, Fig. æn. 22.

Alienus sit ab omnibus Musis Gratiisque, cui non arrideat hoc nobile institutum, summas oculis delicias, dulcissimumque animis pabulum, præbens. Ecquem enim, quæsumus, paulo humaniorem haud impense delectet, maxima ævi nostri lumina, viros meritorum in rem publicam pariter ac literarum gloria florentissimos, artis beneficio tanquam *præsentes* intueri, & cum iis veluti, quandocunque collibitum fuerit, sermonem conferre? Certe, si sagacibus rerum existimatoribus recte semper visum fuit, non insignem minus utilitatem, quam oblectationem, percipi posse contemplando imagines virorum celebrium, fato jam orbi subductorum, ad vivum expressas, quarum syllogæ propterea Historiæ literariæ curiosis merito in deliciis esse solent; quanto magis utrumque nobis promittamus de scitis effigiebus heroum toga illustrium, ac favente Numinis gratia adhuc superstitum, in quibus hodie omnis fere bonarum literarum spes inclinata recumbit, qui, etsi mortalium cœtui adhuc aggregati, nomina sua immortalitati jam feliciter consecrarunt, quorum beneficiis innumeris se cumulatam gloriatur, ac pluribus in posterum beatum iri confidit erudita civitas, quos idcirco jure suspicit, insignique cultu prosequitur, quicquid est literatorum, quos tandem ipsos, si aveas, adire vivos spirantesque, ac vel coram vel per literas salutare, eumque iis in consultationem de rebus gravissimis descendere, licet. Multiplici igitur plausu dignum censemus consilium honestissimi Viri, *Jo. Jac. Haidii*, pictoris ac sculptoris Augustani, artis suæ peritia, scitæque manus felicitate, nulli facile secundi, sensim sensimque Virorum nostra ætate summis in literas meritis illustrium, qui hodienum per Dei gratiam vitali fruuntur aura, imagines, & similitudine & elegantia se quam maxime commendantes, artis, quam Melano-chalcographiam appellitant, beneficio ære sculptas omnium oculis exponendi, quas, ut major inde in istarum deliciarum cupidos fructus ac voluptas

voluptas redundaret, per se quidem mutas, per consummatæ doctrinæ virum, *Jac. Bruckerum*, variis scriptis ætatem laturis, ac Historia præsertim Philosophiæ critica, Opere incomparabili, & omnibus commendando, clarissimi, veluti animari, politoque & facundo ejus calamo disertas reddi, voluit. Is enim, pro eo, quo in eruditi orbis commoda promovenda fertur, affectu, haud difficulter se ab artifice exorari passus est, ut iconibus, ad archetypas picturas curate & eleganter effictis, adjiceret elogia, limpida & nativa quadam pulchritudine placentis dictionis genere Virorum summorum, quorum venerandi vultus ære expressi exhibentur, vitam, eruditionem, scripta, partamque literis gloriam, jucunde delineantia. De cujus egregii instituti ratione ipsemet Venerandus Elogiorum scriptor in Præfatione bonæ frugis plena luculenter exposuit. Scilicet is laudabilium conatuum scopus est, ut Lectoris oculis exhibeantur imagines Virorum de literis præclare meritorum, non ex sculptoris ingenio effictæ, sed ad ipsa prototypa accurate elaboratæ. Illud enim certum artifici deliberatumque est, nullam iconem ære exprimere, cujus ἀρχέτυπος ad manus ei non fuerit. Intra unius vero anni, si licuerit, spatium decem tantum effigies cum perficere sculptori liceat, si debita adhibenda sit diligentia, intra Decadis limites unius anni laborem concludendum statuit, quo pacto minoribus etiam sumtibus, faciliorique emtorum commodo, vulgari posse Pinacothecam hanc sperat. Respicietur autem ad quatuor illas scientiarum, quas vocant, facultates, in quibus disciplinis qui scriptis hodie eminent, selecti exhibebuntur, nec attendetur ad fidei & religionis professionem, munerum & honorum titulos, nec circumstantias hujusmodi civiles alias, sed soli eruditionis gloriæ & literarum meritis statuetur pretium, horumque ratio habebitur, ac hoc ordine Theologi, Jureconsulti, Medici, Historici, Philosophi, Mathematici, Philologi, Critici, & quodcunque aliud scientiarum genus est, ob oculos sistentur. Cumque, quæ nostrorum temporum felicitas est, hodie vivant fœminæ, literarum elegantiorum ornamentis conspicuæ, harum etiam, ferente occasione, imaginibus in hac Pinacotheca locus concedetur. Singulis autem *Decadibus* vultus alicujus Mæ-

 cenatis

cenatis literarumque tutoris, quem & ipsum insigni eruditione pollere compertum est, præmittetur. Imaginibus adjungentur biographiæ & elogia, jucunda quidem brevitate, ea tamen cura ex monumentis fide dignissimis concinnata, ut nihil facile memorabile & intelligendis Virorum summorum meritis aptum omittatur, sed in compendio notabiliora comprehendantur omnia, adjecto quoque eorum præcipue scriptorum indice, quibus magnam illi ad scientiarum incrementa fecisse accessionem, gloriamque apud justos *rerum arbitros* potissimum meruisse, censendi sunt. Hæc eximii est ac omnium calculo digni consilii ratio, quod jam felicibus auspiciis & solertissimus naturæ æmulus artifex, & elegantissimus Elogiographus, exequi cœperunt. Uterque enim, & ille quidem mira cæli sui dexteritate, hic vero singulari diserti calami facundia, tantum præstiterunt, quantum ab humana industria exspectari potest; siquidem, effigies ad prototypas picturas accuratissime expressas esse, & fecisse satis sculptorem summis in pingendi arte viris, certis testimoniis exploratum habemus, Elogia autem ita concinne sunt contexta, ut a rerum gnaris haud sine maxima animi oblectatione perlegi queant. Habes igitur hic pulcherrimi Operis primitias, quibus chartæ quoque & typorum splendor multum decoris affert. Nostrum jam est, indicare illustria Virorum summorum nomina, quorum facies non corporis tantum, sed animi etiam atque eruditionis, in *duabus* hisce *Decadibus* suavissime & ad amussim delineata sistitur. Repræsentantur autem in *Decade prima:* 1) *Samuel* L. B. *de Cocceji*, Reg. Maj. Boruss. & Elect. Brand. sanctioris Consilii atque Status Minister, tribunalium omnium, tam ecclesiasticorum, quam civilium, Præses primarius, Dynasta in Wusseken, Kleist, Repkov, Laas, Nahmgeist, Schœnfeld, & Leisten, natus Heidelbergæ A. 1679 mense Oct.; 2) *Emmanuel Martinus*, Decanus Ecclesiæ Alonensis in Hispania, natus Oropessæ in regno Valentiæ A. 1663, 14 Cal. Aug. sed, quod certo nobis relatum est, ante triennium defunctus; 3) *Christoph. Matthæus Pfaffius*, S. C. Pal. Comes, S. Theol. Doctor & Professor primarius, Academiæ Tubing. Cancellarius & Præpositus, Abbas Laureacensis, natus Stutgardiæ

A. 1686

A. 1686 d. 25 Dec.; 4) *Jo. Laurentius Moshemius*, Abbas Cœnobiorum Mariævall. & ad Lapidem S. Michaelis, Ser. Duc. Brunsuic. a Consiliis ecclesiast. S. Theol. Doctor & Prof. Ord. in Acad. Julia, Scholarum Ducat. Guelph. & Blankenb. Ephorus gener. Societatis Teutonicæ Lipſ. Præses, natus d. 9 Oct. A. 1694 Lubecæ; 5) *Justus Henningus Bœhmerus*, JCtus, Comes Pal. Cæſ. S. Reg. Maj. Boruſſ. a Conſil. Secret. Academiæ Fridericianæ Director, Ordinis JCtorum Vicarius Præses, & Prof. Juris Ordin. natus d. 29 Jan. A. 1674 Hannoveræ. 6) *Jo. Adamus Ickstattius*, Reverendiſſ. & Celſiſſ. Episcopo ac Principi Herbipol. atque Bamberg. antehac a Conſil. Aul. & Jurisprud. Prof. Publ. Ord. in Acad. Herbipol. postea S. Cæſ. Maj. Conſil. Profeſſ. Juris publ. Ingolstad. & Sereniſſ. Principis Cæsarei Instructor, nunc vero in summo Imperatoris & Imperii Dicasterio Conſiliarius, natus Bœckenhusæ in diœcesi Mogunt. d. 6 Jan. A. 1702; 7) *Fridericus Hoffmannus*, Reg. Maj. Boruſſ. Conſil. intimus, Archiater & Prof. Medicinæ primarius, Com. Pal. Cæſ. Academiæ Fridericianæ Senior, Imperatoriæ Carolinæ, Petropolitanæ, Britannicæ, & Boruſſicæ, Academiæ Scientiarum Sodalis, natus Halæ Saxonum 5 Id. Febr. A. 1660, nunc vero eheu! mortalium cœtui exemtus; 8) *Christianus Wolfius*, Reg. Maj. Boruſſ. Conſiliarius Intimus, Academiæ Fridericianæ Procancellarius, Juris Nat. & Gentium & Matheseos Prof. Publ. Ord. Academiæ Scientiarum, quæ Petroburgi est, Prof. honorarius, Academiarum regiarum Pariſ. Londin. & Berolin. Sodalis, natus Vratislaviæ 9 Cal. Febr. A. 1679; 9) *Christoph. Aug. Heumannus*, S. Theol. Doct. & Prof. Publ. Extraord. Historiæ literariæ Ordinarius in Academia Georgio-Augusta, natus d. 3 Aug. A. 1681 Alstadii Thuringorum; 10) *Ludovica Adelgunda Victoria Kulmia*, *Jo. Christoph. Gottschedii*, Profeſſoris Lipſienſis, conjux, nata Gedani d. 11 Apr. A. 1713. Frontispicium vero hujus *Pinacothecæ* ornat effigies Cel. *Jac. Bruckeri*, V. D. M. Conſiſt. Aſſeſſ. & Scholarchæ in S. R. I. libera civit. Kaufbyrana, Reg. Boruſſ. Societ. Scient. & Teuton. Lipſ. Membri, nati Augustæ Vindel. A. 1696, cujus industriæ Elogia, imaginibus adjuncta, debemus.

Decas secunda exhibet iconas & elogia 1) *Scipionis Maffei*, Marchionis Veronensis, nati A. 1675; 2) *Jo. Petri de Ludewig*, JCti, Reg. Maj. Boruss. a secretioribus Consiliis, Ducatus Magdeb. & Acad. Halensis Cancellarii, Ordinis JCtorum Præsidis, & ærarii pauperum Directoris, Dynastæ hæreditarii in Bendorf, Præz, & Gatterstatt, nati in arce Hohenhardensi prope Halam Suevorum 18 Cal. Sept. A. 1670; 3) *Dan. Ern. Jablonskii*, S. Theol. D. Reg. Maj. Boruss. a Consil. Sacr. & Eccles. Concionat. Aulici primarii, Unitatis Bohemorum *in Polonia* majori Senioris, Acad. Scient. Berolin. Præsidis, nati d. 26 Nov. A. 1660 Gedani, sed, quod dolentes addimus, interea temporis orbi erudito erepti; 4) *Ludov. Ant. Muratorii*, Præpositi Ecclesiæ parochialis S. Mariæ de Pomposia, Bibliothecæ & Tabulario Sereniss. Ducis Mutinensis præfecti, Societatum literariarum Londin. & Italicarum plerarumque Membri, nati d. 21 Oct. A. 1672 Vineolæ, Mutinensis Ducatus oppido; 5) *Christiani Eberhardi Weismanni*, S. Theol. Doct. & Prof. Publ. in Acad. Tubing. Decani Ecclesiæ & Stipendii Ducat. Theologici Superattendentis, nati d. 2 Sept. A. 1677 in monasterio Hirsaugiensi; 6) *Salom. Deylingii*, S. Theol. Doct. & Profess. Publ. Ordin. Ecclesiæ Scholarumque Superintend. Consist. Assessoris, Pastoris ad S. Nicol. Lipsiæ, Canonici Cizensis, nati d. 11 Sept. A. 1677 Weydæ apud Variscos; 7) *Alphonsi des Vignoles*, Classis mathematicæ Directoris in regia Scientiarum Academia Berolinensi, nati d. 16 Oct. A. 1649 in arce Albani (*Aubais*); 8) *Joannis Bernoullii*, Phil. & Med. Doct. Acad. Scient. Petropol. & Paris. ut & Societatum regiarum Londin. atque Berolin. itemque Instituti Scient. Bononiensis Membri, Prof. Mathes. Publ. in Acad. Basil. nati d. 27 Jul. A. 1667 Basileæ; 9) *Bartholdi Henr. Brockes*, J. U. Lic. Com. Pal. Cæs. & Reip. Hamburg. Senatoris, nati 10 Cal. Oct. A. 1680 Hamburgi; 10) D. *Andr. Eliæ Büchneri*, S. Cæs. Maj. Archiatri & Com. Pal. S. R. I. Nobilis, Acad. Imper. Naturæ Curios. Præsidis, Chymiæ Prof. Publ. & Facult. Med. Erfordiens. t. t. Decani, nec non Reg. Berol. Societ. Scient. Sodalis, nati d. 9 April. A. 1700 Erfordiæ. Quod superest, omni

voto

voto tam alacrem perexemii hujus instituti successum publico nomine exoptamus, ut ex *Decadibus* singulatim, bonis avibus, prodituris tandem non una, sed plures *Centuriæ* feliciter enascantur, Opusque adeo hoc non tam Pinacotheca, quam augustum virtutis ac doctrinæ templum, nuncupari mereatur.

LA THEORIE ET LA PRATIQUE DE LA COUPE des Pierres & des Bois &c.

hoc est,

THEORIA ET PRAXIS SECTIONIS TAM LApidum, quam lignorum, pro construendis Fornicibus, aliisque ædificiorum, tam civilium, quam militarium, partibus, sive Tractatus Stereotomicus, in usus Architectonicos; Autore FREZIERIO, Ord. Milit. S. Ludov. Equite, & Architecto militari primario Landaviensi.

Tomus III.

Argentorati, apud Jo. Daniel. Dulsseckerum fil. & Parisiis, apud Carol. Anton. Jombert, 1739, 4 maj.

Alph. 3 plag. 6, cum Tabb. æn. 44.

Expeditis superiori *Volumine* omnibus, quæ ad constructionem Fornicum simplicium pertinent, ad compositos tandem provehitur Autor, in iisque pertractandis eadem, qua in ceteris usus est, diligentia versatur. Quæ omnia ut recte percipiantur, ruminandæ sunt ideæ, *Tomo* hujus Operis *primo* fundamenti loco structæ, quas pro ratione epitomes in *Novis Actis A. 1737 Mens. Jul. pag. 312.* explicuimus. Superficies nimirum unica, e. g. cylindrica, sphærica, vel alia quævis, Fornicem simplicem effingit; pluribus autem varie inter se junctis & commissis, existit compositus. Lineæ autem curvæ, ex superficierum mutuis sectionibus oriundæ, ex earum genere utplurimum esse deprehenduntur, quæ in plano describi non possunt, adeoque duplicis, ut Geometræ loqui amant, curvaturæ sunt. Jam, cum

cum species superficierum, lineæque earum sectionibus genitæ, numero infinitæ sint, inter eas deligere tales oportet, quæ ad res practicas sunt accommodatiores, & ipsi Fornicum, qui usu venire possunt, effectioni inserviunt. Exinde ratio totius, quod recensemus, *Voluminis*, ejusque in *Capita* distributio, pendent, quibus nihil aliud agendum Viro Clarissimo fuit, quam ut theoriam suam, *secunda Parte Tomi primi* traditam, effectui dare Architectos doceret. *Capita* numero sunt *duodecim*, quibus Appendix, ceu πάρεργον quoddam, subjungitur. De quibus potiora quædam annotasse, operæ pretium ducimus. *Capite* itaque *primo* de eo Fornicum compositorum genere agitur, quod e mutua cylindrorum penetratione oritur. Quæ cum modis variari permultis possit, variæ quoque Curvæ, veluti Ellipses, Cycloimbres, Ellipsimbres, &c. (prout in *Tomo* hujus Operis *primo* ab Autore appellantur,) ex mutuis eorum sectionibus resultant. Ejusmodi Fornicum constructione cum in operibus fere quotidianis opus sit, e. g. in cameris decussatim structis, (nostrates vocant *Kreuz-gewælbe*,) eo majorem in hisce præceptis penitus pernoscendis operam Architecti collocent, necesse est. Cycloimbrium frequentissimus usus est, ubi de aperturis e. g. in suprema templi alicujus concameratione faciendis agitur. Sæpissime etiam turres rotundæ januis perforandæ sunt; quæ quidem res, si ad accurationem velis omnia exigere, sæpius difficultatem non levem parit, curvis nimirum duplicis curvaturæ iterum negotio mixtis. Quorum omnium effectionem ut facillimam redderet, captuique accommodaret opificum, nihil reliqui fecit Vir industrius. De Fornicibus quoque umbilicalibus (*Spiegel-Gewælben*), in quorum effectione multum inest artis, scitu necessaria traduntur, nec non de Gothicis, tandemque iis, disseritur, qui apud Persas usu vigent, a principiis autem venustatis architectonicæ, & soliditatis præcipue, perquam alieni sunt. Quid factu opus sit, Fornicibus cylindricis conicisque sibi mutuo occurrentibus, *Capite secundo* declaratur. Id in Architectura militari frequentissime usu venit, e. g. ubi alæ propugnaculorum juxta methodum *Vaubanianam* fiunt circulares,

lares, vel potius conorum truncatorum portiones, aperturis deinde cylindricis perforandæ, per quas tormenta exonerari possunt; vel quando in angulo quodam, cui majoris soliditatis causa rotunditas inducta est, janua facienda proponitur. Casuum ingens sese offert varietas, quibus curvas iterum, quas duplicis curvaturæ diximus esse, maximam partem emergere, nemo est Geometrarum, quin animo præcipiat. *Capite tertio* agitur de Fornicibus, occursu cylindri cum sphæra genitis. Ob uniformitatem sphæræ non tanta hic casuum varietas est; quin imo, si sphæram ipsam consideres, duo tantum locum habent, si nempe axis cylindri per centrum sphæræ transeat, vel non transeat. Quodsi vero ad ipsam dispositionem commissurarum, quibus lapides inter se junguntur, prætereaque ad situm cylindri respectu horizontis, attendas, paulo plus emergit varietatis. Huc referri quoque possunt occursus sphæroidum cum cylindris. *Capite quarto* sermo est de Fornicibus conicis, sese mutuo penetrantibus, quæ quidem res suis obnoxia est difficultatibus. Theoriam casuum quorundam specialium *Tomo primo* jam excussit Autor, qui ad praxin sunt præ reliquis accommodatiores, missa solutione generali, quæ omnem rerum varietatem complecteretur, quamque vires suas superare, non diffitetur Vir Clarissimus. Ea de re cum Cel. *Bernoullium* consultasset, formulam generalem analyticam, quæ simul omnia exhauriat, calculum parere prolixum magis, quam arduum, is respondit. In ejusmodi autem casibus raris & difficilioribus, mirum non est, Autores practicos falsam constructionis rationem præscribere, id quod hic accidit *P. Derano*, quem eapropter reprehendit Noster, monstratque, genuinam operationem vix tantum difficultatis, quantum erronea *Derani*, habere. *Capite quinto* de Intersectionibus superficierum conicarum cum sphæricis sermo est. *Sexto* casus ii ad examen revocantur, quibus Fornices sphærici, cylindrici, vel conici, committuntur annularibus. *Septimo* de Fornicibus agitur, qui componuntur e superficiebus, tam regularibus, quam irregularibus. Irregulares autem ab Autore vocantur Cylindroidicæ, Conoidicæ, Sphæroidicæ. Talis itaque Fornix est, e. g. quando Cylin-

Cylindrus a Conoide penetratur. Autor non solum curvas intersectionum, sed lapidum quoque commissuras, singulatim efficere docet. Huc pertinet quoque illud Fornicum genus, quod apud Gallos nomine *la Vis de St. Giles* celebratur, nihilque est aliud, quam conjunctio superficierum cylindroidicarum, ad horizontem inclinatarum. Is vero qua ratione non super quadrato solum, sed super alio quovis polygono, exstruendus sit, fuse demonstratur, tantumque facilitatis, quantum in re difficili fieri potest, operationibus affertur. *Quo facto, Capite octavo* transitus fit ad Fornices, ex conicis & cylindroidicis compositos, quorum usus est in celebri quodam scalarum genere, quas suspensas (*des Escaliers suspendus*) Architecti Galli vocitant. Ita autem singulari artificio construuntur, ut ab uno solum latere fulcris innitantur suis, ab altera vero apertæ prorsus sint, adeoque in libero quasi aere pendere videantur, ut eo copiosiorem luminis affluentiam recipere possint. In hac vero constructione expedienda nova quadam ratione versatur Autor, &, qua in re peccent Stereotomici scriptores, *P. Deran & de la Rue,* luculenter exponit. Exempla ejusmodi scalarum in ædificiis Parisiensibus, superiori Seculo structis, adhuc frequentissima sunt; nostra tamen ætate usus earum sensim sensimque exolevit, mutata nempe, ut solet, ædificandi ratione. Quibus ita declaratis, progressus *Capite nono* fit ad aliud quoddam Fornicum genus, qui ex annularibus & conoidicis, sibi invicem commissis, resultant. Galli vocant *des Voutes d' aretes sur le noyau.* Quorum constructio rursus ex illarum numero est, quæ ab Autoribus vitiose traditæ sunt, quod licet perspexisse videatur *de la Rue*, medelam tamen, ut par erat, morbo haud attulit, idque ignorantia curvæ, projectionem sectionis utriusque Fornicis ichnographicam referentis, quam circularem cum *Derano* opinatus est, a qua tamen non leviter abhorret. *Capite decimo* de occursu Fornicum helicoidicorum cum sphæroidicis, cylindricisque, tractatio instituitur. Quæ res cum difficultatem non levem præ se ferat; de ea effectui danda multum laborarunt architecti. A vero hic, ut in pluribus aliis, aberravit *P. Deranus*, reprehensus eapropter a *de la Rue*, qui correctiorem

rectiorem operis designationem tradidit, sed demonstratione omni destitutam, ut adeo vel hoc nomine laudandus sit *Frezierius*, quod rem difficilem, quæ alias mysterii architectonici loco habetur, in luce ponere annisus fuerit. Ad hoc idem *Caput* refertur occursus Fornicum helicoidicorum cum conoidicis, qui non minoribus scatet difficultatibus. Expositis igitur artificiis, quæ in construendis omnis generis Fornicibus, quales quidem in operibus architectonicis usu venire possunt, requiruntur, ad constructionem scalarum data opera pertractandam sese convertit Cel. Autor, quam secundum partes singulas perquam studiose excutit; cumque multum iis insit varietatis, *Caput* sequens, idque numero *undecimum*, iis destinavit. Quod sequitur tandem *Caput duodecimum*, Appendicis loco habendum est. In eo id sibi operæ sumsit Cel. *Frezierius*, ut varias, easque perutiles, præceptiones daret, quæ ad ipsam Fornicum effectionem pertinent. In ea nempe attendendum est 1) ad latitudinem, sive crassitiem, pilarum, qui onus Fornicis ingravescentis sustinent; 2) ad robur pegmatum ligneorum atque circularium, quibus lapides, Fornicem constituturi, imponuntur, determinandum. Quod ad crassitiem pilarum attinet, neminem fugit, Architectos eam in rem regulam quandam sibi effinxisse, nulla ratione solida nixam, ita ut mirari oppido subeat, Mathematicos celebres, e. g. *Blondellum*, *Des Chales*, inter Architectos vero ipsum *de la Rue*, e nostris denique *Sturmium*, & forsan alios, eam sine omni formidine usurpasse, publiceque commendasse. Primus autem, qui ex veris Statices principiis hanc in rem inquirere, idque cum successu, annisus est, fuit insignis Geometra *Phil. de la Hire*, cujus de hac re excellens Schediasma exstat in *Commentariis Acad. Scient. Parif. A. 1712*, cujus contenta in usum suum egregie vertit, & faciliori modo exposuit, *Belidorus* in Scientia Architectorum militarium *Lib. II Cap. I.* Negari enim nequit, obscuritatis quidquam Schediasmati *Hiræano* inesse. Noster, de regula *Hiræana* verba faciens, in Architectum quendam suæ gentis haud ignobilem, *Gautierium*, invehitur, qui eam, cum nequiret comprehendere, ansam sugillandi arripuit, novamque ex proprio ingenio deprom-

 sit.

sit. Post *Hiræum* in hac materia versatus est Cl. *Coupletus*, maximam accurationem, quin subtilitatem, sectatus. Cum enim *Hiræus* supposuisset, arcum Fornicis ab energia oneris incumbentis circa gradum altitudinis a pila quadragesimum quintum findi, non refragante scilicet experientia; *Coupletus*, adhuc propius ad quæsitum accedi posse, existimavit, si lapidum singulorum, e quibus arcus componitur, ratio habeatur, quos ut politos consideravit, exindeque plura deduxit Theoremata æque pulchra ac utilia, seu videre est in *Commentariis Acad. Parif. A. 1729.* Cum vero calculo paulo prolixiore, & ad praxin non satis facile accommodando, usus sit Vir Clarissimus, solutionem ejusdem Problematis simpliciorem a summo Viro, *Jo. Bernoullio*, impetravit *Frezierius*, eamque hic loci integram inseruit. Pendet autem ea a principio æqualitatis energiarum, in statu æquilibrii potentiarum quarumcunque agentium, quod *Bernoullius* cum *Varignono* primum communicavit, qui de eo fuse egit in novæ suæ Mechanicæ *Tomo II pag. 174 seq.* & ad machinas simplices singulatim applicavit. Regula hæc est: *In omni æquilibrio potentiarum quarumvis, quacunque ratione & quibuscunque directionibus in se invicem agant, summa energiarum affirmativarum æqualis est summæ Energiarum negativarum, affirmative sumtarum.* Cujus quidem regulæ, si unquam, maxima hoc in negotio opportunitas est, quod facile perspexerit, qui solutionem Problematis *Coupletianam* cum *Bernoulliana* contenderit. Tandem vero in *Commentariis Parif. A. 1730* novam, eamque magis physicam, Problematis enodationem dedit *Coupletus*, ubi lapides cæsos non amplius ut politos, sed ut scabrosos, quales re vera sunt, contemplatus est. Cum vero sic quoque in formulam valde compositam inciderit, eam ut circino & regula construere Architectos doceret, *Frezierius* allaboravit. Tacemus, *Danisium*, Societatis Montepessulanæ Membrum, novam dedisse regulam practicam, effectu reliquis omnibus faciliorem, sed a rigore mathematico alienam, licet non diffiteamur, eam propius abesse a vero, quam vulgarem illam Architectorum constructionem, quæ pilis justo minorem latitudinem tribuit, id quod exemplis, hanc in rem allatis, demonstrat *Frezierius*, dataque occasione

casione de summa theoriæ solidioris necessitate in rebus istiusmodi practicis, quæ maximi utique momenti sunt, multa exponit. Ne autem aliena tantum videatur scrinia expilasse, Supplementi loco applicationem hujus doctrinæ ad Fornices varii generis, compositos præsertim, de quibus apud omnes Autores altum huc usque silentium fuit, uberrime nos docet, eoque ipso scientiæ Architectonicæ accessionem haud spernendam facit. De robore pegmatum ligneorum, arcus ædificandos sustinentium, verba facturus, epitomen Dissertationum, a *Pitoto* & *Coupleto*, Viris Clarissimis, in *Commentariis Acad. Paris. A. 1726* & *1729* hanc in rem conscriptarum, exhibuit, &, quæ fusius dixerant Viri laudati, in tria solum Problemata compegit. Et hic quidem totius Operis, laude omni dignissimi, finis est, nihilque exoptandum magis, quam ut viri, ædificandi experientia & gustu pollentes, ad theorias mathematicas, præcipue vero geometrico-mechanicas, quas, licet utramque in hisce rebus paginam faciant, susque deque huc usque habuerunt, penitus rimandas, & in usum deinceps vertendas, animum postliminio quasi applicent, adeoque ad legem *Vitruvii*, qui plus scientiæ ab Architecto, quam a fabro murario, postulat, se prorsus componant. Appendicem denique Operis facit Dissertatio de Columnarum ordinibus, lectu sane dignissima, qua de vera earum origine & conformitate cum primitiva ædificandi ratione, nec non de licito & illicito earum in operibus architectonicis usu, disseritur, luxuries denique Architectorum in iis adhibendis, & insana innovandi libido, virgula censoria notantur.

JOANNIS BURMANNI, MED. D. ET IN HORto medico Amstelædamensi Botanices Professoris, variorum Africanarum Plantarum, ad vivum delineatarum, iconibus ac descriptionibus illustratarum, Decades octo.

Amstelædami, apud Henricum Boussiere, 1738, 4 maj.

Alph. 1 plag. 6, cum Tabb. æn. 80.

Inde ab antiquiſſimis temporibus rem herbariam ſuis nunquam fautoribus deſtitutam fuiſſe, compertum eſt, qui tum in colligendis Plantarum manipulis, tum & in iisdem deſcribendis, omnem adhibuerunt operam, ſumma apud poſteros laude adhuc digni habendi, quamvis non ita ad amuſſim, & ex ſeculi noſtri genio, plantarum obſervationi vacaverint. Longe alia quippe noſtro ævo facies rei Botanicæ deprehenditur, cum ne minimum quidem ſit ſtamen, quod non maxima obſervationis accuratione cenſeatur dignum; unde factum, ut, cum olim paucioribus plantarum generibus contentus vixerit orbis Botanicus, nunc quamplurimæ centuriæ nominum & generum novorum numerentur. Plantarum autem in ordinem methodicum paulo curatior facta digeſtio non potuit non multis olim perperam conjunctis plantis, nunc omni jure ſegregandis, uberrimam ſuppeditare occaſionem. Acceſſit huic laudabili cœpto plurimorum rei herbariæ fautorum fervor, qui in plantarum ſpeciebus non ſolum indigenis colligendis admodum fuere induſtrii, ſed & ad extremos Arabes & Indos, Oceanum glacialem, & quorſumcunque demum, excurrentes, peregrinas congeſſere plantas, & ſic non ſolum ſuo, ſed & aliorum, deſiderio, nova in dies detegendi & cognoſcendi, fecere ſatis, ſicque nominis & famæ æternitatem ſibi compararunt. Inde eſt, quod tam multas plantarum, antehac minus cognitarum, collectiones, quas tantorum virorum induſtriæ & itineribus debemus, nunc cum voluptate intueri liceat, quas ſibi ſolis retinere velle, minus juſtum reputantes, publici eſſe juris voluerunt, adeo, ut neminem jam latere poſſit, quam fertilis ſit Zeylania, Amboina, Imperium Ruſſicum, Turcicum, aliæque regiones, plantarum copioſiſſimarum ſupellectile. Neque plantas Africanas latere quemquam voluit Cel. *Jo. Burmannus.* Poſtquam enim non ita pridem Zeylanenſium Plantarum Theſaurum edidit, promiſſo, tunc temporis dato, ſeſe exſolvere conſtituit, cum, Africanarum quarundam Plantarum deſcriptionem ſe pari modo proditurum, ſpem faceret. Impeditus equidem graviſſimo quodam morbo, ab inſtituto fere plane deſiſtere, & Botanicæ rei

rei valedicère, constituerat, Clinicæ Medicinæ tantum posthac vacaturus. Tractus nihilo minus plantarum deliciis, mutavit consilium, &, humanitate viduæ *Caspari Commelini*, filii, victus, hoc, quod nunc edidit, Opus orbi erudito invidere noluit, quod Appendicis loco esse vult Collectioni Plantarum Africanarum, quas *Caspar Commelinus* antehac evulgavit. Cumprimis autem in toto hoc Opere, *octo Decuriis* Plantarum rariorum absoluto, quod ad nomina nova, plantis data, *Linnæum* est secutus. Ne tamen & lectoribus desit occasio, easdem apud alios Autores, quamvis alii generi subordinatas, quærendi, earundem synonyma ex *Plukætio*, *Rajo*, *Hermanno*, *Commelino*, *Dillenio*, aliisque, adjecit. Totum ceteroquin Opus nitidum, &, sive literarum typos, sive Figuras æneas, spectes, speciosum esse, fateri convenit, adeo, ut non solum de Autoris Celeberrimi insigni in re herbaria eruditione testetur, sed & sese, quod ad externam formam, omnibus facile commendet.

ALEXII SYMMACHI MAZOCHII DE ANTIquis Corcyræ nominibus Schediasma, ad Eminentissimum ac Reverendissimum ANGELUM MARIAM QUIRINUM, S. R. E. Card. Bibliothecarium, Episcopum Brixianum.

Neapoli, typis & expensis Novelli de Bonis, typographi Archiepiscopalis, 1742, 4 maj.

Plag. 3.

De Primordiis Corcyræ Opus Eminentissimi *Quirini* tam multijuga eruditione refertum, tot præstantissimorum Scriptorum, qui illustrantur & emendantur, testimoniis, quasi gemmis quibusdam, exornatum est, ut optima omnium temporum ingenia ad illud symbolas suas contulisse videantur. De antiquis Insulæ nominibus Cl. *Mazochius* sententiam, a *Bochearto* propositam, fovet, esse ea ex orientalium linguarum penetralibus eruenda, non eadem tamen, ac ille, via incedit. Negat enim, Scheriam *mercaturam* significare, sed illud Insulæ nomen mavult a fluviorum cohibitione deducere. *Aristoteles*

enim autor est, *Cererem*, veritam, ne defluentes ex Epiro fluvii ipsum continentem efficerent, a *Neptuno* petiisse, ut cursum eorum averteret, quibus cohibitis (ἐπισχεθέντων), eam *Scheriam* nuncupatam. Inepta tamen hæc Cl. Autori etymologia videtur; quare ex Hebraica lingua verbum סגר, *Sagar*, quod est *præcludere, retinere*, excitat, unde apud Arabes סגר, *Subron*, est agger, quo amnis obstruitur. *Drepane* forte dicta est ab Arabico דרף, quod de aquis fluentibus interdum usurpatur, vel a Chaldaico זרב, *Zerab*, quod effundendi & profluendi *notionem* habet. Non tamen in hoc acquiescit, sed mavult a צרף, *conflare*, Chaldaice *conjungere*, quod *Ceres* verita sit, ne continenti insula accederet, Drepanes nomen derivare, ita quidem, ut *n* servilem literam, *d* vero pro א poni, arbitretur. *Phæacia* forte a פאקהן, *phakaha*, quod apud Arabicum Bibliorum interpretem *divinos* significat, originem habet, ut Phæaces a divinandi ominandique arte appellentur. *Macris* quoque inter vetera Insulæ nomina relatum invenimus, neque tamen a μακρὸς, ut placet eruditis, sed ex Hebraico מקרין, *Macrin*, hoc est, *cornua promittens*, ob plurima promontoria sua, repeti debet. *Corcyræ* denique nomen non, nisi e quatuor radicalibus literis, compositum est; vel enim oritur a גרגר, quod abundantiam fructuum notat, vel eo ad præcipua Phæacum studia, saltationem, & rei nauticæ peritiam, respicitur, ut sit a כרכר, *ludere, ridere;* vel denique, bello acres viros ipsos fuisse, innuitur, tunc a קרקר, *vastare*, deducitur, unde etiam *cercurus*, navis genus, vocatur. E quibus etymologiis maxime Cl. Autori ea placet, quæ, navalis rei scientia excelluisse Corcyræos, prodit, *Homeri* autem narrationes, de fertilitate insulæ, aurigandi, saltandique, studio, quod incolis tribuit, ejusmodi etymologiis tantum superstructas esse, arbitratur.

ANGELI MARIÆ QUIRINI, S. R. E. CARDInalis, Bibliothecarii, & Episcopi Brixiani, ad Doctissimum & Clarissimum Virum, ALEXIUM SYMMACHUM MAZOCHIUM, Canonicum Neapolitanum, & Sacræ Scripturæ Regium Interpretem, Epistola.

Romæ,

Romæ, 1742, 4 maj.

Plag. 2.

Eminentissimus *Quirinus*, gratam sibi Cl. *Mazochii* operam fuisse, testatus, Insulæ nomina, ex Orientis linguis illustrata, in hac Epistola perpendit. Non temere *Scheriæ* etymologiam, a Græcis Scriptoribus traditam, quippe qui majorem linguæ suæ cognitionem habuerint, quam nos hodie omnibus curis ac vigiliis nostris assequi possimus, rejiciendam esse, cumque, *Drepanem* a falce insulam dictam, iidem scribant, non aliunde derivari debere, docet. De Phæacia & Macride animadversa probat, eaque, singulari cum solertia scripta, laudat. Inter Corcyræ etymologias eam, quam *Mazochius* ceteris præferendam duxit, eligit, negat tamen, inconditam narrationum farraginem ipsi superstructam esse. Neque recte otiosis Mythologis *Homerum* accenseri, ex eo præcipue colligit, quod, cum Corcyræorum Principum nomina Græca sint, Insulæ quoque appellationes ex eadem lingua eruendæ sint; maxime cum *Homerus* non ea videatur Orientalium linguarum peritia valuisse, quam *Blanchinus* ipsi aliique tribuunt. Mirum præterea videri, quod Poeta, qui nec semel Corcyræ nomine usus est, fabulosas narrationes comminiscendi ansam inde arripuisse dicatur. Ceterum de suis orientalibus studiis Eminentissimus Autor nonnulla commemorat, utque errores summorum Virorum, passim in Primordiis Corcyræis emendatos, iterum examinet, a Cl. *Mazochio* petit.

EJUSDEM AD DOCTISSIMUM ET CLARISSIMUM Virum, CLAUDIUM DE BOZE, perpetuum Secretarium Gallicæ Regiæ Academiæ Inscriptionum & bonarum literarum, Epistola.

Romæ, 1742, 4 maj.

Plag. 4, cum Fig. æn. 2.

Alius jam operis, si formam spectes, exigui, si res in eo tractatas, magni momenti, notitiam Lectori damus. Describit Eminentissimus Purpuratus Diptychum eburneum, quod ad *Paulum II* Pontificem olim pertinuit, cum adhuc Vicentinus

nus Episcopus esset, & varia de eo judicia eruditorum in Gallia & Italia affert. Cl. *Bozius*, ad quem Epistola directa est, nomine Academiæ, nihil certi inde se exsculpere, cum amantes, in eo expressi, habitu plane singulari compareant, respondit. *Gorius*, in una parte *Venerem* & *Adonin*, cui canis adstat, in altera *Lunam* & *Endymionem*, quorum fabulas ex *Macrobio* aliisque illustrat, exhiberi, & ab Imperatore *Commodo* in venationis ludo Diptychum oblatum esse, conjicit. *Maffeus*, *Atin*, quod ex resectis virilibus appareat, & *Cybelen* a pictore insculptam, mirumque, quod nulla Deæ symbola addita sint, arbitratur, Consulare autem Diptychum esse, negat. *Muratorius*, sponsalia incerta his figuris denotari, censet. *Joannes* denique *Franciscus Baldinus*, Diptychi partem, quæ dignitates Consulis præferebat, amissam, *Meleagrum* vero & *Atalantam*, *Paridem* item & *Helenam*, hic insculptos, *Honorii* cum *Maria* & *Thermantia*, *Stiliconis* filiabus, nuptias designare, putat. Excurrit in sequentibus Eminentissimus *Quirinus* in *Pauli II*, cujus erga artes studium ac voluntatem, numorumque veterum cognitionem, prædicat, laudes, variorum testimonio scriptorum confirmatas. Tandem ad Brixianum *Boetii* Diptychum venit, quod, adducta *Philippi a Turre* Epistola, illustrat, de unico ejus Consulatu *Sirmondi* & *Pagii* sententias amplexus. Finem Epistolæ impositurus, Cl. *Bozio* dubia, perlecta *Mazochii* de antiquis Corcyræ nominibus Diatribe, sibi oborta, exponit.

JO. MARTINI CHLADENII Einleitung zur richtigen Auslegung vernünfftiger Reden und Schrifften, &c.

hoc est,

INTRODUCTIO IN ACCURATAM INTERPRETAtionem scite compositarum Orationum & scriptorum, sive Ars Hermenevtica.

Lipsiæ, sumtibus Lanckisianis, 1742, 8.

Alph. 1 plag. 21.

Hermenevticam generalem, scientifice conscriptam, hujus artis cultoribus sistere Doctiss. Autor annisus est. Quem finem sic demum se consecuturum esse existimavit, si notiones, doctrinam hermenevticam ingredientes, per justas definitiones, cum universo

universo veritatum universalium systemate connecteret, & in ipsa interpretationis & commentariorum elementa altius inquireret. Neque enim principia hujus artis recte inspiciuntur, si tantum, quod olim factum est, de interpretatione integrorum librorum agatur, quippe quæ non est una interpretatio, sed turba & cumulus interpretationum. Id igitur potius in hac arte spectandum atque docendum est, quæ & qualis sit interpretatio singulorum *locorum*, sive minimarum partium cujusque libri, quod si tantummodo cognitum, præceptisque conclusum, habeamus, regulas, amplissimos quosque libros interpretandi, & Commentariis illustrandi, facili postea negotio detegemus. Necessarium igitur duxit Cl. Autor, hancque condendæ disciplinæ suæ legem sibi scripsit, ut omnes locos, qui obscuritate quadam laborare possunt, pro diversis obscuritatis causis, ad certas species reduceret, & ex cujusque speciei notione, quæ in eam cadat conveniatque, interpretationis formam demonstraret. Etsi vero vix fieri posse videri queat, ut loci obscuri, aut interpretationum formæ, quæ innumeræ videntur, ad species revocentur, & tantum non numero comprehendantur, id tamen effici posse existimavit & ostendit Autor, si *locos* ex objectorum, de quibus agunt, ac reliquarum suarum affectionum, diversitate æstimemus. Quemadmodum nempe omnes libri vel dogmatici sunt, vel historici, vel ad alterutrum genus proxime accedunt; ita quælibet minuta libri pars, sive *locus*, aut est *dogmaticus*, si *universalem*, aut *historicus*, si *singularem*, propositionem referat. Quare omnis interpretatio aut circa locum dogmaticum, aut historicum, versatur. Præterea propositiones, quæ interpretis industriam desiderare possunt, alias adhuc, & quidem istiusmodi, affectiones habent, quæ in singulis quidem locis, sigillatim sumtis, vix animadverti solent, sed illustriores & magis palpabiles fiunt, si per integrum forte librum regnent; veluti quod locus sit, si primam ejus originem spectes, ore prolatus, unde *orationes* dicuntur, etiam tum, cum jam scriptæ sunt; vel quod sit scriptus, unde plerique libri κατ' ἐξοχὴν *scripta* dicuntur; quod sit declarandis mentis suæ sensibus inprimis ab Autore destinatus, unde nonnulli libri *Confessiones* appellantur; quod

 locus

locus denique *sententiam* complectatur, unde *libri sententiosi* nascuntur, Gallis *les Ouvrages d' Esprit* appellati. Quæ igitur vulgo integrorum librorum affectiones esse existimantur, has Cl. Autor ad singulas libri cujuscunque partes, seu locos, refert, & ex his fundamentis novam hanc interpretandi artem educit. Antequam vero lectores vel ad interpretandi notionem, vel ad præcepta, admittat, varia argumenta, extra pomœria quidem hujus disciplinæ sita, ad eam tamen cognoscendam inprimis facientia, *tribus Capitibus* exponit. *Caput primum* de *Sermonis* affectionibus & *speciebus* agit, quales sunt *alloquia*, *colloquia*, *orationes*, *chori*, &c. *Caput secundum* scripta, sive libros, strictiori sensu sumtos, itidem pro objecti, in quo exponendo versantur, varietate, vel etiam ex scribendi genere, in species distinguit; inprimis vero *libri sententiosi*, quorum species maxime illustres sunt libri Oratorum atque Poetarum, non exclusis tamen Epistolis, accuratius scriptis, ut & Historiis, ad exemplar *Livii* & *Taciti* scriptis, ad notionem distinctam revocantur. Dicuntur autem hi libri sententiosi a crebris,
§. 62. quibus undique fulgent, sententiis. *Sententiæ* vero (*pensées*) Autorj nostro sunt propositiones, quibus plura, & a diversis intellectus facultatibus producta, judicia respondent. Ex qua definitione indolem atque regulas sententiosi dicendi scribendique generis philosophica ratione derivari posse, monet Autor, quale quid aggressus quondam est *Dominicus Boubourſius* in libro, *la Maniere de bien penser dans les Ouvrages d'esprit* inscripto. *Caput tertium* de vocibus & terminis agit, ita, ut non solum usitatæ divisiones accurate definiantur, sed etiam novæ, præsertim in *significatione* vocum constituenda, species & affectiones proferantur. Sic termini *æquivoci* distinguuntur a *vagis*; illis multiplex significatio respondet, *his* vero non solum multæ, sed ne quidem a se invicem distinctæ, notiones, sive significationes, respondent; simulque ostenditur, æquivocas voces, si modo non sint vagæ, nullum cognitioni veritatis impedimentum, nullam libris scientificis obscuritatem, afferre. Signifi-
106. catio vocum *vulgaris* non solum opponitur *metaphoricæ*, sed etiam *accidentali*, significationi, quam Autor dicit esse eam, quam vox ex circumstantiis *loci* & *temporis*, quo oratio profertur, accipit.

pit. Termini quoque, quorum notio eſt *complexa*, ſive ex judicio orta, diſtinguuntur a ceteris, per hanc maxime affectionem, quod intellectui quidpiam bis repræſentent. *Caput* §. 129.
quartum de notione Interpretationis & Hermenevticæ agit. *Interpretari* nempe eſt notiones proferre, quibus lector opus 144.
habet ad locum perfecte intelligendum. Neque enim inter- 145.
pretationi ſufficit, ſi ſenſus loci cujusdam obſcuri aliis verbis expreſſus indicetur, & extra librum monſtretur, ſed efficien- 169.
dum eſt, ut lector verum & perfectum loci ſenſum ſua ſponte in libro antea a ſe non intellecto ipſe inveniat. *Locus* autem *obſcurus* non is eſt, qui in ſe nullum certum habet ſenſum, (hujusmodi enim locus, ſi forte reperiatur, nullius interpretationis capax eſt,) ſed is, ad quem lector non ſatis præparatus accedit, ubi interpres inſtitutione & admonitione ſua efficere poteſt, ut lector idoneus fiat ad ſenſum loci introſpiciendum. Quemadmodum vero *obſcuritatis*, eo, quo diximus, ſenſu ſumtæ, variæ reperiuntur cauſæ; ita variæ locorum obſcurorum claſſes conſtituendæ ſunt, pro quarum diverſitate 179.
diverſæ quoque interpretationes adhibendæ ſunt. Scientia vero, quæ cuique loco obſcuro conveniat interpretatio, *Hermenevtica* appellatur. Hæc diſciplina cum ſummo ſtudio non ſolum in uſum Theologiæ atque Jurisprudentiæ, ſed etiam humaniorum literarum, tractanda ſit, valde incommode 176.
in Logica ſedem ſuam habere huc uſque credita eſt, quando- 189.
quidem Logica multa, quæ ad hanc ſcientiam cognoſcendam 190.
ſcitu ſunt neceſſaria, plane non tangit, multa obiter ſaltem exponit; id quod ad obſcurandam hujus artis formam non minus virium habuit, quam confuſio regularum criticarum ac philologicarum cum hermenevticis, & admixtio aliarum re- 177.
rum, quæ, etiamſi interpretationis vocabulo vulgo denotantur, ab hac tamen diſciplina alienæ ſunt. Præterea regulæ legendi 178.
libros ab interpretatione diſtinguendæ ſunt, non ita quidem, ut ex hac arte excludantur, ita tamen, ut a regulis interpretandi 180.
ſeparatim proponantur, iiſdemque ſubjungantur. *Caput quintum* interpretationes *ſermonum*, quatenus ſcriptis opponuntur, docet, ita, ut cauſæ obſcuritatis, quæ a vultu dicentis, aut 181.
geſtu, aut loci circumſtantiis, dependent, exponantur; quibus in

Gg 2 *Collo-*

Colloquiis accedant quæstiones, itemque casus & interpellationes. Plures difficultates atque interpretandi causas *compen-
§. 197. dia orationum* continent. Inquiritur porro, qualis sit idea ora-
209. tionis, cum *uno* saltem *verbo* indicatur, & quæ in hujusmodi
218. voces interpretationes cadant. In *Capite sexto scriptorum*,
220. quatenus orationibus opponuntur, interpretationes explanan-
230. tur, inprimis quod circa *interpunctiones* interpretis sit officium;
235.236. deinde archetypa scripta cum apographis *comparantur*, & emendationes apographorum interpretis officiis eximuntur, porro *librorum impressorum* præ *manuscriptis* commoda bre-
243. viter recensentur, addita observatione, quod elegantia typo-
246. rum, quibus nunc utimur, tantum ad illustrationem librorum
252. conferat, ut instar Commentariorum libri, nostro more impressi,
253. considerari possint. Denique de interpretatione *scripturarum occultarum*, itemque *hieroglyphicarum*, nec non librorum, quorum potiorem partem *Calculus* constituit, hoc monetur,
255. eam partim non valde necessariam, partim ab hac arte interpretandi longe sejunctam, esse. De orationibus & scriptis, quatenus *declarandis* cogitatis nostris inserviunt, peculiari *Capite*, quod in ordine est *septimum*, agendum sibi esse putavit Autor.
256. *Declaramus* nempe tam ea, quæ *cogitamus*, quam ea, quæ *volu-*
259. *mus*. Sunt autem omnes sermones, quin etiam scripta omnia, *declarationes* mentis, nisi aut per jocum loquamur, aut aliam personam vel vi officii, vel per simulationem, referamus. Declarationes vero sunt hinc vel *veræ*, vel *simulatæ*, hinc vel *apertæ*,
263. vel *ambiguæ*, & ænigmaticæ. Species vero declarationum re-
265. censet Autor *asseverationes*, *juramenta*, *confessiones*, tum quascunque, tum ad doctrinam & fidem spectantes, *testimonia*, *pro-*
296. *missiones*, *comminationes*, *mandata*, *leges*. Post hæc, quomo-
277. do una declaratio vel *generalior*, vel *specialior* altera, dicatur,
283. explicatum est. De *locis* denique *parallelis*, post traditam de-
287. finitionem, ostenditur, quod junctim sumti hinc *asseveratio-*
289. *nis*, hinc *specialioris declarationis*, virtutem habeant. *Caput*
290. *octavum*, interpretationi librorum historicorum destinatum, ita
291. Autor instruxit. *Historia*, quæ est notitia & enarratio rerum
301. gestarum, & factarum, & propterea ab ipsis rebus, quæ gestæ
303. aut factæ sunt, probe distinguenda, quanta quanta est, judi-

ciis

ciis hinc *intuitivis*, hinc *discursivis*, constat, maxime tamen intuitivis, ob difficultates, quæ judicia discursiva, de rebus gestis formanda, premunt. Quemadmodum vero judicia intuitiva §. 306.
non ab omnibus hominibus, quasi spectatoribus, eadem, sed 318.
a diversis diversa, formantur, pro diverso puncto visus, ex quo quisque rem gestam aut factum inspicit; ita res gestæ diversis hominibus diversa ratione repræsentantur, unde discrepantes, 307.
nec tamen propterea falsæ, ejusdem rei gestæ narrationes ortum trahunt. Sed historia, ex certo puncto visus narrata, alteri, qui ex alio puncto visus eandem cognovit, hinc inpræ- 309.310.
visa, hinc paradoxa, hinc incredibilis, hinc conficta, nec bona fide narrata, apparet, quæ singula interpretationis non unius necessitatem pariunt. Nempe 1) efficiendum, ut historia cre- 308.
dibilis fiat, id quod non per suppressam lectoris attentionem, 311.
sed per comparationem circumstantiarum, obtinendum est, quæ 313.
vel ignorabantur, vel non attendebantur, a lectore; 2) ut con- 315.
tradictio apparens, cujus plurimæ causæ adesse possunt, ex 316.
historia tollatur, quod per conciliationem, cujus indoles ab 319.
Autore explicatur, fieri debet, quibus rebus simul historiæ 320.
veritas & scriptoris fides vindicatur. Multum præterea inter- 322.
est, an rem gestam distincte, an confuse, cognoscamus. *Distincte* rem, quæ gesta aut facta est, cognoscimus, quando de- 329.
terminationes individuales introspicimus; *confuse* vero, quan- 330.
do & quatenus rei gestæ determinationes saltem generales perspicimus. Et sæpe consilio cognitionem nostram distinctam in confusam convertimus, quemadmodum prolixa historia eversarum terræ motu 12 urbium Asiæ, *Tiberii*que munificentia restitutarum, quæ apud *Tacitum Annal. Lib. I Cap. 47* exstat, a *Vellejo Paterculo Histor. Rom. Lib. II §. 126* una propositio- 334.
ne comprehenditur: *Restitutæ urbes Asiæ.* Hujusmodi *contractæ historiæ*, quales in *Tacito, Livio, Vellejo Paterculo*, permultæ reperiuntur, si dextre connectantur, *historiam sententiosam* constituunt. Hi sententiosi libri historici, & singuli eorum loci, multis interpretationibus opus habent: nempe 1) ob ver- 336.
borum ambiguitatem, qua hæ narrationes necessitate quadam laborant; 2) ob *vestigia* historiarum, in hujusmodi locis delitescentia: cum vero difficile sit, ex vestigiis historiam ipsam

 eruere,

§. 339. eruere, succincta *vestigiorum historicorum* theoria traditur;
340. 3) ob ea, ad quæ scriptor historiæ respexit: unde multiplex
Interpretis officium oritur, in explanando libro historico ver-
344. santis, & multiplex cautio apud lectores, si, interprete desti-
tuti, lectionem hujusmodi librorum aggrediantur. Accedit
autem his libris nova obscuritas ex terminis metaphoricis, quos
347. admixtos habent. Eadem fere ratio est *descriptionum*, quæ
351. enarrant res, quæ in mundo *sunt* & *perdurant*. Utrinque *no-*
437. *minum propriorum* multitudo sæpe obscuritatem parit. *Ho-*
365. rum tamen notiones, intelligendis Autoribus aptæ, non satis
366. tuto e Lexicis, ad quæ ceteroquin non male confugimus, ad-
388. discuntur, sed ex ipsa historia rei, vel personæ, nomine de-
400. notatæ, repetendæ sunt. Ab his præceptis, quæ ad interpreta-
tionem librorum historicorum ratione sensus immediati spe-
ctant, Autor progreditur ad eorum *applicationem*, & *sensum*
mediatum; quo pertinet 1) loci historici ad probandam ali-
417. quam historiam translatio. Non potest autem, nec debet, hæc
418. probatio uno modo confici, sed diverso, prouti historia pro-
banda vel totidem verbis apud scriptorem exstat, vel ejus sal-
tem vestigia apud scriptorem, quem testem producimus, re-
periuntur. 2) Notatus usus librorum historicorum ad forman-
426. dum systema veritatum historicarum, quod potissimum e do-
cumentis & instrumentis, nec non locis classicis, exstruendum
435. est. *Locus* autem *classicus* est illud testimonium, unde pro-
positio probanda brevissime probari potest. 3) Applicatio lo-
437. 438. corum historicorum in formandis novis notionibus ostenditur.
4) Tenenda quoque formatio regularum moralium e libris hi-
431. storicis, qua ratione libri historici cognitionem vivam excitare
433. possunt, hoc est, eam, quæ influit in voluntatem, & sic histo-
444. riæ fiunt *doctrinæ*. Quoad vim doctrinæ tamen inter historias
eminent *oracula historica*, quorum indoles, quia tantum per
448. revelationem cognoscuntur, ac propterea ad Theologiam re-
457. velatam pertinent, breviter saltem recensetur. Denique, ut ap-
474. pareat, quomodo sensus locorum historicorum a male sanis
488. interpretibus perverti possit, speciminis loco aliquot corrupte-
492. larum species recensentur. Libris historicis succedunt *dogma-*
tici, qui *Capite nono* in varias species dividuntur, ideo, quod
veritas

veritas universalis quælibet, nedum complexus veritatum universalium, ex variis *punctis visus* spectari potest. Libri quidem §. 517.
systematici tanta gaudent perspicuitate, ut sibi ipsi sufficiant, &
sine interpretis auxilio intelligi queant; quia tamen, qui hujus 501.
generis præstantissimi a nonnullis habentur, nempe mathematici,
in scholis explicari solent, & explicatione omnino opus habent,
qualis hæc sit, ostenditur. Densior interpretationum lux affunden- 510.514.
da libris dogmaticis *vulgaribus*, qui non tam veritates demonstratas,
quam *quæstiones*, continent, nec ipsi sunt unius generis, sed di- 523.525.
versi, prouti vel quæstiones *integras* tradunt, vel *amputatas*, &
in compendium missas. Utrobique multa interpretatione opus
est, 1) ob vocum vulgarium ambiguitatem; 2) ob terminos 535.
technicos non definitos; 3) ob formam propositionum non de- 538.
terminatam; 4) ob probationes historicas admixtas; 5) ob prin- 541.
cipia precaria; 6) ob notionum, quibus lector nondum imbu- 545.
tus est, novitatem; 7) ob probationes omissas; 8) ob contra- 547.
dictiones apparentes. Est vero librorum dogmaticorum ea 551.
conditio, ut, quemadmodum nihil, præter veritates universales, 553.
quæ per rationem cognoscuntur, tradunt, ita toti a *ratione* no- 557.
stra proficisci debeant. Fit tamen quam sæpissime, ut eruditi
cum ratione *imaginationem* conjungant, unde *libri dogmatici*
sententiosi ortum trahunt. Hi autem libri non solum omnes 558.
ante enarratas interpretationes admittunt, sed plures etiam, sibique
peculiares, postulant, partim 1) ob stilum periodicum, 560.
2) partim ob terminos metaphoricos, non definitos, 3) partim 564.
ob similia, ad illustrandum prolata, 4) partim denique ob pro- 570.
bationes, ab exemplis petitas. Librorum dogmaticorum sen- 571.
tentiosorum exempla sunt scripta *Petri Bælii*, & ex parte *Leibnitii*
meditationes, præsertim *Theodicæa*. Multitudo obscurorum
locorum mirifice augetur in *Compendiis* librorum
dogmaticorum, quæ ab Autore in sex species distinguuntur, ut eo
facilius, quæ cuique sint propriæ interpretationes, ostendere posset. 578-583.
Hæc igitur sunt potiora momenta hujus *Capitis*, quæ ad sensum immediatum
librorum dogmaticorum spectant, a quo meditationem
suam Cl. Autor transtulit ad *sensum mediatum*, quem & *applicationem*
dicere solent, quo ab ipso referuntur, 1) quod dogmata, in libro quo- 587.
dam tradita, ipsi scriptori imputentur; 2) convictio, quam ex libro- 596.
rum dogmaticorum lectione reportare possumus; 3) quod ad locum 601.
libri dogmatici provocare queamus; 4) quod ex loco dogmatico con-
clusiones formari queant; 5) cognitio viva, ex libris locisque dogma- 602.
ticis obtinenda. Peculiarem rationem *Oraculorum dogmaticorum* esse, 610.
postea

postea ostenditur, vi cujus non per omnia ex his regulis interpretandi
§. 622. æstimanda atque interpretanda sunt, ideo, quod supra rationem positæ,
628. neque demonstrari, neque eodem modo, quo veritates, rationi patentes, ad conclusiones formandas transferri, possunt. Omnia vero, hactenus dicta, in subsequenti hujus *Capitis* parte transferuntur ad explicandam interpretationem, quæ locum habet 1) in Historia Dogmatum,
629-637. quæ diversimode institui potest; 2) in libris Polemicis; 3) in Historia
639-645. controversiarum. *Caput decimum* generales interpretationis affectio-
47. nes tradit, 1) cum, sensum alicujus loci aliis verbis *exponere*, *interpretationem* ejus loci non absolvat, nisi in quibusdam *casibus*, *regula* generali exprimitur, quando interpreti liceat præter declarationem
655. sensus nihil aliud agere. 2) Ostenditur, quid sit *interpretationis proba-*
656. *tio*, quæ vel perfecta esse potest, sive completa, vel imperfecta, seu in-
664. completa, & quando ea necessaria sit, vel minus. 3) Interpretationes quidem dari, sed sine arte hermenevtica probari non posse, monstra-
669. tur, unde utilitas hujus disciplinæ elucet, quæ ulterius exinde declara-
671. tur, quod ope hujus artis *locos vexatos* intelligere discamus. 4) Cum multæ notiones ad *sensum* cujusque *loci*, nec id male, referantur, totus *sensus* ambitus in tres partes distinguitur, in *sensum immediatum*, *sen-*
674. *sum mediatum*, sive *applicationem*, & *digressiones*; quatenus tamen inprimis sensus immediatus, etiam tunc, cum maxime ad applicationem
989. contendimus, quia, neglecto sensu immediato, & applicationes infeliciter succedunt, & digressiones plane ineptæ fiunt. 5) Quid sit *finem* Autoris *respicere*, eo accuratius docetur, qua magis celebrata est Hermenevtarum regula, qua dicitur, ad finem scriptoris & libri omnia esse referenda. Quia nempe sensus loci, ut ante dictum est, certum ambitum habet, ac scriptor ipse sæpe non omnia videt, quæ recte, loco quodam perlecto, a lectore cogitari possunt; sensui loci *finis* tribuitur, quate-
695. nus autor libri eum cum certa limitatione introspexit; quo fit, ut duplici ratione finem scribentis negligere queamus, si vel finem *non assequamur*, vel eundem *excedamus*. Pertinet autem regula de observando
698. scribentis fine non tam ad sensum immediatum, quam ad mediatum, & propterea distincte docetur, quid faciendum sit, ne finem, a scri-
702. ptore intentum, vel non assequamur, vel excedamus; id quod difficile sæpe est, præsertim iis in locis, qui ad *movendam voluntatem* aliquam vim habent; principia tamen stabilire annisus est Autor, unde explicari potest, quando in lectoris potestate vel sit, vel non sit, scopum
721. 722. scriptoris respectu motuum assequi, & tamen non transgredi. 6) Certi-
736. 737. tudo sensus in libris caute scriptis demonstratur, simulque ab argumento vindicatur, quo ea inprimis labefactari posse videtur, quod sci-
742. licet pleræque voces sint *æquivocæ*. Demonstratur igitur, multitudinem significationum, in se spectatam, certitudini significationis nihil detrahere, quandoquidem & multitudo significationum unius vocis, & quod in casu speciali hæc significatio alteri anteponatur, non a cœco casu, sed a regulis, si ultima principia spectes, psychologicis,
745. 746. dependet. Unde porro certitudo regularum hermenevti-
751. carum facili negotio infertur.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Maji Anno MDCCXLIII.

SACRA CONCILIA ECCLESIÆ ROMANO-CAtholicæ, in regno Hungariæ celebrata, ab anno Christi MXVI usque ad annum MDCCXV. Accedunt Regum Hungariæ et Sedis Apostolicæ Legatorum Constitutiones Ecclesiasticæ. Ex MStis potissimum eruit, collegit, illustravit, P. CAROLUS PETERFY, e Societate Jesu. Pars prima, in qua Concilia & Constitutiones ab anno Christi MXVI usque ad annum MDXLIV prodeunt.

Posonii, typis hæredum Royerianorum, 1742, fol. Alph. 4 plag. 5.

Exhibuimus tibi superiori anno, amice Lector, doctissimi *Timonis Historiæ Hungaricæ civilis* epitomen, atque ita omnino exhibuimus, ut ornaverimus Virum debitis elogiis. Nunc Ecclesiasticæ Historiæ scriptorem accipe, æque, ut *Timon*, Jesuitam, sed virulentum, sed jejunum, verbo dicemus, indignum *Timone* socio. Constituit ille Hungariæ Concilia eruere, colligere, illustrare, uti ipse loquitur, atque id *Actis* inprimis *Mediolanensis Ecclesiæ* inductus, doctissimorumque virorum exemplo, qui patriæ suæ Concilia, insignem sacræ Historiæ partem, exposuerunt. Sed migravit Historici leges scriptor, neque ita labore sub defunctus est, ut plausum mereatur. Historicus sine patria sit, sine religione, oportet. Hunc nostrum si legas, næ tu vix Pontificium ignores,

ita est in Protestantium sacra vehemens, maledicus, ne quid pejus calamo effluat. Audiamus præfantem: *Sacra Concilia Ecclesiæ orthodoxæ, Romanæ, Catholicæ, Hungaricæ, in volumen collegi, argumento operis, ut alias utili, ita a nemine adhuc in patria occupato.* Satis hoc erat, ut lector intelligeret, quid acciperet operis; sed non potuit sibi temperare, quin in ipso limine virus suum bilemque effunderet. *Frontem,* inquit, *ipsam hoc titulo armare debui, ut mea ab heterodoxorum historicis paleis discernam; qui errorum suorum augmenta, vel minas in Hungariam, ad memoriam posterorum coagmentantes, conciliabula, colloquia, contentiones ministellorum, inter acta sanctæ Ecclesiæ, catholicæ, orthodoxæ, Hungaricæ, plagiaria inscriptione insignire & reponere non verentur. Videatur passim* Frid. Adolph. Lampe *in Hist. Eccl. Reform.* Quasi vero Conciliorum non mereantur nomen Conventus Ecclesiæ, a Romanis sacris alienæ; ministellorum certe contentiones, quas vocat Autor, tantæ, tamque immanes, ne dicamus cruentæ, nunquam fuerunt, quam illæ, quas Tridentinum Concilium, habitum a Romano-Catholicis, ut taceamus exempla alia, nobis exhibent. *Lampium* insectatur, & recte omnino. Quantum enim a doctissimo Viro modestia & eruditione dissidet, tantum ejus interfuit & sui similium, documenta, quæ protulit *Lampius*, ignorari. Paulo post indicem conficit illorum, qui res Ecclesiæ Hungaricæ prosecuti sunt. *Melchiorem Inchofferum*, Jesuitam, primo loco ponit, cujus satis superque noti sunt Ecclesiastici annales, cui tamen operi Autor immortuus. Quod quia in doctissima Commentatione sua, de initiis religionis Christianæ in Hungaria, Cl. *Schwartzius* (quem e Magistro Halensi Professorem fecit, magno benevolentiæ suæ documento,) monuerat, ne forte deciperentur, qui in alteram quoque *Inchofferiani* operis partem inquirerent; nodum in scirpo quærit *Peterfyus*, atque omne hoc calumniam interpretatur, additque ex *Persio*, ne vel hunc non legisse crederetur, inhumanum illud: *Ulcus in ore putre, quod addeceat, plebeja radere beta.* Re vera plebejum hoc est, dignum remuneratione plebeja. At, quantum conviciorum, tantum nihil ad rem. Post

Inchoffe-

Incbofferum Sigifm. Ferrario, Ord. S. *Dominici*, locum concedit. Scripfit ille *de rebus Hungaricæ provinciæ ejusdem Ordinis.* Hunc fequuntur *Jo. Tomco*, Epifcopus Bofnenfis, *de vita S. Auguftini, Epifcopi Zagrabienfis; Fragmen Corvi Panis protho Eremitici* (hoc ne *Evandri* quidem mater intelligat,) five Annales RR. PP. S. *Pauli*, primi Eremitæ, ad annum ufque 1663; *Franc. Foris Otrokocfi Origines Hungaricæ; Malac. Rofenthaller* (*Rofenthal* fcribendum erat,) *de S. Ordinis Ciftercienfium monafteriis in Hungaria; Mart. Szentivány Differtationes paralipomenicæ; Alex. Szöreny Catalogus Archiepifcoporum Strigonienfium; Tarnóczi Hungaricæ fanctitatis indicia; Sam. Timonis Purpura Pannonica; Ladisl. Szöreny Vindiciæ Sirmienfes, & prærogativæ cleri Regni Hungariæ*, & denique *Caftrum aureum*, id eft, Archiepifcoporum Strigonienfium Elogia ad annum ufque 1655. Exulant hic, qui de rebus Ecclefiæ Proteftantium in Hungaria fcripferunt. Nempe

Intererit multum, Davufne loquatur, an Eros?

Sed non penitus exulant; fubnectit illos Autor, eum tantum in finem, ut atro notaret calculo, atque pro eo, ac poteft, profcinderet. De *Hiftoria Diplomatica* ita pronuntiat in Obfervatione tertia: *Chaos fchedarum, unde unde congeftarum, fi ea demas, quæ locum inter leges publicas obtinuerunt. Profanatum in ea nomen hiftoriæ diplomaticæ; tegmen meditatæ perduellionis, fomitem difcordiarum, trifte memoriale laceratæ per Lutherum & Calvinum patriæ, Autor dixiffet; dignus, quem Regum & Ecclefiæ Diplomata ad primam ufque cutem flagellent.* Quantæ Veneres! *Diplomata flagellent.* Longe aliter profecto, qui legerunt librum, fententiam dicent; laudabunt illuftris Autoris de Ecclefiaftica Hungariæ hiftoria merita; laudabunt modeftiam; accurationem laudabunt; de *Pe*■*rfyo* autem quid? vel hoc documento, tanquam ex ungue leonem, pernofcent; *Ciceronem* dicent pro domo fua perorantem, ita tamen, ut eloquentiæ locum loquentia occupet. *Rudus redivivum Paris Papaji* libellum, qui varias religionis Proteftantium converfiones in Tranfylvania eleganter exponit, hoc ornat elogio: *Si Latium adimas, næniæ funt, & olus recoctum, tur-*

barum in Transſylvania, dum Ariani, Zuingliani, Calviniſtæ, Anabaptiſtæ, Lutherani, capronas ſuas vellicarent invicem, & cum gemitu depilarent. Novum modeſtiæ *Peterſyanæ* documentum, ſi Diis placet; quod argumentis non poteſt, ſcommatibus tentat. Ita ſolent, qui cum vulgo ſapiunt. Sed

Ut quondam in ſtipulis, magnus ſine viribus ignis
In caſſum furit.

Hiſtoriam Eccleſiæ Reformatæ Lampianam ita traducit, ut *dives monopolium* dicat *contumeliarum, quibus Eccleſiam Romanam & Clerum afficit; fœtum ejusdem infelicis uteri cum* Hiſtoria diplomatica; *excuſſiſſe ſe hominis pilum omnem, nihil ſinceri teſtimonii in eo reperiſſe; paraſitum illum eſſe Autorum, ad agendos remos pridem damnatorum.* Viderit autem *Peterſyus*, ne ſe ſuique ſimiles, cum excuſare vult, accuſet potius, obductam cicatricem cum refricat. Notum eſt Jeſuitæ claſſicum, quod retulit *Lampius:*

Utere jure tuo, Cæſar, ſervoſque Lutheri
Enſe, rota, ponto, funibus, igne, neca.

Notæ miſerorum hominum calamitates, ut proinde opus non ſit, memoriam damnatorum ad remos renovare. Exquirat exterorum de his judicia, ſi volet, *Peterſyus*. De ipſo *Lampio* jam tulimus ſententiam. Tandem & Cl. *Schwartzii*, ejusque Diſſertationis *de initiis religionis Chriſtianæ in Hungaria*, meminit, &, quia congredi cum doctiſſimo Viro ipſe auſus non eſt, catervæ Sanctorum ſuorum ſe ingerit, ita adverſus Autorem militaturus. Ferre nimirum non potuit, quod *Schwartzius* Græcis, non Romano Pontifici, origines Chriſtianæ religionis in Hungaria vindicavit. *Nititur*, inquit, *culmus ſtraminis contra torrentem tot ſeculorum! Quid ſi Divi*, Wolfgangus *asciam*, Piligrinus *pedum*, Adalbertus & Gerardus *tela*, Carolus *denique* Magnus *enſem, in hallucinatoris caput expediant? Opponam Diplomata jejuno ſcriptori, ut ad ea calamum expoliat.* Opponas, quicquid velis, *Peterſi*, nihil erit ſolidi, verba dabis, pro tuo more, & convicia; argumenta enim opponere argumentis tu non ſoles. Quis autem, cui de meliore luto finxit præcordia

dia *Titan*, extimescat illa, quæ tu intentas, asciam, pedum, tela, ensem, cur non plura alia?

Integer vitæ, scelerisque purus,
Non eget Mauri jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra.

Atque hæc de Scriptoribus, inquit, *Ecclesiasticis Hungariæ heterodoxis; quorum in hoc libri sunt* durum olus, & populi cribro decussa farina. Utique durum olus, quod tantam stomachi resolutionem conciliavit scriptori nostro, ut jam respuat, quicquid obvenit. Mox tamen sibi, & suæ dexteritati, apologiam scribit, sollicitatus a nemine. *Prodesse omnibus*, inquit, *qui in medio nationis pravæ positi, armis deficiunt domesticis; subdere stimulos sanctæ Antistitum nostrorum societati, ut magna, quæ huc usque egerunt, immortalibus factis coronent; me totum, & quos bonæ arriserunt literæ, in Dei primum, dein Ecclesiæ Romano-Catholicæ, gloriam, consecrare, offerre, cedere*, &c. Et paulo post: *Efferat ex annosis forulis, si quem dubium incessit, ingenuæ fidei; recolligat a nobis edita, nec pallio, nec annulo, dignum Quirites me pronuntient, cum mutua consensione acta sese non exceperint. Quibus non suppliciis fidem meam redimo?* Tanti est,

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Paulo post, *parce se delibasse narratiunculas, intritas dudum*, refert, *neque egisse eorum more, qui omnes Autorum familias e Bibliothecis, Glossariis, Spicilegiis, unam in paginam cogunt immigrare; qui cœnam Terentianam in vasto exhibent folio; e qua, cum Autor quisque patellam, quam dedit, suam ad se reducit, nihil, quod herus coxit, olet domi.* Exhausisse mihi videtur elegantiarum, quas Autorum lectione congessit, indicem suum *Peterfyus*, ita est prodigus, in *Terentii* domo scripta crederes, & si quid in studiis cognatio valet, & hujus propinquum. Utinam vero parcius obsoletas narratiunculas protulisset! Exularent ita, quæ ipso in opere de *Tökölyo* commemoravit; exularent multa alia, quæ sine judicio consignavit, quæque hic loci perstringere, operæ pretium non est. *Sebastianus Tököly*

inter primarios exercitus præfectos, dum Jaurinum A. 1598 Turcis eriperetur, numeratur, & laudatur ab *Istvanffyo Historiarum Lib. XXXI pag. 467. a.* Itane vero ab equis, ut vult *Peterfyus*, ad præfecturas militares tam celeriter grassatus *Tökölius?* Quis, nisi cerebrum gerat in calcaneo, sibi persuaserit, mercatorem *Sebastianum*, solis divitiis illustrem, liberum & hæreditarium dominium Kesmarkiense fuisse adeptum? Et, si humili loco in Polonia natus, qui potuit vel ad axioma nobilitare in Hungaria adspirare, a quo, *legibus Regni*, in perpetuum Poloni exclusi; deinde, qui *Sebastiani* filius, *Stephanus, Georgii Thurzonis*, Palatini Regni Hungariæ, filiam meruit? nepos *Stephanus Mariam Gyulaffy de Ratot*, fœminam identidem nobilissimam & opulentissimam? Unde vero divitiæ illæ *Tökölyanæ?* Dicemus. *Sebastianus* primus acquisivit, virtute duce, comite fortuna. Auxerunt felicibus connubiis nepotes, derivatis in suam gentem thesauris per *Thurzoniam, Gyulaffyam, Rakoczyam*, illam aviam, istam matrem, hanc uxorem emeriti *Tökölii.* Pudeat igitur *Peterfyum* nugivendulum, tam insubidarum fabularum fartorem, pudeat, pigeat, pœniteat. Pudeat inficetæ narrationis alterius, quam refert *pag. 190.* Pudeat concacatæ centum aliis logorum monstris chartæ innoxiæ. Itane publico illudere verum est? Sed secutus est sodalem suum, *Stephanum Szabó*, insignem nugatorem, cujus lege *Cassoviæ veteris & novæ delineationem pag. 177.* Nihilo minus scribit, se ab istiusmodi fabulis abstinuisse, spicilegia, glossaria, veteramenta alia contemsisse, cum, si quis alius, ipse profecto veteramentarius sit, neque quidquam suarum mercium exponat, præter glossas & triviales narratiunculas. Confitentem habemus reum *pag. B. 2 seq. Rude*, inquit, *simulacrum accusent alii; congestam unde unde sarcinam, consutum, mancumque servulorum pallium. Nihil moror; extrusi illud in publicum, eorum in gratiam, qui pertinacia quadam inolita lucubrationes utiles damnant inglorii, aut, posita omni cura, de sacræ Reipublicæ gloria, intra vitæ commoda abrepti, ex æquo non æstimant, quod hactenus ignorarunt. Obsonii instar inspersæ sunt notationes*, inquit Noster; egregie!

gie! Furit in his quam maxime ſcriptor, atque, ſi hæc obſonia ſunt, næ tu nobis, quiſquis es, cœna a *Peterſyo* excipi, invitatus licet, recuſes. Vide, quid propinet adverſariis ſuis, lege & mirare hominis ſtomachum. *Heterodoxi, & quibus ipſa a ſacris Romānis defectio, epigramma fugitivorum inuſſit, procul dubio clamitabunt, me, ut revertar, atque e theatro intro me ocyus reducam; metuunt quippe, ne conjuratis divorum Regum, Epiſcoporum, Conciliorum, ſententiis rurſum vapulent, & quaſi poſtliminio remos, dudum paratos, in ſe expediri ſentiant. Amici! populares mei! qui Calvinum, Lutherum, ceteroſque fabularum machinatores, hodiedum oletis; non me clam infero, nec veſtra invado; ad majorum pietatem, & priſcum Dei cultum, tot teſtium, quot Conciliorum, ſuffragiis excitatos cupio. Relegite veſtigia, ſeptem jam Seculorum approbatione confirmata. Excutiant conſcientiæ lethargum, inſignia Principum, avorumque exempla; & umbras illas, a duobus & ultra Seculis in Hungaria errantes, porro auferant.* Claſſicum canit *Peterſyus*, ad internecina odia amicos invitat; quis vero, cum ſubeſſe debeat, cur ames, amicus ſit homini, ſeque illius infantiſſimis omnino conſiliis adjungat ſocium? Te certe buccinatore, homo, ne mures quidem *Homericos*, bellum unquam ranunculis illaturos fuiſſe credimus; tantum abeſt, ut metuamus, Hungariæ Proceres, quos virtus ornat & juſtitia, quorum tamen imploras facilitatem, dicto audientes tuo unquam futuros. Sed nondum præfari deſinit Noſter; aliquot verbis, quo ordine libellum elaboraverit, indicat. *Summula perbrevi*, ait, *Synodi cauſas, ordinem, annum, evolvemus.* Proteſtantium, quos tanta acerbitate perſtrinxit, ut germina viperarum dixerit, Synodos ut recenſeret, impetrare a ſe non potuit; *has* proinde, *aliorum*, inquit, *hortatu fere victus, captivorum reorumque loco, exeunti militum legioni appendere conſtitui.* Pergit: *Mitior me tamen genius habet, quam ut in ruborem vos adigam*, (næ tu haud ſtulte ſapis, homo, id, quod non potes, non videtur tibi agendum; mite ingenium jam prodidiſti,) *ſi convulſas illas opiniones, volſellas ridiculas, & in decumanum uſque riſum præcipitata jurgia, ad ignaros hactenus promoverem. Suppreſſi itaque, nolui in*

modeſtiam

modestiam & pacem peccare, (quorsum ergo perbella illa consilia tua?) *quarum utraque merito periclitetur, cum orbi literato gladiatorios triumphos, consultationes, quas ipsæ lacbrymæ rideant, pactosque in excidium fidei Catholicæ inertes arietes, typis expingerem. Denique pro re nostra Cappadox in Curculio: iis, qui perjuraverint, locus non præberi potest in Capitolio.* Ista, ut constet, cujus generis homo sit scriptor. Ecquis vero calenti calamo sufflamen injiciat? *Scioppiana* rabies *Brutiani* alicujus manum requirit.

Quod ad totius Operis partitionem attinet, in *duos Tomos* laborem Autor dissecuit. *Prior* hic est, quem exhibemus, & Concilia ad *Olahi*, Archiepiscopi, tempora, seu annum Christi 1560, celebrata, complectitur. Dicatus est Augustissimæ Principi, *Mariæ Theresiæ*, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Reginæ, &, ne vel scholasticas nugas desideres, dedicatoriæ Epistolæ, quæ mole sua laborat, assertiones ex universa Philosophia subjunguntur. Sed videamus ipsas Synodos. Incipit a S. *Stephano*, atque *Constitutiones Ecclesiasticas* sub eo, & *Sebastiano*, Archiepiscopo Strigoniensi, circa A. 1116 promulgatas, recenset. Præmittit, quem & in sequentibus ordinem servavit, narrationem præviam, quam vocat; sequuntur decreta ipsa Synodorum cum commentatione Autoris, observationibus copiosissimis stipata; singularum autem *Sectionum* initia Sigillis Ecclesiarum, æri incisis, initialium literarum loco, decorata voluit. Quæris, an S. *Stephani* temporibus celebratæ Synodi? *Peterfyus* affirmat. *Synodos*, inquit, *vivente Stephano jam celebratas, vel certe habendarum ordinem modumque fuisse initum, inter cetera, quæ non desunt, argumenta, colligitur ex vetustis duobus Diplomatibus, fundatæ scilicet Abbatiæ B. V. M. de radice montis ferrei (Péchvárd) pag. 4 & 5.* Pergit ita sub *Andrea I*, Hungariæ Rege, & *Neæmia*, Archiep. Strigoniensi, A. 1158 *pag. 11.* Sub S. *Ladislao*, Rege, & *Seraphino*, Archiep. Strigon. A. 1092 *pag. 14 Synodum Szabolchensem* refert. Hic de *Salomone* Rege, quem alii *Sigismundum* dicunt, ita hallucinatur, ut nihil supra; improbum hominem atque impium pronuntiat, qui, *tentata ultima alea, ingenti clade, a Mariano Rege profligatus, mundum fastidirit, & sanctius vitæ genus A. 1086 inter*

sylvarum

ſylvarum receſſus quæſierit. In obſervatione dein, ſub judice eſſe litem, ait. Sed vero fortiſſimus fuit Princeps *Salomo*, ſtrenuus, ipſi *Gregorio* Papæ in deliciis. Proſtant illius literæ ad *Salomonem* & *Judith† am*, uxorem, filiam *Henrici III* Imperatoris; unde ſapere potuiſſet *Peterſius*, niſi eas ignoraſſet. Non ergo ſub judice lis eſt, ſed ab ipſo judice, qui creditur, definita. Neque frater erat *Geyſæ Salomon*, ſed patruus, quod ſibi notet ſcriptor. *Decretorum Capite 37 pag. 33* hæc verba ſunt: *In hac vero ſancta Synodo a venerabili Rege ſtatutum eſt, & univerſis Epiſcopis collaudatum & canonizatum, ut vigiliæ celebrentur S. Stephani Regis*, &c. Facile inde colligas, præſediſſe hac Synodo, atque ita jure ſuo regio fuiſſe uſum S. *Ladislaum.* Hoc vero ut evertat *Peterſius*, torquet ſe mirum in modum, uſque dum in contraria plane delabatur, ita commentatus: *Habes ex hoc decreto, Regem Ladislaum non ita ſtatuiſſe, quaſi præſideret, ſed propoſuiſſe duntaxat, & ſententiam ſuam, religioni maxime conſentaneam, in medium attuliſſe; quod cum innumeri Epiſcopi collaudaſſent ac monſtraſſent, vel potius confirmaſſent, tum etiam Ladislaum Regem huic omnium conſenſui Regia manu firmamentum addidiſſe, quo omnes ſubditi ea lege adſtringerentur; alioquin poteſtas laica ſine Epiſcopi autoritate ferias indicere non poteſt.* Hoc vero eſt, quod vult Hiſtoricus; Regum poteſtatem imminuere, exaggerare Cleri autoritatem, hac commentatione ſe poſſe, exiſtimabat. Sed redarguit ſe ipſum. *Pag.* enim *3* diſerte affirmat aliquo teſtimonio, in conventu Szabolchenſi A. 1092 S. *Ladislaum* præſediſſe; quod ut infringeret, aliam Regibus Hungariæ perſonam induit, Pontificis Romani in Eccleſiis Hungariæ vicarium nominat, ut, Clerici munere functum, Clericum præſediſſe Regem, non laicum, poſſet elicere. Sed fruſtra. Ceterum, componat, qui volet, explicationem *Peterſii* cum Decreti verbis, videbit, veteratorem agere hominem, tantum abeſt, ut loco clariſſimo lucem affundat. Sub *Colomanno*, Rege, & *Seraphino*, Archiepiſcopo, *Eccleſiaſticas Conſtitutiones pag. 40* exhibet, editas A. 1103. *Caput IV*, quod *de cauſis duorum Abbatum in Synodo judicandis* agit, omiſit; quæras, cur? non

erat ad palatum; *primum* certè *Caput, de dote cujuslibet Ecclesiæ per B. Stephanum disposita*, fidelissime apposuit. Nonne hoc est δυλεύειν τῇ ὑποθέσει? Ad *Caput XXVI, de celebrationibus Missarum*, si contulisset ex *Saligio* scrupulos *Maximiliani*, habuisset Autor, quibus observationem suam potuisset reddere ampliorem. Appendicis loco Synodum Strigoniensem nationalem, sub *Colomanno* celebratam, addidit, ut doceret *Paschalis II* Papæ sollicitudinem, qua adactus, *Cunonem*, Cardinalem Legatum, dimisit etiam ad Hungaros, *ut a societate Henrici IV*, qui *multa*, ut *Petersius* loquitur, *ob negatam Prælatorum investituram, temere sibi arrogatam, adversus Ecclesiam Dei* moliebatur, discederent. Quorsum hæc dicta velit Historicus, facile odoramur. *Pag. 63 Synodum Strigoniensem provincialem, Stephano III* Rege, & *Bansio*, Archiep. Strigoniensi, A. 1159 convocatam, recenset. Adducit Diploma, cum inscriptione: *H. Dei gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæque, &c.* atque subjungit observationem: *Quid litera H. indicare velit, ignoro. Regum nemini tribui posse, in aperto est. Eandem literam Diplomati præponit Baluzius (Steph.) Tomo III Script. Ital. Ludov. Muratorii pag. 474.* Recte *Baluzius*; tu vero, *Petersi*, quod ignorabas, disce. Rex *Emericus*, *Belæ III* filius, *Hemmerachus* dicitur *Godofredo*, Monacho, A. 1199. *Henricus*, *Lucio* in *Dalmatia pag. 147 b*, qui paulo post adducit ejusdem Privilegium, hoc titulo: *H. D. G. Hung. Dalm.* &c. *Rex*; item & in alio Privilegio *pag. 148 a* & *152 b*. Quid? quod & *Henricum* vocet idem *Lucius pag. 159 b, 272 b*, & post sæpe *pag. 147*, ubi & *H.* litera ejusdem privilegio præponitur. Immo & *Verböcius P. II Trip. tit. 14* monet, *Henricum* dictum *Emericum*, corrupte & usu Germanorum. Hinc tu potuisses discere, *Petersi*, esse omnino in aperto, contra quam scribis, Diplomata, signata litera *H*, tribui posse alicui Regum Hungariæ. Solus tu tibi sapere videris, ceteros, uti umbras, volitare existimas; sed falleris, o bone! Plurium tu errorum postulari posses, si ferret hic loci destinatio. Sed proferamus pedem. *Synodus Vaciensis diœcesana* sequitur, sub *Emerico*, Rege Hungariæ, & *Job*, Archiep. Strigoniensi, ab A. 1193 ad 1214, ad compescendos pravos Cleri-

corum

eorum mores, habita. Utinam vero recruduisset nunquam malum, modestiorem forte haberemus *Peterfium*, quam se re vera exhibuit. Iterum enim *Lampio*, & Corporis diplomatici Autori, *virgam* aliquam *Moysis* intentat, *quæ poly-formes hallucinationes devoret;* ignarus forte, illam, a Deo procuratam, a se imperari non posse. Manum ille de tabula, quamprimum decidenda controversia; subterfugit istiusmodi operas, ne, ubi, præter Synodos, dicendum quidpiam, hallucinetur. *Nolim moveri,* inquit *pag. 86, quæstionem de Ladislao filio* (Emerici), *ad crisin genealogicam pertinentem, cum annum ejus natalem plerique A. 1200 diversum assignent.* Inquirendum hic erat in Autorum sententias diversissimas; quorum alii, ut *Rodericus Toletanus de rebus Hisp. Lib. VI Cap. 3,* improlem *Emericum* decessisse, alii coronatum jam A. 1200, quo parens obiit, *Ladislaum*, existimant. Judicio hic erat opus, non de charta in papyrum Synodi transscribendæ. Qui volet decidere controversiam, legat *australe Chronicon ad A. 1205*, legat *Spondanum ad A. 1204 num. 13.* Nos pergimus. Hoc jam ordine reliqua prosequitur *Peterfius. Strigoniensem nationalem A. 1256* sub *Bela IV pag. 87, Budensem nationalem A. 1279* sub *Ladislao IV*, ubi Regem, a *Philippo Firmano,* Episcopo, Legato Pontificis, percussum anathemate, neque tamen resipiscentem, refert, certo indicio, non omnem omni morbo medicinam convenire. *Synodum Rex, subornatus ab impiis*, verba sunt *Peterfii* nostri, *armorum terrore disturbavit, Budensibusque dedit imperia, ut patres urbe pellerent, nec commeatus suppeditarent necessarios.* Suffecerat commeatus inopia ad depellendos Buda Patres. Hanc Synodum *Strigoniensis provincialis* excipit, habita sub *Andrea III* A. 1292 ad vindicandam donationem *Geysæ II* Regis, factam Ecclesiæ castri Budensis. Duplici fulmine opus fuit ad redigendos ad obsequium tributarios cives. Ita est omnino, *Peterfi,*

Qui potis, plus urget, pisces ut sæpe minutos
Magnus comest.

Sed et aliam Synodum, eodem sub Rege *Strigonii* coactam A. 1294, refert Noster, ut *lanionum enormes & contumaces ex-*

cessus adversus Lodomerium, Archiepiscopum Strigoniensem, reprimerentur. Rex pro Clero, *Regina matre potissimum collaborante*, pronuntiavit. Quod bene notandum, *fœmina collaborante*, satis ad dignitatem victoriæ! Conqueritur Noster de suorum tenacitate, a quibus *res Concilii nullis precibus educere potuit, in eo solatii partem admittens, quod pronis ad lachrymas oculis easdem intueri, minime autem transscribere, sibi concessum fuerit*. Legant *Aulularium Eucliones* illi, atque sua inde sibi decerpant, ut redeant ad frugem. *Diploma* certe *Andreæ* Regis, occasione ista editum, facit omnino multum ad restituenda e ruderibus Strigoniensis urbis fata, situm, vicinumque emporium. Pergit ad *Synodum Posoniensem nationalem, Carolo I* Rege A. 1309 celebratam, Autor *pag. 141*, cum necessum omnino fuerit, Hungaris de successione in regno ambigentibus, rebus Cleri prospicere. Primum proinde decretum, *de non offendendis Prælatis* agere, reliqua conspirare cum hoc, videas. Subnectuntur *Constitutiones Alberici, Legati Pontificis, pro Ecclesia & Regno Hungariæ, editæ sub Carolo I Rege inde ab A. 1308 usque ad A. 1311.* Agunt illæ *de statu Regis*, de *immunitate Regis*, de *corona Regis*, de *bonis Regalibus & Reginalibus non occupandis, & occupatis restituendis*, de *ordinatione vacantis Ecclesiæ per provisionem, electionem, aut postulationem, facienda*, quod prolixissimum *Caput* est. Apparet hinc, Summum Pontificem illo adhuc tempore sibi persuasisse, nemini convenire, quam sibi, de regno Apostolico, sacra corona donato, decernere. Inde factum est, ut *Andreæ Carolus* A. 1295 opponeretur; inde factum, ut, quas Noster Constitutiones adduxit, a *Clemente V* Papa confirmarentur. *Synodus Udvardiensis*, A. 1309 celebrata, *provincialis* fuit; *diœcesana Zagrabiensis*, A. 1308 facta, qua sermonem Episcopus Zagrabiensis ad Clerum habuit, ex illo Evangelii themate: *Vos estis lux mundi.* Sed dudum jam vera rerum nomina amisimus! Sub *Ludovico I Synodus Strigoniensis diœcesana*, A. 1353, & altera, A. 1359 habita, de quibus Noster *pag. 176 seq.*, princeps causa fuit, ut, quæ ab antecessoribus concessa Clero, a *Ludovico* Rege confirmarentur. Sub *Maria*, Hungariæ Regina, *Strigoniensis Synodus*

dus occurrit A. 1382, *ut jura Archiepiscopi Strigoniensis novum robur, vitamque acciperent.* Sub *Uladislao I* A. 1390 habita est *Synodus diœcesana Strigoniensis*, ad componendam litem inter Præpositum & Canonicos Posonienses, quam habes *pag. 182.* Sub *Jo. Hunniade* A. 1449 Strigoniense Concilium provinciale exhibetur *pag. 189*, ob *collapsam, ut fieri furente Marte assolet, disciplinam*, verba sunt *Timonis*, a *Petersio* citata. Itane vero Martis furor & sacra capita attentavit, ut concilio esset opus? Sub *Matthia I* A. 1460 *Synodus Scepusiensis diœcesana pag. 192* producitur. Hic, de Tartarorum invasione in Scepusiaca aliquid præfatus Autor, illatum per barbaros advenas toti regioni exitium queritur. At, unde probare queat, post illum annum Tartaros in Scepusium penetrasse, nos quidem non videmus; neque enim prostat documentum. Loquitur præterea de duce quodam Opoliæ, *Joanne*, Canonicorum collegio moderando præfecto, quem patruum *Ladislai Palatini* existimat; sed neque per conjecturam assequi nobis licet, quisnam ille *Joannes* A. 1339 fuerit. Sub *Uladislao II* A. 1493 de Synodo Strigoniensi provinciali loquitur *pag. 212.* Sed non nisi *cariosas reliquias*, ut ipse dicit, *& Canones sæpe biantes*, protulit, illo se *Ovidii* solatus: *Emendaturus, si licuisset, eram. Pag. 234* Synodum Veszprimiensem anni 1515 sub *Ludovico II*, Hungariæ Rege, commemorat, habitam, ut *ab irrumpentium sectariorum fraudibus in sana doctrina Hungari continerentur.* Ubi conventum sit, ignorat; refert tamen decreta quædam, sed lacunis obsita. Itane vero, *Petersi*, jam anno 1515 sub *Ludovico II* Rege, in cunis, vivente patre, coronato, concilium? Atqui anno demum 1516 pater decessit. Quænam temporis hic habita ratio? Sed non curat *Hippoclides.* Sub *Uladislao II* A. 1560 *Nitriense Concilium* docemur *pag. 258*, editum jam a *Paulo Abstemio*, (mirandum!) Episcopo Transilvaniensi. Tandem vero, ultimo loco, quædam de *Scepusiensi Synodo*, habita sub *Ferdinando I* A. 1545, consignavit *pag. 298. Colligendus erat*, inquit, *dissipatus huc usque, variante belli alea, in ovile grex dominicus, animique prisca fidei & Regi reconciliandi.* Atque ita demum *priorem Tomum Conciliorum Hungariæ Petersius* finit,

 addita

addita tamen, coronidis loco, pro more suo, suaque modestia, brevi excursione, qua doceret, se ista Protestantium in gratiam conscripsisse. *Detergant jam*, inquit, *ad hanc cotem, longa hæresium rubigine obsitam mentis pertinaciam, Ario, Serveto, Calvino, Luthero, devoti Hungari. Glorientur, si possunt, sanctissimos Reges varios*, (illos nimirum, quos duplici anathemate, ut redirent cum Clero in gratiam, percutere necessum fuit,) *majores, gentem universam, sub initia conversionis, ad sacra Christiana, a Romanæ Ecclesiæ legibus, Pontificum sanctionibus, Episcoporum Catholicorum institutione recessisse. Ita non sine veritatis offendiculo, animarum jactura, pacis publicæ damno, fabulantur, scribunt, ingeniosa fraude pro concione persuadere nituntur, & declamant eorum Ministelli. Quotquot Concilia, Regum decreta, Canones, hoc in volumen congeri poterant, tot linguæ sunt & testimonia, tot sententiæ, & argumenta, quibus hominum istorum criminationes retundas. Sed ipsi se hoc in speculo contemplentur, quot vitiis horreant, quos camelos glutiverint, videant.* Perbelle! pilum in ovo; dignus opere epilogus; uti cepit, ita finit. Nos perfricuimus hominem modico sale; id si male ferat, habeat sibi illud ex *Terentio* suo:

Dictum in se inclementius si quis existimaverit,
Responsum sibi, non maledictum, putet,
Quia læsit prior.

Sed ipse sibi male est conscius. *Audio*, inquit, *destinari me Rhadamantho & Æaco.* His omnino judicibus dignissimus *Petersius.* Subnectit *Mantissam* de sententiis Episcoporum Hungariæ in Congregatione Avenionensi, super quæstione: *Utrum asserere, Christum & Apostolos habuisse aliquid commune, sit hæreticum.* Tandem, ut dignum patella sua operculum nancisceretur, *Parænesin ad Inclyti Hungariæ Regni proceres & Nobiles, ac cives, de antiqua fide servanda, divinisque flagellis, Petro Illicino, JCto, autore*, assuit. Classicum est adversus *invisos hospites, Vitemberga in Hungariam delatos circa annum 1553*, ut ipse *Petersius* loquitur, adeo vehemens, ut mireris contentionem hominis. Prorsus autem non videmus, quid hoc ad Conciliorum Hungariæ historiam; an ad augendam molem volu-

voluminis? an ad conciliandam invidiam? Ambigimus. Quicquid sit, quos æquus amavit, scommata non afficiunt, infra indignationem posita cordatioribus; quin potius ad testandam Deo, Principi, Patriæ, bonisque omnibus, fidem intemeratam magis magisque incendunt. Si, dissentire, satis est ad crimen, nunquam deerunt calumniæ hominum, qui

Si, quantum linguæ, tantundem cordis haberent,
Non foret ætherea tutus in arce Deus.

NOVÆ HYPOTHESES INTERPRETANDÆ Felicius Epistolæ Jacobi Apostoli, septem & viginti Dissertationibus assertæ, Autore HENRICO HEISEN, Illustr. Gymn. Bremens. Profess. Eloquentiæ Ordinar. Bibliothecario, & Pædagogiarcha.

Bremæ, sumtibus Gerhardi Guilielmi Rump, 1739, 4. Alph. 5 plag. 5.

Jacobi Epistola cum ob orationis vim ac pondus, tum ob stili gravitatem, tum denique doctrinæ sublimitatem, atque cœlestis sapientiæ copiam, digna omnino est, quæ curatius expendatur, inque majori usque luce, interpretum peritorum industria, locetur. In qua quidem explananda multi occupati fuerunt; illorum tamen laborem facile superat eruditissimus *Heisenus*, qui ab aliquot annis Græcas Latinasque literas in Illustri Bremensium Athenæo multa cum laude docet. Is certe nihil fecit reliqui, quo in intimiores sermonis *Jacobæi* recessus se immitteret. Locutiones tum in se, tum in nexu cum reliquis, multa solicitudine spectat, tantamque doctrinam, circumspectionem, ac sagacitatem, ad verum sensum indagandum affert, quanta ab interprete perito desiderari potest, tanta denique perspicuitate, imo elegantia sermonis, singula declarat, ut de adeo eximio opere, feliciter profligato, ex animo ipsi gratulemur, eumque diligenter rogitemus, ut, quod reliquum est divini hujus scripti, eadem eruditione, judicii soliditate, fide, atque dexteritate, illuminet, cumque erudito orbe quantocyus communicet. Equidem non continuum concinnat Commentarium,

mentarium, sed peculiaribus Dissertationibus locis divinæ hujus Epistolæ difficilioribus lucem affundit, eorundemque cum iis, quæ antecedunt ac consequuntur, nexum ita ostendit, ut justi Commentarii vicem sustinere possit. Non literam tantum sectatur, qui labor multis sterilis videtur, sed sensus etiam, sub literarum cortice latentes, perrimatur sedulo, ut, sive quis sensus literalis indagationem requirat, sive realis investigationem profundiorem desideret, inveniat omnino, *quod votis ipsius respondeat.* Erat quidem animus Cl. Autori, *annotationes tantum philologicas* dare, sed, cum bibliopola suaderet, ut non verbis tantum inhæreret, sed etiam res sectaretur, sicque justum Commentarium philologico-theologicum adornaret, refragari noluit. In præsentiâ sistit Dissertationes XXVII, illustrationi Epistolæ hujus destinatas, reliquas in posterum daturus. Explanationes suas appellat *novas hypotheses*, quoniam de dispersione XII tribuum Israelis, scopo ac argumento Epistolæ, illius partitione, vocum vi ac potestate, multa in medium attulit, quæ ab aliis erant prætermissa. Ut lucem textui Græco fœneraretur, 70 amplius Scriptores Græcos opera dedita contulit, plures collaturus, si illorum evolvendorum copia esset facta. Sed ipsum opus propius lustremus. *Dissertatio I* est de *canonica autoritate Epistolæ Jacobi. Sectione I*, illiusque *Capite primo*, adducit Autor argumenta *externa*, testimonia idoneorum scriptorum.

Cap. 1. *Eusebius, Hist. Eccl. Lib. II Cap.* 23 verbum νοθεύεσθαι de *Jacobi* Epistola adhibendo, illam, quod *Henr. Valesius* vult, non *absolute spuriam* pronuntiavit, sed declaravit potius, illi a nonnullis *controversiam* motam fuisse, quo sensu verbum hoc a Cæsareensi aliis in locis sumi, ostendit.

6. Hujus num qui ex doctoribus I & II Seculorum mentionem fecerint, saltem sententias inde petierint, vel ῥῆσιν adaptarint, disceptat, Syriacam versionem, quæ eandem exhibet, confectam, si non totam, saltem maxima ex parte, Seculo II, certum pro divinitate illius agnita testimonium præbere, decernit. Sed huic argumento robur omne decedet, si quis cum *Assemanno, Lacrozio, & Wesselingio*, affirmaverit, versionem istam, quam nos secundum exem-

12. plar *Widmanstadii* habemus, Seculo demum V a *Philoxeno* institutam

stitutam fuisse. Ex Seculi III scriptoribus non omnino manifesta argumenta divinitatis illius agnitæ produci possunt; illam tamen probat versio vetus *Itala*, quæ ante id tempus jamdum exstitit, quæque illam una cum reliquis libris divinis habet, quod idem dicendum de *Arabica* ac *Æthiopica*. Seculo IV Pag. 16.
inter libros divinos est recensita in Concilio Nicæno primo, Laodiceno, Carthaginiensi; illam tanquam divinam citant *Athanasius, Hilarius Pictaviensis, Basilius M.*, *Didymus Alexandrinus, Macarius Ægyptius, Gregorius Nazianzenus, Philastrius, Epiphanius, Dionysius Areopagita*, cujus scripta, ex *Pearsonii* sententia, ad Seculum IV sunt reducenda, *Canones*, ita dicti, *Apostolici*, quorum tamen verba hic examinantur, cumprimis *Hieronymus* & *Augustinus*. Ex his concludit, minus caute locutum esse *Jac. Basnagium*, asseverantem, hoc Seculo illam a variis rejectam fuisse. Ab hoc ævo ad tempus Reformationis usque pro genuina 25.
& divina absque ulla contradictione est reputata. *Lutherus*, assiduis Pontificiorum velitationibus procul dubio incensus, duriorem de illa sententiam pronuntiavit, quam totam tamen rem & candide & modeste discutit. *Erasmus* de illius divina 36.
autoritate non dubie est locutus; fecit id potius *Abrahamus Ca-* 37.
tharinus. Capite II Autor externa argumenta crisi subjicit. Quare de illa antiquitus fuerit dubitatum, enarratis variorum sententiis, hæc ratio ipsi videtur esse: scriptam fuisse illam ea tempestate ad Christianos ex Judæis conversos, cum ipsorum fervor jam defervescere inciperet, quin ad defectionem propendere viderentur, qui cum cernerent, se in illa graviter tangi, ab ipsis neglectam fuisse. Occidentalem ecclesiam per tempus ju- 45.
dicium suspendisse, quoniam *Jacobum* a *Paulo* in doctrina de justificatione discedere & dissentire animadvertebant. Quæ alii ad elevandam autoritatem ejusdem depromunt, illa in his, 48.
quæ sequuntur, Autor diluit. *Sectione II*, ejusque *Cap. I*, 61.
argumenta profert, quæ, *abstracte* considerata, divinitatem Epistolæ in tuto locant, a *veritatibus*, quæ vel *fidem*, vel *mores*, respiciunt. De prioribus pronuntiat, illas non ex instituto inculcare Apostolum, cum ad illos scribat, qui fidei dogmata pleno assensu receperant, in præceptis autem, quæ vitæ sanctimoniam spe-

ftent, explanandis ipsum eo majori cura versari, quod, fidem il-
los suam gravibus peccatis maculare, ac ob ingruentes afflictiones
defectionem moliri, perspiceret. De stilo *Jacobi* judicat, eis
illum θεοπρεπῆ, grandem, gravem, sed perspicuitate & sim-
Pag. 61-74. plicitate temperatum. *Cap. II comparate divinitatem illius a-
struit, in comparationem missa Epistola *Clementis* priori, viri
Apostolici scripto quidem genuino, sed multis infirmitatis hu-
74-83. manæ nævis obsita. In *Dissertatione II* inquirit, quare *Apostolus*
Cap. I v. 1 se appellet δȣ̃λον, quæ vox hic idem significet, quod
ἀπόστολος, quæ notiones alternent *Rom. I, 1, Tit. I, 1, 2 Petr. I, 1,*
Gal. I, 1, coll. *10*. Tales dicuntur Apostoli ad modum Prophetarum,
qui sæpius in Vet. Test. servorum Dei nomine veniunt. Nec in-
de autoritatis aliquid decedit *Jacobo*, sicut *Centuriatores Magde-
burgenses* & Editor *Novi Test. Græco-Anglicani* autumant; non
enim vilioris conditionis servus, mancipium aliquod, sed emi-
nentissimæ dignitatis minister, qui soli Deo subest, ac ejus nomi-
84-94. ne tantum loquitur, est intelligendus. Per Θεὸν non Christum
Jesum intelligit, ut vocula καὶ sit ἐξηγητικὴ, sed patrem. In *Dis-
sertatione III* ratio redditur salutationis formulæ χαίρειν, in
qua vel infinitivus pro imperativo sit positus, vel verba γρά-
95-98. φω, λέγω, εὔχομαι, &c. sint omissa. Illam jamdum ævo *Ho-
meri* usitatam fuisse, ex *Iliad. A. v. 334*, & *Odyss. pag. 236 lin. 15.*
98-101. probat, quam alii, *Homerum* sequentes, frequentarunt. In fron-
te Epistolarum primum à *Cleonis* ætate adhibitam fuisse, con-
stans fere est Græcorum opinio, sed, cum inter tempus *Homeri* &
hujus tempestatem ad minimum sexcenti intercedant anni, haud
levis hinc exoritur suspicio, citius præmissam fuisse literarum
101-108. initiis. A Græcis ad Romanos transiit, quorum *chære* civitatis
jure est donatum, in cujus locum tamen utplurimum substi-
108-112. tuerunt suum *ave* & *salve*. *Ave* fuit initio salutatio, ore facta,
quam tamen sequiori ævo maxime Christiani Imperatores lite-
ris ac constitutionibus suis præmiserunt, idem significante,
112-114. quod *gaudere*. Ex Ebræo חיה arcessunt vocem hanc *Scali-
geri*, quos sequuntur *Taubmannus*, *Vossius*, *Bochartus*, *Mar-
tinius*, *Reinesius*; sed forsitan melius derivatur ab ἄυω, quo-
114-119. niam *mane* & quidem cum singularis gaudii testificatione, accla-
mabatur.

mabatur. Græcorum ſalutandi formula ἔῤῥε eadem eſt, quæ La-
tinorum *vale*. Ad Judæos a tempore *Alexandri M.* cum lin- Pag. 119.
gua Græca vox χαίρειν tranſiit, ab illis ad Chriſtianos. Præ- 120.
ſtat hæc ſalutandi formula illa τὸ ὑγιαίνειν, qua *Pythagoræi* uſi
ſunt, quippe quæ ad animum refertur. *Plato* εὖ πράττειν, *Epicu-
rus* εὖ διάγειν, *Ariſtophanes* ἀσπάζεσθαι, elegit, ſed omnium præ-
ſtantiſſima τὸ χαίρειν habebatur. Hac ipſa qualecunque gau- 120-128.
dium apprecabantur. Erat conſueta in ſermone familiari, & in
epiſtolarum initiis ponebatur. Ubi mane quem conveniebant,
χαῖρε, ubi veſperi, ὑγιαίνειν, dicebant. Ex his infert, *Jacobum*
hanc præ aliis elegiſſe, quoniam 1) erat convenientiſſima ſtatui
illorum, ad quos ſcribebat, qui per non unius generis affli-
ctiones triſtitia erant affecti, *v. 2;* 2) caſtitati linguæ ſtudebat
vel maxime (Attici autem formula iſta delectabantur); 3) illa
animos eorum ſibi conciliare annitebatur; 4) indicare volebat
conſociationem ſuam cum illis, quos illico *v. 2* fratres nominat;
5) apprecabatur ipſis liberationem ab omnibus malis; in re triſti 128-144.
quippe illa formula abſtinebant. *Diſſertatio IV* directa eſt ad *v. 1*
de diſperſione XII tribuum, per quas, ex ſententia *Mich. Mau-
duit*, non intelligit Chriſtianos, ex Judæis & gentibus convo-
catos, diſperſos per terrarum orbem, nec cum *Syncello* illos,
qui, orta perſecutione a ſupplicio *Stephani*, per Judæam & Sa-
mariam fuerant diſſipati, ſed Judæos absque diſcrimine, tum
converſos, tum illam gratiam nondum adeptos. Porro inqui- 144-158.
rit in ſententiam illorum, qui a *v. 13* ad *17* digitum in *Simonis*
magi dogma de *duplici principio* intendi exiſtimant, num vere
duplex illud principium ſtatuerit, & an dogma iſtud ex Per-
ſarum philoſophia, *Zoroaſtris* potiſſimum, traduxerit. Tum 158-169.
examinat explicationem illorum, qui cenſent, errores Phari-
ſæorum notari, qui malas actiones fato malo, bonas non di-
vinæ gratiæ, ſed fatali aſtrorum virtuti ac efficaciæ, tribuebant,
quorum prius *Georg. Bullus Harm. Apoſt. Jacobi & Pauli Diſſ.
II Cap. XV §. 20 pag. 101*, & *Thom. Ittigius* in *Diſſert. de Hære-
ſiarch. Sect. I Cap. II pag. 33 v. 13*, poſterius *v. 17*, exprimi ſta-
tuunt. Excuſſa igitur Phariſæorum ſententia, num fatum ab
aſtro diſtinxerint, & an omnes hominum actiones liberas utri-

que ſubjecerint, cenſet, potuiſſe Apoſtolum ad utrumque errorem reſpexiſſe; ſimpliciter tamen dici poſſe, ipſos, vexationum
Pag. 169- mole preſſos, eo delapſos fuiſſe, ut tentationes ſuas & triſtes
176. & turpes in rationes Dei transſcripſerint. Quæ *Cap. II 2 v. 14* ad
finem *Capitis* de fide, pietate caſſa, differuntur, non *Simoni* mago, ejusque aſſeclis, ex nonnullorum ſententia, dicta eſſe arbitratur; cum homo iſte errores ſuos in Samaria *ſparſerit*, *item* Vetus Teſtamentum rejecerit, ex quo tamen *v. 21-25* *exempla* in medium adducuntur, denique Apoſtolus procul dubio acrio-
176-179. ribus verbis uſus fuiſſet. Nec tanguntur *Gnoſtici*, quod *Hammondo*, *Tillio*, & *Buddeo*, viſum, quos vehementiori ſtilo exagitaſſet Apoſtolus. Ad quos ſcribebat, erant homines, a virtutis ſtudio alieni, fide incerta fluctuantes, & qui, afflictionum mole pres-
179-195. ſi, defectioni proximi erant. In *Diſſertatione V* agitur de *ordine* atque *analyſi* hujus *Epiſtolæ*. Refutatis illis, qui vel nullum plane ordinem obſervari autumant, vel illum tantum in *primo Capite*, prophetice explicando, in reliquis non item, inveniri poſſe cenſent, canones octo, utiles admodum atque neceſſarios ad ordinem juſtum conſtituendum, figit, ac inde totius Epiſtolæ *analyſin*, tum *generalem*, tum *ſpecialem*, ſubjun-
195-249. git. *Diſſertatio VI* deſtinata eſt explanationi *v. 2 Cap. 1.* Πᾶσαν χαρὰν per *omnifarium gaudium*, *ſummum gaudium*, item *prorſus*, vel *merum*, vel *nil niſi gaudium*, optimis ſcriptoribus
249-252. nixus, convertit. Porro in veram ſignificationem vocis πειρασμὸς ac περιπίπτειν ſolicite inveſtigat, &, qua ratione, qui afflictionibus circumaguntur, lætitia incedere dici poſſint, inquirit.
252-272. In *Diſſertatione VII* illuſtratur *v. 3* δοκίμιον, quæ vox, præter hunc locum, tantum occurrit *1 Petr. I, 7*, notans 1) *medium*, ſeu *inſtrumentum*, quo exploratio peragitur, δοκιμαστήριον, ſpecialius inſtrumentum, quo metallorum τὸ κίβδηλον probatur; 2) *explorandi actum*, ſive δοκιμασίαν; 3) *terminum* explorationis, qui ſcilicet exploratione intenditur. *Clericum* notat, qui, pro ὑμῶν τῆς olim lectum fuiſſe, ſuſpicatur, ὑμετέρης, &
272-283. *Millium*, qui, τῆς πίστεως hic abeſſe poſſe, cenſet. Vim verbi κατεργάζεσθαι eruit, &, qui verba *Jacobi* cum illis *Rom. V, 4*, conciliari poſſint, ita oſtendit, quoniam fides & patientia ſe invicem

vicem juvant ac perficiunt, propterea que propositiones illæ converti possunt. *Dissertatione VIII* explicat priora verba *v. 4.* Τέλειος interpretatur per *perseverans*, *ad finem perductus*; est Pag. 283-
enim a τέλος, nec perfectum est aliquid, quod ad finem non 298.
perdurat, & quia in afflictionibus patientia, quæ ad finem perdurat, exigitur; unde in prisca ecclesia martyres κατ' ἐξοχὴν dicebantur τέλειοι, martyrium ἔργον τέλειον: qua cum significatione alteram, qua *perfectum* notat, consistere posse addit. *Dissertatione IX* versatur in explicando posteriori membro *v.4.* 299-310.
In illa id agit, ut discrimen inter τέλειος & ὁλόκληρος inculcet, quorum illud perfectionem *graduum*, hoc *partium*, innuit. Græcis τέλειοι dicebantur *adulti*, porro qui matrimonio ineundo per ætatem erant idonei, item qui eximiis animi dotibus, ac corporis viribus, erant instructi; Stoicis audiebant, qui ad egregiam sapientiam ac virtutem pervenisse judicabantur. Christianis nuncupabantur τέλειοι 1) *sacro fonte tincti*, 310-325.
2) *sacræ cœnæ* participes, 3) *martyres.* Ratione corporis τέ- 325-328.
λειοι vocabantur 1) *athletæ* & *milites*, 2) *victimæ*, quæ debebant esse integræ, 3) *Dii*, quibus victimæ τέλειαι debebantur. Ὁλόκληρος non notat *hæredem ex asse*, quod *Brochmando* & *Antonidi* visum; quo significatu apud Græcos vix venit. 329.
Voces τέλειος ac ὁλόκληρος, licet frequentissime distinguantur, haud raro tamen, quod ad significatum, confunduntur, ut sic in illis vocibus, ac sequentibus: ἐν μηδενὶ λειπόμενοι, *expolitio* ac *congeries* aliqua statui possit; quoniam tamen sapientiæ divinæ est convenientius, ut singulis vocibus suas peculiares tribuamus significationes, significatu differre, est dicendum. Locutio- 363.
nem, ἐν μηδενὶ λείπεσθαι apud *Euripidem*, *Plutarchum*, *Diodorum Siculum*, *Dionysium Longinum*, & alios, occurrere, probatis exemplis monstrat. Non intercedit tamen, quo minus cum *Petro Fabro* & *Jac. Lydio* affirmari possit, ex *athletica* veterum petitam esse, quibus λείπεσθαι dicebantur, quos alii cursu prævertebant, quique animi & corporis viribus deficiebant adeo, ut spem victoriæ abjicerent; quæ omnia ad certatores spirituales traducit, &, qua ratione illud ἐν μηδενὶ λείπεσθαι a τελείῳ & ὁλοκλήρῳ distinguatur, accurate ostendit. *Dissertatione X* si- 363-371.

 stit

ſtit explicationem *v. 5.* Sapientiæ, generalius ſumtæ, uſus multus eſt in tentationibus; quo vero modo illa ſe ad omnis virtutis exercitium habeat, & quæ ſpeciatim illius ſit ratio in
Pag. 371-386. repellendis tentationibus, in ſequentibus docet, quæ a Deo, qui ſolus in *emphaſi* eſt *ſapiens*, peti debeat. Licet Deus dici poſſit ὀνειδίζεσθαι, *exprobrare*, *opprobrare*, beneficia homini, etiam credenti, intus per conſcientiæ convictionem, extus per verba, imo per pœnas & caſtigationes immiſſas, *tamen*, quos ſolatur *Jacobus*, erant 1) afflicti, & quidem cauſa Christi, quales Deus probris inſectari non ſolet, 2) petunt a Deo ſapientiam, quo afflictiones ferre ac ſuperare queant, imo Spiritum Sanctum, ſapientiæ effectorem, quem petentibus non negat, *Luc. XI, 13*; 3) petebant, ſaltem petere debebant, *in fide*, *v. 6*; ubi autem aliquid Deus ſuis exprobrat, fidei defectum exprobrat.
386-398. *Diſſertatione XI* proponit *Deum dantem ſimpliciter*, ad *v. 5.* Voculam ἁπλῶς, quam conſtructam vult non cum πᾶσι, ſed διδόντος, varias habere ſignificationes, teſtibus optimis ſcriptoribus Græcis, monſtrat; eſſe ſcilicet idem, quod μοναχῶς, notare *immutabiliter*, *omnino*, *ſolus*, *abſque conditione*, aut *exceptione*, non μετὰ πολλῆς ἀκριβείας καὶ φαντασίας, munera commendando, & exaggerando, & λόγον δόσεως καὶ λήψεως ac-
399-411. curatius ineundo, *large*, *liberaliter*. Quos omnes ſignificatus ad unam generalem notionem reduci poſſe obſervat, ut διδόναι ἁπλῶς *dare ex ſincero amore* deſignet, quæ duas alias ambitu ſuo complectatur, *amanter* & *ſincere*, qui ſignificatus apud ſcriptores Græcos melioris notæ occurrit, ſtatui ex - Judæorum probe convenit, cumque nexu ſermonis concinne conſiſtere
411-426. poteſt. Per σοφίαν intelligit *ſapiens*, ſive *prudens*, *conſilium*, quo illis maxime eſt opus, qui premuntur miſeriis, ac varias
426-429. perpetiuntur tentationes. *Diſſertatio XII* datur explicationi *v. 6.* Illud ἐν πίστει ab *Hammondo* divellitur ab αἰτείτω, & re-
429-432. fertur ad perſonas, & harum affectionem. Μηδὲν διακρινόμενος annuit quidem ingens fidei robur, dubitationem tollens; non tamen locutio hæc adeo rigide accipienda eſt, ut preces fruſtraneæ judicandæ ſint, quibus vel minima in tentationibus dubitatio
432-435. inſit, modo illa tentatio non ſuperior evadat. Significatum vo-

cum

cum κλύδων, ἀνεμίζεσθαι, & ῥιπίζεσθαι, ex usu apud scriptores Græcos determinat. Vocem ἀνεμίζεσθαι rarissimi apud Græcos scriptores est usus, quam prisci Lexicographi omittunt, recentiores citant unum locum *Jacobi*. Idem hæc vox significat, quod πνευματίζω. Hac occasione disserit de verbis, desinentibus in ίζω, quæ *activam* inferant vim, eamque majorem, quam desinentia in άω, εύω, ίω, όω, & sic porro, cujus generis verbis delectatus sit *Jacobus*. Verbum ῥιπίζω non arcessit a ῥιπτίζω, eliso τ, sed potius a ῥιπὶς, quæ designat *instrumentum, quo ventus excitatur, ventilabrum, flabellum, follis*. Hinc prima atque propria verbi hujus significatio, *ventum ejusmodi flabello excito, ventilo*; specialius adhibetur de *ventorum motu*, quem fluctus sequuntur in mari, specialissime de igne, vento immisso suscitato; quod qua ratione ad hominem, ejusque animum, transferri queat, in sequentibus erudite docet. *Dissertatione XIII* lux affunditur *v. 7.* Nominat ἄνθρωπον Apostolus, non ἀδελφὸν, uti *v. 9*, quia dubitatio talis impedit, quo minus quis frater in Christo esse possit. Ἐκεῖνος idem est, quod τοιοῦτος, ut *Pricæus* monuit, & *Lutherus* in interpretatione sua expressit. Οἴομαι & κατοίομαι sumitur de homine, nimia sui opinione & arrogantia inflato; talis qui est, nil quidquam a domino accipit. Per κύριον non speciatim Christus, uti *Grotius* vult, sed Deus triunus, vel prima deitatis persona, est intelligenda, respondet nomini יהוה, quod est fundamentum omnis veracitatis divinæ. *Dissertatione XIV* dilucidatur *v. 8.* Ἀνὴρ, uti etiam frequentissime איש, in genere notat *hominem*; vox δίψυχος, insueta profanis scriptoribus, notat illum, qui *dubio incertoque est animo*, & qui *simulatorem agit*, quales se ipso opere præstabant Judæi, ad quos scribebat *Jacobus*. Ὁδὸς, respondens Ebræo דרך, frequens est in scriptis Nov. Test. *Act. XIV, 16, Rom. III, 16, 1 Cor. IV, 17*, &c. & notat totam vitæ hominis rationem, sive omnia ejus consilia ac facta, quin & fata. Speciatim loquitur Apostolus de occupationibus religiosis, quæ viam ad Deum muniunt. Ἀκατάστατος designat & *inconstantem, mobilem*, & illum, qui *vehementiori & turbulento motu* agitatur. *Dissertatione XV* evolvit Autor *v. 13. Jacobus* non *directe*, sed *oblique*, illorum

Pag. 435-461.

462-469.

471-485.

485-490.

illorum errores notat, ne illorum animos magis exulceraret. Per
tentationes sunt intelligendæ persecutiones, quibus ad ejurandam
Christianam religionem incitabantur, quales qui perferebant,
dicuntur scriptoribus ecclesiasticis πειραζόμενοι & πεπειρασμένοι.
Tales sibi immitti autumabant ex-Judæi nostri.
Pag. 492- Ἀπείραστος, vox antiquioribus Græcis fere incognita, cujus lo-
500. co utebantur ἀπείρατος, *Iones* ἀπείρητος, invenitur tamen
apud *Galenum de cura & medel. morb. P. I pag. 365, Josephum B. J. Lib. V Cap. 9,* & *Lib. VII Cap. 8.* Hanc passive
hic sumi debere, Cl. Autor solide demonstrat, Deumque tentari,
id est, malis affici, non posse, ex contemplatione summa-
501-508. rum ipsius perfectionum evincit, nec quemquam ad malum so-
licitare, quod ipsum quoque Philosophi gentiles a Deo vel ma-
508-523. xime alienum esse pronuntiarunt. *Dissertatione XVI* illustratur
v. 14. Δέλεαρ, unde δελεάζειν, sumitur & de *blanditiis* meretriciis,
& de *illecebris*, quibus pisces, aves, ac feræ, capiuntur.
Dici igitur potest, concupiscentiam tanquam meretricem
525-528. proponi, quæ hominem suis irritamentis allicit. In verbis,
ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος cum *Gomaro* hysterologiam non
agnoscit, ἓν, διὰ δυοῖν, admitti posse, non diffitetur, hunc in
modum: ἐξελκόμενος δελέατι, vel ἐξελκόμενος δελεασθεὶς, uti
Philo habet *de Agricultura pag. 158.* Nec Apostolus ordinem
turbat. Ἐξέλκεσθαι referri potest ad primum actum, quo
pisces esca, in undas immissa, fundo aquarum eliciuntur, δελεάζεσθαι
ad id, ubi escam apprehendentes, hamo fixo extrahuntur.
Quo vero modo concupiscentiæ hominis mentem sensim
occupent, illamque tandem dent præcipitem, in sequentibus
528-540. declaratur. In *Dissertatione XVII & XVIII* dedita opera & multo
apparatu declaratur discrimen, quod *v. 17* inter δόσιν & δώρημα
intercedit. *Petrus Faber, Jac. Lydius, Hammondus,* &
Amelius, voces ex re *athletica* depromtas esse, arbitrantur, δόσιν
minora, δώρημα *majora*, dona significare, statuentes. Distinctionem
hanc sublatam cupiverunt *Wokenius* & *Wolfius*; sed Noster
illam tam luculentis, tamque copiosis, optimorum scriptorum
Græcorum testimoniis firmavit, ut omnem fere scrupulum exe-
542-549. merit. In verbis: πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον,
integrum

integrum hexametrum esse, *Schmidium Erasmum* primum, inde *Blackwallum*, observasse, scribit *Wolfius*; sed ostendit Cel. *Heisenus*, hoc jamdum indicasse *Federicum Morellum* in *Notis ad Dionem Chrysostomum pag. 97*, quod de illo notet *Jac. Duportus* in *Gnomolog. Homer. pag. 190.* Vocibus δόσις & δώρημα forsitan Pag. 549-
alludit Apostolus ad præmia, quæ militibus, item athletis in lu- 566.
dis Olympiis & Pythiis, dabantur. *Dissertatio XIX* lumen fœ- 567-592.
neratur *v. 19.* In illo sermo est de Evangelio, de quo *v. 18* & *21.* Vult igitur, ut ex-Judæi, qui proclives ad defectionem, ad audiendum segnes, facti erant, aures substringerent Evangelio, illi non obloquerentur, nec perpessionum mole pressi multa per iram contra illud proferrent. Verbis illis non tam respi- 594-604.
citur, quod *Lud. Capellus* opinatur, ad *Prov. XVII, 27*, quam ad *Eccl. IV, 17, V, 1, 2*, &, si, quæ Apostolus dicit, generatim accipiuntur, digitum intendit in *Syrac. V, 11.* *Dissertatio XX*, quæ est 604-606.
ad *v. 20*, demonstrat, per *justitiam* intelligendam esse iustitiam fidei, per *iram* animum afflictionibus, causa confessionis doctrinæ Christianæ immissis, exagitatum. *Dissertatio XXI* 607-614.
explanat *v. 21.* Vox ῥύπος, unde ῥυπαρία, notat 1) *aurium sordes*, quo sensu occurrit apud *Hippocratem* & *Clementem Alexandrinum*, eundemque huic loco apprime convenire, Autor ex nexu ostendit; 2) *vestium inquinamenta*, uti ῥυπαρὸς *Jac. II, 2*, quod etiam verbum adjectum ἀποτίθεσθαι, de vestibus deponendis adhiberi solitum, docet *Act. VII, 58*, & *Ebr. XII, 1.* Namque homo, ad Christum conversus, gravioribus sceleribus vale dicere tenetur, &, ut se a reliquis successu temporis, gratia divina adjutus, purget, operam navare debet. Ubi Aposto-
lus nominat περισσείαν κακίας, *Grotius*, *Hammondus*, & *Cle-* 616-621.
ricus, ad præputium, quod tanquam *superfluum* quid, durante Vet. Testamento, ponendum erat, respici volunt; ad *excrementa* corporis superflua *Beza*, *Piscator*, & *Eras. Schmidius.* Utraque interpretatio non omnino rejicienda est. Per illam autem ex scopo & nexu orationis indicatur studium illud ac propositum ex-Judæorum, fidem Christianam ob afflictiones deserendi, quo 621-637
se omni justitia Christi indignos reddebant. Ἐν πραΰτητι verti potest, vel *cum mansuetudine*, vel *mansuete*, quæ virtus ex-Judæis

necessaria maxime est, ne affectu tristitiæ & iræ ob incumbentes
Pag. 637- graves adversitates defectionem temere susciperent. *Disserta-*
639. *tio XXII* vertitur in explicandis ultimis verbis *v. 21:* δέξασθε
τὸν ἔμφυτον λόγον κ. τ. λ. Per λόγον ἔμφυτον Patrum plures intellexerunt *Christum*, habitantem in omnium hominum mentibus, rationem, omnibus communem, cum Christo con-
639-652. fundentes. Qua ratione vero ea, quæ de λόγῳ disseruerunt Patres, *Ariani* ad errores suos vel palliandos, vel confirmandos, traxerint, & quo modo totum illud, quod de λόγῳ tra-
652-669. diderunt, a *Platonicis* hauserint, docet in sequentibus. *Anselmus* pariter accipit de Christo, quoniam per ἐνσάρκωσιν fa-
669-670. ctus fuerit filius hominis. Sed nec illa explicatio locum suum tueri potest. *Coccejus, evangelii doctrinam* ita appellari posse, contendit, quoniam se rationi ac conscientiæ commendat; sed inde ratio reddi nequit, quare ἔμφυτος λόγος dicatur.
670-674. *Dan. Heinsii* & *Jo. Henr. Suiceri* interpretatio, illud ἔμφυτος reddentium per *verus, simplex, non fucatus*, licet a vocis significatu non discedat, dubium tamen est, an *Jacobus* eo sensu hic sumat. Evangelium esse *verbum veritatis,* dixerat *v. 18;* non videtur igitur id ipsum de novo ingerere voluisse *v. 21*, &,
674-677. si voluit, quare non repetiit vocem ἀληθείας claram ac evidentem? Alii vocem ἔμφυτος reddunt per ἐμφυτηθεὶς, locutione desumta a *plantatione*, *insitione*, vel *sementi*. A *plantatione* Syrus, quem plures sequuntur, ab *insitione Th. Beza*, a *consitione*, vel *sementi*, *Seb. Castalio, Conr. Vorstius, Clericus, Elsnerus.* Circa tropicam vocis hujus significationem notat: 1) vocem ἔμφυτος pro *plantatus* occurrere parcissime, & quidem apud scriptores Græcos recentiores, Christianos potissimum; 2) vocem hanc significantiorem esse, & præter cau-
677-686. sam simul effectum includere. *Lud. Capellus* & *C. Raphelius* reddunt per *insitus*, quod verbum divinum *alte sit infixum ac intime unitum cordibus.* Hoc sensu apud Latinos sumitur *insitus*, distinguiturque ab *innatus*, uti pariter apud Græcos ἔμφυτος, significans, non quod natura, sed educatione, disciplina, consuetudine, vitæ genere, consortiis, opibus, honoribus, utilitatibus, soli ingenio, cœli temperatura, & aliis, inditum est

homini,

homini, animumque ejus diverse afficit. Cum autem dubium moveri possit circa verbum δέχομαι, qui dici possit *accipi*, quod tamen dicatur *innatum, insitum*, observat, ita *accipi*, ut ad perfectiorem gradum hoc ipso obligentur, vel *enallagen* temporis hic loci obtinere, ut ἔμφυτον sit id, quod inseritur; in futurum tempus propendent *Creyghton* & *Elsnerus*, ut indicetur *verbum inserendum*. *Calvinus* & *Conr. Vorstius* statuunt defectum particulæ ὡς, ὥσπερ, *Is. Casaubonus*, ἔμφυτος pro ἐμφύτως poni, censet. Enarratis igitur variis variorum circa verba illa sententiis, *Dissertatione XXIII* Autor ad illarum examen se accingit. Nonnulli *trajectionem* aliquam statuunt, inserendo ὄντα, vel illud in ἐὰν ἔμφυτος ᾖ convertunt hunc in modum: δέξασθε τὸν λόγον τὸν δυνάμενον ἔμψυχον ὄντα (ἐὰν ἔμφυτος ᾖ) σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Quæ trajectio & construendi ratio non insolens Græcis est, ac rei ipsi convenit. Verbum Dei tum demum servari potest, ubi *cordibus innascitur, Matth. XIII, 19-23, Ezech. XXXIII, 31, 32, Ebr. IV, 2.* Id inculcare necessarium erat ex-Judæis, qui defectionem circumspiciebant, quia verbum salutis ad salutem nemini prodest, nisi in suam id convertat naturam, ut ab illo se non amplius avelli patiatur. Aliis placet τὸ δέξασθαι παρέλκειν, adeo ut δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον idem sit, quod ἔμφυτος ἔσω ὑμῖν ὁ λόγος. Verbum δέχεσθαι aliquando abundare, &, Apostolos ex lectione τῶν ό pleonasmis assuevisse, contendit. Si quis tamen ægre ferat, hoc pacto verbum δέξασθε otiosum prorsus constitui, verba *Jacobi* hunc in modum explanari possunt: Ἐάν τε ἐμφύεσθαι ὑμῖν τὸν λόγον, sensu eodem manente, cum δέχεσθαι Græcis haud raro significet *velle, sinere, cupere*, οὐ δέχεσθαι *nolle, aspernari, recusare, refragari*. In his tamen interpretationibus non omnino acquiescit; quare ita exponit verba: *Verbum, quod in naturam vestram abiit, eamque emendavit, imo novam effecit, eo, quo par est, amore ac honore ita recipite, ut perpetuo retineatis*. Cujus suæ explicationis rationem in sequentibus reddit, eamque ab objectionibus vindicat. *Dissertatio XXIV* declarat sensum *v. 1 Cap. II*: ἔχειν ἐν προσωποληψίαις, quod idem est, quod προσωποληπτεῖν; hinc verba ita reddit: *ne accipiatis*

Pag. 686-694. 694-699. 702-705. 705-714. 714-750.

tis personas in fide, vel in iis, quæ *ad fidem & religionem pertinent*. Potest etiam *fides* hic abstracte poni pro *fidelibus*, hoc
Pag. 750- sensu: *ne committitote infidelibus προσωποληψίαν.* Illud τῆς
767. δόξης construit cum ἐν προσωποληψίαις, non quod ad vocem, sed quod ad rem, ut sensus sit, ne majoris æstimarent in rebus, ad religionem spectantibus, illos, qui alios honore ac
767-780. gloria antecederent. *Dissertatio XXV* interpretatur *v. 4 Cap. II.* Καὶ, quod est in initio *v. 5*, conjungendum *cum sequenti*, ac vertendum per *&*, *&*, vel *tum, tum*, quam vim habet apud scriptores sacros Nov. Test. & τὰς ἔξω. 'Ου non abundat, quod *W. Wall* censuit, nec tamen interrogative est accipien-
782-786. dum. Διακρίνεσθαι, quod exemplis prolatis probatur, notat *post accuratam causæ tam ex jure, quam ex æquo, cognitionem disceptantes partes dirimere, ut vel, qui causa cecidit, si conscientiam suam audiat, acquiescat.* Transfertur etiam ad bella, in quibus armis
786-792. dijudicatur, quæ jure & legibus nequeunt. Huic generali notioni speciales Autor subdit. Hic loci *judicandi* notionem obtinere, contendit, & quidem tale judicium, quod cum προσωποληψίᾳ in ditiores ac nobiliores, contemtuque in pauperes ac viliores, conjunctum erat. Vult autem illud διεκρίθητε non tam *active*, quam *passive*, acceptum, cum προκαθεδρίαν multumque prærogativæ tribuentes ditioribus in suis conventibus, sibi ipsis maximum damnum intulerint, ac contra se judicium protulerint, cum maximam partem pauperibus constarent. Quam suam sententiam ubi in tuto locarat, examinat interpretationes
798-818. *Grotii, Er. Schmidii, Lud. Capelli, Elsneri, Oederi. Dissertatio XXVI* occupatur in expedienda difficultate, quæ circa τροχὸν γενέσεως *Cap. III v. 6* interpretes sollicitos habuit. Primo quidem Autor examini submittit variorum sententias, *Bezæ*, intelligentis *universam rerum naturam, Cocceji, totum mundum, Isidori Pelusiotæ Ep. Lib. IV Ep. 1, circularem temporis formam*, & specialius *Lib. II Ep. 148 tempus vitæ nostræ*, Syri interpretis, exponentis per *seriem generationum nostrarum, quæ currunt ut rotæ*, quam interpretationem adoptarunt *Lamb. Bos*, itemque *Alberti*,
818-830. nec abludit *Wolfius*. Nec ex mente *Goltzii* locutio a *rota figulina* est petita, ut rota referatur ad Deum, qui hominem

figuli

figuli instar fingat. Dici enim nequit, opus Dei a lingua hominis incendi. De vitæ curriculo exponunt *Castalio*, *Clarius*, *Zegerus*, *Grotius*, *Piscator*, *Pricæus*, *Estius*, *Emm. Sa*, *Tirinus*, *Menochius*, *Gordonus*, *Glassius*, *Brochmondus*, alii. Sunt, qui legi volunt τρόχος, accentu acuto posito in penultima, uti faciunt *Grotius*, *Heinsius*, & *Car. le Cene*, ut sic denotetur *vitæ cursus*, vel *curriculum*. Hi notantur quidem ab *Elsnero* & *Wolfio*, sed præter rationem, cum accentuum signa ab antiquissimis Codicibus MStis absint, & τροχὸς apud optimos scriptores Græcos sæpe idem dicat, quod τρόχος, *cursus*, generatim quidem *qualiscunque*, speciatim *orbicularis*. Τροχὸς γενέσεως designare potest *integram vitam*, & sic respondet illis ὅλον τὸ σῶμα, ut sensus sit: *lingua maculat totum corpus*, & *totam* (quoque) *inflammat vitam*, quoniam *cursus* vel *rota* per totam vitam a primis ejus initiis ad extremum usque halitum exporrigitur. Γένεσις vertitur ab aliis *natura*. Ita venit *Platoni*, *Aristoteli*, *Athenæo*, aliis, atque ita intelligi potest de *natura linguæ* ipsius. Quare *Heinsius* verba: γλῶσσα φλογίζουσα τὸν τροχὸν τῆς γενέσεως, reddit: *lingua*, quæ *inflammat suæ naturæ rotam*. Linguæ convenit *velocitas* ac *volubilitas*, qualis rotis est propria; hinc retineri potest vox τροχὸς, *rota*. *Rotam* etiam linguæ adscribit *Syracides XXXIII*, 4, 5. Græcis a volubilitate sua dicitur εὔτροχος, *sermo super rotis vehi* pronuntiatur *Prov. XXV*, 11, *verba* appellantur πτηνὰ *Euripidi Orest. v.* 1175, 1176, τροχαλῶς, *volubiliter*, prolata *Clementi Alexandrino Pædag. Lib. II Cap.* 7. Τροχὸς sensu medio accipi potest, ut tantum naturalis, qua pollet, volubilitas indicetur. Vitium est in τῷ φλογίζουσα, quo modus exceditur; hinc sequitur, φλογιζομένη ἀπὸ τῆς γεέννης, lingua ab æstuantibus ac impetuosis affectibus inflammata. Porro denotare posse censet *integri hominis*, & *præsertim animæ*, *quamdiu corpori conjuncta est*, *naturalem*, *eamque depravatam*, *constitutionem*, cujus decursus flammas sæpissime concipit. Sensum hunc firmat testimoniis Philosophorum, *Platonicorum* maxime, etiam Christianorum. Hinc sensus: & *inflammans* (quoque) *totam animam*; aut plenius: *totam*, *quamdiu in corpore est*, *animam*, *omnesque*

Pag. 830-843. 843-845. 845-851.

omnesque affectus; quin, surgente sermone: *imo inflammans*
Pag. 855- *totum hominem*. Post hæc observat, γένεσιν idem esse, quod
862. γονὴ, *genitura, semen genitale*; cujus *rotam inflammare* notat
ad scortationem atque adulteria vehementissime instigare, & generatim *impudicas cogitationes ac voluptatem obscenam excitare*,
862-868. & quæ alia sunt his conjuncta. Sensum hunc nexui favere demonstrat, quia in proxime superioribus dictum fuerat, *linguam commaculare totum corpus*, corpus autem cumprimis maculari illicita venere, *1 Cor. VI, 18*. Per *gehennam* intelligendos esse spiritus infernales, ἐξόχως *impuros* appellatos *Matth. X, 1, XII, 43*, qui homines ad impuras libidines exstimulent. Scopus est, redarguere falsos doctores, qui se in docendi munus temere ingerunt, ac linguæ illorum petulantiam, castigare, *Cap. III v. 1*, quos inter erant, qui & carnales sectabantur voluptates, ac aliis
868-873. suadebant, *2 Petr. II, 9-22*, *Jud. v. 4 seq.* Postremo significat τροχὸς γενέσεως *fata factaque hominum*, adeo ut γένεσις idem notet, quod Ebræis תולדות, quem significatum etiam habet apud *Platonem, Plutarchum, Aristotelem*, alios. Τροχὸς exprimit instabiles vitæ humanæ casus, tum secundos, tum adversos, ut sensus sit, *linguam commaculare totum corpus nostrum*,
873-879. *& quæ nobis*, vel *inter nos* (homines), *accidunt*. Quid de singulis his sententiis sit censendum, sub finem hujus Dissertationis
879. 880. Autor expendit, in penultimam vero potissimum inclinat. *Dissertatio XXVII*, eaque ultima, evolvit sensum *v. 5* & *6 Cap. IV*, variis diversorum interpretationibus obnoxiorum, in qua inquiritur potissimum, *an, ubi, & quatenus, verba*: πρὸς φθόνον ἐπιποθεῖ τὸ πνεῦμα, ὃ κατῴκησεν ἐν ἡμῖν, *in Scriptura Vet. Test.*
881-928. *exstent*, cujus potissima momenta pariter referremus, nisi hæc nostra scriptio longius jam provecta fuisset. Ex illis autem, quæ ex limatissimo hoc Opere produximus, eruditus Lector facile judicare poterit, quid de eo sit censendum. Multa omnino nova, ab aliis interpretibus prætermissa, eruditissimus Autor attulit, omnia justis rationibus communivit, aliorum sententias accurate ponderavit, de illis tamen judicium suum modeste expromsit, &, si qua nonnullis videbuntur longius petita, industria tamen, eruditio, ac singularis ἀγχίνοια, ubique elucent.

cent. Duplex subjectus est Index, quorum prior editiones Autorum potiorum, quibus usus est Noster, recenset, posterior rerum tractatarum, & verborum expositorum, silvam repræsentat.

SYNDESMOLOGIA, SIVE HISTORIA LIGAmentorum corporis humani, quam secundum observationes anatomicas concinnavit, & figuris, ad objecta recentia adumbratis, illustravit, JOSIAS WEITBRECHT, D. M. Academiæ Scientiarum Petropolitanæ Membrum, & Professor Physiologiæ.

Petropoli, ex typographia Academiæ Scientiarum, 1742, 4 maj. Alph. 1 plag. 15, cum Tabb. æri incisis 26.

Ossa exsiccata in sceleto considerare, ad cognitionem osteologicam quidem præparat, non vero omnem absolvit. Hoc inter veteres Anatomicos nonnulli agnoverunt, inter illos vero, qui nostram ætatem nobilitarunt, recentium ossium consideratio magis magisque exculta fuit. Autor hujus Operis jam ante secedim annos, cum Anatomes principia excoleret, defectum considerationis ossium recentium perspexit, ideoque ad historiam ligamentorum corporis humani disquirendam animum convertit. Pauca, vel prorsus nulla, tunc temporis in Anatomicorum scriptis invenit subsidia, strenuo tamen labore multa cadavera, huisce disquisitionibus tantum intentus, perlustravit. Cum vero ob varia impedimenta observationes suas, nullis iconibus illustratas, in publicum emittere tardaret, *Winslovii* & aliorum scripta, historiam ligamentorum illustrantia, prodierunt, quibus evolutis, & cum suis descriptionibus comparatis, observationes suas repetitis dissectionibus perfecit, & icones elegantissimas addidit. Summo igitur jure affirmamus, Cel. Autorem illud præstitisse, quod in tali scripto maxime requiritur. Ex crebra cadaverum inspectione observationes enatæ sunt, quas clare & perspicue descripsit, ita, ut nec superflua tædium legenti creare, nec necessaria quædam momenta desiderari, queant. Investigavit quidem & veterum

veterum & recentiorum scripta, cumque suis observationibus contulit, & illas quoque sententias Autorum, quæ ad majorem dilucidationem facere poterant, præmisit, alias vero tantum in Notis adjecit, vel prorsus omisit; in omnibus tamen magis veritatem per cadaverum dissectionem comprobatam, quam Autorum placita, sectari voluit. Nihil enim scripsit, quod non aliquoties, immo decies & pluries, repetitum fuerit, ita ut plus centum cadavera suam symbolam ad hoc Opus perficiendum contulerint. In nominibus ligamentorum imponendis non semper alios Autores secutus est, sed illa a situ, figura, aliisque circumstantiis, prout natura illud requirebat, desumsit. Synonyma vero, ubi opus erat, apposuit. Icones insigni cum industria delineatas, & descriptionibus maxime respondentes, cognovimus, ut accuratissimus quoque censor pauca in iis corrigere possit. Usus est in his adornandis Russicæ juventutis Academicæ opera. Quod igitur primarium est in omnibus delineationibus, situs partium ita fuit assumtus, ut ligamenta delineata optime cognosci queant, &, quando in vario situ melius possunt perspici, in duabus utplurimum iconibus adumbrentur. Ex ligamentis, partes molles connectentibus, illa tantum exhibuit, quæ vel prorsus non, vel minus apte, ab aliis delineata fuerunt, in pluribus vero ad Autores provocat. Omnis tractatio *septem Sectionibus* absolvitur, quarum *prima* de ligamentis in genere agit; *secunda* ligamenta artuum superiorum, claviculæ, scapulæ, humeri, cubiti, tendinum & ossium manus, proponit; *tertia* ligamenta capitis, hoc est, maxillæ superioris & capitis propria, describit; *quarta* ligamenta ossium trunci, vertebrarum, thoracis, & pelvis, sistit; *quinta* ligamenta artuum inferiorum, femoris cum coxa, articuli genu, inter tibiam & fibulam, pedis extremi cum tibia & fibula, ossium pedis extremi & tendinum, annexis quoque ligamentis ossium sesamoideum in pollice, exhibet; *sexta* ligamenta partium mollium recenset; *septima* tandem iconum explicationes addit. His generalioribus de totius Operis ratione præmissis, *Sectionem primam* nonnihil exponere, & ita ideam Operis ex parte declarare, suscipiemus. *Ligamentum* Cel. Autori dicitur *particula corporis albicans,*

cans,

cans, ex fibris flexilibus elasticis plerumque parallele concretis in substantiam tenacem fibrosam, ruptioni fortiter resistentem, & solidam compacta, eum in finem creata, ut duæ pluresque partes, quæ alias divulsæ per se subsisterent, adunentur, atque in situ respectivo determinentur. Præmissis nonnullis de veterum sententiis circa ligamentorum naturam, ad ligamenta, proprio sensu ita dicta, refert 1) omnem illum apparatum membranaceum, quo singulæ ossium & cartilaginum articulationes circumducuntur; 2) omnes productiones membranaceas, quibus ossa & cartilagines extra articulationes vinciuntur & ligantur; 3) omnes circumvolutiones, quibus tendines in sedibus suis conservantur, eorumque directiones determinantur; 4) omnes membranas & membranarum duplicaturas, quibus viscera & aliæ partes molliores ad partes vicinas alligantur. Ex numero vero ligamentorum excluduntur 1) membranæ, quæ unam pluresque partes tantum circumcingunt, ut dura mater: quorsum pertinere videntur membranæ mucosæ, tendines involventes, membranæ communes, musculos involventes, membrana, ossa involvens, sive periostium; 2) membranæ, quæ quidem unam partem cum altera conjungunt, sed tamen per hanc ipsam copulationem cum parte combinata tertium aliquod corpus constituunt, quod ligamenti nomen & officium plane amittit, e. g. membranæ tracheæ, cartilagines continentes, ligamenta lata & rotunda uteri, &c.; 3) expansiones membranaceæ, quæ ab uno osse ad aliud, vel ab una ossis parte ad aliam, extenduntur, pro commodiori musculorum insertione, ut ligamenta sic dicta interossea, &c. Has tamen membranaceas expansiones, ut receptæ inter Anatomicos consuetudini satisfaceret, accurate simul descripsit. Ligamenta articulationum vel lateraliter accrescunt, vel totam articulationem ambiunt. Hæc ligamenta capsularia cum *Winslovio* dicit, & in omni articulo mobili assumit, licet in majoribus tantum describat, in minoribus vero, ubi plerumque tam tenuia sunt, ut in conspectum produci nequeant, ulteriorem eorum descriptionem & delineationem omittit. Reliquæ ligamentorum distinctiones, a substantia, situ, habitu, magnitu-

dine, figura, &c. desumtæ, & omnia fere, non nisi sensu relativo intelligenda sunt. Ligamenta vero ita ordinavit Autor, ut illa ad ea potissimum membra referret, quorum ligandorum gratia creata sunt. Si igitur ligamentum aliquod in parte etiam vicina oriretur, tamen in articulo, ad quem primario pertinet, describendum erat.

C. S. *A. M. APOLOGIA PRO CELEBERRIMO Rusticorum Latinorum Editore.*

Quoniam in Epistolis tuis, Clarissime humanissimeque *Juli Pontedera*, de injuria, tibi a Cel. *Rusticorum* Editore facta, publice conquestus es, licet instituti nostri leges, quæ neutiquam permittunt, ut cujuscunque generis litibus pacem inter eruditos & concordiam violemus, hanc Mantissam suadere non videantur; æque tamen liberum pace tua nobis esto, *Gesneri* causam defendere, quam liberum tibi fuit, Virum innocentem, nulliusque criminis reum, nuper in judicium rapere. Nos neque tibi, neque Cel. *Gesnero*, addicti ita & obnoxii sumus, ut assentationis inde gratiam aliquis suspicari jure possit, sed perlegentibus nobis *Epistolam* tuam *quinquagesimam tertiam* nescio quæ tuum antea tibi *Gesnerum* purgandi reconciliandique sua sponte cupiditas accessit. Est enim natura ita comparatum, ut, si quem hominem offensum fortuna, aut adversariorum telis petitum, nedum talis ingenii Virum iniquissima actionis formula vexatum, intelligamus, eum vel officio juvare, vel tortuosis quæstionum calumniis nexum & impeditum liberare, humanitatis jura postulent. Quod dum facere instituo, etsi tam impudens & Suffenus mihi non sum, ut inter magnos Duumviros judicem me sedere posse existimem; multum tamen inter rationum criticarum conclusionem, & inter mediocrem animadversionem atque admonitionem interesse, nemo non videt, quoniam altera occulta quædam & quasi involuta aperiuntur, altera promta & aperta judicantur. Cum enim summa quæque de peritia tua in arte critica opinemur, tibique in annotationibus plurimis vehementer assentiamur; veniam mihi dabis, Vir optime, si, relictis tibi tuis doctrinarum copiis, ego potissimum

potissimum Cel. *Gesneri* candorem, fidem, modestiam, & in emaculando opere rustico assiduitatem, quanquam plura ejus & majora cum in universas literas, tum maxime in *Rusticos Autores*, merita exstant, vindicare contendero. Ais quidem *pag. 464: pueri est, credere, quæ commemoravimus, ad* Gesnerum *pertinere*, & mox: *quare vel casus, vel incuria, cudit, quæ modo referebam*, macularumque nonnullarum culpam *scribæ indiligentiæ ac socordiæ, non* Gesnero, *assignare* cupis *pag. 465*; sed vereor, ne aliud in pectore clausum, aliud in lingua promtum, habueris, nec ita nos pueros credas velim, qui, quale sit illud *Plauti:*

In melle sunt linguæ sitæ vostræ atque orationes
Lacteque: corda felle sunt lita, atque acerbo aceto,

non intelligamus. Nam quo argumento poteras mente præcipere, & ex communi fama tibi proponere, te Lipsiensem *Rusticorum* editionem talem inventurum esse, qualem tibi *Andr. Maranus* descripserat, nisi valde suspicacem animum haberes, & Theodiscæ virtutis te contemtorem ab initio gesseris? Videtur id nobis colligi posse ex sequenti tua oratione. *Res rustica*, inquis, *apud me anceps fuerat, quippe Germanus homo de iis, quæ apud Italos in usu sunt, haud secus scribere valet, atque Italus de cerevisia conficienda, aut de brassica Germanico jure condienda.* Inepida sane argumentatio! Aliud enim est de agricolationis Italicæ, quæ nunc obtinet, rationibus librum probabilem scribere, aliud in veteres *rei rusticæ Autores* commentari. Illud qui volet, sine Italici soli, naturæque ejus, diligentissima contemplatione & scientia nullo modo assequetur. Hoc autem qui suscipit, etsi rem per se valde arduam tractari quoscunque *Rusticorum* veterum interpretes cogitare, & in omnibus operum causis, agrorumque, vinearum, & hortorum, cultura haud mediocriter versatos esse, oporteat, nondum tamen ratio idonea subest, quamobrem Italo sub cœlo natus simpliciter esse debeat. Quanquam enim propter incredibilem tuam in colendo agro, arboribusque & herbis vel serendis, vel propagandis, industriam, & subtile ingenii acumen, ad *Rusticos* illustrandos emendandosve pæne natum te factum-

dine, figura, &c. desumtæ, & omnia fere, non nisi sensu relativo intelligenda sunt. Ligamenta vero ita ordinavit Autor, ut illa ad ea potissimum membra referret, quorum ligandorum gratia creata sunt. Si igitur ligamentum aliquod in parte etiam vicina oriretur, tamen in articulo, ad quem primario pertinet, describendum erat.

C. S. *A. M. APOLOGIA PRO CELEBERRIMO Rusticorum Latinorum Editore.*

Quoniam in Epistolis tuis, Clarissime humanissimeque *Juli Pontedera*, de injuria, tibi a Cel. *Rusticorum* Editore facta, publice conquestus es, licet instituti nostri leges, quæ neutiquam permittunt, ut cujuscunque generis litibus pacem inter eruditos & concordiam violemus, hanc Mantissam suadere non videantur; æque tamen liberum pace tua nobis esto, *Gesneri* causam defendere, quam liberum tibi fuit, Virum innocentem, nulliusque criminis reum, nuper in judicium rapere. Nos neque tibi, neque Cel. *Gesnero*, addicti ita & obnoxii sumus, ut assentationis inde gratiam aliquis suspicari jure possit, sed perlegentibus nobis *Epistolam* tuam *quinquagesimam tertiam* nescio quæ tuum antea tibi *Gesnerum* purgandi reconciliandique sua sponte cupiditas accessit. Est enim natura ita comparatum, ut, si quem hominem offensum fortuna, aut adversariorum telis petitum, nedum talis ingenii Virum iniquissima actionis formula vexatum, intelligamus, eum vel officio juvare, vel tortuosis quæstionum calumniis nexum & impeditum liberare, humanitatis jura postulent. Quod dum facere instituo, etsi tam impudens & Suffenus mihi non sum, ut inter magnos Duumviros judicem me sedere posse existimem; multum tamen inter rationum criticarum conclusionem, & inter mediocrem animadversionem atque admonitionem interesse, nemo non videt, quoniam altera occulta quædam & quasi involuta aperiuntur, altera promta & aperta judicantur. Cum enim summa quæque de peritia tua in arte critica opinemur, tibique in annotationibus plurimis vehementer assentiamur; veniam mihi dabis, Vir optime, si, relictis tibi tuis doctrinarum copiis, ego potissimum

potissimum Cel. *Gesneri* candorem, fidem, modestiam, & in emaculando opere rustico assiduitatem, quanquam plura ejus & majora cum in universas literas, tum maxime in *Rusticos Autores*, merita exstant, vindicare contendero. Ais quidem *pag. 464: pueri est, credere, quæ commemoravimus, ad* Gesnerum *pertinere*, & mox: *quare vel casus, vel incuria, cudit, quæ modo referebam*, macularumque nonnullarum culpam *scribæ indiligentiæ ac socordiæ*, *non* Gesnero, *assignare* cupis *pag. 465*; sed vereor, ne aliud in pectore clausum, aliud in lingua promtum, habueris, nec ita nos pueros credas velim, qui, quale sit illud *Plauti:*

In melle sunt linguæ sitæ vostræ atque orationes
Lacteque: corda felle sunt lita, atque acerbo aceto,

non intelligamus. Nam quo argumento poteras mente præcipere, & ex communi fama tibi proponere, te Lipsiensem *Rusticorum* editionem talem inventurum esse, qualem tibi *Andr. Maranus* descripserat, nisi valde suspicacem animum haberes, & Theodiscæ virtutis te contemtorem ab initio gesseris? Videtur id nobis colligi posse ex sequenti tua oratione. *Res rustica*, inquis, *apud me anceps fuerat, quippe Germanus homo de iis, quæ apud Italos in usu sunt, haud secus scribere valet, atque Italus de cerevisia conficienda, aut de brassica Germanico jure condienda.* Lepida sane argumentatio! Aliud enim est de agricolationis Italicæ, quæ nunc obtinet, rationibus librum probabilem scribere, aliud in veteres *rei rusticæ Autores* commentari. Illud qui volet, sine Italici soli, naturæque ejus, diligentissima contemplatione & scientia nullo modo assequetur. Hoc autem qui suscipit, etsi rem per se valde arduam tractari quoscunque *Rusticorum* veterum interpretes cogitare, & in omnibus operum causis, agrorumque, vinearum, & hortorum, cultura haud mediocriter versatos esse, oporteat, nondum tamen ratio idonea subest, quamobrem Italo sub cœlo natus simpliciter esse debeat. Quanquam enim propter incredibilem tuam in colendo agro, arboribusque & herbis vel serendis, vel propagandis, industriam, & subtile ingenii acumen, ad *Rusticos* illustrandos emendandosve pæne natum te factum-

que esse, non diffitemur; attamen, ne alto nostros homines supercilio despicias, iterum iterumque rogamus. Si verum est, quod tu ipse in *Epistola I pag. 1* haud inficias ire videris, multum esse nostris temporibus in ruris disciplina immutatum, *sane plurima sunt*, inquiens, *quæ alio modo nunc fiunt, alio tunc fiebant - - - &, ne plura complectar, alio modo vina condimus, alio prisci solebant, neque, quo vase torculo hi oleum exprimebant, eodem nos conficimus - - - quare multa, quæ ruri nunc moliuntur coloni, nihil ad veterem disciplinam intelligendam conferunt, quippe vel nova, vel diversa*; facilis quoque adversus tuam gentem argumentatio hinc oritur. At, quia hodienum aliqua similitudo agriculturæ veteris cum apud vos, tum in cultiori Germaniæ parte, qualem nos habitamus, remansit, non satis humaniter facis, quod nobis scientiam ruris antiqui, & *Gesnero* inprimis intelligentiam eorum, quæ a *Catone*, *Varrone*, *Columella*, & reliquis Autoribus, commemorata sunt, impetu in nos per cuniculos facto, eripere conaris. Ostendunt sane rusticæ tuæ animadversiones, & tabulæ, quibus arbustorum & vitium genera imitando expressisti, non exiguam pulchritudinem, nobisque, haud ita pridem rusticantibus, ingentem voluptatem creaverunt. Sed censesne tu, *Gesnero*, Viro præstantissimo, ruris studium deesse potuisse, a quo tot egregias de rebus rusticis disputationes accepimus? Vide mihi, quæso, inter multas alias illam de *Hordeo* ad *Columell. II, 9, 14*, quæ utrum a viro artis rusticæ ignaro proficisci possit, ipse judicabis. Quando dicis: *operarum negligentia animadversionum tituli contrahuntur, aut immutantur, quo factum est, ut pleraque evanescant*, id tale est, ut nec Celeb. *Gesneri* fidem & probitatem suspectam reddere, nec editionis *Rusticorum* Lipsiensis laudi quidquam detrahere possit. Animadversionum titulos haud raro contractos esse & immutatos, non negamus, nec ipse negabit Cel. *Gesnerus*. Sed jure & ratione id fieri oportuit. Non enim *Victoriano*, aut alius cujuscunque libri, sed hujus editionis textui & verbis consentanei, nec sigillatim, & copiosa oratione, præfigendi erant indices, ne hac lectionum dissimilitudine aut συγχύσει offenderetur lectoris animus. Hoc autem

autem compendium non tam ejusdem generis librorum exempla, in Britannia, Belgio, & Francia, prodita, suadere videbantur, qualia in re simili & libera sectari nemo vetat, quam ipsa librarii, ne justo sumtuosior libri forma exiret, cura postulavit. Cum enim nihil inde obscuritatis & erroris proficiscatur, nemoque tam cœcus ac stupidus esse possit, qui, attente legens cujuscunque viri docti observationes, quam quisque lectionem probavit aut damnavit, ex ipsa annotatione non cognoscat, ea solum lemmata subjicere fas est, quæ ad sententiam Autoris, & textum, proprie spectant. Reliqua Editoris fides & ingenuitas præstat. Importunum ergo est, maledictis proscindere Cel. *Gesneri* famam, quæ apud imperitos aliquam vim habere possunt, sed, diligentius sub examen vocata, nihil nocent. Fac enim, *Victorianam* Notam ad *Cat. XI, 4*, principio verbi *Ruscarias* pro *Rustarias* designari; quis ex ipsa *Victorii* oratione non intelligit, libros ante eum *Rustarias* exhibuisse? Eadem est ratio in ceteris locis, v. c. ad Cat. XXXVII, 2: *Aceris frondem iligneam*; Caton. XXXIX, 1: *Viri sicca alligato*; Varr. III, 1: *tabella dimidiata*; Varr. I, 35, 1: *terra adruenda*; Varr. I, 9, 5: *itaque in Is*; quos titulos Cel. *Gesnerus* non ea de causa in Animadversionibus repetiit, ut *Victorii* merita, & inventæ lectionis veræ gloriam, absconderet, sed ut, brevitati studens, receptæ in contextum lectionis veritatem utcunque demonstraret. Quis enim ex ipsa *Victorii* oratione non intelligat, hæc antiquitus menda libros occupasse: *Acus frondem iligneam*, *viti sicca*, *tabella dum ita*, *terra ad ea obruenda*, *itaque in Vejis?* aut quis furem ingenuum non agnoscat, qui, alienas opes clanculum invadere studens, addito Autoris nomine, palam sua se spolia aliis surripuisse, omnibus testatum facit? His criminationibus confutatis, altera quoque tua accusatio corruit. Quis enim conjicere potest, a te lectionem *Columellæ Lib. XII Cap. 4: Vere maturis atque trimestribus*, ut putas, ab *Aldo* introductam, probari? Nemo certe, nisi qui principium annotationis tuæ: *Vera lectio*, transultorie adspexerit, cetera vero, totamque argumenti tui conclusionem, *quare recte: quoniam fere maturis atque trimestribus consummatis sationibus*,

tionibus, non legerit. Verum, quo ſiniſtro fato, vel qua typothetæ negligentia, acciderit, ut in obſervatione tua ad *Pallad. I, 35, 2*, quantum ſuſpicamur, pro, *quod non contemnendum judico*, exſcriptum ſit, *quod contemnendum judico*, exputare non licet; id unicum ſcimus, neque *Geſnerum* in culpa eſſe, nec *arreptam* inde, ut calumniaris, *reprenſionis anſam a Geſnero fuiſſe*. Si enim noſſes, quantam literæ Italica manu ſcriptæ operis noſtris moleſtiam creare ſoleant; non mirareris profecto, quare τυποθέται, veſtris literarum formis parum aſſueti, *in minutis* ejuſmodi voculis labi ſoleant. Celeb. vero *Geſnerus* ſua animadverſione, relicto *non*, tuam opinionem illuſtravit potius, & tuitus eſt, quam reprehendit. Cum enim *Africani* locum opportune excitaſſes, nihil aliud egit *Geſnerus*, niſi ut, in eo convenire utrumque Autorem, lectoribus oſtenderet, quod *παγετὸς Africani*, *nebula* & *gelu Palladii*, φθεῖρες vero *animal*, eſſet. Quod deinde crimen objicis *Geſnero*, id nec deprecatione, nec intentionis depulſione, indiget, ſed animi potius latebras & receſſus tuos aperit. Adeo enim minuti & puſilli animi vir non eſt *Geſnerus*, ut, ne quis ex alia gente caput exſerat, magnopere curet. Qui enim liberale Viri eruditiſſimi ingenium, honeſtiſſimoſque ejus & cultos optimis artibus mores, novit, is talia artium ſtudia de eo ne comminiſci audet. Multa dicere poſſem in hanc ſententiam, ſed non neceſſe eſt. Quis eſt enim inſtitutus educatuſque ingenue, aut quis contra bona naturæ tam vehementer obturatus, ut, quam diligere debet virtutem & ſapientiæ laudem, hanc cum indignatione in aliis cernat. Huic accuſationi tuæ congruunt, quæ ſequuntur. Quare, ut propius ad ea, Vir egregie, accedam, quæ a te in *Geſnerum* dicta ſunt, preſſius agemus, eaque, quæ ſcripſiſti, cum iis conferemus, quæ tuis jam oppono. Primum, *noſtra*, inquis, *ut abdita eſſent*, *neque lucem*, *ſi fieri poſſet*, *adſpicerent*, *qua potuit*, *diligentia curavit*. *Huc atque illuc diſperſit inhonora atque abſcondidit*. Ni verendum eſſet, ne oratio tua invidiam *Geſnero* faceret, ad ſuum, unde profecta eſt, autorem recideret injuria. At, quoniam hujus generis criminationes cauſæ, de qua agitur, ignaros fallere nonnunquam

quam possunt, ajimus, hanc tuam orationem neque veri speciem habere, nec ullo modo a te probari posse. Si enim id credis abditum esse, quod non magnifica literarum forma separatim excusum fuit, largior tibi, peccati hujus reum videri posse *Gesnerum*. Sed, si nominis tui gloriam eo forte obscuratam fuisse contendis, quod lucubrationes tuæ *Victorianis*, *Scaligeranis*, *Meursianis*, *Gesnerianis*, immixtæ, nec propterea in magno satis lumine collocatæ fuerunt, ignosces mihi, Vir literatissime, si te nimis sedulum honoris tui custodem appellavero. Doctissimas enim tuas animadversiones adscriptum nomen tuum a reliquis facile segregat, nec timendum est, ut, quod tibi competit, alius sibi vindicare possit. Hæc enim perpetua lex fuit Cel. *Gesneri*, quam in toto opere servavit, ne cui tribueretur, quod ipsius non esset, neu cui non tribueretur, quod ipsius esset. Ordine vero omnes virorum doctorum annotationes uno continuo disponerentur, necesse fuit, ne diversis locis dispersum quærendum adeo esset, quod ad unum locum pertineret. Et qui potes, amabo, id ægre ferre, quod vel ipse in literis tuis, vel per *Jac. Facciolatum*, Virum summum, a Celeb. *Gesnero* petiisti, *mirabili*, inquiens, *quodam studio exopto, quod sum commentatus, scriptis immisceri tuis, ut, si quid in hominum usum cedere potest, non longe petatur* (vid. *Tom. II Script. R. R. pag. 1282*). En *Jac. Facciolati*, locupletissimi testis, verba, quæ ex literis ejus MStis, ad *Gesnerum* datis, bona fide descripsimus: *Rogant te Morgagnus & Pontedera, ut, quemadmodum constituisti, animadversiones singulas suo loco ponas.* Neque abludunt, quæ ad *Andream* tuum in *Epistola I pag. 1* ipse scribis: *Verum, omnibus posthabitis, in eo tota tua epistola versatur, ut, quicquid ad Latinos R. R. Scriptores illustrandos olim commentatus fueram, Lipsiamque rogatus miseram, suis sedibus insereretur.* Age nunc, Clarissime *Pontedera*, refer animum sis ad veritatem, & considera, quibus laudibus te Celeb. *Gesnerus* prosequatur; jam profecto intelliges, te inopia criminum aliquid *Gesnero* exprobrasse, quod ipsi fraudi esse nullo modo potest. Næ tu virtutis alienæ ridiculus esses obtrectator, si, quod abscondere velles, id verbis, quibus posses

posses, diligentissimis ornares. Jam in mentem tibi revoco, quod de te Celeb. *Rusticorum* Editor passim commemoravit, *labores* modo *tuos doctos sane & ingeniosos* (Præf. pag. 23), modo *Viri Clarissimi, & optime de toto hoc opere meriti, Julii Pontederæ, inexhaustum erga Rusticos nostros studium* (Præf. ad Add. pag. 1281), modo tuas inprimis Notas, *quæ vel solæ novam editionem satis exornare poterant* (vid. *Acta* nostra *A. 1732 Mens. Jun. pag. 295*), Lectoribus commendans, putasne, quod benevolentia & honoris tui causa manifesto & *sæpissime factum* est, id contra honestatem celandæ doctrinæ tuæ causa fieri potuisse? Igitur, quod accusares, non habuisti. Nunc vide, quam commodam postulationem excogitaris. *Tabulas*, inquis, *ipsarumque explicationes, (quæ Libro tertio Columellæ præmissa sunt,) eo animo distribuit, ut non nostra, sed Gesneriana, viderentur.* De his quoniam verbo arguis, verbo satis esset negare. Sed brevissimis totam hanc criminationem dissolvam. Primo explicationes tabularum ita cohærent cum nomine tuo in fine apposito, ut eum profecto sensus omnes ejurasse oporteat, qui horum aliquid *Gesnero* addicere velit. Deinde ultimis verbis *Epistolæ* tuæ, ad *Facciolatum* scriptæ, & *Tomo I Rusticorum pag. 39* insertæ, apparet, te esse autorem eorum, quæ de cultu vinearum *Columellæ Libro III* præmissa sunt. Quare hoc nihil neque acerbius, neque iniquius, proferri potest. Reclamitat istiusmodi suspicionibus ipsa humanissimi *Gesneri* natura. Portentum ergo & monstrum certissimum est, virum sapientem, qui ipse beatus & dives est, cum tanta conflixisse amentia, ut tibi vivo, videntique, rem in conspectu omnium hominum positam surripere conaretur. Esset profecto tanta temeritas, ut non procul abhorreret ab insania. Vides ergo, quantum distet conquestio tua ab re ipsa, atque a veritate. *De suis vero*, pergis, *nihil, nisi ampla forma & magnifice, edendum sivit.* Ego, rem tam levem qua ratione infirmem, ac diluam, reperire non possum. In Animadversionibus enim ipsis nulla est literarum & typorum dissimilitudo, sed, si forte his verbis ad *Præfationem* respexeris, hujus certe scriptura animum tuum pungere non debebat, quonium usus in ea re est

libra-

librarius more institutoque majorum, & eorum consilio obtemperavit, qui in arte typographica callidiores sunt, quam tu in tua accusatoria. Desinamus scrutari, quæ sunt inania. Venio jam ad falsum crimen, quod, tanquam venenatum aliquod telum, in *Gesnerum* jacere non erubescis. *Pleraque ad rusticos*, inquis, *Autores maxime attinentia rejecit. Ubi enim* seges, *ut nos explicavimus*, & arvum? *ubi* origa & auriga? *ubi* focus & foculus? *ubi* capiuntur *prisca significatione* & præcipio? *ubi* fictores & *reliqua a* sico *pro* seco? *ubi* serarius? *ubi* articularius? *ubi* curia *pro* cœnaculo? Ad confictionem hujus accusationis profligandam rationibus non opus est, sed oculis. Ex tuis enim *Epistolis* potes judicare, tuos ingenii partus tibi a *Gesnero* religiosissime servatos esse. Nam, quæ de *segete* & *arvo* in *Epistola X pag. 125* disseris, eadem tibi adscribuntur in *Scriptoribus R. R. Gesnerianis* ad *Varr. I, 29, 1*; de *origa* & *auriga* quæ exstant in *Epistola VI pag. 66*, refert quoque *Gesnerus* in *Add. ad Cat. 76, 4*; de verbo *capiuntur* quæ profers in *Epistola XLIX pag. 427*, habet quoque *Gesnerus* in *Add. ad Varr. II, 4, 20*. Nota tua de verbo *præcipio* in *Epistola VI pag. 76* & *77*, repetita est in *Add. ad Cat. 142 pag. 1290*. *Sictores*, qui in *Epistola VI pag. 77* & *78* occurrunt, conspiciuntur quoque in *Add. ad Cat. 144, 3*. *Serarius*, in *Epistola* tua *VI pag. 80* explicatus, suum locum occupat in *Add. ad Caton. 150, 2*. *Articularius* quis sit, *Epistola* tua *VII pag. 85* ostendit; *Addenda ad Caton. 157, 8, pag. 1292*, idem confirmant. *Curiam* pro *cœnaculo* sumis in *Epistola L pag. 440*; idem tibi vindicant *Add. ad Varr. II, 9, 8*. En scopulos! a quibus non modo crimen resilire vides, verum omnem doli suspicionem in temet ipsum recidere intelligis.

Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno
Disce omnes!

Quid est ergo, quo tandem, accusator, penuria argumentorum confugias? *Nemini persuadere*, de *Marani* sententia inquis, *poterit Gesnerus, ea se invenisse, primumque excogitasse, quæ, a Pontedera Lipsiam missa, inter manus habebat. Quis enim ante illum* (scilicet *Pontederam*) *de Crescentio in illa re somniavit unquam?* Hem *Thrasonis* vocem! Non obtusa adeo gestamus pectora Germani, nec adeo sumus crasso sub aere nati, ut

ut omne nobis in re literaria inventum bonus abjudicare audeat *Maranus*. Poteratne libri *Crescentiani* dos *Gesnerum* fugere, qui eundem multo ante Vinariæ & vidit, & legit, quam a *Pontedera* rusticas copias Lipsiam missas esse noverat. Saltem, *Gesnero* melius notum fuisse *Crescentium*, quam tibi, Clarissime *Pontedera*, ostendit collatio *Epistolæ* tuæ, ad *Facciolatum* scriptæ, & *Tomo I Scriptorum R. R.* præmissæ *pag. 60* & *61*, cum *Præfatione Gesneriana §. 13*. Jam atrox criminis nomen diluendum nobis restat, quo, quasi in portum, *rejectus a ceteris* suspicionibus, confugis. Sed hic quoque nos paratiores reperies, quam putabas. *Cum itaque*, inquis *Marani* verbis, *tanta excelleret divinandi vi, ut hominum cogitationes præsciret, & prænosceret, præter illa, quæ leviter perstrinxi, alia etiam pro sua humanitate a te sumsit, non mutua quidem, sed ut propria, tuo demto nomine, quæ tu imprudens Lipsiam miseras.* At his aliorum spoliis *Gesnero* opus non est, locupletem quippe supellectilem domi ipse habens. Interim videamus de his emendationibus, utrum nulli alii viro docto, nisi *Pontederæ*, in mentem venire possint. 1) Quod ad *trimestrem* attinet ad *Cat. 35, 2*, *Gesneriana* Nota maximopere differt a *Pontederiana* (vid. *Epistola IV pag. 48*); quare hic accusationis tuæ vis perit. Nam tu vis *trimestre*, scilicet *triticum*; *Gesnerus* contra *trimestrem*, scilicet *fructum*, nec in ulla re convenitis ambo, nisi in loco *Columellæ* excitato. 2) *Harundinem disponito* ad *Cat. 47*, in quo loco cœcutire se, *Gesnerus* ingenue confitetur; tu contra, *id insertum esse alia opera, non Catonis*, existimas in *Epistola V pag. 58*. Neque satis hic tibi causæ ad objurgandum erat, quoniam, quæ vere difficilia sunt, non tibi tantum, sed *Gesnero* quoque, lubrica & dubia videri poterant. 3) *Mutet & exprimat Caton. 117*, tu mavis *mutes & exprimas* in *Epistola VI pag. 71*; idem observavit *Gesnerus* in *Add. ad Cat. pag. 1290*, quod quilibet, in libris antiquis paululum versatus, sine magno ingenii tormento excogitare potest. 4) *Si quid contusum Caton. 157, 4*, non differt *Gesneriana* observatio in *Add. pag. 1291* a tua in *Epistola VII pag. 84*; sed nonne existimas, *Gesnerum*, qui *Plinio* semper familiarissime usus est, æque minus, quam tu, talem locum ignorare potuisse, qui aperte mendosius erat? 5) *Dissunapiter Cat. 160, 1*, ad quem locum neque a te in *Epi-*

stola

stola VII pag. 88, neque a *Gesnero* in *Add. pag. 1292*, nova lectio, sed *Victoriana*, prolata fuit, quæ utrum vera esset, ipse *Gesnerus* pro suo ingenii acumine poterat conjicere. Hac occasione mirari nos subit, quare non eodem pacto emendationem *pabulum malorum* in *Cat. VII, 3*, ad te solum rapueris. Quidni, inquies, mihi quoque hanc vindicem? At posteriores curæ tuæ nondum venerant, cum hæc *Gesnerus* scriberet. Tamen meam esse conjecturam puto, quoniam ego solus sapio, ceteri nihil vident. Verum hæc missa facio. Illud quæro, unde didiceris, cum in *Epistolis* tuis *pag. 183*, *Aetii* verba in mendo cubare, intelligeres, legendum esse: Μηνὶ ξανθικῷ τουτέστιν Ἀπριλίῳ αἱ Πληϊάδες ἀκρόνυχοι κρύπτονται, non φαίνονται. *Ingenium*, inquies, *subministrabat*, *& rei indoles.* At hujus conjecturæ semina jam sparsit *Dionys. Petavius* in *Variis Dissert. ad Uranolog. Lib. VII Cap. 5 pag. 268.* Quæro rursus, cur in *Epistola* tua *XXII*, cum de *mensium Atticorum* ordine disputares, nusquam *Theodori Gazæ* περὶ Μηνῶν (qui liber in *Petavii Uranologio pag. 275 edit. Paris.* exstat,) memineris, ex quo te profecisse nemo dubitabit, qui hæc tua cum Θεοδώρου locis conferet. Quæ tibi postea insusurrat *Maranus* tuus, vereor, ne legis *Remmiæ* sanctionem violent. Ait enim, *quibus addas, si vis, in Columella relaxa humo; resecato; sesama, quæ rigantur maturius.* Quot verba, tot mendacia! Si enim simile quid ad hæc verba scripsisses unquam, *Epistolæ* tuæ harum quoque animadversionum tuarum, ut ceterarum omnium, memoriam sanctissime recoluissent, & servassent. Atqui horum, quæ male arguis *Gesnerum* tibi surripuisse, usumque esse pro suis, nec vola, nec vestigium, in *Epistolis* tuis exstat. Nam de verbis *relaxa humo* ad *Colum. XI, 3, 46*, taces in *Epistola* tua 5; de ῥήσει, *sic resecato, Colum. de Arbor. VI, 4*, in tua *LXVII pag. 602, 603*, οὐδὲ γρῦ. Ad *sesama, quæ rigantur maturius, Colum. II, 10, 8*, neque *Gesnerus* quidquam annotavit præter *lectionis varietatem*, a te quoque probatam, neque tu quidquam in *Epistola LV pag. 493* adjecisti. Vide porro, quam omnia *Gesneri* dicta & facta in pejorem partem vertas & mutes. *Dicaculus in nos evasit*, inquis, *nostraque temere habuit, immiscuit, dictis perstrinxit, & carpsit, eorumque vim dissolvere conatus, quæ sacra & intemerata esse oportebat, adde, quæ literis tanto studio &*

contentione enixi, ut quid sibi mitteretur, impetrata sunt. Quasi virum gravem deceat indignari iis, qui, sententia modeste expensa, rationibus, quam autoritati, obtemperare malunt.

Diversum sentire duos de rebus iisdem
Incolumi licuit semper amicitia.

Usus est plerumque ea potestate *Gesnerus*, quam ipsi, interprete *Jac. Facciolato*, concesseras. Is enim in literis, ad Cel. *Gesnerum* datis, *non aegre*, inquit, *ferent*, (scilicet *Jo. Bapt. Morgagnus* & *Jul. Pontedera*,) *si quid tibi improbandum videbitur.* Eodem autem pacto licuerat *Gesnero* aliam opinionem verecunde, ut solet, amplecti, quo tibi placuit immodestius paulo & rigidius *Aldum* traducere, & in omnes *Rusticorum* Editores virgas expedire. Quid enim his verbis durius, quando in *Epistolis* tuis *pag.* 480 ais: *Ideoque, qui Aldi patrocinium adversus Ursinum, atque adeo Columellam, suscipit,*

Interdicto huic omne adimat jus
Prætor, & ad sanos abeat tutela propinquos.

Quid præterea hac oratione asperius, quæ *pag.* 487 legitur: *eos in cœno, qui nova sectantur, relinquentes*, aut: *Quonam morbo & sensuum omnium stupore captos Columellæ editores dicemus, qui Aldina illa, adeo perversa, & a vero aberrantia, approbarunt & receperunt.* Adde *pag.* 558, ubi *summam editorum audaciam, & summam omnium stultitiam*, accusas, *qui, posthabitis veris, Aldina sectantur.* Spero, ex hoc ipso non esse obscurum, quam tute vir alti spiritus sis, & quam iniquo animo aliorum de te judicia feras. Tandem ostendis, Vir eximie, *Maranum* tuum summe injuriosum hoc duxisse, quod scripserit aliquo loco *Gesnerus*, tuos *de veteri anno Commentariolos* ab ipso *desiderari*, alio addiderit, ipsum *nescire*, *quid post Scaligerum & Petavium de cælesti ratione veteri annorumque regula sit scribendum.* Respexit *Andreas* tuus haud dubie ad eum *Gesneri* locum, ubi ad *Varron. I, 28, Praef. omnia*, inquit, *ad unguem exigere, alterius est operæ, & post Scaligeros Petaviosque non necessariæ.* Vide, inania *Gesneri* crimina quam multis suspicionibus coarguantur. Equidem, quod in alia causa non facio, ut, quo animo rem dixerit aliquis, præstare velim, tamen in hac vadimonium nondum deseram, innocentia quippe, pudore, fide, & honestate *Gesneri*, Viri integerrimi,

rimi, fretus; in cujus oratione si verisimilis injuriæ suspicio reperta sit, culpam inesse concedam. Sed ostendi facile potest, non modo nihil eorum sensisse *Gesnerum*, sed ne potuisse quidem sentire. Si non potuerit, non multum quæretur, an ita senserit. Eo enim tempore, cum in *Varrone* explicando occupatus esset *Gesnerus*, non poterat providere, te subtilius et certius *Scaligero Petavio*que Astrologiam veterem enarraturum esse, sed e secundis demum tuis observationum rusticarum copiis, inprimis ex frequenti numerorum, quos diebus assignarant vulgaria librorum exemplaria, emendatione, perspexit, te plus temporis & studii, quam vulgo solet, instaurandis annorum temporibus laudabiliter impendisse. Quare in *Add. ad Varr. I, 28, 2, Viri humanissimi*, inquit, *rationes ex Epistolis exspectamus.* Restat nunc, ut nonnullas maculas, quibus rusticum opus affectum esse, acerbe fers, non tam eluam, (tantum enim mihi non arrogo,) quam deprecer. Pro vulgari illo *Columell. I, 8, 3: auctoritatem detrahat ad imperium*, legis: *detrahat ab imperio. Gesnerus* contra vulgarem defendit, quoniam *autoritas ad imperium* idem est, ac *imperandi autoritas*, quemadmodum *canes ad venandum*, quas rationes *Gesneri* tu, neglecta controversiæ constitutione, perperam reprehendisse videris. Non enim *Gesnerus* verbum *detrahere* junxit ad *imperium*, sed *autoritatem*, suffultus exemplis, quæ *Turnebus* in *Adversar. Lib. III Cap. 23* habet. Ad alium locum *Columellæ III 16, 3*, ubi *Gesnerus* ita: *ubi manu quædam seruntur, impedimento sunt, ne invalescant aliæ herbæ*, calumniaris phrasin *Gesneri*, & meram cis de verbo pugnam. Non enim dixit *Gesnerus*, *plane nullis sata contristari herbis*, sed prohiberi nonnihil noxiarum herbarum incrementa. Ejusdem farinæ sunt, quæ de *oculis* talearum oleaginearum affers, & de *hosto nequam.* Nihil enim clarius est de *hosto Varronis* loco *I, 25, 2.* Exprobras quoque *Gesnero* Notam ad *Colum. V, 10, 9*, ubi *alteras*, quam *arbores*, legere mavult. Verum hæc lectio, si a vero fortassis abludat, non *Gesnero*, sed *Brouckhusio*, felicissimo alioquin conjectori, tribuenda est. Ad eundem *Columellæ* librum *Cap. 6 n. 18* male criminaris, *novam sufferet* a *Gesnero* improbatum rejectumque esse. Monuit enim Vir acutissimus, *onus nupta non sufferet Heinsio* placuisse; nihil ipse judicavit,

 quin

quin probavit *novam sufferet*. Reliqua prætereo, quæ utrum semper bona fide, et sine verborum quæstionisque contortione, proferantur, aliis judicandum relinquo. Id unum tacere nequeo, nimis fidenter te, vocem *vervagere* inveniri, aut unquam inventum iri, negasse. Quis enim rem in facto positam ita in dubium vocare ausus est, ut, quam vitio repugnantiæ nondum laborare approbavit, eam exstare, aut inveniri nullo modo posse, contendat? Atqui *vervactum* satis ostendit, exstare potuisse *vervagere*, saltem hæc *ὀνοματοποίησις* longe *modestior* est, et maiorem veri speciem habet, quam tua, cum et analogia grammatica, & veterum exemplis, destitutus, novo vocabulo *inexitiabile* pro *insatiabile* (vid. *Epist. LXI pag. 558, 559,*) Latium ditares. Verum hæc hactenus. Jam intelliges, Vir egregie, multa a te in crimen et invidiam vocata esse, quæ censoria notare virgula, æquum non erat. Si vera sunt, quæ scribis: *Odi altercationes & lites, & ab omni jurgio me averti, quoniam cum ingenuis viris, tum maxime Philosophis, id alienum esse statuebam*; nulli dubitamus, quin debitam *Gesnero* laudem reddas, eumque, qui te semper ornavit, quique in eorum est numero, qui apud bonarum artium cultores sancti semper sunt habiti, sic in tuam amicitiam recipias, ut humanitate tua levatus potius, quam acerbitate falsorum criminum læsus, esse videatur. Hoc te facturum esse, non tam spe, quam certa quadam cogitatione, divinat animus.

L' ART DE NAGER, &c.

id est,

ARS NATANDI, SEU INVENTUM, CUJUS BEneficio nos possumus a naufragio liberare, &, urgente necessitate, flumina amplissima exercitus integros trajicere; Autore JO. FRIDERICO BACHSTROM, Doct. Med. & Dir. Gen. artificiosarum fabricationum Ducis Radzivilia, magnæ per Lithuaniam Cancellariæ.

Amstelodami, apud Zachariam Chatelain, 1741, 8.

Plag. 5.

Cognominis sui Autor recordatus crebro, id dudum operam dare cœpit, ut artem, qua hominibus liceret in naufragiis periculum mortis evitare, inveniret. Invenit tandem thoracem natatorium, quo qui sunt induti, in aquis haud subsidunt. Adductus fuit, ut inventum hoc perficeret, dolore, in cujus

cujus ſocietatem venit, quotiescunque, homines mari periiſſe aliquot, aquiſque hauſtos eſſe, intellexit. Rumor ad nos allatus eſt inter hæc, Autorem ipſum ſpes hominum reliquas, de ipſo conceptas, prævertiſſe, mortemque obiiſſe inexſpectatam. Edidit ipſe ſcripta haud una. Notus eſt ejus libellus, quo oſtendit, horologium ſpiralis figuræ, Pariſiis inventum, nautis haud eſſe adminiculo ſatis certo. Verſatur in manibus Diatribe ejus, qua nautis conſulere contendit remedio antiſcorbutico, Lugduni Bat. A. 1734 edita. In præſenti, quod ſigni- Pag. 19.
ficamus, ſcripto varias expoſuit natandi artes, quarum in numero ipſi excellere videtur ſolertia adhibendi ſuberis lignum. Eum enim, qui thoracem, ex hoc confectum, geſtat, immunem eſſe a ſubſidendi periculo, & a globulis bombardarum, exiſtimat. Exponit inter hæc, ſibi fuiſſe in animo, condere Conſtantinopoli Academiam, Medicinæ aliisque ſcientiis accommodatam; ex ſua diſciplina prodiiſſe filiam ſuam utramque ſic linguæ Latinæ Græcæque & rerum chirurgicarum atque obſtetriciarum peritam, 23.
ut eas obtulerit ordini medico Halenſi examinandas; ipſas a ſeſe fuiſſe in turri Vratislavienſi, audientibus multis, examinatas, pulcherrimeque ſtetiſſe. Redit inde ad deſcriptionem thoracis, e ſubere conſuti, collo, ſcapulis, pectorique, applicati, ponduſque 10 librarum æquantis. Oſtendit deinde modos varios, qui- 26.
bus id lignum poſſit aptari, inveniri, adhiberi pontibus mobilibus, uſibusque aliis. Pendent hic omnia a ſpeciminibus, publice exhibendis, quæ ſi acceſſerint invento, nulli non ad inundationum & naufragii miſeriam evitandam erunt habiles & expediti.

LAMBERTI BOS, LING. GRÆC. IN ACAD. Franequ. Prof. Ellipſes Græcæ, ſive de vocibus, quæ in ſermone Græco ſupprimuntur. Quinta editio. CHRISTIANI SCHOETTGENII, V. C. obſervationibus ſuas adjecit, & præfatus eſt, M. JO. FRIDER. LEISNERUS.

Lipſiæ, apud Jo. Chriſt. Martini, 1742, 8.

Alph. 1 plag. 9.

Sæpius jam mentionem fecimus in *Actis* noſtris hujus utiliſſimi libelli *Boſiani*, quando variæ ejus prodierunt editiones, *A. 1702 Menſ. April. pag. 183*, in *Suppl. Tom. V Sect. X pag. 456*, & *A. 1713 Menſ. Aug. pag. 365*; non poſſumus tamen non novam hanc, eamque quintam, editionem de meliori nota Lectoribus noſtris commendare, & paucis, quid cura Cl. *Leiſneri* ei acceſſerit, memorare. Quamvis & ipſe *Boſius*, & poſt eum

eum Cl. *Schœttgenius*, præclaram operam in perpolienda hac doctri collocaverint; tamen Cl. Editor, cum librarius novam adornare editi nem vellet, sibi visus fuit ex lectione eorum, quæ *Kusterus* ad *Ari phanem*, *Duckerus* ad *Thucydidem*, *Clarckius* ad *Homerum*, *Jensiu* Autores Observationum miscellanearum passim, docuerunt, aliquid a commendationem & gratiam hujus editionis conferre posse. Atque ho ipsum ab illo ita factum esse sponte fatemur, ut non solum huic *libell* decori sit futurum, sed etiam studiosæ juventuti emolumento. Multu enim situm momenti est in doctrina de ellipsibus Græcorum rite *propo sita*, & bene percepta. Sæpe scilicet in interpretandis *scriptoribus Græci* ii hallucinati sunt, qui non satis hanc dicendi rationem intellexerunt. Contra ea varios errores & vitia doctorum quoque virorum illi feliciter detexerunt, qui in hac doctrina cognoscenda & perpolienda omnem navarunt operam. Alii enim ellipses fingunt, ubi nullæ statuendæ sunt, ali torquent & dilacerant Autores, mutilosque & depravatos esse clamant, qui hanc doctrinam ignorant. Varias tacemus utilitates, quæ in eos redundant, qui, quanta sit ellipsium Græcarum vis, ex diligenti Autorum lectione didicerunt. Fusius de his egit Cl. Editor in erudita Præfatione, quæ huic editioni præmissa est, singulaque egregiis exemplis illustrat. Non pauca sunt, quæ in hac accesserunt editione, huic doctrinæ inservientia. Præterquam quod omnia retinuerit Cl. *Leisnerus*, quæ diligentiæ & *Bosii* & *Schœttgenii* debentur, hujusque animadversiones singulis paginis suo loco adjecerit, etiam de suo & in textu & in Notis varia adjec quæ omnino majorem lucem Autori poterant afferre, literis tamen, quæ observationes *Schœttgenianas* & *Leisnerianas* distinguunt, ubique adjectis. Permultos videbis titulos hinc inde novos adductos. Ut exempl
Pag. 48. aliquo utamur, in solo δ hos animadvertimus: *δειμα, δειπνον, δεσπο... δε-σποινα, δεσποτης, δημιος, διατριβη, διδασκαλος, δικαστηριον*, quorum singul exemplis Autorum abunde illustrantur. Non paucas observationes, & ad rem pertinentia exempla, ex Autoribus supra nominatis huc accesserunt, ex quibus apparet, ad insigne disciplinarum philologicarum incrementum facere, quando illi, qui docendis iis præsunt, multum tempori in legendis Autoribus terunt, suaque observata ad illos illustrandos & emendandos conferunt. Nulli proinde dubitamus, quin Cl. Editor sua diligentia in hoc libello augendo & illustrando studium juventutis, quæ Græcis literis navat operam, non solum accenderit, sed etiam adjuverit. Quodsi vero existimaveris, plura de hac ellipsi dici, & majora additamenta fieri, potuisse, ipse illud non inficiatur Cl. Editor, fatetur tamen simul, immodica ellipsium multitudine fastidium non fuisse creandum lectori, & facilius esse, inventis aliquid addere, quam primum rerum esse inventorem. Præterea non anxie in inveniendis novis ellipsibus elaborandum est, quia præter necessitatem entia non sunt multiplicanda. Contenti itaque poterunt his laboribus doctorum virorum, qui doctrinam de ellipsibus Græcis penitus imbibere volunt, quod ut faciant, eos hortamur, qui felices in Græcis literis progressus facere cogitant.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Junii Anno MDCCXLIII.

Pars I.

SCRIPTORES HISTORIÆ ROMANÆ LATINI veteres, qui exstant, omnes, variis Notis illustrati a CAROLO HENR. DE KLETTENBERG & WILDECK, e Bibliotheca Perill. & Gen. Domini BERNARDI FRANCISCI L. B. DE HALLBERG, &c. in unum redacti corpus, tribus Tomis distinctum. Edente & accurante BENNONE CASPARO HAURISIO, Ser. Elect. Palat. Consil. Aul. & in Univers. Heidelberg. Histor. P. P. & Ord.

Tomus I.

Heidelbergæ, ex typographeo Academico, per Jo. Jac. Hæner, 1743, fol. maj.

Alph. 8 plag. 20. Insertæ seorsim sunt Tabulæ 52 Figurarum & Numismatum, præter has, quæ singulis libris ab initio & fine sunt appositæ.

Nova ecce forma & habitu, atque splendido eo quidem ac plane magnifico, Scriptores Latini, rerum gestarum populi Romani magnitudinem immortalitati tradentes, qui exstant, omnes, erudito orbe plaudente, prodeunt, & antiquariæ rei doctrinæque elegantioris admiratoribus exhibentur. Quippe, pro egregia sua, qua fuit semper in his literis, assiduitate, Perillustris *de Klettenberg & Wildeck*, Sereniss. Principis *Friderici*, Hassiæ Landgravii, supremus Venatorum

torum Saltuariorumque Magister, gravioribus cessantibus curis, trium annorum spatio, Scriptores Historiæ Romanæ ita illustravit, & numismaticis delineationibus manu ipse sua pulchre & exacte exornavit, ut satis inde non vulgaris horum studiorum peritia, nec contemnenda optimarum artium professio, eluceat. Atqui vero latuisset pretiosus iste eruditionis thesaurus, nec dias unquam luminis adspexisset auras, nisi selectissimæ Ill. *de Hallberg*, Sereniss. Elect. Palat. Camerarii, *Bibliothecæ* accessisset, qui, pro singulari suo favore, quo *excipit hos, qui* bene mereri de republica literata cupiunt, vulgandi hoc Opus & publicandi dedit copiam Celeberrimo *Haurisio*, Heidelbergicæ Academiæ lumini, qui universum Opus, cujus *Pars* jam *prima* prodiit, correxit, neque quidquam reliquit illius, quod facere ad nitorem & elegantiam editionis hujus quomodocunque possit. Cujus instituti rationem, felicissimosque omni ex parte successus, ita nunc sumus descripturi, ut simul, quo pretio æstimanda sit hæc opera, quibet Lectorum possit judicare. Scilicet jam iteratis prodierant vicibus Scriptorum Historiæ Romanæ collectiones, partim a *Frid. Sylburgio* sub inscriptione *Scriptorum Historiæ Augustæ* Francofurti A. 1588 & 1590 *Tomis tribus* in *folio*, partim Hanoviæ A. 1611 cum *Jani Gruteri* Notis, & eodem quidem titulo, ac forma eadem, vulgatæ. Perfectissimam horum Scriptorum editionem dedit *Petrus de la Rouiere* Aureliæ Allobrogum A. 1609, quam *Samuel Chouet* A. 1652 ibidem *duobus Tomis* in *folio* repetiit, atque sub indice: *Historiæ Rom. Scriptores Latini veteres, qui exstant, omnes*, publici juris fecit. In his *duobus Tomis* Scriptores qui continentur, hi sunt: *T. Livius, Messala Corvinus, L. Florus, Vellejus Paterculus, S. Aurel. Victor, Festus Rufus, Eutropius, Paulus Diaconus, Cassiodorus, Jornandes, C. Jul. Cæsar, C. Crisp. Sallustius.* Et hi quidem *Volumen primum* implent; in *altero* autem hi conspiciuntur: *Suetonius, Tacitus, Spartianus, Jul. Capitolinus, Vulcatius Gallicanus, Æl. Lampridius, Trebellius Pollio, Flav. Vopiscus, Ammian. Marcellinus, Justinus*, & adjecti sunt recentioris Historiæ continuatores, *Pomponius Lætus, Jo. Baptista Egnatius*, & additio aliqua ad *Egnatium*, Cæsarum historiam

conti-

continens a *Maximiliano I* usque ad *Rudolphum II*, *Andr. Alciatus* de magistratibus, *P. Victor* de regionibus urbis Romæ, denique alius libellus *de origine*, *forma*, *ac magnitudine urbis Romæ*. Hosce Scriptores, quotquot jam enarrati sunt, sed *tribus Tomis*, exhibere Cel. Editor instituit, quod multæ annotationes, & varia, quæ ad elegantiam & splendorem pertinent, in reliquis Collectionibus omissa, in magnitudinem *tertii* alicujus *Tomi* excrevere. Mereri autem, atque jure mereri suo, Doctissimo Editori visus est *Titus Livius*, ut unus *Tomo* integro comprehenderetur, quod is libris suis, fluida & suavi dictione conscriptis, ordine conciso chronologico, judicio profundo & politico, immixtione rerum peregrinarum amœna, singulari denique fide usus & industria, quo magis est reliquis omnibus copiosior, eo etiam magis universos vicisse judicandus sit. In cujus tamen laudes propterea excurrendum jam non est, quod, non, quid ipse *Livius* præstiterit, sed in editione potissimum illius præsenti quid sit præstitum, indicari potius debet. Patavinum fuisse eum, id certum est, ipseque Clariss. *Haurisius* ex monumento, quod hodienum in Prætorio Patavii visitur, demonstrat, in Præfatione Operis, his verbis:

OSSA
TITI LIVII PATAVINI
VNIVS OMNIVM
MORTALIVM IVDICIO
DIGNI
CVIVS INVICTO CALAMO
INVICTI P. R.
RES GESTÆ
CONSCRIBERENTVR.

Inscriptioni huic addidit effigiem capitis *Liviani* in titulo *Tomi primi*, quo unica *Livii* Historia continetur, ex *Claud. Ducheti* formis in *Speculo Romanæ magnificentiæ*. Deinde recenset in compendio, veluti sub uno conspectu, illa omnia, quæ ille *centum & quadraginta*, sive, quomodo alii volunt, *centum quadraginta duobus*, *Libris* descripsit, &, quare non ulterius Historiam suam protenderit, causam hanc credit fuisse,

quod is *Claudii Cæsaris* adolescentiæ rector datus & magister, hunc potissimum in scribenda Historia una cum *Sulpicio Flacco* adjuverat, quemadmodum testatur *Suetonius* in *Vita Claudii Cap.* 41 his verbis: *Historiam in adolescentia, hortante Tito Livio, Sulpicio vero Flacco etiam adjuvante, scribere aggressus est*, &c. Cum vero manca plane, hiulca, & lacera, historiæ omnis principis historia in manus nostras pervenerit, quod multi & desunt libri, &, qui adsunt, multa in iis desiderantur; præstantissimus *Haurisius Librum undecimum* usque ad *vigesimum* ex Supplementis *Jo. Freinshemii* adjecit, &, ne lectio atque ordo interrumperetur, lacunas hinc inde ex Supplementis *Jo. Doujatii* explevit. Reliquos autem *Libros Livianos*, ab aliis suppletos, non inconsulte omisit, quod hi facile ex aliis *Titi Livii* editionibus poterant suppleri. Cujus rei causa *Indicem* adjecit, laudabili instituto, *præcipuarum Editionum Livii*, numero LXII, quarum prima prodiit Romæ, cura *Jo. Andreæ*, Episcopi Aleriensis, in *folio*, A. 1470; in quo Indice conficiendo multa est accuratio & multa diligentia adhibita, quamvis *Crevieriana* Parisiensis, quæ forma quarta prodiit non ante multos annos, omissa sit. Inprimis vero erudite disserit & eleganter Ill. *Haurisius*, in *Sectione* Præfationis *secunda*, de chronologicis & genealogicis in Historia. Hæc enim duo, quam sint præsertim in omni rerum gestarum explicatione necessaria, vel illi fateri coguntur, qui primo saltem limine historicum studium salutarunt. Genealogia autem tum maxime attendenda est, cum successionis jure imperium aliquis nanciscitur. At, ubi electitium viget imperium, sicuti in republica Romana comparatum erat, ad Chronologiam recurrendum est magis. Quantis vero hoc studium sit difficultatibus obnoxium, vix, quem lateat, unus est. Numerandi enim erant anni rerum suarum gentibus, sed latebat mundi initium. Hinc vel ab occupatione regni, vel a cœlesti aliqua observatione, vel a parta quadam victoria, vel a fundatione Urbis, principium capiebant antiquiores. Atque ita a fundatione Urbis trahebant annorum seriem Romani etiam in Fastis, ipseque *Livius* Historiæ suæ initium ponit *Dec. I Lib. I*

Cap. 6

Cap. 6. Pergit autem Clarissimus Autor Præfationis, & genealogiam sistit *Romuli* & *Remi*, quæ a *Latino*, Rege Aboriginum, in Italia incipit. A quibus cum est Roma condita, res gestas quoque ab hoc initio Romanos suas notasse, certum est, Accurate autem atque insigni cum diligentia Doctiss. Editor Chronologiam Romanam comparat cum aliarum gentium serie temporum. Et, quoniam *Verrius Flaccus* annum quartum Olympiadis sextæ Urbis Romæ fundationem in *Fastis Capitolinis* assignat, hunc computum sequitur, atque *seriem Magistratuum Romanorum secundum triplicem dimensionem*, *Urbis Romæ conditæ*, *Olympiadum*, & *Annorum ante Christum natum*, historiam scriptoris sui secutus, subjicit, & a Troja vastata incipit, quod contigit excidium anno a C. N. 1207, & ante U. C. 455. Roma autem condita est ante C. N. anno 752, Olympiad. 6. Tabulæ hæ chronologicæ per undetriginta paginas se extendunt, Regesque septem, postea Consules, & interdum Dictatores, Tribunos etiam Militum Consulari potestate Seculo quinto U. C., ac denique, non interrupto ordine, iterum Consules usque ad *M. Claudium Marcellum* & *C. Sulpicium Gallum*, A. U. C. 586, Olympiadis anno 153, a C. N. 167, in quantum nimirum injuria temporum non absumsit, proponunt. Margini semper adscriptæ sunt paginæ editionis *Livianæ*, ut uno oculorum obtutu legentibus omnis statim temporum ratio pateat. Quando autem varia sunt, quæ in antiquis Scriptoribus notanda venire possunt, ut Geographia, ut linguæ nitor & elegantia, ut antiquitas omnis generis, ut criticum studium, ut morum aut politicæ regulæ, & quæ sunt alia ejusdem generis, ne in majorem excresceret molem præclarum Opus, *Numos* potissimum elegit in conscribendis ad *Titum Livium* annotationibus Illustris *de Klettenberg*, secutus in ea re *Begerum*, qui *Flori* historiam, aut *Patinum*, qui *Suetonii* Cæsares, ex Numis, publica autoritate & ex SCto signatis, explicaverunt. Hi enim Numi, quæ a scriptoribus variis sunt relata, confirmant; quæ sunt omissa, supplent; Deorum, Dearumque, & Familiarum illustrium, Regum, Augustorum, ac Cæsarum, exhibent

bent imagines; Urbium & Coloniarum conservant monumenta, & quæ sunt alia. Cum autem, qui Numos peculiaribus libris illustrarunt, ordinem alius alium servarit, quemadmodum *Jac. Oiselius* in *Thesauro Numism. antiq.* decem numorum classes constituit, quemadmodum separatim egit de Consulibus *Goltzius* in *Fastis*, de Familiis Romanis *Patinus*, de urbibus & populis denuo *Goltzius* in *Sicilia & Magna Græcia*; de Imperatoribus, Augustis, Cæsaribus, *in Coloniis*, Municipiis, & Urbibus jure Latio donatis, *Vaillantius*, quemadmodum in quinque ordines R. P. *Ludov. Debiel* in libro de *Utilitate rei numariæ veteris* Numos vetustos descripsit; ejusmodi tamen quid fieri hoc loco haud potuisse, satis patet. Quippe, sicuti series exigebat historica, in *Livio* Numi sunt promiscue adducti, neque est quidquam prætermissum, quod ad explicationem illorum videretur pertinere. Immo majorem promittit Clariss. *Haurisius* ex hoc, quam ex illo aliorum, instituto utilitatem. *Cum enim*, (hæc ejus verba sunt in Præfatione,) *apud alios, qui Numismata explicant, frustra quam sæpissime quæsiveris applicationem, eandem hic loci invenies.* Ut autem eo facilius instituti præsentis utilitas pateat & præstantia, ex animadversionibus, rem numismaticam illustrantibus, nos, age, quædam afferamus, in quantum tamen instituti nostri ratio patitur, recensionumque nostrarum brevitas exigit. *Pag. 10* contra *Begerum* disputat Ill. *de Klettenberg*, qui in *Floro pag. 35* ex Numismate *Antonini Pii Salios* exhibere conatur. Sed, hoc fieri frustra, contendit. Nam ipse fatetur *Begerus*, se Numisma non inspexisse. Deinde dubitat, an apices, per quos solitum Saliorum gestamen exprimeretur, ærugine forte non consumtæ fuerint. Sibi enim, inprimis quod prototypon ipse vidit, & quidem integerrimum, persuadere non potest, quo argumento Numisma hoc ad Salios revocari possit. Accedere & hoc, quod in clypeis caput etiam *Medusæ* expressum est. Quod quomodo Saliis convenire possit, recte negat a se posse perspici. *Pag. 31* ad locum *Livii*: *Trecenti conjuravimus principes juventutis Romanæ, ut in te hac*

via

via grassaremur, illustrare Numum studet, in cujus adversa parte M. OPELI. ANTONINVS. DIADVMENIANVS. CÆS. conspicitur; in aversa autem PRINC. IVVENTVTIS legitur. Quamvis hic Numus aliquantum tractus ad hunc locum videatur, aut plane sinistre adductus. Nam verum est, in loco hoc *Livii* principes juventutis Romanæ esse juvenes & sanguine & virtute claros; at sequioribus temporibus, & postquam Censores instituti fuerant, *princeps juventutis* erat is eques, cujus nomen Censor in transvectione, cum Equitum catalogum prælegeret, primum recensuisset. Cæsarum autem tempore hæredes imperii principes juventutis sunt dicti. Esse vero originem hujus tituli, quod arbitratur Generos. *de Klettenberg*, & quod approbat in Præfatione Ill. *Haurisius*, ab eo *Livii* loco, & a verbis *Mucii Scævolæ*, sumendam, nemo erit, qui hoc concedet. Vide potius Numum ad *Spanhemii Diss. XII pag. 353*. Adde *Suetonium* in *Caligul. Cap. 15*, & *Tacitum* in *Annal. Lib. I Cap. 3*. *Pag. 78*, cum a *Livio C. Canulejus*, Tribunus plebis, ejusque lex de connubiis patrum cum plebejis, commemoratur, quoniam *Canulejæ* gentis Numismata Antiquarii huc usque nulla produxerunt, elegantissimam *L. Canuleji* inscriptionem, Moguntiæ effossam, & ab Electore *Lothario Francisco* sibi donatam, exhibet Cel. Autor, quam, quod nondum fuit publicata, ex *Tab. XXII num. 3* huc adducemus:

L. CANVLEIVS. L. F
SVCCESSVS. AN. V
M. III. D. XXIII. L. CAN
VLEIVS. PRIMIGEN
IVS. FILIO. ET. SIBI. VI
VO. S. FECIT.

Huc confer etiam, quam habet *pag. 701*, urnam in arca sepulchrali *L. Canuleji*. *Pag. 179* observat Illustris *Klettenberg*, annulos, apud veteres Romanos, vel aureos, vel argenteos, vel æreos, vel ferreos, fuisse, atque ex suo ipsius Museo duos annulos æreos genuinos & antiquos in *Tab. XXXIV num. 2* sistit, & quidem unum talem, qui ad Plebejam *Valeriæ* gentis familiam pertinet. Ad *pag. 339*, ubi *Victoria aurea* commemoratur, simul in

Tab. XLIII

Tab. XLIII num. 3 Achaten vero antiquum repræsentat, in quo conspicitur Mars galeatus, nudus, spoliis insidens, sinistro pede cippo superimposito, quomodo a Victoria ambabus manibus coronatur. *Pag. 319* rarissimus aliquis, & indubitatæ antiquitatis probæque notæ, Numus in *Tab. XLI num. 2* habetur, in cujus adversa parte caput galeatum occurrit cum inscriptione: SCIPIO AFRICANVS. In aversa autem equi caput, Carthaginis symbolum, cum epigraphe: *AFRICA RECEPTA.* Rarissimi hujus Numismatis Autor *ignoratur. Sed*, quod *Africa recepta* legitur in Numo, ad secundum *Scipionem Africanum* pertinere visus est, qui Carthaginem delevit. *Pag. 443* Chiorum numus exhibetur in *Tab. XLIX num. 3.* In quo prora navis scientiam nauticam, Sphinx ænigmaticam eruditionem Chiorum, loquuntur. Amphora autem Chium fictilibus celebrem, vinoque generoso claram, ostendit. Ibidem Argivorum Numisma Cimeliarchi *Klettenbergiani* æreum commendatur, nusquam adhuc vulgatum, quod Jovis cultum refert. *Pag. 454* communis est alioquin opinio, Larissam, Thessaliæ urbem, quæ Lapithe prius dicebatur, ab *Acrisio* novo hoc nomine esse insignitam, quamvis denominationis ratio nos lateat. Sed Numum attulit præstantissimus Autor ex Numophylacio suo rarissimum, in cujus antica, ut ait, *Larissæ, Pelasgi* filiæ, a qua *Larissa* sit appellata, apparet; in postica vero equus, qui Thessalorum equorum nobilitatem indicat, conspicitur, cum epigraphe: ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ. Vid. *Tab. L n. 1.* Elegantissima esset observatio hæc, nisi potius *Begerum* sequi in *Thes. Brandeb. Tom. I pag. 478* velis, qui per hoc *Larissæ*, puellæ, putatitium caput, *Solis* vel *Apollinis* imaginem, intelligi arbitratur. Plura poteramus adducere, nisi ad perspiciendum annotationum internum valorem satis hæc esse arbitraremur. Elegimus autem quasdam earum, quæ in hoc libro præ reliquis excellere videbantur, & in aliis vel frustra, vel non sine molestia, inveniuntur. Reliqua enim, quamvis partem rerum aliquam antiquarum illustrent, descripta tamen sunt ex aliorum, quibus dudum fruitur eruditus orbis, observationibus. Nimirum libris, ex quibus plurimæ harum annotationum sunt desumtæ,

ſumtæ, Generoſiſſ. *de Klettenberg* uſus eſt his ferme quatuor: *Begeri* Theſauro Brandeburgico, *Jo. Hemelarii* Numiſmatibus Aur. Imper. Rom. *Goltzii* Faſtis Magiſtrat. & Triumph. Rom. & *Patini* Numiſmatibus Imp. Rom. Sed pauca etiam dederunt *Alex. Xaverii Panelii*, S. J. Tractatus *de Ciſtophoris*, *Guilielmi du Choul* Commentarius *de Religione veterum Romanorum*, *Kircheri Latium*, *Roſini Antiquitates*, & alii. *Spanhemium*, qui totus tamen in hoc argumento fuit, in integro Opere nunquam adductum, miramur. Ceterum brevitatem ſectatus Autor, pauciſſimis verbis & conciſe omnia, quæ attulit, enuntiavit. Ab initio Operis plures annotationes adſunt, in medio & fine pauciſſimæ, ita ut ferme integer liber ſine obſervatione dimittatur. Sunt autem hæ Notæ omnes adſcribendæ Generoſiſſ. *de Klettenberg*, & pauciſſimæ ſunt, quas adjecit, ut ipſe etiam teſtatur in Præfatione, *Hauriſius*. Textus ipſe *Livii* ſequitur editionem Pariſienſem *Joannis Doujatii*, in uſum Sereniſſ. Delphini curatam, unde etiam Variantes Lectiones veterum Codicum, Lutetiæ repertorum, ſubjectæ ſunt, quarum interdum magna ſatis copia eſt. Longe autem optimæ & ſplendidiſſimæ in hac editione ſunt imagines atque icones, quibus cum ab initio & fine libri cujusvis *Liviani*, tum vero etiam a litera qualibet initiali, & ea majuſcula quidem forma, integrum Opus perpetuo exornatum eſt. Quarum & delineatio, & ipſa etiam ſculptura, miram præ ſe & nobiliſſimam elegantiam ſpirat. Delineavit pleraſque, easdemque præ reliquis elegantiores, Sereniſſ. Electoris Palatini Scalptor Aulicus *Egellius*; æri autem inciderunt cum alii, tum inprimis hodie nobilis in hac arte, *Tyroſſius*. Sumtæ autem ſunt omnes ex antiquitate Romanorum ſacra, cum res civiles, literariæ, militares, & domeſticæ, reliquis *duobus Tomis* reſerventur. *De his iconibus ſcalptis, ſingulis Libris ab initio præpoſitis, & in fine appoſitis*, doctiſſimus *Hauriſius* ipſe agit in Præfationis *Sectione IV*, quippe qui ipſe autor harum imaginum & inventor, ex antiquitate, ex *Barth. Marliani* libro, *Ritratto di Roma antica* in-

 ſcripto,

scripto, & *Guil. du Choul* libro modo nominato, omnium formam scripsit. Adducti autem sunt ordine & delineati *Janus*, *Saturnus*, *Cybele*, *Jupiter*, *Apollo*, *Mercurius*, *Mars*, *Venus*, *Bacchus*, *Ceres*, *Vulcanus*, *Vesta*, *Neptunus*, *Nymphæ*, & ex his speciatim *pag. 196 Ægeria*, *Genii*, *Lares*, *Penates*, *Castor* & *Pollux*, denique *Pluto*. Ex Diis minorum gentium habentur *Hercules*, atque ille quidem per omnes labores suos adductus, *Æsculapius*, *Romulus*, *Pan*, *Silvanus*, *Terminus*, *Flora*, *Hippona*, & *Priapus*. Virtutes etiam adsunt, *Pietas*, *Fides*, *Pudicitia*, *Castitas*, *Pax*, *Salus*, *Libertas*, *Fortuna*, *Justitia*. Præterea ritus quidam, & inprimis sacrificia, populi Romani sistuntur, ut Suovetaurilia, Aruspicia & Auguria, Lectisternia ac Sellisternia, Ambarvalia etiam, Dictatoris clavi figendi imago aliqua, Ancilia, Vasa sacra, Acerra, Urceus, Candelabra, & ita porro. Jure igitur meretur hæc Romanorum Scriptorum Collectio splendidissima dici, ad cujus faustam absolutionem literariarum rerum admiratores Cel. *Haurisio*, quod sibi ipse optat in fine Præfationis, sanitatem precantur, & bonam fortunam.

REMARQUES HISTORIQUES, CRITIQUES, ET Philologiques, sur le N. T.

id est,

ANNOTATIONES HISTORICÆ, CRITICÆ, philologicæ; in Novum Testamentum, Autore ISAACO DE BEAUSOBRE, patre, cum Vita Autoris.

Tomi II.

Hagæ Comitum, apud Petrum de Hondt, 1742, 4 maj.

Alph. 4 plag. 10.

Operi splendidissimo & insigni eruditione referto præfixa sunt insignia Augustissimi Regis Borussorum, *Friderici II*, ac Dedicationis formula, ad eundem directa. Editor Præfationem

nem præmisit, ac in ea scopum summamque annotationum exposuit. Observationes theologicæ, & controversiis illustrandis accommodatæ, hic apparent raræ. Pleraque sunt critica & philologica, ad sensum verborum phrasiumque determinandum selecta, & ex scriptoribus exteris Christianisque decerpta. Restat hic adhuc, quod addi possit curis laboribusque eorum, qui ætatem nostram antecesserunt. Tentavit Cel. *Beausobrius* quondam vires suas prospero successu in hoc stadio decurrendo, cum collega suo *Lenfantio* molitus novam Novi Testamenti translationem Gallicam, observationibus exquisitissimis ornatam. Nec ex eo tempore ab instituto illo conquievit, sed, calamo vix de manibus deposito, identidem ea congessit ad illustrandum Novum Testamentum, quæ ipsi inter legendum occurrerunt digna observatu. Ipse inprimis in annotationibus hisce id egit, ut translationi illi afferret supplementa, additiones, & emendationes. Nunc sese, nunc *Lenfantium*, emendat. Ubique id agit, ut laborem, olim ad illustrandum Novum Testamentum susceptum, exasciet, & ad umbilicum adducat. Hinc inde notat nonnihil in translationibus reliquis Gallicis, *Montana*, *Simonii*, ac *Clerici*. Loca veterum, e fontibus depromta, contextui suorum verborum subjecit plerumque. Editor ea, quæ Autor decerpere omiserat, excussit, ac in loco produxit. *Lacrozeus* miserat ad *Beausobrium* varias observationes. Has hic complexui observationum suarum passim inseruit, ac ea ratione laudabiliter ad posteros transmisit. Gallico sermone usus fuit ipse in annotationibus hisce conscribendis, eo quod eæ sunt instar *Voluminis tertii* ad versionem Novi Testamenti suam & *Lenfantii* Gallicam, ac loco Supplementi, in quibus repetitioni eorum, quæ jam fuerant alibi dicta, haud est locus. Vitam Autoris pleniorem Editor ad calcem *Tomi II* rejecit, quam alii in fronte positum iri existimarant. Nobis haud vacat decerpere ex *Tomo* utroque præcipua & eximia universa, verentibus ita, ne singula fere essent transscribenda. Dabimus tamen specimina hinc inde decerpta. Statim ab initio monet, διαθήκην generatim esse *constitutionem* ac *instrumentum de statu futuro*. Evangelium κατὰ Ματθαῖον esse idem Pag. 4.

 ac

ac opera *Matthæi* scriptum, solide ostendit. Voce γένεσις
non denotari *vitam*, sed *nativitatem*, seu *generationem*, demon-
strat. Per τροχὸν γενέσεως *Jac. III, 6*, credit significari *cir-*
Pag. 7. *culum*, seu *cursum, naturæ*. Natalem Jesu Christi ævo *Clemen-*
tis Alexandrini fuisse incertum, & à *Julio I*, occidentali Pon-
tifice, anno demum 350 in 25 Decembris fuisse defixum,
ostendit. *Richardum Simonium* Syriacam ignorasse linguam,
pronuntiat. Scribas, γραμματεῖς, fuisse *magistratus*, ostendit
ex *Eccl. X, 5*, & *1 Macc. V, 42, VII, 12*. *Magos Christo* ho-
norem divinum exhibuisse, negat, vocemque προσκυνεῖν ad
10. *Matth. II, 11*, de humili corporis incurvatione ac observantissi-
ma salutatione exponit. Onirocriticen Philosophos olim ad
scientiæ modum tractasse, *Lacrozius* docet. Magos vero, ad
Jesulum profectos, divinitus inspiratos fuisse, cum eodem dif-
11. fiteri nolimus. *Deserta loca* Judææ, ἔρημον, in quibus *Joan-*
nes Baptista versatus est, merito pro regione montosa minus-
que culta *Beausobrius* habet, confirmatus loco *1 Macc. I, 27-29*.
Vocem βαπτίζειν, quæ legitur *Matth. III, 11*, haud veretur
de *adspersione* accipere, siquidem βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ
dicitur is *Eccl. XXXIV, 26*, qui adspergitur ob mortui conta-
13. ctum *Num. XIX, 11 seq.* Μαλακίαν exponit per languorem,
14. ægrotandi initium vel incommodum. Homines a dæmonibus
obsideri, negat, causatus, Evangelistas retinuisse notiones Ju-
dæorum in hoc argumento. In concione Christi montana
nonnullas esse præceptiones, quæ solis Discipulis Apo-
stolisque fuerint propriæ, it argumentis haud contemnendis
17. comprobatum. Hos, non quosvis Christianos, comparari
cum urbe, supra montem sita, pronuntiat. Δεδιωγμένους,
Matth. VI, 10, memoratos, arbitratur esse eos, qui calami-
tatibus premuntur, sive a Deo, sive ab homine, immissis. Pro-
vocat ad vocis significatum hellenisticum, *Sir. XXX, 20*. Vo-
19. ces ἔνοχός ἐστι exponit per hæc Latina: *puniendus est*, provo-
cans ad locum *1 Macc. XIV, 45*. Σκυθρωπὸν exponit per eum,
qui facie est pallenti, confecta, & macilenta. *Oculum malum*
existimat esse symbolum cupiditatis, regulam respuentis & con-
tinentiam.

tinentiam. Ἁπλότης ipsi est *liberalitas*, & propensio ad bene Pag. 28.
faciendum aliis, ac ad sese exhibendum tranquillum & contentum. Disciplinam arcani a *Clemente Alexandrino* in ecclesiam 31.
fuisse ad imitationem exterorum introductam, nullus dubitat. Restringit vero *Clementis* opinionem ad mysticas expositiones vaticiniorum & cerimoniarum Vet. Testamenti, ac, arcani disciplinam omnem a Christo Apostolisque fuisse disjunctissimam, docet. Per *συναγωγὰς Matth. X, 17*, intelligit coitiones ma- 42.
gistratuum, eorumque consessus. *Στρουθία* ipsi sunt *aviculæ*. 45.
Ἐνδύματα μαλακὰ ipsi sunt *vestimenta magnifica & dignitatem præferentia.* Vox ἐρημοῦν, quemadmodum ostendit, si- 50.
gnificat idem ac *evertere*, *destruere*, *in ruinam redigere.* Per *natalem*, *γενέσια*, designari putat *XIV, 6*, diem, quo *Antipas* factus fuerit tetrarches. Apostolos putasse, credit, ipsorum 57.
ætate diem novissimum affore, ob verba Servatoris *XVI, 27, 28*, de ultimo judicio accepta. Liceat credere, Spiritum sanctum, qui Apostolis suggessit verba & res epistolarum, eum errorem haud errasse. Asinum dici pullum asinæ subjugalis *XXI, 5*, 65.
existimat, ut adeo falsum sit, Jesum insedisse primo asinæ, ac deinde asini pullo. *Siracidis* librum passim successu temporis fuisse immutatum, arbitratur. *Pag. 69* excitat *Martialis Lib.* 69.
IX Epigr. 90, ubi substituendum est *Lib. XI Epigr. 95*. Excussimus quoque alia loca, quæ laudavit ipse. At haud licuit alibi menda reperisse. Id vero, quod Autor affert de contradictione in locis *Dan. IV, 7, 8, & II, 5, 12*, nobis prorsus insolens videtur. Ipse nodum ita solvere aggreditur. *Capita* 70.
septem priora ab ipso *Daniele* conscripta esse, negat. At sic nodus non solvitur magis, quam secatur. Nobis non licuit esse tam perspicacibus, ut ibi nodum vel contradictionem deprehendere potuerimus. Somnium enim, quod *Cap. IV* a *Nebucadnezare* recensetur, prorsus differt ab eo, quod *Cap. II* commemoratur. Posterius complectebatur arborem visam; prius vero colossum *τετραμέταλλον*. Verba, *δυνάμεις οὐρανῶν σαλευθήσονται*, exponit: *exercitus cœli discedent, Matth. XXIV, 29.* Cœlum terramque die novissimo destructum iri, negat, ex 71.
Cosmæ Indicopleustæ confirmans opinionem de tellure tunc re-

 novanda.

Pag. 72. novanda. Ignem inferni exponit de angore & cruciatu animi, ac de igne metaphorico, innitens consensui *Damasceni*, *Ambrosii*, & *Hieronymi*. Ex nostris idem sensit *Davides Chytreus.* Ἐνταφιάζειν est, ipso judice, *ornamenta magnifica corpori humando parare.* Jesum anticipasse epulum Paschale, sibi per-
75. suadet ob loca *Jo. XIII, 1, XIX, 14.* Corporis & sanguinis Christi in S. Eucharistia tantum exhiberi symbola, tradit. Applaudit *Clementi Alexandrino*, qui *Pæd. II pag. 158*, Christum de vino eucharistico bibisse, tradidit. Vocem *Jeremiæ*, apud *Matth. XXVII, 9*, obviam, ex margine in textum irrepsisse, pu-
79. tat. De *Dionysio Petavio* solide judicat *pag. 81.* *Phlegontis* testimonium de deliquio solis, per Syriam ac Palæstinam anno quarto Olympiadis 202 immerito trahitur ad illud, quod tem-
82. pore Jesu in crucem acti accidit. Nam *Phlegon* egit de eclipsi naturali, quæ fuit serior illo solis deliquio, quod evenit Jesu cruci affixo, ac in 24 Novembris incidit. Verba: *Deus mi, mi Deus, quare me dereliquisti?* a Jesu in cruce Autor credit prolata, ut ipse Sospitator, se esse innocentem, ac
83. *Psalmo XXII* distincte prænuntiatum, declararet. A Judæis id, quod actuosum est, dictum fuisse *Spiritum*, largitur ad
93. *Marc. IX, 16*, ubi de obsesso fit mentio. *Mariam* dici κεχαριτωμένην, id est, admodum amatam, Deoque gratiosam, con-
102. tendit. De Christi natalitio solide commentatur, eumque jam
108. *Clementis Alexandrini* ætate incertum fuisse, demonstrat. Annum, quo Christus in cruce suffixus est, putat fuisse jubileum. Sandapilis seu feretris Judæos in Palæstina caruisse, reddit pro-
113. babile, inprimis ex historia *Lazari Bethaniensis.* Per ἀγαθὴν μερίδα *Luc. X, 42*, quam Jesus a *Maria Bethaniensi* electam prædicat, alludi ad portionem vini, carnis, & panis, quæ, stante templo, distribuebatur, arbitratur, addens hoc
116. judicii, per doctrinarum theologicarum systemata corrumpi ac depravari Codicis sacri translationes. Verbi μετεωρίζεσθαι indolem præclare eruit. Id vero est adjungendum, connotari eo inconsideratam sese efferendi cupiditatem & arrogantiam, excedentem illud, quod moderatum & justum ac verum est. *Suetonius* in *Claudio Cap. 39: Inter cetera homines in eo mirati sunt*

Digitized by Google

fuit & oblivionem & inconsiderantiam, vel, ut Græce dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. Ad *Luc. XIV, 23,* Autor notat *Augustini* opinionem, supplicia hæreticorum approbantem, invitis Apostolis & *Tertulliano* exstructam. Legem, qua cau- Pag. 119.
tum est, ne quis repudiatam ducat in uxorem, vocat Judaicam, ad Christianos haud transmissam. *Irenæi* & *Tertulliani* 122.
sententiam de statu animæ separatæ notat. Refellit Patres ecclesiæ, qui ministerium Christi putarunt esse annuum, ob locum *Esaiæ* (*Luc. IV, 19,*) minus recte expositum. Laicis li- 128.
cere administrare baptismum sacramque cœnam, urgente necessitate, & docet, & *Tertulliani* id testimonio solide communit. Verbo διατίθεσθαι notionem *fæderis pacti* inesse, sibi persuadet. Locum *Luc. XXII, 43,* de angelo, qui Christum 131.
angoribus pressum confirmavit, confert cum loco *Joannis XII, 28, 29,* ratus, corroborationem illam evenisse per verba angeli: *gloriam ei tribui, ac denuo tribuam.* Succurrit nobis illud Christi pronuntiatum de angelorum ad ipsum adscensu & descensu *Jo. I, 51.* Annotationes Autoris, de paradiso allatæ, ad rem 133.
prorsus haud faciunt. Deliquium solis, quod passionem Christi reddidit commemorabilem, naturaliter evenire potuisse, sibi persuadet. *Origenes* alterum discipulum ac viatorem Emmaunticum vocavit *Simonem.* Suspicatur Autor, id eum no- 135.
visse vel comperisse ex libro *Apocrypho.* Credimus, id argumentis probabilissimis ex ipso *Luca* evinci posse. Corpus Christi evanuisse instar umbræ, negat. *Pindarus* certe vocem ἄφαντος de *subito abitu* adhibet. Dedimus speciminis loco potiora Autoris ad tres Evangelistas priores lumina. Prædicamus merito diligentiam ejus, & judicii accurationem justis celebramus laudibus, qua decerpsit ex *Apocryphis* Vet. Testamenti, Alexandrina translatione, Philosophorum scriptis, vetustissimisque Ecclesiæ Patribus, formulas loquendi, ac vocum difficiliorum notiones, ritusque orbis prisci ac doctrinas, quibus passim sententiis Nov. Test. insignis lux accenditur. Facile est Lectori, ex fimbria, quam ostentavimus, de texto judicare, librumque suspicere, in quo universa spirant singularem attentionem & eruditionem, licet nonnunquam rariores

appa-

Pag. 72. novanda. Ignem inferni exponit de angore & cruciatu animi
ac de igne metaphorico, innitens consensui *Damasceni*, *Ambrosii*, & *Hieronymi*. Ex nostris idem sensit *Davides Chytræus*.
Ενταφιάζειν est, ipso judice, *ornamenta magnifica corpori humando parare*. Jesum anticipasse epulum Paschale, sibi per-
75. suadet ob loca *Jo. XIII, 1, XIX, 14*. Corporis & sanguinis
Christi in S. Eucharistia tantum exhiberi symbola, tradit. Applaudit *Clementi Alexandrino*, qui *Pæd. II pag. 158*, Christum
de vino eucharistico bibisse, tradidit. Vocem *Jeremiæ*, apud
Matth. XXVII, 9, obviam, ex margine in textum irrepsisse, pu-
79. tat. De *Dionysio Petavio* solide judicat *pag. 81*. *Phlegontis*
testimonium de deliquio solis, per Syriam ac Palæstinam anno
quarto Olympiadis 202 immerito trahitur ad illud, quod tem-
82. pore Jesu in crucem acti accidit. Nam *Phlegon* egit de eclipsi naturali, quæ fuit serior illo solis deliquio, quod evenit
Jesu cruci affixo, ac in 24 Novembris incidit. Verba: *Deus mi, mi Deus, quare me dereliquisti?* a Jesu in cruce Autor
credit prolata, ut ipse Sospitator, se esse innocentem, ac
83. *Psalmo XXII* distincte prænuntiatum, declararet. A Judæis
id, quod actuosum est, dictum fuisse *Spiritum*, largitur ad
93. *Marc. IX, 16*, ubi de obsesso fit mentio. *Mariam* dici κεχαριτωμένην, id est, admodum amatam, Deoque gratiosam, con-
102. tendit. De Christi natalitio solide commentatur, eumque jam
108. *Clementis Alexandrini* ætate incertum fuisse, demonstrat. Annum, quo Christus in cruce suffixus est, putat fuisse jubileum.
Sandapilis seu feretris Judæos in Palæstina caruisse, reddit pro-
113. babile, inprimis ex historia *Lazari Bethaniensis*. Per ἀγαθὴν μερίδα *Luc. X, 42*, quam Jesus a *Maria Bethaniensi* electam prædicat, alludi ad portionem vini, carnis, & panis,
quæ, stante templo, distribuebatur, arbitratur, addens hoc
116. judicii, per doctrinarum theologicarum systemata corrumpi
ac depravari Codicis sacri translationes. Verbi μετεωρίζεσθαι
indolem præclare eruit. Id vero est adjungendum, connotari
eo inconsideratam sese efferendi cupiditatem & arrogantiam,
excedentem illud, quod moderatum & justum ac verum est.
Suetonius in *Claudio Cap. 39*: *Inter cetera homines in eo mirati*
sunt

sunt & oblivionem & inconsiderantiam, vel, ut Græce dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. Ad *Luc. XIV, 23,* Autor notat *Augustini* opinionem, supplicia hæreticorum approbantem, invitis Apostolis & *Tertulliano* exstructam. Legem, qua cautum est, ne quis repudiatam ducat in uxorem, vocat Judaicam, ad Christianos haud transmissam. *Irenæi* & *Tertulliani* sententiam de statu animæ separatæ notat. Refellit Patres ecclesiæ, qui ministerium Christi putarunt esse annuum, ob locum *Esaiæ* (*Luc. IV, 19,*) minus recte expositum. Laicis licere administrare baptismum sacramque cœnam, urgente necessitate, & docet, & *Tertulliani* id testimonio solide communit. Verbo διατίθεσθαι notionem *fœderis pacti* inesse, sibi persuadet. Locum *Luc. XXII, 43,* de angelo, qui Christum angoribus pressum confirmavit, confert cum loco *Joannis XII, 28, 29,* ratus, corroborationem illam evenisse per verba angeli: *gloriam ei tribui, ac denuo tribuam.* Succurrit nobis illud Christi pronuntiatum de angelorum ad ipsum adscensu & descensu *Jo. I, 51.* Annotationes Autoris, de paradiso allatæ, ad rem prorsus haud faciunt. Deliquium solis, quod passionem Christi reddidit commemorabilem, naturaliter evenire potuisse, sibi persuadet. *Origenes* alterum discipulum ac viatorem Emmaunticum vocavit *Simonem.* Suspicatur Autor, id eum novisse vel comperisse ex libro *Apocrypho.* Credimus, id argumentis probabilissimis ex ipso *Luca* evinci posse. Corpus Christi evanuisse instar umbræ, negat. *Pindarus* certe vocem ἄφαντος de *subito abitu* adhibet. Dedimus speciminis loco potiora Autoris ad tres Evangelistas priores lumina. Prædicamus merito diligentiam ejus, & judicii accurationem justis celebramus laudibus, qua decerpsit ex *Apocryphis* Vet. Testamenti, Alexandrina translatione, Philosophorum scriptis, vetustissimisque Ecclesiæ Patribus, formulas loquendi, ac vocum difficiliorum notiones, ritusque orbis prisci ac doctrinas, quibus passim sententiis Nov. Test. insignis lux accenditur. Facile est Lectori, ex fimbria, quam ostentavimus, de texto judicare, librumque suspicere, in quo universa spirant singularem attentionem & eruditionem, licet nonnunquam rariores appa-

Pag. 119. 122. 128. 131. 133. 135.

appareant opiniones, quæ lectoribus videbuntur paradoxæ, ac ampliori disquisitioni subjiciendæ. Cel. tamen Autor perspicuitate dictionis & animi moderatione effecit, ut lector alliciatur, retineatur, ac melior dimittatur.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΧΑΡΑΚΤΗΡΕΣ ΗΘΙΚΟΙ. *THEOPHRAsti Characteres morum. Cum nova versione Latina, ineditis AUGUSTI BUCHNERI Notis, Supplementis item, Variis Lectionibus MStis, & Commentationibus suis, edidit JO. CONRADUS SCHWARTZ, Theol. Doct. & Prof. Publ. Ord. ac Gymnasii Casimiriani Director.*

Coburgi, typis B. Mauritii Hagenii viduæ & hæredum, 1739, 4. Plag. 15.

Theophrastus, ille dignissimus *Aristotelis* discipulus, non Philosophia solum atque aliis artibus liberalibus sic polluit, ut ἡ τῆς γνώσεως θάλαττα a *Theophylacto Synocatta* nuncupetur, sed & facundia singulatim tam eximia valuit, ut hoc ipsum ideo nomen sit a magistro consecutus. Quæ cum ita sint, haud difficile fuerit intellectu, ab eo quæ proficiscuntur, accurata non minus, quam comta & polita, esse. Atque hunc præcipue in numerum referendi sunt Charactéres, quos vivide nobis proposuit, morales, ad unguem veluti exsculpti atque perfecti, sed & librariorum incuria ita maculati, ut veterem omnino colorem amisisse viderentur. Istas varii generis mendas præcipue abstergere nisus est Venerabilis *Schwartzius*, quippe qui, diu in hoc literarum genere versatus, Codices præterea manuscriptos diligenter, nec sine insigni judicio, consuluit, sententias & res quasvis, singulis Capitibus proprias, curiose perpendit, Græcæ linguæ naturam & indolem acriter consectatus est, atque ita demum veritatem insulsitati atque inscitiæ librariorum prætulit sapienter. Revocavit ergo vocabula prisca & optimæ notæ, quamvis librariorum notitiam & *Henrici Stephani* diligen-

diligentiam effugiſſent. Germanis autem verbis, eorundemque ſignificationibus, reſtitutis, nova ſubſtituenda fuit interpretatio, ne Latinus contextus a Græco nimium differret. Rationem emendationum tantum non ubivis reddidit, niſi ubi, ex tralatitiis artis criticæ præceptionibus facili negotio ſuppleri eam poſſe, intellexit. Res ipſæ, quas vel *Caſaubonus*, vel, qui eum fere ſequitur, *Portus*, prætermiſerant, quandam ſubinde ex antiquitate illuſtrationem poſtulare viſæ ſunt; interdum vero etiam antiquis illorum obſervationibus nova ſcriptorum loca ſubjunguntur. Neque, morum doctrinam quæ ſpectant, omnino neglexit; præſertim ubi *Theophraſti* ſolertia minus per ſe lucere videbatur. Suis autem meditationibus ineditas *Auguſti Buchneri* Notas adjunxit, quas, propter nominis ipſius dignitatem, lectoribus gratas fore putavit. Ut autem genium ejusmodi annotationum, tam provide collectarum, tamque erudite additarum, tanto magis perſpiciamus; agedum, nonnulla earundem exempla, prout primum in manus inciderint, ſubjungamus. Nimirum, de lectione contextus ſi requiras, ad *Capitis I* verba fere poſtrema, ſic expreſſa: πλοκὰς καὶ παλιλλογίας εὑρεῖν, οὐκ ἄπειρου ἐςι, *involucra ſimulationum & recantata dicta confingere, eſt aſtuti*, hæc notantur: Οὐ χεῖρόν ἐςιν εὑρεῖν οὐδέν. Sic vulgatæ editiones legi volunt. Sed, teſte *Needhamo*, Codex MStus *Baroccianus* pro illis verbis exhibet: εὑρεῖν δὲ οὐ χεῖρον ὄν. Codices MSti Regis Galliæ vetuſtiſſimi habent παλιλλογίας εὑρεῖν ἐςιν οὐ χεῖρον. Ergo conjungenda ſunt, quæ editi libri diſtraxerunt. Ac *Baroccianus* conjecturam noſtram facile comprobat. Poſſis tamen etiam legere, ex his literarum veſtigiis: εὑρεῖν δὴ οὐκ ἄπειρον ὄν, τὰ δὲ τῶν κ. τ. λ. *Talia quæ excogitare non ſit imperiti, tamen* &c. Si pro ἄπειρον malis ἄκαιρον, ne ſic quidem repugnabo. Opportunitas enim temporis, cum ſimulatione conjuncta, vim quandam ingenii & commendationem acuminis habere poſſit videri. Item ad *Capitis VII* verba, λόγους εἶπας, annotatur, hanc loquendi formulam neutiquam inſolitam, ſed & aliis præclariſſimis ſcriptoribus ſolennem, fuiſſe. Similiter enim *Plato Phil. pag.* 80 *D.*: τοῦ-

τον δὴ τὸν λόγον ἡμᾶς μήτι μάτην δόξῃς εἰρηκέναι. Jamblichus de Vita Pyth. Cap. 8 §. 37 pag. 28: λόγους τινὰς διαλεχθῆναι. *Arrianus Diss. Epictet. Lib. III Cap. 1 pag. 260 seq.:* Τί εἶδεν ἐν ἐμοὶ ὁ Ἐπίκτητος, ἵνα βλέπων με τοιοῦτον εἰσερχόμενον πρὸς αὐτὸν οὕτως αἰσχρῶς ἔχοντα περιίδῃ, μηδέποτε μηδὲ ῥῆμα εἴπῃ. Adde *Aristotelem* in *Metaph. VII extr. Philostratum* in *Vita Apollonii Lib. VI Cap. 16 pag. 253, Platonem* in *Gorg. pag. 288 E.* Ex quibus facile apparet, quam male hujusmodi formulæ dicendi olim ad Hebraismos relatæ sint. Ad antiquitates pertinet e. g., quod ad *Caput XVI* de aqua sacra, quæ lustrali Pontificiorum originem dedit, observatur. Nimirum in templis vasa erant aquæ consecratæ plena, quibus conspersi homines purgari facinorum culpa existimabantur. Inde *Hippocrates de morbo sacro Cap. 4 extr.:* Ἀυτοί τε ὅρους τοῖσι Θεοῖσι τῶν ἱερῶν καὶ τῶν τεμενέων ἀποδεικνύμενοι, ὡς ἂν μηδεὶς ὑπερβαίνοι, εἰ μὴ ἁγνεύοι, εἰσιόντες τε περιῤῥαινόμεθα, οὐχ ὡς μιαινόμενοι, ἀλλ' εἴτι καὶ πρότερον ἔχομεν μύσος, τοῦτο ἀπαγνιούμενοι. *Ipsique terminos templorum ac delubrorum Diis designamus, ut nullus, qui non purus sit, eos transscendat; & ingressi respergimur, non velut qui inquinemur, sed, si quod etiam prius scelus habemus, purificemur.* Itidem etiam ritus antiquorum sacros & superstitiosos illustrat statim subsequens Nota, qua dicitur, folia lauri veteribus visa eandem circiter vim habere, quam ipse *Apollo*, qui arborem istam amare putabatur. Ergo superstitiosi, & ominum & sanitatis causa, lauri folia vel segmenta mandebant. Utramque hanc laudem lauri *Plinius Hist. Nat. Lib. XV Cap. 30* prædicat, & Commentatores *Plinii* illustrant. Accedit, quod, eodem *Plinio* autore, laurus suffimentum sit cædis hostium & purgatio, & purificationibus adhibeatur. Quam ipsam quoque ob causam Pontificum Romanorum domos exornasse videtur, & ad limina excubasse. Erat laurus etiam solatium laborum, & supplicum indicium ac munimentum. Et quæ sunt alia, testimoniis locisque scriptorum accuratius confirmata. Scilicet vel ex quatuor istis exemplis, iisdemque saltem excerptis, patebit, non tam Criticorum minutias Celeberrimum Editorem sectatum

tum fuisse, quam rebus ipsis verisque harum illustrationibus, studuisse. Non negamus, plura de nonnullis momentis dici potuisse; attamen, quæ ille dixit, plerumque sufficiunt. Quemadmodum vero ejusmodi labor plurium suscipiendus continuandusque viribus est; ita & nos optaremus, ut, quas passim adhuc in doctorum Virorum scriniis latere novimus, aliis etiam hujus libelli illustrationibus in lucem exire publicam liceret. Referri hunc sigillatim in numerum merentur eruditissimi *Freytagii*, Rectoris ad Salam Gymnasii provincialis Celeberrimi, qui solum quidem aliquando Characterum *Theophrasti* contextum, cum Præfatione sua, publici juris fecit, selectissimæ observationes, luce omnino publica dignissimæ, eundemque sibi, quem isthæ *Schwarzianæ*, scopum præfixum habentes.

D. ALBERTI HALLER, ARCHIATRI REGII & Electoralis, Med. Anat. Chirur. Bot. P. P. O. Soc. Reg. Angl. & Suec. Sodalis, Enumeratio methodica Stirpium Helvetiæ indigenarum, qua omnium brevis descriptio & synonymia, compendium virium medicarum, dubiarum declaratio, novarum & rariorum uberior historia & Icones, continentur.

Tomi II.

Gottingæ, ex officina Academica Abrahami Vandenhœck, 1742, fol.

Alph. 8 plag. 18, Tab. æn. 24.

Rei herbariæ studium per culturam plantarum diversissimarum in hortis curiosorum maxime quidem promoveri & perfici, quilibet concedit; negandum tamen non est, haud levem difficultatem huic studio ex eo accedere, quod per ipsam culturam & climatis differentiam plurimæ varietates producuntur, quæ vix satis definiri, & ad suas species reduci, possunt. Non desunt quidem in sylvis & pratis ex varietate arenosi, uliginosi, siccioris, & humidioris, soli oriundæ varietates; sed causas mutationis plantæ illæ magis inscriptas habent, & ideo felicius de-

seguntur, quam hortorum reliquæ. Maxima igitur laude mactandi sunt, qui itinerum botanicorum incommoda felici labore superant, & plantas in solo natali disquirunt, ibique naturam, nulla arte & cultura mutatam, contemplantur. Fecit hoc Celeberrimus hujus Operis Autor, qui, post tot egregia rei anatomicæ specimina huc usque edita, nunc quoque plantas Helvetiæ indigenas, multo labore vestigatas, in hoc Opere splendidissimo & perfectissimo sistit. Licet enim ipse imperfectum adhuc opus judicet; illam tamen tantum concedere possumus imperfectionem, quæ a rebus humanis nunquam aliena est. Nos jam Operis rationem, in Præfatione expositam, recensebimus, ordinem declarabimus, & specimina nonnulla exponemus. Helvetiam Cel. Autor, tum quod ad tractus montium, tum quod ad læta pascua, aliaque soli genera diversa, describit, &, terrarum diversam indolem insignem etiam copiam plantarum proferre, ostendit, ita ut hæc regio, variis terræ tractibus conspicua, & Galliæ calidioris plantas, & Germanicas fere omnes, & Lapponicas demum & Spitzbergicas, sæpe intra brevissimum spatium producat. Præmissa igitur descriptione regionis, cujus plantas describere instituit, eorum etiam labores recenset, qui in stirpes Helvetiæ inquisiverunt. Non vero tantum nomina adducit, sed & itinera & labores eorundem studiose exponit. Inprimis vero *Joannis Gesneri*, *Joannis* & *Casparis Bauhinorum*, *Joannis Raji*, *Joannis Jacobi* & *Joannis Scheuchzerorum*, merita in rem botanicam, inprimis Helvetiæ, exponit. Ex adhuc viventibus præcipue *Benedicti Stbæbelini*, qui patris, *Joannis Henrici Stbæbelini*, vestigia presserat, studium laudat, ejusque auxilium, in hoc Opere sibi præstitum, grata mente prædicat, & simul *Joannis Gesneri* fœcunda inventis itinera & labores describit. Tandem suos quoque, quos ab A. 1728 in hoc Opere elaborando & perficiendo suscepit, labores brevibus exponit, & se tanquam Botanicum sistit, qui partim indefesso naturæ scrutinio, partim scriptorum excellentissimorum investigatione, ad tantam rei herbariæ peritiam pervenit, quantam ipsum hoc Opus abunde declarat. Monet quidem, plurimos Helvetiæ tractus cursim tantum peragratos, alios intactos relictos, & plantas minutas

varias

varias non nisi in Basileensibus, Bernensibus, & Tigurinis, agris inquisitas fuisse, aliasque difficultates adducit, quibus implicitus, ipse de perfectione hujus catalogi desperat. Sed paucissimæ forsitan plantæ, quæ deficere videntur, ob copiam insignem descriptarum non attendendæ sunt, quæ ad 2500 species assurgunt, varietatibus exclusis. In colligendis vero plantis characteres naturales, in planta recenti visas, consignavit, & in stamina & tubas, eo tempore a plurimis neglectas, ad ductum præceptoris, *Bœrhaavii*, simul inquisivit. Sua postmodum observata cum scriptis, in fine Præfationis citatis, contulit, quæ quidem scripta non tantum insignem apparatum librorum botanicorum Autoris ostendunt, sed per judicia addita industriam & attentionem ejusdem in examinandis iisdem abunde declarant. Quæ tandem & in his defuerunt, laudatorum modo amicorum ope resarcivit, & plantas, quas ipse nec vidit, nec examinavit, asterisco notavit. In ordinandis plantis suis neminem Methodicorum nostri temporis sequi voluit, sed ipse naturali magis ordine ab imperfectioribus ad magis perfectas plantas progressus est, in nonnullis *Rajum* secutus, in multis ab eo recedens. Exhibemus Cel. Autoris methodum, in Tabulam dispositam, ut omnes synopticam dispositionem cognoscere, & exercitati Botanici eandem dijudicare, queant; imperitorum enim judicia, ut probe scimus, ipse nunquam curabit.

Plantæ

I. Flore, staminibus, & petalis, destitutæ, semine solo donatæ. *Conferva*, *Byssus*, *Mucilago*, &c.

II. Staminibus veris & petalis destitutæ, semine solo donatæ.

I. Staminibus omnino nullis. *Lichen*.

II. Staminum analogis corpusculis præditæ. *Musci*.

1. Foliis a caule diversis. *Lycopodium*, *Sphagnum*, *Hypnum*, *Polytrichum*, &c.

2. Foliis a caule non diversis. *Marsilea*, *Hepatica*, *Lenticularia*, &c.

3. Epiphyllospermæ. *Osmunda*, *Ophioglossum*, *Filix*, *Asplenium*, *Equisetum*, &c.

teguntur, quam hortorum reliquæ. Maxima igitur laude mactandi sunt, qui itinerum botanicorum incommoda felici labore superant, & plantas in solo natali disquirunt, ibique naturam, nulla arte & cultura mutatam, contemplantur. Fecit hoc Celeberrimus hujus Operis Autor, qui, post tot egregia rei anatomicæ specimina huc usque edita, nunc quoque plantas Helvetiæ indigenas, multo labore vestigatas, in hoc Opere splendidissimo & perfectissimo *sistit.* *Licet* enim ipse imperfectum adhuc opus judicet; *illam* tamen tantum concedere possumus imperfectionem, quæ a rebus humanis nunquam aliena est. Nos jam Operis rationem, in Præfatione expositam, recensebimus, ordinem declarabimus, & specimina nonnulla exponemus. Helvetiam Cel. Autor, tum quod ad tractus montium, tum quod ad læta pascua, aliaque soli genera diversa, describit, &, terrarum diversam indolem insignem etiam copiam plantarum proferre, ostendit, ita ut hæc regio, variis terræ tractibus conspicua, & Galliæ calidioris plantas, & Germanicas fere omnes, & Lapponicas demum & Spitzbergicas, sæpe intra brevissimum spatium producat. Præmissa igitur descriptione regionis, cujus plantas describere instituit, eorum etiam labores recenset, qui in stirpes Helvetiæ inquisiverunt. Non vero tantum nomina adducit, sed & itinera & labores eorundem studiose exponit. Inprimis vero *Joannis Gesneri*, *Joannis* & *Casparis Bauhinorum*, *Joannis Raji*, *Joannis Jacobi* & *Joannis Scheuchzerorum*, merita in rem botanicam, inprimis Helvetiæ, exponit. Ex adhuc viventibus præcipue *Benedicti Stbæbelini*, qui patris, *Joannis Henrici Stbæbelini*, vestigia presserat, studium laudat, ejusque auxilium, in hoc Opere sibi præstitum, grata mente prædicat, & simul *Joannis Gesneri* fœcunda inventis itinera & labores describit. Tandem suos quoque, quos ab A. 1728 in hoc Opere elaborando & perficiendo suscepit, labores brevibus exponit, & se tanquam Botanicum sistit, qui partim indefesso naturæ scrutinio, partim scriptorum excellentissimorum investigatione, ad tantam rei herbariæ peritiam pervenit, quantam ipsum hoc Opus abunde declarat. Monet quidem, plurimos Helvetiæ tractus cursim tantum peragratos, alios intactos relictos, & plantas minutas

variis

varias non nisi in Basileensibus, Bernensibus, & Tigurinis, agris inquisitas fuisse, aliasque difficultates adducit, quibus implicitus, ipse de perfectione hujus catalogi desperat. Sed paucissimæ forsitan plantæ, quæ deficere videntur, ob copiam insignem descriptarum non attendendæ sunt, quæ ad 2500 species assurgunt, varietatibus exclusis. In colligendis vero plantis characteres naturales, in planta recenti visas, consignavit, & in stamina & tubas, eo tempore a plurimis neglectas, ad ductum præceptoris, *Bœrhaavii*, simul inquisivit. Sua postmodum observata cum scriptis, in fine Præfationis citatis, contulit, quæ quidem scripta non tantum insignem apparatum librorum botanicorum Autoris ostendunt, sed per judicia addita industriam & attentionem ejusdem in examinandis iisdem abunde declarant. Quæ tandem & in his defuerunt, laudatorum modo amicorum ope resarcivit, & plantas, quas ipse nec vidit, nec examinavit, asterisco notavit. In ordinandis plantis suis neminem Methodicorum nostri temporis sequi voluit, sed ipse naturali magis ordine ab imperfectioribus ad magis perfectas plantas progressus est, in nonnullis *Rajum* secutus, in multis ab eo recedens. Exhibemus Cel. Autoris methodum, in Tabulam dispositam, ut omnes synopticam dispositionem cognoscerent, & exercitati Botanici eandem dijudicare, queant; imperitorum enim judicia, ut probe scimus, ipse nunquam curabit.

Plantæ

I. Flore, staminibus, & petalis, destitutæ, semine solo donatæ. *Conferva, Byssus, Mucilago*, &c.

II. Staminibus veris & petalis destitutæ, semine solo donatæ.

I. Staminibus omnino nullis. *Lichen*.

II. Staminum analogis corpusculis præditæ. *Musci*.

1. Foliis a caule diversis. *Lycopodium*, *Sphagnum*, *Hypnum*, *Polytrichum*, &c.

2. Foliis a caule non diversis. *Marsilea*, *Hepatica*, *Lenticularia*, &c.

3. Epiphyllospermæ. *Osmunda*, *Ophioglossum*, *Filix*, *Asplenium*, *Equisetum*, &c.

III. Petalis destitutæ, semine, flore, & veris staminibus, donatæ.

I. Staminibus coalitis, a fructu remotis. Coniferæ. *Ephedra, Taxus, Juniperus*, &c.

II. Staminibus liberis, a fructu remotis. Juliferæ. *Salix, Populus, Fagus*, &c.

III. Non juliferæ isostemones. *Viscum, Rhamnus, Frangula, Vitis*, &c.

IV. Mejestemones. *Alchimilla.*

V. Diplostemones. *Knawel, Passerina.*

VI. Polystemones. *Tithymalus, Mercurialis.*

VII. Aquaticæ variæ. *Limnopeuce, Zanichellia.*

VIII. Tristemones, flore plerumque bifolio. *Gramina*, quorum dispositionem methodicam accuratissimam subjungit.

IX. Graminibus affines.

1. Tristemones uniglumes. *Cyperoides, Ulva.*
2. Hexastemones sexglumes. *Schœnus, Juncus.*
3. Tristemones triglumes. *Sparganium, Typha.*

IV. Semine, flore, staminibus, & petalis, donatæ.

A. Monocotyledones.

I. Tuba destitutæ. Orchideæ. *Orchis, Helleborine.*

II. Tuba præditæ. Liliaceæ.

1. Fructu sub flore,
   α. Tristemone. *Gladiolus, Iris, Crocus.*
   β. Hexastemone. *Colchicum, Levcojum.*
2. Fructu intra florem,
   α. Monopetalum. *Muscari, Polygonatum.*
   β. Hexapetalum.
      1. Solitarium. *Lilium, Phalangium.*
      2. Conglomeratum. *Porrum, Cepa, Allium.*

B. Dicotyledones.

I. Polystemones

1. Plerumque multisiliquæ. *Veratrum, Butomus, Aquilegia.*
2. Gymnopolyspermæ petalis.

α. Circ

α. Circa ovarium ortis. *Adonis*, *Ranunculus*.
β Ex calyce ortis. *Dryas*, *Caryophyllata*.
3. Pomiferæ
α. Umbilicatæ. *Ribes*, *Rosa*, *Sorbus*.
β. Non umbilicatæ. *Prunus*, *Cerasus*.
4. Multiloculares. *Tilia*, *Helianthemum*.
5. Staminibus coalitis. *Malva*.
II. Diplostemones. *Oxys*, *Geranium*, *Lychnis*.
III. Isostemones
1. Placentiferæ vasculosæ. *Staphylodendron*.
2. Flore fructui innato gymnodispermæ.
α. Pentapetalæ. Umbelliferæ. Ulterius divisæ.
β. Dipetalæ. *Circæa*.
γ. Tetrapetaloideæ. *Asperula*, *Rubeola*.
δ. Quinquefidæ. *Opulus*, *Caprifolium*.
3. Flore circa fructum.
α. Unicum vascularem.
1. Quadrifido. *Aquifolium*, *Plantago*.
2. Quinquefido plerumque. *Gentiana*, *Lysimachia*.
4. Cucurbitaceæ. *Bryonia*.
5. Solanaceæ. *Solanum*, *Verbascum*.
6. Asperifoliæ. *Echium*, *Symphytum*.
7. Dicarpæ. *Asclepias*, *Pervinca*.
8. Hexapetalæ. *Berberis*.
IV. Mejostemones. *Ligustrum*, *Veronica*.
V. Staminibus ad petala sesquialteris. Tetrapetalæ cruciatæ. Ulterius divisæ.
VI. Staminibus ad petala duplis sesquitertiis. Papilionaceæ. Ulterius divisæ.
VII. Flore monopetalo staminibus quatuor inæqualibus.
1. Capsula uniloculari. *Montia*. *Linnæa*.
2. Capsula biloculari. *Antirrhinum*, *Digitalis*.
3. Seminibus quatuor nudis, a labiis petali ulterius divisæ.
VIII. Floribus uni semini insidentibus congregatis.

1. Pla-

1. Placenta & calyce communi nullis. *Valeriana.*

2. Placenta & calyce communi præditæ. Plantæ flore composito ulterius subdivisæ.

In speciali plantarum tractatione genus primum posuit, & in hoc eligendo, determinando, & denominando, varios Botanicos summos ita secutus est, ut non raro genera quodammodo aliter definiverit, & limites mutaverit, prout naturalis character illud requirebat. In plantis imperfectioribus *Dillenii, Micheli*, & *Linnæi*, in perfectioribus vero *Tournefortii, Raji, Vaillantii, Rivini, Linnæi*, & nonnunquam aliorum quoque, nomina elegit. Quo vero lector adjuvaretur, synonyma generica præstantissimorum Botanicorum apposuit, genus breviter & luculenter descripsit, essentiales characteres expressit, accidentales sæpius evidentes non neglexit. Species postea enumeravit, & in harum synonymiis exponendis amplissimus fuit, & scriptores & icones maxima cum attentione dijudicavit, varietates varias recensuit, & a speciebus distinxit. Sed in his definiendis a nuperis scriptoribus aliquantum dissentit, & inprimis proportionem, ut in Præfatione monet, inter signa veræ diversitatis admittit. His expositis, loca recenset, in quibus plantas vel ipse invenit, vel ab aliis inventas fuisse cognovit, descriptiones totius plantæ, ubi opus videtur, vel ampliores, vel breviores, addidit, & vires medicas ex præstantissimorum Autorum sententiis subjunxit. Exhibuit etiam in *Tabulis* plurimas icones plantarum elegantissimarum, multa cum cura delineatas & æri incisas, ut ita in synonymiis, descriptionibus, & iconibus, quæ veræ perfectiones sunt scripti botanici hujus indolis, nihil deficere videatur. Maximo igitur cum desiderio etiam alia scripta botanica, quæ Cel. Autor meditatur, exoptamus & exspectamus. Addamus nunc quædam nova genera, ab Autore stabilita, & in *prima* potissimum *Classe* exhibita.

Embolus est planta mollissima, quæ clavam succulentam cylindricam, in tenuissimo pediculo profert, & a similitudine cylindri, quo aqua ex siphone expellitur, ita appellatur. A Fungoidastro itaque differt figura, a mucore præterea, quod cortice destituatur, & in nuda carne semina villi specie educat.

Sphæro

Sphærocephalus, gracilis pediculus, ſphæram erectam geſtat, cortice continuo clauſam, interius vero ſpongioſo & filamentoſo glomere plenam, a Mucore vita perenni & duritie differt, a Clathroide vero, quod capillitium in reticulum non reſolvatur.

Merulius eſt fungus, cui loco laminarum venæ ramoſæ ſunt, cum carne fungi continuæ ſubtus repentes.

Agarico-Merulius a Merulio differt, uti omnes Agarici a fungis congeneribus.

Agarico-Fungus lamellas ſubtus habet, uti fungi, ſed ſeſſilis eſt, & absque pediculo, & protruſione mera augetur, uti Agarici.

Agarici ſunt fungi lamellati, neque poroſi, neque echinati, neque venoſi, ſed leves undique & ſimilares.

Ulva eſt ex graminum cyperoidum genere, ſpicis floriferis & ſeminiferis, tota planta diverſis.

Epipactis eſt genus ex Orchiadeis, flore tetrapetalo, hoc eſt, cucullo tripetalo; de reliquo proxime accedit ad Helleborimen.

Cherleria habitus totus Alſines eſt & fructus & tubæ, ſed ſtamina alternatim quinque ſimplicia, quinque ex cordiformi ungue profecta, neque alia præter eos ungues, qui calyce multo minores ſunt petala.

Aretia ad Androſacen accedit, tubus floris cylindricus ſegmenta planiſſima, integra, aut emarginata, decem glandulæ ſub origine ſegmentorum floralium corollam facientes, ovarium ſphæricum, tuba brevis ſimpliciſſima.

Lepidium Tournefortii & *Linnæi* cum *Naſturtiis* conjungit. Nomen vero plantæ imponit, quæ a Thlaſpi differt, ſilicula longum & perſiſtentem ſtilum emittente, ſemina utrinque habet modo unum, modo plura.

Pyrethrum calyce & flore & nuda placenta cum Bellide majore convenit, differt autem ſemine coronato, corona denticulata, quæ orientem floſculum ſuſcipit. Continet ſpecies *Matricariæ Vaill.* & *Chryſanthemi Linn.*

1. Placenta & calyce communi nullis. *Valeriana.*
2. Placenta & calyce communi praeditae. Plantae flore composito ulterius subdivisae.

In speciali plantarum tractatione genus primum posuit, & in hoc eligendo, determinando, & denominando, varios Botanicos summos ita secutus est, ut non raro genera quodammodo aliter definiverit, & limites mutaverit, prout naturalis character illud requirebat. In plantis imperfectioribus *Dillenii, Michelli,* & *Linnaei*, in perfectioribus vero *Tournefortii, Raji, Vaillantii, Rivini, Linnaei*, & nonnunquam aliorum quoque, nomina elegit. Quo vero lector adjuvaretur, synonyma generica praestantissimorum Botanicorum apposuit, genus breviter & luculenter descripsit, essentiales characteres expressit, accidentales saepius evidentes non neglexit. Species postea enumeravit, & in harum synonymiis exponendis amplissimus fuit, & scriptores & icones maxima cum attentione dijudicavit, varietates varias recensuit, & a speciebus distinxit. Sed in his definiendis a nuperis scriptoribus aliquantum dissentit, & inprimis proportionem, ut in Praefatione monet, inter signa verae diversitatis admittit. His expositis, loca recenset, in quibus plantas vel ipse invenit, vel ab aliis inventas fuisse cognovit, descriptiones totius plantae, ubi opus videtur, vel ampliores, vel breviores, addidit, & vires medicas ex praestantissimorum Autorum sententiis subjunxit. Exhibuit etiam in *Tabulis* plurimas icones plantarum elegantissimarum, multa cum cura delineatas & aeri incisas, ut ita in synonymiis, descriptionibus, & iconibus, quae verae perfectiones sunt scripti botanici hujus indolis, nihil deficere videatur. Maximo igitur cum desiderio etiam alia scripta botanica, quae Cel. Autor meditatur, exoptamus & exspectamus. Addamus nunc quaedam nova genera, ab Autore stabilita, & in *prima* potissimum *Classe* exhibita.

Embolus est planta mollissima, quae clavam succulentam cylindricam, in tenuissimo pediculo profert, & a similitudine cylindri, quo aqua ex siphone expellitur, ita appellatur. A Fungoidastro itaque differt figura, a mucore praeterea, quod cortice destituatur, & in nuda carne semina villi specie educat.

Sphaero

Sphærocephalus, gracilis pediculus, ſphæram erectam geſtat, cortice continuo clauſam, interius vero ſpongioſo & filamentoſo glomere plenam, a Mucore vita perenni & duritie differt, a Clathroide vero, quod capillitium in reticulum non reſolvatur.

Merulius eſt fungus, cui loco laminarum venæ ramoſæ ſunt, cum carne fungi continuæ ſubtus repentes.

Agarico-Merulius a Merulio differt, uti omnes Agarici a fungis congeneribus.

Agarico-Fungus lamellas ſubtus habet, uti fungi, ſed ſeſſilis eſt, & absque pediculo, & protruſione mera augetur, uti Agarici.

Agarici ſunt fungi lamellati, neque poroſi, neque echinati, neque venoſi, ſed leves undique & ſimilares.

Ulva eſt ex graminum cyperoidum genere, ſpicis floriferis & ſeminiferis, tota planta diverſis.

Epipactis eſt genus ex Orchiadeis, flore tetrapetalo, hoc eſt, cucullo tripetalo; de reliquo proxime accedit ad Helleborimen.

Cherleria habitus totus Alſines eſt & fructus & tubæ, ſed ſtamina alternatim quinque ſimplicia, quinque ex cordiformi ungue profecta, neque alia præter eos ungues, qui calyce multo minores ſunt petala.

Aretia ad Androſacen accedit, tubus floris cylindricus ſegmenta planiſſima, integra, aut emarginata, decem glandulæ ſub origine ſegmentorum floralium corollam facientes, ovarium ſphæricum, tuba brevis ſimpliciſſima.

Lepidium Tournefortii & *Linnæi* cum *Naſturtiis* conjungit. Nomen vero plantæ imponit, quæ a Thlaſpi differt, ſilicula longum & perſiſtentem ſtilum emittente, ſemina utrinque habet modo unum, modo plura.

Pyrethrum calyce & flore & nuda placenta cum Bellide majore convenit, differt autem ſemine coronato, corona denticulata, quæ orientem floſculum ſuſcipit. Continet ſpecies *Matricariæ Vaill.* & *Chryſanthemi Linn.*

Rr *Stæbe-*

Stæbelina Autoris est *Bartsia Linn. G. P. 593*, & ita longe differt a *Stæbelina Linn. G. P. 767*.

MEDITATIONS SUR L' ORIGINE DES Fontaines, &c.

hoc est,

MEDITATIONES DE ORIGINE FONTIUM, aqua puteorum, & aliis problematibus similis argumenti. Dissertatio, cui Academia Regia elegantiorum Literarum, Scientiarum, & Artium, præmium decrevit. Autore HENRICO KÜHNIO, J. U. D. & in Athenæo Gedanensi Matheseos Professore.

Burdigalæ, prostat apud Petrum Brun, Typographum Academiæ Regiæ, 1741, 4 maj.

Alph. 1 plag. 8.

Cum jam anno superiore *Solutioni dubiorum*, huic Dissertationi oppositorum, in his *Actis* locum dederimus; venia nobis a legentibus petenda est, quod non citius hujus ipsius Dissertationis capita enarravimus. Fuerunt nonnullæ hujus retardationis causæ, quas tamen ut hic exponamus, legentium parum interesse putamus. Nunc ergo sine ulteriori præfatione recensionem hujus libri aggredimur, quem multis laudibus lubentissime cumularemus, nisi supervacaneum videretur laudare Opus, celeberrimæ Scientiarum Academiæ applausu exornatum. Quoniam in hoc libro multæ observationes & conjecturæ continentur, quæ ad artium Hydrostaticæ agnatarum, & præcipue artis nauticæ, incrementum conferre multum poterunt, si ab iis, qui has artes tractant, sive comprobatæ, sive emendatæ, fuerint; curavit typographus hunc librum ex Latina lingua, in qua Cel. Autor eum composuerat, in Gallicam vertendum. Hæc versio per singulas paginas textui Latino ad latus quidem adjuncta comparet; sed eum non ubique satis fida sequitur. Complura enim loca, quæ textus Latinus

Latinus habet, in hac versione non reperiuntur, forte propterea, quod ea illis, quorum gratia versio ista scripta fuit, minus utilia fore visa sunt. Pauca etiam loca deprehendimus hujus versionis, quæ sensum verborum Autoris reddere haud videntur; sunt tamen ea levioris momenti.

In primis hujus Dissertationis paginis id egisse videmus Autorem doctissimum, ut calculis, ex observationibus de cursu fluminum & aquarum inter maria communicatione ductis, ostenderet, fluminum versus maria, ipsorum marium particularium versus Oceanum, & ejusdem Oceani partium aliarum versus alias, declivitatem notabilem esse, & neutiquam parvitatis, ut vulgaris opinio est, in relatione ad Telluris diametrum contemnendæ; e. g. mare mediterraneum prope Alexandriam fontibus Nili depressius esse quantitate $6\frac{3}{4}$ minimum milliarium Germanicorum, mari autem Atlantico prope ostia Nigri quantitate dimidii milliaris Germanici altius esse. Quæ insignis fluminum & ipsius Oceani declivitas Cel. Autorem invitat, ut celebratam hac nostra ætate controversiam de Telluris figura in transitu attingat. Sed, quia his de rebus ipse Autor in *Mensibus Majo* & *Junio* horum *Actorum Anni 1742* mentem suam ulterius explicavit, non est, quod nunc illi capiti hujus Dissertationis enarrando operam demus. Explicita sua de figura Telluris irregulari, & optima methodo eam determinandi, sententia, digna sane, quam viri Physicæ & Matheseos æque periti diligentius attendant, redit in viam, & plures observationes enarrat, quibus tandem Systema suum de fontium & aquæ putealis origine superstruit. Constat, Physicos, de origine fontium disputantes, in eo quidem consentire omnes, quod fontibus & fluviis aquæ suæ a maribus & Oceano restituantur, de via autem, qua Oceani aquæ ad fontes revertuntur, duplicem fere fovere sententiam. *Cartesius* sumsit, aquas marinas, per meatus subterraneos ductas, actione caloris dimittere aquam dulcem, quæ in forma vaporum per cavitates adscendat, donec saxis adhæreat, & inde, in guttas collecta, in alias cavernas defluat. Altera eorum opinio est, qui nullas vias subterraneas vaporibus conce-

§. 69.

 dunt,

dunt, sed vapores aquosos, ex omni terræ superficie in atmosphæra adscendentes, ad fontium origines vocant. Et hi quidem in varias iterum partes discedunt. Aliqui enim cum *Peirescio, Isaaco Vossio*, & *Hallejo*, vapores illos, ventis ad cacumina montium appulsos, ibi condensari, & præcipitatos in viscera montium penetrare; alii cum *Perraltio* & *Mariotto*, aquas pluviales, ex istis vaporibus natas, & a terris arenosis sabulosisque exceptas, deglutitasque, materiem *fontibus continuo* suppeditare; alii denique, duce *Vallisnero*, & *pluviam*, & nivem, & glaciem, in altioribus montibus tarde liquescentem, fontium altrices esse putant. Quod nunc exponendum nobis est Systema, ad *Cartesii* mentem proxime accedit, &, ipso doctissimo Autore non renuente, *Systema Cartesii promotum* vocari potest. Exponamus illud iisdem, quibus Cel. Autor usus est, verbis. Aqua marina, inquit, a voraginibus maris, in ipsis fretorum angustiis, aut prope littora maris, reperiundis, aut perpetuo, aut per periodica temporum intervalla, absorbetur, & in subterranea insulæ, aut terræ continentis, defertur, atque per horum meatuum ramos & ramusculos longe lateque, usque infra tractus montosos, cavernosos, fistulososque, distribuitur, dum interea in toto fere hoc itinere hæc aqua subterranea salsa, per calorem subterraneum fere ubique disseminatum, ad insensibilem fere exhalationem disponitur, vaporesque per loca fistulosa & cavernosa, qua datur, in altiores altioresque cavernas, sub ipsis tandem tractibus montosis sitas, adscendunt, cavernarum fornicibus adhærent, ibidem in guttulas aquæ dulcis confluunt, quaquaversum versus latera fornicis defluunt in strata glareosa extrorsum declivia, ex quibus in receptaculum satis amplum, sed parum profundum, aqua colligitur, & per hujus emissaria, paulo infra libellam collocata, continuo erumpit, fontesque perennes, ad radicem montis, aut jugi, aut collis scaturientes, efficit, dum interea abundans receptaculi aqua per alia emissaria, in ipsa receptaculi libella aptata, strata aquosa (sic Autor vocat strata terræ glareosæ & lapidibus distinctæ, quæ stratis terræ pinguis argillosæ incumbunt, & aquam vivam continent,) vicina ingreditur, pro aquis putealibus,

libus, imo & pro fontibus perennibus, minus editis, alibi locorum constituendis, ut fontes perennes eandem ad sensum aquæ quantitatem æqualibus temporibus effundere possint. Quod dum contingit, aqua subterranea, tanta aquæ dulcis decessione per evaporationem effecta, salsedinem gravitatemque specificam acquirit marina majorem; & ex ramusculis, tandem ad se invicem convergentibus, colligitur in ramos aquatum, ex ramis in canales, itidem ad se invicem convergentes, donec salsugo, mari appropinquans, aquam marinam, etsi ad multo altiorem libellam consistentem, loco pellat, & sub forma Euripi vomentis in mare exoneretur, ut sorbitio voraginis sorbentis perennare, & evaporatio aquæ dulcis continuari, possit, consequenter fontes perennes, seu jugiter aquam dulcem præbentes, obtineri queant. Hæc Autor. Nobis nunc brevibus indicandæ sunt rationes, quibus hoc Systema firmare studuit. Et primo quidem, dari voragines, quæ aquas maris sorbeant, & aliorsum præcipitent, partim ratiocinatione, partim observationibus, contendit. Affirmat, experientia docente, ingentem quotannis aquæ co- §. 78 seq.
piam a fluviis in maria clausa, & tam a fluviis, quam a maribus particularibus apertis, in vicinum Oceanum, advehi, nec tamen superficiem marium & Oceani hac adventitia aqua attolli; hinc necesse esse, ut maria clausa, Oceanus, nec non maria aperta, paulo angustioribus fretis instructa, quam receperunt, aquam aut evaporatione, aut per subterranea emissaria, vel voragines sorbentes, perdant; solam evaporationem hanc ad 19 seq.
rem fere nihil valere, cum ob magnam maris profunditatem, tum ob fundum ejus mollem & obscurioris coloris, tum ob calorem aeris ambientis super vasto mari non satis intensum; canalibus ergo subterraneis satis declivibus opus esse, in quos superfluæ aquæ irruant. Sed, hæc ita se vere habere, quæ ratiociniis assecutus est, experientiam testem excitat, & ad vor- 118.
ticem prope Norvegiam in Oceano Deucaledonio, ad Euripum prope insulam Eubœam, ad Scyllam & Charybdim, ad Euripos denique, in freto Babelmandel, sinu Persico, fretoque Magellicano, repertos, provocat. Addit, præter hos voragines

nes ſine dubio plures eſſe, propterea non obſervatas, qu forſan minori cum impetu, ob lumina horizontaliter ſita, anguſtiora, ſorbeant aquas, vel quod ora habeant, inter ſyrt ſcopulos, cauteſque, navibus inacceſſas, latentia. Aqua autem, ab his Euripis abſorptam, in loca ſubterranea Terræ fi
§. 120. mæ, vel inſulæ vicinæ, deferri, inde videri, quod *omn* Euripi, hactenus cogniti, prope littora continentis aut inſulæ & præcipue in anguſtiis fretorum, locati ſint. *Deinde ſumit* canales harum voraginum diſpergi in *ramos & ramuſculos*;
125. quod quidem non obſervationibus probat, ſed argumento ab analogia fluminum petito, quæ natura viis tortuoſis circum-
112. ducit, ut pluribus locis utilia eſſe queant. Calorem, ſub terra diſperſum, & nonnullis in locis ſatis vehementem, thermæ & montes ignivomi produnt. Multis in locis, præcipue *mon*toſis, cavernas dari ſubterraneas, ſæpe admodum *ſpatioſas*, quarum tam fornices, quam parietes, ex vivo duriſſimoque ſaxo
107. conſtant, & in quas fiſſuræ, duriſſimis rupibus inciſæ, hiant, & aquam invehunt, exemplis cavernæ Baumannianæ, Podolienſis, & aliarum in Alpibus & Carniolæ montibus, ab Autore probatur. Strata autem pinguis argillæ, cum proxime incumbentibus ſtratis glareoſis, aquam vivam continentibus, plurimis in locis terræ continentis reperiri, non ſolum vulgaris eorum experientia, qui puteos fodiunt, docuit, ſed & *Va-*
88. *renii*, *Perraltii*, & *Ramazzini*, (in libro de Fontibus Mutinenſibus,) obſervationibus comprobatum eſt, & ab iis ipſis, qui contrarium de origine fontium Syſtema amplexi ſunt, conceſſum. Enimvero id præcipue Autori agendum erat, ut oſtenderet, ſtrata illa, quam continent aquam, nec fluviis debere intumeſcentibus, nec pluviæ nivibusve liquefactis, terram penetrantibus. Bene hoc intellexit doctiſſimus Autor pro ea, quam per totum hoc Opus demonſtravit, ingenii ſagaci-
97. 100. tate. Quare, ne huic dubio locum relinqueret, copioſe oſtendit, ſtrata illa aquoſa profundius ſub terra latere, quam ut aquæ pluviales ad ea penetrare poſſint, eorum partes plurimas verſus fluvios declives eſſe, & in ipſos aquas ſuas deponere, raro autem canales ex fluminibus in ſtrata aquoſa decli-

ves

ves deprehendi, denique hæc eadem strata ab aquis, ex locis admodum altis defluentibus, ali. In universum experientiæ contrarium esse illorum Systema, qui solam aquam pluviæ §. 104.
ad alendos fontes trahunt, inde existimat, quod, anno quantumvis sicco existente, fontes perennes, præcipue eorum altissimi, nihilo minorem aquæ quantitatem fundere pergunt, in fontibus autem minus editis quantitas aquæ effluentis nonnihil decrescit. Si enim verum esset illud Systema, necesse fore, ut fontes altissimi in anno sicco omnium primi, minus autem editi tardius, languescerent. At vero, quanquam huic argumento non omne robur negare possumus, tamen non satis valere nobis videtur ad eorum, qui ad fontes alendos aquas ex aere delapsas arcessunt, opinionem funditus evertendam. Nam, cum hi fere omnes in pluviæ auxilium nivem & glaciem vocent, & cum constet, in altissimorum montium fastigiis magnam semper nivis & glaciei copiam suppetere, in annis autem siccis aerem majori solito calore utplurimum fervere, verendum sane est, ne isti, defectum aquarum pluvialium in annis siccis majori copia nivis & glaciei, majori calore in altioribus montibus liquefactæ, compensari, dicant, & sic Cel. Autoris rationes eludant; præsertim cum experientia se edoctos esse perhibeant, plurium montium cacumina e terra arenosa, sabulosa, & lapidibus diversæ molis intermixta, constare, per cujus rimas & canales aquæ glaciales & nix liquefacta stillare, & ad hydrophylacia, in montium visceribus a natura elaborata, defluere, possint; de quibus videantur *Vallisneri* Opus *de Origine Fontium*, ejusdemque *Observationes Physico-Medicæ*. Pervenimus nunc ad ultimam partem Systematis, a Cel. *Kühnio* propositi, quæ ad regressum aquæ superstitis salsæ ad mare per Euripos vomentes pertinet. Talium Euriporum pauci huc usque observati sunt. Tres tantum ab Autore nominantur, unus in Oceano Deucaledonio prope Norvegiam, alter prope insulam Eubœam, tertius, cui nomen est Charybdis; & hi singuli non tantum vomentes sunt voragines, sed alternatim aquas eructant sorbentque. At, longe plures dari, Autor ratio- 128-132.
nibus evincit. Quoniam enim, concessis voraginibus sorbentibus

tibus in omnibus maribus, ingens copia aquarum marinarum jugiter in loca subterranea Terræ firmæ deducitur, quæ tamen ibi nec manere omnis, nec evaporatione consumi, potest, quoniam, utrumvis ponas, aditus ad subterraneas cavernas aut ipsa aqua, aut sale post evaporationem dulcis aquæ relicto, obstrueretur; necesse est, ut aqua, ad subterraneas cavernas advecta, aut directe per plures ramos, in plures canales hiantes, in mare iterum omnis effundatur, aut pars ejus *evaporatione* aliorsum abeat, & reliqua pars, multo salsior & *gravior facta*, per proprias vias in mare iterum sive impetuose, sive lente, erumpat. Horum prius poni posse, negat Autor, partim quod aquæ, longissimam viam subterraneam declivem emensæ, ad ostium nimis depressum deferrentur, unde vix ac ne vix quidem in mare, ostio incumbens, per leges hydrostaticas, iterum erumpere possent, partim quod in hac hypothesi aquæ marinæ tantum iter subterraneum plane frustra conficerent; restat ergo posterius, quo posito, res omnis salva est. Addit huic ratiocinationi non exiguum pondus, dum demonstrat, ea, quæ huic suæ de voraginibus vomentibus hypothesi consequentia sunt,
§. 138-162. cum experientia apprime conspirare. Huc pertinet primo hoc, quod sal in mari perpetuo conservatur, deinde quod unum idemque mare non ubique locorum eundem salsedinis gradum habet, sed prope Euripum vomentem, ut verisimile est, majorem, item quod aqua fundo maris propior, reliqua salsior deprehenditur & gravior, porro quod in mari existunt rapidi torrentes aquarum subterlabentium, quarum gravitas specifica haud parum major est gravitate specifica aquæ marinæ superficialis, & quod in nonnullis maribus, per freta aquas secum invicem communicantibus, aqua fundo propior in oppositam plagam ruit illi, in quam aqua superficialis fertur, & quæ sunt hujus generis alia, quorum enarrationem & explicationem in ipsius Autoris elegantissima Dissertatione majori cum voluptate, quam in hac nostra breviuscula scriptione, lectum iri, persuasum nobis habemus.

Jam, quot quantasque difficultates, quibus Systema *Cartesii* de fontium origine premebatur, Cel. *Kühnius* sustulerit, ea

ex iis, quæ hactenus exposuimus, facile, nec nobis monentibus, intelligent hi, quibus *Cartesianum* Systema perspectum est. Equidem fatemur, inter ea, quibus Autoris Systema tanquam fundamentis innititur, esse adhuc precaria quædam, & circa ea, quæ ipse de usu voraginum sorbentium vomentiumque habet, varia dubia nobis, hanc Dissertationem prima vice legentibus, suborta esse. Sed, quod ad primum attinet, hæc omnium hypothesium philosophicarum indoles est, ut incerti habeant aliquid, & ut iis non ex evidentia principiorum, sed partim ex convenientia earum cum legibus & viis naturæ, dudum satis cognitis, partim ex multitudine phænomenorum, quæ per eas feliciter explicantur, statuendum sit pretium; &, ad alterum quod attinet, fatemur, dubia ista Nostrum iis ipsis, quæ ad doctissimi cujusdam Galli objectiones nuper respondit, satis disjecisse. Unum tamen nobis superest, quod pace Cel. Autoris monere nobis liceat. Scilicet, cum ita comparatum sit cum hypothesibus philosophicis, de eadem quæstione excogitatis, ut una earum, nisi ceteris dirutis, stare nequeat, rem profecto fecisset Autor, quæ ipsius sententiæ magnam autoritatem conciliasset, si eorum opinionem, qui a pluvia, nive, & glacie, liquefactis aquas fontanas cum *Vallisnero* repetunt, idoneis argumentis refutasset. Atqui, hoc Autorem neglexisse, videmus; & veremur sane, ne is operam omnem sit perditurus, qui contra illorum hominum multis argumentis munitam sententiam demonstrare susceperat, aquam, per aerias vias ad montium fastigia reductam, non sufficere ad fontes quosdam perennes quibusdam saltem in locis alendos. Quid ergo? Num sic retrotrahimus laudes, quas doctissimi Autoris systemati paulo ante dedimus? Neutiquam; id solum nobis voluimus, in quæstione de origine fontium tractanda forte felicissime omnium versaturum esse eum, qui hypothesin viarum subterranearum, prout ea a Cel. *Kühnio* proposita est, cum altera viarum aeriarum hypothesi combinaret, quippe quæ hypotheses minime secum pugnabunt, si ambæ certis fuerint limitibus inclusæ.

Ceterum non possumus ante filum nostrum abrumpere, quam de aliquot locis, ab Autore in transitu tractatis, legentes monu-

monuerimus. In §. *96* redditur ratio, cur, fluviis intumescentibus, substructiones ædium aqua repleantur. In §. *98* explicatur tristis illa Plurii, oppidi Rhætiæ, submersio. In §. *109* fontium periodicorum causæ ingeniose demonstrantur. Unde arenæ errantes ad litora marium, & unde fossilia figurata ex regno animali & vegetabili, prope superficiem terræ toties reperta, in §. *93* & *148* magna cum veri specie explicatur.

ELEMENTA JURIS CANONICO-PONTIFICIO-Ecclesiastici, tum veteris, tum hodierni, ex genuinis principiis eruit, & apta connexaque ratione adornavit, LUDOVICUS MARTINUS KAHLE, P. P. Ord. in Academia Gottingensi.

Tomus I.

Halæ, impensis Rengerianis, 1743, 4.

Alph. 3.

Operam sane collocant in re præclaris utilitatibus suis commendatissima, si qui ex fontibus ipsis immensam legum multitudinem in unum colligere fasciculum & συνέχειαν laborant, apta connexaque ratione adornatam. Facere igitur non possumus, quin Opus, cujus inscriptionem modo posuimus ob oculos Lectorum, creta notemus, explanemusque generatim a Cel. Autore nostro in medium prolata. Canonici & Pontificii Juris placita ita certe comparata sunt, ut præ ceteris legitimæ scientiæ disciplinis turbata, inordinata, atque a propriis sedibus dimota, in iis videantur omnia: quin etiam haud raro repugnantia hic animadvertantur, sive Decretalium seriem interruptam, sive Decreti vagantes & passim peregrinantes oberrantesque species doctrinas, sive reliqua Ecclesiasticæ Jurisprudentiæ spicilegia, sive Commentatorum atque interpretum ingens agmen, respicias, vel Romanæ, vel Evangelicæ, communioni addictorum. Horrida ista, hiulca, & balbutiens, Canonistarum (barbara hac voce uti liceat,) dicendi scribendique ratio diu viguit, &, quod inprimis dolendum, opposita fuit armataque quasi manu restitit iis, qui bo-

næ mentis præsidiis ad distinctam solidamque legum ecclesiasticarum notitiam adspirare conati sunt. Ita enim est, confusam methodum, seu sine præceptis rationis farraginem congestam, adamant Commentatorum Juris plurimi, impense delectantes libertate sua cogitandi & docendi, abeunte in licentiam effrænatam. Insolentius se mores hâc in re Decretistarum antiquiorum jactant, fallacissime venditantium casuum singularium series, secundum Canones & Decretales Epistolas enucleatas; vel certissimorum principiorum loco enuntiationes dubias supponentium, relictis plane ideis distinctis, axiomatibus, demonstrationibus, iisque Jurisprudentiæ prænotionibus, quibus stabilis perfectaque nititur legum notitia. Hinc nihil frequentius apud scriptores Juris Canonico-Pontificio-Ecclesiastici observatur, quam ratiocinandi genera plumbea, conclusiunculæ pertenues, vel minutæ, essentiarum atque modorum commixtio, & idearum contorta comparatio. Nihilo minus severissime hi repudiant & rejiciunt veritatis satellites, ordinem adhibentes in Commentationibus suis, jure divino & humano dignum. Ii omnes tamen impedimento non fuerunt, quo minus Cel. *Kahlius* ea lege, seu connexa ratione, quam religiose olim publici privatique Juris exercitationibus adhibuit, Jus Canonico-Pontificio-Ecclesiasticum enodaret, concinnaretque. Probe gnarus Noster, justum ordinem negligentes Doctores ad optatos minime eventus provehi, operam navavit, ut firmanda firmaret, polienda poliret, & summa imis mixta redigeret in statum convenientem atque idoneum. Evulgavit igitur perpetuam legum seriem tam Pontificiæ Ecclesiæ, quam Evangelicæ, methodi Philosophorum & Mathematicorum more contextam, utilissimamque lectu. Ut enim laceræ laciniæ legum istarum cohærerent omnium, præcipua quadam industria, eas vim suam repetere vel ex propriis, vel ex communibus stabilitisque, normis, sanctionibusque, declaravit. Itaque ex principiis generalibus, & legitimis notionibus, ad alias res concludendas in omni *Libro* Autor progreditur; vel ex iis, quæ semel percepta sunt, adhibitis notionibus, quæ Canonibus vel Capitulis insunt, & enuntiationibus antea cognitis, quid juris sit, colligit atque demonstrat dilucide. Facere igitur non

 potuit,

potuit, quin, Canonici Juris corpore iterum & sæpius perlecto, simulque Augustanæ Confessioni addictorum legibus præcipuis probe expensis, inde efficeret principia, unde fluunt tanquam rivuli reliquæ leges prorsus omnes, tali concinnitate & firmitudine erutæ, qualem Logica præfinire solet. Prævidit Cel. Autor, nonnullos, qui, quid sit proba methodus, non noverunt, objectare posse, certi & assensionis firmitatem ejusmodi repugnare Pontificii Juris nævis, erroribusque, quibus jura Pontificiorum agitari dicuntur; sed vere & graviter respondet Noster, se nunquam pronuntiasse, sumtiones falsas, quæ veluti in quibusdam Pontificum plumbo bullatis literis occurrunt, veras esse, vel τὰς τῶν συκοφαντῶν ἀδικίας ex certis principiis a se esse demonstratas, demonstrandasve; sed se re ipsa potius evicisse, copulari omnis Juris Ecclesiastici enuntiationes posse, ac, præstructis generum formarumque notionibus, (quamvis positæ sint in fallaci ac lubrico juris architectorum arbitrio, seu fictione,) idoneam & necessariam connexionem ita effectam a se esse, ut, quomodo sumtum conclusumque cohæreant, satis intelligeretur. Et sane id ipsum exposuit Autor luculenter, sique dicendum, quod res est, perpetuam analysin notionum instituit præmissarum, atque ita digitum ad fontes limpidos semper intendens, conclusiones expedivit, quæ iis tanquam partes, aut proprietates, aut modi, insunt. Quemadmodum igitur Philosophi ex principio, quod argumentis non eget, sed statim vel invitis assensum extorquet, cum sensum ejus perceperunt, libant & colligunt, si sine rationibus connexis intelligi nequeunt, placita, vel etiam ratiocinia, componunt, ut ex iis, quæ antecedunt, lucem accipiant, & ordine lumen afferant; ita Autor noster primo ex fontibus Juris Canonico-Pontificio-Ecclesiastici, *Sectione IV* Dissertationis præliminaris adumbratis, summatimque descriptis, deinde ex doctorum sententiis receptis, tum ex Ethicæ, Politicæ, Jurisque naturalis ac gentium, præceptionibus, tum ex ratione, quæ ex perceptis, hoc est, certo cognitis, ad id, quod non intelligebatur, adducit, repetiit alte & a capite, quæ, num veræ fallæve sint assertiones, sine argumentis cognosci non possunt. Ad primum fundamenti genus retulit Autor

præ-

præcipue, & quidem justis de causis, leges imperii Romano-Germanici, ac, ubi e re visum fuit, civilis Juris convenientiam vel dissensum, neque minus analogicam Jurisprudentiam, seu scientiam actiones comparandi, ad rationem Juris utriusque applicavit. His usus præsidiis, iisque genuinis, in adyta penetravit veræ Jurisprudentiæ, & adornavit, quod in aliis frustra requirimus operibus, systema, justo, concinno, aptoque modo compositum, & adhuc nullius tritum vestigiis. Ne tamen a distributione Jurisprudentiæ generali, jam pridem constructa, prorsus recessisse videretur, viam, a *Justiniano* munitam, de qua §. *ult. Inst. de Jure naturali, gentium, & civili*, agitur, aliqua ex parte ingressus est, quamvis latebrosas, acclives, arduas, ac difficiles, semitas Imperatoris illius evitaverit. Etenim statim ab initium *primi Tomi*, quem jam manibus versamus, conspicua est Dissertatio præliminaris, quæ in universum sunt Juris Canonico-Pontificio-Ecclesiastici capita prima, complectens, cujus *Sectio I* de Ecclesia, & jure Principis circa sacra generatim, *Sectio II* de Ecclesia Pontificiorum, hujusque juribus, *Sectio III* de Ecclesiæ Protestantium præcipuis doctrinis, commentatur; ati *Sectio IV* naturam atque originem Juris Canonico-Pontificio-Ecclesiastici adumbrat. His nisus fundamentis atque initiis, cel. Autor in *Libro I* jus personarum, *Libro II* autem jus rerum, solide eruit. Quibus in *Tomo II*, quamprimum publicæ luci committendo, *Librum III* de applicatione Juris Canonici, & ordine causarum atque judiciorum, nec non *Librum IV* de jure criminali ecclesiastico, jungere constituit. Quod ad *primum Volumen* attinet, præter evidentiam, & curatam probationem rite connexarum propositionum, laudanda nobis est Autoris industria, qua confusionem eorum e medio sustulit, qui quidem haud raro, quid juris sit in Ecclesia Pontificia, vel Evangelica, tradunt, sed prorsus negligunt principiorum subordinationem & convenientiam, vel discrimen atque abhorrens intervallum, seu rationem genuinam hujus illiusve legis. Adscriptis igitur & citatis Paragraphi, Autor noster vim ac potestatem conclusionum corroboravit, & indicem rationum suppeditavit; præterea vero conclusiones, ex principiis declaratis effectas, firmavit vel Canonibus, vel Capitulis, vel aliis Constitu-

 tionibus

tionibus ecclesiasticis, testimoniisque gravissimis. **Porro**, ne sterilis & sicca esset legum ista disquisitio, atque conjunctio, monstravit Autor vel rectitudinem, vel falsitatem notionum, pro arbitrio legislatorum præscriptarum, solidisque argumentis eas explicuit, adeoque luce meridiana clariori modo probatum dedit, hac vel illa definitione præstructa, in hac ecclesia hanc, in alia autem, ob diversitatem notionis, aliam esse flectendam enuntiationem. Quo facto, *hierarchiam Pontificiorum* æque ac rerum jura eorum Autor *noster* ita copulavit & colligavit, ut concedi deberent pro veris & demonstratis omnia, si prima illa principia, in quibus posita sunt reliqua, convenirent cum indubiis veritatis initiis. Speramus igitur, fore, ut nexus iste Pontificiis ipsis gratus sit, quin etiam gratissimus, nisi Autor principia *prima* Ecclesiæ Romanæ repudiasset, Evangelicæ communionis firmans doctrinas; qua in re tamen modestiæ haud videtur fines transiisse; quod eo magis affirmandum nobis est, quo magis in omni ejus Opere alienum a partium studio se sistit, & ingenuæ veritatis confessioni ubique indulget. Proin probe sejungit leges ecclesiasticas, quæ rationem habent in Scriptura sacra, ab iis, quæ recta ratio absque revelatione, vel jus naturæ, ad ecclesiam applicatum, præcipit; nec non discernit ex rationibus politicis spuriis, vel obliquis artibus, profectas normas ab iis, quæ prudentiæ veræ & statui civili suam debent originem, ordinationibus. Hanc ob causam mutationes juris sacri probe perpendens Noster, ex historiarum monumentis fide dignis, & Codicum manuscriptorum, non autem doctorum exigui moduli, testimoniis, stabilit, firmat, atque illustrat disputata; adeo, ut vel has ob animadversiones notulasque probandum nobis sit doctissimi Viri institutum; idque hoc magis, quod allegationibus nec visis, nec lectis, se ostentare, adeo religioni sibi duxit, ut saltem semel in Opere indicare locum impressionis cujusdam libri, a se excitati, necesse haberet, ut quisque sciret, qua editione usus sit, nec quisquam errare posset ratione paginarum, cum, typis diversis exscriptos libros infinitis inter se intervallis distare, dissimilesque esse, experientia duce cognoscatur. De Cel. *Kahlii* Opere hæc generatim habeto; speciatim

tim

tim vero en tibi indicem Titulorum utriusque *Libri Voluminis primi: Titulus I* de jure personarum generatim; *II* de Clericorum ordinibus generatim; *III* de vita atque honestate Clericorum; *IV* de privilegiis Clericorum; *V* de tonsura; *VI* de iis, qui sunt in minoribus ordinibus constituti; *VII* de Subdiaconis & Diaconis; *VIII* de Presbyteris; *IX* de Curatis, seu Parochis, & juribus parochianorum; *X* de Episcopis; *XI* de variis Episcoporum ordinibus; *XII* de Pontifice Romano; *XIII* de Cardinalibus; *XIV* de Episcopis nomine talibus & Coadjutoribus; *XV* de Chorepiscopis; *XVI* de Archidiaconis; *XVII* de Archipresbyteris; *XVIII* de Cancellariis, vicariis generalibus atque officialibus Episcoporum; *XIX* de Legatis; *XX* de Monachis & Abbatibus; *XXI* de Monialibus & Abbatissis; *XXII* de Canonicis; *XXIII* de sacris Ordinibus equestribus; *XXIV* de ordinatione; *XXV* de Episcoporum & Prælatorum electione; *XXVI* de postulatione Episcoporum; *XXVII* de confirmatione; *XXVIII* de consecratione Episcoporum; *XXIX* de pallio; *XXX* de sede vacante & impedita; *XXXI* de translatione; *XXXII* de renuntiatione & resignatione; *XXXIII* de majoritate & obedientia. *Libri II, de jure rerum* inscripti, *Titulus I* est de rerum divisione; *II* de ecclesiis ædificandis & consecrandis; *III* de vasis sacris, reliquiis, & aliis hujus generis rebus; *IV* de Liturgia; *V* de Sacramentis in genere; *VI* de Baptismo; *VII* de confirmatione; *VIII* de eucharistia; *IX* de missa; *X* de pœnitentia & remissionibus; *XI* de indulgentiis; *XII* de jejuniis; *XIII* de ordine; *XIV* de extrema unctione; *XV* de sponsalibus; *XVI* de nuptiis; *XVII* de cognatione & affinitate; *XVIII* de divortiis; *XIX* de bonis ecclesiasticis; *XX* de decimis; *XXI* de primitiis & oblationibus; *XXII* de beneficiis generatim; *XXIII* de pensionibus; *XXIV* de beneficiorum collatione & devolutione; *XXV* de jure patronatus; *XXVI* de institutione; *XXVII* de beneficiorum pluralitate; *XXVIII* de unione ecclesiarum & beneficiorum; *XXIX* de commendis; *XXX* de precariis; *XXXI* de beneficiorum oneribus; *XXXII* de provisionibus; *XXXIII* de feudis ecclesiasticis; *XXXIV* de Clericorum bonis; *XXXV* de testamentis; *XXXVI* de sepulturis; *XXXVII* de domibus religiosis.

giosis. Supra a nobis memorata satis condocent, quasi catenis enunciationes in Titulis hisce omnibus esse colligatas; facile igitur intelligitur, in compendium redactam quandam doctrinam, quam Autor demonstrativa ratione conscripsit, multum firmitudinis amittere, praeterea vero sine lectione eorum, quae antecedunt, assensum apud omnes producere haud posse particulam, ex nexu propositionum direptam. Nihilo minus, missis fontibus & allegationibus selectis Autoris nostri, afferre exempli causa liceat, quae in Dissertatione praeliminari *pag. 17 de Ecclesia* Pontificiorum est commentatus. §. 2 Vox *ecclesia* apud Pontificios generatim denotat societatem imperantium Clericorum, & subjectorum laicorum, fidei Christianae addictorum, a republica civili plane independentem. (Hanc notionem refellit Autor in *Sect. I Differt. prael.*) §. 3 Ecclesia Romana est respublica in aliis rebus publicis, seu omnes respublicas pervadens, (§. 2) omniumque Principum catholicorum majestatem minuens, (repugnat Autor huic doctrinae in Notis,) ab ipso Deo *Petro* & successoribus hujus tradita. (Haec placita etiam refutantur ab Autore.) §. 4 In ecclesia Romana summam majestatem habet Papa, cujus officio etiam funguntur Episcopi, quamvis horum potestas subordinata sit supremae Romani Pontificis potestati. §. 5 Imperantes & subjecti sunt personae inaequales; ergo in ecclesia Romana diversitas jurium & obligationum, in qua inaequalitas moralis consistit, ratione Clericorum & laicorum locum habet. (Abhorrere haec a dictis & probatis, *Sect. I* §. 2 ostenditur.) Ergo laici debent esse obedientes, ac facere credereque omnia in rebus fidei, quae Pontifex & delegati ejus, horumque administri, praecipiunt (§. 4). §. 6 Majestas non potest dispesci in partes (*Sect. I* §. 21); ergo una tantum majestas existit in quavis republica, quae, si in arbitrio unius personae posita est, monarchia vocatur. Ergo Ecclesia Romana est monarchia universalis. §. 7 Ecclesia est respublica sacra (§. 2), in qua Pontifex summae rerum praeest (§. 4); itaque ad personas & res sacras potestas Pontificis proprie spectat; ergo ad ea omnia, quae ad doctrinam & fidem Christianam pertinent. Ergo 1) credenda praescribit, statuit, & decidit controversias; 2) agenda, quae salutem aeternam respiciunt,

praeci-

præcipit; 3) infideles vel atheos pœnis afficit; 4) hæreticos damnat, & in eos animadvertit; 5) privat ecclesiæ membra omnibus juribus, non ecclesiasticis solum, sed & humanis, si is indigni videntur; 6) negotia civilia confirmat, vel corrigit, vel rejicit, si aliqua ratione religioni Pontificiæ sunt impedimento (*Cap. 13 X. de Judiciis*); atque hac sub specie leges innumeras promulgat, quarum ratio in his verbis continetur: Salus ecclesiæ, seu, quod idem est, Pontificis & Cleri, suprema lex esto (*Causa 25 Qu. 1*). §. *8* Pontifici est obediendum (§. *7*); errori vero non est dandus locus, ob mala inde resultantia; ergo Pontifex esse debet infallibilis. Ergo Principes omnes regium sacerdotium Papæ venerari, & imperata ab eo & Episcopis facere, tenentur (§. *4* & *7*). Ergo etiam debent agnoscere judicium, a Pontifice atque Episcopis institutum, seque ei permittere. Ipse Pontifex autem, quoniam caput est & princeps ecclesiæ independens, nemini est subjectus, nec judicari ab alio potest (§. *4*). §. *9* Res & personæ sacræ pendent ex Pontifice unice (§. *6* & *7*). Ergo Clerici plane non sunt subjecti Principibus secularibus, nec jurisdictionem eorum admittunt; unde infinita alia Clericorum jura oriuntur, adeo, ut Principes, tanquam oves, pastoribus, seu Clero, se subjicere debeant, ac plane in omnibus obedire, uti reliqui laici (§. *5*). Nulla igitur ratione mutare possunt ecclesiasticas Ordinationes Principes seculares, sed obligati sunt, ut se severos executores voluntatis Cleri, seu spiritualis justitiæ, præbeant. Ergo brachium seculare persequi debet, quæ a spirituali imperantur. §. *10* Dantur duo gladii, spiritualis nimirum & temporalis, cum duplex locum habeat respublica, sacra scilicet in omni civili (§. *3* & *9*). Spiritualis autem præstat temporali, ob dignitatem objecti, ac prærogativam rerum divinarum; itaque hujus potestas illam antecellit (§ *9*). Uti igitur plane independens est Pontifex; ita etiam gladius spiritualis non dependet ab alio, sed solummodo a Pontifice (§. *8*), Rege Regum, domino dominantium. §. *11* Infinitum prope est corpus illud morale, quod Ecclesiæ Pontificiæ nomine insignitur (§. *6*); fieri igitur non potuit, quin in partes perplures divideretur jurisdictio ejus, ac a Pontifice fidei committere-

tur Episcoporum; & ab his iterum mandarentur inferioribus particulares ecclesiæ, tanquam membra totius; unde exorti sunt Episcopatus (§. 4), qui dici merentur respublicæ particulares (*Cap. 3 Extr. Comm. de elect.*), pendentes ex generali illa, quam adhuc descripsimus, una & sic dicta catholica ecclesia (§. 6). Unde ratio concipi etiam potest, cur Episcopo diœceseos cujusdam omnes & singuli, ipsique *Imperatores*, subjecti sint (§. 9), nec non cur Papa & *Episcopi ecclesiam* repræsentent (§. 4). Perpaucula hæc principia, quæ Romanam Ecclesiam attingunt, & luculentis testimoniis ubique firmata sunt, ita in sequentibus amplificata & dilatata deprehendimus, ut Pontificii Juris Systema integrum inde sit conflatum. Re ipsa itaque probavit Noster, posse rationalis methodi leges cum fructu insigni Juri Canonico applicari.

MONUMENTA VETUSTIORA ARABIÆ, Sive Specimina quædam illustria antiquæ Historiæ & Linguæ. Ex variis Manuscriptis Arabicis excerpsit & edidit ALBERTUS SCHULTENS.

Lugduni Batavorum, apud Jo. Luzac, 1740, 4.
Plag. 10.

Tanto ardore linguam Hebræam Biblicam ex Arabica, sive filia, sive sorore, porro illustrare studet Cel. *Schultens*, ut eum in finem vetusta hæc Monumenta ex MStis Codicibus Bibliothecæ Leidensis *Nuweirii*, *Mesudii*, *Abulfedæ*, *Hamasæ*, &c. collegerit, ex quibus & antiquam Historiam, & Linguam, eruere ac vestigare conatus est. Et paucula quidem nunc specimina se expromere ait, ut gustulum præbeat, &, si pote, salivam moveat. Sunt autem XV Carmina, & singula non adeo prolixa. Igitur 1) exhibetur Carmen Principis *Giorhamidæ*, *Salomonis* aut *Davidis* ætatem attingentis, qui illud composuit, a Mecca cum suis ejectus. Qua occasione de *Giorhamidis*, *Joctanidis*, & *Ismaelitis*, ac simul de æde Meccana sacra, disserit. *Nuweirii* quoque mentionem facit, e quo Carmen hoc exceptum est, cujus opus magnum & magnificum vocat, quo *Antiquitate*

tiquitates & *Historias Arabum* complexus est. 2) Aliud fragmentum exhibetur Carminis, ab eodem *Giorbamida* conscripti, & hanc laciniam Cel. Editor *Tomo IV Nuweirii* exstare ait. 3) Versus multo antiquissimus, ex *Abulfeda* desumtus, quem dixit *decimus Regum Joctanidarum*, in Arabia felice, cui nomen *Noomano Almonaphiro* inditum fuit. Hoc versu artem sancit augendæ ac retinendæ in perpetuum dominationis. Ætas ejus *Mose* non inferior est, vel & superior aliquanto. 4) Fragmentum Carminis, ab *Asuad Tobbao*, sive Rege magno *Homeiritarum*, editi, septingentis ante *Mohammedem* annis, cum vestivisset *Caabam* prænobilem, seu templum Meccanum, pretiosis aulæis, ac foribus aureis ornasset. Excerptum e libro *Kotboddini*, *Nabarwaliensis*, quo *historiam templi Meccani* breviter complectitur. 5) Specimen *Homeiritica* linguæ & venæ, quod in *Hamasa* exstat, in prælium aliquod, versus *Homeiritas* factum. 6) Aliud Carmen ejusdem temporis in idem prælium. 7) Aliud adhuc ejusdem Autoris in eundem conflictum, ex *Hamasa*. Cum in Notis, de quibus infra breviter dicemus, nullibi explicet Editor, qualis liber *Hamasa* sit, Præfatio ad *Haririi Consessus* legenda est, ubi, Anthologiam veterum Poetarum esse, ait, quæ *Hamasa* inscribitur, id est, *bellica virtus*, quod in fortium virorum facinoribus potissimum celebrandis versetur. Conf. de hoc libro *Pocok. Spec. Arab.* in *Appendice*. 8) Aliud adhuc ejusdem temporis in eundem casum, quod ex Scholiaste *Hamasæ*, *Taurizio*, illustrat Editor, & nobilis Arabum ductoris, *Al-Adbati*, specimen sententiosum ex *Tomo II Nuweirii* subjungit. 9) Versiculi, dicti a secundo *Hirensium* Rege, *Giodaima El-Abrasch*, quibus sororem *Rikasch*, furtim compressam, perstringit. 10) Versiculi, dicti ab *Azzebbaa*, Regina, quæ *Giodaimam El-Abrasch* e medio sustulit. 11) Fragmentum Carminis, ad *Nooman El-Awari* seu Lusci, decimi *Hirensium* Regis, ætatem pertinens, quod in suam baculi pulsationem, quam explicat, dixit, ex *Taurizio*, Scholiaste *Hamasæ*, illustratum. 12) Insignes versus, quos panxit Arabice *Behram Giaur*, Rex Persiæ. Fragmentum primum, cum vicisset *Chakanum*, eumque occidisset. Fragmentum secundum, cum accessiuncula, illustrandis *num. XI* & *XII* subserviente. 13) Carmen, dictum

ab *Abu Adina*, cum *Alaswadum*, *Mondari* filium, duodecimum *Hirensium* Regem, incitaret ad captivos Principes *Gassanidas* interficiendos, ubi de *Gassanidis* nonnulla observat Editor. 14) Carmina antiquissima, in Arabia Felice inventa, super marmoribus arcium dirutarum, in tractu litoris Hadramuteni, prope Emporium *Aden*. Carmen primum & secundum, ex opere *Geographico-historico*, quod allegat, excerptum, quo vitæ genus hanc arcem inhabitantium describitur. His singulis Notas adjecit Cel. *Schultens*, ex quibus nonnulla breviter excerpemus. Sic *pag. 6* de duobus montibus prope Meccam, *Hagioun* & *Tzapha*, agit; *pag. 7* de *Nebajoth* & *Kedar*, *Gen. XXV* dictis, Arabice *Nabit* & *Keidar*; *pag. 8* de *Himjaritis*, vel *Homeiritis*, Arabiæ Felicis sessoribus, vulgo *Sabæis*; *ibidem* de territorio *Meccano* sacro, & securitate ejus inviolabili; *pag. 12* vocem *Muaphir* rariorem, Noomani cognomentum, & *Kajila*, dictatorem sive regem apud *Homeritas* significantem, illustrat; *pag. 17* de *dzu Jazan*, Rege Homeritarum, & *Jazaniticis hastis*, exponit, &, illustre hic specimen antiquæ linguæ Homeiriticæ, super stirpe sua primæva se conservantis, allegatum esse, docet. Passim etiam voces ac phrases cum Hebraicis, in Codice S. usitatis, confert, ut *pag. 25* فدا cum פרה *redemit*, *lytro* vel *sacrificio interveniente*. Sic *pag. 55* شاش cum Hebr. שוש confert, *limis oculis intueri*, præ *lætitia* vel *ferocia*; *pag. 28 nubis*, *imbris*, *grandinis*, usum bellicum, in Scriptura S. obvium etiam esse monstrat. Proverbia etiam varia, quibus Arabes abundant, explicat, & subinde illustrat. In Præfatione, huic Opusculo præmissa, de triplici Arabum gloria, cujus studiosi erant, ex *Gladio*, *Hospite*, & *Eloquentia*, tam per *Poemata*, quam per *Orationes*, obtinenda, disserit. Quod superest, optamus, ut Opusculum, *pag. 8* promissum, *de Colonia & Regno Joctanidarum*, luci publicæ brevi exponatur, quo fine Cel. Autori vires atque otium sufficiens precamur.

NOVA LITERARIA.

Venetiis in eo nunc esse doctissimum & de literis tam sacris, quam humanioribus, optime merentem Virum, *Blasium Ugolinum*, ut, exemplo *Grævii* & *Gronovii*, qui *Græcas Romanas*que *Antiquitates* magnis olim multisque *Voluminibus* collegerunt, *sacra-*

sacrarum etiam *Antiquitatum* locupletissimum Thesaurum instruat, & in uno tanquam theatro, quicquid unquam doctorum operum in hoc genere politioris eruditionis prodiit, spectandum legendumve sistat. Proditurum est Opus magnum hac inscriptione: *Antiquitatum sacrarum Thesaurus, comprehendens selectissima doctissimorum Virorum Opuscula, in quibus veterum Ebræorum mores, leges, instituta, ritus sacri & civiles, illustrantur. Opus ad illustrationem utriusque Testamenti, & ad Philologiam sacram & profanam, utilissimum maximeque necessarium, studio & cura* Blasii Ugolini. Hujus instituti sui ipse haud ita pridem *Ugolinus* eleganti hac, quam repetendam hic duximus, scriptione rationem reddidit:

Tandem aliquando post decennalem operam & studium, quod per totam Europam colligendis illustrandisque Philologis sacris impendimus, Thesaurum Antiquitatum sacrarum, *omnibus jam pridem exspectatum, toties a tot clarissimis Viris promissum, tibi damus absolutissimum. Difficile dictu est, quot nobis in hoc Opere perficiendo labores exantlandi fuerint, ut sæpe suscepti consilii pœniteret. Dolebamus aliquando, nobis doctissimorum Virorum subeundam esse fortunam, qui, hoc idem opus aggressi, tantis difficultatibus obruti, promissa præstare non potuerunt. Abjecissemus profecto spem omnem editionis, nisi amicorum hortatu, literis, consiliis, fuissemus excitati, quorum ope & industria Opuscula multa comparavimus. Multa tamen, frustra diu apud omnes Europæ Bibliopolas conquisita, immani sumtu ex publicis Bibliothecis describenda curavimus; plura, nobis missa, perlecta rejecimus, utpote quæ nulla alia re, quam Operum titulis, & Autorum fama, commendarentur; Scriptores vero, qui Antiquitates vel dogmatice, vel allegorice, explicandas suscepere, prætereundos censuimus, cum unius Philologiæ colligendæ illustrandæque una & præcipua nobis cura esset. Perlectis itaque & diligentissime excussis omnibus, ex octingentis Voluminibus & Opusculis, quæ maxima pecuniæ vi comparavimus, quingenta circiter rarissima eruditissimaque selegimus; plura tamen, si mittantur, inedita clarissimorum Virorum opera, quæ in Bibliothecis tanto rei literariæ detrimento latere certo scimus, addituri. Catalogum omnium hoc loco tibi non damus, cum singu-*

la in Præfationibus, singulis Voluminibus *præmittendis, recensenda susceperimus; multa tamen indicabimus, ut ex his de reliquis conjecturam facere possis. Ea vero, quæ nunc primum vel ex Hebraico Latine reddita, vel Notis perpetuis philologicis illustrata sunt, commemoranda omnia censuimus, ut intelligeres, me non tam colligendis Philologis sacris, quam illustrandis, hoc decennio fuisse distentum. Prodibunt nunc primum in publicam lucem ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustrata, pleraque Additamenta, quæ Hebraice* Tosáfta *nuncupantur, cum* Mischna *ipsa utilitate atque antiquitate comparanda, notitia vero multarum rerum, quæ in* Mischna *desiderantur, etiam præferenda. Prodibit etiam nunc primum ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustratus, Philologorum omnium amor & deliciæ, & Antiquitatum sacrarum promtuarium, liber* Siphra. *Prodibit præterea* Siphri, *autoritate atque utilitate cum* Siphra *conferendus, nunc primum ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustratus. Prodibunt insuper octo & viginti celeberrimi* Maimonidis *Tractatus, nunc primum ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustrati. Prodibunt nunc primum perpetuo Commentario philologico illustrati quinque & viginti ejusdem* Maimonidis *Tractatus, a* Ludovico Compiegne de Veil, *aliisque doctissimis Viris, jam pridem Latine redditi. Prodibunt etiam nunc primum ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustrati, Tractatus tres eruditissimi, de* Templo, *de* Vestitu Pontificis Maximi, *de* Musica Hebræorum, Abrahami ben David Arie, *ex* Schilte ghibborim *excerpti. Alia etiam (ut prætereeam Tractatus & Dissertationes nostras) clarissimorum Virorum Opera Notis illustravimus. Hæc, quæ polliciti sumus, quamvis incredibile plerisque videretur, a nobis hæc tanta promissa præstari posse, jam pridem omnia perfecimus, eo præsertim adducti consilio, ne quid detrimenti, si quid nobis humanitus acciderit, ex interitu nostro editio patiatur; quæ, dabimus operam, efficiemusque diligentia, chartæ & characterum, præsertim orientalium, nitore, æenearum Tabularum & forma & elegantia, ut emendatissima prodeat ornatissimaque. Si quis consilium nostrum improbarit, quod una cum tot clarissimis Scriptoribus, qui nostro & superiori Seculo floruere,*

Hebræos

Hebræos etiam, qui futilitatis quotidie ab indoctis arguuntur, colligendos illustrandosque curaverimus, improbet & reprehendat, necesse est, judicium & autoritatem Philologorum omnium, multorumque Patrum, præsertim Eusebii, & Hieronymi, in hoc literarum genere facile principis; quorum alter Præparat. Evangel. *Lib. IX Cap. 8,* res Hebræorum, *inquit,* non ex aliis, quam ex Hebræorum, libris discendas esse; *alter vero in multis locis, præcipue in Præfatione in libros* Paralip., *in* Jerem. XVII, 22, Sophon. III, 18, Habac. III, Zach. VIII, *contra* Helvid. *ad* Marcellam, *omnia se a Judæis didicisse, testatur, & in Cap. II* Nahum, Testis est mihi, *inquit,* Dominus, me omnia, quæ secundum Hebraicum dissero, non de proprio sensu loqui, (quod arguitur in Pseudoprophetis,) sed Hebræorum sequi expositionem, a quibus non modico tempore eruditus, debeo meis simpliciter indicare, quæ didici. *Et in Apolog. I in Ruffin.* Ipse Origenes, & Clemens, & Eusebius, atque alii complures, quando de Scripturis aliqua disputant, & volunt approbare, quod dicunt, sic solent scribere: *Referebat mihi Hebræus,* &: *Audivi ab Hebræo, & Hebræorum ista sententia est.* Certe etiam *Origenes* Patriarcham *Huillum,* qui temporibus ejus fuit, nominat; & tricesimum Tomum in Esaiam, in cujus fine edisserit: *Væ tibi, Ariel, quam expugnavit David,* illius expositionem concludit, ut, eum aliter prius sensisse se, dicat, doctum ab illo, id quod verius est, confitetur. Octogesimum quoque nonum Psalmum, qui inscribitur *Oratio Moysis, hominis Dei,* & reliquos *XI,* qui non habent titulos, secundum Huilli expositionem ejusdem Mosis putat; nec dedignatur, Hebræam Scripturam interpretans, per singula loca, quod Hebræis videatur, inserere. *Et in Epistola ad* Oceanum *scribit, se Hebræo etiam doctore in explicandis sacris Scripturis fuisse usum:* Veni rursum Hierosolymam & Bethlehem, ubi labore pretii Barheninam, Judæum, habui præceptorem; timebat enim Judæos, & exhibebat se mihi alium Nicodemum. *Quis erit tam iniquus rerum æstimator, qui* Misnæ, Additamentis, Siphræ, Maimonidi, *in Antiquitatibus sacris, in quibus mentiri neque licuit, neque profuit, eam fidem denegandam putet, quam plerique omnes Græcis & Latinis, Scriptoribus plerumque nugacissimis,*

mis, in rebus patriis habendam censuere? Sed de hoc plura alibi. De præstantia tanti Operis id unum hoc loco dixisse satis erit, cum multa mihi in Præfatione primi Voluminis *dicenda erunt, reliquis omnibus esse præferendum, etiam si gentis antiquitatem spectes, omnium fuit antiquissima; si leges, a Deo latæ jussæque sunt; si templum & sacra, omnium augustissima sanctissimaque; si rem militarem & bella,* Jehovah *auspice & imperatore indicta gestaque. De utilitate vero nemo dubitabit, nisi qui existimarit, nihil Christiani interesse, ea scire, quæ sint maximam utrique Testamento lucem allatura. Quantum in Veteri, quantum in Novo, Testamento offendes, si fueris ab his Philologiæ sacræ præsidiis imparatus! Quin etiam Christianarum Antiquitatum origines ignorabis, nisi Hebræos consulueris. Quis enim nesciat, ab Apostolis, viris Hebræis, Ecclesiam Christianam in plurimis ritibus ad Hebraicæ similitudinem fuisse efformatam atque constitutam? In Græcis vero & Romanis, quæ tantopere a nonnullis celebrantur, ut Hebraicis etiam præferenda esse censeant, (si modo sacris profana, si recentia antiquis, præferenda sunt,) quam multa tibi occurrent obscura, nisi adieris eos fontes, a quibus Græci Romanique rivulos suos derivarunt! Non enim ignoras, Græcorum sapientissimos, atque Homerum ipsum, Theologiæ Græcæ parentem, sæpe in Ægyptum, sæpe in Palæstinam, peregrinatos, omnem sibi ab his gentibus sapientiam comparasse. Videbis, mihi crede, in hoc* Thesauro *non solum Græcorum & Romanorum, verum etiam Phœnicum, Syrorum, Ægyptiorum, Babyloniorum, ceterarumque gentium orientalium, antiquitates, Hebraica luce fere passim illustratas. Totum Opus, in quinque & viginti circiter Tomos distributum in Folio maximo, juxta formam editionis Venetæ* Thesauri Græviani *&* Gronoviani, *plurimis æneis Tabulis, affabre factis, adornatum, quinquennio typis mandabitur. Exemplaria solummodo 300 edentur.* Primus Tomus *mense Julio prodibit. Qui nomina profitebuntur, quibus mensis Majus profitendi tempus præfinitur, libras Venetas quatuor & quadraginta ad* Gabrielem Hertz, *Venetum Bibliopolam, apud quem vendenda prostabunt, suis sumtibus mittendas, in singula* Volumina *persolvent; reliqui, quinque & quinquaginta.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Junii Anno MDCCXLIII.

Pars II.

BIBLIA PARENTHETICA, das ist, die heilige Schrifft Altes und Neües Testaments, 2c.
hoc est,
UNIVERSA SCRIPTURA SACRA, SECUNDUM fontes authenticos per parentheses, ipsi textui sacro insertas, declarata, seu Epitome majoris Operis Biblici, in usum quotidianum concinnata, præmissa isagoge historica & dogmatica de divinitate Scripturæ & religionis, in ea revelatæ, Autore D. JOACHIMO LANGIO.

Lipsiæ, sumtibus Jo. Frid. Gleditschii, 1743, fol.
Alph. 23.

Celeberrimi nominis Theologus Halensis, D. *Joachimus Langius*, Ordinis sui Senior, a bibliophilis rogatus, Operis sui Biblici majoris, quod sub titulo, *Biblisches Licht und Recht*, Germanice prodiit, ac, *septem Tomis* constans, præcipue verbi ministris destinatum, & secundum editionis seriem a nobis recensitum est, Epitomen hanc in usum familiarum quotidianum adornavit. Quæ quomodo sese habeat, eum vel ex titulo satis constare possit, hic sufficiet recensio eorum, quæ eidem uberius sunt præmissa, & ita comparata, ut inde etiam de hujus novi Operis præstantia haud exigua possit judicari. Exhibebimus vero eam ipsis Ven. Autoris verbis conce-

ptam. Dedicatio directa est ad Serenissimum & Potentissimum Regem Daniæ, *Christianum VI*, qua Autor ei demissas agit gratias pro insigni gratia, qua is motus, ipsi, etsi jam seni, cognito animi & corporis vigore in ipso adhuc integro, e singulari fiducia, in borealis ecclesiæ usus, Professoris Theologiæ munus, in Academia Hafniensi vacans, quam clementissime obtulerit, aliaque clementiæ documenta, etsi submississime renuenti, exhibuerit. Præfatio inter alia præcipue occupata est in asserendis rationibus, quibus *mysterium ultimorum temporum*, per Codicem utriusque Testamenti integrum, textus locis passim exigentibus, ab ipso deductum, innitatur. Per *mysterium* vero illud, secundum ipsius *Pauli* & *Joannis* vocem *Rom. XI, 25, Apoc. X, 7, XI, 15*, intelligit eam regni Christi œconomiam, qua post destructum regnum Babylonis mysticæ & antichristianismi, ecclesia, inter omnes gentes ad Christum conversas, sabbaticam temporum periodum nacta, interne & externe ad Dei gloriam erit florentissima. De qua materia primum monetur, eam non pertinere ad doctrinas, quæ salutis fundamentum & ordinem constituunt, cum nec agnita per se sine inito salutis ordine salutem præstet, nec ignorata eandem adimat ulli; porismate inde hoc derivato, quod, pro diversa cognitionis mensura, hic pateat amica dissentiendi libertas. Ne vero proprietas hæc problematica doctrinæ istius pretio & dignitati possit obverti, pro hoc & isto in medium rationes afferuntur gravissimæ. Earum prima desumta est e frequentissima Scripturæ propheticæ, partim etiam typicæ, tractatione, inde a Pentateucho *Mosaico* per utriusque Testamenti libros obvia, si ista in interpretatione clavem accipiat apocalypticam. Hæc vero exhibetur in hoc rerum apocalypticarum systemate, quod ab historia præteritorum Seculorum ecclesiastica, *ἱερογλυφικῶς* tali, plane alienum, ad ultima & adhuc futura tempora referendum, positumque sit in modo dicta plane singulari œconomia regni Christi, post regnum tenebrarum destructum per universum orbem dilatati. Cui rationi subserviens secunda, una cum tertia desumta est a necessitate hujus systematis hermenevtica; siquidem simpliciter est **ἐκ τῶν ἀδυνάτων** genui-

na

na ſexcentorum amplius Scripturæ locorum, immo integrorum Pſalmorum, & in Prophetis Capitum, interpretatio genuina, iſta vero inde lucem accipit clariſſimam. Succedit ratio quarta una cum quinta in uſu hujus doctrinæ, uti *dogmatico* in gloria Chriſti, ratione divinæ ejus naturæ longe uberiùs, quam vulgo agnoſci ſoleat, inde demonſtrabili ac demonſtrata, ſic etiam *elenchtico*, ſeu Antijudaico & Antiſociniano, ad Judæos & Socinianos eo facilius & validius de erroribus ſuis convincendos. Cum quo uſu utroque conjungitur *antiſcepticus*, adverſus eos, qui, tot Scripturarum locis in ſenſum plane alienum detortis offenſi, ipſam iſtarum divinitatem in dubium vocant. Atque ita exiſtimat Autor, virum de ſacris literis meritiſſimum, *Sebaſtianum Caſtellionem*, in verſionis ſuæ Latinæ Dedicatione, Angliæ Regi *Eduardo VI* inſcripta, poſt allegata Prophetarum de ultimis temporibus oracula magnifica, recte ſcripſiſſe: *Aut, hæc futura eſſe, fatendum eſt, aut jam fuiſſe,* (quod demonſtrari nequeat) *aut Deus accuſandus eſt mendacii.* Iſtis autem argumentis nihil, addit ille, obſtare, præter diſſenſum multorum interpretum; quem vero qui veritati, ſecundum leges hermeneyticas indagandæ, præferat, illum non Dei revelantis, ſed hominum, autoritatem non ſine credulitatis nævo ſequi. Præfationem excipit *iſagoge,* eaque partim *hiſtorica*, partim *dogmatica*, & utraque ſeorſim in œconomiam Veteris ac Novi Teſtamenti de ſcripturariæ revelationis & religionis, in ea contentæ, divinitate. *Iſagoge hiſtorica* in œconomiam Vet. Teſt. *duabus* conſtat *Sectionibus*, quarum *prior* agit de integritate librorum ſacrorum, nec non de veritate & ἀξιοπιςίας factorum, in iſtis contentorum. Inter quæ cum eminuerint tabernaculum *Moſaicum,* & deinde ſucceſſive templum utrumque, inde evincitur, factis iſtis hiſtoricis religionem Meſſianam non minus fuiſſe innexam, quam auri argentique fila veſti fulgenti adeo intexta deprehendantur, ut inde, ea integra manente, divelli nequeant. *Sectio poſterior* exhibet primum *prædictiones,* cum impletionibus ſuis per ſingulas hiſtoriæ ſacræ periodos deductas; deinde exempla θαυματουργίας, ex iisdem periodis collecta. Prædictiones vero, rerum hiſtoricarum veritate, jam

tur Episcoporum; & ab his iterum mandarentur inferioribus particulares ecclesiæ, tanquam membra totius; unde exorti sunt Episcopatus (§. 4), qui dici merentur respublicæ particulares (*Cap. 3 Extr. Comm. de elect.*), pendentes ex generali illa, quam adhuc descripsimus, una & sic dicta catholica ecclesia (§. 6). Unde ratio concipi etiam potest, cur Episcopo dioeceseos cujusdam omnes & singuli, ipsique Imperatores, subjecti sint (§. 9), nec non cur Papa & *Episcopi ecclesiam* repræsentent (§. 4). Perpaucula hæc principia, quæ Romanam Ecclesiam attingunt, & luculentis testimoniis ubique firmata sunt, ita in sequentibus amplificata & dilatata deprehendimus, ut Pontificii Juris Systema integrum inde sit conflatum. Re ipsa itaque probavit Noster, posse rationalis methodi leges cum fructu insigni Juri Canonico applicari.

MONUMENTA VETUSTIORA ARABIÆ, Sive Specimina quædam illustria antiquæ Historiæ & Linguæ. Ex variis Manuscriptis Arabicis excerpsit & edidit ALBERTUS SCHULTENS.

Lugduni Batavorum, apud Jo. Luzac, 1740, 4.
Plag. 10.

Tanto ardore linguam Hebræam Biblicam ex Arabica, sive filia, sive sorore, porro illustrare studet Cel. *Schultens*, ut eum in finem vetusta hæc Monumenta ex MStis Codicibus Bibliothecæ Leidensis *Nuweirii*, *Mesudii*, *Abulfedæ*, *Hamasæ*, &c. collegerit, ex quibus & antiquam Historiam, & Linguam, eruere ac vestigare conatus est. Et paucula quidem nunc specimina se expromere ait, ut gustulum præbeat, &, si pote, salivam moveat. Sunt autem XV Carmina, & singula non adeo prolixa. Igitur 1) exhibetur Carmen Principis *Giorbamidæ*, *Salomonis* aut *Davidis* ætatem attingentis, qui illud composuit, a Mecca cum suis ejectus. Qua occasione de *Giorbamidis*, *Joctanidis*, & *Ismaelitis*, ac simul de æde Meccana sacra, disserit. *Nuweirii* quoque mentionem facit, e quo Carmen hoc excerptum est, cujus opus magnum & magnificum vocat, quo *Antiquitates*

tiquitates & *Historias Arabum* complexus est. 2) Aliud fragmentum exhibetur Carminis, ab eodem *Giorbamida* conscripti, & hanc laciniam Cel. Editor *Tomo IV Nuweirii* exstare ait. 3) Versus multo antiquissimus, ex *Abulfeda* desumtus, quem dixit *decimus Regum Joctanidarum*, in Arabia felice, cui nomen *Noomano Almonaphiro* inditum fuit. Hoc versu artem sancit augendæ ac retinendæ in perpetuum dominationis. Ætas ejus *Mose* non inferior est, vel & superior aliquanto. 4) Fragmentum Carminis, ab *Asuad Tobbao*, sive Rege magno *Homeiritarum*, editi, septingentis ante *Mohammedem* annis, cum vestivisset *Caabam* prænobilem, seu templum Meccanum, pretiosis aulæis, ac foribus aureis ornasset. Excerptum e libro *Kotboddini*, *Naharwaliensis*, quo *historiam templi Meccani* breviter complectitur. 5) Specimen *Homeiriticæ* linguæ & venæ, quod in *Hamasa* exstat, in prælium aliquod, versus *Homeiritas* factum. 6) Aliud Carmen ejusdem temporis in idem prælium. 7) Aliud adhuc ejusdem Autoris in eundem conflictum, ex *Hamasa*. Cum in Notis, de quibus infra breviter dicemus, nullibi explicet Editor, qualis liber *Hamasa* sit, Præfatio ad *Haririi Consessus* legenda est, ubi, Anthologiam veterum Poetarum esse, ait, quæ *Hamasa* inscribitur, id est, *bellica virtus*, quod in fortium virorum facinoribus potissimum celebrandis versetur. Conf. de hoc libro *Pocok. Spec. Arab.* in *Appendice*. 8) Aliud adhuc ejusdem temporis in eundem casum, quod ex Scholiaste *Hamasæ*, *Taurizio*, illustrat Editor, & nobilis Arabum ductoris, *Al-Adbati*, specimen sententiosum ex *Tomo III Nuweirii* subjungit. 9) Versiculi, dicti a secundo *Hirensium* Rege, *Giodaima El-Abrasch*, quibus sororem *Rikasch*, furtim compressam, perstringit. 10) Versiculi, dicti ab *Azzebbaa*, Regina, quæ *Giodaimam El-Abrasch* e medio sustulit. 11) Fragmentum Carminis, ad *Nooman El-Awari* seu Lusci, decimi *Hirensium* Regis, ætatem pertinens, quod in suam baculi pulsationem, quam explicat, dixit, ex *Taurizio*, Scholiaste *Hamasæ*, illustratum. 12) Insignes versus, quos panxit Arabice *Behram Giaur*, Rex Persiæ. Fragmentum primum, cum vicisset *Chakanum*, eumque occidisset. Fragmentum secundum, cum accessiuncula, illustrandis *num. XI* & *XII* subserviente. 13) Carmen, dictum

ab *Abu Adina*, cum *Alaswadum*, *Mondari* filium, duodecimum *Hirensium* Regem, incitaret ad captivos Principes *Gassanidas* interficiendos, ubi de *Gassanidis* nonnulla observat Editor. 14) Carmina antiquissima, in Arabia Felice inventa, super marmoribus arcium dirutarum, in tractu litoris Hadramuteni, prope Emporium *Aden*. Carmen primum & secundum, ex opere *Geographico-historico*, quod allegat, excerptum, quo vitæ genus hanc arcem inhabitantium describitur. His singulis Notas adjecit Cel. *Schultens*, ex quibus nonnulla breviter excerpemus. *Sic pag. 6* de duobus montibus prope Meccam, *Hagioun* & *Tzapha*, agit; *pag. 7* de *Nebajoth* & *Kedar*, *Gen. XXV* dictis, Arabice *Nabit* & *Keidar*; *pag. 8* de *Himjaritis*, vel *Homeiritis*, Arabiæ Felicis sessoribus, vulgo *Sabæis*; *ibidem* de territorio *Meccano* sacro, & securitate ejus inviolabili; *pag. 12* vocem *Muaphir* rariorem, Noomani cognomentum, & *Kajila*, dictatorem sive regem apud *Homeritas* significantem, illustrat; *pag. 17* de *dzu Jazan*, Rege Homeritarum, & *Jazaniticis hastis*, exponit, &, illustre hic specimen antiquæ linguæ Homeiriticæ, super stirpe sua primæva se conservantis, allegatum esse, docet. Passim etiam voces ac phrases cum Hebraicis, in Codice S. usitatis, confert, ut *pag. 25* فدا cum פדה *redemit*, *lytro* vel *sacrificio interveniente*. Sic *pag. 55* شاش cum Hebr. שוש confert, *limis oculis intueri*, præ *lætitia* vel *ferocia*; *pag. 28 nubis*, *imbris*, *grandinis*, usum bellicum, in Scriptura S. obvium etiam esse monstrat. Proverbia etiam varia, quibus Arabes abundant, explicat, & subinde illustrat. In Præfatione, huic Opusculo præmissa, de triplici Arabum gloria, cujus studiosi erant, ex *Gladio*, *Hospite*, & *Eloquentia*, tam per *Poemata*, quam per *Orationes*, obtinenda, differit. Quod superest, optamus, ut Opusculum, *pag. 8* promissum, *de Colonia & Regno Joctanidarum*, luci publicæ brevi exponatur, quo fine Cel. Autori vires atque otium sufficiens precamur.

NOVA LITERARIA.

Venetiis in eo nunc esse doctissimum & de literis tam sacris, quam humanioribus, optime merentem Virum, *Blasium Ugolinum*, ut, exemplo *Grævii* & *Gronovii*, qui *Græcas Romanasque Antiquitates* magnis olim multisque *Voluminibus* collegerunt, *sacra-*

ſacrarum etiam *Antiquitatum* locupletiſſimum Theſaurum inſtruat, & in uno tanquam theatro, quicquid unquam doctorum operum in hoc genere politioris eruditionis prodiit, ſpectandum legendumve ſiſtat. Proditurum eſt Opus magnum hac inſcriptione: *Antiquitatum ſacrarum Theſaurus, comprehendens ſelectiſſima doctiſſimorum Virorum Opuſcula, in quibus veterum Ebræorum mores, leges, inſtituta, ritus ſacri & civiles, illuſtrantur. Opus ad illuſtrationem utriuſque Teſtamenti, & ad Philologiam ſacram & profanam, utiliſſimum maximeque neceſſarium, ſtudio & cura* Blaſii Ugolini. Hujus inſtituti ſui ipſe haud ita pridem *Ugolinus* eleganti hac, quam repetendam hic duximus, ſcriptione rationem reddidit:

Tandem aliquando poſt decennalem operam & ſtudium, quod per totam Europam colligendis illuſtrandiſque Philologis ſacris impendimus, Theſaurum Antiquitatum ſacrarum, *omnibus jam pridem exſpectatum, toties a tot clariſſimis Viris promiſſum, tibi damus abſolutiſſimum. Difficile dictu eſt, quot nobis in hoc Opere perficiendo labores exantlandi fuerint, ut ſæpe ſuſcepti conſilii pœniteret. Dolebamus aliquando, nobis doctiſſimorum Virorum ſubeundam eſſe fortunam, qui, hoc idem opus aggreſſi, tantis difficultatibus obruti, promiſſa præſtare non potuerunt. Abjeciſſemus profecto ſpem omnem editionis, niſi amicorum hortatu, literis, conſiliis, fuiſſemus excitati, quorum ope & induſtria Opuſcula multa comparavimus. Multa tamen, fruſtra diu apud omnes Europæ Bibliopolas conquiſita, immani ſumtu ex publicis Bibliothecis deſcribenda curavimus; plura, nobis miſſa, perlecta rejecimus, utpote quæ nulla alia re, quam Operum titulis, & Autorum fama, commendarentur; Scriptores vero, qui Antiquitates vel dogmatice, vel allegorice, explicandas ſuſcepere, prætereundos cenſuimus, cum unius Philologiæ colligendæ illuſtrandæque una & præcipua nobis cura eſſet. Perlectis itaque & diligentiſſime excuſſis omnibus, ex octingentis Voluminibus & Opuſculis, quæ maxima pecuniæ vi comparavimus, quingenta circiter rariſſima eruditiſſimaque ſelegimus; plura tamen, ſi mittantur, inedita clariſſimorum Virorum opera, quæ in Bibliothecis tanto rei literariæ detrimento latere certo ſcimus, addituri. Catalogum omnium hoc loco tibi non damus, cum ſingu-*

la in Præfationibus, singulis Voluminibus *præmittendis, recensenda susceperimus; multa tamen indicabimus, ut ex his de reliquis conjecturam facere possis. Ea vero, quæ nunc primum vel ex Hebraico Latine reddita, vel Notis perpetuis philologicis illustrata sunt, commemoranda omnia censuimus, ut intelligeres, me non tam colligendis Philologis sacris, quam illustrandis, hoc decennio fuisse distentum. Prodibunt nunc primum in publicam lucem ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustrata, pleraque Additamenta, quæ Hebraice* Tosáfta *nuncupantur, cum* Mischna *ipsa utilitate atque antiquitate comparanda, notitia vero multarum rerum, quæ in* Mischna *desiderantur, etiam præferenda. Prodibit etiam nunc primum ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustratus, Philologorum omnium amor & deliciæ, & Antiquitatum sacrarum promtuarium, liber* Siphra. *Prodibit præterea* Siphri, *autoritate atque utilitate cum* Siphra *conferendus, nunc primum ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustratus. Prodibunt insuper octo & viginti celeberrimi* Maimonidis *Tractatus, nunc primum ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustrati. Prodibunt nunc primum perpetuo Commentario philologico illustrati quinque & viginti ejusdem* Maimonidis *Tractatus, a* Ludovico Compiegne de Veil, *aliisque doctissimis Viris, jam pridem Latine redditi. Prodibunt etiam nunc primum ex Hebraico Latine, & Notis perpetuis philologicis illustrati, Tractatus tres eruditissimi, de* Templo, *de* Vestitu Pontificis Maximi, *de* Musica Hebræorum, Abrahami ben David Arie, *ex* Schilte ghibborim *excerpti. Alia etiam (ut prætercam Tractatus & Dissertationes nostras) clarissimorum Virorum Opera Notis illustravimus. Hæc, quæ polliciti sumus, quamvis incredibile plerisque videretur, a nobis hæc tanta promissa præstari posse, jam pridem omnia perfecimus, eo præsertim adducti consilio, ne quid detrimenti, si quid nobis humanitus acciderit, ex interitu nostro editio patiatur; quæ, dabimus operam, efficiemusque diligentia, chartæ & characterum, præsertim orientalium, nitore, æneorum Tabularum & forma & elegantia, ut emendatissima prodeat ornatissimaque. Si quis consilium nostrum improbarit, quod una cum tot clarissimis Scriptoribus, qui nostro & superiori Seculo floruere,*

Hebræos

Hebræos etiam, qui futilitatis quotidie ab indoctis arguuntur, colligendos illustrandosque curaverimus, improbet & reprehendat, necesse est, judicium & autoritatem Philologorum omnium, multorumque Patrum, præsertim Eusebii, & Hieronymi, in hoc literarum genere facile principis; quorum alter Præparat. Evangel. *Lib. IX Cap. 8,* res Hebræorum, *inquit,* non ex aliis, quam ex Hebræorum, libris discendas esse; *alter vero in multis locis, præcipue in Præfatione in libros* Paralip., *in* Jerem. XVII, 22, Sophon. III, 18, Habac. III, Zach. VIII, *contra* Helvid. *ad* Marcellam, *omnia se a Judæis didicisse, testatur, & in Cap. II* Nahum, Testis est mihi, *inquit,* Dominus, me omnia, quæ secundum Hebraicum dissero, non de proprio sensu loqui, (quod arguitur in Pseudoprophetis,) sed Hebræorum sequi expositionem, a quibus non modico tempore eruditus, debeo meis simpliciter indicare, quæ didici. *Et in Apolog. I in Ruffin.* Ipse Origenes, & Clemens, & Eusebius, atque alii complures, quando de Scripturis aliqua disputant, & volunt approbare, quod dicunt, sic solent scribere: *Referebat mihi Hebræus,* &: *Audivi ab Hebræo,* & *Hebræorum ista sententia est.* Certe etiam *Origenes* Patriarcham *Huillum,* qui temporibus ejus fuit, nominat; & tricesimum Tomum in Esaiam, in cujus fine edisserit: *Væ tibi, Ariel, quam expugnavit David,* illius expositionem concludit, ut, eum aliter prius sensisse se, dicat, doctum ab illo, id quod verius est, confitetur. Octogesimum quoque nonum Psalmum, qui inscribitur *Oratio Moysis, hominis Dei,* & reliquos *XI,* qui non habent titulos, secundum Huilli expositionem ejusdem Mosis putat; nec dedignatur, Hebræam Scripturam interpretans, per singula loca, quod Hebræis videatur, inserere. *Et in Epistola ad* Oceanum *scribit, se Hebræo etiam doctore in explicandis sacris Scripturis fuisse usum:* Veni rursum Hierosolymam & Bethlehem, ubi labore pretii Barheninam, Judæum, habui præceptorem; timebat enim Judæos, & exhibebat se mihi alium Nicodemum. *Quis erit tam iniquus rerum æstimator, qui* Misnæ, Additamentis, Siphræ, Maimonidi, *in Antiquitatibus sacris, in quibus mentiri neque licuit, neque profuit, eam fidem denegandam putet, quam plerique omnes Græcis & Latinis, Scriptoribus plerumque nugacissimis,*

mis, in rebus patriis habendam censuere? Sed de hoc plura alibi. De præstantia tanti Operis id unum hoc loco dixisse satis erit, cum multa mihi in Præfatione primi Voluminis *dicenda erunt, reliquis omnibus esse præferendum, etiam si gentis antiquitatem spectes, omnium fuit antiquissima; si leges, a Deo latæ jussæque sunt; si templum & sacra, omnium augustissima sanctissimaque; si rem militarem & bella,* Jehovah *auspice & imperatore indicta gestaque. De utilitate vero nemo dubitabit, nisi qui existimarit, nihil Christiani interesse, ea scire, quæ sint maximam utrique Testamento lucem allatura. Quantum in Veteri, quantum in Novo, Testamento offendes, si fueris ab his Philologiæ sacræ præsidiis imparatus! Quin etiam Christianarum Antiquitatum origines ignorabis, nisi Hebræos consulueris. Quis enim nesciat, ab Apostolis, viris Hebræis, Ecclesiam Christianam in plurimis ritibus ad Hebraicæ similitudinem fuisse efformatam atque constitutam? In Græcis vero & Romanis, quæ tantopere a nonnullis celebrantur, ut Hebraicis etiam præferenda esse censeant, (si modo sacris profana, si recentia antiquis, præferenda sunt,) quam multa tibi occurrent obscura, nisi adieris eos fontes, a quibus Græci Romanique rivulos suos derivarunt! Non enim ignoras, Græcorum sapientissimos, atque Homerum ipsum, Theologiæ Græcæ parentem, sæpe in Ægyptum, sæpe in Palæstinam, peregrinatos, omnem sibi ab his gentibus sapientiam comparasse. Videbis, mihi crede, in hoc* Thesauro *non* solum Græcorum & Romanorum, verum etiam Phœnicum, Syrorum, Ægyptiorum, Babyloniorum, ceterarumque gentium orientalium, antiquitates, Hebraica luce fere passim illustratas. Totum Opus, in quinque & viginti circiter Tomos distributum in Folio maximo, juxta formam editionis Venetæ* Thesauri Græviani & Gronoviani, *plurimis æneis Tabulis, affabre factis, adornatum, quinquennio typis mandabitur. Exemplaria solummodo 300 edentur.* Primus Tomus *mense Julio prodibit. Qui nomina profitebuntur, quibus mensis Majus profitendi tempus præfinitur, libras Venetas quatuor & quadraginta ad* Gabrielem Hertz, *Venetum Bibliopolam, apud quem vendenda prostabunt, suis sumtibus mittendas, in singula* Volumina *persolvent; reliqui, quinque & quinquaginta.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Junii Anno MDCCXLIII.

Pars II.

BIBLIA PARENTHETICA, das ist, die heilige Schrifft Altes und Neües Testaments, ꝛc.

hoc est,

UNIVERSA SCRIPTURA SACRA, SECUNDUM fontes avthenticos per parentheses, ipsi textui sacro insertas, declarata, seu Epitome majoris Operis Biblici, in usum quotidianum concinnata, præmissa isagoge historica & dogmatica de divinitate Scripturæ & religionis, in ea revelatæ, Autore D. JOACHIMO LANGIO.

Lipsiæ, sumtibus Jo. Frid. Gleditschii, 1743, fol. Alph. 23.

Celeberrimi nominis Theologus Halensis, D. *Joachimus Langius*, Ordinis sui Senior, a bibliophilis rogatus, Operis sui Biblici majoris, quod sub titulo, *Biblisches Licht und Recht*, Germanice prodiit, ac, *septem Tomis* constans, præcipue verbi ministris destinatum, & secundum editionis seriem a nobis recensitum est, Epitomen hanc in usum familiarum quotidianum adornavit. Quæ quomodo sese habeat, eum vel ex titulo satis constare possit, hic sufficiet recensio eorum, quæ eidem uberius sunt præmissa, & ita comparata, ut inde etiam de hujus novi Operis præstantia haud exigua possit judicari. Exhibebimus vero eam ipsis Ven. Autoris verbis conce-

ptam. Dedicatio directa est ad Serenissimum & Potentissimum Regem Daniæ, *Christianum VI*, qua Autor ei demissas agit gratias pro insigni gratia, qua is motus, ipsi, etsi jam seni, cognito animi & corporis vigore in ipso adhuc integro, e singulari fiducia, in borealis ecclesiæ usus, Professoris Theologiæ munus in Academia Hafniensi vacans, quam clementissime obtulerit aliaque clementiæ documenta, etsi submississime renuenti, exhibuerit. Præfatio inter alia præcipue occupata est *in asserendis* rationibus, quibus *mysterium ultimorum temporum*, per Codicem utriusque Testamenti integrum, textus locis passim exigentibus, ab ipso deductum, innitatur. Per *mysterium* vero illud, secundum ipsius *Pauli* & *Joannis* vocem *Rom. XI*, 25, *Apoc. X*, 7, *XI*, 15, intelligit eam regni Christi œconomiam, qua post destructum regnum Babylonis mysticæ & antichristianismi, ecclesia, inter omnes gentes ad Christum conversas, sabbaticam temporum periodum nacta, interne & externe ad Dei gloriam erit florentissima. De qua materia primum monetur, eam non pertinere ad doctrinas, quæ salutis fundamentum & ordinem constituunt, cum nec agnita per se sine inito salutis ordine salutem præstet, nec ignorata eandem adimat ulli; porismate inde hoc derivato, quod, pro diversa cognitionis mensura, hic pateat amica dissentiendi libertas. Ne vero proprietas hæc problematica doctrinæ istius pretio & dignitati possit obverti, pro hoc & isto in medium rationes afferuntur gravissimæ. Earum prima desumta est e frequentissima Scripturæ propheticæ, partim etiam typicæ, tractatione, inde a Pentateucho *Mosaico* per utriusque Testamenti libros obvia, si ista in interpretatione clavem accipiat apocalypticam. Hæc vero exhibetur in hoc rerum apocalypticarum systemate, quod ab historia præteritorum Seculorum ecclesiastica, *ἱερογλυφικῶς* tali, plane alienum, ad ultima & adhuc futura tempora referendum, positumque sit in modo dicta plane singulari œconomia regni Christi, post regnum tenebrarum destructum per universum orbem dilatati. Cui rationi subserviens secunda, una cum tertia desumta est a necessitate hujus systematis hermenevtica; siquidem simpliciter est *ἐκ τῶν ἀδυνάτων* genui-

na

na sexcentorum amplius Scripturæ locorum, immo integrorum Psalmorum, & in Prophetis Capitum, interpretatio genuina, ista vero inde lucem accipit clarissimam. Succedit ratio quarta una cum quinta in usu hujus doctrinæ, uti *dogmatico* in gloria Christi, ratione divinæ ejus naturæ longe uberiùs, quam vulgo agnosci soleat, inde demonstrabili ac demonstrata, sic etiam *elenchtico*, seu Antijudaico & Antisociniano, ad Judæos & Socinianos eo facilius & validius de erroribus suis convincendos. Cum quo usu utroque conjungitur *antiscepticus*, adversus eos, qui, tot Scripturarum locis in sensum plane alienum detortis offensi, ipsam istarum divinitatem in dubium vocant. Atque ita existimat Autor, virum de sacris literis meritissimum, *Sebastianum Castellionem*, in versionis suæ Latinæ Dedicatione, Angliæ Regi *Eduardo VI* inscripta, post allegata Prophetarum de ultimis temporibus oracula magnifica, recte scripsisse: *Aut, hæc futura esse, fatendum est, aut jam fuisse,* (quod demonstrari nequeat) *aut Deus accusandus est mendacii.* Istis autem argumentis nihil, addit ille, obstare, præter dissensum multorum interpretum; quem vero qui veritati, secundum leges hermenevticas indagandæ, præferat, illum non Dei revelantis, sed hominum, autoritatem non sine credulitatis nævo sequi. Præfationem excipit *isagoge*, eaque partim *historica*, partim *dogmatica*, & utraque seorsim in œconomiam Veteris ac Novi Testamenti de scripturariæ revelationis & religionis, in ea contentæ, divinitate. *Isagoge historica* in œconomiam Vet. Test. *duabus* constat *Sectionibus*, quarum *prior* agit de integritate librorum sacrorum, nec non de veritate & ἀξιοπιστίᾳ factorum, in istis contentorum. Inter quæ cum eminuerint tabernaculum *Mosaicum*, & deinde successive templum utrumque, inde evincitur, factis istis historicis religionem Messianam non minus fuisse innexam, quam auri argentique fila vesti fulgenti adeo intexta deprehendantur, ut inde, ea integra manente, divelli nequeant. *Sectio posterior* exhibet primum *prædictiones*, cum impletionibus suis per singulas historiæ sacræ periodos deductas; deinde exempla θαυματουργίας, ex iisdem periodis collecta. Prædictiones vero, rerum historicarum veritate, jam

antea evicta, teste, certo impletæ, & miracula, cum omniscientiam ac omnipotentiam divinam quam luculentissime demonstrent; inde eruitur conclusio de scripturariæ revelationis & religionis, in ea contentæ, divinitate ea, quam ipsa historia sacra declaret, aditu ad tractationem *dogmaticam* sic jam in antecessum parato. Quæ cum *quinque* constet *Sectionibus*; *prima*, præmisso dogmate de immortalitate animæ, ex ipso lumine naturæ facile agnoscendo, & vim isagogicam ad Theologiam habente, secundum verissimum principium, quod Deus sit autor regni naturæ & gratiæ, & in utraque sibi egregie constet, religionis revelatæ divinitatem demonstrat partim ex harmonia, quam ea cum Theologia naturali ratione existentiæ, attributorum, ac operum Dei, nec non cultus divini, habeat, partim ex ingenti ejus prærogativa, secundum quam eadem Theologiæ naturalis defectus historicos, dogmaticos, & morales, suppleat. *Secunda Sectione* deducitur argumentum divinitatis a dogmatum revelatorum sublimitate ea, quæ omnem ingenii humani inventionem transscendat, patefacta autem ita comparata sit, ut ratio naturalis eam non possit non demisse admirari. Id quod primum ex dogmate de mysterio trium hypostasium in divinæ essentiæ unitate, ac de persona, diverso statu, & triplici officio, Christi comprobatur. Cum vero inter doctrinas revelatas hæc ipsa de persona Christi, & in ea divina ejus natura, sit primaria; hujus divitiæ, ratione revelationis uberioris tales, ut eo evidentius agnoscantur, *Sectione secunda* exhibentur regulæ hermenevticæ, secundum quas de illis convinci possimus, singulæ cum suis, inde resultantibus, conclusionibus. *Prima* est: In singulis Vet. Test. locis, in quibus de Angelo Domini sermo est, intelligitur Filius Dei, tunc adhuc futurus Messias. *Conclusio*: Ergo Filius Dei est verus Deus; siquidem Angelus ille, in futurum divinæ missionis, ἐνσαρκώσεως, & manifestationis, opus adumbrandum sic dictus, divinis nominibus, attributis, ac operibus, divinoque cultu, insignitur, multiplici divinitatis ipsius argumento hinc elucente. *Secunda*: Opus populi Israelitici ex Ægypto educti, & per desertum deducti, fuit opus Filii Dei, uti constat e collatione locorum *Exod. III* & *XIX*,

XIX, XX seq. de νομοθεσίᾳ, speciatim secundum verba *XX, 2: Ego sum Jehova, Deus tuus, qui te ex Ægypto, domo servorum*, seu servitutis, *eduxi*. Unde resultat hæc *Conclusio*: In singulis Pentateuchi *Mosaici*, & in reliquis historicis & propheticis, libris, in quibus Deo tribuitur opus educti populi Israelitici ex Ægypto, deductique per deserta, & introducti in Cananæam, singulari modo respicitur ad Filium Dei, divinitate ejus in eorundem contextu divinis nominibus, attributis, & operibus, sæpe etiam simul divino cultu, declarata. *Tertia*: Columna nubis & ignis fuit visibile Filii Dei invisibilis vehiculum; uti inter alia constat ex *Exod. XIV, 19.* Ergo in singulis Vet. Test. locis, in quibus columna ista ad Deum refertur, Dei nomine intelligitur Filius, divinitate ejus itidem variatis modis & argumentis declarata. *Quarta*: Νομοθεσία Sinaitica secundum peculiarem ἰδιοποίησιν fuit opus Filii Dei; uti constat 1) e collatis locis *Exod. III & XX*; 2) e verbis *Stephani Act. VII, 30, 36, & Pauli Hebr. XII, 25, 26*; 3) e legis latæ executione, quæ ipsi, tanquam futuro judici, competit, *2 Cor. V, 10*, &c. *Conclusio*: In singulis Scripturæ Vet. Test. locis, in quibus vel a Deo, vel a Prophetis Dei nomine, legislationis fit mentio, singularis respectus habetur ad Filium Dei, divinitatis ejus demonstratione sic itidem variis modis pro ratione contextus insinuata. *Quinta*: Quandoquidem Filius Dei suam in populum Israeliticum θεοκρατίαν, seu supremum regimen, per θεοφανείας, Patriarchis factas, & per suam populi eductionem, & deductionem per desertum, nec non per legislationem Sinaiticam, exercuit; idem in istum per sequentes temporum periodos omnes retinuit. *Conclusio*: Ergo loca singula, quæ inde a temporibus & libro *Josuæ* in reliquis historicis, moralibus, & propheticis, libris de θεοκρατίᾳ in gentem Judaicam agunt, singulari respectu ad Filium Dei referenda sunt, divinitate ejusdem rursus diversis divinorum nominum, attributorum, operum, ac divini cultus, argumentis pro ratione contextus in apricum producta. *Sexta*: Filius Dei suam in populum Judaicum θεοκρατίαν, præter ministerium summi sacerdotis typicum, oraculorum per Urim & Thummim editione, summa

cum autoritate facta, illustratum, progressu temporis exercuit per judices populi extraordinarios, ac deinceps per Reges, officii sui regii typos, præcipue *Davidem* ac *Salomonem*, ab eorum tempore a *Davide* in *Psalmis*, & in Prophetarum scriptis, solenniori & frequentiori *Regis* nomine insignitus, regio isto axiomate e Veteri Testamento inde in Novum translato, & inter alia etiam per locutiones de regno cœlorum indicato. Ergo in singulis *Psalmis* & Prophetarum *Capitibus*, in quibus *θεοκρατία* sub nomine *Regis* perhibetur, sensu ad *Filium Dei* relato, divina ejus natura itidem pro ratione contextus multiplicatis argumentis declaratur. *Septima:* Filio Dei secundum officium ipsius regium competit judicium extremum & universale; quemadmodum liquet 1) e confessione *Abrahami Gen. XVIII, 25*; 2) e *νομοθεσία* Sinaitica, cui legis executio respondebit; 3) e *Danielis* visione *VII, 14, 15*; 4) ex ipsius Christi asserto *Jo. V, 22-27*, & frequentioribus Apostolorum testimoniis *Matth. XXIV* & *XXV*, *Act. XVII, 31*, *Rom. XIV, 10, 11*, *2 Cor. V, 10*, &c. Ergo in locis Vet. Test. singulis, in quibus Deo futurum mundi judicium tribuitur, singularis respectus habetur ad Filium, divinitate ejus ex opere hoc mere divino, divinisque nominibus & attributis, sic pariter adstructa. *Octava:* Quando in Vet. Test. præcipue in *Davidis Psalmis*, & in Prophetarum scriptis, Deo opus redemtionis ac salvationis, & non raro ipsum redemtoris ac salvatoris nomen, tribuitur, respicitur ad Filium Dei, officio ejus mediatorio nobis insinuato, & denominatione hac deinceps e Vetere in Novum Testamentum, pro summa utriusque harmonia, translata. *Conclusio:* Ergo etiam singula ista loca luculenta nobis argumenta exhibent pro vera Christi divinitate, & eo quidem clariora, quo expressius opus redemtionis ac salvationis mere divinum una cum nomine *Jehova*, aut *Deus*, nec non cum divinis attributis, ac divino cultu, conjunctim prædicatur. *Nona: Psalmi Davidis* & Prophetarum scripta abundant oraculis de regno Christi; cum nova & gloriosa œconomia per universum terrarum orbem inter omnes gentes, cum Judaica ad ipsum convertendas, dilatando. *Conclusio:* Ergo illa etiam divinam Christi naturam ac majestatem

variatis

variatis modis & argumentis nobis ob oculos ponunt. Ex hisce vero regulis hermenevticis, ad gloriam Christi applicatis, per satis pronam consecutionis evidentiam hæc derivantur consectaria: 1) Quicunque secundum regulas has novem hermenevticas, quas, analogia fidei salva, in dubium vocare potest nemo, Scripturam Vet. Test. attente legit, illi, præter loca, quæ de Deo Patre & Spiritu Sancto agunt, & pariter non pauca sunt, in ea est Christus omnia in omnibus secundum personam, ut *θεάνθρωπος*, & secundum triplex officium mediatorium in utroque statu exinanitionis & exaltationis quam luculentissime & frequentissime descriptus. 2) In lectione Vet. Testamenti, secundum modo dictas regulas hermenevticas instituta, non opus est solicita inquisitione, quænam loca de Filio Dei agant, quasi sint infrequentia & rariora, sed potius quænam de illo non agant, sed de Patre & Spiritu Sancto, & generatim de Deo. 3) Cum nomen Dei, יהוה, *Jehova*, sit essentiale, essentiam ejus æternam & infinitam designans, &, de Filio Dei usurpatum, naturam ejus divinam insinuet, id, secundum regulas istas hermenevticas consideratum, nobis aliquot locorum millia pro vera ejus divinitate in Vet. Test. exhibet. 4) Quando quidem nomen *Jehova* a LXX interpretibus redditum est per vocem *κύριος*, usu ejus de Christo in phraseologiam Nov. Test. translato, ejus divinitas eodem vel quingenties secundum singularem plane *ἰδιοποίησιν* insignitur. 5) Cum vox אלהים, *Deus*, in locis Vet. Testamenti, secundum easdem regulas consideratis, quam sæpissime de Filio Dei usurpatur, usus ejus in libros Nov. Test. translatus, vel in triginta locis recte consideratis Dei vocem nobis de Christo exhibet. Hæc hactenus de *Sectione tertia*, ad *secundæ*, quæ de mysterio sacrosanctæ Trinitatis agit, illustrationem referenda. *Sectio quarta* exhibet doctrinam Vet. Test. de *lege* & *evangelio*, in momentis ac recessibus suis singulis ita comparatam, ut utriusque sublimitas rationis humanæ acumen & inveniendi seu fingendi facultatem quam longissime superet, atque ita nos ad Deum revelantem remittat. Quæ materia, secundum partes suas præcipuas deducta, inprimis consideratu est dignissima, ita se habens, ut etiam

etiam ratio eam revelatam a posteriori non possit non demisse admirari & habere pro *ἀξιοπίστῳ*. Nec minoris momenti est materia *Sectionis quintæ* de *Sacramentis* Vet. Test. circumcisione & agno paschali, nec non de universo *cultu Levitico*, & Hebræorum *festis*. De istis enim omnibus ostenditur, omnia ita se habere, ut, sine scopo typico considerata, nec Dei, nec hominum, naturæ ad cultum Deo dignum conveniant, sed majori ex parte absurda videantur, at, cum revelatis *doctrinis* collata, & ad scopum antitypicum relata, sapientissima naturæque divinæ & humanæ convenientissima deprehendantur. Unde elicitur consectarium evidentissimæ consecutionis, istorum rituum constitutionem non esse humanæ inventionis, sed omnino divinæ institutionis; & hanc non parum confirmari ex aptissima istorum harmonia cum doctrinis veteris œconomiæ, nec non e veritate rerum Judaicarum, quarum partes haud exiguas constituant, historica, quæ supra est evicta. Ceterum, cum Theologiæ Vet. Test. duo obstare videantur, seu eidem obverti soleant, primum a Socinianis defectus doctrinarum, ad spiritualia & æterna relatarum, deinde ab illis, quibus providentia Dei in negata dispensatione mediorum salutis est *παράδοξος*, hi effecti offensionis lapides ab eadem removentur. Et quidem Socinianis, qui modo dictas doctrinas tantum pro reservatis ad novam œconomiam habent, hæc opponuntur argumenta: 1) *Creatio ad Dei imaginem*, utpote quæ sine istis doctrinis plane nullius sit sensus, per earum vero applicationem denuo sit instauranda; 2) *Promissio de Messia Gen. III, 16*, deinceps subinde luculentius illustrata, qua stante istarum doctrinarum fundamentum sit positum; 3) *Henochi ac Eliæ translatio*, per corporis immutationem ad cœlestia ita facta, ut utraque instar publici fuerit præconii de rerum æternarum exspectatione. Quid? quod idem declaret *Henochi* ambulatio coram Deo, *Gen. V, 22, 24*, cui deinceps ea *Noachi* ac *Abrahami* fuit conformis, utpote iisdem verbis notata *VI, 9, XVII, 1.* Huc etiam pertinet *Henochi* prophetia de extremo judicio *Jud. v. 14, 15*, & *Abrahami* de eodem edita, & ad Filium Dei relata, confessio *Gen. XVIII, 24.* 4) *Promissio de Messia* Patriarchis

triarchis subinde confirmata, & ab illis fide, bonis spiritualibus ac æternis propria, firmiter recepta. Et huic respondebat patriæ terrestris promta abnegatio per cœlestis exspectationem, quæ in *Jacobo* plane fuit singularis, *Gen. XLVIII, 18*, promota. Huc etiam pertinet exemplum *Mosis*, qui sub spe beatæ remunerationis commoda aulæ Ægyptiacæ amplissima abnegabat *Hebr. XI, 25*, una cum exemplis reliquorum fidelium, quorum fides spiritualibus ac æternis bonis inhians *Hebr. XI* prædicatur. 5) *Cultus Leviticus universus*, cujus centrum erat in expiatione & remissione peccatorum, cultum spiritualem insinuantibus, a fidelibus utique agnitum, & a *Davide* declaratum *Ps. LI, 8, 9.* 6) Inculcata *spiritualis circumcisio Devt. X, 16, XXX, 6, Jer. IV, 4, VI, 6.* 7) *Promissio vitæ, & comminatio mortis*, utriusque ad liberam electionem propositæ *Devt. XI, 26 seq.* per *Ezechielem Cap. III, XVIII, & XXXIII*, uberrime declarata. Neutram vero ad hanc vitam fuisse relatam, vel inde constabat, quod fidei justitia ac vitæ pietas nec temporalem vitam facere perennem, nec mortem avertere, poterat. 8) *Psalmorum Davidis & Prophetarum loca* quamplurima, & inter alia ea de *judicio extremo*, ex eodem bonorum spiritualium & æternorum principio deducta, speciatim ea de *resurrectione mortuorum*, tradita *Exod. III, 6*, coll. *Matth. XXII, 22, 23, 32, 33, Devt. XXXII, 39, 1 Sam. II, 6, Job. XIX, 25, 26, Ps. XC, 3, Jes. XXVI, 19, Dan. XII, 2.* Quod dogma ad rudimenta Judaicæ ecclesiæ catechetica pertinuisse, liquet e locis *Sap. II, 3, III, 1 seq. IV, 7, V, 7-16, XVI, 13, Sir. XV, 17, XVII, 19, Tob. II, 17, III, 6, IV, 30, XIII, 2, 2 Macc. VII, 9 seq.* Quæ multiplex & luculenta demonstratio religionem veteris œconomiæ a præstantia & divinitate sua non parum commendat. Nec minus luculenta est ea de *gratiæ universalitate* præter Judaicam gentem per singulas periodos etiam ad reliquas gentes ita extensa, ut etiam his ad salutem aditus omnino patuerit. Sed brevitatis causa integra hæc tractatio ipsi Lectorum studio relinquitur.

Recensio Isagoges in œconomiam Novi Testamenti hic eo esse potest brevior, quo magis ea œconomia Vet. Test. est superstructa; unde in aditu ad novam recte monetur, per

 hanc

hanc veteris defectus eo excellentius suppleri, quo major sit pra stantia impletionis, cum vaticiniis, promissionibus, & typis, iisqu cerimonialibus & historicis, comparatæ. Ad *Isagogen* in Nov. Test *historicam* quod attinet, eadem servata methodo *Sectione I* de monstratur rerum Christianarum veritas & ἀξιοπιστία, nec non incorrupta librorum sacrorum integritas, subjuncto axiomate hoc notabili, quod religio Christiana veritati isti historicæ non minus ἀσιωδῶς sit innexa intextaque, quam Judaica suæ *peripheriæ historicæ*. *Secunda Sectione* recensentur *prædictiones*, ad historiam Nov. Test. pertinentes, & mox ipso eventu comprobatæ, subjuncta mentione θαυματεργίας generaliori, & inde derivato axiomate de religionis Christianæ veritate, jam tum per ipsam quoque historiam, ad quam prædictiones impletæ cum miraculis pertineant, in antecessum quam luculentissime comprobata. *Isagoge* in Novum Testamentum *dogmatica tribus* constat *Sectionibus*; quarum *prima* agit de doctrinis, quas œconomia nova cum veteri habeat communes, adeo sublimes, ut inventio seu fictio humana eo minus hic locum habeat, quo luculentior hic facta sit earum illustratio, ideo omnino ad Deum revelantem referenda. *Secunda Sectione* exhibentur longa serie ex una parte e Vet. Test. *vaticinia* & promissiones de Messiæ persona, duplici statu, & triplici officio; ex altera e Nov. Test. istarum *impletiones*, veritate dogmatica Vet. Test. a priori eam Novi, & hac Novi a posteriori eam Vet. Testamenti comprobante. *Sectione tertia* exhibetur harmonia typorum in cultu Levitico, & antityporum in Christo & Christianismo secundum cultum evangelicum. Succedit *Sectio quarta* & ultima, exhibens reliquos divinitatis characteres, quibus religio Christiana constans, se amabilem reddit ac commendabilem. Inter quos elucet libertas conscientiæ, quam Apostolica ejus forma, ab apostatica & antichristiana abhorrens, confessoribus ejus relinquit. Ceterum *Isagogæ* utrique finis imponitur ostensione insignis differentiæ inter *convictionem rationalem & divinam* de veritate religionis revelatæ; ubi rationalis ponitur in cognitione ἀξιοπιστίας historicæ & dogmaticæ, in quantum utraque viribus mere

natura-

naturalibus ex characterum & argumentorum evidentia ad assensum, satis quidem certum, sed tamen tantum naturalem, seu mere rationalem, admissa est. Divina vero, qua assensus iste habitum vivæ fidei supernaturalem judicat, ad eum gratiæ statum refertur, qui in ordine veræ conversionis obtineatur, ac in renovationis cursu per experientiam auctus corroboretur. Et hæc tribuitur κατ' ἐξοχὴν martyribus, reliquis tamen fidelibus, etsi diverso gradu, genuino tamen modo, omnibus sine exceptione; nec immerito asseritur, in hac convictione pro veritate Scripturæ Sacræ, & religionis, in ea revelatæ, solidissimum residere argumentum, quod vel solum sufficiat, certe apud quamplurimos rationalis convictionis, cujus multi ne capaces quidem sint, defectus suppleat. Hæc de Isagoge in contractum Opus Biblicum; cui cum finis imponatur per *Apocalypsin*, hujus interpretationem succinctam S. Rev. Autor præ reliquis libris sacris singulariter exornavit; & quidem ab initio per genuini *Systematis apocalyptici* & *prophetici* delineationem diversis *Sectionibus*, a fine vero per subjunctam demonstrationem doctrinæ, quæ totius Scripturæ Sacræ est primaria, *de gratia Dei universali in Christo*, adornatam. Quandoquidem enim istius tractatio in singulare nostrorum temporum θεῖον Autori a Serenissimo Borussiæ Rege, *Friderico Wilhelmo*, immortalis memoriæ, per privatas literas quam clementissime est demandata, & ejusdem nutu, ut ætatem ferret, Operi Biblico subjuncta; ab hac ejus Epitome ejus repræsentatio non plane potuit sejungi, sed quam brevissime, evidenter tamen, concinnata. Qui laboriosissimi Senis labor publicus, quem ipse pro ultimo habet, ut ecclesiæ sit πολύκαρπος, hoc est, quod æqui rerum sacrarum æstimatores cum ipso procul dubio exoptabunt.

Johann David Köhlers, P. P. im Jahr 1732 wöchentlich herausgegebener Historischer Müntzbelustigung vierdter Theil, &c.

hoc est,

JOANNIS DAVIDIS KOELERI, P. P. HISTORICÆ

Numismatum Amœnitatis, Anno 1732 per hebdomadum curricula editæ, in qua varii memorabiles ac rari unciales Numi, Ducati, & Numismata majoris moduli, ac ea quidem singularia, ex auro argentoque conflata, numero LXIII, accurate in æs incisa, descripta, & ex Historia debite exposita, repræsentantur, Pars quarta. Accedit continuatio secunda Sciagraphiæ de pleniori uncialium Numorum collectione, vicem Præfationis sustinens.

Noribergæ, impensis Christophori Weigelii senioris viduæ, 1732, 4.

Alph. 2 plag. 2.

Cel. Autor, promissis se liberaturus, Præfationis loco secundam exposuit continuationem Sciagraphiæ de collectione Uncialium plenius instituenda. Ad Thaleros, Principum jussu curaque cusos, cursum promovet, exorsus ab uncialibus Principum ecclesiasticorum, Archiepiscoporum Vesontionensium, Bremensium, Cameracensium, Magdeburgensium, ac Salisburgensium, licet ipse dubitet, an Archiepiscopus Vesontionis unquam unciales feriri jusserit, vel alios numos percuti curaverit, quod quidem posterius enuntiatum videtur mentioni, quæ fit media ætate, *Bisantinorum* obstare. Bremensium Archiepiscoporum septem inde a *Joanne III* Rhodio cudendos curarunt utique unciales, *Joannes* ipse, electus A. 1496, † 1511, *Christophorus*, Dux Brunsuico-Luneburgensis, el. 1511, † 1558, *Georgius*, Dux Brunsuicensis 1558-1566, *Henricus IV*, Dux Saxo-Lauenburgicus, 1567-1584, *Joannes Adolphus*, Dux Holsatiæ, 1585-1596, *Joannes Fridericus*, prioris frater, *Fridericus*, filius natu minimus *Christiani IV*, Regis Daniæ, 1635-1645. Unciales *Maximiliani de Berghes* & *Ludovici de Berlaymont*, Archiepiscoporum Cameracensium, Autor vidit, ceterorum haud item. Sequuntur Episcopi & reliquorum Principum series. Ex sex Numophylaciis, quæ Tha-

leris

leris fuerunt probe instructa, annotavit Autor unciales, quos vidit, cujusque Principis. Ita refert, sese unicum duntaxat Episcopalem vidisse uncialem Basileensem. Episcoporum Brixiensium vidit ne quidem numulum. Episcopales Curienses Thaleros deprehendit duos. Aichstadenses conspexit quatuor. Frisingenses nullos Numos videntur percuti jussisse Episcopi. Episcopi Halberstadenses singularibus Numis feriundis haud amplius vacarunt, ex quo ad annum 1363 Capitulo cathedrali, senatui, ac oppido, ibidem jus feriundi numos penitus tradiderunt. Hildesienses inter Episcopos *Jodoci Edmundi* ad A. 1690 unus exstat uncialis & alter, ex fodina argentea S. *Antonii* elaboratus. Capituli exstant duo Thaleri, sede vacante percussi, unus ad A. 1688, alter ad A. 1724. Inter Episcopos Lubecenses percusserunt unciales *Joannes Adolphus* A. 1599, *Augustus Fridericus* A. 1687, & Capitulum, sede vacante, A. 1720. Plures Cel. Autor non vidit. Non pauci sunt, qui Episcopis Leodiensibus debent originem. Episcopi Metensis, *Roberti de Lenoncourt*, duos Cel. Autor produxit unciales *Parte III n. 12, 13*. Capitulum Reverendissimum Moguntinum A. 1732, sede vacante, unciales trium generum feriri curavit. Ac hæc sunt potiora, quæ e Præfatione nobis videbantur delibanda. Amœnitatibus ipsis nunc oculos mentemque juvat pascere & oblectare. Sequemur vero rationem nostri instituti. Comparet 1) Numisma majus ex argento & auro, quod Elector Palatinus ad Rhenum *Carolus Ludovicus* A. 1677 in lapidem fundamentalem templi, Fridrichsburgi exstructi, & in Concordiæ honorem consecrati, deposuit. Nobis non licet biographias, ceterasque venustates, in compendium mittere. Quare id semel monuisse suffecerit. 2) Numisma majoris moduli in honorem magni ducis bellici, *Jacobi Hannibalis*, Comitis *in Hohen-Embs*, ad A. 1575. Amisum, seu *Althohenembs*, in valle Rheni supra Bregrentium est situm. Comites Imperiales, inde denominatos, genealogice descripsit *Jacobus Manlius* in *Chronico Constantiensi pag. 698*, in *Pistorii Script. Rer. Germ. Tom. III*, ac diligentissimus *Bucelinus* in *Rhætia Stemmatograph. pag. 385 seq.* & in *Germania Stemmatograph. Tom. IV* Pag. 10.

pag. 69 seq. Wilhelmus de Hohenembs A. 1295 autoritate floruit, ejusque frater *Arnoldus* exstitit Canonicus Curiensis. Ex Diplomatibus fide dignis hæc certo constant. 3) Aureus Numus, donis sacer, *Marci Sittici*, Comitis *de Hohenembs*, & Archiepiscopi Salisburgensis, ad A. 1612. 4) Thalerus duplex Cardinalis & Archiepiscopi Salisburgensis, *Matthæi*, cum S. *Radiani* imagine in postica, ad A. 1521. 5) Rarior Uncialis Archiepiscopi & Electoris Trevirensis, Episcopi Spirensis, *Philippi Christophori de Sætern*, ad A. 1625. 6) Numisma Pontificis Romani *Innocentii XI*, referens memoriam victoriæ, a Turcis ad Barkan

TAB. IV Fig. 1. A. 1683 reportatæ. 7) Rarus Florenus aureus Ducis Bavariæ, qua Comitis Hollandiæ, *Wilhelmi*, ad A. 1351. In antica loricatus & gladiatus apparet ipse Comes, sinistra tenens clypeum, insignibus Bavariæ conspicuum. Ad dextram prosilit arrectus leo, Hollandiæ index. Perigraphen hanc habe: GVILLelmus. DVX. COMES. HOLlandiæ. In postica per vices posita sunt insignia Bavariæ & Hollandiæ. Ad oram est perigraphe: FLORINI. DE. HOLLANDia. Item. ZELandia. Ejusdem celebrantur Numi argentei, gaudentes perigraphe: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* 8) Rarum Numisma Archiepiscopi & Electoris Coloniensis, infelicis reformatoris, *Hermanni* Comitis *de Wied*, ad A. 1532. 9) Rarum Numisma, referens sponsalia, publice contracta, & benedictioni juncta, inter *Maximilianum I*, Archiducem, & Imperatorem postea, ac *Mariam*, Burgundiæ Ducem, ad A. 1477. 10) Numus rarior argenteus, ostendens Imperatorem *Maximilianum I*, ac uxorem ejus alteram, *Blancam Mariam*, ad A. 1494. 11) Rarum Numisma, referens sponsalia regiæ Hungaricæ Bohemicæque Principis, *Annæ*, cum *Maximiliano I*, cusum nomine suorum nepotum A. 1515. 12) Rarum Numisma Baronis *de Dietrichstein*, *Sigismundi*, ac ejus conjugis, *Barbaræ de Rotal*, Baronessæ *Talbergi*. Ipse obiit A. 1533, *Maximiliano I* egregiis navatis muniis. 13) Pulcher Uncialis, ad A. 1694 & *Rupertum*, Abbatem Principem Campidunii, referendus. 14) Rarus Uncialis *Wiedmanni*, Cardinalis, qua Co-

Pag. 113 seq. mitis Ortenburgi in Carinthia, ad A. 1656. 15) Thalerus *Joannis Christophori*, Baronis *Freybergi*, & Episcopi Augustani, ad

A. 1681.

TAB. IV ad Nov. Act. Erud. A. 1743. Mens. Jun. P. II.
pag. 350. 351. 352. 353. 354.

Fig. I.

Fig. II.

Fig. III.

Fig. IV.

Fig. V.



Fig. VI.



Numismatum Amœnitatis, Anno 1732 per hebdomadum curricula editæ, in qua varii memorabiles ac rari unciales Numi, Ducati, & Numismata majoris moduli, ac ea quidem singularia, ex auro argentoque conflata, numero LXIII, accurate in æs incisa, descripta, & ex Historia debite exposita, repræsentantur, Pars quarta. Accedit continuatio secunda Sciagraphiæ de pleniori uncialium Numorum collectione, vicem Præfationis sustinens.

Noribergæ, impensis Christophori Weigelii senioris viduæ, 1732, 4.

Alph. 2 plag. 2.

Cel. Autor, promissis se liberaturus, Præfationis *loco* secundam exposuit continuationem Sciagraphiæ de collectione Uncialium plenius instituenda. Ad Thaleros, Principum jussu curaque cusos, cursum promovet, exorsus ab uncialibus Principum ecclesiasticorum, Archiepiscoporum Vesontionensium, Bremensium, Cameracensium, Magdeburgensium, ac Salisburgensium, licet ipse dubitet, an Archiepiscopus Vesontionis unquam unciales feriri jusserit, vel alios numos percuti curaverit, quod quidem posterius enuntiatum videtur mentioni, quæ fit media ætate, *Bisantinorum* obstare. Bremensium Archiepiscoporum septem inde a *Joanne III* Rhodio cudendos curarunt utique unciales, *Joannes* ipse, electus A. 1496, † 1511, *Christophorus*, Dux Brunsuico-Luneburgensis, el. 1511, † 1558, *Georgius*, Dux Brunsuicensis 1558-1566, *Henricus IV*, Dux Saxo-Lauenburgicus, 1567-1584, *Joannes Adolphus*, Dux Holsatiæ, 1585-1596, *Joannes Fridericus*, prioris frater, *Fridericus*, filius natu minimus *Christiani IV*, Regis Daniæ, 1635-1645. Unciales *Maximiliani de Berghes* & *Ludovici de Berlaymont*, Archiepiscoporum Cameracensium, Autor vidit, ceterorum haud item. Sequuntur Episcopi & reliquorum Principum series. Ex sex Numophylaciis, quæ Thaleris

leris fuerunt probe instructa, annotavit Autor unciales, quos vidit, cujusque Principis. Ita refert, sese unicum duntaxat Episcopalem vidisse uncialem Basileensem. Episcoporum Brixiensium vidit ne quidem numulum. Episcopales Curienses Thaleros deprehendit duos. Aichstadenses conspexit quatuor. Frisingenses nullos Numos videntur percuti jussisse Episcopi. Episcopi Halberstadenses singularibus Numis feriundis haud amplius vacarunt, ex quo ad annum 1363 Capitulo cathedrali, senatui, ac oppido, ibidem jus feriundi numos penitus tradiderunt. Hildesienses inter Episcopos *Jodoci Edmundi* ad A. 1690 unus exstat uncialis & alter, ex fodina argentea *S. Antonii* elaboratus. Capituli exstant duo Thaleri, sede vacante percussi, unus ad A. 1688, alter ad A. 1724. Inter Episcopos Lubecenses percusserunt unciales *Joannes Adolphus* A. 1599, *Augustus Fridericus* A. 1687, & Capitulum, sede vacante, A. 1720. Plures Cel. Autor non vidit. Non pauci sunt, qui Episcopis Leodiensibus debent originem. Episcopi Metensis, *Roberti de Lenoncourt*, duos Cel. Autor produxit unciales *Parte III n. 12, 13.* Capitulum Reverendissimum Moguntinum A. 1732, sede vacante, unciales trium generum feriri curavit. Ac hæc sunt potiora, quæ e Præfatione nobis videbantur delibanda. Amœnitatibus ipsis nunc oculos mentemque juvat pascere & oblectare. Sequemur vero rationem nostri instituti. Comparet 1) Numisma majus ex argento & auro, quod Elector Palatinus ad Rhenum *Carolus Ludovicus* A. 1677 in lapidem fundamentalem templi, Fridrichsburgi exstructi, & in Concordiæ honorem consecrati, deposuit. Nobis non licet biographias, ceterasque venustates, in compendium mittere. Quare id semel monuisse suffecerit. 2) Numisma majoris moduli in honorem magni ducis bellici, *Jacobi Hannibalis*, Comitis *in Hohen-Embs*, ad A. 1575. Amisum, seu *Althohenembs*, in valle Rheni supra Bregrentium est situm. Comites Imperiales, inde denominatos, genealogice descripsit *Jacobus Manlius* in *Chronico Constantiensi pag. 698*, in *Pistorii Script. Rer. Germ. Tom. III*, ac diligentissimus *Bucelinus* in *Rhætia Stemmatograph. pag. 385 seq.* & in *Germania Stemmatograph. Tom. IV* Pag. 10.

 pag. 69

pag. 69 seq. Wilhelmus de Hohenembs A. 1295 autoritate floruit, ejusque frater *Arnoldus* exstitit Canonicus Curiensis. Ex Diplomatibus fide dignis hæc certo constant. 3) Aureus Nimus, donis facer, *Marci Sittici*, Comitis *de Hohenembs*, & Archiepiscopi Salisburgensis, ad A. 1612. 4) Thalerus duplex Cardinalis & Archiepiscopi Salisburgensis, *Matthæi*, cum S. *Radiani* imagine in postica, ad A. 1521. 5) Rarior Uncialis Archiepiscopi & Electoris Trevirensis, Episcopi Spirensis, *Philippi Christophori de Sætern*, ad A. 1625. 6) Numisma Pontificis Romani *Innocentii XI*, referens memoriam victoriæ, a Turcis ad Barkan
TAB. IV Fig. 1. A. 1683 reportatæ. 7) Rarus Florenus aureus Ducis Bavariæ, qua Comitis Hollandiæ, *Wilhelmi*, ad A. 1351. In antica loricatus & gladiatus apparet ipse Comes, sinistra tenens clypeum, insignibus Bavariæ conspicuum. Ad dextram prosilit arrectus leo, Hollandiæ index. Perigraphen hanc habe: GVILLelmus. DVX. COMES. HOLlandiæ. In postica per vices posita sunt insignia Bavariæ & Hollandiæ. Ad oram est perigraphe: FLORINI. DE. HOLLANDia. Item. ZELandiæ. Ejusdem celebrantur Numi argentei, gaudentes perigraphe: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* 8) Rarum Numisma Archiepiscopi & Electoris Coloniensis, infelicis reformatoris, *Hermanni* Comitis *de Wied*, ad A. 1532. 9) Rarum Numisma, referens sponsalia, publice contracta, & benedictioni juncta, inter *Maximilianum I*, Archiducem, & Imperatorem postea, ac *Mariam*, Burgundiæ Ducem, ad A. 1477. 10) Numus rarior argenteus, ostendens Imperatorem *Maximilianum I*, ac uxorem ejus alteram, *Blancam Mariam*, ad A. 1494. 11) Rarum Numisma, referens sponsalia regiæ Hungaricæ Bohemicæque Principis, *Annæ*, cum *Maximiliano I*, cusum nomine suorum nepotum A. 1515. 12) Rarum Numisma Baronis *de Dietrichstein*, *Sigismundi*, ac ejus conjugis, *Barbaræ de Rotal*, Baronessæ *Talbergi*. Ipse obiit A. 1533, *Maximiliano I* egregiis navatis muniis. 13) Pulcher Uncialis, ad A. 1694 & *Rupertum*, Abbatem Principem Campidunі, referendus. 14) Rarus Uncialis *Wiedmanni*, Cardinalis, qua Co-
Pag. 113 seq. mitis Ortenburgi in Carinthia, ad A. 1656. 15) Thalerus *Joannis Christophori*, Baronis *Freybergi*, & Episcopi Augustani, ad A. 1681.

TAB. IV ad Nov. Act. Erud. A. 1743. Mens. Jun. P. II
pag. 350. 351. 352. 353. 354.

Fig. I.

Fig. II.

Fig. III.



Fig. IV.

Fig. V.



Fig. VI.



A. 1681. 16) Thalerus pulcher *Francisci Antonii*, Archiepiscopi Salisburgensis, ac Principis *de Harrach*, ad A. 1723. 17) Rarior Thalerus *Wilhelmi IV*, Comitis *de Berg*, ob turbas Belgicas notissimi. Genealogia ipsius affertur inde ab *Henrico I* ad A. 1107. *Teschenmacherus* & *Schlichtenhorstius* eam texuerunt. Pag. 130 seq.
Joannes Hübnerus Gen. Tab. Tom. II n. 441 male omisit uxores. Dominum *Oswaldum I de Berg Fridericus III* A. 1486 Comitem Imperii creavit. Confirmat deinde Autor ea, quæ *pag.* 134 seq.
26 de legitimo Cardinalis *Langii* ortu attulerat. *Matthias Raderus* in *Bavariæ sanctæ P. II pag. 257* exstitit primus, qui falso credidit, *Langium* Imperatoris fuisse filium, ex *Dialogo Maximiliani Cæsaris & Cardinalis Gurcensis*, qui inter Epicedia & Epitaphia hujus Imperatoris in lucem prodiit, insertus *Freheri Tom. II Script. Rer. Germ. pag. 442 rec. edit. pag. 768*, in errorem deductus. Ipse vero *Raderus* posthæc errorem suum agnovit in *Animadversionibus ad duos priores Libros Bavariæ sanctæ pag. 206*, meliora edoctus ab *Ilsungio*, Patricio Augustano.
18) Numisma rarum, inclyto *Julio Pflugio* sacratum, ad A. 1540, TAB. IV
postea Episcopo Numburgi. Ipse fuit vir acutus, perspicax, Fig. 2.
& Latinæ eloquentiæ peritissimus, ratus, ecclesiæ opus esse reformatione, non exstirpatione, obiitque A. 1564, 3 Sept. anno Pag. 144.
ætatis 65, sepultus Cizæ in templo cathedrali. 19) Tria pulchra Numismata, facta in *Philippum* Liberum Baronem *de Stosch*, antiquitatum Græcarum & Romanarum peritissimum, ad A. 1728. Extraordinariam viri inclytissimi peritiam prædicat & loquitur Opus ejus: *Gemmæ antiquæ cælatæ, sculptorum nominibus insigni-* 147.
tæ, A. 1724 Amstelodami editum. Genuinas collegit Gemmas Ill. Baro, in quibus sculptores nomina sua, quorum 49 conquisivit, inciderunt. Incidebant veteres artifices non una ratione gemmas; eas enim vel excavabant, ut imaginem infoderent, vel imaginem in prominenti ac alta parte locabant. Illa ratio 148.
vocabatur ars γλυπτικὴ & διαγλυφικὴ, hæc vero ἀναγλυπτικὴ, seu ἀναγλυφικὴ. Illa vocabatur scalptura, hæc cælatura, recentioribus dicta vulgo *Camée*. Gemmæ hisce sculpturis destinabantur hæ potissimum: achates, carneola, quam veteres *sardam rubram* vocabant, chalcedon, & onyx, quæ ceram

haud

haud contrahunt. Poſthæc amethiſtus, beryllus, ſmaragdus, &
adamas etiam, ſcalpi cælarique ſunt cœpti. Veteres etiam no-
rant artem ex vitro faciendi gemmam, quam vocabant ſmarag-
dum factitium, teſte *Seneca Epiſt. 90. Plinius* vero vitrum obſi-
dianum *Hiſt. Nat. Lib. XXXVI Cap. 26,* noſtri vocant *Fluſs,* fluo-
rem vitri induratum. In Numo *Stoſchiano* primo *Diogenes* pro-
ſpicit ex dolio ſuo, quod ei erat domicilii loco. *Diogenem*
in dolio habitaſſe, negarunt *Bailius* & Cel. *Chriſtophorus Augu-
ſtus Heumannus*, contra quos Autor ſolide diſſerit, ac *Dio-
geni* avitum illud pro habitaculo reſtituit dolium. Ex *Lucia-
ni* deſcriptione hujus dolii deſumſit *Jonathan Swift*, quod
nobis liceat addere, ſuam *de Dolio* Satyram, *Conte du Tonneau.*
20) Uncialis Numus, referens *Philippum* Baronem *de Montmor-
ency*, Comitem *ab Horn*, Dominum *de Wiert*, qui inter ini-
tia tumultus Belgici A. 1568 obtruncatus obiit. In poſtica S.
Martinus equo inſidet, ac partem pallii abſcindit ſui, in uſum
mendici, infra ſedentis, addita perigraphe: *Sanctus Martinus,*
Pag. 154. *patronus Wiertenſis.* Comites Hornenſes deſcenderunt ex Co-
mitibus *de Loos*, ſi quidem *Wilhelmus I*, dominus *Hornæ* ac
Wierthæ, qui A. 1090 vixit, exſtitit frater Comitis *Arnoldi
de Loos.* 21) Numiſma majus, memoriam *Wittiorum*, A. 1672
a furioſa plebe miſere interemtorum, repræſentans. 22) Nu-
miſma, referens Imperatorium ac Hiſpanicum aulæ adminiſtrum
ſtatus, *Antonium Perrenotum de Granvelle*, Epiſcopum Atreba-
tenſem. 23) Numiſma protuberantis figuræ, quod ab Acade-
mia Altorfina ſub diſceſſum *Adolphi Joannis* & *Guſtavi Samue-
lis*, Comitum Palatinorum ad Rhenum, Profeſſoribus ſingulis A.
178. 1678 diſtributum. Fuerunt iſti *Adolphi Joannis*, Bipontini
Cleburgenſis, ex altera conjuge, *Elſa Eliſabetha*, filii. 24) Un-
cialis Numus Electoris Colonienſis *Salentini*, ac unitorum Rhe-
nanorum Electorum ac Principum, ad A. 1572. Fuit hic *Salenti-
nus* Comes Iſenburgenſis, qui deinde Archiepiſcopatu ſeſe ab-
dicavit, ac uxorem duxit. 25) Numus mnemonicus in initia-
tionem recens ſtructæ ædis cathedralis, Labaci Carniolæ per-
cuſſus A. 1707, in cujus antica exhibetur imago cubitalis Epi-
ſcopi, qui vocatur *Ferdinandus I D. G. Epiſcopus Labacenſis*

S. R. I.

S. R. I. Princeps. 26) Pucherrimum Numiſma in *Carolum V*, Cæſarem, ad A. 1537, in cujus poſtica legitur perigraphe: *Aquila. Electa. Iuſte. Omnia. Vincit.* 27) Numiſma *Wilhelmi Friderici*, Marchionis Brandenburgo-Onolsbacenſis, cum lemmate: *Recte faciendo neminem timeas.* 28) Uncialis rarus *Joannis Jacobi Blareri de Wartenſee*, Præpoſiti Elwangenſis, ad A. 1624. 29) Numiſma, referens infelicem conatum Ducis *de Monmouth*, cum perigraphe in poſtica: *Superi riſere. Julii 6 A. 1685.* 30) Rarus Thalerus mnemonicus in liberationem urbis Stralſundæ ab obſidione *Wallenſteinii*, ad A. 1628. 31) Rarus Florenus aureus gemini pretii, A. 1615 cuſus juſſu *Philippi II*, Ducis Pomeraniæ. In poſtica exhibetur candela ardens ſuper candelabro, addita epigraphe: *Officio mihi officio.* 32) Rarus Florenus aureus *Hermanni*, Archiepiſcopi Colonienſis, nati ex Landgravio Haſſorum, *Ludovico Pacifico*, Epiſcopi ſimul Paderbornenſis, in lucem editi A. 1436, ac defuncti A. 1508. 33) Numus quadratus, index calamitatis, quam pertulit A. 1572 urbs Middelburgum in Selandia. 34) Numiſma in Eminentiſſimum Cardinalem *de Schrattembach*, ad A. 1721. 35) Thalerus *Catharinæ* Belgicæ, tutricis filiorum Comitum Hanovienſium. 36) Rarum Numiſma Comitis Palatini, *Philippi Fortis*, ad A. 1528. 37) Solidus, ſeu *Schillingus*, ex *ſchallen*, ſonando, dictus, admodum vetus, *Gebhardi*, Epiſcopi Wirciburgenſis, ad A. 1151. Dolendum ſane eſt, quod adhuc caremus deſcriptione Solidorum methodica, quippe qui Bracteatis ſunt pulchriores, & ob utrumque latus apertum plura capere potuerunt. 38) Numiſma fuſum, in honorem *Melchioris Zobel*, Epiſcopi Wirciburgenſis, A. 1558 inſtinctu *Grumbachii* in ſede ſua interemti. 39) Numiſma majus *Franciſci Ludovici*, Magiſtri Ordinis equeſtris Teutonici, Comitis Palatini ad Rhenum, ad A. 1699. 40) Uncialis rarus & antiquus *Friderici II*, Comitis Palatini ad Rhenum, ad A. 1538. 41) Uncialis rarus *Friderici II*, Electoris Palatini, ad A. 1547. 42) Rariſſimus Thalerus *Bernhardi Magni*, Ducis Vinariensis, conſpicuus inſigni Ducatus Wirciburgici Francorum, a Suecis ipſi donato, ad A. 1634. 43) Ducatus rarior *Joannis II*, Archiepiſcopi & Electoris Moguntini, ad A. 1399. 44) Numiſma

TAB. IV Fig. 2.

Fig. 4.

misma illustrissimi supremi militiæ ducis Suecici, *Joannis Ba-*
TAB. IV *neri.* 45) Ducatus rarior *Conradi II*, Archiepiscopi & Electo-
Fig. 5. ris Moguntini, A. 1391 nati ex Dominis *de Winsperg* in Suevia. *Wolframus de Weinsperg* jam A. 1148 inter testes nobiles Cœnobii Maulbrunnensis occurrit. De uxoribus Weinsperga exportantibus maritos A. 1140 retulit fabulam primus *Joannes Tritbemius* in *Chronico Hirsaugiensi ad hunc annum. Thiepertus de Weinspercb* A. 1150 Camerarius exstitit aulæ Cæsareæ, non imperii. Comitibus Falckensteinensibus exstinctis, *Domini Winspergenses* obtinuerunt hæreditarium Imperialis Camerarii munus, hisque porro intercidentibus, Domini *de Absperg* dicti. 46) Rarum Numisma *Alberti IV Sapientis*, Ducis Bavariæ, ad A. 1507. 47) Numus quadratus Principum Ordinumque Silesiæ, ad A. 1621. 48) Numus sepulchralis in *Joachimum Fridericum*, Ducem
Fig. 6. Lignicensem, ad A. 1602. 49) Numus funestus ultimi *Magistri* Ordinis Ensiferorum Livoniæ, *Gottbardi de Kettler*, ad A. 1559. In biographia omissa sunt ejus *Agenda ecclesiastica*, impressa Rostochii A. 1572, 4. 50) Numus *Catbarinæ*, uxoris Regis Angliæ, *Caroli II*, ad A. 1662. 51) Duo rari Floreni aurei, cusi jussu *Werneri*, Archiepiscopi Trevirensis, A. 1389. 52) Numus quadratus *Caroli Ferdinandi*, Episcopi Vratislaviensis, ad A. 1627. 53) Numus sepulchralis in *Antonium Guntherum*, ultimum Comitem Oldenburgicum, ad A. 1667. Numi reliqui pertinent ad accessiones & supplementa. Nostrum erat, catalogum plerorumque texere, ut Lectores, ubicunque habitantes, eum augere, vel inde discere, queant, quinam Numi videantur rariores, & quid accessionum passim sperare debeamus. Prædicamus denuo Autoris Cel. eruditionem, diligentiam, acumen, & festivum ingenium.

BARNABÆ BRISSONII, JCTI, REGII CONSIstorii Consiliarii, Amplissimique Senatus Parisiensis Præsidis, Antiquitatum ex Jure civili selectarum Libri quatuor. In gratiam cupidæ Legum juventutis Opus recensuit, emendavit, variis annotationibus, Indice, atque

itque Præfatione, instruxit ALBERTUS DIETERICUS TREKELL, *JCtus.*

Lipsiæ, apud Caspar. Fritsch, 1741, 4.

Alph. 1 plag. 2.

Jam pridem in tabernis librariis disparuerant scripta *Barnabæ Brissonii*, summi Seculo XVI JCti, & inter eos jure quodam suo referendi, qui Jurisprudentiam, Glossatorum ineptiis male habitam, pristino suo nitori restituerunt. Inde factum est decennio abhinc, & quod excurrit, ut Celeberrimus *Conradi*, Academiæ Juliæ nobilior portio, tanti viri opus, stupenda industria confectum, *de Formulis populi Romani solennibus*, novis, iisque elegantioribus, typis in lucem proferret, eorumque prætermitteret nihil, quæ ad illud ipsum eruditis commodius reddendum conducere videbantur. Eadem ratione & de *Brissonio*, & de republica literaria universa, præclare meritus est B. *Heineccius*, dum ad aliud ejusdem Opus, *de Verborum, quæ ad Jus pertinent, significatione*, poliendum illustrandumque se converteret, editionemque longe auctiorem & splendidiorem moliretur, quæ, post fata optimi Viri nuper ex voto absoluta, propediem a nobis uberiore sermone laudabitur. Hisce Duumviris addendus nunc est doctissimus Vir, *Albertus Dietericus Trekellius*, JCtus Hamburgensis, qui jam polita *de Testamenti factione apud Romanos* Commentatione aliquam nominis celebritatem consecutus est. Ille enim, bono publico inserviturus, humanioris Themidos cultoribus in manus iterum dedit *Brissonii* primum ingenii partum, *Antiquitates* scilicet *Juris civilis selectas;* quod susceptum olim consilium quomodo perfecerit, paucis significandum est. Quæ primo loco oculis se nostris offert Præfatio, potissimum evincit, hos, qui, Philosophiæ cognitione destituti, elegantiorum tantum literarum præsidio nituntur, &, Jurisprudentiam non nisi ex Historia & Antiquitatibus illustrandam esse, putant, æque peccare, ac eos, qui, mansuetioribus Musis plane neglectis, solius Philosophiæ ope Jus interpretari se posse, contendunt. Aperit hac occasione animi sui sensa de arte demonstrandi, Jurisprudentiæ aliquot abhinc lustris appli-

cata, & affirmare non dubitat, esse hoc opus quam maxime arduum, quodque vires humanas propemodum excedat. Rationes, quas hanc in rem attulit, haud indignæ, ni fallimur, sunt, quæ ab omnibus accurate perpendantur. Hac nostra enim ætate certatur quotidie minutis conclusiunculis. Gliscit morbus, & omnem jam pæne eruditum orbem occupavit. Omnia theatra & tonsorum umbræ ista methodo personant, ut verbis utamur *Cunæi* in *Satyra Menippea*. In ipso *Brissoniano* Opusculo recensendo quid præstiterit Clarissimus Editor, paucis docebimus. Primus ejusdem labor fuit, ut illud quam emendatissimum prodiret. Adhibuit igitur varias editiones, ut universa menda, quantum fieri posset, tollerentur. Ubi vero in exemplaribus collatis propagati fuerunt errores, arte critica in partes vocata, suis conjecturis indulsit, quod tamen rarissime factum profitetur, & non nisi in manifestissimis erratis. Cum deinde animadverteret, *Brissonium*, more seculi sui, Autorum veterum verba, imo ipsas leges, non adjectis rite locis, produxisse; operam dedit Cl. *Trekellius*, ut omnia, ad quæ provocaverat Autor, facili evolvi negotio possent. Græcorum scriptorum locis interpretationem subjunxit Latinam, ne illos statim a lectione Opusculi deterreret, quibus non adeo familiaris Græca esse lingua solet. Denique observationes quasdam adjecit *Brissonio* suo, in quibus partim ea, quæ perperam ab Autore scripta videbantur, emendare, partim, quæ nimis breviter exposita fuerant, illustrare, studuit. Sunt quidem inter has, quod nec ipse doctissimus Editor diffitetur, nonnulla vulgaria, adeo sane, ut, illa hic repetere, vix operæ pretium videatur; sed nemo hoc ei crimini dabit, qui sibi revocaverit in memoriam, quod cupidæ potissimum legum juventuti labore suo succurrere voluerit *Trekellius*. En! quædam inde specimina. *Pag. 20* ad Caput *Brissonii*: *Quales olim emerentur venderenturque nummi*, notatur, omnia hæc, more suo, exscripsisse *Dionys. Gothofredum* ad *l. 9 §. 2 D. ad L. Corn. de Falsis*, imo eundem totum fere hoc Opusculum in compendium redegisse, & sic transtulisse in Notas suas ad Corpus Juris Romani. *Pag. 42*, ubi *Capite 20 Brissonius* scribit, Jus Civile per multa Secula solis Pontificibus no-

tum

tum fuiſſe, monet Cl. *Trekellius*, fuiſſe illud potius repoſitum in penetralibus Pontificum, teſte *Livio Lib. IX Cap. 46.* Quamvis enim ad Pontifices proprie Jus Civile non pertineret, niſi quatenus cum religione eſſet conjunctum, ut loquitur *Cicero de Leg. Lib. II Cap. 19;* videtur tamen antiquitus hæc ſcientia apud ſolos Pontifices delituiſſe. Pontifices ergo ſoli tunc temporis ſimul fuerunt JCti; unde etiam poſterioribus temporibus, evulgatis jam hiſce myſteriis, permanſit principium illud, Pontificem neminem bonum eſſe, niſi qui Jus Civile cognoſſet. Patere inſuper, ait, ex Hiſtoria Juris, maximos ſemper Romanorum JCtos fuiſſe ſimul Pontifices. *Pag. 49* ad verba *Briſſonii: interdum autem ipſi reo inquiſitio permittebatur*, hæc addidit Clariſſimus Editor: *Quid ſit inquiſitionem reo permittere, ego quidem non intelligo. Autor ſine dubio vitioſis Taciti exemplaribus uſus eſt; nam in emendatioribus* (Annal. Lib. XIII Cap. 43) *ita legitur*: mox, quia inquiſitionem annuam impetraverant, *accuſatores ſcilicet. Id tamen ex loco Plinii allato* (Lib. VI Epiſt. 5) *patet, & reo aliquando non minus, quam accuſatori, permiſſum fuiſſe, ut teſtes ad ſuam defenſionem produceret. Adde Plinii Lib. V Epiſt. 20. Pag. 59* perſuaſum ſibimet habet Cl. *Trekellius*, ex *Livii Lib. XXII Cap. 38*, aliisque locis, intellectu facillimum eſſe, quod & olim ſacramentum fuerit ſine jurejurando, poſtea vero illud cum hoc Romani conjunxerint. Diſcrimen tamen inter utrumque, in veterum ſilentio, non exacte definiri poſſe credit, a multis licet ſæpiuſcule hoc ſit tentatum. Ex nota, *pag. 62 Briſſonio* ſubjuncta, diſcimus, incertum eſſe, quando primum inſtituti fuerint Triumviri nocturni in urbe Roma. Antiquiſſimum eorundem, qui a veteribus memoratur, videri *Cn. Flavium* apud *Livium Lib. IX Cap. 46.* Et hæc quidem de obſervationibus *Trekellii*, qui non ſolum in Præfatione, juſtum aliquando *Syſtema Antiquitatum Romanarum* ſe exhibiturum, indicat, ſed *Antiquitates* etiam *ſelectas*, proxime proditura, pollicetur. Qui labores ut ei feliciter, & ex reipublicæ literariæ ſententia, ſuccedant, optamus. Ceterum vero Conſultiſſimum Virum, ſupra jam laudatum, *Franc. Carolum Conradi*, etiam atque etiam rogamus, ut, quæ prelo

ſubmittere rurſus voluit omnia *Briſſonii* minora ſcripta, ea, uno juncta *Volumine*, ne diutius exſpectari patiatur. Qua in re ſi precibus noſtris locum reliquerit Vir humaniſſimus, ab ejus inſigni induſtria novum *Briſſoniano* nomini decus accedet, quamplurimis autem eorum, qui Themidos & Muſarum ſacris addicti ſunt, uberrima plaudendi occaſio ſubnaſcetur.

C. H. TROTZ ORATIO INAUGURALIS DE LIbertate ſentiendi dicendique, JCtis propria. Publice dicta in templo Academico IX Oct. MDCCXLI, cum ordinariam Juris Profeſſionem in illuſtri Friſiorum Academia ſolenniter auſpicaretur.

Franequeræ, excudit Guil. Coulon, 1741, 4 maj.

Alph. 1 plag. 5.

Grave eſt Orationis argumentum, dignumque, quod a Celeberrimo *Trotzio* pertractaretur, quem egregia in Jurisprudentiam merita ad munus nuper Academicum, honeſtum profecto lautumque, evexerunt. Studuit Vir ille, ingenii maxime liberalis, ſuis efficere cohortationibus, ut Juris cultores mature diſcant præjudicatarum opinionum evitare ſcopulos, & a ſervili illo αὐτὸς ἔφα prudenter abſtinere. Qua de re cum non ſolum rationes conquiſiverit idoneas, ſed eleganti etiam floridoque dicendi genere, ad perſuadendum neceſſario, diſſeruerit; non dubitamus ullo modo, quin futuri ſint multi, qui, hac Oratione lecta, album Autori calculum adjiciant, & dicta illius in ſuccum, quod ajunt, ſanguinemque convertant. Id ſaltem vehementer dolemus, quod raro in Germania noſtra minoris molis ſcriptorum copia ſit, quæ ab exterarum regionum viris præcipuis in lucem publicam proferuntur. Quam vellemus nos, ut huic malo noſtro vel per bibliopolas, vel per Autores ipſos, commoda in poſterum afferri medicina poſſet! Sed hæc in tranſitu. Redeamus ad Conſultiſſimi *Trotzii* Orationem, viſuri, quo modo partes ſuas in hocce, quod ſuſcepit, negotio peregerit. Libertate dicendi, quam Græci una voce παῤῥησία vocare ſolebant, intelligit facultatem vivam, perſpi-

ıerſpicuam, figuratam, & liberam, lingua animi ſui ſententiam n apricum proferendi, & cum aliis, quorum intereſt, lubenter communicandi. Quo divino & incomparabili dono qui gaudere voluerint, illos a præjudiciis (ſit venia verbo) vacuos, lienos a turba, & ab aſſentantis vulgi imperitia procul remoos, ſcienter appoſiteque cogitare oportet. Affert tum Claiſſimus Autor, prooemii loco, multa notatu digniora de liertate theologica, philoſophica, atque hiſtorica, hisque perctis, ad argumentum ipſum, quod pertractandum ſibi ſumſeat, propius accedit. Libertatem juridicam hiſce deſcribit verɔis, quod nimirum ſit facultas, in veritatem, nullo prohiɔente, inquirendi, errores obvios, abuſus inveteratos, quocunque nomine, juſtive colore, introductos, accurate refelendi, a quovis, ab ipſo etiam legislatore, bene ponderatis raionibus, diſſentiendi, medelam denique & cautiones legitimas excogitandi, præſcribendi, verumque, ut lubet, profitendi, ac enuntiandi. Abominatur ergo Conſultiſſimus *Trotzius* vagam llam contradicendi libidinem, ac diſputandi perverſum pruritum, eum ſaltem in finem conceptum, ut legis circumveniaur ſententia, & id, quod explorati juris eſt, penitus ſubveratur. Iſte mos non JCti probi atque honeſti eſt, ſed rabulaum potius, qui in rebus ſeriis, maximique momenti, inerti ɔetulantia immodeſte ſcurriliterque ludunt. Libertatis juridiæ ſi quis noſſe originem voluerit, ille hiſtoriam Græcorum ſiɔi reddat familiarem, neceſſe eſt. Ab his ad Romanos tranſit, & per temporum intervalla a JCtis ad ſummum evecta eſt aſtigium. In ſtatu certe Romanæ reipublicæ libertatis teſtimoiium præbet ipſa legum ferendarum formula: *Velitis, jubeais, Quirites.* In SCtis ſolennia Conſulis verba, diſceſſionem uadentis, iſta fuerunt: *Qui hoc cenſetis, illuc tranſite, qui alia mnia, in hanc partem, cum qua ſentitis.* Non enim Conſulis erat, ſententiam dicere in Senatu, ſed rogare tantum, quod ecto vocabulo exprimebatur *conſulere*; unde & ſucceſſu temɔoris, *Tullio* teſte, formula alloquendi JCtos invaluit, de jue reſponſuros: *Licetne conſulere?* Eandem ſibi libertatem Prætor, Plebiſcita, & Ædilium Edicta, vindicabant, quæ, licet multum

tum detraherent autoritati Senatus, nihil tamen a libertate, vel legum condendarum majestate, recessisse videntur. Nec alia via incedere solebant Prudentes, qui, majorum suorum libertate muniti, interpretationibus, forique disputationibus, novi juris autores fuerunt, per excellentiam *Jus Civile* appellati. Varia hujus rei exempla, ex antiquorum JCtorum reliquiis petita, in medium producit Orator noster, & deinceps ab hac juridica libertate sectarum natales derivat, quarum *parentes* fuerunt *Atejus Capito* & *Antistius Labeo*, Sabinianorum ac Proculejanorum antesignani. Hæc libertatis juridicæ conditio fuit, florente republica; ea vero ad occasum vergente, atque in principatum inclinante, magna illa ingenia, priscæ libertatis assertores, sensim sensimque deficere cœperunt. Sub uno fere *Augusto* dicendi libertas JCtis illibata mansit. Ejus morte hæc etiam animam egit, & mox irreparabili damno *sublata est. Loquuntur* annales tristissimam turpissimamque hujus mutationis formam sub Imperatoribus sequentibus, qui tamen non omnibus libertatem dicendi eripere potuerunt. Illustria prostant ac memoranda, quanquam rariora, priscæ virtutis exempla in *Pisone*, *Cassio Longino*, ac *Proculo*, & cumprimis in *Papiniano*, qui pro libertate mortem subire maluit, quam nefandum *Caracallæ* fratricidium impie defendere. Lætior paululum effulsit libertati juridicæ lux sub *Vespasiano*, *Tito*, *Nerva*, *Trajano*, *Antoninis*, *Alexandro Severo*, aliisque Principibus, quod Autor facundissimus multis speciminibus eleganter ostendit. Quodsi recentiora spectemus tempora, occurrunt *Azo*, *Thomas Morus*, *Jac. Cujacius*, *Barn. Brissonius*, *Jo. Seldenus*, aliique summi JCti, qui, vel in gravissima perducti pericula, posthabitis vitæ ac fortunarum rationibus, masculi libertatis dicendi vindices exstiterunt. Hæc summa est Orationis, quæ sine dubio non paucos Lectorum nostrorum ad comparandam eam, diligenterque legendam, invitabit.

Gründliche Ausführung, &c.

hoc est,

S. R. I. LIBERÆ CIVITATIS NORIBERGÆ Solida

lida Deductio ex Commissione perpetua Augustissimi Imperatoris & Imperii competentis, & per aliquot Secula quiete & sine ulla contradictione habitæ, custodiæ Insignium Imperii, & exinde profluens, optime fundata, reprotestatio, protestationi, nuper sine fundamento & jure ab Aquisgranensibus interpositæ, eorumque prætensionibus non fundatis, in Insignia modo nominata factis, opposita.

Altorfii, apud Jo. Adamum Hesselium, 1742, fol.
Plag. 18.

Prodiit quidem sine nomine Autoris scriptum hoc, & argumento & probationum gravitate satis illustre; ex ungue tamen quilibet leonem facile cognoscet latitantem, Amplissimum Academiæ Altorfinæ Antecessorem, *Christ. Gottl. Schwarzium*, causæ Noribergensium bonæ strenuum defensorem. Impulerat periculum, e continuis Bohemorum motibus, & Turcorum in Ungariam irruptionibus, obortum, *Sigismundum* Imperatorem, ut insignia Imperii, seu Clenodia, cum reliquiis quibusdam religiosis, quæ alias ipse & Antecessores ejus custodierant,
A. 1424 Noribergam, quam solam inter tot claras Germaniæ Pag. 4.
urbes munere hoc dignam censebat, perpetuæ custodiæ offerret, & re ipsa traderet. Confirmarunt custodiam illam Pontifices, *Martinus V* A. 1425, *Nicolaus V* A. 1452, & *Pius*
II A. 1462, pro more istius temporis. Ipse vero *Sigismun-* 8.
dus Imperator in Constitutione de perpetua custodia insignium, quæ ipse *Caroli M.* fuisse asserit, & reliquiarum, religioso cultu, secundum principia Ecclesiæ Catholicæ, prosequendarum, solennium nundinarum privilegium Noribergensibus concessit. Quæ omnia & a sequentibus Imperatori-
bus gratiose repetita & renovata fuerunt. Hisce ergo præmis- 15.
sis, ponderose satis urget Amplissimus Autor contra Aquisgranenses, eandem custodiendorum Imperii insignium & reliquiarum prærogativam sibi vindicantes, quodsi ullum antiquius illis competeret jus, cur tacuerint illi, cur non prosecuti sint jus,

quod quærunt, contra factum diu antea a *Carolo IV* deliberatum, & a Pontificibus ratihabitum. Sed mox prosequitur contentionis historiam, & ulterius probat, quod *Innocentius VI*, P. M. in Bulla, quam de instituto A. 1354 festo armorum Christi promulgavit, ipse asserat, Imperatorem *Carolum IV* reliquias in sua custodia habere, prout, qui eum antecesserant, Reges Romanorum, seu Imperatores, etiam habuerunt. *Carolum IV* A. 1356 in curia Noribergensi in solio Majestatis Cæsareæ, imperialibus infulis, insignibus, & diademate, decoratum, sedisse, ipsum testatur Aureæ Bullæ procemium. Eundem *Carolum* A. 1361 eadem Imperii Clenodia ad solennem curiam, propter lætos *Wenceslai* natales Norobergæ institutam, de Bohemia deduci jussisse, & solenni apparatu ibidem ea ostendisse, ipsum quoque, curia ista finita, cum uxore & filio & *insignibus* in Bohemiam rediisse, *Henr. Rebdorffius* scribit. Ab hoc ergo tempore, quo custodiæ perpetuæ tradita fuerunt, Norimbergenses insignia, cum reliquiis adjectis, ad locum coronationis semper deportarunt, & post coronationem peractam quiete receperunt & reportarunt. Magis adhuc firmatur longæva Noribergensium possessio per agnitionem Imperii, dum Electores quavis data occasione evocarunt & evocant eos hodienum, ut mature insignia ad locum coronationi destinatum advehant; quod eorum Deputati actui coronationis intersint, & ipsi quodammodo assistant Imperatori vestibus induendo; reliqui vero Status, per quorum provincias Deputati migrant, accedentes & redeuntes solenniter adhuc conducant. Concludit ergo Excellentissimus Autor ex hactenus dictis & probatis, justum inclytæ Noribergensium Reipublicæ competere titulum, & præscriptionem adesse longissimam, ad servanda Imperii Clenodia, cum reliquiis, religioso cultu venerandis, custodiæ ejus demandata. Præter omnium tamen spem & opinionem protestati sunt Deputati Aquisgranenses A. 1711 d. 24 Dec. coram Notario & testibus contra receptionem insignium & reliquiarum, asserentes atque urgentes, *Richardum*, Romanorum Regem, eandem ipsis custodiam anno jam 1262 demandasse. Regerebant Noribergen-

bergenses: Diplomata *Richardi*, quæ hodie producuntur, dubiæ plane fidei esse, dum electus ille quidem fuerit, nunquam tamen quiete regnum administraverit, nec ab omnibus fuerit agnitus. Cui accedit, quod *Rudolphus* Habsburgicus A. 1281 donationes aliasque *Richardi* concessiones in Comitiis, eodem anno Noribergæ habitis, solenniter & communi Statuum consensu revocaverit. Maxime vero ob id in dubium vocatur fides ac veritas totius Diplomatis, quod eidem *Rudolpho* insignia hæc Aquisgrani neque oblata fuerint, neque is, peracta coronatione, custodienda illa reposuerit. In arce enim Triesfeld, prope Rhenum sita, durante interregno custodita, & Moguntiæ ei exhibita, ab eo autem in castrum Kyburgum translata fuerunt. Quomodo ergo *Richardus* Aquisgranensibus concedere potuit, quod ipse non habuit? Mortuo *Rudolpho*, *Albertus* filius ea *Adolpho Nassovio* exhibuit, eoque occiso iterum recipiens, Kyburgum illa retulit. Tenuit ea postea *Fridericus Austriacus*, filius *Alberti I*, & frater hujus, *Leopoldus*, *Ludovico Bavaro* ea exhibuit tandem, ut fratrem eo citius e captivitate liberaret. Nullus ergo Imperatorum usque ad A. 1423 Aquisgrani reliquit insignia. Quodsi tamen Diploma *Richardinum* aliquam meretur fidem, hoc unum probari inde poterit, quod proprium ornatum regium, quem ipse ex Anglia secum apportaverat, Cœnobio B. V. M. Argentorati donaverit, quod & luculenter asserit *Noppius* in *Chron. Aquisgranensi*. Sed ipsum, quod produxerunt Aquisgranenses, Diploma, ex quo ipsi manus injicere Clenodiis & reliquiis, a Noribergensibus hactenus custoditis & possessis, conantur, omnibus plane avthentici criteriis destituitur, imo ex privato scripto quodam decerptum videtur. Stilus enim, Diplomatibus alias solitus, hic exulat totus. *Richardus* non in prima, sed in tertia, persona, & modo tantum historico, loquitur, se non Regem Romanorum semper *Augustum*, sed Regem *Alemannorum*, inusitato plane aliis ejusdem *Richardi* Diplomatibus modo, nominat.

Sed, licet & omnia Aquisgranensium, hactenus prolata, subtiliter & solide satis discussa & dispulsa fuerint, tamen A. 1742,

quod quærunt, contra factum diu antea a *Carolo IV* deliberatum, & a Pontificibus ratihabitum. Sed mox prosequitur contentionis historiam, & ulterius probat, quod *Innocentius VI*, P. M. in Bulla, quam de instituto A. 1354 festo armorum Christi promulgavit, ipse asserat, Imperatorem *Carolum IV* reliquias in sua custodia habere, prout, qui eum antecesserant, Reges Romanorum, seu Imperatores, etiam habuerunt. *Carolum IV* A. 1356 in curia Noribergensi in solio Majestatis Cæsareæ, imperialibus infulis, insignibus, & diademate, decoratum, sedisse, ipsum testatur Aureæ Bullæ proœmium. Eundem *Carolum* A. 1361 eadem Imperii Clenodia ad solennem curiam, propter lætos *Wenceslai* natales Noribergæ institutam, de Bohemia deduci jussisse, & solenni apparatu ibidem ea ostendisse, ipsum quoque, curia ista finita, cum uxore & filio & *insignibus in* Bohemiam rediisse, *Henr. Rebdorffius* scribit. Ab hoc ergo tempore, quo custodiæ perpetuæ tradita fuerunt, Norimbergenses insignia, cum reliquiis adjectis, ad locum coronationis semper deportarunt,& post coronationem peractam quiete receperunt & reportarunt. Magis adhuc firmatur longæva Noribergensium possessio per agnitionem Imperii, dum Electores quavis data occasione evocarunt & evocant eos hodienum, ut mature insignia ad locum coronationi destinatum advehant; quod eorum Deputati actui coronationis intersint, & ipsi quodammodo assistant Imperatori vestibus induendo; reliqui vero Status, per quorum provincias Deputati migrant, accedentes & redeuntes solenniter adhuc conducant. Concludit ergo Excellentissimus Autor ex hactenus dictis & probatis, justum inclytæ Noribergensium Reipublicæ competere titulum, & præscriptionem adesse longissimam, ad servanda Imperii Clenodia, cum reliquiis, religioso cultu venerandis, custodiæ ejus demandata. Præter omnium tamen spem & opinionem protestati sunt Deputati Aquisgranenses A. 1711 d. 24 Dec. coram Notario & testibus contra receptionem insignium & reliquiarum, asserentes atque urgentes, *Richardum*, Romanorum Regem, eandem ipsis custodiam anno jam 1262 demandasse. Regerebant Noribergen-

bergenses: Diplomata *Richardi*, quæ hodie producuntur, dubiæ plane fidei esse, dum electus ille quidem fuerit, nunquam tamen quiete regnum administraverit, nec ab omnibus fuerit agnitus. Cui accedit, quod *Rudolphus* Habsburgicus A. 1281 donationes aliasque *Richardi* concessiones in Comitiis, eodem anno Noribergæ habitis, solenniter & communi Statuum consensu revocaverit. Maxime vero ob id in dubium vocatur fides ac veritas totius Diplomatis, quod eidem *Rudolpho* insignia hæc Aquisgrani neque oblata fuerint, neque is, peracta coronatione, custodienda illa reposuerit. In arce enim Triesfeld, prope Rhenum sita, durante interregno custodita, & Moguntiæ ei exhibita, ab eo autem in castrum Kyburgum translata fuerunt. Quomodo ergo *Richardus* Aquisgranensibus concedere potuit, quod ipse non habuit? Mortuo *Rudolpho*, *Albertus* filius ea *Adolpho Nassovio* exhibuit, eoque occiso iterum recipiens, Kyburgum illa retulit. Tenuit ea postea *Fridericus Austriacus*, filius *Alberti I*, & frater hujus, *Leopoldus*, *Ludovico Bavaro* ea exhibuit tandem, ut fratrem eo citius e captivitate liberaret. Nullus ergo Imperatorum usque ad A. 1423 Aquisgrani reliquit insignia. Quodsi tamen Diploma *Richardinum* aliquam meretur fidem, hoc unum probari inde poterit, quod proprium ornatum regium, quem ipse ex Anglia secum apportaverat, Cœnobio B. V. M. Argentorati donaverit, quod & luculenter asserit *Noppius* in *Chron. Aquisgranensi*. Sed ipsum, quod produxerunt Aquisgranenses, Diploma, ex quo ipsi manus injicere Clenodiis & reliquiis, a Noribergensibus hactenus custoditis & possessis, conantur, omnibus plane avthentici criteriis destituitur, imo ex privato scripto quodam decerptum videtur. Stilus enim, Diplomatibus alias solitus, hic exulat totus. *Richardus* non in prima, sed in tertia, persona, & modo tantum historico, loquitur, se non Regem Romanorum semper *Augustum*, sed Regem *Alemannorum*, insusitato plane aliis ejusdem *Richardi* Diplomatibus modo, nominat.

Sed, licet & omnia Aquisgranensium, hactenus prolata, subtiliter & solide satis discussa & dispulsa fuerint, tamen A. 1742, d. 24

d. 24 Febr. denuo coram Notario & testibus protestationem interposuerunt illi, custodiam insignium dictorum ex donatione *Caroli Magni*, novo quasi contentionis fundamento, deducentes & aucupantes. Non sine causa miratur Amplissimus Autor malum vulneratæ causæ indicium, dum admodum variant illud jus Aquisgranenses, contendentes jam 1) ex donatione quadam *Caroli M.*; 2) asserentes longævam custodiam insignium *istorum*; 3) provocantes ad anteriores pro conservatione *jurium contra* detentionem Noribergensium A. 1658, 1690, & 1711, interpositas protestationes. Sed, quod ad primum, donationis assertæ nullum ullibi exstat documentum aliave probatio, quam tamen in rebus facti nunquam non adesse oportet. *Carolum M.* Aquisgrani sepultum esse in Basilica sanctæ Dei genitricis, inter omnes constat. Corpus ejus in *sede aurea* sedens positum esse, ense aureo cinctum, Evangelium aureum tenens in manibus & genibus, reclinatis humeris in cathedra, & capite honeste erecto, ligato aurea catena ad diadema; vestitum esse corpus ejus vestimentis imperialibus, cilicium ad carnem ejus positum esse, quod secreto semper induebatur, & super vestimentis imperialibus peram peregrinalem auream positam esse; sceptrum aureum & scutum aureum ante eum posita fuisse dependentia, refert *Monachus Engolismensis*. Sed quis ullum ex omnibus his ad hodierna Imperii Clenodia argumentum ducet? aut quis credet, hodierna Imperii insignia eadem esse, quibus *Carolus M.* tumulatus est, excepto forsan acinace & Libro Evangeliorum, *Ottonis III* tempore e tumulo isto cum corpore *Caroli M.* effosso. Ulterius urgent Aquisgranenses, civitatem suam semper Archisolium totius Imperii habitam fuisse. Sed regerit Autor, ad necessitatem insignia Imperii custodiendi exinde non valere consequentiam. Nec ex eo, quod aliquot Clenodia Aquisgrani asserventur, certo concludi potest, etiam reliqua hic esse deposita. Quin potius hoc modo meliori probabilitate inverti posset argumentum: Ubicunque insignia principalia servantur, ibi etiam minus principalia debent custodiri; atqui Noribergæ &c. E. A qua tamen conclusione modeste abstinent Noribergenses. Secundum Aquisgranensium argumentum

tum ad continuam Insignium custodiam provocat. At per seriem Imperatorum contrarium omni fidei historicæ certitudine probat Cel. Autor, ipsos Imperatores *Carolingicæ* stirpis ea secum custodivisse, eorumve custodiam uxoribus & Camerariis demandasse, ex *Hincmaro de ordine palatii* ostendens. Quin imo vix satis tutum eis receptaculum fuisset Aquisgranum, A. 851 & 881 a Normannis misere devastatum, cædibus, rapinis, incendiis, adeo destructum, ut secundum *Annalistam Saxonem* palatium Aquisgranense ad tempora *Ottonis* Imperatoris usque per 80 annos vastatum permanserit. *Conradum* moribundum fratrem *Everhardum* cum sacra lancea, armillis aureis, cum chlamyde & veterum gladio Regum ac diademate ad *Henricum* misisse, narrat quidem *Wittechindus* in *Annalibus*, sed, ea Aquisgrano evocata fuisse, totus silet. Idem & de *Ottonibus* probatur. *Otto* enim *III*, agens in extremis, *Heriberto*, Coloniensi Archiepiscopo, qui tum aderat, insignia Imperii commendavit. Et hic sceptrum & coronam cum lancea S. *Mauritii* secum in Bojuariam detulit. Imperatricem *Cunegundam* regalia insignia, quæ sibi Imperator *Henricus II* reliquerat, gratanter obtulisse *Conrado II*, asserit *Wippo*. Frivola ergo declarat Amplissimus Autor attentata Aquisgranensia, novissimis tantum temporibus excogitata, & miratur, eo præcipue tempore tacuisse eos, quo insignia ista Noriberga Aquisgranum, ad ipsum coronationis actum, deportata fuerunt, *Alberti* scilicet *II* A. 1438, *Friderici III* A. 1442, *Maximiliani I* A. 1486, *Caroli V* A. 1520, & *Ferdinandi I* A. 1531. Protestationes autem de A. 1658 & 1690, ad quas provocant, nullibi plane deprehenduntur, & Noribergenses ignorant eas. Tacent tandem postulationes has omnes scriptores coævi, & ipsi Chronographi Aquisgranenses, interque eos *Noppius* præcipue, qui, dum coronationem *Caroli V*, & Noribergenses insignia & reliquias apportasse, refert, nihil tamen de Aquisgranensium desideriis moneat, quin potius de *Richardo* Rege doceat, sua hunc corona, quam apportaverat secum, coronatum esse, quam postea A. 1262 templo S. B. V. dicaverit.

INSTITUTIONES HISTORICO-PHYSICÆ REgni vegetabilis, in usum Auditorum adornatæ a D. CHRISTIANO GOTTLIEB LUDWIG, Med. P. P. Extraord. & Coll. B. M. V. h. t. Præposito.

Lipsiæ, apud Jo. Fridericum Gleditschium, 1742, 8 maj. Plag. 15½.

Cum materiæ medicæ studio Historia naturalis & *Physica conjuncta* sit oportet, quo ex tanta corporum copia selectus eorum, quæ egregio usu se commendant, institui queat. Doctissimus igitur Autor, quo Lipsia clarissimo doctore gaudet, regno minerali & animali relicto, pro ratione studiorum suorum, vegetabilis regni considerationem historicam æque ac physicam sistit. In Prolegomenis fundamenta *divisionis trium* naturæ regnorum tangit, & corpora, quæ eandem semper formam obtinent, animalia & vegetabilia dicit, illis facultatem locomotivam adscribens, his denegans, mineralia vero a diversitate formæ, sub qua nobis exhibentur, definiens. *Pars prima*, quæ considerationem vegetabilium historicam exhibet, in *Capite primo* de methodo in omni Historia naturali in genere agit. Characteres corporum, qui in Historia naturali attenduntur, a figura, situ, nexu, numero, & proportione partium, desumuntur, &, his cognitis ac inter se comparatis, individua in species, species in genera, disponuntur. Ita methodus formatur, quæ est ordo corporum naturalium, ex convenientia characterum, in ipsis corporibus inveniendorum, constitutus. *Caput secundum* definitiones partium plantæ proponit, quas quidem non fusius recensere possumus, sed tantum cum Autore monemus, crebram disquisitionem earundem in plantarum studio suscipiendam esse, quo discentes se exerceant, & docentes imperfectas magis perficiant. *Caput tertium* diversas plantarum methodos brevissime indicat, & ostendit, quibusnam characteribus varii Autores in disponendis plantis, inprimis in generibus summis, usi fuerint. *Caput quartum* generum constitutionem, & nomina generica, exponit. Subordinatione itaque generum instituta, characteres in naturales & factitios, sive artificiales, distinguit,

.nguit, & illos ulterius in essentiales & accidentales dividit. um vero Autor omnes characteres, ex planta ipsa petitos, na- ırales dicat, essentiales a flore & fructu, accidentales a reliquis ırtibus plantæ, sumi posse monet, ita tamen, ut in plantis di- ıonendis ad priores semper, in cognoscendis vero nonnun- uam, maxima tamen cum circumspectione, ad posteriores, re- ɔiciatur. Subnectit postea varias regulas, tum circa genera ɔsa, tum circa denominationem earundem, observandas. Si- ıili studio *Capite quinto* specierum constitutionem & nomina ɔecifica disquirit, differentiam characterum specificorum ex- onit, & de nominibus formandis varia addit. *Caput sextum* ɔecimen methodi vegetabilium, ex structura floris desumtæ, roponit, &, eandem non prorsus novam esse, monet, cum ex ariis Autorum, inprimis *Rivini* & *Linnæi*, methodis conceptus, ıeliori ordine dispositi, hauriantur. Tabula vero methodi ujus synoptica hæc est:

Flores sunt	Plantæ sunt
. Involuti.	
A. Perfecti.	
I. Petaloidei.	
1. Monopetali.	
α. Simplices.	
a. Regulares.	1. Monopetalæ regulares.
b. Irregulares.	2. Monopetalæ irregulares.
β. Compositi.	
a. Tubulosi.	3. Compositæ tubulosæ.
b. Lingulati.	4. Compositæ lingulatæ.
c. Mixti.	5. Compositæ mixtæ.
2. Dipetali.	6. Dipetalæ.
3. Tripetali.	7. Tripetalæ.
4. Tetrapetali.	
α. Regulares.	8. Tetrapetalæ regulares.
β. Irregulares.	9. Tetrapetalæ irregulares.
5. Pentapetali.	
α. Regulares.	10. Pentapetalæ regulares.
β. Irregulares.	11. Pentapetalæ irregulares.

Umbel-

INSTITUTIONES HISTORICO-PHYSICÆ Regni vegetabilis, in usum Auditorum adornatæ a D. CHRISTIANO GOTTLIEB LUDWIG, Med. P. P. Extraord. & Coll. B. M. V. h. t. Præposito.

Lipsiæ, apud Jo. Fridericum Gleditschium, 1742, 8 maj. Plag. 15½.

Cum materiæ medicæ studio Historia naturalis & *Physica* conjuncta sit oportet, quo ex tanta corporum copia selectus eorum, quæ egregio usu se commendant, institui queat. Doctissimus igitur Autor, quo Lipsia clarissimo doctore gaudet, regno minerali & animali relicto, pro ratione studiorum suorum, vegetabilis regni considerationem historicam æque ac physicam sistit. In Prolegomenis fundamenta *divisionis trium* naturæ regnorum tangit, & corpora, quæ eandem semper formam obtinent, animalia & vegetabilia dicit, illis facultatem locomotivam adscribens, his denegans, mineralia vero a diversitate formæ, sub qua nobis exhibentur, definiens. *Pars prima*, quæ considerationem vegetabilium historicam exhibet, in *Capite primo* de methodo in omni Historia naturali in genere agit. Characteres corporum, qui in Historia naturali attenduntur, a figura, situ, nexu, numero, & proportione partium, desumuntur, &, his cognitis ac inter se comparatis, individua in species, species in genera, disponuntur. Ita methodus formatur, quæ est ordo corporum naturalium, ex convenientia characterum, in ipsis corporibus inveniendorum, constitutus. *Caput secundum* definitiones partium plantæ proponit, quas quidem non fusius recensere possumus, sed tantum cum Autore monemus, crebram disquisitionem earundem in plantarum studio suscipiendam esse, quo discentes se exerceant, & docentes imperfectas magis perficiant. *Caput tertium* diversas plantarum methodos brevissime indicat, & ostendit, quibusnam characteribus varii Autores in disponendis plantis, inprimis in generibus summis, usi fuerint. *Caput quartum* generum constitutionem & nomina generica, exponit. Subordinatione itaque generum instituta, characteres in naturales & factitios, sive artificiales, distinguit

ſtinguit, & illos ulterius in eſſentiales & accidentales dividit. Cum vero Autor omnes characteres, ex planta ipſa petitos, naturales dicat, eſſentiales a flore & fructu, accidentales a reliquis partibus plantæ, ſumi poſſe monet, ita tamen, ut in plantis diſponendis ad priores ſemper, in cognoſcendis vero nonnunquam, maxima tamen cum circumſpectione, ad poſteriores, reſpiciatur. Subnectit poſtea varias regulas, tum circa genera ipſa, tum circa denominationem earundem, obſervandas. Simili ſtudio *Capite quinto* ſpecierum conſtitutionem & nomina ſpecifica diſquirit, differentiam characterum ſpecificorum exponit, & de nominibus formandis varia addit. *Caput ſextum* ſpecimen methodi vegetabilium, ex ſtructura floris deſumtæ, proponit, &, eandem non prorſus novam eſſe, monet, cum ex variis Autorum, inprimis *Rivini* & *Linnæi*, methodis conceptus, meliori ordine diſpoſiti, hauriantur. Tabula vero methodi hujus ſynoptica hæc eſt:

Flores ſunt	Plantæ ſunt
I. Involuti.	
A. Perfecti.	
I. Petaloidei.	
1. Monopetali.	
α. Simplices.	
a. Regulares.	1. Monopetalæ regulares.
b. Irregulares.	2. Monopetalæ irregulares.
β. Compoſiti.	
a. Tubuloſi.	3. Compoſitæ tubuloſæ.
b. Lingulati.	4. Compoſitæ lingulatæ.
c. Mixti.	5. Compoſitæ mixtæ.
2. Dipetali.	6. Dipetalæ.
3. Tripetali.	7. Tripetalæ.
4. Tetrapetali.	
α. Regulares.	8. Tetrapetalæ regulares.
β. Irregulares.	9. Tetrapetalæ irregulares.
5. Pentapetali.	
α. Regulares.	10. Pentapetalæ regulares.
β. Irregulares.	11. Pentapetalæ irregulares.

Umbel-

γ. Umbellati.	12. Pentapetalæ umbellatæ
6. Hexapetali.	13. Hexapetalæ.
7. Polypetali.	14. Polypetalæ.
II. Apetali.	15. Apetalæ.
B. Relativi.	
I. Monophyti.	16. Relativæ monophytæ.
II. Diphyti.	17. Relativæ diphytæ.
II. Nudi.	18. Nudæ.

Vocabula igitur definit,& dispositionem exemplis illustrat; qu propter plantas officinales, culinares, & circa Lipsiam spon provenientes, in tabulas disponit, plantarum officinalium & lectarum nomina specifica ordine alphabetico recenset, & non nullas varietates annectit.

Pars altera considerationem vegetabilium physicam, & *Caput primum* generalia hujus doctrinæ fundamenta, exponi Modum,internam vegetabilium structuram indagandi, brevissi me attingit. Vegetationem scilicet successivam plantæ muta tionem, quatenus a motu fluidorum per solida pendet, illu straturus, in *secundo Capite* de partibus vegetabilium solidis agi Fibram dicit partem filamento tenuissimo similem, quæ tensio ni successive magis magisque usque ad certum gradum resi stit, & in eo constituta tandem ex instanti rumpitur. Diffe rentia igitur fibræ vegetabilis & animalis disquisita, membranæ & canalis simplicioris structuram exponit, & inde definitiones & descriptionem cuticulæ, contextus cellulosi, vasculorum, parenchymatis, corporis lignosi, & medullæ, deducit. *Caput tertium* partes vegetabilium fluidas disquirit, aerem & aquam tanquam fluida plantarum universalia, considerat, & partes va rias terrestres subtilissimas, salinas & oleosas, tanquam accesso rias, & nutrimentum plantarum constituentes, exponit. *Caput quartum* motum fluidorum per solida in plantis perpendit, & eundem potissimum ab aere ambiente dependere ostendit, va riisque experimentis declarat. Perspiratio succi plantarum, qui motus perficitur, contextu celluloso, in interstitiis vasculorum & in cavis eorundem deprehenso, adjuvatur, quod exemplo

gossypi

goſſypii declaratur. Circulatio vero ſuccorum in plantis eodem modo, quo in animalibus, haud perficitur. Hac generaliori diſquiſitione præmiſſa, Autor *Capite quinto* de partibus vegetabilium compoſitis, nutritioni inſervientibus, & *Sectione prima* de radice, agit. Fibrilla, tanquam pars radicis primaria, quoad ſtructuram, directionem, & uſum, explicatur, & radicum fibroſarum, tum teneriorum, tum lignoſarum, bulboſarum, & tuberoſarum, ſtructura ex his deducitur, uſusque additur. In *Sectione ſecunda* caudicis ſtructura tum in annuis, tum in perennibus, deſcribitur, & in utriſque nodorum formatio, & ramorum ortus, declaratur. *Sectio tertia* folia exponit. In his partim nexus cum caudice & petiolorum ſtructura, partim expanſiones membranaceæ folii, deſcribuntur. Duplex vero foliorum rete potiſſimum diſquiritur, & eorum uſus exinde eruitur. Appendicis loco de claviculis, pilis, & ſpinis, nonnulla adduntur. *Caput ſextum* de partibus vegetabilium compoſitis, generationi inſervientibus, & *Sectio prima* de flore, agit. Qua de cauſa omnes florum partes, tum in ſe, tum in nexu ſuo cum aliis, diſquiruntur, & per varia argumenta probabiliter oſtenditur, negotium generationis vegetabilis in flore abſolvi. *Sectio ſecunda* fructum ſiſtit, ideoque partim thalami diverſam expanſionem, & ſeminum adhæſionem, partim integumenta fructuum membranacea, pulpoſa, & oſſea, exponit, uſumque fructus in ſemine perficiendo ponit. *Sectio tertia* germen conſiderat. Pars vegetabilium, quæ novæ plantæ delineationem ſiſtit, germen dicitur, & hoc vel in ſemine, vel in gemma, continetur. Membranas, ſemen involventes, lobos ſeminales, ſive cotyledones, & plantulam ſeminalem, ſiſtit, quæ ex radicula & plumula conſtat. Gemmæ vel ex radice, vel ex alis foliorum, in caudice & ramis oriuntur, & in annuis plantis ramulos laterales, ſine ſquamulis prorumpentes, exhibent, in perennibus vero capitula ſquamis tecta conſpiciuntur. Ut hæc tractatio lectionibus Academicis accommodatiſſima videtur; ſic etiam nulli dubitamus, eandem continuato doctiſſimi Autoris labore magis magisque poſſe perfici.

D. Adolph Friedrich Hoffmanns Vernunfft-Lehre, ec.
hoc est,

D. ADOLPHI FRIDERICI HOFFMANNI LOGICA, in qua criteria veri & falsi ex legibus humani intellectus deducuntur.

Tomi II.

Lipsiæ, sumtibus Autoris, 1737, 8.
Alph. 3 plag. 8.

Profundioris eruditionis naturam quisquis paulo curatius perpenderit, facili negotio animadvertet, nulla fere re ad scientiarum incrementa plus conferri posse, quam si intellectus humani leges quam diligentissime evolvantur, & ex iis veri falsique criteria legitime deducantur. Quanquam *enim a natura* ita effecti sumus, ut secundum has ipsas leges etiam ante illarum conscientiam agamus atque meditemur; nullo tamen pacto medela adhiberi potest creberrimæ confusioni ac temerariæ, partim ex negligentia, partim ex multifario partium studio, oriundæ, applicationi, aut potius abusui, nisi distincta earum cognitione imbui, imo prorsus illi assuefieri, laboremus. Cui quidem scopo cum nondum ex asse respondere viderentur veterum Dialecticorum præcepta; illi sane eruditi laude reliquis non minore, nisi forsan etiam majore, digni censendi sunt, qui ad rectius excolendum Logices studium operam suam huc usque contulerunt. Equidem debitus honor Dialecticis raro habetur; cujus rei non minimam causam ex ignavia repetendam esse existimamus, qua fit, ut plerique ingenio suo a natura agili & veloci vage in scientiarum campo discurrere, quam laborem molestum difficilemque, suam ipsorum mentem accuratius indagandi, suscipere, malint. Nostra vero ætate multæ præterea accedunt causæ, quibus effici solet, ut statim tædium capiat legentes, ut primum novæ Logicæ, in publicum emissæ, nomen auditur. Ut enim jam de iis nihil dicamus, qui, hedera logica suspensa, inutiles vendunt subtilitates; neque etiam ventosam eorum jactantiam commemoremus, qui, cum in librorum capitumque

que inſcriptione mirum quantum promittant, reapſe tamen, præter vulgaria quædam monita, lippis quoque & tonſoribus non incognita, vix quidquam laudatu dignum conſarcinant; nonne ipſa librorum dialecticorum multitudine premi & plane obrui videmur? Permultas hodie novas Logicas evolvere licet, in quibus novi nihil præſtitum eſt, præterquam quod quiſque, expilatis aliorum ſcriniis, crambæ ſexcenties recoctæ novum jus affuderit. Quapropter, cum ita aſſuefacti ſimus, ut ex libris logicis raro ſingulare quiddam exſpectemus, conſultum duximus, ab initio ſtatim Lectorum faſtidio obviam ire, neque ſine præfatione aliqua nos ad recenſendam Logicam *Hoffmannianam* accingere, quæ non vulgaris eſt ſaporis, ſed ita comparata, ut utilitatem ejus experientia quiſque addiſcere poſſit, utque ad proferendos regni ſcientiarum fines apprime idonea videatur. Autor eſt *Adolphus Fridericus Hoffmannus*, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, qui Philoſophiam & Matheſin in Academia noſtra per plures annos in ſcholis privatis expoſuit, ſed morte præmatura ante biennium nobis ereptus eſt, cum nondum annum octavum & triceſimum expleviſſet. Admiranda plane in hoc Viro elucebat judicii vis & ſubtilitas, omniumque animi facultatum acritas dexteritaſque eximia. Præceptore potiſſimum uſus erat *Andrea Rüdigero*, qui ſummo eum amore complexus fuit. Tantum vero abeſt, ut in ſui magiſtri verba juraverit, ut potius, lectitatis etiam aliorum ſcriptis, præcipue vero ſingulis diſciplinis ſtudioſiſſima meditatione ſæpius ſubactis, non modo ſyſtema ſibi condiderit, a *Rüdigeriano* multum recedens, & in quo, quicquid ab aliis vere dictum erat, ſuo loco diſpoſitum invenias, verum etiam inventis novis, noviſque diſciplinarum augmentis, ita diſtinctum atque exornatum, ut majorem cujuslibet diſciplinæ partem de ſuo addere haud immerito dici poſſet. Dubium non eſt, ſi magno huic ingenio vita partim longior, partim quietior, & a varia ſollicitudine magis immunis, contigiſſet, eum univerſæ Philoſophiæ & Matheſi permultum fuiſſe profuturum. Namque non tantum philoſophicas diſciplinas publicare conſtituerat, ſed, quod ad mathematicas etiam attinet, varia meditabatur non exigui momenti

menti futura. Interim, cum placuerit Deo, eundem rebus humanis in ipso ætatis flore eximere, habet sane respublica literaria, cui sibi de hoc saltem Opere Logico, felici ingenii *Hoffmanniani* fœtu, gratuletur. Quod, cum certis de causis, quas enumerari hic nihil attinet, per aliquot annos ita latuerit, ut, si pauca exceperis exemplaria, officinam typographi egressum non sit, *Lectoribus* nostris jam quoque annuntiandum esse duximus, quia non erat, quod vereremur, ne novitatis gratiam exuisset. *Nimis verbosum* videri poterat hoc Opus, quippe tria alphabeta excedens. Scilicet in scriptis dialecticis, qui nihil præterea norunt, statim reprehendunt prolixitatem, non pensitantes, operationes intellectus omnium latissime patere, quas in libello nimis brevi exponere, nihil est aliud, quam rem ipsam parum sufficienter pertractare. Sed & alia supersunt, quæ ad excusandum Autorem nostrum dicere possumus. Potiores enim *regulas exemplis* elaboratissimis illustravit, quæ non raro dimidiam aut integram plagulam superant, ita ut in hoc libro simul recentissimæ ex variis disciplinis controversiæ disputatæ sint. Opus ipsum in partes duas, theoreticam scilicet & practicam, distinctum est. Prolegomena duplicis generis præmittuntur. In prioribus termini technici explicantur, quibus Philosophi varia cogitationum genera, quæ occurrere possunt in disciplinis, appellare solent. Hæc enim nomina Autor ad melius dirigendam legentium attentionem, ubicunque operæ pretium erat, sollicite adscripsit. Philosophiæ deinceps naturam, & disciplinarum ejus sciagraphiam, quæque eo pertinent, exponit; ubi notandum saltem censemus, Autorem theoriam voluntatis humanæ, quæ omnium maxime emendatione adhuc egere videtur, peculiari comprehendere disciplina meditatum fuisse, quam *Thelematologiam* appellat, cujusque manuscriptum integrum reliquisse dicitur, in posterum fortassis exspectandum. Jam vero *Capite primo* de Logica, *secundo* de viribus intellectus humani, agit. Hæc quidem doctrina plerumque ad Metaphysicam hodie rejicitur. Noster vero, cum, ad Metaphysicam nihil pertinere, existimaret, præterquam veritates necessarias, quæ in quolibet mundo perinde locum fuissent habituræ, quasque ex entis & mundi natura in genere

genere a priori liceret prospicere, Pnevmatologiæ metaphysicæ nihil, nisi necessariam spirituum naturam, reservavit, Thelematologiæ theoriam voluntatis, Physicæ nexum animæ & corporis dicaturus, ad Logicam vero simul intellectus humani theoriam referens, ne præter necessitatem disciplinarum numerus, quo delectantur aliqui, excresceret. Interim diffiteri non possumus, caput hoc, quanquam multa comprehendat eximia, emendatione adhuc egere. Legum enim imaginationis uberiorem expositionem omnino desideramus; in explicanda vero sensione interna, sive conscientia, multa admiscentur, quæ plane ferri non posse videntur, & de quibus Autorem ipsum sententiam postea mutasse cognovimus. Succedit doctrina de ideis, sive notionibus, quam *septem Capitibus* complexus est, primum de ideis generatim, postea de eorum subordinatione, tunc de diversitate, porro de gradibus subordinationis & diversitatis, deinceps de claritate, præterea de distinctione, denique de idearum in ideas compositione, præcipiens. Reperies hic ubique elegantissimum novarum animadversionum apparatum; quæ vero singulæ utilitate sua in ipsa meditatione se statim commendant, dilucideque ostendunt, quam immensa sit in notionibus nostris varietas, quæ, nisi probe perspiciatur, omnem illam gignit difficultatem, qua impedimur sæpenumero, quo minus ex intricatis quæstionibus nos expedire feliciter possimus, & cui parum medentur, qui, intempestivo facilitatis studio, perpaucis contenti sunt. Mallemus vero, Autorem in excogitandis novis nominibus interdum parciorem fuisse. Monemus quoque, in ipso tractationis ordine multa disponi commodius & explicari facilius potuisse; quod exinde est derivandum, quod inter elaborandum Logica hæc prelo per partes subjecta est. Sed hoc parum offendet illos, qui animum non tam ad verba, quam ad res propositas, attendunt, spemque non temerariam concipimus, fore, ut, quicunque solertiæ satis afferat, ex hoc ipso libro in meditando tantum proficiat, ut, quæ minus videntur expedita, meliori ordine collocare norit. Sequitur nunc doctrina de idearum in propositiones compositione, qua vix ullam aliam majorem sibi molestiam facessere, Autor confessus est. Hanc vero

ita pertractavit, ut, propositionum præcipue compositarum species adæquatis divisionibus comprehendendo, nec non particularitatis, ut loquitur, certæ & incertæ discrimen recte explicando, tum de ratiocinatione qualibet, tum inprimis de interpretatione, optime meritus videatur. *Capite undecimo* de summis ratiocinationum principiis tam profunde & accurate disserit, ut doctrinam hanc ab iis, qui solidiora degustarunt, non sine admiratione, nedum sine voluptate, legi posse existimemus. *Ut summam* rei paucis saltem attingamus, ostendit Autor, *omnia mortalium ratiocinia* ultimo ad tria redire principia, quorum primum & princeps est principium *contradictionis*, secundum asserit, duas res positivas, quarum una non potest cogitari sine altera, ita, ut, remota una, omnis conceptus alterius esset periturus, etiam re ipsa conjunctas esse, v. g. quando, *nihil existere* sine causa, facultatem non esse sine subjecto, & *sic porro*, *judicamus*. Tertium denique docet, res materiales, quæ cogitatione conjungi non possunt, re ipsa etiam conjunctas non esse, quo enuntiato v. g. nititur judicium, nullam materiam ab alia penetrari posse ad punctum indivisibile, nullum punctum diversis coloribus simul prædi[illegible]um esse posse. Differunt autem duo posteriora principia a primo in eo, quod de nexu & sejunctione ejusmodi rerum loquantur, ubi inter terminos, si separentur, vel conjungantur, per se non potest ostendi contradictio. Hæc vero principia eo magis animadverti merentur, quia pervulgata est opinio, omnem demonstrationem unice fundari in contradictionis principio, quod sine dubio in Geometria est observatum, at vero, si in universum concederetur, nihil de caussis & effectibus, aliisque quæstionibus innumeris, sine principii petitione constitui posset. Ex his igitur tribus principiis docet Autor, quomodo ex una parte, si ad propositiones, de idearum relationibus loquentes, applicentur, omnes ratiocinandi regulæ profluant, ex altera vero parte, si ad illas adhibeantur enuntiationes, in quibus de rebus determinatis sermo est, tum axiomatum, tum experientiæ, veritas originem trahat. Claudit *Partem primam* doctrina de veritate, *tribus Sectionibus* comprehensa, quarum in *prima* exponitur natura veritatis, ubi Autor,

tor, quanquam recte sentiens, interdum non satis caute locutus videtur. *Secunda Sectio*, dari veritatem in intellectu humano, demonstrat; *tertia* vero veritatis criteria & genesin tradit. Sic finis imponitur *Parti primæ*, in qua de iis rebus disputare animus fuit, quæ veritatis in intellectu humano cognitionem possibilem reddunt. Hanc igitur *altera* excipit, quæ practica est, docetque, quomodo principiis suppeditatis ad melius dirigendas singulas mentis humanæ actiones utendum sit. Hic, ubi *Capite primo* de instituenda experientia solide præceperat, *secundo* ad conficiendas definitiones progreditur; qui quidem tractatus plane elegans & incomparabilis videtur, quia non modo definitionum genera clarissime dispescit, verum etiam, quod maximum existimamus, resectis regulis vulgaribus, quæ incertam relinquunt applicationem, doctrinam de constituendis notionibus primis & indubitatis ex ipso definitionum scopo, & naturarum, quæ rebus insunt, diversitate, a priori deducit, nec non de demonstrandis definitionibus ita præcipit, ut consuetæ petitiones principii ab iis facile possint evitari, qui non in erroribus jamjam nimis inveterarunt. Postea, cum *Capite tertio* de divisionibus, *quarto* vero de propositionum emendationibus, fuerat commentatus, *quinto* ad ratiocinationem demonstrativam se accingit, quam *Sectionibus tredecim* ita pertractat, ut non possit non iis placere, qui jam dudum observarunt, non omnia ratiocinia syllogistica methodo in mente progenerari, quanquam, ubi confecta sunt, mutato habitu externo, disputationis gratia in syllogismos transfundi possint. Præcipue vero, quæ de ratiocinatione verbali, oppositionum, conversionis, relativa, & causali, meditatus est, maximam animi attentionem mereri videntur. Cum vero in hoc *Capite* ratiocinia non nisi synthetice potuisset pertractare; analyticam quoque considerationem subjungit, *Capite sexto*, quod de demonstrationibus agit, non tantum demonstrationum species explicans, verum commonstrans etiam, unde in diversis rebus demonstrationum materia petenda sit. *Septimum Caput* argumentum pertractat utilissimum, & adhuc fere omissum, de demonstrationum collisionibus, quæ in quæstionibus metaphysicis, physicis, & moralibus,

libus, occurrere possunt. Hæc non ita volumus intelligi, ac si hoc loco de paralogismorum examine diceretur, quod huc non pertinet. Sermo potius de ejusmodi demonstrationibus collisis instituitur, quarum unaquæque principio alioquin vero, sed nobilitate aliis inferiori, innititur. Ita v. g. ex principiis, supra suppeditatis, principium secundum & tertium primo cedere in collisionis casu necesse habet. Persuasissimum volumus Lectoribus nostris, hoc *Capite* viam non nimis arduam *aperiri*, qua ex perplexissimis controversiarum labyrinthis *evadere* possimus. Jam *duobus Capitibus* doctrina de probabilitate plane nova & vere practica methodo traditur, quam, non dubitamus, eorum desiderio satisfacturam esse, qui de hac Logices parte parum exculta frequenter conquesti sunt. Pauca saltem excerpemus, salivam legentibus moturi. Propositio in *se mere possibilis*, & cujus neque veritas potest demonstrari, *neque falsitas*, per id redditur probabilis, si in ejusdem propositione contradictoria plura sumantur sine demonstratione, quam in illa ipsa. Cum enim, alterutram veram esse, necesse sit, rationi sane & perfectioni humanæ magis congruum est, eam pro vera assumi, ubi paucissima sumuntur sine demonstratione. Omnem igitur probabilitatem partim regulæ, quod inter duas propositiones contradictorias alterutra semper vera sit, partim regulis perfectionis naturæ humanæ, superstruit, quæ exigit, ut ea propositio reliquis anteferatur, cujus ratio magis reddi possit, ita, ut, quemadmodum ex impossibilitate propositionis contradictoriæ enascitur demonstratio, ita ex ejus improbabilitate probabilitas oriatur. Postea, discrimine inter probabilitatem veram & apparentem luculenter exposito, regulas ratiocinationis probabilis eundem in modum subministrat, quemadmodum ratiocinationis demonstrativæ normas antea suppeditaverat. Applicari autem possunt hæ regulæ partim ad propositiones singulares, partim ad universales. Posteriores igitur, si probabilitatem exinde nanciscantur, præsumtiones gignunt, ex quibus quamplurimæ propositiones singulares subsumi possunt, similemque sortiri probabilitatem. Dispescit igitur probabilitatem in eam, quæ præsumtionibus nititur, porro in eam, quæ ex convenientia hypotheseos

potheseos cum phænomenis derivatur, nec non in mixtam, ubi utrumque argumentorum genus concurrit, quia phænomena non modo cum hypothesi, verum etiam inter se ipsa, multipliciter conveniunt. Classes igitur præsumtionum disponit, utque perpetuis earum collisionibus occurratur, regulas demonstrat, ex quibus judicari possit, quænam alteri sit præferenda, quod quidem adhuc nondum factum deprehendimus. Difficile est, elegantissimam doctrinam paucis verbis comprehendere; quapropter Lectores potius rogamus, ut ipsum adeant Autorem, fore, sperantes, ut, quæ ex nostra recensione nondum satis luminis accipere potuerunt, operis ipsius lectione eo magis placeant. Unum adjicimus, Autorem simul commonstrasse, quomodo certis conditionibus probabilitas prorsus æquipolleat demonstrationi, quod quidem multis ipso usu observatum est, nec non quomodo, specialioribus collectis præsumtionibus, scientia critica, hermenevtica, politica, aliæque, optime excoli & augeri possint. Quanquam enim non demonstrari potest propositio, quæ duntaxat est probabilis; hoc tamen demonstrari necesse est, eam esse probabilem. Subsequentia duo *Capita* de methodo agunt, tum de analytica, tum de synthetica, quæ vero difficulter in epitomen possunt redigi, sed evidentissime commonstrant, quanto acumine in intimam scientiarum naturam penetrare Autori datum fuerit. Præcipue ea legisse juvabit, quæ de methodi geometricæ, algebraicæ, physicæ, & moralis, discrimine commentatus est, quibuscum si aliorum multorum præcepta contenderis, eos ἐξωτερικῶς tantummodo philosophari, non immerito asserueris. Colophonem denique Operi *Capite* ultimo succincta de arte disputandi commentatio imponit, de qua, non est, quod moneamus, nisi quod soliditate reliquis *Capitibus* non inferior sit.

MISCELLANEA LIPSIENSIA NOVA, AD INCREmentum scientiarum, ab his, qui sunt in colligendis Eruditorum Novis Actis occupati, per Partes publicata.

Voluminis I Pars III.

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditschium, 1742, 8.
Plag. 12.

Insistit Musa nostra suo instituto. Scenam aperit *Petri Zornii Dissertatio de Libro fœderis antiqui, juxta cum altari vi-
Pag. 367. *ctimarum sanguine consperso, ejusque rei mysterio, ad illustrationem loci* Ebr. IX, 9. Autor jam est Gymnasii Thorunensis Rector, Professor primarius, & Bibliothecæ publicæ præfectus. Inquirit merito in librum illum fœderis, cujus injicitur mentio *Exod. XXIV, 7, & Ebr. IX, 19.* Varias de eo conjecturas recensuit *G. P. Morlius*, nec non *J. H. Opitius*, *J. C. Wolfius Biblioth. Hebr. P. II pag. 215*, & *Conr. Ikenius*. *Joannes Braunius*, illum exstitisse a Pentateucho diversum, ac intercidisse, autumavit. Quam quidem sententiam Noster minus probat, opinatus potius, indicari per ספר & βιβλίον *libellum*, qui leges, a Deo
370. in monte Sinai acceptas, complexus fuerit, & quas *Moses* conscripserit *Exod. XXIV, 3*, ac libro postea inseruerit *Exod. XIX, 21 seq. & XX, 1-17.* Urit Exegetas scrupulus alius. *Moses* de adspersione libri per sanguinem facta, quam *Paulus* memorat, tacet. Acquiescit Autor in pronuntiato B. *Jo. Franc. Buddei*, qui existimavit in *Meditationibus sacris pag. 22*, *Paulum* verba *Mosis* ita recitasse, ut interpretis simul & explanatoris munere sit functus. Scripsit enim *Moses* ex divino afflatu, & Judaica ex antiquorum Ebræorum libris, sua ætate superstitibus, edoctus.
374. Quæritur denuo, quomodo liber fœderis conspersus sanguine ob crebras ex sanguine adsperso lituras prælegi potuerit. Respondet Noster, membranas, convolvi solitas, rarissime in parte
376. aversa seu exteriori literis fuisse consignatas. Mysterium adspersionis determinat in fide, sanguini Jesu innixa, qui vim expiandi
384. miseros mortales habet. Succedit *Joannis Jacobi Bosii*, S. Theol. Bacc. & ad D. Petri Catech. Lipsiensis, *Meletema exegeticum de Ornatu sponsæ, conversionis gentium ad ecclesiam Novi Fœderis symbolo, ad illustrandum* Jes. XLVIII, 18. Loci *Esaiæ* analysin is curatam scopumque, quem contra *Grotium* aliosque asseruit, exponit. In subsidium & confirmationem sententiæ suæ insignem *Cyrilli Alexandrini* locum vocat. Emblema Prophetæ evolvit, significatumque vocum כלה, לבש, & עדי, edisserit, ac vocis postremæ vim, quæ *ornatum* denotat, vindicat contra *Vitringam*. Sententiæ propheticæ explicationem addit exegeticam, ac ad latius temporis spatium, quam quod *Vitringa* definiverat,

niverat, vaticinium ſpectare oſtendit. Vocem [illegible]נא deducit Pag. 403.
ex transpoſita voce אמן, ac ea promiſſionem, jurejurando confirmatam, declarari arbitratur. Excipit hanc tractationem luculentiſſimam *Jo. Chriſtoph. Harenbergii Diſſertatio, qua, hominem,* 404.
a Deo creatum, eſſe ad imaginem Dei conditum, & ea maximam partem per libertatis abuſum homines carere, ex lumine rationis oſtenditur. Id potiſſimum agit Autor, ut ſpectatiſſima hiſtoriæ *Moſaicæ* momenta, inde a condito mundo uſque ad inundationem, telluri omni incubantem, porrecta, rationi recte adhibitæ conſentanea eſſe, demonſtret. Autorem mali ſempiternum, nec a Deo pendentem, dari negat, oſtendens, eum ne quidem exiſtere poſſe. Vindicat deinde Deo præſcientiam eventuum fu- 406.
turorum, moraliter contingentium. Oſtendit, opinionem eorum, qui præſcientiam illam Deo haud tribuunt, pugnare cum ſumma Dei ſapientia, ac ejus immutabilitate & infinitate. Dari phænomena telluris, quæ ſapientiam Dei ſummam, ac præſcientiam ejus univerſalem, tollant, inficiatur, revocans illa phænomena ad luculentam Dei ſapientiam, re ipſa demonſtratam. Libertatem hominis diſtribuit in eam, quæ conſiſtit in facultate extra uſum poſita, ac in illam, quæ ad res agendas applicatur. Illam vocat indeterminatam, & utrinque patentem; hanc 413.
determinatam, ac ratione ſufficiente nitentem. *Determinatio ſeu poſitio unius actus e duobus actibus æque ſua natura poſſibilibus, quorum alter alteri repugnat per modum contradictionis*, ipſo ju- 414.
dice, *locum invenire non poteſt citra effectionem.* Addit porro: *Effectio cogitari nequit citra relationem ad actionis rationem ſufficientem.* Inde colligit, actiones, libertate applicata fieri ſolitas, præcognoſci poſſe, conjecturasque politicas hoc principio niti. Adjungit tandem & hoc: *Quo ipſo evidens eſt, actiones, e libertate applicata orituras, a Deo præſciri poſſe.* Docet deinde, per libertatem applicatam non inferri mentibus vel rebus neceſſitatem, aut fatalem, aut phyſicam. Perfectionis notionem vindicat. Dari moralitatem internam, oſtendit. Obligationis 417.
moralis vim a Deo derivat. Deum eſſe legislatorem, eſſe in eſſentia & attributis immutabilem, eſſe infinitum & omnium contingentium præſcium, ſanctiſſimum, agere convenienter fini ſapientiſſime electo, ac eſſe dominum hominum & ſapientiſſi-

Pag. 423. mum & optimum, demonstrat. Immortalitatem animæ docet esse invitamentum, quo Deus nos ad actiones bonas perficiendas
427. obligarit. Ostendit itaque, animas non esse corporeas, nec corpus cogitare posse, argumentis antea non ex omni parte sic evolutis. Monstrat, elementorum simplicium, e quibus corpora constant, totum illum complexum haud posse spectari ut unum subjectum cogitans, neque unam ex diversis illis particulis, *per hypothesin*, dicis causa assumtam, cogitantibus, cogitationem pro-
429. dire posse. Tum docet, animam humanam esse *individuam*, seu simplicem, per sese non interire, nec Deum eam in nihilum velle redigere, animam semper persistere actuosam, & cogitandi appetendique viribus præditam, esse incorruptibilem, immaterialem, & immortalem. Animam & corpora prima divinitus esse creata, hominemque primum a Deo esse *creatum*, *monet*, ostendens, generis humani exstitisse *primordium*. *Ostendit* porro, Deum contulisse hominibus primis, creatis a sese, tantum boni & perfectionis, quantum hi per scopum, quem consequi poterant, & naturam suam, capere potuerint. Interjectis nonnullis, docet tandem, hominem primum ad imaginem Dei
438. fuisse conditum. Rationem pronuntiati desumit ex proxima hominis primi cum Deo similitudine, quam in perfectionibus animæ & dominatu telluris generatim ponit, speciatim vero in perfectionibus moralibus, & inprimis sanctitate, collocat, prout vox imaginis Dei vel late, vel anguste, sumitur. Illam priorem ostendit maximam partem periisse, hanc vero, anguste acceptam, prorsus intercidisse, docet, provocans ad indolem & actiones universi generis humani. Rationem, cur posteris primi hominis labes hujus imputari possit, detegit quandam probabiliter.
440. Finitudinem virium & labilitatem primi hominis cum perfectio-
442. nibus operibusque Dei conciliat. Ad quæstionem, cur Deus haud impedierit, quo minus homo primus imagine Dei sese exuerit, respondet, illud, quod omnibus Dei attributis repugnet, si effectum sit sortiturum, per sanctitatem Dei impediri & posse, &, ut impediatur, conveniens esse. Negat vero, permissionem mali moralis repugnare universis Dei perfectionibus, ac inprimis ejus sanctitati. Dignoscit permissionem mali pravam

a recta

a recta. Illam tradit consistere in eo, si quis actionem, cui per sese inest peccatum, impedire & potest & debet; hanc consistere in eo, si haud deceat impedire omissionem debitæ obedientiæ ob eventuum connexorum salutare & excellens bonum. Addit tandem: *Ob malum morale sequitur in peccante malum physicum, & in peccantis rebus succedit faustitati maledictio. Sanctitas Dei legislatoris sic id ipsum exigit. Non itaque est mirandum, exstare in ambitu terrarum passim inundationes, famem, bella, pestem, miserias, incendia, procellas, aeris subitas vicissitudines, grandinem, ac complura alia sanctissimi legislatoris monumenta, maledictionis plena. Deploranda sane hominum est cæcitas, quos tot monumenta luculentissima haud convertunt in horrorem peccati, in mentis emendationem, ac in salutem humani generis novam. Et hactenus quidem nihil suppetit rationis, cur ea, quæ Moses de conditione hominum duorum primorum tradidit, in dubitationem ullam revocemus.* Hinc progredimur ad *Jo. Henrici Leichii*, Lipsiensis, *Specimen Notarum & Emendationum ad Græcas Inscriptiones, a Cel. Muratorio editas,* postquam de *Jo. Conr. Schwarzii Observatione, ad originem nominis Enthusiasmi* spectante, paucula dixerimus. Hic originationem, ex ἔνθα & ἐσία arcessi vulgo solitam, proscribit, & ei præfert aliam, ratus, enthusiasmum denominari ex ἐνθεῖεν. Nam, qui apud gentes priscas pleni videbantur esse Dei alicujus, ii, propter vividam & agilem Deorum naturam, vi quadam & motu efficacissimo pollere videbantur. Enthusiasmi hasce notas declaravit *Plutarchus de Oraculorum defectu pag. 432.* Addit Autor loca alia, quibus eædem significantur. Confirmat deinde originationem suam ex vocibus ἐνθεάζειν, ἔνθεος, & ἔνθυς, ac allusionibus veterum Autorum ad hunc significatum. Sed progrediendum est ad *Leichii* specimen, & operosum, & lectionis multijugæ plenissimum. Cel. *Muratorius* novum ac splendidum antiquitati lumen accendit, dum literatos lapides, partim nondum editos, partim ab eruditis, aliud agentibus, evulgatos, vel collectos, conjunctim emisit. In his nonnullos, quorum jam *Gruterus* ceterique collectores mentionem fecere, Autor deprehendit. Permultis id ipsum indiciis ac speciminibus comprobatum reddit.

Pag. 443. 444. 448. 451.

Pag. 423. mum & optimum, demonstrat. Immortalitatem animæ doc esse invitamentum, quo Deus nos ad actiones bonas perficiend
427. obligarit. Ostendit itaque, animas non esse corporeas, nec corpus cogitare posse, argumentis antea non ex omni parte sic evolutis. Monstrat, elementorum simplicium, e quibus corpor constant, totum illum complexum haud posse spectari ut unum subjectum cogitans, neque unam ex diversis illis particulis, *per hypothesin*, dicis causa assumtam, cogitantibus, cogitationem pro-
429. dire posse. Tum docet, animam humanam esse *individuam*, seu simplicem, per sese non interire, nec Deum eam in nihilum velle redigere, animam semper persistere actuosam, & cogitandi appetendique viribus præditam, esse incorruptibilem, immaterialem, & immortalem. Animam & corpora prima divinitus esse creata, hominemque primum a Deo esse *creatum*, *monet*, ostendens, generis humani exstitisse *primordium*. *Ostendit* porro, Deum contulisse hominibus primis, creatis a sese, tantum boni & perfectionis, quantum hi per scopum, quem consequi poterant, & naturam suam, capere potuerint. Interjectis nonnullis, docet tandem, hominem primum ad imaginem Dei
438. fuisse conditum. Rationem pronuntiati desumit ex proxima hominis primi cum Deo similitudine, quam in perfectionibus animæ & dominatu telluris generatim ponit, speciatim vero in perfectionibus moralibus, & inprimis sanctitate, collocat, prout vox imaginis Dei vel late, vel anguste, sumitur. Illam priorem ostendit maximam partem periisse, hanc vero, anguste acceptam, prorsus intercidisse, docet, provocans ad indolem & actiones universi generis humani. Rationem, cur posteris primi hominis labes hujus imputari possit, detegit quandam probabiliter.
440. Finitudinem virium & labilitatem primi hominis cum perfectio-
442. nibus operibusque Dei conciliat. Ad quæstionem, cur Deus haud impedierit, quo minus homo primus imagine *Dei* sese exuerit, respondet, illud, quod omnibus Dei attributis repugnet, si effectum sit sortiturum, per sanctitatem Dei impediri & posse, &, ut impediatur, conveniens esse. Negat vero, permissionem mali moralis repugnare universis Dei perfectionibus, ac inprimis ejus sanctitati. Dignoscit permissionem mali pravam

a recta.

a recta. Illam tradit consistere in eo, si quis actionem, cui per sese inest peccatum, impedire & potest & debet; hanc consistere in eo, si haud deceat impedire omissionem debitæ obedientiæ ob eventuum connexorum salutare & excellens bonum. Addit tandem: *Ob malum morale sequitur in peccante malum physicum, & in peccantis rebus succedit faustitati maledictio.* Pag. 443. *Sanctitas Dei legislatoris sic id ipsum exigit. Non itaque est mirandum, exstare in ambitu terrarum passim inundationes, famem, bella, pestem, miserias, incendia, procellas, aeris subitas vicissitudines, grandinem, ac complura alia sanctissimi legislatoris monumenta, maledictionis plena. Deploranda sane hominum est cæcitas, quos tot monumenta luculentissima haud convertunt in horrorem peccati, in mentis emendationem, ac in salutem humani generis novam. Et hactenus quidem nihil suppetit rationis, cur ea,* 444. *quæ Moses de conditione hominum duorum primorum tradidit, in dubitationem ullam revocemus.* Hinc progredimur ad *Jo. Henrici Leichii*, Lipsiensis, *Specimen Notarum & Emendationum ad Græcas Inscriptiones, a Cel. Muratorio editas*, postquam de *Jo. Conr. Schwarzii Observatione, ad originem nominis Enthusiasmi* spectante, paucula dixerimus. Hic originationem, ex ἔνθα & οὐσία arcessi vulgo solitam, proscribit, & ei præfert aliam, ratus, enthusiasmum denominari ex ἐνθείειν. Nam, qui apud gentes priscas pleni videbantur esse Dei alicujus, ii, propter vividam & agilem Deorum naturam, vi quadam & motu efficacissimo pollere videbantur. Enthusiasmi hasce notas declaravit *Plutarchus de Oraculorum defectu pag. 432.* Addit Autor loca alia, 448. quibus eædem significantur. Confirmat deinde originationem suam ex vocibus ἐνθεάζειν, ἔνθεος, & ἔνθους, ac allusionibus veterum Autorum ad hunc significatum. Sed progrediendum est ad *Leichii* specimen, & operosum, & lectionis multijugæ plenissimum. Cel. *Muratorius* novum ac splendidum antiquitati lu- 451. men accendit, dum literatos lapides, partim nondum editos, partim ab eruditis, aliud agentibus, evulgatos, vel collectos, conjunctim emisit. In his nonnullos, quorum jam *Gruterus* ceterique collectores mentionem fecere, Autor deprehendit. Permultis id ipsum indiciis ac speciminibus comprobatum reddit.

 Monet,

Monet, Inscriptiones dari fictas, magnam earum partem recens esse factitatam, licet pro veteribus ipsæ habeantur, ac nonnullas
Pag. 488. minus castigate editas. Singula hæc monita exemplis illustrat luculentis, ac Inscriptionum complures Græcas feliciter emendat, & a nævis repurgat, immo plerumque ex antiquitatis penu exponit. Ad formulam, σπένδειν δάκρυα, annotat, vocem σπέν-
509. δειν proprie ad ferta ex aridis libanda spectasse. Omittimus reliqua, apud Autorem legenda. Repetimus ea, quæ ipse tractationi subjungit in calce: *Ceterum, sicut has in Cel.* Muratorii *Thesaurum conjecturas, non carpendi summi Viri, cujus in literis nomen æternum erit, studio, sed ut eximia illa & nulli secunda veterum lapidum collectio paulo emendatior haberetur, conscripsi, ita, si quis parum recte a me exposita, (erunt autem for-*
514. *te non pauca,) ad acriorem limam revocabit, magno me beneficio obstrictum habebit.* Accedimus nunc ad *Emendationes & Explicationes aliquot locorum Ciceronis Grævianas, sub modestum judicium vocatas a Frid. Ottone Menckenio.* Prosequitur Autor summo honore manes *Grævianos*, ac, eorum, qui eadem sunt pietate imbuti, pace, expromit hic tale quid, unde constare possit, quantaquanta *Grævii* aut in emendando vis ingenii, aut solertia in explicando, fuerit, caute tamen prudenterque hujus esse opi-
515. bus utendum, nec injuriam fieri tanti hominis memoriæ, si, illum sui parum interdum fuisse similem, dicamus, aut, quod idem est, *Grævium* in *Grævio* desideremus. *Ponere* est nonnunquam idem ac *subornare*; sed male ad tuendum hunc significatum utitur *Grævius* loco *Ciceronis Lib. I in Ver. Cap.* 29, ubi & Editores omnes, & ipse *Grævius*, parum hic memor sui, *apponitur* legunt. In verbis *Orationis pro Domo sua Cap.* 5: *Non-*
517. *ne providendum Senatui fuit, ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhæresceret*, pro *adhæresceret* legere nos *adolesceret* jubet *Grævius*, sed cujus emendatione haud esse opus, Noster docet. *Grævius* in *Or. Phil. VI Cap.* 3 edidit hæc: *denuntio, ante prædico.* Sensus postulat hanc interpunctionem: *denuntio ante, prædico*, & ipse *Grævius* in *Act. I in Ver. Cap.* 12 in exemplo alio id agnovit. Non potuit ferre *Grævius* illud *aliumvis* in *Lib. VIII ad Att. Ep.* 4, legens *alium vis*, vocibus duabus separatis. At sensu cassa est hæc mutatio,

Grævius

Grævius voci *reportare* substituendam esse statuit *deportare* in *Or. II contra Rul. Cap.* 23, sed id præter causam idoneam. Per *indignitatem Grævius* in *Lib. X ad Attic. Ep. 8* putat designari *indignationem.* At illa *indignitatis* vox significat *gravem injuriam, contumeliam.* *Notas* vocavit *Cicero* in *Orat. pro L. Mur. Cap. 11* obscuras illas & contortas formulas, quas JCti veteres ad id composuerant, ne jus & actiones juris cuilibet ex plebe paterent, & ut haberent ipsi jus quoddam quasi sibi proprium, quod dispensare pro arbitrio ipsi soli possent. *Respondere alicujus liberalitati*, quod legitur *Lib. IV ad Attic. Ep. 3*, nihil cum formula, *respondere ad tempus*, commune habet, sed idem, quod *satisfacere alicujus liberalitati*, *paria præstare*, significat. *Exemplum Lib. IV ad Div. Ep. 4* non est idem, quod *apographum*, sed quod *formula.* In *Orat. pro A. Clu. Cap. 5* nihili est, quam *Grævius* posuit, vox *convincla*, commutanda cum alia *conjuncta.* *Scindere dolorem, vulnus*, Latine dici, negat *Grævius*, ideoque *Lib. III ad Attic. Ep. 5 rescindam* legit, sed quem meliora docere & natura vocis, & locus *Ovidii Remed. Am. v. 729*, ubi exstat *scindere vulnus*, potest. *Offendere* in plurimis *Ciceronis* locis passive usurpari, sibi persuaserat *Grævius*, sed qui non satis intellexerat illa loca. *Majestatem* pro *vi ac numine Deorum* usurpari, plurima loca *Ciceronis* docent, ignorata *Grævio.* *Commissionem ludorum Lib. XVI ad Attic. Ep. 5* idem esse, quod *initium ludorum*, non, quod *ludi ipsi*, neganti *Grævio* ostenditur. Verbum *offundere* cum casu quarto recte jungi, idem negat *Grævius*, sed cui non succurrebant loca *Taciti, Valerii Maximi*, & ipsius *Tullii.* *Conferre* idem est, quod *convertere*, nec in *Or. pro Sulla Cap. 14 convertistis* pro *contulistis* legendum. *Derogare* etiam cum casu quarto jungi, *Orationis Tullianæ I pro C. Cornelio Fragmentum* docet. *Educere* idem valere, ac *in jus vocare*, ignoravit, quod mireris, *Grævius*, in magna copia exemplorum *Tullii.* Nec minus mireris, ignotam huic fuisse verbi *ejicere* eam vim, qua *exsibilare, repudiare*, notat, & de *rebus* quibuscunque ponitur. Formulam, *ab aliquo loco fugere*, idem negat in Latinis habendam, plurimis licet probatissimis Autoribus, & in his ipsi *Tullio*, usitatam. Eidem, Latii

Pag. 522.

524.

tii finibus proscribenti formulam, *judicium facere*, absolute pro *judicare* positam, unum & alterum ipsius *Tullii* exemplum Noster opponit. In extrema hac Dissertatione vulgaris loci *Ciceroniani Lib. XII ad Attic. Ep. 40* lectio: *quia discessus est*, adversus *Grævianam: quia discessimus*, modeste defenditur. Passim prædicavit Autor Viri Celeberrimi, *Joannis Augusti Ernesti*, in linguam Latinam merita, nunquam satis laudanda. Mentionem præterea injicit *Observationum linguæ Latinæ*, quibus *Musa ipsius* orbem literatum ditabit. Lectorem oramus, ut reliqua apud Autorem legat & expendat, ac exinde, *Ciceronis* Opera puriorem flagitare editionem *Græviana*, fateri nobiscum velit. Ex allatis enim exemplis poterit quisque judicium facere, quanti opera *Grævii* hinc inde sit facienda, & quam modeste eam Duumviri
Pag. 547. notarint. Restat, ut de summa *Epistolarum quatuor, ad Ottonem Menckenium* a *Guilielmo Caveo* scriptarum, aliquid addamus. *Caveus Menckenio*, effigiem ipsius petenti, tam scite & jocose, simulque graviter, respondet, ut candor & ingenuum pectus
552. *Cavei* lectori non possit non placere. Se alia epistola ostensurum spondet, *Historiam Byzantinam Genesii*, cui tribuitur, esse fœtum verum & genuinum. Et eo quidem promisso sese exsolvit in *Scriptorum Eccl. Hist. literaria pag. 499.* Anno 1695 *Caveus* in integra incidit morborum agmina, scribens, se nil nisi mortis esse imaginem. Non possunt non ea, quæ Anglus ille ubique literaria immiscet, lectori esse multo gratissima.

NOVA LITERARIA.

Prodiit haud ita pridem Lipsiæ *Lexicon Hebraicum Jacobi Gussetii, duobus Voluminibus* in forma quarta, sumtibus bibliopolæ *Deerii*, impressum, & a priori editione Amstelædamensi differens, quod ex Præfatione *Jo. Christ. Clodii*, Professoris Publ. Lingu. Oriental. in hac Academia, patet. Non enim solum Notis MStis, ab ipso Autore adjectis, est auctum, sed & Supplemento, quod prelum jam subiit, & futuris nundinis publicabitur, augendum. Reliquas a Batava editione differentias Præfatio docet.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Julii Anno MDCCXLIII.

ΜΑΞΙΜΟΥ ΤΥΡΙΟΥ ΛΟΓΟΙ. *MAXIMI TYRII Dissertationes, ex recensione JO. DAVISII. Editio al'era, ad duos Codices MStos locis quamplurimis emenlata, Notisque locupletioribus aucta. Accessere JER. MARKLANDI, Coll. D. Petri Cantabrig. Socii, Annotationes,*

Londini, excudit Guil. Bowyer, sumtibus Societatis, ad literas promovendas institutæ, 1740, 4 maj.

Alph. 4 plag. 3.

Hic est primus liber, qui sumtibus ejus Societatis prodiit, quæ se Londini, literarum bono, conjunxit. Ea sibi Societas etiam hanc legem dixit, ut, quoniam liri reconditioris doctrinæ haud facile redemtores inter librarios ıveniunt, ipsa sumtus in ejusmodi libris edendis faciendos con:rret, hac conditione, ut, venditis tot libri exemplaribus, unde ımtus facti redirent, reliqua autori operis cedant. Ceterum, um non conveniret, a quo libro potissimum fieret initium, *Rich. Aead*, Vir Clarissimus, ejusque Societatis non ultima pars, *Ma'imum Tyrium* proposuit, a *Davisio* secundis curis expolitum, ·ustra illum non semel librariis oblatum. Hoc consilio probato, dem fuit Societati autor, ut ejus libri edendi cura *Joanni Ward*, 'iro doctissimo, mandaretur. Qui, cum hac doctrina esset, t posset, ea etiam humanitate fuit, ut vellet hunc laborem liben:r, etiam *Meadii* autoritate permotus, suscipere. *Davisius* quilem, etsi opus quatuor ante mortem annis absolverat, ini-

tiumque præfandi jam fecerat, tamen, incertum, qua de causa, ineditum reliquit. Erat tamen non indignum, quod ederetur, cum locis quamplurimis vera Autoris sententia restituta esset, multumque ei e Codicibus MStis, & a doctrina *Davisiana*, ornamenti accessisset. Contulerat enim *Maximum* cum duobus Codicibus MStis, altero Parisiensi, altero Comitis Oxoniensis, ex iisque multis locis veram *Maximo* lectionem restituerat. Notas deinde, quæ breviores in prima editione fuerant, locupletarat, & multis rebus luculentiores fecerat. Interpretationem tamen Latinam priorem intactam reliquerat. Ceterum hæc mora, huic secundæ editioni injecta, in bonum literarum vertit. Nam interea, dum *Davisianum* opus ineditum jacet, *Jer. Marklandus*, Vir Clarissimus, in priorem *Davisii* editionem luculente commentatus est. Ad eum igitur cum fama de hac nova editione esset perlata, rogavit, ut sibi ejus inspiciendæ copia fieret, *antequam in publicum prodiret*, pollicitus, si qua notatu digna in Commentariis suis essent, quæ *Davisii* diligentiam fugissent, ea se una cum *Davisianis* edi passurum. Accepta est conditio. Itaque inde perampla annotationum copia *Davisianis* accessit. Eæ tamen ex multo pluribus sunt excerptæ. Id accidit hac de causa, quod *Davisius* in hac editione adeo frequenter a priori discessit, ut *Marklando* non dissensus venia petenda esset, sed rogandi lectores, ne in illo, interdum plane miro, in sententiis consensu (vid. v. c. *V*, *9*,) calumniarentur, cum omnia ista ante fuerint scripta, quam quidquam de his *Davisii* secundis curis non modo viderat, sed audiverat. *Marklandus* autem de *Maximi* Dissertationibus ita statuit, ut credat, ipsum *Maximum* eas bis edidisse. Id dudum suspicatus erat e Codicis Regii & Florentini lectionibus, quæ in priori *Davisiana* sunt; sed, inspecta hac nova, nihil dubitationis relinquebatur. Nam Codex Regius, Harlejanus, & *Cosmi Pacii* Versio, e Codice Mediceo facta, in Lectionibus plerumque tam insignibus conspirant, & tam longe discrepantibus a scriptura vulgatarum antea editionum, quæ tamen ipsæ e MStis Codicibus venere, ut incredibile sit, eas varietates a librariis ortas esse. Nam fere sensum meliorem efficiunt, & argumentationi prosunt, & eam interdum subtilita-

tem

tem habent, ut a nemine, nisi autore, vestigia sua quasi relegente, & errata sua emendante, proficisci potuerint. Juvat, e magno exemplorum numero unum & item alterum proponere. *Dissert. I s. 4* agitur de *instabilitate voluptatis*, &, non negare se, dicit *Maximus*, sive alius quis, voluptatem esse bonum. Sed probari vult, esse *stabile*. Id si probari potest, inquit, *ἀνέξομαι τȣ̃ λόγȣ, admittam orationem tuam, & virtutem negligam*, &c. Ita erat in MStis, e quibus vulgatæ fluxere. Nec dubitat *Marklandus*, quin ea lectio ab ipso *Maximo* sit. Sed Regius, Harlejanus, & *Pacii*, Codex habent *ἀνέξομαι ἡδόμενος τὸν πάντα χρόνον, voluptati per totum vitæ tempus indulgebo*; quod *Marklandus* multo pressius putat, quam vagum istud τȣ̃ λόγȣ, & ad argumentum accommodatius. Certe pro aberratione aut interpolatione librarii haberi non potest. Porro *Dissert. XXXI, 3*, pro ἐλέγξαι τὸν ἄνδρα, hi Codices habent ἐλέγξαι τὸ τȣ̃ λέοντος ἦχος, pro quo *Davisius* optime restituit *λέγοντος ἦθος, indolem loquentis monstrare.* Hæc lectio præstat, cum sensu, melius enim τὸ ἦθος τȣ̃ λέγοντος opponitur *τῇ ῥώμῃ ferarum*, tum elegantia: præcessit enim paulo ante ἀνδρὸς, neque adeo venuste tam parvo intervallo eadem vox repeti potest. Sed non minus luculentum duplicis editionis, ab ipso *Maximo* profectæ, argumentum librarii præbent. Hi enim commisere, ut utriusque editionis lectiones in contextu multis locis adhuc conspiciantur. *Dissert. XXII, 5 1* τριῶν δὴ πολιτειῶν τρία τ' ἂν μιμήματα βίων ἴδοις ἂν ἐν ἀνθρώπȣ ψυχῇ. Hic vox βίων abundat, neque est, quorsum eam referas. Videtur ergo *Marklando Maximus* primum edidisse τριῶν δὴ βίων &c. postea rescripsisse in secunda editione πολιτειῶν, quod verbum contextui multo est accommodatius. Porro *Dissert. XIX, 5*, ex *Euripidis Phœnissis v. 18 Maximus* citaverat in prima editione oraculum, *Lajo* datum:

μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων ἄτερ,

errore memoriæ, pro, δαιμόνων βίᾳ, *Diis invitis*, ut est apud *Euripidem*. Hunc errorem deprehensum in secunda editione correxit, & reposuit δαιμόνων βίᾳ, rejectaque post erat in marginem lectio ἄτερ. Sed librarii eam ibi haud reliquerunt,

Nam Harlejanus habet δαιμόνων βιάπερ, quod omnes videns esse ex βία & ἄπερ: unde magnam speciem accipit sententia *Marklandi.* In universum Cl. *Marklandus* has Dissertationes festinanter & parum accurate scriptas esse judicat. Ejus rei duo argumenta sunt. Primum, quod pleræque citationes ex vetustis scriptoribus, & historiæ multæ adeo negligenter ab eo productæ sunt, ut facile appareat, eas non ex ipsis scriptoribus, sed e memoria, petitas fuisse. Ejus generis exempla quamplurima in *Davisianis* Notis reperiuntur. Ex quo intelligitur, has Dissertationes scriptas esse non ab homine in museo inter libros suos posito, sed angustiis temporis incluso, extemporali celeritate. Philosophi hi, e quorum genere Noster fuit, magnam vitæ partem peregrinando per celeberrimas terræ regiones consumsere. Jam, cum in splendidam aliquam urbem venissent, sive rogati, sive sua sponte, diem promittebant, *quo ingenii sui* specimen publica aliqua recitatione darent. Hujus generis sunt *Apuleji Florida*, *Luciani Scytha*, *Aristidis Cyzicena*, & alia. Ejusdem modi videntur pleræque harum *Maximi* Dissertationum fuisse. Itaque fieri non potuit, quin interdum quædam non satis accurate efferrentur, non solum in factis commemorandis, sed etiam in argumentando. Injuriam Vir Clariss. arbitratur *Maximi* ingenio atque doctrinæ fieri, si ulli alii causæ, quam festinationi isti, tot errores attribuantur, qui in his Dissertationibus reperiuntur. Iisque adeo permotum putat *Maximum*, ut alteram editionem curaret. Et eæ quidem emendationes, quas e secunda editione putat esse in Codice Regio, Harlejano, & *Pacii* Versione, pleræque pertinent ad restituendam partem argumentativam; historicorum autem erratorum vix unum sublatum reperias: quod est sane mirandum, si *Maximus* secundas curas his Dissertationibus adhibuit, quibus ille ejusmodi peccata vel maxime tollere & potuit & debuit. Quodsi Philosopho plus dicamus argumenta curæ, quam historiolas, fuisse; tamen etiam in illo genere ipse *Marklandus* fatetur multa superesse tollenda, quæ ille non viderit, certe non sustulerit: eaque diligenter sunt ab ipso in animadversionibus notata. Neque tamen propter ea contemni has Dissertationes vult Vir Clarissimus, sed potius propter

rerum

rerum & quæstionum gravitatem, propter ingenii acumen & amœnitatem, inventionem felicem, & eruditionem diffusam, diligenter legendas censet. Ceterum, ratione Operis cognita, & *Marklandina* de *Maximi* Dissertationibus sententia prolata, age, ad Notas, cum *Davisianas*, tum *Marklandinas*, veniamus, & de iis, quantum instituti nostri ratio fert, dicamus. Atque illud quidem jam vidimus, *Davisium*, a prioris editionis lectionibus, autoritate MStorum Codicum commotum, recessisse, interpretationem autem Latinam intactam reliquisse; quod cum aliquid non modo incommodi, sed etiam deformitatis, habeat, miramur sane, qui commiserit Cl. *Ward*, ut, ista Græci textus & interpretationis discrepantia hujus editionis splendorem obscurari, pateretur. *Non hoc probet autor Acestes.* Nos quidem non dubitamus, quin *Davisius*, si ei licuisset, aut si voluisset, ultimam secundæ editioni adhibere manum, eamque in lucem edere, hanc maculam ei abstersurus fuerit. Adeo autem cessit horum Codicum autoritati, ut etiam ordinem Dissertationum vulgatum mutaret, & eas digereret ad eorum formulam, quam ille jam in editionis primæ Præfatione proposuerat. Sed, ut eo facilius Lectores nostri judicare possint, primo, quantum primis *Davisii* Notis adjecerint secundæ ejus curæ, deinde, quid *Davisianis* observationibus a *Marklandi* ingenio & doctrina accesserit, speciminis causa observationes utriusque ad Dissertationem *X*, vulgo *XXIX*, excutiemus, quæ consilium istud capientibus prima oculos pepulit. Ac primum comparantibus utramque editionem hoc apparuit, *Davisium* Notas 1, 2, 4, 5, 7, 9, 15, 21, 23, 25, 27, sustulisse. Recte. Res enim vulgares & in omnibus Historiæ philosophicæ libellis & Lexicis historicis obvias habebant, quarum explicationem, qui *Maximum* legunt, non profecto desiderant, neque hujusmodi Notis onerandæ sunt editiones veterum Autorum; quippe nullus Notarum scribendarum finis foret. Eas autem Notas, quæ ad constituendum contextum, aut illustrandas res locutionesve non ubivis obvias, pertinent, non modo reliquit, sed etiam egregie auxit. Atque, hoc instituto eum in toto Opere usum esse, reperimus. Porro lectiones variantes, e Codicibus Regio & Florentino in Notis ante

Nam Harlejanus habet δαιμόνων βιάπερ, quod omnes vide esse ex βία & ἄπερ: unde magnam speciem accipit sentent Marklandi. In universum Cl. *Marklandus* has Dissertationes fe stinanter & parum accurate scriptas esse judicat. Ejus rei du argumenta sunt. Primum, quod pleræque citationes ex vetu stis scriptoribus, & historiæ multæ adeo negligenter ab *eo pro*ductæ sunt, ut facile appareat, eas non ex ipsis scriptoribus, sed e memoria, petitas fuisse. Ejus generis exempla *quamplu*rima in *Davisianis* Notis reperiuntur. Ex quo *intelligitur, has* Dissertationes scriptas esse non ab homine in museo inter libros suos posito, sed angustiis temporis incluso, extemporali celeritate. Philosophi hi, e quorum genere Noster fuit, magnam vitæ partem peregrinando per celeberrimas terræ regiones consumsere. Jam, cum in splendidam aliquam urbem venissent, sive rogati, sive sua sponte, diem promittebant, *quo ingenii sui* specimen publica aliqua recitatione darent. Hujus generis sunt *Apuleji Florida*, *Luciani Scytha*, *Aristidis Cyzicena*, & alia. Ejusdem modi videntur pleræque harum *Maximi* Dissertationum fuisse. Itaque fieri non potuit, quin interdum quædam non satis accurate efferrentur, non solum in factis commemorandis, sed etiam in argumentando. Injuriam Vir Clariss. arbitratur *Maximi* ingenio atque doctrinæ fieri, si ulli alii causæ, quam festinationi isti, tot errores attribuantur, qui in his Dissertationibus reperiuntur. Iisque adeo permotum putat *Maximum*, ut alteram editionem curaret. Et eæ quidem emendationes, quas e secunda editione putat esse in Codice Regio, Harlejano, & *Pacii* Versione, pleræque pertinent ad restituendam partem argumentativam; historicorum autem erratorum vix unum sublatum reperias: quod est sane mirandum, si *Maximus* secundas curas his Dissertationibus adhibuit, quibus ille ejusmodi peccata vel maxime tollere & potuit & debuit. Quodsi Philosopho plus dicamus argumenta curæ, quam historiolas, fuisse; tamen etiam in illo genere ipse *Marklandus* fatetur multa superesse tollenda, quæ ille non viderit, certe non sustulerit: eaque diligenter sunt ab ipso in animadversionibus notata. Neque tamen propter ea contemni has Dissertationes vult Vir Clarissimus, sed potius propter

rerum

rerum & quæstionum gravitatem, propter ingenii acumen & amœnitatem, inventionem felicem, & eruditionem diffusam, diligenter legendas censet. Ceterum, ratione Operis cognita, & *Marklandina* de *Maximi* Dissertationibus sententia prolata, age, ad Notas, cum *Davisianas*, tum *Marklandinas*, veniamus, & de iis, quantum instituti nostri ratio fert, dicamus. Atque illud quidem jam vidimus, *Davisium*, a prioris editionis lectionibus, autoritate MStorum Codicum commotum, recessisse, interpretationem autem Latinam intactam reliquisse; quod cum aliquid non modo incommodi, sed etiam deformitatis, habeat, miramur sane, qui commiserit Cl. *Ward*, ut, ista Græci textus & interpretationis discrepantia hujus editionis splendorem obscurari, pateretur. *Non hoc probet autor Acestes.* Nos quidem non dubitamus, quin *Davisius*, si ei licuisset, aut si voluisset, ultimam secundæ editioni adhibere manum, eamque in lucem edere, hanc maculam ei abstersurus fuerit. Adeo autem cessit horum Codicum autoritati, ut etiam ordinem Dissertationum vulgatum mutaret, & eas digereret ad eorum formulam, quam ille jam in editionis primæ Præfatione proposuerat. Sed, ut eo facilius Lectores nostri judicare possint, primo, quantum primis *Davisii* Notis adjecerint secundæ ejus curæ, deinde, quid *Davisianis* observationibus a *Marklandi* ingenio & doctrina accesserit, speciminis causa observationes utriusque ad Dissertationem *X*, vulgo *XXIX*, excutiemus, quæ consilium istud capientibus prima oculos pepulit. Ac primum comparantibus utramque editionem hoc apparuit, *Davisium* Notas 1, 2, 4, 5, 7, 9, 15, 21, 23, 25, 27, sustulisse. Recte. Res enim vulgares & in omnibus Historiæ philosophicæ libellis & Lexicis historicis obvias habebant, quarum explicationem, qui *Maximum* legunt, non profecto desiderant, neque hujusmodi Notis onerandæ sunt editiones veterum Autorum; quippe nullus Notarum scribendarum finis foret. Eas autem Notas, quæ ad constituendum contextum, aut illustrandas res locutionesve non ubivis obvias, pertinent, non modo reliquit, sed etiam egregie auxit. Atque, hoc instituto eum in toto Opere usum esse, reperimus. Porro lectiones variantes, e Codicibus Regio & Florentino in Notis ante

commemoratas, probatasque plerumque, in contextum *Maximi*, id quod supra jam retulimus, intulit, & pluribus aliis locis contextum, Codicum, postea collatorum, ope, sanavit; quas omnes emendationes commemorare, non est necesse. Aliquot igitur illustrati emendatique *Maximi* specimina attulisse, sat erit. *Maximus* bis in hac Dissertatione τῷ ἧττον jungit comparativum pro positivo, ἧττόν τι δεξιωτέρως, ἧττόν τι σοφώτερον. Id in prima editione monitum erat. Nihil præterea. Nunc vero etiam ostenditur, *Aristotelem* ita locutum esse *Nicom. VI, 5*: ἧττον αἱρετώτερος; idque imitatum *Arnobium Lib. VII pag. 282*: *minus gratior & jucundior sanguis.* In vulgatis *Maximi* editionibus erat: οὐκ ἀνεχομένη τῶν αἰνιγμάτων, ἐξεκόλαψέ τε καὶ ἀπέδυσε φιλοσοφίαν. *Davisius* notaverat, *Heinsium* legi velle: ἐξεκάλυψε. Id nunc repertum in Reg. & Harlej. Codicibus restituit *Maximo*, subreprehendens *Heinsium*, qui eam lectionem ingenio potius, quam Codicibus, tribuat, idque passim faciat. In quo ei profecto injuriam facit. Neque enim magni ingenii est, videre, ἐξεκόλαψε locum non habere, & ex altero verbo ἀπέδυσε colligere, ἐξεκάλυψε legendum esse; nec, *Heinsium*, aliis majoribus decoribus insignem, ejusmodi emendatione, e Codice sublecta, ingenio suo vindicando gloriolam quæsivisse, credibile est. Porro in vulgatis & prima editione hæc legebantur: Πλὴν εἰ μὴ νομίζεις Ὅμηρον ἐντετυχηκέναι τοῖς θεοῖς τοξεύουσιν, ἢ διαλεγομένοις ἢ ΘΥΟΥΣΙΝ, ἢ ἄλλο τι δρῶσιν - - οὐδὲ γὰρ Πλάτωνα ἡγητέον ἐντετυχηκέναι τῷ Διῒ ἡνιοχοῦντι καὶ φερομένῳ ἐπὶ ΠΤΗΝΟΥ ΑΡΜΑΤΟΣ - - οὐδέγε δαινυμένοις τοῖς θεοῖς, ΟΥ Διὸς ΚΑΙ ΤΗΣ Ἀφροδίτης ΓΑΜΟΙΣ. Primo monet, illud θύουσιν alienum esse; neque enim unquam Deos legi sacrificasse. *Heinsium* deinde legisse μεθύουσι; sed id quoque nunquam fingere *Homerum.* Ipse ergo conjicit legendum πίνουσιν, quod sæpe est apud *Homerum*, & ipse *Maximus* in hac Oratione dicit: πίνει μὲν καὶ παρ' Ὁμήρῳ ὁ Ζεύς. In quo tamen reliqua est illa dubitatio, quomodo in verbo noto πίνουσιν librariis in mentem venerit scribere θύουσιν, & an non μεθύουσι possit poni sic, ut non *ebrium fieri*, sed *se largius invitare*, significet, etiam citra ebrietatem. *Marklandus* quidem verbo assentitur

ſentitur *Heinſio*. Deinde affert locum *Platonis* e *Phædro*, ad quem *Maximus*, πτηνὸν ἅρμα memorans, reſpexit; locum item *Philoſtrati* in *Vit. Apollon. II*, 22, in quo ad eundem *Platonis* locum reſpicitur; idque non animadvertentem *Godofr. Olearium*, miras in Notis ad eum locum turbas dediſſe, monet, recteque *Jac. Gronovium* apud *Origenem* in *Philoſophumen. Cap.* 19 pro Ζεὺς ΤΕΝΟΝ ἅρμα ἐλαύνων conjeciſſe πτηνὸν ἅρμα, quod ſpernens *Wolfius*, ignorato, ut fatetur, *Platonis* loco, male ſuſpicatus eſt εὔτονον. Denique in prima editione ſcripſerat, pro ὁ Διὸς καὶ τῆς Ἀφροδίτης γάμοις recte MStos habere ἐν Διὸς καὶ τῆς Α. γ. Nunc autem e Regio & Harlejano repoſuit δαινυμένοις τοῖς Θεοῖς ἐν Διὸς τοῦ Ἀφροδίτης γάμους, *epulantibus Diis in ædibus Jovis ob Veneris nuptias*, illuſtratque loco *Homeri Odyſſ.* Δ. 3: τὸν δ' εὗρον δαινύντα γάμον, aliisque aliorum ſcriptorum locis. Jam illud in priori editione jam monitum erat, memoria lapſum *Maximum*, ad *Veneris* nuptias retuliſſe, quæ in ejus natalitiis contigere, idque nunc novis locis veterum *Daviſius* confirmat; ſed etiam dubitat, an non *Maximus* ſcripſerit: δ. τ. θ. ἐν Διὸς τὰς Ἀφροδίτης γονάς. *Lucianus* quidem ſimiliter dixit: Τὰς Διὸς γονὰς ὀρχούμενος. Conf. *Pollux II*, 7. Ex his conjecturam arbitramur Lectores facere poſſe, quantum interſit inter primam ſecundamque editionem. Ad *Marklandum* veniamus. Is ad hanc unam Diſſertationem prope viginti emendationes de conjectura propoſuit, ſi non neceſſarias aut certas, ingenium tamen, ἀκρίβειαν in excutiendo contextu, & doctrinam, ſpirantes. Ex quo, quantus numerus in totum Opus *Maximi* expleatur, intelligi poteſt. Ceterum ejus Notæ ſæpe etiam in erroribus *Maximi* notandis, in rebus reconditis, locutionibusque, illuſtrandis, verſantur, & ſunt, ut omnia ejus Viri, bonæ frugis plenæ. Unam ejus emendationem ad extremam *Diſſertationem X* proponemus. Diſputat contra Epicureos *Maximus*, in quo genere diſputationis, ut *Marklandus* ait, inprimis ille eſt acutus & elegans, & contra illud placitum: Deos nihil curare. In eo loco hæc verba in vulgatis & omnibus MStis Codicibus leguntur: βουλεύεται περὶ νεὼς κυβερνήτης, καὶ περὶ στρατοπέδου στρατηγὸς, καὶ περὶ πόλεως νομοθέτης. Καὶ ἵνα

σωθῇ

σώθῇ ναῦς καὶ ϛρατόπεδον, καὶ γῆ καὶ οἶκος, πράγματι μὲν ὁ κυβερνήτης ἔχει, πράγματα δὲ ἔχει ὁ ϛρατηγὸς, πράγματα δὲ ὁ νομοθέτης. ὑπὲρ δὲ ἐρανȣ̃ καὶ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ τῶν ἄλλων μερῶν, τίς, ὦ Ἐπίκȣρε, βȣλεύεται; τίς κυβερνήτης; τίς ϛρατηγὸς; τίς νομοθέτης; τίς γεωργός; τίς οἰκονόμος; Ac recte illud quidem monet Cel. *Marklandus*, extrema primis non satis respondere. Nam in prima hujus loci parte tria subjecta & totidem objecta ponuntur. In altera numerus subjectorum manet, pro tertio objecto πόλις, ponitur γῆ καὶ οἶκος. In tertia denique parte ponuntur quinque personæ; quæ tamen respondere superioribus debebat. Quid ergo? Si *Maximus* ita scripsit, non dubium est, quin ea parum digna sint *Sophista Maximo*. Cl. *Marklandus* igitur putat, *Maximum* aliter scripsisse. In prima igitur parte post νομοθέτης addit: Καὶ περὶ γῆς γεωργὸς, καὶ περὶ οἴκȣ οἰκονόμος: in altera post ϛρατόπεδον, καὶ πόλις, & post νομοθέτης, καὶ ὁ γεωργὸς καὶ ὁ οἰκονόμος. Ita omnia sibi respondent. Fatemur, *Maximum* ita scribere debuisse. An ita scripserit, quoniam nullum ejus rei vestigium in Codicibus MStis exstat, in medio relinquimus. Neque enim ignoramus, multas esse tales in Scriptoribus antiquis ῥήσεις, in quibus non omnia sibi satis accurate respondent; cujusmodi locus e *Xenophontis Mem. Socr. III*, 1, 4 huic *Marklandinæ* conjecturæ nuper oppositus est a Collega nostro, *Jo. Aug. Ernesti*, in Prolusione *de grata negligentia orationis*. Ceterum vellemus, huic editioni etiam *Stephani Castigationes* & *Heinsii Notas* adjectas esse, ut uno loco omnia haberemus, quæ in *Maximum* scripta exstant.

RECUEIL DE DIVERS ECRITS POUR SERVIR D' eclaircissemens à l' histoire de France & de Supplement a la Notice des Gaules, &c.

hoc est,

COLLECTIO VARIARUM DISSERTAtionum, facientium ad illustrandam historiam Galliæ, & ad supplendam Notitiam Galliarum, Autore Abbate

Abbate LEBEUF, *Canonico & Sub-Cantore Ecclesiæ Antissiodorensis.*

Tomi II.

Parisiis, 1738, 12 maj.
Alph. 3 plag. 3, cum Tab. æn. 3.

Antiquitatibus præcipue Galliarum, eisque geographicis, collectio hæc fuit attemperata. *Tomo priori* continentur hæ Dissertationes: *prima* de loco inter Bituricenses, quo copiæ Regis *Chilperici* A. 583 prælio conflixerunt, nunc dicto *Château-Meillan*; *secunda* de regione Amognorum, cujus meminit *Fortunatus* in Vita S. *Germani*, Parisiensis; *tertia* de loco, ubi prælia fuerunt commissa A. 596 & 600, ac de palatio Merovingico, cui nomen *Masolacus*; *quarta* de locis nonnullis in antiqua Vita S. *Lupi*, Episcopi Trecensis, inservitura geographiæ diœceseos Trecensis ac Lingonum; *quinta* de vero situ Latiniaci, Verni, ac Litanobrigæ; *sexta* de loco, quo prælium Fontenense A. 841 fuit inter fratres Reges depugnatum. Apologia pro judicio *Hadriani Bailleti* de historico momento, quod pertinet ad templum Bajocarum, annotato in ejus *Vita Sanctorum ad 16 Maji*, hanc excipit, corollario *pag. 247 seq.* aucta. *Dissertatione sexta* negatur, *Honorium*, inclytum scriptorem, tribuendum esse Avanstoduno. *Tomus posterior* complectitur 1) Dissertationem de statu scientiarum apud Gallos, inde ab excessu *Caroli Magni* usque ad obitum Regis *Roberti*, & quidem de scientia linguarum, studio profanis Autoribus impenso, Grammatica, & studiis humanitatis; de opera, impendi solita libris divinioribus ac theologicis argumentis; de statu prudentiæ Juris Canonici, ac Civilis; Historiæ, & artis criticæ; Astronomiæ, Arithmetices, Geometriæ, Geographiæ, & Musices; artis poeticæ; Dialecticæ, Physicæ, ac Medicinæ; scientiæ numorum incognitæ, artium, & ante omnia Architecturæ; nec non 2) Observationem de positu Metiosedi prope Parisios, a *Cæsare* memorati; 3) Dissertationem, qua ostenditur, Vellaunodunum exstitisse in confiniis Antissiodori & Genabum prope locum Gien ad Ligerim; 4) Annotationes ad dona an-

nua, olim Regibus Galliæ Carolingicis data; 5) expositiones aliquot Inscriptionum, signatarum in numis ac lapidibus regionum Antissiodorensis, Nivernensis, ac Lingonensis; 6) Dissertationem de *Ascia* veterum *sepulchrali*; 7) S. *Victricii*, Rotomagensis Episcopi, Tractatum de Laude Sanctorum; 8) Additiones ad Metiosedum. Dissertationem illam de statu scientiarum penes Gallos Autor jam concinnaverat A. 1736, eamque in præsens dedit passim emendatam, in plerisque vero locis *auctam*, & accessionibus ditatam. Dissertationem, *de Ascia sepulchrali* inscriptam, adornavit doctissimus quidam Jesuita, emeritus Professor Rhetorices ac Theologiæ Divione. *Victricius* Tractatum illum, quem paulo ante attigimus, exeunte Seculo quarto conscripsit, cum reliquias ex Italia receptas suscepisset. Et iste quidem nunc ex manuscripto in lucem *prodit*. Hæc ad varia Sylloges hujus argumenta dicta sunto. Restat, ut selectiores inde decerpamus flores, eosque cum Lectoribus communicemus. *Aimoinus* refert *III, 50*, incolas Biturici pugnasse adversus *Chilperici* Regis copias, atque accurrisse ad ducem militiæ *Didericum usque ad castrum Mediolanense, quod nunc Magdunum dicitur*. Scripsit Autor circa Seculi X finem. Viden-
P. I tur verba illa: *quod nunc Magdunum dicitur*, ex glossemate
pag. 5. enata. Apud *Gregorium Turonensem*, cujus epitomatorem egit *Aimoinus*, legitur nil nisi *Mediolanense castrum*, ac in nonnullis editionibus *Mecledonense castrum*, *Medolonense*. Autor id ha-
8. bet pro loco *Chateau Meillan*. Respondet affinitas soni, & compositionis ratio. In *Glossario Cangii Vol. IV pag. 987* hæc leguntur: *Margareta Domina castri Meilhan*. In numo apud Dominum *le Blanc pag. 178* legitur *Castro Mediolanno*. In MSto quodam *Martyrologio* Bibliothecæ *Colbertinæ* exstant hæc: *In*
11. *territorio Biturico, castro Mediolano, natale S. Genesii Martyris*. In *Martyrologio Usuardi* leguntur eadem, excepto, quod voci *natale* substituta est vox *passio*. In loco *Chateau-Meillan*,
12. non in exigua urbe *Meun sur Yevre*, offert sese visentibus templum parochiale, S. *Genesio*, Martyri, sacrum. Et hac quidem ra-
25. tione demonstratio Ven. Abbatis sua luce fulget. In *Dissertatione secunda* ostendit, in *Notitia Galliarum Valesii* perperam confundi

fundi *pagum Amoniensem* cum *Amanso*. Comitatus *apud Ammonias* complexus fuit tractum fere duarum leucarum inter Nevernense ac Avalonense territorium. *Fortunatus* sic habet: *In pago Amoniense quod gestum sit, replicetur. Rotegiaca villa Parisiacæ Ecclesiæ septem ei viri debacchantes oblati sunt.* Rotegiacum est *Rougy* in tractu Nivernensi, alibi *Rotajacum*, in via eorum, qui Parisiis profecti per diœcesin Antissiodorensem transeunt, Augustodunum petituri. *Acherius* & *Mabillonius* ediderunt Vitam S. *Germani*, a *Fortunato* scriptam, & ad pagum Amoniensem in margine notarunt *Mosny en Brie*, & ad Rotegiacum *Rosay en Brie*. Locus, in quo A. 596 & 600 prælium fuit commissum, dicitur apud *Fredegarium Latofao*, alibi *Lucofao, Lucofago*. Lufaus fuit locus in pago Tullensi, nunc *Lifou* in diœcesi Tullensi. Inveniuntur ibi duæ villæ *Lifou-le-grand* & *Lifou-le-petit*, sex vel septem leucis Gallicis disjunctæ ab urbe Joinville versus Orientem. Hic locus fuit theatrum prælii A. 680. Distinguit autem ab eo Autor locum, in quo prælium A. 596 fuit commissum. Hic enim fuit *super fluvium Aroannam, non procul a Doromello vico*, secundum *Fredegarii* Chronicon. Fluvius hic nunc vocatur *Orvanne*, ad quem in edito loco pagus Dormelle proficiscentibus sese visendum offert. Tractui Senonum Autor vindicat locum *Massolacum, Mansolacum, Mansolagum, Ruinarto* ignotum. Villæ duæ extant, quarum una appellatur *Maslay-le-Roi*, & olim erat *curtis dominica*; altera simpliciter *Maslay*, medio ævo *Masliacum, Masliacus major, Maslejum majus, Maalay*. Pergimus ad alia. In Vita S. *Lupi* mentio injicitur & Olericii & Matisconii, immo Latisconi. *Latiscon* est, judice Autore, *Laincon*, leuca una Trecis distans. *Matisconium* est *Mâcon*, villa diœceseos Trecensis, leuca distans a *Nogent-sur-Seine*. In trajectu ibi occurrit *Oüillery*, seu *Liré à Mâcon*. Refellit præterea Ven. Autor eos, a quibus dissentit. Differit deinde de Latiniaco, idque extitisse geminum, solide negat. Id vero nunc dicitur *Lagny*, abbatiæ S. *Dionysii* annumerandum in diœcesi Meldensi ac antiquo Briegio (*ancienne Brie*). Latiniacum *Dagoberti* Siliaco propinquum est, *Lagny-le-Sec*, villa, cui confinis est ad leucæ

Pag. 30. 31. 33. 43. 44. 46. 50. 54. 68. 91. 92.

intervallum villa *Silly*. *Vernum* est villa *Ver*, ad leucam a *Lagny*,
Pag. 102. seu Latiniaco, remota; *Cadolaicus* vero nunc dicitur *Chailly*, seu
Chaali. Urbs *Chaalons*, in Campania spectabilis, a *Nithardo*
105. vocatur *urbs Cadellonica*, *urbs Cadhellonensis*. Litanobriga,
cujus in *Itinerario Antonini* fit mentio, Autori Ven. est *Laigne-ville*. Succedit disquisitio de loco, in quo A. 841 *Ludovici*
127. *Pii* conflixerunt filii prælio satis cruento, cui interfuit ipse *Nithardus*, cujus Historiam adhuc veneramur. Circa *Antissiodorum* plures occurrunt spectatori villæ, quibus sunt nomina *Fon-*
129. *tenay*, *Fontenoy*, *Fontaines*, *Fontenailles*. Ad Fontanetum conflictus ille contigit funestus. *Fontenay* una ad orientem Antissiodori posita est, altera ad meridiem, illa in diœcesi Lingonum, Seculo VIII jam memorata, a compluribus pro theatro prælii illius reputata, sita in pago Tornotrinsis (*Tornerrois*)
132. seu Tornedrisus; hæc alibi locanda. Prælium vero fatale illud tribuitur a veteribus *pago Altiodorensi*, seu *regioni Alcedronensi*. *Nithardus* loca vicina Fontaneto laudat *Tauriacum*, *Fa-*
137. *git*, *Brittas*, *Solennat*, *Riuda*. Ven. Autor locum prælii de-
156. terminat, ejusque situm in planitie inter loca *Etest* & *Druyes*, intervallo 7 aut 8 leucarum Gallicarum ab Antissiodoro urbe disjuncta, e regione montis prædii *Fontenaille*, ad parochiam Andriæ referendi. In loco *Nithardi* vox *fontaneum* est adjectivum. En illum: *Lotharius protinus obviam iter arripuit, ac*
161. *locum, quo castra poneret, fontaneum petit*. Annales Bertiniani habent: *In loco, qui dicitur Fontanidus*. Annales Metenses: *juxta villam Fontiniacum*. Ademarus & Contractus: *juxta villam Fontinatam*. Ado: *prælium Fontaneticum*. Chronicon Ademari: *in Fontanetico campo, qui est in Burgundia*. Mo-
163. nachus Floriacensis: *Apud Fontanidum campum*. Hariulfus: *in loco, qui dicitur Fontanetum*. In *Nithardi* manuscripto Vaticano, ex quo *Pithœus Nithardum* curavit typis describendum, non legitur, uti in edito, *Riuda Burgundionum*, sed *Rivolum Bur-*
164. *gundionum*. Suspicatur Autor, legendum esse *Colennat* pro Solennat, ac Riudam esse locum *Driudam*, seu *Druidam*. Ex MSto edit carmen *Angelberti* trochaicum, quod in Bibliotheca

regia

regia Parisiensi exstat sub titulo: *Versus de Bella, quæ fuit acta* Pag. 165
Fontaneto. Spectant huc versus: seq.

Fontaneto fontem dicunt
Villam quoque rustici,
In qua strages & ruinæ
Francorum de sanguine.
Horrent campi, horrent silvæ,
Horrent ipsi paludes.

Rustici locum dixerunt promiscue nunc *Fontenay-Fontaine*, 169.
nunc *Fontenay-ville*. Rivulum Burgundionum Ven. Autor credit esse rivulum Andriam, profluentem ex palude parva, seu fonte prope oppidum Druye. Catalonum, seu civitatem Cadelonicam, *Nithardo* memoratam, habet pro loco *Chaalons-sur-Marne*, licet P. *Daniel* maluerit exponere per *Chaalons-sur-Saone*. Vicus Tauriacus, ipso judice, est *Tury* arx, remota versus favonii flatum leucis septem ab Antissiodoro. Scripto- 172.
res medii ævi norunt *ecclesiam S. Juliani de Tauriaco*. Brit- 174.
tas existimat esse *Bretignelles* ad Andriam. *Fagit* ipsi est *le Fay* paulo remotior ad meridiem. *Colennat* ipsi est *Goulenne*, medio ævo *Coulenne*, haud procul ab Andriæ rivi fonte. *Fonte-* 176.
nailles sur Andrie, haud procul a vico *Britignelles le Bas* sunt ipsi locus prælii funesti, inter oppida *Druye* & *Coulange sur Yonne*. Reliquias cadaverum indicat ibi & experientia & denominatio aliquot locorum. Non est, quod reliquis immoremur, tam docte, solide, & copiose, expositis, ut apud Autorem ipsum sint legenda. In Apologia, pro *Bailleto* suscepta, 197.
Ven. Vir contendit, S. *Renobertum*, Bajoccarum Episcopum, non vixisse tempore Bajoccensis ecclesiæ fundatæ, sed floruisse Seculo septimo, atque A. 625 interfuisse Concilio, Remis celebrato, nec non Synodo Mausolacensi A. 658, ni 659. *Reno-* 217.
bertus dicitur homines, a Christiana doctrina alienos, Christo adduxisse. Hæc fuit ratio, cur complures crediderint, ipsum seculo vixisse primo, ignorantes videlicet, Seculo quoque septimo homines ejusmodi in Gallia passim exstitisse. In Vita S. 220.
Sulpicii legitur exemplum hujus rei luculentum apud *Mabillonium Sec. II Bened. pag. 168. Sulpicius* vero fuit fere æqualis ac

 suppar

Pag. 235. suppar ætate *Renoberto*. Historiam translationis reliquiarum S *Renoberti* scripsit *Josephus* Presbyter, Cancellarius *Pipini*, Regis Aquitaniæ. Translatio incidit in annum 846. Historiam ejus edidit, a *Josepho* scriptam, *Acherius Tomo XII Spicile-*
240 seq. *gii*. Vitis Sanctorum multa fuisse afficta, quæ silere præstet, quam in suggestu sacro iterare, Ven. Autor salubriter docet. Monet ipse, pontem a Celtis vocatum fuisse *briv*, locum paludosum *bri*. *Renobertus* Ordinibus sacris fuit exornatus *in loco* Neustriæ, seu Armoricæ, qui *Briva*, *Brivate*, *Brivera*, vocatur. Quo minus vero dubitemus, *Renobertum*, qui, autore *Chaste-lanio*, *Rachuobertus* est appellandus, Seculo septimo floruisse,
247. efficit consensus *Jo. Mabillonii*, *Papebrochii*, *Dionysii Sammar-*
249. *thani*, ac *Chastelanii*, Canonici b. M. V. Parisiensis, in *Martyrologio universali*, *Sollierii*, Jesuitæ Andegavensis, ac aliorum. Succedit Apologiæ Dissertatio, qua Ven. Autor *Honorium*, vul-
254. go dici solitum *Augustodunensem*, Gallis urbique Augustoduno (*Autun*) abjudicat, Germanis vero vindicandum credit, ratus, illum traxisse nomen vel ab Augusta Vindelicorum, vel ab Augusta Rauracorum. Idem ostendit, *Wilhelmum*, qui vocari so-
255. let *Antissiodorensis*, non fuisse Episcopum Antissiodori, sed Archidiaconum Belvacensem, *Alberico* Monacho suffragante, ac MSto, in cujus fronte hæc leguntur: *Incipit summa Guillelmi Antissiodor. Archidiaconi Belvacensis*. MStum hoc *Guilielmi* ætate fuit concinnatum. Vulgo quidem *Honorius* ille existimatur fuisse Presbyter Augustoduni, immo Canonicus, *Theo-*
257. logiæ docendæ destinatus. Addidit *Saulnier* in libro: *Autun Chrétien*, *Honorium* ab excessu *Norgaudi* oblato Episcopatui recusationem objectasse. Error fluxit ex *Trithemio*, qui eum primus vocavit *Augustodunensem*. Ven. Autor ex scriptis *Ho-*
259. *norii*, quæ exhibentur *Tomo XX Bibliothecæ Patrum*, ostendit, eum fuisse Germanum, eo, quod *Libro tertio de Imagine mundi* exponat Imperatores & origines urbium quarundam præcipuarum Germaniæ, Bremæ, Bambergæ, Magdeburgi, & Spiræ; eo, quod in *Summa totius de omnimoda historia*, ad A. 1058 per-
262. ducta, afferat multa præclara ad res Germaniæ; eo, quod in libro *de Imagine mundi Rabanum*, Archiepiscopum Moguntinum,

& Ab-

& Abbatem *Rodickerum*, indubie *Rogerium*, Episcopum Leodiensem, commemoraverit; eo, quod in *Summa Adelbertum*, Austriæ Marchionem, vocaverit *suum*; eo, quod ignoraverit, pallium Episcopo Augustodunensi etiam fuisse datum, idque Archiepiscopis vindicaverit solis in libro: *Gemma animæ*; eo, quod consuetudines tradiderit ecclesiasticas, ab Augustodunensibus prorsus discrepantes; eo, quod fuerit Inclusus, seu Eremita. Augustodunum quoddam prope Basileas fuit situm, Episcopo olim florens, qui cum Basileensi dudum fuit conjunctus. Ætate *Honorii* gentile, ex urbe *Autun* formatum, erat non *Augustodunensis*, sed *Æduensis*. Commentarios in *Epistolas Pauli* & *Apocalypsin*, quos vulgo tribuunt *Haymoni Halberstadensi*, vindicatum it *Rhemigio*, Antissiodorensi Monacho. Unde Epistolam inseruit, in qua disquirit duas veteres figuras Gallicas & voces *Cervolus* ac *Vetula*, res, in Conciliis quibusdam Galliæ prohibitas. Figuræ illæ seu statuæ minores inventæ fuerunt ad radicem collis, in quo situm est Antissiodorum, ac idololatricam spirant consuetudinem. Una videtur *Dianam* venatricem referre, siquidem canis ejus est comes, lorica eam tegit ad coxendices usque, dextra baculum gestat. Mons planitiei, in qua statua fuit reperta, vicina dicitur *Mont-Ardoin*. *Arduinam* subesse, credit Autor, Gallorum Dianam. In Concilio Antissiodorensi ad A. 580 hæc leguntur: *Non licet Kalendis Januarii vetula aut cervolo facere.* Olim scilicet in festo Jesu natalitio ac diebus proximis homines induebant larvas dæmonum & ferarum, ut designarent absurditatem idololatriæ, cui remiserant nuntium. *Isidorus Lib. I de Offic. Cap. 40: Miseri homines - - sumentes species monstruosas, in ferarum habitu transformantur.* *Faustinus* apud *Bollandum Tom. I Jan.*: *Alii vestiuntur pellibus pecudum, alii assumunt capita bestiarum.* *Sedatus*, Episcopus: *Quid tam demens est, quam - - - - indui ferino habitu, & capreæ, aut cervo, similem fieri.* In *Hortationibus S. Eloi* hæc habentur: *Nullus in Kalendis Januariis nefanda & ridiculosa, vetulas, aut cervulos, aut Jotticos, faciat.* Jottici videntur fuisse (*joutes*) sciamachiæ, a larvatis illis commissæ. *Petrus Chrysologus Serm. 155* moris illius horridi jam meminit.

Augu-

Margin: Pag. 263. 264. 266. 273. 279. 280. 284. 294. 298.

Augustinus in Sermone *de Tempore pag. 215: Si adhuc cognoscatis aliquos illam sordidissimam turpitudinem de hinnula vel cervula exercere, ita durissime castigate, ut eos pœniteat rem sacrilegam*
Pag. 300. *commisisse*. Addenda nobis videntur hic nonnulla. Inter Saxones in locis bene multis ritus ille horridus superfuit usque ad Reformationis ætatem. In legibus Brunsuicensium, A. 1408 conscriptis, promulgata fuit norma, secundum quam larvati illi homines incedere & agere debuerunt, vocati *Schœduvel, id est*, larvati cacodæmones. En verba ex *Tomo III Leibnitii Scriptor. Brunsuic. pag. 481: Vorthmer is hier ein wonheit, dat de jungen lude plegen to hebbende eine cumpanie, dat se lopen Schoduvel in den hilligen dagento Winachten*. Ex legibus Hildeneshemensibus vetustis pariter nonnihil huc spectat. In loco, quo occisus fuit larvatus ejusmodi homo Palæo-*Hildenieshemii*, erecta fuit crux lapidea, exhibens ipsam hominis larvati figuram, quam vulgus vocat *Schodüvel*. Nec mos ille jam ubique cessavit, licet mansuetior passim factus. Pergendum jam est cum
309. Ven. Autore, qui *Valesii* geminum errorem, quem hic in determinandis locis *Chora* & *Contraginum* admisit, emendat. Chora fluvius est amnis *Cure*, exortus leucis aliquot procul Augustoduno, influens flumen *Yonne*. Hæc *Valesio* fuere comperta. *Choram locum*, finxit idem, nunc dici *Cure*, seu *Core*, Abbatia insignem. In *Notitia Imperii Romani* leguntur hæc: *Præfectus Sarmatarum gentilium a Chora Parisios usque. Ammia-*
311. *nus Marcellinus Lib. XVI* situm loci reddit distinctiorem. *Jonas Bobiensis* in Vita S. *Columbani: Egressus vir sanctus .... Augustoduno usque ad Avalonem castrum pervenit .... Deinde ad Choram fluvium properans ... eademque die ad vicum, quem Choram vocant, venerunt ... Exin Antissiodorum properavit...* Unde patescit, Choram nunc appellari *Creven*, seu *Crevan*, &
316. ævo medio *Crevennum*, seu *Crebannum*. Vennum & Venna olim *piscatoriam* notavit. Quare dicendum, Crevan, seu Crevennum, esse idem ac *Coren*, seu *Coram*, *piscatione præstantem*. Restat Contraginum, quod superest in villa *Condrain*, Seculo septimo dictum *Gundarinus*, Isaræ fluvio adjectum. Geographica hæc
333. sunt. Succedunt historica, nempe monumenta, quibus illu-

stratu

ſtrantur res Regum Francicorum Seculi IX ac X, nominatim *Lotharii* ac *Hugonis*, e *Carolo Magno* natorum, nec non translatio corporis Papæ *Cornelii*, Compendium deducti per *Carolum Calvum*. En paucula, inde delibata. *Hildegarda*, *Caroli M.* uxor, A. 778 enixa eſt geminos, *Ludovicum* & *Lotharium*. Nomen filii alterius ſolet eſſe incompertum. *Lotharius* ille obiit in loco natali Caſſinogilo (*Caſſeneuil en Agenois*) A. 879, 8 Febr. id quod patet ex epitaphio ejus, quod Ven. Autor ex MSto S. *Martialis Lemovicenſis* nunc primus in lucem produxit, Aſtronomum, *Ludovici* vitæ ſcriptorem, ſimul refellens. Non eſt, quod ex *Hiſtoria originum Cœnobiorum Caritatis ad Ligerim*, deſumta ex ſcriptore Seculi XII, quidquam decerpamus. Idem eſto dictum de *ſecunda fundatione Monaſterii de Caritate in territorio Antiſſiodorenſi ad Ligerim*, de *dedicatione Eccleſiæ B. Mariæ de Caritate*. *Metioſedum Cæſaris*, Autor negat, eſſe urbem *Meudon*, ratus, pro *Metioſedum* ſucceſſu temporis pronuntiaſſe urbis accolas *Joſedum*, nunc *Joſay*. Inquirit deinde in ſitum *Vellaunoduni* ac *Genabi*, illud collocans in confinia Antiſſiodori, hoc in tractum ad Ligarim circa locum *Gien*. Reſtat memoria Vellaunoduni in *Vallaon*. Si ſententiam Ven. Abbatis de aſcia veterum ſepulchrali, ad linguam Celticam ac ſignificatum alias minus tritum tracta, exiſtimaremus opinionibus reliquis probabiliorem, eam haud omitteremus. Nihilo minus & in hac ediſſerenda Ven. Autor ſui non eſt diſſimilis. Ubique enim perſpicuitas, oratio minus hiulca, compoſitio nativa, & inſtar fluminis progrediens, ſoliditas, multijuga lectio, ſagax in conjiciendo ingenium, & inprimis peritia Geographiæ patriæ, elucent, & Autoris laudes jubent eſſe ſempiternas.

Pag. 337. 376. 385. Tom. II pag. 143. 159. 179.

THESAURI EPISTOLICI LACROZIANI
Tomus primus. Ex Bibliotheca Jordaniana edidit
JO. LUDOVICUS UHLIUS.

Lipſiæ, impenſis Jo. Frid. Gleditſchii, 1742, 4.
Alph. 2 plag. 7.

Debetur hoc illustrium & præclare de literis meritorum Virorum aut vigiliis, aut gloriæ, ut eorum observationes, non ex quidem publici commodi, sed familiarium & amicorum, causa in chartam conjectæ, serventur ab interitu, & in publicam lucem proferantur; cum multa inde hauriri possint, quæ in magnis operibus, ubi non semper omnia, diuturna lectione animadversa, expromi, aut liberum de aliorum laboribus ferri judicium potest, plerumque frustra quæruntur. *Magnum* inter principes eruditorum *Maturini Veysserii Lacrozii* nomen fuit, qui tantum scientiarum ambitum animo & cogitatione complexus est, ut de rebus maxime diversis ambigentibus eruditis, ut Pythius aliquis Apollo, certissime doctissimeque responderit. Quod, præter eximia Opera, quæ viventi famam atque immortalitatem pepererunt, flores hi, ex plurimis *Epistolis*, quarum hæres Ill. *Jordanus* ultimis *Lacrozii tabulis* constitutus est, collecti, testantur. Nomina eruditorum, qui de suis studiis ad illum referre solebant, literarum ordine digesta sunt, & habent inprimis *Th. Sigfr. Bayeri*, *Sam. Crellii*, *Theodori Hasæi*, *Pauli Ernesti Jablonskii*, *Jo. Laur. Moshemii*, & *Davidis Wilkinsii*, Epistolæ, quæ detinere lectorem paulo humaniorem, & mirum in modum reficere, possint; maxime cum salutandi formulæ, ceteraque, ad res domesticas spectantia, a Cl. Editore, bono consilio, rescissa sint. Ut vero Lectori specimen demus

Pag. 3. eximiarum observationum, *Bayerus*, Christianos S. *Thomæ* Manichæismo infectos esse, conjicit, quod *Manetis* discipuli, & in his *Thomas*, a quo nomen secta universa tenet, Persiam Indiamque novis opinionibus turbaverint. Locum in *Menandri* excerptis, ubi *Dissabalus*, Turcarum dominus, in monte Ἐγτὰγ tentoria fixisse dicitur, ex Turcica lingua illustrat, deque rebus Christianis inter Sinas & Tartaros varia, non alibi obvia, docet, in quibus monumentum Sinicum, a multis in suspicionem adductum, genuinum esse, & nostram religionem non, nisi paulo ante Gingiscanidas, Sinensibus innotuisse, cum

11. diu ante in Turcia vicinisque locis obtinuisset, ostenditur. *Lacrozium*, Dissertationem de Maronitis meditantem, de litibus inter Romanam ecclesiam, Syrosque, certiorem facit; *Hydium*

Monga-

Mongalicas literas non bene a Cataicis distinxisse, observat. De Pag. 14.
Apuleji, res Ægyptiorum illustrantis, fide ambigit; de regione *Masin*, ad meridionales Sinenses pertinente, ex scriptoribus Arabicis nonnulla commentatur; Tangutica elementa a Brachmanibus, tempore, quo superstitio Indorum septentrionem Scythasque pervaserat, recepta esse, probat. Multa, quæ 21.
Ephraemi nomine inter Syros feruntur, non ad sanctum illum, aut Theopolitanum Episcopum, pertinere; bombyces non ex India, quod veterum haud pauci prodiderunt, sed ex Ephthalitis, venisse; libros sacri Codicis apocryphos, *Tobiæ* inprimis 33.
historiam, in Ægypto confictos; non arborem, sed aram, igne perpetuo ardentem, in lapide Palmyreno, a *Sponio* edito, exhiberi, argumentis egregiis ostendit, & de libris Syrorum Liturgicis, *Hadre* & *Gaza*, deque nomine divino, disquirit. In 28.
Sam. Crellii, Sociniani, literis, dicti *Joannei* de Trinitatis personis autoritate in dubium vocata, autor dogmatis de filii divinitate *Justinus Martyr* esse dicitur. Idem sententiam *Lacrozii* de 89.
ætate *Philopatridis*, eum *Aureliano* Imperatore non vetustiorem esse, censentis, *Gesneriana* præfert, *Philonis* de *Logo* opi- 97.
nionem explicat, de *Serveto* nonnulla immiscens. *Burmanni*, *Drackenborchii*, *Fabricii*, *Hasæi*, *Krausii*que, schedæ nova tantum literaria nuntiant; *Heumannianæ* nonnullas *Minutii* & *Flori* 160.
emendationes, præter conjecturas de *Jordano Bruno*, continent. In *Pauli* vero *Ernesti Jablonskii* Epistolis multa, ex recondita Orientis literatura, cujus ornamentum *Lacrozius* maximum erat, petita, reperiuntur. Cujus generis sunt de Deo 166.
Remphan, de Liturgiis Ægyptiacis Lugdunensis Bibliothecæ, & Pentateucho Coptico, de voce *Sceti*, de Therapevtis, de columnis Tingitanis, de Leviathane *Jobi*, de voce *Sanut*, de fragmentis Copticis Bibliothecæ Bodlejanæ, de controversia *Nestoriana*, (ubi inprimis ostenditur, inter *Justini Martyris* Opera editam expositionem fidei *Theodorum Mopsuestenum* autorem habere,) rarissimæ observationes. Ex *Sebastiani Kortholti* quæsitis pleraque ad *Leibnitium* & rem Sinensium literariam spectant. *Jo. Laurentius Moshemius*, studiorum suorum 214.
rationem *Lacrozio* identidem reddens, præclaras observationes,

 quibus

Debetur hoc illustrium & præclare de literis meritorum Virorum aut vigiliis, aut gloriæ, ut eorum observationes, non eæ quidem publici commodi, sed familiarium & amicorum, causa in chartam conjectæ, serventur ab interitu, & in publicam lucem proferantur; cum multa inde hauriri possint, quæ in magnis operibus, ubi non semper omnia, diuturna lectione animadversa, expromi, aut liberum de aliorum laboribus ferri judicium potest, plerumque frustra quæruntur. *Magnum* inter principes eruditorum *Maturini Veysserii Lacrozii* nomen fuit, qui tantum scientiarum ambitum animo & cogitatione complexus est, ut de rebus maxime diversis ambigentibus eruditis, ut Pythius aliquis Apollo, certissime doctissimeque responderit. Quod, præter eximia Opera, quæ viventi famam atque immortalitatem pepererunt, flores hi, ex plurimis *Epistolis*, quarum hæres Ill. *Jordanus* ultimis *Lacrozii tabulis constitutus* est, collecti, testantur. Nomina eruditorum, qui de suis studiis ad illum referre solebant, literarum ordine digesta sunt, & habent inprimis *Th. Sigfr. Bayeri*, *Sam. Crellii*, *Theodori Hasæi*, *Pauli Ernesti Jablonskii*, *Jo. Laur. Moshemii*, & *Davidis Wilkinsii*, Epistolæ, quæ detinere lectorem paulo humaniorem, & mirum in modum reficere, possint; maxime cum salutandi formulæ, ceteraque, ad res domesticas spectantia, a Cl. Editore, bono consilio, rescissa sint. Ut vero Lectori specimen demus

Pag. 3. eximiarum observationum, *Bayerus*, Christianos S. *Thomæ* Manichæismo infectos esse, conjicit, quod *Manetis discipuli*, & in his *Thomas*, a quo nomen secta universa tenet, Persiam Indiamque novis opinionibus turbaverint. Locum in *Menandri* excerptis, ubi *Dissabalus*, Turcarum dominus, in monte Ἐγτὰγ tentoria fixisse dicitur, ex Turcica lingua illustrat, deque rebus Christianis inter Sinas & Tartaros varia, non alibi obvia, docet, in quibus monumentum Sinicum, a multis in suspicionem adductum, genuinum esse, & nostram religionem non, nisi paulo ante Gingiscanidas, Sinensibus innotuisse, cum

11. diu ante in Turcia vicinisque locis obtinuisset, ostenditur. *Lacrozium*, Dissertationem de Maronitis meditantem, de litibus inter Romanam ecclesiam, Syrosque, certiorem facit; *Hydium* Monga-

Mongalicas literas non bene a Cataicis diſtinxiſſe, obſervat. De Pag. 14.
Apuleji, res Ægyptiorum illuſtrantis, fide ambigit; de regio-
ne *Maſin*, ad meridionales Sinenſes pertinente, ex ſcriptori-
bus Arabicis nonnulla commentatur; Tangutica elementa a
Brachmanibus, tempore, quo ſuperſtitio Indorum ſeptentrio-
nem Scythasque pervaſerat, recepta eſſe, probat. Multa, quæ 21.
Ephraemi nomine inter Syros feruntur, non ad ſanctum illum,
aut Theopolitanum Epiſcopum, pertinere; bombyces non ex
India, quod veterum haud pauci prodiderunt, ſed ex Ephtha-
litis, veniſſe; libros ſacri Codicis apocryphos, *Tobiæ* inprimis 33.
hiſtoriam, in Ægypto confictos; non arborem, ſed aram, igne
perpetuo ardentem, in lapide Palmyreno, a *Sponio* edito, ex-
hiberi, argumentis egregiis oſtendit, & de libris Syrorum Li-
turgicis, *Hadre* & *Gaza*, deque nomine divino, diſquirit. In 28.
Sam. Crellii, Sociniani, literis, dicti *Joannei* de Trinitatis perſo-
nis autoritate in dubium vocata, autor dogmatis de filii divini-
tate *Juſtinus Martyr* eſſe dicitur. Idem ſententiam *Lacrozii* de 89.
ætate *Philopatridis*, eum *Aureliano* Imperatore non vetuſtio-
rem eſſe, cenſentis, *Geſneriana* præfert, *Philonis* de *Logo* opi- 97.
nionem explicat, de *Serveto* nonnulla immiſcens. *Burmanni*,
Drackenborchii, *Fabricii*, *Haſei*, *Krauſii*que, ſchedæ nova tan-
tum literaria nuntiant; *Heumannianæ* nonnullas *Minutii* & *Flori* 160.
emendationes, præter conjecturas de *Jordano Bruno*, conti-
nent. In *Pauli* vero *Erneſti Jablonskii* Epiſtolis multa, ex re-
condita Orientis literatura, cujus ornamentum *Lacrozius* maxi-
mum erat, petita, reperiuntur. Cujus generis ſunt de Deo 166.
Remphan, de Liturgiis Ægyptiacis Lugdunenſis Bibliothecæ,
& Pentateucho Coptico, de voce *Seeti*, de Therapevtis, de
columnis Tingitanis, de Leviathane *Jobi*, de voce *Sanut*, de
fragmentis Copticis Bibliothecæ Bodlejanæ, de controverſia
Neſtoriana, (ubi inprimis oſtenditur, inter *Juſtini Martyris*
Opera editam expoſitionem fidei *Theodorum Mopſueſtenum* au-
torem habere,) rariſſimæ obſervationes. Ex *Sebaſtiani Kort-
holti* quæſitis pleraque ad *Leibnitium* & rem Sinenſium litera-
riam ſpectant. *Jo. Laurentius Moshemius*, ſtudiorum ſuorum 214.
rationem *Lacrozio* identidem reddens, præclaras obſervationes,

 quibus

quibus Historia ecclesiastica illustratur, plena manu depromit.
Pag. 266. *Apollonium Thyaneum* alterum *Simonem* Magum esse, docet; *Phi-
lopatridem*, cum *Luciani* Dialogis editum, statim post Con-
cilium Nicenum, in ludibrium decretorum ejus, a Sophista
quodam scriptum, conjicit; Thesaurum Antiquitatum Hispa-
298. nicarum promittit; de Oraculo Sibyllino, de *Apringii*, Pacen-
sis Episcopi, in *Apocalypsin* Commentariis, *Plutarcho* de Nobi-
litate, *Evagrio* de Ægyptiacis Monachis, passim pro deper-
ditis habitis operibus, disserit. *Schrœderus* de Armenicis non-
332. nullis; *J. C. Sostmannus* de ignotis Græcorum librariorum notis;
Jo. Frid. Thomas de *Porphyrii* libro περὶ ἀποχῆς, cujus ipse
editionem moliebatur; *Whistonii* fratres de Latine vertendo *Mo-
366. se Chæronensi*, *Lacrozium* consulunt. Eidem *Davides Wilkinsius*,
quos Codices Copticos in Vaticana evolverit, nuntiat, &, præ-
ter Biblia Armenica, Acta Niceni, Ephesini, & Constantinopo-
litani Concilii, Historiam *Leonis*, *Ottonis* filii, & catalogum Pa-
triarcharum Armenorum, ibi asservari, ostendit. Idem de ora-
tione dominica, omnium fere gentium linguis a *Champerlayno*
edita, de literis Ægyptiacis, deque Novo Testamento Coptico,
quod tum Sheldonianum prelum exercebat, varia perscribit.
In *Zigenbalgii* denique Epistolis, quæ in hac collectione locum
occupant ultimum, de Bramanum Indorumque vetere doctri-
na multa lectu dignissima habentur. Ceterum *Tomum Thesauri*
hujus *Epistolici secundum*, quo S. R. *Jo. Christoph. Wolfii*, Pa-
storis olim Hamburgensis, ad *Lacrozium* literæ continentur, bre-
vi proditurum esse, fidem Lectori facimus.

J. L. M. ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAS, a se juvene ad Illustrem Virum, M. V. LA CROZE, scriptas.

Ad *pag. 265. Observationum in S. Patres, maxime in Irenæum, liber*, qui hic & aliquoties in sequentibus Epistolis memoratur, tentatus quidem, at nunquam in literas relatus est. Latent partim inter schedas, dudum amotas, partim in memoria mea, plurima, ex quibus componi potuisset, & compositus fuisset,

fuisset, nisi me alio fata invitum vocassent. Commendo ceterum laborem hunc aliis, utiliorem, mea quidem opinione, quam plerique putant.

Ad *pag. 267. Librorum combustorum historiam* moliebar olim, cum otio abundarem; at mature, crescentibus indies occupationibus, hoc institutum dimisi. De particula hujus operis, *Historia Mich. Serveti*, alio tempore dicam, si rude ejus specimen, quod editum exstat, perfectum & expolitum in lucem proferre licuerit.

Ad *pag. 269* & *277. Liber primus Animadversionum sacrarum*, cujus hic mentio fit, edi cœptus est, non Rostochii, sed Lubecæ. Sumserat sibi hanc curam amicus, Rostochii tum vivens. Quibus de causis nec absolutum sit opusculum, nec exemplum, manu mea scriptum, mihi redditum, non amplius recordor. Hoc scio, illud, mihi saltem, periisse. Modice vero hanc jacturam fero, cum certus sim, commode juvenili isto labore rem sacram & eruditam carere posse.

Ad *pag. 278.* De *Mart. Ruari* vita fatisque haud pauca collegi quondam. Quæ utrum interierint plane, an loco quodam inter chartas sepositas collocata sint, nescio. Res tanti non est, ut in ea indaganda temporis aliquid consumere velim. *Observationes ad Lactantium* exstare, novi; verum, ubi, tot inter derelictos præteritorum annorum conatus, nec scio, nec scire admodum cupio. Non indiget amplius meæ diligentiæ *Lactantius*, tot præclarorum virorum studiis purgatus & illustratus.

Ad *pag. 294. Hispanicarum Antiquitatum Thesauro*, quem olim parabam, nuntium, quod fas erat, misi, cum sacræ literæ in hac Academia docendæ mihi committerentur. Collectus mihi jam erat numerus aliquis insigniorum & rariorum de veterum Hispanorum rebus librorum; quorum partem adhuc servo, partem ad *Sigeb. Havercampum*, quem laboris socium adsciveram, misi.

Ad *pag. 297.* Quæ de literarum in Dania statu hic scripsi, non mea sunt, sed ex ore summorum virorum, quos adire mihi licuit, hausta. Verane igitur sint omnia, necne, viderint, quibus profecta sunt. Hoc certum, pleraque hodie magni

& sapientissimi Regis providentia sublata esse, quæ tum eruditionis progressus in gente, nulli ingenio secunda, atque magnis hominibus nobilitata, morari videbantur, Danosque hodie feliciter literatissimos Europæ populos æmulari. Hoc ceterum me male habet, quod in hac narratione vocabulum fugienti calamo excidere passus sum paulo durius, nec genti humanissimæ, cujus beneficia nunquam ex memoria delebo, satis honorificum. *Auget*, ita scripsi, *gentis naturalem, si ita loqui licet, ignaviam.* Bene quidem est, quod ipse omnem ab hoc vocabulo injuriæ suspicionem removi, & verbis: *si ita loqui licet,* significavi, velle me molliorem ei notionem subjici. Sufficiebat hoc in epistola ad amicum, quam nunquam editum iri putabam; at non sufficit, postquam ea, præter opinionem meam, in publicam lucem protracta est. *Igitur sciant*, quorum interest, dixisse mihi, quorum *sermones refero*, *inesse* natura in plerisque Danis mediocrem immortalitatis libris scribendis comparandæ cupiditatem, atque hoc me tantum *ignaviæ* nomine, cum festinanti aptius & concinnius haud succurreret, indicare voluisse. Rectene, an secus, quos autores habeo, civium suorum ingenium æstimaverint, non meum est statuere.

Ad *pag. 298. Rostgardianum* Codicem cum *Josepho* edito conferre quidem volui, non autem contuli. Lubens negotium hoc suscepit Vir Illustris, *Jo. Grammius*, quo nec doctius, nec officiosius, aliquid fieri potest; idque jam *Havercampus* in Præfatione ad *Josephum* jussu meo publice significavit. *Rostgardio*, asseveranti mihi, se Bibliothecam suam vendíturum esse, tum credere potuissem; vendita enim jam ante complures annos est.

Ad *pag. 301. Apringium Pacensem* beneficio Viri optimi, & antiquitatum orbis Arctoi supra fidem periti, *Arnæ Magnæi*, Historiarum Professoris, amici desideratissimi, nactus sum, cujus memoriam colere nunquam desinam. Nunc antiquitatis hoc monumentum in potestate versatur Venerandi Viri, cujus in sacrum Novi Fœderis Codicem tot egregia exstant merita, *Jo. Alb. Bengelii.* In quem utinam eximiam voluntatem meam munere majori testari potuissem. Græca Carmina, nondum edita, quorum

quorum hic mentio fit, ad beatos nunc amicos meos, *Jo. Christoph. Wolfium* & *Jo. Godofr. Lakemacherum*, fatis me ad alias curas vocantibus, transierunt. Qualia & cujus argumenti fuerint, parum memini. Nullum Seculo decimo antiquius fuisse, adhuc teneo.

Gloria libelli *Plutarchi περὶ ἐυγενείας* servati tota est Excellentissimi Viri, *Jo. Grammii*, cui me multa & insignia beneficia debere, gratissimus, dum vixero, profitebor. Constat id jam inter eruditos ex B. *Jo. Christoph. Wolfii Anecdotis*, in quibus editus est. Forte meum hoc est, quod celerius in lucem exiit; sed, ut hoc, quicquid est, officii præstare potuerim, benevolentia unice *Grammii* effecit.

Gisb. Cuperi ad Sperlingium Epistolas in Bataviam misi, ut ederentur. Nescio vero, quænam causa, ne id fieret, impediverit. Nec tamen periit thesaurus hic, verum a *Jo. Poleno*, magno Italiæ eruditæ ornamento, in *Supplementis ad Grævii Thesaurum Antiquitatum Romanarum* publica luce donatus est. Acceperat is a *Sigeb. Havercampo*, cujus a me fidei commissus erat. Recte vero fecit Illustris *Polenus*, quod annotationes, exemplo, manu mea scripto, adjectas, simul prodire noluit; neque erat, cur is factum hoc excusaret. Nullius certe interest, scire, quænam mihi, forte doctissimorum hominum epistolas legenti, in mentem venerint. Reliquas Epistolas, quas hic commemoro, ad B. *Uffenbachium* paulo ante, quam supremum diem obiret, ablegavi. Qui quoniam, ne mihi responderet, morte impeditus fuit, codicis fatum nescio.

Ad *pag. 304. Evagrium de monachis Ægyptiis* Lutetiam Parisiorum ad celebrem quendam ex familia Benedictina virum migrare jussi, ut cum aliis ejus generis monumentis prodiret. Incertum vero est, utrum ad hominem jam defunctum pervenerit, an vero in itinere perierit.

DE L' ATTAQUE ET DE LA DEFENSE DE PLACES, par Mr. DE VAUBAN, Marechal de France, & Directeur general des Fortifications du Royaume.

hoc est,

DE

DE OPPUGNATIONE ET DEFENSIONE Locorum munitorum Liber, Autore Domino DE VAUBAN, *supremo copiarum Gallicarum duce, & munitionum castrensium per regnum universum Directore primario.*

Tomus II.

Hagæ Comitum, sumtibus Petri de Hondt, 1741, *4 maj.*
Alph. 1 plag. 6, cum Tab. æn. 11.

Liberamus fidem, quam dedimus, de *altero* quoque præclari Operis *Vaubaniani Tomo* acturos nos esse, polliciti nuper *Mensis Martii Parte I pag. 131.* Merentur omnino Ill. Viri scripta de re militari singulari studio tanquam cimelia colligi, atque rei publicæ usui commendari. Vir summus ipse *magna pars bellorum*, superiore atque ineunte hoc Seculo, *incredibili vi, rara prudentia*, atque ineffabili apparatu gestorum, fuerat, atque, prouti ingenio erat sagacissimo, ita longo rei militaris usu & multa experientia didicerat, quæ nulla intellectus acie acquiri possunt. Dubium itaque non est, quin singularem gratiam summorum in bello virorum initurus sit solertissimus bibliopola, quos novo hoc ingenii *Vaubaniani* monumento donat. Dum omnia *Vaubanii* scripta undique sollicite conquirit, dux quidam copiarum Regis Galliæ primi ordinis, qui nomen suum nos latere voluit, libri de Cuniculis copiam humanissime ipsi facit. Illo *quidem* non nisi primæ lineæ artis hujus continentur; at, prima hæc rudimenta Ill. Autore non indigna esse, argumenti tractatio demonstrat. Ingenium ejus liber satis prodit, cum *Vaubanius* solitus non fuerit speculationibus, quæ exigui usus sunt, vacare, sed, quæ experientia atque continuo usu in bellis didicerat, in commentarios suos referre. Pauciores igitur artis regulas, sed egregiam exemplorum ubertatem; atque tentamina plurima, a Viro in rebus his versatissimo instituta, in hoc libro invenimus. Simile prorsus opus est argumentis illis, quæ in *priori Tomo* pertractantur. Omnia in hoc quoque libro ita exponuntur, ut illorum usui inservire possint, qui mathematicis scientiis haud assueti sunt, &, vix primis Geometriæ elementis degustatis, ter-

minos

minos ſaltem Architecturæ militaris intelligunt. Et, cum ſummam in rebus militaribus autoritatem *Vaubanius* merito conſecutus ſit, ipſa quoque meditationum ejus fragmenta copiarum ducibus non ingrata fore, ſolertiſſimus bibliopola ſibi perſuaſit. Nactus itaque exemplaria libri *Vaubaniani* de oppugnatione & defenſione locorum munitorum, quem Ill. Franciæ Mareſcallus uſui Ducis Burgundiæ olim dedicaverat, & cui Diſſertatio ipſius de incredibili utilitate locorum munitorum in regno aut provincia, brevis ea quidem, ſed elegans atque ſucci plena, adſcripta erat, hanc publico commodo invidere noluit, & in hoc Opere typis excudi curavit. Demonſtrat in hac Commentatione *Vaubanius*, obſidione ac expugnatione locorum munitorum hoſtium provinciam victoris imperio quidem ſubjici, ſed dominium atque imperium non niſi exſtructis domi locis munitis aſſeri atque confirmari. Illa enim fines provinciarum victoris ab incurſione hoſtium tuentur, &, ſi victoris copiæ acie aliqua inferiores diſcedant, impediunt, ne hoſtis fructus nimios ex ſecundo aliquo prælio colligat. Provocat ad experientiam, cum regnorum Galliæ, Hiſpaniæ, Germaniæ, atque inprimis Belgii, fines urbibus munitis ita defendantur, ut difficile ſit hoſtibus, illas regiones invadere. Belgarum inprimis hac in re providentiam laudat, quorum intra fines paucæ urbes inveniantur, quæ munimentis cinctæ non ſint. Hoc in cauſa eſſe, contendit, cur, bello in iſtis provinciis per tot annos, incredibili virtute, atque immenſis ſumtibus, geſto, nondum tamen ſub jugum mitti potuerint. Computatione accurate facta, deprehendit, elapſis ducentis annis plus quam ſexaginta vicibus a fortiſſimis atque copioſis exercitibus pugnatum, plus quam ducentas urbes munitiſſimas expugnatas & captas fuiſſe, nec tamen populo iſti fræna potuiſſe injici. Loca enim munita progreſſum copiarum victricium ſtatim cohibent atque impediunt, dum copiæ hoſtium, in acie profligatæ, ad illa ſe recipiunt, atque ita occaſionem bellum protrahendi inveniunt. Interea enim temporis, dum victor urbibus munitis in poteſtatem redigendis occupatur, multa ex improviſo victori adverſa accidunt. Principes finitimi fortunam ipſi invident, fœdere ipſi juncti vel auxiliares copias ægre ſubmittunt, vel devictorum hoſtium

 partes

partes amplectuntur. Nostrorum temporum experientia monstrat, sæpe victorem, qui fortunam ex omni parte faventem habuerat, ex his rationibus sistere gradum jussum, atque non ita multo post, quam debellatum esse ipsi videbatur, amissis, quæ exspectaverat, victoriæ emolumentis, sua tueri coactum fuisse. Sic victores sæpius adeo ad incitas redacti fuerunt, ut duris conditionibus pacem petere, vel omnia, vel meliorem eorum partem, victis reddere, necesse haberent, quæ sumtibus immensis, effuso sanguine civium copioso, atque ineffabili labore militari, acquisiverant. Prisca historiarum monumenta testantur, vasta sæpe universæ Asiæ regna, una vice, paucio ri sanguine effuso, atque minori virtute, subjugata fuisse, quam ad exiguas Belgii provincias devincendas opus esse, res ipsa docet. Non longe arcessendæ sunt rationes, cum oculis pateat, quam levia sint emolumenta, quæ victori cedunt, qui in Belgio superior acie discedit. Victum exercitum victori vix per quatuor milliaria in provinciis his persequi licet, ubi urbes munitæ victorem cohibent, victos recipiunt atque munimentis suis tutantur, ne penitus deleatur exercitus, impediunt, atque moram indulgent, qua sub mœnium bombardis afflictas res reficere possit. Nullos fere interea fructus præter victoriæ gloriam ex secundo prælio capit, &, ut forte urbem aliquam munitam expugnet, gravissimi tamen labores utplurimum in obsidenda atque capienda hac urbe collocandi sunt, ut exercitus paulatim atteratur, hosti, acie profligato, interea locus relinquatur dispersas copias colligendi, res collapsas instaurandi, loca opportuna occupandi, atque victoriæ fructus continuo præscindendi. In vastis vero regionibus, ubi vel nullæ, vel paucæ, urbes munitæ inveniuntur, victor hostis, acie profligati, tergis inhæret, donec exercitum victum prorsus obtruncaverit, ubi provinciæ, omni præsidio nudatæ, legibus imperantis confestim subjiciuntur. Sic *Alexander*, postquam tribus præliis *Darium* devicerat, vastam Persarum monarchiam, nullo impediente, occupabat. Multis, ex veteri & recentiori historia collectis, exemplis Ill. *Vaubanius* hoc confirmat, atque notatu inprimis dignum esse observat, *Cæsari* plus negotii fecisse olim tres vel quatuor urbes in Gallia munitas, quæ imperium ejus in Gallos per aliquot annos remorabantur, quam

copiosos

copiosos exercitus, quos sine multo labore opprimebat, cum victi asylum in urbe munita, quo se reciperent, non invenirent. Mittimus reliqua Ill. *Vaubanii* argumenta, quibus luculentum arcium atque locorum munitorum in bello usum prædicat, maxime cum non ignoremus, multos expertos belli duces adversam sententiam tueri, neque adeo magnifice de copiosis Belgii munimentis arbitrari. Accedimus itaque ad ipsum *Vaubanii* de cuniculis subterraneis Tractatum, qui *primam secundi* hujus *Tomi Partem* occupat. Enarrat primo conditiones societatis illius militum, sub finem Seculi elapsi a *Ludovico XIV* institutæ, ut artem cuniculos agendi unice excoleret, atque porro omnia instrumenta, quibus in hac Architecturæ militaris parte opus est, non verbis modo diserte explicat, sed æri quoque nitide incisa obtutui sistit. Inde ab ovo orsus, quid ab initio cuniculorum fabricatoribus agendum sit, donec furnus construatur, accurate præcipit, inspersis passim annotationibus utilissimis, quas multorum annorum experientia ipsi suggessit. Clare explicat, qua ratione canalis, pulvere pyrio repletus, ad furnum usque ducendus, quomodo ipse furnus construendus, & fornices ædificandi sint. Mirum non est, ab aliis artis hujus magistris eum nonnunquam discedere, cum aliorum scrinia excutere minime soleat, nec quidquam, nisi quod ipse excogitavit, & cujus usum experientia confirmavit, proferat. Cum necessarium valde ipsi videatur, ita cuniculos ducere, ut mediis hostium cuniculis adversis insinuentur; quid agendum sit, docet, si hostium milites cuniculorum fabricatoribus in subterraneis fornicibus vel aperta vi, vel per insidias, occurrant. Illos vel fumo suffocari, vel gladio atque sclopetis invadi, vel egesto celeriter vallo arceri, jubet. Instituti nostri ratio non permittit, ut omnia, quæ prudentissime de hac scientiæ militaris parte monet, copiose exponamus, quod ægrius in Opere, practicis, ut ajunt, cautelis referto, succedit. Ut hebetioris ingenii hominibus consulat, plura variorum operum exempla proponit, quæ ipsius auspiciis, atque secundum præcepta ipsius, per cuniculos destructa fuerunt. Quæ obscura eo minus esse possunt, quod copioso figurarum apparatu omnia egregie illustrentur. Ne-

que illos regulas certas desiderare patitur, quibus vestigia ipsius in arte hac sequi animus est. Propterea accurate docet, quantum temporis ad effodiendos varii generis cuniculos, atque fornices eorum construendos, requiratur, operariorum numerum, atque pulveris pyrii libras, definit, pondus operum cuniculis disjiciendorum computat, quid per cuniculos praestitum sit, experimentis demonstrat, &, quae inopinati interdum effectus causae fuerint, inquirit. In exemplis nonnullis *sumtus* quoque operibus perficiendis necessarios calculo metitur. Cum pluribus exemplis demonstratum sit, quomodo furnus accensus super impositas moles figura coni truncati explodatur; frequenti observatione se didicisse asserit, diametrum hujus coni semper duplam esse altitudinis terrae supra centrum pulveris pyrii in furno. Si v. g. altitudo molis furno superimposita fuerit viginti pedum, atque furni diameter pedum duorum; diameter basis superioris coni truncati quadraginta duorum pedum erit. Experimento huic superstruit regulas ad inveniendam pulveris pyrii quantitatem, qua certa terrae moles vel conquassanda, vel disjicienda est. Jubet, si terra fuerit communis, numerum perticarum Gallicarum operis disjiciendi per 14 multiplicari, ut desideratus librarum pulveris pyrii numerus prodeat. Si fuerit sabulum crassius, per 17, sin sabulum argilla permixtum, per 18, numerum istum perticarum multiplicari, praecipit. Singulari studio commodis virorum militarium inservit, ut haud gravetur in gratiam illorum, qui Geometriae non satis periti sunt, docere, qua ratione pro pedibus cubicis calculus sit instituendus, si cui effectus cuniculorum accurate admodum computare animus sit. Indicem quoque satis prolixum addit, pro variis terrae, argillae, sabuli, lapidum, generibus. Inprimis commodo eorum, qui in construendis ejusmodi operibus subterraneis occupantur, egregie consulit, constructa, ope regularum suarum, Tabula, ex qua sine calculo perspici statim potest, quem perticarum cubicarum numerum furnus certae quantitatis disjicere valeat, si altitudo molis impositae a duobus ad sexaginta pedes increscat, & quantum librarum pulveris pyrii ad hoc requiratur. Juvat specimen Tabulae illius Lectorum oculis subjicere:

Alti-

Altit. terræ.	Pertic. Cub.	Ped. Cub	Terra communis.	Sabulum crassius.	Terra mixta.	Argilla.	Terra crassa, lapidibus mixta.
			Pulvis Lib. Unc.	Pulvis Lib. Unc.	Pulvis Lib. Unc.	Pulvis Lib. Unc.	Pulvis Lib. Unc.
2. Ped.	0.	$8\frac{1}{3}$.	0. $9\frac{1}{2}$.	0. 12.	0. 12.	0. $12\frac{1}{3}$.	0. 14.
5.	0.	133.	8. 10.	10. 7.	11. 1.	11. 11.	12. 14.
10.	5.	132.	78. 9.	96. 2.	100. 10.	106. 4.	121. 14.
15.	18.	36.	254. 4.	308. 8.	326. 11.	344. 13.	399. 0.
20.	44.	198.	628. 13.	763. 9.	808. 8.	852. 15.	993. 4.
40.	360.	150.	5049. 5.	6133. 5.	6494. 0.	6854. 10.	7934. 11.

Usum Tabulæ, per se satis obvium, exemplis tamen nonnullis illustrat, ut captui vel simplicissimorum igniariorum consulat; quæ omittimus, cum de *altera Tomi* hujus *secundi Parte* pauca adhuc nobis dicenda sint. Continentur illa non ipsius *Vaubanii*, sed alius præclari herois, qui nomen suum prodi noluit, commentationes de bello atque officiis tum supremi copiarum ducis, tum gregarii militis. Saluberrima omnino consilia, quæ in aliis hujus generis operibus frustra quæruntur, suppeditat, eaque selectis exemplis historiarum atque principum heroum nostri temporis erudite illustrat. Egregio hoc compendio militari paucis, sed exquisitis, verbis officia imperatoris, tribuni, centurionis, decurionis, & militis, explicantur. Altera parte ipsorum operum militarium rationem Autor diserte explicat, præcipiens inprimis, quomodo per angusta loca ad hostium castra oppugnanda eundum sit, ubi receptui canendum, qua ratione exploratores seligendi, atque quantum fidei ipsis habendum sit, quæ exercitui in itinere observanda sint, qua solertia acies nocturno tempore instruenda, fluvius ponte jungendus, & stricto gladio in castra hostium impetus faciendus sit; porro, quibus in locis castra vallo & munimentis cingenda atque defendenda, a quibus insidiis cavendum sit, dum exercitus flumen trajicit, & quæ reliqua sunt belli negotia, de quibus multa prudenter ex creberrimo militiæ usu commentatur.

OECONOMIA REGNI ANIMALIS, IN TRANSactiones divisa, quarum haec secunda de Cerebri motu & cortice, & de anima humana, agit; anatomice, physice, & philosophice, perlustrata.

Amstelodami, apud Franciscum Changuion, 1741, 4 maj.
Alph. 1 plag. 2, Tab. æn. 1.

Postquam haud ita pridem, quæ Cel. Autor in *prima Operis* hujus, multo ingenio, magnaque doctrina, conscripti, *Sectione* tradidit, copiosius enarravimus; nunc etiam singularia, quæ in *altera* hac *Sectione*, eodem modo, quo in *prima*, explicat, argu-
§. 1. menta brevi oratione persequemur. *Tribus* ea constat *Paragraphis*, quorum *primus* de motu cerebri agit, & ejus animationem
Pag. 1-3. cum respiratione pulmonum coincidere, docet. Initio igitur suum meningibus & cerebro motum vindicat, ita quidem a *Ridlejo*, *Vieussenio*, *Baglivo*, *Fantono*, *Bellino*, *Pachiono*, aliisque, detectum, ut, qui de eo hodieque dubitare audeat, ille visum ta-
4-34. ctumque in dubium vocare videatur. Neutiquam vero fit probabile, motum hunc cerebri, & motum cordis arteriarumque, esse synchronum, ut, quoties cor salit, sanguis irrumpat in cerebrum, & integram illius molem ad reciprocas cum illo vices peragendas suscitet, sed ex variis potius elucet rationibus, tum vero maxime anatomicis, atque medicis, cerebrum in sua sibi vasa afferere regimen, quamprimum illa intra cranium atque ossea sua munimenta recepit, hancque animationem cerebri iis-
§. 2. dem fieri momentis, quibus pulmones respirare solent. In *al-*
35-48. *tero Paragrapho*, quæ de cerebri cortice *Leeuwenhækius*, *Malpighius*, *Vieussenius*, *Ridlejus*, *Ruyschius*, *Pachionus*, *Swammerdammius*, *Bærhaavenius*, *Winslovius*, literis mandarunt,
51-53. fusius recitantur, ex iisdemque colligitur, corticem esse principem totius cerebri substantiam, in ipso termino primo fibra-
54-62. rum, & ultimo arteriarum, ac proinde in medio, sitam, ut ex ipso sanguine puriores essentias, & spiritus, qui animales vocantur, valeat extrahere, illosque in tenuissima fila medullaria immedia-
63-66. te, & inde in nervea corporis, transmittere. Corticea & cineritia substantia est, quæ expanditur, & constringitur, seu ex qua cerebrum

rebrum animat. Nam quælibet ejus sphærula apparet esse instar
corculi suæ fibræ præfixa, non secus ac cor magnum corporis
sui arteriis. Proinde, quoniam totidem origines motus sunt, Pag. 67-
quot sphærulæ illius substantiæ, ex illis expansis etiam ipsius con- 70.
globati visceris integra moles, superficies nimirum, & vasa san-
guifera, atque interior ubivis medulla, constringitur, & vice ver-
sa. Memoratæ sphærulæ illum sortitæ sunt in cerebro situm & 71.72.
ordinem, ut singulæ aut plures simul, aut omnes conjunctim,
queant systolen suam & diastolen perficere; aliter vero in ce-
rebello, ut & in medulla oblongata & spinali. Idcirco cere- 73-75.
bro secundum ordinatam ejus substantiæ dispositionem poten-
tia est & arbitrium, quascunque velit, fibras & fibrarum fasci-
culos, ac proinde nervos etiam musculosque, inspirandi, & ad
agendum excitandi, quæ singularis & specialis actio est sub vo-
luntaria ejus communi. Sic ex distincta perceptione coordi- 76-78.
nationis harum substantiarum intelligitur, quomodo determi-
netur voluntas in actum a cerebro, quomodo a cerebello, &
ab utraque medulla, & quomodo in diversi generis animalibus
brutis. Cerebrum hac animationis suæ facultate & vi purissi- 79.
mam essentiam, uti dictum est, ex invitato sanguine extrahit,
& in fibras, ut in appendiculas suas, transmittit, cui novam af-
fundit, in castigatissimis ejus substantiæ matricibus eminenti
modo conceptam & exclusam. Sic intelligitur, qualis circula- 80.
tio spirituum animalium peragatur, scilicet a cortice in univer-
sas fibras, a fibris in sanguinem, a sanguine in cerebrum, at-
que sic iterum in corticem; qua ratione nihil eorum perit sine 81.
usu, item quibus momentis eveniat, iisdem nimirum, qui-
bus respiratio pulmonum, qui mirifice ad promovendum &
transfundendum hunc succum vere animalem per nervos con-
currunt. Quatenus substantia hæc corticalis in principio actio- 82-85.
num sui corporis residet, & ex superiori contemplatur reliqua,
ut se inferiora, necessum est, ut singula ei in systemate ita re-
spondeant, sicuti effectus suis causis. Quare per eminentiam
ei convenit attribui, quicquid aliquam officii rationem in toto
hoc negotio obit, ut singula illius substantiæ pars per eminen-
tiam queat vocari musculus, glandula, imo microcosmus,
quando

Pag. 86. quando integrum corpus dicitur macrocoſmus. Partes hujus ſubſtantiæ ex eadem ratione merentur organa ſenſuum interiorum & cerebella nuncupari. Nam media ſubſtantia medullar & ſanguine ab organis externis alluentes, modos & tactus reci-
87-89. piunt, & ad judicem animam referunt. Partium harum vere organicarum ſtatus ſecundum contingentia, quæ in externis & in ſanguine, tum etiam in internis, exiſtunt, varie ſe mutari patitur, ſcilicet tepeſcere, incaleſcere, expandi, indureſcere, turbari, frigeſcere, conſtringi, flaveſcere, adumbrari, miteſcere, atque aliter, non ſecus atque auræ mundi, cum quarum ſtatus mutatione hunc illarum quam maxime compares. Et, quicunque ab illis induitur ſtatus, ſeu animus, illico ſimilis diffunditur in continuas fibras, proinde in totum ſyſtema, a fibris & vaſis ſanguineis contextum. Quanquam vero corticea
90-92. hæc ſubſtantia præcipuum eſt agens in *regno ſuo animali;* non tamen primum eſt determinans: determinata enim ſtructa & contexta eſt a puriſſimis fibris, ſic, ut prima ſit determinatio flüidi ſpirituoſi, qua intermedia anima, ut vis & ſubſtantia uni-
§. 3. verſalis, in corporis ſui actiones influere valet. Venimus tandem ad *Paragraphum tertium*, eumque omnium graviſſimum, &
93-98. ſingularia quam maxime argumenta complexum de hac anima humana, cujus quidem naturam proprietatesque propius & accuratius cognoſcendi, tanto Cel. Autor incenſus fuit deſiderio, ut eam quocunque labore perveſtigare conſtituerit. Vidit autem, ad eam notitiam non alia ſe perductum *iri via*, quam per doctrinam ſerierum & graduum, ſeu ordinis, de qua in *prima Transactione* jam egit, tum & per philoſophiam univerſalium mathematicam, adhuc nondum excultam, quæ non ſolum ideas ſuperiores ſignificet, ſed etiam ad calculum quendam philoſophicum, analytico infinitorum, qua formam & aliquot regulas, non abſimilem, revocet, ſiquidem cum utroque hoc doctrinarum genere experientiæ anatomicæ, pathologicæ, & pſychologicæ, corporis animalis, imo & phyſicæ mundi, inprimis ejus aurarum, conjungerentur. Quam etiam ob cauſam anatomen corporis, præcipue humani, tanto ſtudio pertractavit. Nos quidem potiores, quas ipſa hac via Autor reperit, poſitio-

positiones & incognitas antea implicitasque opiniones ipsis Autoris verbis excerpemus, ne cui forte sensum illarum non recte percepisse, vel non satis candide accurateque retulisse, sed multa perperam Autori tribuisse, dicamur, utque eo magis & promtius Lectores nostri ferre de illis doctrinis judicium queant. Primo igitur ex anatomia corporis animalis clare perspicitur, esse fluidum quoddam purissimum, quod subtilissimas Pag. 99. permicet fibras, atque a sensu etiam acutissimo remotas, quodque universaliter ubivis, in toto, & parte sui limitati universi, 100. seu corporis, regnet, & nihil non in eo continuet, irriget, alat, actuet, modificet, formet, & renovet. Hoc fluidum est in tertio gradu supra sanguinem, quem ingreditur, ut substantia & 101. vis sui corporis prima, suprema, intima, remotissima, perfectissima, unica, & propria animalis, ac ut principium omnium determinans. Proinde, si anima corporis inquirenda est, & com- 102. municatio investiganda, primo intuendum est hoc fluidum, & perscrutandum, num prædicatis conveniat. Quoniam vero hoc intra naturam tam penitus latet, nulla iniri cogitatione potest, nisi per doctrinam serierum & graduum, junctam experientiæ, nec describi, nisi beneficio philosophiæ universalium mathematicæ. Hæc tamen non impediunt, quo minus ex so- 104. la mentis facultate intuitiva percipere queamus, tale fluidum, quanquam prima corporis substantia est, nihilo minus esse ex superiori alia, & proxime ex iis in universo, quibus principia rerum naturalium a summo Numine impressa fuerunt, & simul perfectissimæ naturæ vires insunt, & proinde formam esse for- 105. marum sui corporis, substantiamque formatricem, quæ a pri- 106. mo puncto vivente ducit stamen, & ductum usque ad ultimum vitæ continuat, & ita connectit unum cum altero, atque connexum conservat & regit, ut omnia se mutuo consequantur, & posteriora se referant ad priora, & universum cum singulis per mirificam subordinationem & coordinationem ad hanc primam, a qua dependent, & per quam, & propter quam, ita, non aliter, existunt. Sed fluidum hoc purissimum, seu sanguis su- 107. pereminens, quatenus a primis mundi substantiis formam suam est adeptum, nequaquam dici potest vivere, minus adhuc sen- 108-110.

 tire,

tire, percipere, intelligere, intueri fines. Nam natura in se spectata est mortua, & vitæ tantummodo inservit pro causa instrumentali, sic prorsus subjecta arbitrio intelligentis, qui uti-
Pag. 111. tur ea, ut promoveat fines per effectus. Hinc altius petendum est principium ejus vitæ, & quidem a primo esse, seu a Numine universi, quod ipsissima vita, & vitæ perfectio, seu sapientia, est. Hoc primum esse nisi foret vita & sapientia, nihil quidquam in natura potuisset vivere, nedum sapere, aut mo-
112. veri. Vita hæc & intelligentia non virtute *vivificandi* influit in alias substantias, quam quæ ad principium motus, & simul ad receptionem vitæ, sunt accommodatæ, proinde in simplicissimas, universalissimas, & perfectissimas, corporis animalis, hoc
113. est, in fluidum ejus purissimum, & eo intermedio in substantias minus simplices universales & perfectas, *seu in posteriores* ac compositas, quæ omnes agunt vim & *vitam suæ primæ*, secundum gradum compositionis & formam, quæ dat, ut tales sint,
114-116. quales esse deprehenduntur. Per influxum hujus vitæ, quæ est causa principalis in regno animato, fluidum hoc purissimum, quod est causa instrumentalis, dicendum est spiritus & anima sui corporis. Sua igitur cuique & propria est anima, cui, ut substantiæ, sedes & locus, etiam pars, magnitudo, vis, forma, competunt, modo abstrahantur proprietates, quæ ingenerantur compositis, tam quatenus componuntur, quam quatenus res plures ab aliis seriebus compositionis gratia *ingressu-*
117. *ras* mutuo trahunt. Sed scire, qua hæc vita & *sapientia* influat ratione, est infinite supra sphæram mentis humanæ. Nulla est
118. analysis & nulla abstractio, quæ eo pertingit. Nam, quicquid est in Deo, & qua ratione agit, est Deus. Sola est repræsenta-
119-121. tio ejus per viam comparationis cum lumine. Uti enim sol est fons luminis, & ejus distinctionum, in suo universo; ita Numen est sol vitæ & omnis sapientiæ. Uti sol mundi unico modo absque unitione influit in universi sui subjecta & objecta, ita & sol vitæ & sapientiæ. Uti sol mundi influit mediantibus auris; ita & sol vitæ & sapientiæ, mediante suo spiritu. Verum uti sol mundi in subjecta & objecta influit secundum cujuslibet
122. qualificatam indolem; ita & sol vitæ & sapientiæ. Sed ultra

compar

comparationis partes exire non licet, quatenus unum est intra, & alterum est supra naturam; unum est physicum, & alterum est pure morale, & unum cadit sub philosophiam mentis, alterum autem se recipit intra sacra Theologiæ, inter quæ sunt fines, quos transscendere ingeniis humanis impossibile est. Præterea per hujus vitæ omnipræsentiam & influxum universalem in res creatas, omnia a fine, per fines, ad finem provido ordine constanter fluunt. Ergo sunt duo principia, inter se distincta, quæ fluidum hoc spirituosum, pro anima assumtum, determinant, unum scilicet naturale, quo possit in mundo existere & moveri, alterum spirituale, quo possit vivere & sapere. Ex illis tertium ut proprie suum conflatur, nempe principium se determinandi in actus finibus universi convenienter. At, quia principium hoc se determinandi respicit ultimum mundum seu tellurem, ubi sit determinatum, anima sic principiata descendere debuit per totidem gradus, in quot substantiæ & vires mundi sunt distinctæ, & per consequens formare corpus, singulis in ordine adæquatum. Sunt ideo organa sensoria & motoria, quorum illa & hæc in quatuor gradus sunt dispertita. Organorum primum est fluidum spirituosum, seu anima, cujus est repræsentare universum, intueri fines, conscire, & principaliter determinare. Alterum sub illa est mens, cujus est intelligere, cogitare, & velle. Tertium in ordine est animus, cujus est concipere, imaginari, & cupere. Quartum, seu ultimum, constituitur ex quinque sensuum externorum organis, visus nimirum, auditus, olfactus, gustus, & tactus. Ita etiam organa motoria, quorum ultima sunt musculi. Ex his, & ex sensoriis, constituitur corpus, cujus est sentire, formare vultus & actiones, disponi, &, quod superiores vitæ determinant, volunt, & cupiunt, agere. Quamvis vero totidem gradus sint; semper tamen systema animale non constat nisi ex anima & corpore. Nam medii organismi sunt unice determinationes animæ, a qua, dum a corpore, participant. Hæc jam est scala, per quam unaquæque operatio & affectio animæ & corporis descendit & adscendit. Genuina progressio in descendendo & adscendendo videtur esse. Uti se habent formæ modulationum seu sonorum æris in

(Margin, in order: Pag. 123. — 124. — 125. — 126-128. — 129. 130. — 131. — 132. — 133. — 134. 135. — 136. — 137.)

in aure ad formas modificationum seu imaginum ætheris in ocu-
Pag. 138. lo, aut in animo; ita hæ ad formas superiorum modificatio-
139. num in mente, quæ ideæ intellectuales & rationales vocantur, quatenus illuminantur a lumine animæ; sic etiam hæ mentis ad similes supremas vocibus inexpressibiles in anima, quæ intuitivæ finium audiunt, quatenus illuminantur a vita primæ causæ.
141-143. Anima statim ab initiis conceptionis, quam primam a parente suo trahit, nascitur accommodata ad principium motus, simul ac ad receptionem vitæ, proinde in suam omnem intuitionem & intelligentiam, quam secum a primo stamine & infantia ad
144-146. ultimam senectam ducit, mens autem non item, quæ, ut illuminetur a lumine animæ, principiis imbuenda est per viam posteriorem, ab organis nimirum sensuum externorum, mediante animo. Sic mens, uti instruitur, aut via aperitur, ita commu-
147.148. nicare potest cum sua anima, quæ determinavit & providit, ut via, ad se ducens, eo ordine explanaretur. Exinde sequitur, quod menti humanæ nullæ sint innatæ ideæ, aut impressæ leges, sed solum ejus animæ, cui nisi connatæ forent, nulla daretur memoria rerum, a sensibus perceptarum, nec intellectus, nec animal, existeret & subsisteret organicum vitæ particeps.
149. Ex his jam licet inducere, quale commercium sit inter animam & corpus. Nam, quæ superiora sunt, influunt in inferiora, secundum ordinem & ad modum, uti substantiæ formatæ sunt,
150. & per nexum communicant. Si operatio fluidi spirituosi est
151.152. anima, & si operatio animæ in substantia organica corticali est
153-157. mens, & affectio integri cerebri, quod sensorium est commune, est animus, atque si facultas sentiendi est in organis sensoriis, agendi autem in motoriis sui corporis; ex inquisitione diligenti & rationali anatomica patescit, quale sit commercium, & quod anima se communicare queat cum corpore, sed per mediantia organa, & quidem secundum eorum statum natura-
158-163. lem & acquisitum. Fluidum spirituosum ad infinitam varietatem suscipiendam, & status mutationem subeundam, est aptissimum & facile, proinde est in perfectissima varietate harmonica, tam qua partes in suo systemate, quam qua systemata inter se. Varietatis hujus beneficio anima nihil non, quod ex-

tra

ra & intra corpus accidit, & illud contingit, conscire, & suam vim iis, quæ intra, & consensum iis, quæ extra eveniunt, adicere, potest. Sic intelligitur, quid liberum arbitrium sit, sci- Pag. 163-
icet quod mens eligere possit, quicquid cogitatione in finem 168.
lirecta desiderat, proinde ad agendum determinare corpus, si-
e sit secundum id, sive contra id, quod cupit animus, sed in
s solum, quibus mens instructa fuit per viam organorum, in 168-171.
uibus pro fine intuetur honestum, vel utile, vel decorum. At 172-174.
ero in superioribus ac divinis mens velle potest media, sed, qua
inem, se patietur agi ab anima, & anima a spiritu Dei. In- 174-176.
erim libera hæc potestas agendi & omittendi est ut medium ad
inem ultimum Creatoris, seu ad gloriam Dei, mentibus hu-
nanis concessa. Aliter vero fit in animalibus brutis, quorum 177.
uidum purissimum ab æthere secundi ordinis formam suam ad-
ptum est, non in superiori, sed in eodem, gradu cum eorum
rganismo, qui menti nostræ respondet. Unde nascuntur in 178-183.
ommunicationem suæ animæ cum corpore, seu in omnem con-
itionem suæ vitæ, & ordini naturæ convenienter feruntur in
nes, quos ipsi ignorant. Ex his jam præmissis usque ad fidem 184-185.
itellectus demonstrari potest, fluidum spirituosum humanum
sse immunissimum ab omni injuria contingentium in regione
iblunari, nec exstinguibile, sed immortale, tametsi non per
, post casum sui corporis, idque exsolutum a vinculis & la- 186-189.
ueis terrestrium in omnem sui corporis formam coaliturum, vi-
urumque esse vitam omni imaginatione puriorem; tum & 190-192.
ullam esse actiunculam ex consulto, & nullam voculam ex con-
nsu, in vita ejus corporea editam, quæ non, affulgente luce
pientiæ, inhærenter designatæ, tunc ante ejus conscientiæ ju-
icium distincte essent compariturae; demum societatem anima- 193-194.
um esse in cœlo, cujus seminarium est civitas Dei in terris,
qua, & e qua, finis finium respicitur.

OBSERVATIONS ON POETRY, ESPECIally the Epic, &c.

hoc est,

OBSERVATIONES, POESIN, ET PRAESERTIM

 Epicam,

Epicam, spectantes, per occasionem novi Carminis, Leonidas dicti, conscriptæ.

Londini, expressum ab H. Woodfall, venale Jo. Brothertono, Jo. Nourse, R. Dodsley, 1738, 8.
Plag. 16.

Autor in Præfatione appellat se *H. Pembertonum*, & scriptum ait libellum admonitu amicorum, qui proprias ipsius, & divina *Homeri* lectione ac meditatione collectas, de *Epico* carmine sententias conscribi & edi voluerint. Primum igitur *Aristotelis* præcepta de carmine epico, tragœdiis, & comœdiis, identidem carpit. Non enim solum actionem alicujus personæ præcipue spectandam, sed characterem etiam & mores diligenter considerandos esse, monet. Improbat item, quod quidam finem primarium singulorum carminum *epicorum* unice spectandum putant, cum discrimina characterum cujusque personæ non minorem utilitatem lectoribus afferre debeant, ac proinde diligenter designanda sint. In morum quidem characteris, actionum, & circumstantiarum, exacta convenientia dramaticæ Poeseos laudem versari judicat. Nimirum eventuum eximiorum varietas, singulis personarum excellentium moribus accommodata, non mediocrem ingenii vim in Poeta & requirunt, & declarant. Atque actio illa una carminis epici circumstantiis tamen distincta debet esse, prudentiæ Poetæ & illius patriæ vel regioni collaudandæ gloriosa. In quo tamen *Homerus* lapsus est, iram describens popularibus Græcis perniciosam, hostibus *Trojanis* exoptatam & utilem. *Virgilius* item turpiter peccavit, repetito ex ultima pæne antiquitate heroe, patriam infeliciter relinquente, peregre beneficis insultante, & alieno regno se regem obtrudente magis, quam offerente. Talis quidem advena Romanis, & illorum patriæ, parum laudis afferebat. *Leonidam* autem, Britannorum tragœdiam, universarum gentium approbatione dignam judicatam, ac proinde Autori tragœdiæ honorificentissimam esse, demonstratur. *Sectione IV* de sensu hominum singulorum & characteribus agit Autor, quos in generales & speciales dividit, &, ex intima hominum natura recte repetendos

esse

esse, censet. Persequitur tum præcipuarum personarum characteres in *Leonida*. *Sectione V* de lingua poetica exponit, quæ obscuritatem & tenuitatem fugere debet, ut in omni stili genere facere nos oportet. Summam stili poetici & oratorii differentiam ponit in diligentiore imaginum, affectus moventium, usu, qui Poetis ita sit proprius, ut eadem cura Oratoribus putanda sit vitiosa. E tropis igitur & figuris Rhetorum quæ imaginationem eximie moveant, Poetis relinquentur præcipuo jure, item ut creber ille ac pæne immoderatus epithetorum occursus. Quam rem omnem veterum autoritatibus firmat Autor. Stilum autem comœdiæ, tragœdiæ, epici carminis, cum ex fine singulorum carminum horum, tum personarum, singulis propriarum, & cujusvis temporis, ratione moderandum censet. *Sectione VI* de versuum rhythmis & metris agit Autor, ubi, plus valuisse veterem poesin, concedit, cum nostræ linguæ multas habeant syllabas incertæ quantitatis, & pedes interdum misceantur diversæ naturæ. *Sectione VII* Autor de differentia epicæ & dramaticæ Poeseos disserit, ubi major epicæ tribuitur facultas exprimendi characteres personarum, & res, imaginationem afficientes, v. g. castra, urbes, exercitus, similitudines actionum, & addendi aliqua, quæ ad ornatum modo carminis pertinent. *Sectione VIII* agit de eo, quod sublime est. Id ponitur in vocabulis distinctis, sonoris, nervosis, quæ sensum brevi, perspicue, & valide, assequantur. Sententiæ autem debent esse elatæ imagines & actiones admirabiles, ut affectus commoveantur. Sic *Homeri* ætate vulnera, fugæ, fortitudines Deorum augebant descriptiones præliorum; cum hæc talia hodie nihil omnino valerent, præterquam ad derisionem & contemtionem. Concludit Autor judicium suum de *Leonida* testificatione candoris & æquitatis, ubique observatæ. Ceterum Autor de epico & tragico carminis genere rationem ducem fideliter secutus est.

MISCELLANEA LIPSIENSIA NOVA, AD INcrementum Scientiarum, ab his, qui sunt in colligendis Eruditorum Novis Actis occupati, per Partes publicata.

Voluminis

Voluminis I Pars IV.

Lipsiæ, apud Jo. Frid. Gleditschium, 1743, 8.

Plag. 14½.

Scenam *Partis* hujus ultimæ aperit Vir. S. Rev. *Joannes Conradus Schwarzius*, in explanando loco *1 Reg. VI, 31*, occupatus. In hoc dicitur *Salomo* faciendum curasse ostium adyti oracularis, ac postes adornandas curasse ex lignis oleaginis. Tum vero hæc subjecit scriptor divinus verba; הָאַיִל מְזוּזוֹת חֲמִשִׁית. Hæc ita in Latinum Vir præstantissimus vertit: *Arcus eminens circa postes quinquies repetitus cernebatur.* In
Pag. 566. voce חמישית latet subaudienda vox פְּעָמִים. Solet hæc ellipsis passim adhiberi, e. g. *Gen. XLI, 5, Lev. XIII, 5, 33, 54, Num. X, 6, Jos. V, 2, 2 Sam. XIV, 29, 1 Reg. XVIII, 44.* Singulæ portæ binis constabant foribus, & singulæ *fores singulis* postibus inhærebant. Ergo, cum duæ essent portæ, quatuor erant postes. Voci אַיִל subesse notionem *arietis*, satis superque est compertum. Vocem rei architectonicæ adhibitam fuisse sensu translato, ex *Ezechiele* patescit. Per eam designari non nisi perpetuitatem eminentiæ lapidum in formam arcus, a sinistra ingredientium ad dextram inflexi. Inter voces מזוזות & איל subaudiendam arbitratur voculam אל, *juxta*. Quam quidem in sententiam, licet omnium probabilissimam, nemo ante Cel. Autorem, quantum meminisse licet, incidit. Excipit hanc explanationem *Petri Zornii* Dissertatio *de* יושבי מכתש,
567. *sive habitatoribus mortarii Hierosolymis, ad* Sophoniæ I, 11. Ostendit Autor, locis permultis a figuræ similitudine tracta obtigisse nomina. B. *Joannes Christophorus Wichmannshausen* cre-
569. didit, Hierosolymam dictam fuisse mortarium a concava figura, quæ ei fuit inter montes Sion, Moriah, Acra, & Gichon. Judæi perperam varia huc convasarunt. Pars eorum designatum credidit torrentem Kedron. Noster, intelligi, existimat, locum, in
577. quo mercatores & collybistæ, præcipue aromatum paratii, habi-
584. taverint, dicti alias aromatarii & seplasiarii. Succedit *Joannis Christophori Harenbergii Diatribe physico-theologica de Regeneratione an iterari possit, ejusque natura, ad* Tit. III, 4-7. Initio statim

Aut-

Autor evolvit varios regenerationis ſignificatus, amplum, anguſtum, & arctiſſimum. Exponit deinde dictum *Pauli* ex orationis complexu. Differre regenerationem arctiſſimi ſignificatus Pag. 590.
a converſione mentis ad Deum, monet, ac B. *Buddei* ſuffragio ſeſe communit. Baptiſmum & infantum & adultorum explicat. Pædobaptiſmum tribus argumentis Biblicis & obſervatione Apoſtolica firmat, inprimis conſenſu *Origenis* ac aliorum eccleſiæ Patrum. Rationem, cur lotio ſacra vocetur ba- 593.
ptiſmus *renovationis*, exhibet. Regenerationem, arctiſſime ſumtam, eſſe contractum δίπλευρον, ſymbolice haud iterandum, do- 597.
cet, addens, fas eſſe, ut candidatorum baptiſmi nomine præmittatur fidei profeſſio. Regenerationis negotio contineri univerſam Novi Inſtrumenti œconomiam, demonſtrat. Cur baptizatio & regeneratio arctiſſimi ſenſus haud iteretur, profert ra- 603.
tiones, addens litem Patrum de baptiſmo ab hæreticis ſuſcepto. Lotionem ſacram, quæ dicitur perfuſionis, ſeu adſperſionis, in Eccleſia Chriſtiana ſemper creditam fuiſſe ſcopo ſufficere, con- 605.
tra *Iſaacum Beauſobrium* & *Joannem Harduinum* contendit. Unctionem veteres adjunxiſſe baptiſmo, monet, ob verſionem Nov. Teſt. veterem Italicam, in qua lectum fuerit *Matth. XXVIII, 19: Baptizate ungentes gentes.* Promit loca Fœderis Novi, in quibus fit mentio myſticæ generationis ac regenerationis. Oſtendit, qua ratione regeneratio dicatur vel iterari 609.
poſſe, vel iterari non poſſe. Locum *Jo. III, 5*, de baptiſmo ac 613.
regeneratione arctiſſimi ſignificatus exponendum eſſe, monſtrat, & argumenta *Stephani de Brais* refellit. Baptiſmus, εἰς τὸ ὄνομα τῦ Χριςῦ adminiſtratus, ipſo judice, eſt is, qui ad juſſum 619.
& præſcriptum Chriſti in nomine Dei triunius expeditur, ac repudiat ſententiam *Thomæ Aquinatis*, *J. A. Orſii*, *Nicolai I* Pontificis, & *Canalis*, qui putarunt, Apoſtolos aliquando in ſolum Chriſti nomen homines baptizaſſe. Adjungit tandem mo- 623.
nita de fœdere baptiſmali cuſtodiendo, & notas hominis regeniti genuinas ſubnectit. Hinc locus datus eſt *J. B. Notitiæ libri longe rariſſimi, pauciſſimisque viſi, Philippi Melanchthonis Hy-* 628.
potypoſeon, Italico ſermone editarum. Nec *Jo. Vogtius*, nec *Jo. Georg. Schelhornius*, hunc librum viderunt. Latinas Autor editiones *Hypotypoſeon* recenſet ſingulas, ac differentias earum deſignat. Titulus libri, quem ipſe poſſidet, ita eſt conformatus:

Pag. 632. *I principj della Teologia, di Ippofilo da Terra negra. Con gratia & privilegio.* Deest annus locusque impressionis. Est quoque omissa Præfatio ad *Tilemannum Pletenerum.* Constat libellus foliis 87. Crediderunt viri docti, Locos *Philippi* communes Italice lectos, ac deinde agnitos repudiatosque fuisse, ni-
636. tentes *Scaligeranis secundis pag. 207.* Conjecturis probabilissimis evincit Autor, libellum Venetiis ex prelo *Manutiano* A. 1534 prodiisse in lucem. Relata illa a *Scaligero* dispicit, eaque ad *Julium Cæsarem Scaligerum* spectare, contendit, argumentis firmis adjutus. Rarissimæ Commentationi succedit *Jo. Burchardi Menckenii, Ottonis* filii, *de Vita & in literas meritis Otto-*
644. *nis Menckenii, doctoris Lipsiensis, Oratio, nunc primum edita, & notis* Frid. Ottonis Menckenii *illustrata.* Recitavit eam ex cathedra Philosophorum noster olim *Menckenius* A. 1708, 4 Cal. Febr. Plene describitur hic & copiose vita *Ottonis Menckenii*, cui *Acta* hæc nostra non ortum tantum suum, sed magnam etiam famæ suæ partem, debent. Accedunt præterea ex penu *Friderici Otto-*
649. *nis*, nepotis, anecdota bene multa, quæ eodem spectant. Quæ passim de *Ottone* apud alios leguntur, ea ex Programmate, quo funus ejus A. 1707 fuit cohonestatum, desumta sunt. Autores *Supplementi ad Lexicon Morerii*, A. 1735 Parisiis *duobus* formæ ma-
653. joris *Voluminibus* editi, *Tom. II pag. 58 Ottonem* hunc vocant *Ludovicum Ottonem*, quem scilicet Licentiatum S. S. Theologiæ per præfixum *L.* dictum fuisse, ignorarunt. Patriam *Ottonis Menckenii Justus Lipsius*, Oldenburgi a piscatoribus nonnullis in suburbio minus liberaliter habitus, miris infestavit invectivis, *Jo. Domanni & Hermanni Hamelmanni* apologia repulsus. Epistolas illas,
656. Oldenburgi oppido & Comitatui graves, denuo hic habes edi-
660. tas, inter *Opera Lipsii*, junctim edita, frustra quærendas. De
683. *Domanni & Hamelmanni* Vindiciis adduntur ea, quæ ad hanc controversiam faciunt propius noscendam. Ad Westphalos doctos spectat commentariolus, Oldenburgo illustrando aptus. Vita *Joannis Olearii* succincte exponitur, ejusque obitus refertur ad annum 1713. Adduntur vitæ *Christiani Friderici Fra-*
689. *ckensteinii, Friderici Rappolti, Jacobi Thomasii, & Valentini Alberti.* Judicium de spinosis Logicæ & Metaphysicæ studiis olim deliciosis, ætate nostra legi dignum est, qua denuo infelix illud lolium & urenda filix fundo literario videtur innasci. Juvat legisse, qua ratione *Acta Eruditorum* primum ab *Ottone* fu-
ri

rint in lucem producta. Carmen, quo illa B. *Jo. Georg. Pritius* celebravit, hic habes. Nec omisit nepos ea, quæ ad avi munera & scripta curatius noscenda spectant. Adderemus plura, nisi res sodalium hic agi videretur. Id unum adjicimus, Lectoribus rerum peritis nos permittere arbitrium statuendi, utrum Musa nostra ad *Volumen secundum* auspicato possit progredi edendum, an vero, ut illa conquiescat, optabilius videatur. Pag. 711.

NOVA LITERARIA.

Quid novi nunc Florentiæ meditetur doctissimus celeberrimusque Vir, *Antonius Franciscus Gorius*, jucundum erit Lectori cognoscere ex hac *Cajetani Albizinii*, Typographi Florentini, haud ita pridem edita, ad *eruditæ Antiquitatis Cultores* Epistola, quam, quod plenam scriptorum *Gorianorum* velut historiam literariam contineat, hic, ne verbo quidem mutato, legendam exhibemus:

Quod Cl. Gorius, *in Florentina Academia Historiarum Professor, diutius, quam spe atque animo conceperat, in domesticis forulis promissam seriem & continuationem Musei Etrusci sui cohibuerit, cum jam Tabulas ducentas, annis fere abhinc quinque æri incisas, in promtu haberet; in causa potissimum fuit alterum* Musei Florentini *Volumen, nempe* sextum, *in quo reliqua ex ære maximo Numismata celeberrimi Cimeliarchii Magni Ducis Etruriæ ab eo illustrantur, ad quæ etiam Indices locupletissimos, qui modo excuduntur, adjecit. Interim, dum Opus hoc urgeret, & alterum fere ad umbilicum perduceret, nimirum* Volumen III Inscriptionum antiquarum, *quæ in Etruriæ urbibus exstant, cujus etiam Operis* Indices *ad normam Scaligerianorum ad Gruterum, & Reinesianorum, nunc imprimuntur, ut quantocius in lucem absoluta prodirent; contigit, ut, jubente ac favente Clementissimo Principe*, Francisco II, *Lotharingiæ & Barri Duce, Rege Hierusalem, Etruriæ Magno Duce, eodem* Gorio *curante, edendum in lucem fuerit Opus optatissimum, plane insigne, omnigenaque eruditione refertum, nempe* Catalogus Codicum MStorum orientalium Bibliothecæ Mediceæ, cum Laurentianæ, tum Palatinæ, *quos Vir doctissimus*, Stephanus Evodius Assemanus, *Archiepiscopus Apamensis, summo labore digessit, recensuit, Notisque eruditissimis & locupletissimis illustravit; cui quidem Operi, pereleganter duobus abhinc*

mensibus excuso in meo typographio, accedunt Tabulæ XXVI, Sanctorum imaginibus, cum Veteris, tum Novi, Testamenti, auro variisque coloribus pictæ, quæ pariter exhibent Eusebii Cæsariensis & Ammonii Alexandrini Canones Harmoniæ Evangelistarum, *quibus ornatur Codex Syriacus insignissimus, sexto a Christi Nativitate Seculo exaratus, qui in Bibliotheca Basilicæ Laurentianæ asservatur. Huic Catalogo, in quo omnium Codicum accurata descriptio, & eorum, quæ pertractantur, erudita synopsis, exhibetur, &, qui luce digni sint, Codices declarantur, Indices IV, a se multo labore concinnatos, plane uberrimos, idem* Gorius *adjecit, ac, ne quid decori & elegantiæ hujus libri deesset, diligenti studio curavit. Hisce igitur curis ac laboribus, Deo adjuvante, perfunctus, jam se contulit ad illustranda antiquorum Etruscorum Monumenta, eaque præsertim, quæ in nobilissima Volaterrarum urbe nuper effossa sunt; inter quæ ea locum habebunt, quæ in publico urbis summique magistratus Museo, ac præsertim ea antiqua Etruscorum opera, nuper eruta, quæ in Museo* D. D. Guarnacciorum *Volaterris eleganti ordine disposita, publico doctorum hominum beneficio collocata sunt. Hæc Monumenta, nunquam antea edita, & alia luce dignissima, complectetur* Volumen III *Musei Etrusci, jam meo prelo commissum, in quo æreæ* Tabulæ centum, *diligenter ac fideliter delineatæ, atque etiam Observationibus ejusdem Autoris illustratæ, proferentur. Deo dante, absolutum prodibit hoc* Volumen III *intra hunc annum 1743. His pro coronide accedent* Dissertationes III, *exquisito judicio, omnique eruditionis fruge, refertæ, quas* Gorio, *amico suo, misit Vir doctissimus,* Joannes Baptista Passerius, *JCtus Pisaurensis, modo Diœceseos ejusdem urbis Vicarius generalis, supra omnem laudem meritissimus; quarum prima tractat* de Genio domestico; *secunda* Acheronticus, *sive* de Ara sepulcrali, *inscribitur: in qua etiam de* Laribus, & Geniis, *non pauca annotantur, & complures lapides, Etruscis literis scripti, explicantur; tertia* Funerum ritus veterum Etruscorum *illustrat, prolata nunc primum in lucem Perusina insigni columella, literis Etruscis insculpta, & triginta supra sex ornata figuris, quæ Perusiæ exstat in ædibus Nobilium* Alfaniorum. *Ne quid vero & in hoc Volumine desideretur, Indices in fine satis luculenti adjicientur. Illud superest, ut Socios, qui Museo Etrusco nomen suum sub-*

subscripsere, rogem, ut Volumen hoc benigno favore prosequi dignentur, eidemque subscribere velint, solventes in antecessum vel mihi, vel Josepho Gorio, Autoris germano fratri, qui facile in hac urbe reperiri potest, intra proximum mensem Julium hujus anni 1743 scuta Romana tria, nempe Paulos Rom. 30, pro quibus chirographum datæ pecuniæ, sigillo Autoris obsignatum, manuque ejusdem subscriptum, accipient. Alia vero duo scuta, nempe Paulos Romanos 20, solvent, cum ipsum Volumen accipient, circa finem hujus anni 1743, jam a me impressum elegantibus characteribus, nitidaque charta in folio; quod Opus nulla in re, neque ipsis ornamentis, ab aliis jam editis duobus Voluminibus dubio procul differet. Transmarini Socii unica suscepta cura, si voluerint, integrum subscriptionis pretium, nempe Paulos Rom. 50, solvent intra proximum mensem Augustum hujus anni 1743, mox Volumen alia sine impensa accepturi. Si quis vero duo Volumina Musei Etrusci, A. 1737 jam edita, emere nunc voluerit, dummodo huic Volumini III subscribat, ea accipiet, soluto pretio Paulorum 120. Qui vero subscribere noluerit, ea non accipiet minori pretio, quam Paulis 140. Tertium vero ejusdem Musei Etrusci Volumen, de quo agimus, elapso præteritoque hoc tempore, minori pretio non accipiet, quam Paulis 65. Promissa me religiose sancteque servaturum, sciant omnes, & de mea fide & honestate non dubitent. Quoniam vero frequenter Bibliopolæ, cum exteri, tum nostrates, scriptis ad me literis, rogant, ut mittam Elenchum librorum, qui in lucem prodierunt autore eodem Cl. Gorio, opportune hic eos enumerare, servato temporum ordine, non abs re visum est. Prodierunt autem A. 1726 Inscriptionum antiquarum, in Etruriæ Urbibus exstantium, Pars I, eas continens, quæ Florentiæ sunt, cum Tabulis XX; adjectis Notis Cl. Ant. M. Salvinii, & perpetuis Observationibus ejusdem Gorii Autoris. Florentiæ, typis Josephi Mannii, in fol. maj. & min. A. 1727 Monumentum, sive Columbarium, Libertorum & Servorum Liviæ Augustæ, & Cæsarum, Romæ detectum in via Appia, anno 1726 ab eodem A. F. Gorio descriptum, & XX æri incisis Tabulis illustratum, adjectis Notis Cl. A. M. Salvinii, in fol. Florentiæ, e Regia Magni Ducis Typographia, apud Tartinium & Franchium. A. 1728 Descrizione della Cappella di S. Antonino, Arcivescovo di Firenze dell' Ordine de' Predicatori, dedicata al medesimo

Santo dalla Famiglia de' *Salviati*, Patrizj Fiorentini, nella Chiesa di S. Marco di Firenze dello stesso Ordine: presentata alla Santità di *Benedetto XIII*, Sommo Pontef. *in Foglio*. In Firenze, nella Stamperia di *Bernardo Paperini*, con Tav. VIII. *A. 1731* Jo. Baptistæ Donii, *Patricii Florentini, Inscriptiones antiquæ, nunc primum editæ, Notisque illustratæ, & XXVI Indicibus aucta, ab* A. F. Gorio, *Publ. Historiarum Professore. Accedunt Deorum Aræ, cum observationibus ejusdem, & Tabulæ XIII æri incisæ, aliaque vetustissima Monumenta. Classis XIX complectitur scripturas antiquissimas, in arborum cortice exaratas.* In folio. *Florentiæ, ex Regia Typographia per* Tartinium & Franchium. *Eodem anno Museum Florentinum, exhibens insigniora vetustatis Monumenta, quæ Florentiæ sunt,* Joanni Gastoni, *Etruriæ Magno Duci, dedicatum. Volumen I. Exhibentur ex Thesauro Mediceo, & privatorum Dactyliothecis Florentinis, Tabulis C, imagines Virorum illustrium, & Deorum, ex Gemmis antiquis, cum observationibus ejusdem* Gorii, in fol. max. *Florentiæ, ex Typographia* Francisci Moücke. *A. 1732* Descrizione dell' Arco innalzato dalla Nazione Britannica sulla piazza della Cità di Livorno, per l' ingresso fatto in essa il di 27 Dicemb. 1731 dall' A. R. del Sereniss. *Infante D. Carlo* &c. *in fol.* con Tav. fig. Firenze, nella Stamperia di S. A. R. Eodem anno *Musei Florentini Volumen II, in quo exhibentur ex Gemmis antiquis Thesauri Medicei, & privatorum Dactyliothecis Florentinis, Tabulis C, imagines Virorum illustrium, & Deorum, cum observationibus ejusdem* Gorii. *In* fol. max. *ex Typographia* Franc. Moücke. *A. 1733* Dionysii Longini *Libellus, Græce conscriptus. Latino, Gallico, & Italico, sermone redditus, additis Annotationibus, &c.* In 4, *Veronæ, ex Typ.* Jo. Alb. Tumermanni. La traduzione Toscana, o Italiana, è del Sig. *Gori*. *A. 1734 Inscriptiones antiquæ Græcæ & Romanæ in Eturiæ urbibus, Pisis, Senis, Fæsulis, Pistorii, Prati, Volaterris, Arretii, Cortonæ, Clusii, Politiani, finitimisque locis, exstantes, adjecta Appendice.* Pars II, *cum Notis integris* A. F. Gorii. In fol. *major. & minor. Florentiæ, typis* Jos. Mannii. *Eodem anno Museum Florentinum, in quo exhibentur Statuæ antiquæ Deorum, & Virorum illustrium, æreis Tab. C incisæ, quæ exstant in Thesauro Mediceo, cum observat. ejusdem* Gorii. In fol. max. *ex Typogr.* Franc. Moücke. Porro *Trattato del Sublime di Dionisio Longino, tradotto dal Greco in Toscano. Edizione del Sig.* Gori, *più corretta di quella di Verona.* In 8, in Firenze, per *Gaetano Albizzini*. *Denique* Nicolai Averanii, *JCti & Mathematici Flor. Dissertatio de Mensibus Ægyptiorum, in gratiam* Antonii M. Salvinii, *adjectis Notis P.* Henrici Noris, *curante* A. F. Gorio, *nunc primum edita. In 4, Florentiæ, typis* Cajet. Albizinii. *A. 1737 Museum Etruscum, exhibens insignia veterum*

terum Etruscorum Monumenta, æreis Tabulis CC. nunc primum edita, & illustrata Observationibus A. F. Gorii. *Volumen I & II.* In fol. *Florentiæ, in ædibus Autoris excud.* Cajet. Albizinius. *A. 1738 Demetrio Falereo* della Locuzione, tradotto dal Greco in Toscano da *Marcello Adriani*, il Giovane, Gentiluomo Fiorentino, Professore di Lettere Greche nello Studio di Firenze, dato la prima volta alla luce. In Firenze, in 8, per *Gaetano Albizini. A. 1739* Risposta di *Anton Francesco Gori*, Autore del *Museo Etrusco*, all' Illustrissimo Sig. Marchese *Scipione Maffei*, Autore delle Osservazioni Letterarie, pubblicate in Verona nel IV Tomo. In 8, Firenze, nella Stamperia di *Anton Maria Albizzini. A. 1740 Museum Florentinum, exhibens antiqua Numismata maximi moduli, quæ in Regio Thesauro Mag. Ducis Etruriæ asservantur,* Francisco III, *Duci Lothar. & Bar. Regi Hierusalem, Etruriæ Magno Duci, dedicatum.* In fol. max. *Florentiæ, ex Typograph.* Franc. Moücke. *Volumina duo, quorum primum Tabulas CXV complectitur; alterum vero observationes ejusdem* Gorii. *Volumen III intra paucas hebdomadas in lucem prodibit. Continet observationes in reliqua Numismata max. mod. ab Imp.* Septimio Severo, *usque ad* Justinianum *Imp. adjectis Indicibus locupletissimis. Eodem anno* Actii Sinceri Sannazarii, *Neapolitani, Viri Patricii,* de Partu Virginis *Libri tres, Etrusco carmine redditi a Comite* Jo. Bartholomæo Casaregio, *nunc primum collati cum Vaticano & Mediceo Codice, adjectis eorum Notis, cum observationibus in quatuor veterum Christianorum Monumenta, quæ exhibent* Nati Domini Præsepe, *cura & studio* A. F. Gorii. *In 4 & in 8, Florentiæ, ex Typograph.* C. Albizinii. *Denique* Sonetti e Canzoni Toscane del Conte Gio. *Bartolommeo Casaregio,* Accademico della Crusca, date in luce da *A. F. Gori*, e da esso dedicate al Sig. Abbate *Pietro Metastasio*. In 8, Firenze, per *Gaetano Albizzini. A. 1743 Bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ & Palatinæ Codicum MStorum Orientalium Catalogus, sub auspiciis Regiæ Celsitudinis* Francisci III, *Lotharingiæ & Barri Ducis, Regis Hierusalem, Magni Ducis Etruriæ,* Stephanus Evodius Assemanus, *Archiepisc. Apameæ, recensuit, digessit, Notis illustravit,* Antonio Francisco Gorio *curante. In fol. Florentiæ, ex Typograph.* Albiziniano. *Accedunt memorabilia Orientalium Codicum, item notæ, & tituli, characteribus orientalibus, Romæ excusis.* Gorius *adjecit pictas Tabulas XXVI Codicis Syriaci Evangeliorum vetustissimi &c. Parænesin ad Lectorem, & Indices IV locupletissimos, & ad ornatum, vetusta monumenta æri incisa. Summa foliorum 157, Tab. XXVI. Sub prelo sunt, & propediem prodibunt,* 1) Musei Florentini *Volumen III,* (*in ordine VI*) *quo reliqua Numismata max. mod. Regii Cimeliarchii observationibus illustrantur, adjectis Indicibus.* 2) *Inscriptionum antiquarum, quæ in Etruriæ Urbibus exstant, Pars III, cum Tabulis L, adjectis Indicibus XVI locupletissimis. In fol. major. & minore. Typis* Petri Cajet. Vivianii. 3) Difesa dell' Alfabeto degli antichi Toscani, pubblicato nel 1737 dall' *Autore del Museo Etrusco*, disapprovato dal Sig. Marchese *Scipione Maffei* nel Tomo V delle sue Osservazioni Letterarie, date in luce in Verona con Tav. IX, e con Monumenti insigni. In 12, in Firenze, per *Anton. M. Albizzini. Premette l'*

Autore

Autore in principio la Storia Letteraria del principio, e de' progressi fatti fino al presente tempo nello Studio sopra le Antichità degli Etrusci. 4) Osservazioni critiche sopra alcuni Paragrafi del *Ragionamento degl' Itali primitivi*, in cui dal Sig. Marchese *Scipione Maffei* si vuole, che gli Etrusci vengano dagli Ebrei. Si aggiungono altre Osservazioni in difesa del *Museo Etrusco*. In 8, in Firenze, per *Anton Maria Albizzini*. 5) *Museum Etruscum, exhibens insignia veterum Etruscorum Monumenta, eaque præsertim, quæ in* Museo Guarnacciano, *ceterisque Volaterranis, exstant. Æreis Tabulis C. nunc primum edita. Volumen III, cum Indicibus, in fol. Accedunt Dissertationes III V. C.* Jo. Bapt. Passerii, *JCti Pisaur.* &c. 6) Jo. Baptistæ Donii, *Patricii Florentini*, Lyra Barberina, *sive Amphycordum, in quo libro vetus Citharodia, Lyræque præsertim, ac Citharæ, forma, usus, partes, species, appellationes, illustrantur. Opus nunc primum editum. Accedunt ejusdem* Donii Diss. de Præstantia Musicæ veteris; *Idea, sive designatio, aliquot Operum ejusdem* Donii; *ejusdem Progymnastica Musicæ pars veterum restituta, & ad hodiernam praxin redacta, Libri II, nunc primum in lucem editi; ejusdem Dissertatio de Musica sacra;* due Trattati, l' uno sopra il Genere enarmonico, l' altro sopra gl' Instrumenti di tasti di diverse Armonie con cinque Discorsi; *adjectis Opusculis aliis, nunquam antea editis, ad Musicam illustrandam, & restituendam, pertinentibus; item Epistolæ Clarorum Virorum ad* Donium, & Donii *ad eosdem Viros Claros. Adhuc sub prelo Opus, curante* Ant. Franc. Gorio, *F. P. H. P. multis figuris æreis Tabulis locupletatum et antiquis monumentis, quæ Musica Instrumenta præferunt. In fol.* 7) *Cum alia præclara* Donii *scripta luce digna nuper invenerit* Gorius, *non unum duntaxat, sed* duo, *proferuntur* Donianorum Operum Volumina, *quibus Musica, cum vetus, tum nova, egregie ab eo illustratur; inter quæ præsertim:* Trattato della Musica Scenica &c. *cum Tab. fig.* 8) Satire Toscane di *Jacopo Soldani*, Patrizio e Senator Fiorentino, con Annotazioni del Sig. *Gori*, e di altri dotti Letterati. Colla storia della Traslazione dell' Ossa di *Galileo Galilei*, sommo Filosofo, Matematico, ed Astronomo Fiorentino, collocate nel nuovo sepolcro in S. Croce, fattogli a spese del Celebratiss. *Vincenzio Viviani*, suo Scolare. Queste Satire sono spesso citate dal *Vocabolario della Crusca*. *Quia vero interim parat* Gorius Syntagma, *sive* Thesaurum, Diptychorum *omnium ex ebore, cum profanorum Consularium, aliorumque, tum etiam sacrorum, in quibus sculptæ Sanctorum Imagines, ad quod Opus locupletissimum valde excitatus est ab Eminentissimo Principe* Angelo Maria *S. R. E. Cardinali* Quirino, *Bibliothecario Apostolico, & Episcopo Brixiensi doctissimo, ac vigilantissimo; idcirco Viros doctos enixis precibus rogat, ut hæc antiqua Diptycha, quæ interdum in Sacrariis antiquarum Ecclesiarum, vel in privatis forulis incognita, & plerumque neglecta, latitant, solerti cura ubique investigent, indicentque Collectori, vel delineata transmittant, uberem gratiam, & declaratum cum laude in eodem Opere nomen suum, vel pro impensa remissam summam, accepturi. Orat etiam obsecratque, ut, si quæ inedita invenerint in Diptycha veterum Commentaria, tuta occasione transmittant, dato prius monito per Epistolas.*

NOVA ACTA
ERUDITORUM,
publicata Lipsiæ
Calendis Augusti Anno MDCCXLIII.

MARMORA DANICA SELECTIORA, SIVE INscriptionum, quotquot fatorum injuriis per Daniam supersunt, vel ævo, vel elegantia, vel rei momento, præ reliquis excellentium, Fasciculus, in duos Tomos distinctus, quorum prior ea, quæ in Insulis Danicis, posterior, quæ in Cimbrica Chersoneso, obvia sunt, complectitur, accedente ad calcem Tomi posterioris rerum personarumque Indice locupletissimo. Colligente & adornante ERICO PONTOPPIDANO, Aarhusio-Cimbro.

Hafniæ, 1739 & 1741, fol.

Tom. I Alph. 3, Tom. II Alph. 4 plag. 3.

Venustæ elegantiæ Opus, & justis harum rerum existimatoribus jucundum omnino spectaculum, Inscriptionum hoc corpus, ac diligens laboriosaque per omnem Daniam collectio, sistit. Patriæ enim movit amor, & grata majorum memoria, Cel. *Pontoppidanum*, ut ad colligendum sat multo cum labore, dein ad edendum, Marmora hæc, lapidesque, passim per cœli sui Insulas reperiundos, se accingeret, disquireretque sollicitius ea omnia, quæ vetustatem ecclesiæ Danicæ redolere, historiæve patriæ notitiam ad seros etiam posteros transmittere, possent. Satis jam erat hæc, valdeque movens, ad Epitaphia veterum pervestiganda, excitatio. Alia vero

vero adsunt, neque ea quidem minora, quæ sustinere onus gra ve acriter, ferreque patienter labores quosvis, Editorem Clarissimum jusserunt. Voluptas animi ingens, percepta ex rebus ejusmodi, egregius ille in locupletanda patriæ suæ historia, *bio*graphica inprimis, usus, redundatura alia, spernenda neutiquam, adminicula, fuere, quæ devorare potius omnia, quam ipsum denuo excutere propositum, aut abjicere affectum opus, cultiori Dania dignissimum, suadere visa sunt. Fatum *sæpissime* inclementius, & omni quotidie historiæ insidias *struens*, cum nomina illustrium doctissimorumque hominum, gestarumve tum temporis rerum documenta, ausu plus temerario, manet, atque inscriptæ diligenter sepulchralibus saxis res immortales ruinis suis ruderibusque immiscentur, aut edolantur, delenturve, ut novellis inscribendis idoneum rasa tum tabula *locum præbeat*. Plures multorum seculorum venerandi *ejus generis testes*, æternitatem promerentes, & marmore raro digni, calcantium pedibus diu multumque contriti, dum edaci rerum tempori minitari videbantur, humana duritie intereunt, parumque sæpe servant residui. Chartæ fidelius, dixeris, mandari aliquid levissimæ, quam duris lapidibus committi. Vindicavit igitur, his rationibus adductus, ab interitu *Pontoppidanus* elegantissimus dispersa per omnem Daniam monumenta, sed vindicavit ea saltem, & morti eripuit, quæ eminere supra vulgarem sortem, & cum judicii solertia insculpta, videbantur, cum ceteris chartam denegare potius bonam consultius duxerit. Quicquid igitur vel canam & venerandam merito suo vetustatem, vel suspicienda heroum, summorumve virorum, gesta, vel merita rara in ecclesiam patriamque, vel sapientiæ & probitatis indolem, vel dictionis denique elegantiam, sapere præ reliquis putavit; illud omne fatorum tempestatibus subtraxit, & in hoc unum corpus attenta gnaviter sedulitate composuit. Inprimis, quæ Historiæ ecclesiasticæ fœnerari lucem nonnullam poterant, ex sacris aliisque ædibus publicis congessit, neque ullum, id genus, monumentorum, cujus ope historiæ patriæ notitiam ad ultimos nepotes transmittere se posse existimavit, reliquit intactum. Eo majore laude dignum, merensque cum civium inprimis,

primis, tum exterorum, plausus & gloriam, magnæ hoc assiduitatis opus, quo pauciora Danicorum monumentorum opera, regnorumque borealium historiæ, in hunc diem conspiciebantur. Immo tres saltem, qui haberent in se quidem, quod esset ad commendationem satis, libros adduxit Clarissimus Editor in Præfatione *Tomi prioris*, cum de iis quædam exposuit, qui eandem ante se viam ingressi erant. *Olaus Wormius*, celeberrimum nomen, est, qui ante centum, si unicum demas, annos charactere expressa Runico, hujus terræ monumenta, e tenebris suis eruta, publicæ luci exposuit. Inscriptiones potissimum Sialandicas, libello quamvis tenui, utili tamen, & raro hodie, A. 1621 *Laurentius Asserous* collegit; & Hafnienses solas *Petrus Joannes Resenius*, sed sine ordine omni, & nullo bonitatis discrimine habito, juris publici fecit, ut avena inde & lolium in meliore fruge, levissimæque ac tenues in elegantissimis ingeniosissimisque Epitaphiis Inscriptiones occurrant. Ne quid igitur intactum relinqueret præstantissimus Editor, quod videret ab his præstantissimæ doctrinæ viris omissum, collectioni *Wormianæ* monumenta Runica quatuor vel quinque, *Wormio* non visa, ex Bibliotheca *Fossiana*, cui multum se debere profitetur, adjecit, atque ex MSto quodam *Joannis Meieri* multa, quibus vel emendatur opus, vel locupletatur, *Wormianum*, protraxit, suisque protracta locis inseruit. Plura ex alio *Helverskoviano* MSto, a Majestatis Danicæ Secretario, *Graabe*, secum communicato, depromsit, ex quo multa tamen, licet se non omnino literaturæ Runicæ expertem & scribit, & nos ex Opere agnoscimus, enucleare, atque ad usum transferre aliquem, etsi voluit, non potuit tamen. Ex collectione *Reseniana* præstantiora heroum quorundam, ne quid scitu dignum frustra hoc loco quæreretur, monumenta attulit, quamvis primum ad annum 1668, quo desiit *Resenius*, inchoare, consilium ceperat; qua mente postea mutata, ne, deficientibus saxis, ipsæ etiam chartæ olim abessent, memoriæ hominum reservare, dignissima quæ sibi ex iis videbantur, constituit, & exhibuit. Opus est autem omne descriptum in *Tomos duos*, cui largam de-

 scriptioni

scriptioni ipsa ipsius Daniæ divisio occasionem suppeditavit. Majores minoresque Insulas comprehendit, ab una parte, Dania; ab altera Chersoneso Cimbrica absolvitur. Insularum majorum duæ omnino sunt: Sialandia & Fionia. Minorum multæ ac variæ, neque illæ tamen sæpius nimis celebres. *Tomi prioris* hæc occupatio. In *Sialandicis* Inscriptionibus colligendis, & adornandis, illustriora loca pererrata sunt, quibus saxa hæc, lapidesque, vidit *Pontoppidanus* ipse, atque descripsit. Potiora hæc sunt: *Roeskildia, Hafnia, Helsingora, Fridericiburgum, Sora, Ringstadium*, reliqua. Quibus pagi adhuc varii, templa, & cœmeteria alia, cum larga atque promiscua rurestrium Inscriptionum farragine, accesserunt. Explicit his *primus Liber*, e *septem* unus. Cum *Libro*, hunc qui sequitur, *Fionia*, amœna & fertilis Insula, peragratur. *Ottinia* & *Neoburgum* loca duo præcipua sunt, quibus ea nobilitata est. En igitur tibi varias, ex æde cathedrali Canutina, e Franciscanorum templis, ex aliis sacris ædibus, depromtas, Inscriptiones, quas innumerabilis aliqua pagorum series, cum suis lapidibus, insequitur. Ex Insulis minoribus adductæ saltem sunt quatuor, eæ sine dubio, penes quas, quod tremere lucem non debebat, inveniebatur aliquid, nempe *Taasingia, Langelandia, Lanlandia, Falstria*. Reliquæ omissæ, & recte quidem, nisi aliqua habent, quæ placere possunt. *Chersonesum Cimbricam secundus* Operis *Tomus* excipit, *Libris quinque* absolutus. *Tertius* enim *Liber* Ducatus *Slesvicensis* Inscriptiones sistit, depictasque eas omnes exhibet, quæ cum *Slesvici* ipsius, tum *Halberslebii, Norburgi, Flensburgi*, reliquorum, hoc circulo jacentium, locorum finibus conspiciuntur. Reliqui *quatuor Cimbricæ Septentrionalis* lapides ac monumenta continent, &, quæ *Ripensi* diœcesi, & *Aarhusiensi*, & *Wiburgensi*, atque denique *Alburgensi*, sacris inprimis ædibus, & arcibus, scholis etiam, ac aliis cœmeteriis, habentur, larga manu & abundante porrigunt. Quot diœceses enim jam nominavimus *Jutiæ*, tot metropoles hac Insula occurrunt, librisque tot describendis Editori diligentissimo natam sponte occasionem præbuere. Summa hæc est totius Operis, quam sub ipsius *secundi Voluminis* terminum per loca, templa,

pla, ac pagos minutissimos, exquisita opera atque multa cum cura evolvit, & omnium conspectui exhibuit. Qua ita descriptione facta, vel aliud omne agendo, assecutus est etiam, ut universam nobis *Daniam*, perfecte descriptam, veluti in Geographia aliqua, repraesentaret, cultissimarumque Insularum formam habitumque sisteret. Boni hi libri sunt, merentesque universorum plausus, qui praeter suam rem, quam omnem exhauriunt, de utili quoque alia ac jucunda nos informant, ut, tanquam non cogitantes, mixturam dulcem, ex nobilibus undique haustam floribus, insugamus. Persequitur autem per quemvis locum, ordine & via habita, si qua nempe affuere, *monumenta* primum *regia*. Ita statim ab initio, cum *Sialandicas* Inscriptiones, inprimis quae *Roeskildiae* sunt, habet, celebratissimorum Regum memoriam conservat, *Haraldi*, *Suenonis M.*, *Friderici II*, & illustrissimorum Ducum, *Hulderici*, *Friderici III*, & *IV*, nomina, cum elogiis insculptis, exhibet. *Episcopalia* dein sequi *monumenta* jubet, quo nomine Clericos omnes & Sacerdotes, Canonicos, Diaconos & Archidiaconos, Cantores ac Vicarios, moderatores scholarum & Licentiatos, complectitur. Tum ex *Nobilium* ordine sistuntur Inscriptiones, agmenque claudunt *eruditi* reliqui. Ubique inveniuntur lapides elegantes, Inscriptiones argutae, soluta inprimis, tum etiam ligata, & metris quidem omnibus, oratione insculptae, alacrium ingeniorum testes locupletes, pietatisque & reverentiae in mortuos uberrima significatio. Illustrium virorum & eruditorum hominum res gestae, vitae, honores, scripta, uxores etiam, atque non raro liberi, adducuntur; horum symbola aut dicta bona ac memoranda habentur; vitae morumve sanctitas, & ambitus scientiarum in iisdem, laudatur; in Deum O. M. religio ad exemplum proponitur; ingenia saepius ac animorum habilitates explicantur; inimici & adversarii, hostes etiam interdum illorum publici, commemorantur; quae scitu jucunda sunt, bona, utilia, forte etiam necessaria, ea omnia multa cum sedulitate, largissimaque copia, exhibentur; omittitur nihil, quod, ad pervolvendum hoc Opus Lectorem curiosum potest allicere. Neque in urbe est ulla *Daniae* locus etiam ullus, & ulla area,

quæ, si literato ejusmodi lapide premebatur, indignæ oblivio-ni tradi, quamvis vetustissime in latebris nigris delitescerer, ab Editore tamen solertissimo protractum lapidem, & e ruinis suis atque ruderibus instauratum quasi ac illustratum, novamque in-de benevolentiæ *Pontoppidani* vitam non deberet. Sacratæ præ-sertim ædes & templa primum sibi locum vindicant. In quibus, quicquid ubique inscriptionis in altaribus, choris, emporiis, lapidibus, epitaphiis, sorcophagis, suggestibus, baptisteriis, ja-nuis denique omnibus, turribus, & campanis, cernebatur; illud omne descriptum, diligenterque excussum, oculis pæne omnium subjectum est. Cœnobia, arces, cœmeteria, orphanotrophia, xenodochia, nosocomia, ergastula, ædificia alia ejus generis publica, sunt, quorum suum locus quisque, quod habuit, in unum contulit, & symbolam dedit. Quæ *supra museum*, & armamentarium regium, sunt inscripta; quæ in domibus ana-tomicis ingeniosissima epigrammata leguntur; quæ in pinaco-thecis Academicis, in Facultatum omnium auditoriis, in gymna-siis & scholis omnibus, appicta sunt; ab Opere hoc præclaro, & absoluto suis numeris, tantum abest, ut absint, ut alia & plura, quæ oculis manibusque versantium patebunt demum, sint adducta, atque cum summa animorum voluptate conspi-ciantur. Sed linguis potissimum quatuor constant Inscriptio-nes hæ. Omnium princeps *Latina* eminet. Hac, & puro ser-mone, & alligato numeris, multa laudum præconia, & præ-stantissimorum virorum virtutes sunt expositæ. Tum *Danica* patria est potior. Dein *Germanica*, & *Suevica*, partem sibi aliquam, tenuem quamvis & macram, poposcerunt. Paucula literis Runicis exarata, in quibus tamen *Tomo I pag. 194* ad arcem *Walloensem* insigne monumentum Runicum sistitur, quod eruditis tot viris, *Rogersio*, *Vulcanio*, *Lyscandro*, *Olao Wormio*, multam industriam jam debuit; quorumque interpre-tationibus, in *Monumentis Wormianis Lib. II pag. 107 seq.* oc-currentibus, suam, a ceteris diversam, addidit *Helsverskovius* in MSto quodam avtographo, quod erat penes *Pontoppidanum* ex quo integrum plene hoc monumentum fecit, & multo cum ingenio explicavit. *Tomo secundo* etiam, & *Libro* quidem II

in diœcesi *Wiburgensi*, ad januam templi *Hornum*, hieroglyphica quædam elegantissimarum figurarum patent, anno jam 1172 ex monte aliquo arcessita, quem pro fundamento templi lapidem architecti voluere, archetypi tamen figura pariter atque mensura servata, & æri januæ infusa. Dicenda vero sunt quædam adhuc de notis & animadversionibus, quæ, hinc inde substratæ ac insertæ, veluti gemmis pretiosis aurum illustrant. Nulla efflagitante id necessitate, subjicere notas, ipse eruditissimus Editor, non supervacaneum modo, in Præfatione scribit, sed & absonum esse, & insipidum. Nuspiam hinc occurrunt aliæ, nisi scitu digna in se, & utilia, & ad intelligendum perfecte ipsas Inscriptiones necessaria, continentes, nisi literarum & literatorum historiam illustrantes, & nisi Historiam inprimis ecclesiasticam hac vel illa parte confirmantes. Quæ in Papatu fuere olim, quo oppressa aliquando Dania jacuit, & quo sensim modo instaurata & renovata terra est, ea sunt sedulo observata. Virorum doctissimorum scripta multa, rationesque instituti eorum adductæ. Homonyma a se invicem discreta, & separata. Integræ vitarum descriptiones, quæ locupletandis eruditorum Lexicis inservire commodissime possunt, non omissæ. Elegantissima sane sunt, quæ de *Axelio Urop*, *Joanne Hopnero*, *Christiano Noldio*, *Paulo Moth*, *Brigitta Tottia*, erudita fœmina, *Ivaro Bartholino*, multisque aliis, dicuntur. Non contemnenda profecto, neque laude sua defraudanda, quæ de miraculis *Wilhelmi*, Episcopi Roschildensis, post mortem ejus claris, de triumpho Danorum Falchenbergensi inclyto, de martyrio divi Regis *Canuti*, de gestis *Davidis Rantzovii*, de prænomine *Calle & Callo*, de fatis *Olai Steenwinckel*, de Ducatu Slesvicensi, de cruce artificiosa, cujus imaginem, æri incisam, *Oligerius Jacobæus* dedit in *Museo regio Tab. XIV fig. 10*, & variis ejus generis historiis, fabulis, sermonibus, facunde, nec sine fide, narrat. Ex Chronicis enim omnia, aut MStis aliis bonis, Monasteriorum recessibus, & Principum civitatumque Archivis & Bibliothecis, desumta sunt. Ut de integris genealogicis, criticis, & quæ ritum, aut aliam consuetudinem, describunt, no... aliis nihil commemoremus, quæ plurimorum lectorum doctissimo-

dissimorumque hominum palato arridebunt, intemeratique tes sunt doctrinæ, & summæ rerum patriarum peritiæ, quæ in Ce berrimo *Pontoppidano* mirifice effulget. Finito Opere univers subjungitur calci Appendix Inscriptionum aliarum, quæ, dum ditioni *posterioris Tomi* immoraretur paulo typographus, ab Edi tore præstantissimo collectæ, &, quia debito quæque loco in seri minus potuit, pompam claudere jussæ sunt. Accessit de nique rerum personarumque, quarum vel integra exstant *Epi taphia*, vel mentio in iis injicitur saltem, accuratior *Index*, *Histo riæ* cultoribus, & Genealogicæ inprimis, valde utilis, quem alius vicissim, locorum omnium, excipit, & monumentum hoc ære perennius, atque situ regali altius pyramidum, Augustissimo Monarchæ, *Christiano Sexto*, Daniæ Regi, Patriæ Patri, sacratum, perficit.

DAVIDIS MILLII, S. S. THEOL. DOCT. EJUSdemque, nec non Antiquitatum sacrarum, & Linguarum orientalium, in Academia Trajectina Prof. Ordin. Dissertationes selectæ, varia sacrarum literarum & Antiquitatis orientalis capita exponentes & illustrantes; curis secundis, novisque Dissertationibus, Orationibus, & miscellaneis orientalibus, auctæ.

Lugduni Batavorum, apud Conradum Wishoff & Georg. Jac. Wishoff, Conr. fil. 1743, 4.

Alph. 4 plag. 7.

Hunc elegantissimarum Dissertationum ac Observationum fa scem debemus industriæ ac doctrinæ Viri Cel. *Dav. Millii*, qui gloriam eruditorum Germanorum in fœderato Belgio summa cum laude tuetur, suaque eximia eruditione, judicio circumspecto, ac aliis virtutibus, dudum meruit, ut inter Philologos & Antiquitatum vindices princeps fere locus ei tribueretur. Harum aliquas, numero X, de *Nilo* & *Euphrate*, de *vitulo aureo*, de *altari mediatore*, de *Gad* & *Meni*, de *idolo* אשיר, de *Ba-*

zebub & *Miphlezet*, de אוב & אובות, de חרטומים, חברים, *aliisve orientalium Magis*, de *commutatione vestium utriusque sexus prohibita* Devt. XXII, 5, de *Mohammedismo ante Mohammedem*, jam olim A. 1724 Ultrajecti, forma 8, operarum formis describendas curaverat. Selectus argumentorum & doctrinæ egregiæ vis atque copia multis salivam movebat, ut brevi distraherentur exemplaria, sicque in tabernis librariis desiderarentur. Eruditorum igitur votis facturus satis, de illis iterum typis exscribendis serio cogitavit. Quare in hac nova Collectione comparent tum superiores, tum aliæ, quæ post id tempus in Academia Trajectina publice sunt ventilatæ, vel elucubratæ, nimirum de *terra Canaan*, de *statuis* & *lapidibus idololatricis*, in Lev. XXVI, 1, de *cornibus altaris exterioris*, de *caussis odii*, *Judæos inter atque Samaritanos*, *miscellanea orientalia*. Accedunt Orationes tres, quas vel in munerum Academicorum auspiciis, vel ubi magistratu Academico abiit, coram publica virorum literatissimorum ac juventutis Academicæ concione recitavit, de *Mohammedanismo, e veterum Ebræorum scriptis magna ex parte composito*, de *variis virorum doctorum in Antiquitatibus sacris & orientalibus erroribus*, & de *fabulis orientalium*. In quibusdam priorum Dissertationum mutationes nonnullæ sunt factæ, vel annotationes additæ, quod vel maxime de illa *de Mohammedismo ante Mohammedem* est dicendum, in quibus ea, quæ dixerat, novis argumentis, vel testimoniis fide dignis, potissimum ex Codicibus MStis orientalibus depromtis, confirmat, vel locis Scripturæ sacræ ex linguarum ac Philologiæ subsidiis lucem fœneratur, vel nonnulla antiquitatum capita clariora ac illustriora reddit. In illis, quæ jam olim typis conjunctim sunt editæ, recensendis ita versabimur, ut cumprimis annotationum rationem simus habituri, quæ huic editioni de novo accesserunt. In *Dissertatione I, de Mohammedismo ante Mohammedem*, docet, *Meccam* non sitam fuisse in *Arabia Felice*, sed metropolin *Arabiæ Petrææ* exstitisse. Exhibet tabulam genealogicam *Koreischiarum*, qui primæ nobilitatis inter Arabes erant, quique religionis fervore ac sanctimonia aliis præcellere volebant, æri incisam. *Hobal* erat primum idolum, quod in vertice Caabæ ante

Pag. 4.

8.

Pag. 10. ante *Mohammedis* tempora colebatur, quod idem forte cum
Syrorum חבעל. פריעה Judæi in circumcisione adeo necessa-
riam reputabant, ut, si illa omissa esset, tota circumcisio fru-
21. stranea haberetur. *Maimonides* in iis, quæ de Zabæis habet,
non optima semper agit fide, multa ipsis adscribit, quæ alii
non sine ratione negant, v. c. ipsos, præter stellas, non alium
Deum agnoscere, cum tamen supremum Deum coluerint, stel-
27. 28. las pro Diis minoribus, aut dæmonibus, habuerint. Repræsen-
tat numum argenteum, jussu *Aaronis Raschidi*, Chaliphæ Saraceno-
rum, cusum, ejusque epigraphen, quæ in anteriori parte Mo-
35. 36. hamedismi tesseram præfert, explicat. Varias Arabum deriva-
tiones *Alcorani* sistit, probat autem illam a قرأ, *legit*, unde
47. 48. القرآن, *lectio*, uti Judæis scriptura appellatur המקרא. *Pau-
lus* malorum geniorum principem nominando *κοσμοκράτορα*
Ephes. VI, 12, respicit ad angelum mortis, qui *Judæis* doctori-
bus dicitur קוסמוקרטור, quia probari nequit, doctrinam de
75. angelo mortis *Pauli* tempore inter Judæos viguisse. *Marc. VII,
3*, *πυγμῇ νίπτεσθαι* non vult converti in *πυκνῇ*, sed, locutionem
ex Judæorum, se lavantium, consuetudine illustrandam esse,
statuit, utpote qui lavare se solebant עד פרק, *ad juncturam bra-
94. 95 chii usque*. Lavandi morem, apud omnes fere gentes obvium, a
96. 97. Judæis fluxisse, docet. *Dissertatio II de terra Canaan* inscripta est.
Probabile habetur, terram Judaicam dici *Palæstinam*, ab radice Æ-
thiopica, quæ significet *exulavit, migravit*, ut sic *terra* quasi *exulum*
vocetur, quoniam & Philistæi & Judæi ex Ægypto eo contende-
128.129. rint. Nominatur Phœnice a Chaldaico פנק, quod conveniat
cum Ebræo פנג, *oblectavit, cum oblectatione contrivit*; erat quip-
pe regio amœnissima, & ob mercaturæ studium ditissima, quæ
129.130. incolas suos affatim alebat. *Terra promissionis Ebr. XI, 9, Act.
VII, 5*, est terra trans & cis Jordanem, quod nonnullis aliter vi-
detur. Nominari *κατ' ἐξοχὴν* הארץ in divinioribus literis,
subdubitat, quia per *ἔλλειψιν* בני ישראל subintelligitur, &,
qui locutionem istam adhibebant, loquebantur de terra, in
qua præsentes erant; hinc *πᾶσαν τὴν γῆν* *Matth. XXVII, 45*
132. speciatim de terra Judaica non accipit. Hierosolymam Judæo-
rum aliqui communem, nulli tribui propriam, fuisse conten-
dunt

dunt, & inde עיר אלהים *Ps. XLVIII, 2,* dici, sibi persuadent. Judæis integrum non erat, vasis Samaritanorum uti, Pag. 152.
unde verba *Joannis IV, 9*: Ὀυ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις explicari possunt. *Jordan* fluvius scaturit ex la- 154.
cu *Phiala*, CXX stadia dissito a Cæsarea, inde occultis meatibus labitur sub terra ad urbem *Paneada* usque, donec *Cæsareæ*
Philippi iterum emergat. Lacus *Samochonites* nomen tulit ab 158.159.
Arabico سمك, *piscis*. Olei ferax erat Judæa, &, ne illud in- 163.
colis deficeret, olearum ligna ad ignem sacrum in altari accendum non adhibebantur, quemadmodum nec vitium palmites. Circa decem illos sanctitatis terræ Israeliticæ gradus, in 177.
Judæorum scriptis decantatos, notat, prætermitti terram transjordanensem, cui tamen etiam sanctitas adhæserit, spatium item inter altare holocaustorum & ædem sacram. *Dissertatio III* de *Nilo* 178.
& *Euphrate*, *terræ sanctæ terminis*, agit. Per נחל מצרים in sacris literis intelligendum esse *Nilum*, non obscurum aliquem rivum, inter *Rhinocoluram* & *Pelusium* mare fluentem, contra *Hieronymum*, *Drusium*, *Lightfootum*, *Cellarium*, *Relandum*, & alios, demonstrat. Adversus quam sententiam cum 184-196.
quædam monuisset Cl. *Emmo Lucius Vriemoet* in *Thesibus controversis antiquitatum Israeliticarum*, ex quibus aliqua in medium proferuntur *Miscell. Duisb. Cl. I Fasc. 4 pag. 680-682*, ostendens, unicum *Diodorum Siculum* tot aliis testimoniis & antiquorum & recentiorum non officere, maxime cum torrens ille non proxime attingeret Rhinocoluram, optassemus, ut Venerandus *Millius* illam novis adversus hanc exceptionem suffulsisset tibicinibus. Per נהר פרת non *Eleutherum* fluvium, inter *Tyrum* & *Sareptam* in mare se exonerantem, intelligendum esse, contendit. *Dissertatio IV* argumentum de *commutatione vestium* 196-200.
utriusque sexus prohibita, ad *Deut. XXII, 5*, pertractat. Refutatis variorum interpretationibus, legem de armorum usu mulieribus interdicto, maxime, ne virilibus induti armis, Marti litarent, exponentium, legis sensum hunc esse judicat: simpliciter prohiberi, ne vir fœminæ, nec fœmina viri, habitum assumat. Rationes interjecti, *primaria*, quia sic, mutato habitu, differentia inter virum & fœminam sublata videatur, *secundariæ*, ne vagæ libidini occa-

ſio ſuppeditetur, & ne cultus profani partem facerent, cum
Pag. 201. alia ſacra viris, ad alia fœminis tantum, aditus concederetur. Il-
228. luſtrat hac occaſione locum *Rom. XIII, 12*, ubi ὅπλα φωτὸς in-
ſanientibus lupercis, qui nudi in ſeram uſque noctem diſcurſi-
210. tabant, oppoſita eſſe cenſet. *Epiphanium*, de Phariſæis affirman-
tem *Lib. I Hær. 15, 16*, muliebribus indutos veſtibus inceſſiſſe,
arbitratur male intellexiſſe verba *Marc. XII, 38*, *Luc. XX, 46*,
216 217. ςολὰς de veſtibus muliebribus accipientem, vel quia *longis*
amicti veſtibus ad morem mulierum inceſſerint. *Deos ἀνδρο-
γύνους* finxiſſe gentiles, quoniam ex illis res omnes, omne ho-
minum genus, & mares & fœminas, per emanationem aliquam
226-228. prodiiſſe, autumabant, vel fingendi occaſionem ſumſerunt ex tra-
ditione Judæorum de *Adamo ἀνδρογύνῳ*. *Diſſertatione V* de *Gad
& Meni*, ad *Jeſ. LXV, 11*, agitur. *Gad* & *Meni* eſt ipſi *luna*. Vocem
גד arceſſit ab Arabico جد, *felix & bonus fuit*. Ita luna dicitur,
quod terræ proxima ſingularem uſum præſtat, eadem, quæ
Atergatis, ab אתור & גד dicta. Præter lunam hac ipſa voce
deſignatur *Venus* & *Fortuna*, unde *Lea* felicitatem ſuam præ-
dicat, quod ita numeroſa ſobole *Jacobum* beaverit. מני de-
rivat ex Arabico مني, *fluxit*, quoniam jam olim ſidus hu-
moris plenum credebatur, quod ſublunaria corpora humore re-
pleret. Sed forſitan Ebræum מני eſt ipſum Græcum μήνη. Illius
cultus in Oriente frequentiſſimus fuit, a quo nec ipſi Judæi ſe
immunes præſtiterunt. Nam מלכת שמים *Jer. VII, 18, XLIV, 17*,
229 263. eſt *luna*. Huic menſa ponebatur, & vinum libabatur. *Diſſertatio
VI* de *idolo* אחד, ad *Jeſ. LXVI, 17*, inſcribitur. *Hecaten* nomine
אחד hic venire, & utriuſque vocis ſimilitudo, & cultus, docet; ea-
dem quippe ſacra *Hecatæ* adſcribuntur, quæ τῷ אחד in hoc no-
ſtro loco tribuuntur. *Hecate* ex Syriaco أحد, *tenuit*, *continuit*,
detinuit, deduci poteſt; illi enim cœli, terræ, ac inferorum, po-
teſtas adjudicabatur. Hujus ſimulacrum ἐν προθύροις, *ad fores*,
poſitum habebant, in lucis colebatur, & quidem illorum me-
dio; quæ omnia cum in hoc loco exprimantur, ad *Hecaten*
reſpici, recte omnino concludit; quam ſententiam poſtea calculo
ſuo approbavit doctiſſimus Helmſtadienſium Philologus, *Lake-
macherus, Obſ. Philol. P. IV Obſ. 2 §. 13 pag. 63, 64*. Ἐν παρόδοις
illuſtra-

illuſtratur locus *Jeſ. LXV, 3, 4*, quem pariter de *Hecate* explicat. *Diſſertatione VII* de *Baalzebub* & *Miphlezet* diſſeritur. בעל זבוב Pag. 265-
eſt princeps dæmonum, qualis gentilibus habebatur *Serapis* 285.
& *Pluto*. Hic conſultus eſt ab *Achabo 2 Reg I, 2*, quoniam mortis & vitæ poteſtatem habere cenſebatur; hinc in Cabirorum ſacris appellatur Ἀξιόκερσος, ex Ebræo אחזי קרץ, *poſſeſſio mea pernicies*, ſeu *mors*. *Philoni Byblio* apud *Euſebium Præp. Evangel. Lib. I Cap. 10 pag. 38* nominatur Μὼθ, atque id per θάνατον & Πλȣ́τωνα explanatur. Vox זבוב in hac nominis compoſitione non ſpeciatim reſtringenda eſt ad muſcas, ſed generatim notat qualecunque inſectum, quod ad damnum, hominibus & aliis rebus inferendum, eſt comparatum. Speciatim *locuſtæ* hac ipſa voce intelligi poſſunt, quæ uti ſymbola impurorum ac noxiorum ſpirituum ſpectantur *Apoc. XI, 3 ſeq.* quorum princeps Ἀβαδδὼν, Græcis Ἀπολλύων, *v. 11*, *Pluto* ſcilicet, locuſtarum iſtarum, ſive δαιμονίων, ἄρχων. Vocis *Pluto* natales non ex Græco πλȣ̃τος, ſed Ebraico פרץ, *tremuit*, *terruit*, צ in ט converſo, repetuntur. Inde concluditur, מפלצת *1 Reg. XV, 13*, non eſſe *Priapum*, ſive *phallum* illius, ſed *Hecaten*, illam inferorum Deam, quæ Græcis dicatur Βριμὼ, quoniam terreat ac percellat. *Diſſertatione VIII* de *vitulo aureo* tractatur. 287-302.
Vitulum hunc ad effigiem *Apidis* effictum fuiſſe, plurimorum eſt ſententia, ſed excellentiſſimus *Millius* potius arbitratur, ipſo illo *Typhonem*, Ægyptiorum cacodæmonem, repræſentare voluiſſe; qui quoniam frequentius *aſinus*, ob colorem rufum, ignavo huic animali proprium, appellatur, convicium de aſino, a Judæis culto, originem ſuam traxiſſe, conjectat. *Diſſertatione IX* de 303-316.
ſtatuis & lapidibus idololatricis, ad *Lev. XXVI, 1*, diſſeritur. מצבה eſt lapis, ſive cippus, profani cultus cauſa erectus, cujus generis apud Græcos, Gallos, Germanos, ac ſeptentrionales populos, orientales maxime, fuerunt conſtituti, ac multa religione affecti, quorſum præ aliis referendi ſunt *lapides bætilii*, *Philoni Byblio* e *Sanchoniatone* dicti. אבן משכית exponit de orientalium *Taliſmanibus* lapidibus, ſingulari arte ac ingenio fabrefactis, in quos incantationibus quibusdam magicis ſpiritus aliquis devocabatur. *Diſſertatio X* de *altari mediatore* agit. Altare holocauſtorum ma- 309-326.

gistris appellatur המטצע, item אמצעי, *mediator* inter Deum populumque, item פרקליט, *παράκλητος*, & סנינור, *συνήγορος*: nec id quidem sine ratione: nomen enim & partes mediatoris typice sustinere potest; quam tamen significationem arcaniorem Judæi missam fecerunt. Ratione situs medium stabat inter Deum & populum; per illud Deum ædi sacræ præsentem adibant; ad illud confugientibus certum erat præsidium & asylum; pacem denique conciliabat, peccato per sacrificium expiato. Porro habebat vim sanctificandi, preces, prope illud *fundendæ*, per ipsum mediatoris instar ad Deum quasi deferebantur, favorem Dei homini conciliabat, quandoquidem is, qui sacrificium offerebat, partes aliquas sacrificales absumebat, sicque communi mensa cum Deo, in indicium pacis ac amicitiæ restitutæ, fruebatur. Ipse Deus sacrificiis interesse *judicabatur*; quare magistri affirmant, per sacrificia שכינה de *cœlo deductam* fuisse; qui denique juxta altare moriebantur, eos beatius ex hac vita discedere autumabant, quod exemplo *Joabi 1 Reg. II, 28*, confir-

Pag. 327-340. matur. *Dissertatione XI* de *cornibus altaris exterioris* differitur. Hanc juvenis conscripserat Cel. *Millius* noster, eandemque A. 1714 sub præsidio Cel. *Jo. Jacobi Quandt* Regiomonti Borussorum publice defenderat, quæ, quoniam non vulgarem eruditionem in non uno doctrinæ genere spirabat, ac propositum argumentum accurate ac solide explanaverat, digna est visa *Hasæo* ac *Ikenio*, justis doctrinæ reconditioris arbitris, quæ *Thesauro theologico-philologico*, ab ipsis procurato, insereretur. *Cornua altaris Mosaici Exod. XXVII, 2*, e ligno *Schittim*, cedrino, parata fuerunt; quæ vero in altari templi Hierosolymitani conspecta sunt, ex lapidibus constabant, eadem materia, qua altare ipsum, quorum quodque altum, longum, & latum $\frac{1}{4}$ cubiti. Illorum quatuor erant numero, extremitatibus altaris imposita, quorum zephyro-australi duo erant foramina, per quæ sanguis in

341-360. torrentem Kedron usque demittebatur. Rationem, quare altare his instructum fuerit, examinata sententia illorum, qui alligandis victimis inserviisse, arbitrantur, potissimum vero *Spenceri*, petit ab antitypo; his ipsis scilicet Christum, cui robur, potentia maxima, ac gloria, competat, præsignificatum fuisse,

qui ipse tanquam cornu salutis per Evangelium in quatuor mundi plagis est prædicatus. Hæc eo faciebant, ut mactatarum victimarum sanguis illis illineretur. Quo autem modo hæc sanguinis adspersio in sacrificiis pacificis, pro peccato, sacrificio jugi, ex avibus paratis, quemque item usum in libaminibus vini & aquæ præstiterint, & quod præsidium cornuum horum apprehensio conciliaverit homicidis involuntariis, accurate docet. Ad illa tamen confugere necesse non habebat ludi moderator, vel parens, filium, vel discipulum, castigans, quoties legi vel institutioni magistrorum morem non gessisset, eundemque occidens. Quare autem *Joabo*, ad altare convolanti, ejusdemque cornua prehendenti *1 Reg. II, 28 seq.* spes veniæ facta non sit, anquirit, ac varias magistrorum de hoc argumento sententias expromit. *Dissertatio XII* de אוב & אובות exponit. Per illos, qui hoc divinationum genere utebantur, non intelligit *ventriloquos*, nec ὑδρομάντεις, quod *Juriæo* & Cel. *Deylingio* est visum, sed νεκρομάντεις, qui carminibus & incantationibus manes evocabant. Vox natales suos debet Arabico آب, *redire, everti*, quoniam istiusmodi homines arte sua magica manes reducebant, & quasi redire faciebant. אוב igitur significant 1) *manes elicitos & reductos*, quo refert loca *Lev. XX, 27*; 2) ipsos νεκρομάντεις, *Jes. VIII, 19, 1 Sam. XXVIII, 7.* Ceterum Judæi dicunt, manes intra duodecimum a morte mensem, non ulterius, elici posse. Vox σακχέρα, quæ apud *Photium* occurrit, quæque summis viris crucem fixit, ipsi est Chaldaicum זכורה, quod respondet Ebraico ידעני. *Dissertatio XIII* de חרטמים, iisque orientalium *Magis*, nos docet. Vocem חרטומים conflatam vult ex Chaldaico חור, *prospexit, vidit*, & טום, *clausit, abscondidit*, ut sic designentur *rerum latentium & obscurarum interpretes. Alexandrinus* interpres reddit ἐξηγητάς, *mysteriorum interpretes. Aben Esra* hoc nomine etiam *physicos* insignit, qui non solum rerum naturalium profundiore scientia pollent, verum etiam qui illa ad præstigias abutuntur. Cum his חרטומים confert Ægyptiorum ἱερογραμματεῖς, qui symbola hieroglyphica interpretabantur, & astrologiæ periti erant. חברים est a חבר, *arctissime conjungere, copulare, ligare.*

Pag. 360-370. 370-394. 395-410. 411-415.

Id

Id omnino Magis conveniebat, qui sibi persuadebant, se ip
Deos ligare & constringere, inferos & dæmonas in potestate
bere, serpentibus ac aliis animantibus nocendi vim adimere.
que id quidem faciebant beneficio carminum magicorum, ute
tes simul certis quibusdam herbis, certo tempore & summ
cura conquisitis. כמרים dicti a כמר, *incendit*, *flagrav*
Gen. XLIII, 30, Thren. V, 10. Sunt igitur vi vocis *incensores*, qu
suffitus Diis adolebant, ex quo divinationem de prospero vel ad
Pag. 415- verso rei alicujus successu capiebant. *Dissertatione XIV de caus*
423. *odii Judæos inter atque Samaritanos* agitur. *Prima* causa interne
cini odii hujus est, quoniam Samaritani, homines ortu gentiles,
in Judæorum possessiones sunt immissi. *Secunda* petenda a sa-
crorum diversitate. Templo enim in monte *Garizim*, tempo-
re *Darii Nothi*, exstructo, perpetua contentio inter illos de præ-
stantia utriusque templi viguit, quo destructo, faciem tamen
426-432. suam inter precandum ad illud perpetuo converterunt. Pen-
tateuchi sui antiquitatem nimium jactitant, quem contra Ju-
432-437. dæi corruptionis insimulant. Porro a Judæis in multis discre-
pant. Δευτερώσεις omnes rejiciunt, legi scriptæ unice adhæ-
rescentes. Num a polygamia omnino alieni fuerint, pro cer-
to affirmari nequit. Lotionibus ac lustrationibus multum va-
cant, ut etiam propterea omnes alios præ se contemnant & ab-
437-441. ominentur. Judæi ipsos πολυθεότητος ac hæreseos accusant,
cum essent ortu Assyrii, ac tempore afflictionis Epiphanicæ il-
lorum plures instituta Græcorum adoptarent, &, quisquis ex
Judæis criminis alicujus, in legem admissi, reus peragebatur,
is ad Samaritanos, defectione facta, transibat. Illorum terra
ab Romanis in provinciam redacta, alii eorum trucidati sunt,
alii profanorum Deorum cultum admiserunt; *columbam* vero
aliquam loco Numinis coluisse, pro certo asseverari nequit,
nec de omnibus dici potest, resurrectionem mortuorum ne-
441-447. gasse. *Tertia* causa arcessenda est ab insidiis & fraudibus Samari-
tanorum, quibus Judæos quavis ratione circumvenire nitebā-
tur. Inde factum est, ut Judæi cum Samaritanis commercium
omnino refugerent, illorum vasis non uterentur, nec ab ipsis
cibos sumerent, vel emerent, nisi summa necessitate urgente.
Inim-

Inimicitiæ hæ eo processerunt, ut Judæi ipsos publica devotionis formula sacris excluserint, ac omnibus diris subjecerint. Nec in Judæos solum odio flagrarunt Samaritani, verum etiam hoc inde ad Christianos transtulerunt, ut illorum audaciam reprimere Christiani Imperatores necesse habuerint. *Dissertatione XV* sequuntur *miscellanea orientalia*, quæ complectuntur *rudimenta linguæ Hindustanicæ*, *Persicæ* item *hodiernæ*, qualis in Hindustania, aulisque Regum Mohammedanorum in India, in usu est, denique *etymologicum orientale harmonicum*. In prioribus se multum profecisse fatetur ex *Miscellaneis de lingua Hindustana*, a Viro nobilissimo, *Jo. Josua Kettelaer*, Societatis Indiæ orientalis Legato & moderatore quondam Suratæ, lingua Belgica consignatis, itemque iis, quæ Eruditiss. *Bayerus* Actis Petropolitanis de hoc ipso idiomate inseruit, literis denique e Bengala curatis, de variis alphabetis *Hindustanicis* & *Brahmanicis*, quæ sex tabulis separatim exhibentur, est adjutus. Succedunt *elementa linguæ Persicæ*, cujus usus pariter est in regione Hindustan, potissimum aulis magni Mogolis, ac multorum in India Regum Mohammedanorum. Qui in India generis nobilitate ac dignitatibus præstant, illi fere natales suos repetunt a sapientibus Persiæ, & hi quidem linguam patriam paulatim in aulas illas invexerunt. In *Etymologico orientali* voces Arabicæ ex versionibus Arabicis Vet. & Nov. Test. operose & erudite illustrantur. Subsequuntur Orationes tres, quarum *prima* de *Mohammedanismo, e veterum Ebræorum scriptis magna ex parte composito*, habita est A. 1718 d. 21 Mart. cum post obitum Cel. *Relandi* munus Professoris linguarum orientalium in Academia Trajectina auspicaretur, quam ipsam, ob ejus præstantiam, non multo post, quam typis exscripta esset, in elegantissima illa *selectiorum Orationum* congerie *P. I* a *pag. 434* ad *470* recudendam curavit Amplissimus *Kappius*. *Secunda* de *variis virorum doctorum in Antiquitatibus sacris & orientalibus erroribus* agit, recitata d. 3 Nov. A. 1727, cum Professionem Antiquitatum adiret, repetita cura Cl. *Schlegeri* in *Dissertationum variorum de Antiquitatibus sacris & profanis Fasciculo* a *pag. 1* ad *30*. *Tertia* de *fabulis orientalium* inscripta est, qua ipsa Autor A. 1726 d. 25 Mart. magistratu Academico se abdicavit. Hic est

Pag. 447-453.

brevis conſpectus præſtantiſſimi Operis, quo Cel. *Millius* de no orbem eruditum ſibi obſtrinxit. Quas pertractandas ſumſit m terias, non ſunt vulgares, &, ſi quidem illarum aliquæ ab aliis jan dum ſunt occupatæ, illorum rationes novis tibicinibus fulciu tur, vel modeſte excutiuntur. In ſtringendis argumentis, quæ i confirmationem ſententiæ ſuæ adducit, ad primos fontes regre ditur, ubi ſuſpicionibus & conjecturis eſt locus, demonſtra tiones ita ornat, ut multum probabilitatis eisdem concilier. *Ex* intimis linguarum receſſibus, priſcorumque populorum *inſtitu*tis, plurimis Scripturæ ſacræ locis lucem affudit, ac nonnulla antiquitatum ſacrarum capita illuſtravit. Omnia juſto ordine diſponit, judicium acre, ſolida nixum doctrina, ubique apparet, nec ſtilo ſua deeſt caſtimonia. Quatuor Indices, accurate iis confecti, Opus claudunt, 1) locorum ſacræ *Scripturæ illuſtrato*rum, 2) vocum Ebræarum, Rabbinicarum, *Syriacarum, Arabi*carum, &c. 3) Græcarum, 4) rerum.

INTRODUCTIO IN NOTITIAM RERUM NAturalium & arte factarum, quarum in communi vita, ſed præcipue in Medicina, uſus eſt, exponens Materiam medicam, ſeu hiſtoriam ſimplicium, medicamenta compoſita, eorumque componendorum rationes, & therapeuticas remediorum claſſes, una cum terminis, apud Botanicos, Chemicos, & Pharmacopœos, vulgo receptis. Per Alphabeti ordinem digeſſit JOANNES CHRISTOPHORUS RIEGER, *Rieſenburgo-Pruſſus.*

Tomus I & II.

Hagæ Comitum, apud Petrum Goſſe, 1743, 4 maj.
Tom. I Alph. 6 plag. 10, Tom. II Alph. 6 plag. 16.

Cum prima nobis videndi hujus libri poteſtas facta eſt, magna ejus legendi cupiditas in nobis exſtitit & expectatio. Videbatur enim ex eo librorum genere eſſe, quorum, etſi ſumma utilitas, tamen, ut in univerſum magna copia non eſt, ſic

id

vel minima bonorum. Virium autem singularum medicinarum cognitio, quæ ex eo libro acquiri posse videtur, quantam vim habeat ad gravissima corporis mala tollenda, ex medentibus nemo ignorare debet. Quare, cum ejus copia nobis facta esset, moræ impatientes statim ad eum legendum accessimus. Et, cum singulæ sive naturales res, sive arte factæ, ita seorsim in eo libro expositæ sint, ut, quæ sit totius Operis structura, vel ex singulis capitibus intelligi queat, tamen ex ipso Autore scire voluimus ante, quam ad illa examinanda accederemus, quæ ipsius instituti ratio esset. Eamque deprehendimus expositam fuisse Præfatione Autoris. In qua, cum de physica doctrina in universum agitur, deque perversa ipsam colendi ratione, ea, quæ huc pertinent, docte & copiose edisseruntur. Nil autem certum in physicis esse, Cl. Autor dicit, nisi quod de corporibus singularibus per ipsorum proprietates sciamus, sensuum ministerio observatas. Singularium ergo cognitionem physicam scientiam esse, si quidem est vera scientia, de quo, non pauci sunt, qui dubitant, &, qui eam recte docere velint, eos debere ipsos singula corpora explorare. Quod cum permultis plurimas ob causas facere non liceat, neque artifices utplurimum ita rerum suarum gnari sint, ut ipsis fides haberi possit, non satis laudari posse cum Principes, Cl. Autor censet, qui varias Academias instituerunt, & privatos, qui promovendæ Physices causa societates inierunt, tum in universum omnes, qui Medico-Physicas Observationes, similisque argumenti Epistolas, collegerunt. Earumque Academiarum, & Societatum, Collectionumque, quamplurima exempla allegantur. Debent autem, quicunque naturalibus corporibus utuntur, multos errores committere, sed gravissimos Medici, nisi vires proprietatesque eorum rite habeant exploratas. Ut enim sedes mali & natura tibi plane perspecta sit, tamen non tam levabis ægrum, quam certissimæ morti dabis, nisi vel ipse expertus scias, vel ex fide dignissimorum hominum observationibus, cui medicinarum generi vis insit, illum morbum expugnandi. Ad hoc parum utilia sunt, quæ fere Medici de Materia medica scripserunt, quoniam naturalium corporum vires sive pro lubitu a

plerisque, sive ex fictis principiis, exposita esse deprehenduntur. Quod cum Cl. Autor vel primis temporibus intellexisset, quibus a Theologia ad medicam artem discendam se contulit, cœpit aliquando errores in doctrina de viribus rerum naturalium, potissimum a Medicis commissos, colligere. Ab hoc instituto se maxime errorum copia deterritum fuisse ait, neque rectam viam medicas corporum naturalium virtutes inveniendi tenuisse ante, quam in *Bœrbaavii* disciplinam se dedisset. A quo cum maxime ad artem faciendam informatus esset, frequentemque, ipsam exercendi, occasionem paulo post nancisceretur, cœpit ex omnis generis scriptoribus, quæ certa de Materia medica, quam vocant, inveniebat, studiose colligere. In qua re etsi nihil in universum sit, quod non probari queat, hanc nobis datam occasionem esse putamus, de *Materia medica*, an in ea aliquid certi sit, pauca dicendi. Ut libere *dicamus, quod nobis* videtur, primo fatemur, mirum nobis visum, qui factum sit, ut, quod ante aliquot annos accepimus, atque ex editis quoque libris intelleximus, ex medentibus quidam sibi animum induxerint, esse naturalium vires corporum tam clare cognitas atque perspectas, ut, ad quos morbos tollendos valeant, utique demonstrari queat. Qui error, etsi in Philosopho excusari posset, si quidem posset, tamen in eo sane non potest, qui, quod ipse artem exercet, funestum, vel minimum nullum suæ medicinæ effectum, persæpe videre debet. Hoc cunctis omni tempore medentibus accidit. Quid ergo? Si quis aliquando tam fortunatus esset, ut hoc minus experiretur, putamus, ipsi viventi ἀποθέωσιν decretum iri. Sed scimus, nullam fere eorum in medica arte famam esse, qui virtutes medicinarum demonstrandi rationem inierunt. Deinde, ut non de omnibus rerum naturalium vires explorandi viis, sed de sola Chemia, dicamus, quis nescit, quæ de hac sapientissime *Bœrbaavius* monuit, plurima corpora vi ignis ita mutari, ut, quæ ex iis eliciantur, non natura infuisse, putandum sit. Quodsi vero in iis fuerint, vehementer metuimus, ut, corpori humano similem ipsa corpora solvendi vim inesse, aliquis demonstrare queat. Porro in ea ipsa via, quam, inter omnes convenit, certissimam in Medicina esse

commo-

commodiſſimamque eruendi veritatem, non omnia tam plana ſunt, ut, ea facile ad certitudinem perveniri poſſe, Medici ſibi perſuadere debeant. Præterquam enim, quod non raro ejus indolis morbi ſunt, ad quos vincendos ſolius naturæ vires ſufficiunt, quis non videt, ex omni medendi ratione, quam ſequimur, dum plures & ſimplices & arte factas medicinas adhibemus, in earumque frequenti variatione neſcio quam gloriæ ſpeciem quærimus, hanc ipſam experientiam quaſi nullam eſſe, minimum vim nullam ad vires naturalium corporum demonſtrandum habere? Ac, ſi de ipſis obſervationibus Medicorum etiam optimis dicendum eſt, in multis nec genus morbi ſatis declaratum eſſe deprehendimus, aut ægrum ab urgente tantum ſymtomate data medicina levatum. Quocirca, ſi Cl. Autor, quæ certa ſe collegiſſe ex aliorum ſcriptis de corporum naturalium viribus ait, de iis intelligi vult, quæ docti homines non de medica corporum virtute, ſed de alia quacunque, ut ſtructura potius eorũm, per experimenta cognoverunt, aſſenſum ei lubenter & ex merito præbemus; ſi contra, ut videtur, de medica rerum naturalium & arte factarum virtute loquitur, veremur ſane, ne, quod ipſi certum eſt, aliis quam maxime incertum eſſe videatur. Neque vero ſolas aliorum obſervationes ſe collegiſſe ait, verum & ſuas, cum practicas, tum chemicas, addidiſſe. Artem enim, potiſſimum inter Curlandos & Ruthenos, per novem adeo annos exercuit, ibique faciendis Chemicis proceſſibus ſecundum ordinem *Bœrhaavii* adiit. Neque vero ſunt adeo multa, quæ de ſuo addidit Vir clariſſimus; id quod modeſtiæ ejus, merito laudandæ, tribuimus. Alii cum ad ſimile argumentum pertractandum animum applicarunt, vel maxime operam dant, ut ipſi, quam plurima poſſunt, experimenta inſtituant; id agentes ſcilicet, ut, ſi plura ſunt ex Autore non maximæ autoritatis deſumenda, quanta ſi fides haberi debeat, intelligi poſſit, aut dubia quæque res e confirmari, ſive etiam prorſus rejici. Cum vero Cl. Autori propoſitum eſſet, earum inprimis rerum naturam explicare, quarum in Medicina præcipuus uſus eſt, præter naturalia corpora, quæ ſimplicia vocat, etiam arte facta comprehendere

ſio ſuppeditetur, & ne cultus profani partem facerent, cum ad
Pag. 201- alia ſacra viris, ad alia fœminis tantum, aditus concederetur. Il-
228. luſtrat hac occaſione locum *Rom. XIII, 12,* ubi ὅπλα φωτὸς in-
ſanientibus lupercis, qui nudi in ſeram uſque noctem diſcurſi-
210. tabant, oppoſita eſſe cenſet. *Epiphanium,* de Phariſæis affirman-
tem *Lib. I Hær. 15, 16,* muliebribus indutos veſtibus inceſſiſſe,
arbitratur male intellexiſſe verba *Marc. XII, 38, Luc. XX, 46,*
216 217. στολαῖς de veſtibus muliebribus accipientem, vel quia *longis*
amicti veſtibus ad morem mulierum inceſſerint. *Deos ἀνδρο-
γύνους* finxiſſe gentiles, quoniam ex illis res omnes, omne ho-
minum genus, & mares & fœminas, per emanationem aliquam
226-228. prodiiſſe, autumabant, vel fingendi occaſionem ſumſerunt ex tra-
ditione Judæorum de *Adamo ἀνδρογύνῳ. Diſſertatione V* de *Gad
& Meni,* ad *Jeſ. LXV, 11,* agitur. *Gad* & *Meni* eſt ipſi *luna.* Vocem
גד arceſſit ab Arabico جد, *felix & bonus fuit.* Ita luna dicitur,
quod terræ proxima ſingularem uſum præſtat, eadem, quæ
Atergatis, ab אתור & גד dicta. Præter lunam hac ipſa voce
deſignatur *Venus* & *Fortuna,* unde *Lea* felicitatem ſuam præ-
dicat, quod ita numeroſa ſobole *Jacobum* beaverit. מני de-
rivat ex Arabico مني, *fluxit,* quoniam jam olim ſidus hu-
moris plenum credebatur, quod ſublunaria corpora humore re-
pleret. Sed forſitan Ebræum מני eſt ipſum Græcum μήνη. Illius
cultus in Oriente frequentiſſimus fuit, a quo nec ipſi Judæi ſe
immunes præſtiterunt. Nam מלכת שמים *Jer. VII, 18, XLIV, 17,*
229 263. eſt *luna.* Huic menſa ponebatur, & vinum libabatur. *Diſſertatio
VI* de *idolo* אחד, ad *Jeſ. LXVI, 17,* inſcribitur. *Hecaten* nomine
אחד hic venire, & utriuſque vocis ſimilitudo, & cultus, docet; ea-
dem quippe ſacra *Hecatæ* adſcribuntur, quæ τῷ אחד in hoc no-
ſtro loco tribuuntur. *Hecate* ex Syriaco أسم, *tenuit, continuit,
detinuit,* deduci poteſt; illi enim cœli, terræ, ac inferorum, po-
teſtas adjudicabatur. Hujus ſimulacrum ἐν προθύροις, *ad fores,*
poſitum habebant, in lucis colebatur, & quidem illorum me-
dio; quæ omnia cum in hoc loco exprimantur, ad *Hecaten*
reſpici, recte omnino concludit; quam ſententiam poſtea calculo
ſuo approbavit doctiſſimus Helmſtadienſium Philologus, *Lake-
macherus, Obſ. Philol. P. IV Obſ. 2 §. 13 pag. 63, 64.* Ἐν παρόδῳ
illuſtra-

illuſtratur locus *Jeſ. LXV, 3, 4*, quem pariter de *Hecate* explicat.
Diſſertatione VII de ***Baalzebub*** & ***Miphlezet*** diſſeritur. בעל זבוב Pag. 265-
eſt princeps dæmonum, qualis gentilibus habebatur *Serapis* 285.
& *Pluto*. Hic conſultus eſt ab *Achabo 2 Reg I, 2*, quoniam
mortis & vitæ poteſtatem habere cenſebatur; hinc in Cabiro-
rum ſacris appellatur Ἀξιόκερσος, ex Ebræo אחזי קרץ, *pos-
ſeſſio mea pernicies*, ſeu *mors*. *Philoni Byblio* apud *Euſebium
Præp. Evangel. Lib. I Cap. 10 pag. 38* nominatur Μὼθ, atque
id per θάνατον & Πλούτωνα explanatur. Vox זבוב in hac
nominis compoſitione non ſpeciatim reſtringenda eſt ad muſcas,
ſed generatim notat qualecunque inſectum, quod ad damnum,
hominibus & aliis rebus inferendum, eſt comparatum. Specia-
tim *locuſtæ* hac ipſa voce intelligi poſſunt, quæ uti ſymbola im-
purorum ac noxiorum ſpirituum ſpectantur *Apoc. XI, 3 ſeq.*
quorum princeps Ἀβαδδὼν, Græcis Ἀπολλύων, *v. 11*, *Pluto* ſci-
licet, locuſtarum iſtarum, ſive δαιμονίων, ἄρχων. Vocis *Pluto*
natales non ex Græco πλοῦτος, ſed Ebraico פרץ, *tremuit*, *ter-
ruit*, צ in ט converſo, repetuntur. Inde concluditur, מפלצת
1 Reg. XV, 13, non eſſe *Priapum*, ſive *phallum* illius, ſed *Heca-
ten*, illam inferorum Deam, quæ Græcis dicatur Βριμὼ, quoniam
terreat ac percellat. *Diſſertatione VIII* de *vitulo aureo* tractatur. 287-302.
Vitulum hunc ad effigiem *Apidis* effictum fuiſſe, plurimorum
eſt ſententia, ſed excellentiſſimus *Millius* potius arbitratur, ipſo
illo *Typhonem*, Ægyptiorum cacodæmonem, repræſentare vo-
luiſſe; qui quoniam frequentius *aſinus*, ob colorem rufum, igna-
ro huic animali proprium, appellatur, convicium de aſino, a Ju-
dæis culto, originem ſuam traxiſſe, conjectat. *Diſſertatione IX* de 303-316.
ſtatuis & lapidibus idololatricis, ad *Lev. XXVI, 1*, diſſeritur. מצבה
eſt lapis, ſive cippus, profani cultus cauſa erectus, cujus generis
apud Græcos, Gallos, Germanos, ac ſeptentrionales populos,
orientales maxime, fuerunt conſtituti, ac multa religione affecti,
quorſum præ aliis referendi ſunt *lapides bætilii*, *Philoni Byblio* e
Sanchoniatone dicti. אבן משכית exponit de orientalium *Ta-
lismanibus* lapidibus, ſingulari arte ac ingenio fabrefactis, in quos
incantationibus quibusdam magicis ſpiritus aliquis devocabatur.
Diſſertatio X de *altari mediatore* agit. Altare holocauſtorum ma- 309-326.

 giſtris

giſtris appellatur חממצע, item אמצעי, *mediator* inter Deum populumque, item פרקליט, *παράκλητος*, & סנינור, *συνήγορος*, nec id quidem ſine ratione: nomen enim & partes mediatoris typice ſuſtinere poteſt; quam tamen ſignificationem arcaniorem Judæi miſſam fecerunt. Ratione ſitus medium ſtabat inter Deum & populum; per illud Deum ædi ſacræ præſentem adibant; ad illud confugientibus certum erat præſidium & aſylum; pacem denique conciliabat, peccato per ſacrificium expiato. Porro habebat vim ſanctificandi, preces, prope illud *fundendæ*, per ipſum mediatoris inſtar ad Deum quaſi deferebantur, favorem Dei homini conciliabat, quandoquidem is, qui ſacrificium offerebat, partes aliquas ſacrificales abſumebat, ſicque communi menſa cum Deo, in indicium pacis ac amicitiæ reſtitutæ, fruebatur. Ipſe Deus ſacrificiis intereſſe *judicabatur*; quare magiſtri affirmant, per ſacrificia שכינח de *cœlo deductam* fuiſſe; qui denique juxta altare moriebantur, eos beatius ex hac vita diſcedere autumabant, quod exemplo *Joabi 1 Reg. II, 28*, confir-

Pag. 327-340. matur. *Diſſertatione XI* de *cornibus altaris exterioris* differitur. Hanc juvenis conſcripſerat Cel. *Millius* noſter, eandemque A. 1714 ſub præſidio Cel. *Jo. Jacobi Quandt* Regiomonti Boruſſorum publice defenderat, quæ, quoniam non vulgarem eruditionem in non uno doctrinæ genere ſpirabat, ac propoſitum argumentum accurate ac ſolide explanaverat, digna eſt viſa *Haſæo* ac *Ikenio*, juſtis doctrinæ reconditioris arbitris, quæ *Theſauro theologico-philologico*, ab ipſis procurato, insereretur. Cornua altaris *Moſaici Exod. XXVII. 2*, e ligno *Schittim*, cedrino, parata fuerunt; quæ vero in altari templi Hieroſolymitani conſpecta ſunt, ex lapidibus conſtabant, eadem materia, qua altare ipſum, quorum quodque altum, longum, & latum $\frac{1}{4}$ cubiti. Illorum quatuor erant numero, extremitatibus altaris impoſita, quorum zephyro-auſtrali duo erant foramina, per quæ ſanguis in

341-360. torrentem Kedron uſque demittebatur. Rationem, quare altare his inſtructum fuerit, examinata ſententia illorum, qui alligandis victimis inſerviiſſe, arbitrantur, potiſſimum vero *Spenceri*, petit ab antitypo; his ipſis ſcilicet Chriſtum, cui robur, potentia maxima, ac gloria, competat, præſignificatum fuiſſe, qui

qui ipse tanquam cornu salutis per Evangelium in quatuor mundi plagis est prædicatus. Hæc eo faciebant, ut mactata- Pag. 360-
rum victimarum sanguis illis illineretur. Quo autem modo 370.
hæc sanguinis adspersio in sacrificiis pacificis, pro peccato, sa-
crificio jugi, ex avibus paratis, quemque item usum in libami-
nibus vini & aquæ præstiterint, & quod præsidium cornuum ho-
rum apprehensio conciliaverit homicidis involuntariis, accurate docet. Ad illa tamen confugere necesse non habebat ludi mo-
lerator, vel parens, filium, vel discipulum, castigans, quoties egi vel institutioni magistrorum morem non gessisset, eundem-
que occidens. Quare autem *Joabo*, ad altare convolanti, ejus-
lemque cornua prehendenti *1 Reg. II, 28 seq.* spes veniæ facta non it, anquirit, ac varias magistrorum de hoc argumento sententias xpromit. *Dissertatio XII* de ארב & ארבות exponit. Per il- 370-394.
os, qui hoc divinationum genere utebantur, non intelligit *ven-
riloquos*, nec ὑδρομάντεις, quod *Juriæo* & Cel. *Deylingio* est
iisum, sed νεκρομάντεις, qui carminibus & incantationibus ma-
nes evocabant. Vox natales suos debet Arabico آلب, *redire,
everti*, quoniam istiusmodi homines arte sua magica manes re-
lucebant, & quasi redire faciebant. ארב igitur significant 1) *nanes elicitos & reductos*, quo refert loca *Lev. XX, 27*; 2) ipsos νεκρομάντεις, *Jes. VIII, 19*, *1 Sam. XXVIII, 7*. Ceterum Judæi icunt, manes intra duodecimum a morte mensem, non ulte-
ius, elici posse. Vox σακχέρα, quæ apud *Photium* occurrit, uæque summis viris crucem fixit, ipsi est Chaldaicum זכורה, uod respondet Ebraico ירעני. *Dissertatio XIII* de חרטומים, 395-410.
liisque orientalium Magis, nos docet. Vocem חרטומים onflatam vult ex Chaldaico חור, *prospexit*, *vidit*, & טום, *lausit*, *abscondidit*, ut sic designentur *rerum latentium* & *ob-
urarum interpretes*. *Alexandrinus* interpres reddit ἐξηγητάς, *yysteriorum interpretes*. *Aben Esra* hoc nomine etiam *physi-
os* insignit, qui non solum rerum naturalium profundiore scien-
a pollent, verum etiam qui illa ad præstigias abutuntur. Cum is חרטומים confert Ægyptiorum ἱερογραμματεῖς, qui ymbola hieroglyphica interpretabantur, & astrologiæ periti rant. חברים est a חבר, *arctissime conjungere, copulare, ligare.* 411-415.

Id

Id omnino Magis conveniebat, qui sibi persuadebant, se ip
Deos ligare & constringere, inferos & dæmonas in potestate l
bere, serpentibus ac aliis animantibus nocendi vim adimere. A
que id quidem faciebant beneficio carminum magicorum, ute
tes simul certis quibusdam herbis, certo tempore & summ
cura conquisitis. כמרים dicti a כמר, *incendit, flagravi*
Gen. XLIII, 30, Thren. V, 10. Sunt igitur vi vocis *incensores*, qu
suffitus Diis adolebant, ex quo divinationem de prospero vel ad
Pag. 415- verso rei alicujus successu capiebant. *Dissertatione XIV de causi*
423. *odii Judæos inter atque Samaritanos* agitur. *Prima* causa interne-
cini odii hujus est, quoniam Samaritani, homines ortu gentiles,
in Judæorum possessiones sunt immissi. *Secunda* petenda a sa-
crorum diversitate. Templo enim in monte *Garizim*, tempo-
re *Darii Nothi*, exstructo, perpetua contentio inter illos de præ-
stantia utriusque templi viguit, quo destructo, *faciem* tamen
426-432. suam inter precandum ad illud perpetuo converterunt. Pen-
tateuchi sui antiquitatem nimium jactitant, quem contra Ju-
432-437. dæi corruptionis insimulant. Porro a Judæis in multis discre-
pant. Δευτερώσεις omnes rejiciunt, legi scriptæ unice adhæ-
rescentes. Num a polygamia omnino alieni fuerint, pro cer-
to affirmari nequit. Lotionibus ac lustrationibus multum va-
cant, ut etiam propterea omnes alios præ se contemnant & ab-
437-441. ominentur. Judæi ipsos πολυθεότητος ac hæreseos accusant,
cum essent ortu Assyrii, ac tempore afflictionis Epiphanicæ il-
lorum plures instituta Græcorum adoptarent, &, quisquis ex
Judæis criminis alicujus, in legem admissi, reus peragebatur,
is ad Samaritanos, defectione facta, transibat. Illorum terra
ab Romanis in provinciam redacta, alii eorum trucidati sunt,
alii profanorum Deorum cultum admiserunt; *columbam* vero
aliquam loco Numinis coluisse, pro certo asseverari nequit,
nec de omnibus dici potest, resurrectionem mortuorum ne-
441-447. gasse. *Tertia* causa arcessenda est ab insidiis & fraudibus Samari-
tanorum, quibus Judæos quavis ratione circumvenire nitebantur.
Inde factum est, ut Judæi cum Samaritanis commercia
omnino refugerent, illorum vasis non uterentur, nec ab ipsis
cibos sumerent, vel emerent, nisi summa necessitate urgente.
Inimi-

Inimicitiæ hæ eo processerunt, ut Judæi ipsos publica devotionis formula sacris excluserint, ac omnibus diris subjecerint. Nec in Judæos solum odio flagrarunt Samaritani, verum etiam hoc inde ad Christianos transtulerunt, ut illorum audaciam reprimere Christiani Imperatores necesse habuerint. *Dissertatione XV* sequuntur *miscellanea orientalia*, quæ complectuntur *rudimenta linguæ Hindustanicæ*, *Persicæ* item *hodiernæ*, qualis in Hindustania, aliisque Regum Mohammedanorum in India, in usu est, denique *etymologicum orientale harmonicum*. In prioribus se multum profecisse fatetur ex *Miscellaneis de lingua Hindustana*, a Viro nobilissimo, *Jo. Josua Kettelaer*, Societatis Indiæ orientalis Legato & moderatore quondam Suratæ, lingua Belgica consignatis, itemque iis, quæ Eruditiss. *Bayerus* Actis Petropolitanis de hoc ipso idiomate inseruit, literis denique e Bengala curatis, de variis alphabetis *Hindustanicis* & *Brahmanicis*, quæ sex tabulis separatim exhibentur, est adjutus. Succedunt *elementa linguæ Persicæ*, cujus usus pariter est in regione Hindustan, potissimum aulis magni Mogolis, ac multorum in India Regum Mohammedanorum. Qui in India generis nobilitate ac dignitatibus præstant, illi fere natales suos repetunt a sapientibus Persiæ, & hi quidem linguam patriam paulatim in aulas illas invexerunt. In *Etymologico orientali* voces Arabicæ ex versionibus Arabicis Vet. & Nov. Test. operose & erudite illustrantur. Subsequuntur Orationes tres, quarum *prima* de *Mohammedanismo, e veterum Ebræorum scriptis magna ex parte composito*, habita est A. 1718 d. 21 Mart. cum post obitum Cel. *Relandi* munus Professoris linguarum orientalium in Academia Trajectina auspicaretur, quam ipsam, ob ejus præstantiam, non multo post, quam typis exscripta esset, in elegantissima illa *selectiorum Orationum* congerie *P. I a pag. 434* ad *470* recudendam curavit Amplissimus *Kappius*. *Secunda* de *variis virorum doctorum in Antiquitatibus sacris & orientalibus erroribus* agit, recitata d. 3 Nov. A. 1727, cum Professionem Antiquitatum adiret, repetita cura Cl. *Schlægeri* in *Dissertationum rariorum de Antiquitatibus sacris & profanis Fasciculo a pag. 1* ad *30*. *Tertia* de *fabulis orientalium* inscripta est, qua ipsa Autor A. 1726 d. 25 Mart. magistratu Academico se abdicavit. Hic est

Pag. 447-453.

LII brevis

brevis conspectus præstantissimi Operis, quo Cel. *Millius* de novorbem eruditum sibi obstrinxit. Quas pertractandas sumsit materias, non sunt vulgares, &, si quidem illarum aliquæ ab aliis jam dum sunt occupatæ, illorum rationes novis tibicinibus fulciuntur, vel modeste excutiuntur. In stringendis argumentis, quæ in confirmationem sententiæ suæ adducit, ad primos fontes regreditur, ubi suspicionibus & conjecturis est locus, demonstrationes ita ornat, ut multum probabilitatis eisdem conciliet. Ex intimis linguarum recessibus, priscorumque populorum institutis, plurimis Scripturæ sacræ locis lucem affudit, ac nonnulla antiquitatum sacrarum capita illustravit. Omnia justo ordine disponit, judicium acre, solida nixum doctrina, ubique apparet, nec stilo sua deest castimonia. Quatuor Indices, accurate satis confecti, Opus claudunt, 1) locorum sacræ Scripturæ illustratorum, 2) vocum Ebræarum, Rabbinicarum, *Syriacarum, Arabicarum*, &c. 3) Græcarum, 4) rerum.

INTRODUCTIO IN NOTITIAM RERUM NAturalium & arte factarum, quarum in communi vita, sed præcipue in Medicina, usus est, exponens Materiam medicam, seu historiam simplicium, medicamenta composita, eorumque componendorum rationes, & therapeuticas remediorum classes, una cum terminis, apud Botanicos, Chemicos, & Pharmacopœos, vulgo receptis. Per Alphabeti ordinem digessit JOANNES CHRISTOPHORUS RIEGER, Riesenburgo-Prussus.

Tomus I & II.

Hagæ Comitum, apud Petrum Gosse, 1743, 4 maj.
Tom. I Alph. 6 plag. 10, Tom. II Alph. 6 plag. 16.

Cum prima nobis videndi hujus libri potestas facta est, magna ejus legendi cupiditas in nobis exstitit & exspectatio. Videbatur enim ex eo librorum genere esse, quorum, etsi summa utilitas, tamen, ut in universum magna copia non est, sic vel

vel minima bonorum. Virium autem singularum medicinarum cognitio, quæ ex eo libro acquiri posse videtur, quantam vim habeat ad gravissima corporis mala tollenda, ex medentibus nemo ignorare debet. Quare, cum ejus copia nobis facta esset, moræ impatientes statim ad eum legendum accessimus. Et, cum singulæ sive naturales res, sive arte factæ, ita seorsim in eo libro expositæ sint, ut, quæ sit totius Operis structura, vel ex singulis capitibus intelligi queat, tamen ex ipso Autore scire voluimus ante, quam ad illa examinanda accederemus, quæ ipsius instituti ratio esset. Eamque deprehendimus expositam fuisse Præfatione Autoris. In qua, cum de physica doctrina in universum agitur, deque perversa ipsam colendi ratione, ea, quæ huc pertinent, docte & copiose edisseruntur. Nil autem certum in physicis esse, Cl. Autor dicit, nisi quod de corporibus singularibus per ipsorum proprietates sciamus, sensuum ministerio observatas. Singularium ergo cognitionem physicam scientiam esse, si quidem est vera scientia, de quo, non pauci sunt, qui dubitant, &, qui eam recte docere velint, eos debere ipsos singula corpora explorare. Quod cum permultis plurimas ob causas facere non liceat, neque artifices utplurimum ita rerum suarum gnari sint, ut ipsis fides haberi possit, non satis laudari posse cum Principes, Cl. Autor censet, qui varias Academias instituerunt, & privatos, qui promovendæ Physices causa societates inierunt, tum in universum omnes, qui Medico-Physicas Observationes, similisque argumenti Epistolas, collegerunt. Earumque Academiarum, & Societatum, Collectionumque, quamplurima exempla allegantur. Debent autem, quicunque naturalibus corporibus utuntur, multos errores committere, sed gravissimos Medici, nisi vires proprietatesque eorum rite habeant exploratas. Ut enim sedes mali & natura tibi plane perspecta sit, tamen non tam levabis ægrum, quam certissimæ morti dabis, nisi vel ipse expertus scias, vel ex fide dignissimorum hominum observationibus, cui medicinarum generi vis insit, illum morbum expugnandi. Ad hoc parum utilia sunt, quæ fere Medici de Materia medica scripserunt, quoniam naturalium corporum vires sive pro lubitu a

plerisque, sive ex fictis principiis, expositæ esse deprehendun tur. Quod cum Cl. Autor vel primis temporibus intellexisset, quibus a Theologia ad medicam artem discendam se contulit, cœpit aliquando errores in doctrina de viribus rerum naturalium, potissimum a Medicis commissos, colligere. Ab hoc instituto se maxime errorum copia deterritum fuisse ait, neque rectam viam medicas corporum naturalium virtutes inveniendi tenuisse ante, quam in *Bœrhaavii* disciplinam se dedisset. A quo cum maxime ad artem faciendam informatus esset, frequentemque, ipsam exercendi, occasionem paulo post nancisceretur, cœpit ex omnis generis scriptoribus, quæ certa de Materia medica, quam vocant, inveniebat, studiose colligere. In qua re etsi nihil in universum sit, quod non probari queat, hanc nobis datam occasionem esse putamus, de *Materia medica*, an in ea aliquid certi sit, pauca dicendi. Ut libere *dicamus, quod* nobis videtur, primo fatemur, mirum nobis visum, qui factum sit, ut, quod ante aliquot annos accepimus, atque ex editis quoque libris intelleximus, ex medentibus quidam sibi animum induxerint, esse naturalium vires corporum tam clare cognitas atque perspectas, ut, ad quos morbos tollendos valeant, utique demonstrari queat. Qui error, etsi in Philosopho excusari posset, si quidem posset, tamen in eo sane non potest, qui, quod ipse artem exercet, funestum, vel minimum nullum suæ medicinæ effectum, persæpe videre debet. Hoc cunctis omni tempore medentibus accidit. Quid ergo? Si quis aliquando tam fortunatus esset, ut hoc minus experiretur, putamus, ipsi viventi ἀποθέωσιν decretum iri. Sed scimus, nullam fere eorum in medica arte famam esse, qui virtutes medicinarum demonstrandi rationem iniverunt. Deinde, ut non de omnibus rerum naturalium vires explorandi viis, sed de sola Chemia, dicamus, quis nescit, quæ de hac sapientissime *Bœrhaavius* monuit, plurima corpora vi ignis ita mutari, ut, quæ ex iis eliciantur, non natura infuisse, putandum sit. Quodsi vero in iis fuerint, vehementer metuimus, ut, corpori humano similem ipsa corpora solvendi vim inesse, aliquis demonstrare queat. Porro in ea ipsa via, quam, inter omnes convenit, certissimam in Medicina esse

commo-

commodissimamque eruendi veritatem, non omnia tam plana sunt, ut, ea facile ad certitudinem perveniri posse, Medici sibi persuadere debeant. Præterquam enim, quod non raro ejus indolis morbi sunt, ad quos vincendos solius naturæ vires sufficiunt, quis non videt, ex omni medendi ratione, quam sequimur, dum plures & simplices & arte factas medicinas adhibemus, in earumque frequenti variatione nescio quam gloriæ speciem quærimus, hanc ipsam experientiam quasi nullam esse, minimum vim nullam ad vires naturalium corporum demonstrandum habere? Ac, si de ipsis observationibus Medicorum etiam optimis dicendum est, in multis nec genus morbi satis declaratum esse deprehendimus, aut ægrum ab urgente tantum symtomate data medicina levatum. Quocirca, si Cl. Autor, quæ certa se collegisse ex aliorum scriptis de corporum naturalium viribus ait, de iis intelligi vult, quæ docti homines non de medica corporum virtute, sed de alia quacunque, aut structura potius eorum, per experimenta cognoverunt, assensum ei lubenter & ex merito præbemus; si contra, ut videtur, de medica rerum naturalium & arte factarum virtute loquitur, veremur sane, ne, quod ipsi certum est, aliis quam maxime incertum esse videatur. Neque vero solas aliorum observationes se collegisse ait, verum & suas, cum practicas, tum Chemicas, addidisse. Artem enim, potissimum inter Curlandos & Ruthenos, per novem adeo annos exercuit, ibique faciendis Chemicis processibus secundum ordinem *Bœrhaavii* adfuit. Neque vero sunt adeo multa, quæ de suo addidit Vir Clarissimus; id quod modestiæ ejus, merito laudandæ, tribuimus. Alii cum ad simile argumentum pertractandum animum applicarunt, vel maxime operam dant, ut ipsi, quam plurima possunt, experimenta instituant; id agentes scilicet, ut, si plura sunt ex Autore non maximæ autoritatis desumenda, quanta ipsi fides haberi debeat, intelligi possit, aut dubia quæque res sive confirmari, sive etiam prorsus rejici. Cum vero Cl. Autori propositum esset, earum inprimis rerum naturam explicare, quarum in Medicina præcipuus usus est, præter naturalia corpora, quæ simplicia vocat, etiam arte facta comprehendere

 hoc

plerisque, sive ex fictis principiis, exposita esse deprehenduntur. Quod cum Cl. Autor vel primis temporibus intellexisset quibus a Theologia ad medicam artem discendam se contulit coepit aliquando errores in doctrina de viribus rerum naturalium, potissimum a Medicis commissos, colligere. Ab hoc instituto se maxime errorum copia deterritum fuisse ait, neque rectam viam medicas corporum naturalium virtutes inveniendi tenuisse ante, quam in *Boerhaavii* disciplinam se dedisset. A quo cum maxime ad artem faciendam informatus esset, frequentemque, ipsam exercendi, occasionem paulo post nancisceretur, coepit ex omnis generis scriptoribus, quae certa de Materia medica, quam vocant, inveniebat, studiose colligere. In qua re etsi nihil in universum sit, quod non probari queat, hanc nobis datam occasionem esse putamus, de *Materia medica*, an in ea aliquid certi sit, pauca dicendi. Ut libere *dicamus, quod* nobis videtur, primo fatemur, mirum nobis visum, qui factum sit, ut, quod ante aliquot annos accepimus, atque ex editis quoque libris intelleximus, ex medentibus quidam sibi animum induxerint, esse naturalium vires corporum tam clare cognitas atque perspectas, ut, ad quos morbos tollendos valeant, utique demonstrari queat. Qui error, etsi in Philosopho excusari posset, si quidem posset, tamen in eo sane non potest, qui, quod ipse artem exercet, funestum, vel minimum nullum suae medicinae effectum, persaepe videre debet. Hoc cunctis omni tempore medentibus accidit. Quid ergo? Si quis aliquando tam fortunatus esset, ut hoc minus experiretur, putamus, ipsi viventi ἀποθέωσιν decretum iri. Sed scimus, nullam fere eorum in medica arte famam esse, qui virtutes medicinarum demonstrandi rationem iniverunt. Deinde, ut non de omnibus rerum naturalium vires explorandi viis, sed de sola Chemia, dicamus, quis nescit, quae de hac sapientissime *Boerhaavius* monuit, plurima corpora vi ignis ita mutari, ut, quae ex iis eliciantur, non natura infuisse, putandum sit. Quodsi vero in iis fuerint, vehementer metuimus, ut, corpori humano similem ipsa corpora solvendi vim inesse, aliquis demonstrare queat. Porro in ea ipsa via, quam, inter omnes convenit, certissimam in Medicina esse commo-

commodiſſimamque eruendi veritatem, non omnia tam plana ſunt, ut, ea facile ad certitudinem perveniri poſſe, Medici ſibi perſuadere debeant. Præterquam enim, quod non raro ejus indolis morbi ſunt, ad quos vincendos ſolius naturæ vires ſufficiunt, quis non videt, ex omni medendi ratione, quam ſequimur, dum plures & ſimplices & arte factas medicinas adhibemus, in earumque frequenti variatione neſcio quam gloriæ ſpeciem quærimus, hanc ipſam experientiam quaſi nullam eſſe, minimum vim nullam ad vires naturalium corporum demonſtrandum habere? Ac, ſi de ipſis obſervationibus Medicorum etiam optimis dicendum eſt, in multis nec genus morbi ſatis declaratum eſſe deprehendimus, aut ægrum ab urgente tantum ſymtomate data medicina levatum. Quocirca, ſi Cl. Autor, quæ certa ſe collegiſſe ex aliorum ſcriptis de corporum naturalium viribus ait, de iis intelligi vult, quæ docti homines non de medica corporum virtute, ſed de alia quacunque, aut ſtructura potius eorum, per experimenta cognoverunt, asſenſum ei lubenter & ex merito præbemus; ſi contra, ut videtur, de medica rerum naturalium & arte factarum virtute loquitur, veremur ſane, ne, quod ipſi certum eſt, aliis quam maxime incertum eſſe videatur. Neque vero ſolas aliorum obſervationes ſe collegiſſe ait, verum & ſuas, cum practicas, tum Chemicas, addidiſſe. Artem enim, potiſſimum inter Curlandos & Ruthenos, per novem adeo annos exercuit, ibique faciendis Chemicis proceſſibus ſecundum ordinem *Bœrhaavii* adfuit. Neque vero ſunt adeo multa, quæ de ſuo addidit Vir Clariſſimus; id quod modeſtiæ ejus, merito laudandæ, tribuimus. Alii cum ad ſimile argumentum pertractandum animum applicarunt, vel maxime operam dant, ut ipſi, quam plurima poſſunt, experimenta inſtituant; id agentes ſcilicet, ut, ſi plura ſunt ex Autore non maximæ autoritatis deſumenda, quanta ipſi fides haberi debeat, intelligi poſſit, aut dubia quæque res ſive confirmari, ſive etiam prorſus rejici. Cum vero Cl. Autori propoſitum eſſet, earum inprimis rerum naturam explicare, quarum in Medicina præcipuus uſus eſt, præter naturalia corpora, quæ ſimplicia vocat, etiam arte facta comprehendere

hoc Opere debuit. Quæ an vere a compositis corporibus diversa non sint, jam quidem noluimus disceptare. Res naturales, quæ etiam simplices vocari solent, ante hæc tempora in vegetabiles, animales, & minerales, dividebantur. Tria enim his nominibus insignita naturæ regna numerabantur. Satius autem fore, Cl. *Riegero* visum est, si porro in aereas, aqueas, & terrestres, dividerentur; de quo, ut dicamus, quod nobis videtur, novam fortassis eam divisionem esse putamus, *sed in qua* non satis videmus, an sit adeo multum, quod *physicam* doctrinam juvare queat. Neque ipse hanc divisionem in exponendis naturalibus rebus secutus est, sed, quoniam, præter has, non solum arte facta, verum etiam plura alia, neque ad tria illa cognita naturæ regna, neque ad hanc novam divisionem, referenda, pertractare volebat, literarum ordinem *commodissimum* esse existimavit, quem sequeretur. In naturalibus rebus ita versatus est, ut primo historiam singulorum corporum traderet, deinde proprietates ac vires, & ultimo loco etiam usum, explicaret. Hunc ordinem neque in arte factis deseruit, addidit tamen varias ea parandi rationes. Scimus, olim de viribus medicinarum per solam experientiam constitisse; adeo enim multæ non sunt, quibus ob qualemcunque externam formam singulares morbos curandi vis est ab antiquis Medicis adscripta. Huic viæ recentiores Medici non institerunt, præsertim illi, qui *Cartesianæ* Philosophiæ addicti erant. Qui, ut de aliis non dicamus, ex ficta imaginariaque elementorum figura corporum naturalium vires, inprimis medicas, optime deducere se posse, existimabant. Eaque opinio & his nostris temporibus inter medentes invenit, a quibus adeo defenderetur. Ab hac vero male sana Philosophia, quod ad cognoscendas medicinarum virtutes nullam utilitatem habet, Cl. *Riegerus* se quam alienissimum esse fatetur, ejusque neque habuisse aliquam rationem in his binis *Tomis*, neque esse in reliquis habiturum. Duas autem causas esse existimat, quæ hominem ad quævis naturæ inprimis opera consideranda impellere queant; quarum cum altera sit Dei, tanquam eorum autoris, cognitio, altera humano generi præstanda utilitas, illamque præceptam ab aliis occupatamque

patamque esse deprehenderet, in eo potissimum laborandum sibi esse putavit, ut, quam utilitatem & naturæ & artis opera hominibus afferrent, cognosceret. Eaque res fecit, ut etiam, in quo singula artes mechanicas juvare possint, adjiceret. Omnes propemodum medicinæ a longo jam tempore ita divisæ sunt, ut aliis ab effectu, aliis a partibus corporis humani, ad quarum inprimis morbos pellendos valere existimabantur, nomen imponeretur. Hæc in universum specifica appellari solent. Utrumque genus non intactum reliquit Cl. Autor, verum ita exposuit, ut, quo jure alia medicamenta vomitoria, emmenagoga, diuretica, alia incrassantia, antispasmodica, essent, tirones artis animo comprehendere valerent. Præter hæc morbi etiam ibi expositi inveniuntur, ad quos ea medicinarum genera utilia sunt; quæ res, si recte tractata fuit, insignem usum habere debet. Neque contemnendus is est, quem a Græcis, Anglicis, Francicis, Germanicis, nominibus, singulis rebus impositis, in legendis harum gentium scriptis præcipue exspectare possumus. Nam & hæc abesse a toto Opere Cl. *Riegerus* non passus est. Jam, quod exponendi singula rationem attinet, primo se ait populari scribendi genere usum esse, neque voluisse omnia ad limatos & subtiles Mathematicorum calculos revocare; deinde aliorum experimenta & dicta, ubi fieri potuerit, integra attulisse, aut summa minimum capita indicasse; denique abstinuisse judicium ferre, nisi necesse fuerit, quod ubi fuerit, libere dixisse, & cum noxios aliorum errores declarasse, tum proposuisse suas conjecturas. Hæc sufficere poterunt de instituto. Jam quoque specimina aliquot afferamus. Scimus, binas *Anacardii* species esse, quarum alia orientalis est, alia occidentalis. Hæc *Acajou*, illa proprie *Anacardium*, vocatur Cl. *Riegero*. Occidentale ipsi arbor est, in utraque India invenienda, quæ fructum pyriformem, admodum grati saporis, & super hoc semen reniforme, ferat, quod inter duplicem corticem causticum oleosum succum, ad verrucas similesque excrescentias & maculas tollendas idoneum, & intus nucleum, habeat, æque grati saporis, ac castaneæ fructus, si tostus fuerit. Orientale *Anacardium* fructum quidem esse dicit, sed cujus arboris, aut qua in ea

ratione

ratione nascatur, addere neglexit. Nobis utrumque *Anacardium* semen est, orientale siliqua inclusum, & fabam majorem referens, occidentale ejusdem fere formæ, atque coloris, & fructui, etiam *Anacardium* vocato, insistens. Hoc etiam inter duplicem, sed tenuiorem, corticem simile causticum oleum habet, minus tamen efficax. Hæc omnia fecerunt, ut binæ *Anacardii* species a scriptoribus minus accurate distinguerentur, idque fraudi etiam Cl. *Riegero* fuit. De *Amaracino* unguento hoc unum habet, nomen id accepisse ab *Amaraco, quod* cum aliis recipiat, ejus descriptionem & virtutes apud *Dioscoridem* legi posse. Vellemus, hoc etiam addidisset Cl. Autor, quando hoc unguentum, & a quo, primum paratum fuerit. Sic enim doceri lectores potuissent, id jam ab *Hippocrate*, vel qui alius est librorum de morbis mulierum autor, *in uteri suffocatione* commendatum fuisse. Neque male forsassis operam suam collocasset, si, an semper eadem ratione compositum, numque ad alios morbos, quam ad quos a *Dioscoride* utile esse creditum fuerit, inquisivisset. *Amuleta*, postquam non omnia ridenda esse posuit, duplici ratione utilia esse posse, existimat, altera, effluvia subtilissima per poros cutis venis immittendo, altera, aeris ambientis malignitatem corrigendo. Illo ut nihil dixit, quod non omnes probent, ita in hoc, non videmus, qui ipsi possimus assentiri, præcipue cum salia volatilia, fumos rerum tempore pestis accensarum, & castoreum, huc referat. Amuleta enim omnibus eæ medicatæ res sunt, quæ, ut edere effectum queant, ab homine in nudo utplurimum corpore gestari debent. Quodsi vero, alia, quam priori, ratione vim suam exercere in corpore humano posse, credendum est, citius forte efficaciusque effectum edent, nervos primum in cute, hinc in toto corpore, commovendo, vel hoc solo, quod insoliti quid sive in pectore, sive in dorso, corpori applicatum gerimus. Ubi de *Absinthio* agitur, locus *Plinianus*, *in Ponto pinguescere pecora absinthio, & ob id sine felle reperiri*, sic explicatur: *Prius assertionis hujus membrum eatenus tolerandum esse putarem, quod comesta planta vires coctrices juvet; posterius vero ita explicarem, quod nempe animantia obesa facta, compressa* magis

magis magisque habeant vasa, minus sanguinis, ejus materiæ omni fere in pinguedinem versa, & hinc minus secernant bilis. Sed liceat hic nobis amicum dissensum profiteri. Ex hominibus plures vidisse meminimus, qui, etsi copiosa pinguedine quasi farti erant, magnam tamen & solito aliquando majorem vesicam biliariam habebant, alios etiam, in quibus & parum pinguedinis, & parvum bilis receptaculum, inveniebatur. Absorbentia omnia, saltem acida, in ventriculo & intestinis hærentia, corrigere dicitur. Quis autem nescit, ut alcalina vera, sic acida quoque, raro in corpore humano inveniri? Tamen ipse Cl. Autor, frequentem esse debere absorbentium usum, indicat. Præterea inter absorbentia refert, quæ, ut maximam vim habere ponamus, tamen vincere, præter lenem acrimoniam, vitium nullum possunt; possunt autem mucilagine, quam continent, & quæ ipsa sane tutissima absorbentia præstat. In *Acaro*, insectorum specie, exponendo nimium brevis est. Allegare autem potuisset ea, quæ B. *Rivinus* in peculiari Dissertatione *de pruritu exanthematum ab Acaris*, aliique, proposuerunt. Supra diximus, inveniri etiam in hoc Opere, quid sit *Errhinum* medicamentum, *Carminativum*, & ejus generis plura. Horum aliquot & natura & agendi modus satis fuse explicantur, contra de aliis, ut fere fit in hoc magno Opere, perpauca proferuntur. Exempla sunto: *Antepileptica*, *Antasthmatica*, *Antatrophica*, *Antidysenterica*. In *Alterantibus* etiam, quæ integram medicinarum classem constituunt, & quorum vel nimium frequens usus est, justo nobis videtur brevior fuisse. Solus fere *Freindius* excitatur, cum, ut de aliis non dicamus, vel ex una illa Cl. *Schulzii* Dissertatione *de momentaneo alterantium effectu in corpore humano* permulta & utilia & curiosa afferri potuissent. Inter *Antapoplectica* & *Antepileptica* inveniuntur, quæcunque contra hæc gravissima mala excogitatæ unquam medicinæ fuerunt, etsi ne minimam vim habere posse intelliguntur; frustra tamen quæsivimus *Oleum animale Dippelii*, miræ efficaciæ medicinam, sive per os, sive per cutem, corpori ingeratur. *Adjuvantia*, quæ in componendis medicinis vocantur, ne quidem an in omnibus, &, si hoc non, in quibus

vel adhibeantur, dixit, vel debeant adhiberi. Vellemus, saltem indicasset doctissimus Autor, apud quos ea legi possent. Sic, cum de *Arenatione*, vel *Saburratione*, agitur, consulere potuisset, ut de aliis non dicamus, *Franci de Franckenau* doctissimam Commentationem *de Ψαμμισμῷ*. *Alumen* rupeum veteribus ignotum fuisse perhibetur, neque tamen exponitur, quo *Alumen* liquidum, rotundum, melinum, magni apud veteres usus, referri debeat. Unum modo addamus de potu *Chocolatæ*. Non enim invenimus, mentionem factam esse ejus medicatæ *Chocolatæ*, quæ, si recte meminimus, a celebri apud Parisienses Chymico, *Grossio*, in usum Ducis Aurelianensis ante viginti quinque circiter annos parata fuit, & nunc *Passii*, loco ob aquas medicatas claro, venditur. De quo argumento etiam est Dissertatiuncula *Hyac. Theod. Baroni* Parisiis A. 1739 habita, qua quæstio agitatur: *an Senibus Chocolatæ potus salutaris sit?* Ceterum, quod ad simplicia, sive composita, miramur, nihil ab Autore dici de *Alica*, de *Aqua ferrata*, de *Absinthiatis* veterum, de *Acharistis*, sive *Emplastris*, sive *Collyriis*, de *Athanasiis*, *Ascalabotis*, *Aceto* diasquillio, de *Arete*, epithematis specie, de *Empiastro Attalo* dicto, de *China Chinæ*, de *Cascarilla*, de *Antidoto*, χολικὴ dicta, & hujusmodi aliis numero non paucis. At forte non desiderarentur hæc, si vel *Nicolai Myrepsi* opus consulere visum fuisset *Riegero* doctissimo. Et, ut aliquam laudem meretur eo, quod, quibus quæque nominibus a Græcis, Francis, Anglis, Germanis, appellentur, indicavit, ita majorem meriturus fuisset, si synonyma, quantum potest, omnia addidisset, & conciliare adeo omnis ætatis ac generis scriptores de Materia medica studuisset. Quæ res quantam utilitatem habere debeat, non opus est dicere. Sunt tamen, ne videamur carpendi studio hic aliquid dedisse, ii quoque loci indicandi, in quibus multa utilia afferuntur. Tales sunt locus de *Aere*, de *Aceto*, *Acidulis*, *Ære*, *Antimonio*, *Arsenico*, *Auro*, & *Aqua*, etsi hic non adeo multa de *Aqua fontana* & *fluviatili*, ac nihil prorsus de *calida* usu in vulneribus & ulceribus, ad quæ jam est ab antiquissimis scriptoribus commendata, itemque de *tepida*, olim ad vomitum utili habita, proponantur. Legi etiam

cum

cum fructu possunt, quæ de *Cantharidibus*, *Calceo*, *Camphora*, *Cinnamomo*, & *Causticis* medicinis, habet, etsi de his, quantum ad varii generis abscessus aperiendos scalpello præstant, plura potuissent scitu digna ex recentioribus Chirurgicis scriptis, & aliquot Parisiensium quodlibetariis Disputationibus, allegari. Neque silentio est prætereundum, *Tom. I pag. 1069* ex avtographo afferri testimonium Notarii, quod vocat, de convenientia Essentiæ dulcis *Christiani Ernesti Kleinfeldi*, Medici Regiomontani, cum Essentia dulci Halensi, & *Tom. II pag. 54* etiam ex Avtographo proponi *Frid. Ruyschii* Methodum veram, qua præparantur, & ceu in statu vivo conservantur, cadavera humana. Jam efficiamus, ut, quo ordine omnia pertractata sint, intelligatur. Exemplum sit *Ambra grisea*, cujus primum descriptio datur, ubi inveniatur, quomodo legatur, & quæ sint bonitatis notæ, indicatur, deinde proponuntur variorum de natura *Ambræ* sententiæ; alii enim ad bitumen, alii ad naphtham, sulphur nativum, succinum, alii ad terras, imo ad gemmas, retulerunt; nec defuere, qui ad vegetabile regnum, imo ad animale, pertinere existimarunt. *Neumanni* vero sententia probatur, qui, bitumen esse, dixit, ad succinum proxime accedens, ejusque & aliorum experimenta allegantur, porro usus declaratur in odoribus conficiendis, & in medicina; possidere enim affirmatur vires stimulantes, calefacientes, hinc cardiacas, cephalicas, alexipharmacas, aphrodisiacas, denique quæ ex ea parantur, & quibus, quod ingreditur, nomen dat, medicinæ harumque usus exponuntur. Hæc de simplici medicina. In compositis qualis est, *Balsamum Locatelli*, ut rem exemplo illustremus, primo varii componendi parandique ejusmodi recensentur; hinc ex Ill. *Hofmanno* usus ejus in phthisi perfecta, ex Cl. *Schulzii* Prælectionibus quantitas, qua sumi solet, & quod ad contusiones, renum & vesicæ ulcera, neque minus ad ambusta, & vulnera, valeat, indicatur, & quali compositione *Bœrhaavius* ad vulnera pura uti solitus fuerit. Hoc unum, superest, ut addamus: nimirum in Præfationis fine legitur, hoc totum Opus jam ante triennium prelo subjectum fuisse, curaturum tamen Cl. Autorem, ut reliqui *Tomi* proxime edantur,

tur, &, cum eos prævideat non omnia comprehensuros esse effecturum certe, ut, quod desit, in Supplementis legi possit pariterque additurum ipsum in fine Operis Indices nominum quibus a Germanis, Anglis, aliisque gentibus, singula appellentur, nec non morborum, qui propositis medicinis vinci tollique possint.

PHILOSOPHIA PRACTICA UNIVERSALIS, Methodo scientifica pertractata. Pars posterior, praxin complectens, qua omnis praxeos moralis principia inconcussa ex ipsa animæ humanæ natura a priori demonstrantur. Autore CHRISTIANO WOLFIO, Pot. Suec. Regis, Hassiæ Landgravii, Consil. Regiminis, Mathemat. ac Philos. Profess. Primario in Acad. Marburgensi, Prof. Petropolitano honorario, Academiæ Reg. Scient. Parisinæ, Societatisque Reg. Britann. ac Borussicæ, Membro.

Veronæ, typis Dionysii Ramanzini, 1742, 4 maj.
Alph. 2 plag. 12.

Prodiit primum Francofurti & Lipsiæ, in Bibliopolio Rengeriano, 1739, 4.
Alph. 4 plag. 16.

Notatu digna est Dedicatio, quam Ill. Autor Operi præmisit. Inscripsit enim idem *Friderico Wilhelmo*, Regi Borussiæ, A. 1740 vita defuncto. Nemo est, qui nesciat, qualia fuerint fata Cel. Autoris Halæ, postquam per integros 17 annos Mathesin & Philosophiam ibidem cum invidendo applausu docuerat, & quod Rex Borussiæ, de innocentia ejus certus, lautissimis conditionibus oblatis, eum Halam revocaverit, quas tamen acceptare noluit, memor, quam honorifice exceptus fuerit a Serenissimo Hassiæ Landgravio, & quam commoda sibi sedes esset Marburgi sub protectione Potentissimi Suecorum Regis, qui, cum Serenissimo Parenti in terris Hassiacis succederet, gratiam, qua Noster antea usus fuerat, non imminuerat, sed auxerat.

Nec

Nec minus ubique percrebuit fama de testimonio innocentiæ, quod Autori perhibuerunt viri probatæ doctrinæ ac vitæ, postquam Rex Borussiæ ipsis examinandos dederat errores, eidem denuo imputatos ab adversario Halensi, & omni religione eos adstrinxerat ad animi sui sensa candide aperienda, tanquam rationem reddituros sententiæ suæ & Regi, & toti Ecclesiæ, & ipsi olim Deo. Cum vero malevoli non erubescerent omni animi contentione persuadere aliis, quasi Rex Borussiæ de *Wolfio* nunquam bene sensisset, nec unquam ipsi animus, eum Halam revocandi, fuisset; ut de veritate factorum posteritati constaret, Noster hæc omnia in Dedicatione recenset, ac publice Regi gratias agit; id quod Majestati ejus adeo placuit, ut eundem denuo in terras suas invitaret, & iteratis literis reditum in Academiam Halensem urgeret. Noluit tamen Noster Marburgum, sedem Musis suis adeo commodam, relinquere, donec tandem A. 1641 Rex Borussiæ, qui nunc sceptra tenet, a Potentissimo Sueciæ Rege impetraret, ut circa finem istius anni Halam redire ipsi liceret, ad munus Procancellariatus & Professionem Juris Naturæ ac Gentium atque Matheseos subeundum vocato, & dignitate Consiliarii intimi, cum salario bis mille imperialium, aucto. Hæc de fatis Ill. Autoris; veniamus ad ipsam tractationem.

Propositum est Cel. Autori, praxin Philosophiæ moralis ad principia generalia revocare. Monet enim in Præfatione, eam suis legibus adstringi, quas homo in determinandis actionibus suis violare nequit, & secundum quas agit, etiamsi eas ignoret, nec, quod eas observet, sibi conscius sit. Hac vero de causa praxin moralem a priori demonstrari posse ex ipsa hominis natura; id quod hactenus vel non agnitum, vel inter ea relatum sit, quæ sphæram intellectus nostri transcendunt. Quamobrem, hunc defectum ut suppleret Noster, nunc praxeos moralis principia generalia demonstrat, suo loco ac tempore praxin specialem inde derivaturus. In Philosophia practica universali enim quæ traduntur, ea loco notionum directricium esse in specialibus investigandis. Dividit autem totam tractationem in *quatuor Capita*, quorum *primo* agit de generali actionum humana-

rum directione, *secundo* de modo consequendi summum bonum & felicitatem terrestrem, *tertio* de custodia conscientiæ & culpæ vitandæ, *quarto* denique de conjectandis hominum moribus.

Cap. 1. Generalis actionum directio huc redit, ut actiones liberæ omnes cum inter se, tum cum naturalibus, consentiant, determinando actiones liberas per easdem rationes finales, per quas naturales determinantur, minime autem per diversas; quo ipso obtinetur, ut non modo actiones singulæ legi naturali reddantur conformes, verum etiam vita moralis, quæ *in complexu* actionum liberarum consistit, reddatur perfecta, & homo virtutem sincere colat, Deoque vivat. Ut vero etiam appareat, quomodo ad vitam perfectam pervenire detur, ideo porro demonstrat, quænam mentis acies ad hoc acquiratur, ut actionis cujuslibet cum fine ultimo nexum perspicere valeat, & quomodo ea acquiratur. Ostendit hic usum *systematis legum* naturalium, per quod intelligit eam ipsarum compactionem, qua omnes inter se connectuntur; ubi etiam ingenue docet, quomodo systema quodlibet doctrinarum condatur. Ostendit reliqua, quæ ad mentis illam aciem sibi comparandam requiruntur. Hinc porro inquirit, quid fieri debeat, ut fine quæsito potiamur, cumque demonstret, distinguendos esse casus in executione actionis possibiles, investiganda esse media, in quolibet casu ad finem via brevissima ducentia, detegenda esse impedimenta, quæ in unoquoque sese offerre possunt, & quærenda denique esse remedia, seu modum, impedimenta *ista* removendi, de hisce singulis prolixe agit. Quoniam casus determinantur per circumstantias, circumstantiæ autem vel ad actualitatem, vel ad moralitatem, actionis aliquid conferunt; hinc ampla enascitur tractatio de modo, quo quid in actualitatem actionis influere possit. Pertinet huc inprimis concursus ad actionem alterius, qui cum efficiat, ut facti alieni fiamus participes, idemque nobis imputetur, doctrina hæc non modo suum habet usum in praxi morali, verum etiam in Jure, quando de reparando damno, & communicatione pœnæ, agitur. Pertinet etiam huc tractatio de occasione, quæ in oblatione circumstantiarum favorabilium consistit, hoc est, earum, quæ faciunt

ut agens actu agat, vel actionem facilius & commodius absolvere possit. Ceterum, cum plerique homines sint empirici in agendo, alios imitantes, ideo Noster de imitatione quoque sibi agendum esse duxit, quam definit per conformationem actionis nostræ ad alienam, vel etiam præsentis ad præteritam propriam. Distinguit autem eandem in rationalem & empiricam, cum illa probetur, hæc sit improbanda.

In quonam summum bonum consistat, Ill. Autor jam docuit in *Parte prima Philosophiæ practicæ universalis*, ibidemque dicta hic supponit. Demonstrat itaque, eum, qui summum bonum consequi velit, vitæ perfectæ studere debere, consequenter omni animi contentione in id enitendum ipsi esse, ut actiones suas omnes quoad minima legi naturæ conformet. Requiritur hic ardor nil quidquam agendi, quod legi naturæ adversatur, quem Autor definit per actum, voluntatis cupiditate, & actum, noluntatis fuga vehemente, stipatum, ut adeo appetitus rationalis & sensitivus ad idem tendant. Docet autem, quomodo ardor iste accendatur, hoc est, in volente cupiditas, in nolente fuga, excitetur, ministerio aliorum affectuum. Actus voluntatis & noluntatis supponit cognitionem vivam; viva nimirum dicitur cognitio, quæ fit motivum voluntatis & noluntatis. Quamobrem prolixa nascitur tractatio de cognitione viva, quæ via demonstrationis acquiritur a priori, per exempla illustratur, & confirmatur a posteriori. Quænam hic sit exemplorum vis & experientiæ domesticæ, multis ostendit Noster, &, quinam sit fabularum usus, commonstrat. Agit etiam hoc loco de æmulatione, hoc est, studio, quod in eo collocatur, ut aliis pares, vel etiam superiores, evadamus. Cum in *Psychologia empirica* ostenderit, nullam dari volitionem, nullam nolitionem sine motivo, unde motiva petenda sint, & quomodo in casu particulari detegantur, immo quomodo pro diversitate subjectorum varianda sint, demonstrat. Si motiva agendi prævalent motivis non agendi, & contra, vel nulla prostat ratio in contrarium, ad propositum agendi, vel non agendi, adducimur; quando vero idem non subsequitur, non unam ob rationem contingit. Quodsi nulla ratio emergens, decretum & propositum in dubitationem

Cap. 2.

tationem adducat, nec ex proposito oriatur pugna inter partem superiorem ac inferiorem facultatis appetendi & aversandi; decretum exequimur. Subsistit autem propositum servandi legem naturæ, si ardor nil quidquam agendi, quod legi naturali adversum, nec quidquam omittendi, quod eidem conforme, conservetur. Ut vero idem exequaris, memor ejus semper sis, necesse est; quod quomodo obtineatur, apud Autorem legi potest. Usum insignem præbent cerimoniæ, quæ sunt signa eorum, quorum in executione propositi *alicujus meminisse* debemus. Atque hæc ratio est, cur Ill. Autor theoriam cerimoniarum dederit demonstratam, tam in iis dijudicandis, quam excogitandis, instituendis, ac reformandis, utilem. Monet Cel. Autor, Sinas optime pervidisse usum cerimoniarum in praxi morali, inter quorum libros classicos est etiam liber Rituum, hactenus in aliam linguam non translatus, *qua a nobis legi* posset. Ostendit etiam, quale nobis competat jus circa cerimonias vi legis naturalis. Impedimenta agendi legi naturæ convenienter oriuntur a sensu, imaginatione, & affectibus; quod quomodo fiat, a priori demonstrat Noster. Consistit autem in eo statu, quo homo sensuum, imaginationis, & affectuum, dominio subjicitur, servitus moralis, felicitati humanæ prorsus adversa, unde deducitur, tum vere liberum esse hominem, si voluntatem suam ad actiones legi naturæ conformes determinat, nec hanc libertatem confundendam esse cum licentia vivendi, determinatione actionum, prouti libet, nulla prorsus habita legis naturalis & divinæ ratione. Vincit homo se ipsum, si appetitus rationalis adversus aversationem sensitivam, & aversatio rationalis adversus appetitum sensitivum, prævalet. Unde nascitur arduum problema cum de dominio in sensus, imaginationem, atque affectus, acquirendo, tum de sensu & imaginatione ad consensum cum intellectu in repræsentando bono atque malo, ac appetitu sensitivo ad consensum cum rationali reducendo. Tanto apparatu præmisso, tandem solvitur problema de modo, quo ad vitam legi naturæ conformem vivendam adducamur, consequenter ad veram virtutem perveniamus, & summum bonum ac felicitatem consequamur.

Theoriam

Theoriam conscientiæ ac culpæ dedit Ill. Autor in *Parte prima Philosophiæ practicæ universalis*; in *altera* igitur addit ea, quæ ad praxin spectant. Docet itaque, quænam observanda sint, ut conscientia utamur recta, ut certa; quomodo tollantur scrupuli conscientiæ, quomodo morsibus ejus sit medendum, & quomodo iidem leniendi; quid fieri debeat, ut conscientia sit libera, tranquilla, nec somno obnoxia; quomodo denique custodiatur. Ad hanc custodiam requiritur etiam culpæ evitatio. Qua de causa Noster doctrinam de culpa evitanda cum illa de custodia conscientiæ conjungit. Quemadmodum vero variæ dantur culpæ species, quas cum cura a se invicem discrevit alibi; ita quoque hic non modo in genere docet, quænam ad culpam vitandam necessaria sint, sed & quæ ad vitandam unamquamque in specie requirantur. Cap. 3.

Hominum mores conjectandi duplicem modum præscribit. Cap. 4. Conjectare nimirum eosdem licet vel ex affectibus, seu passionibus animi, vel ex liberis quibuscunque actionibus. Per mores enim hominum intelligit modos constantes ac perpetuos, determinandi actus facultatum animæ, quatenus a libertate nostra pendent. Quamobrem, cum appetitus & facultas aversandi determinetur per motiva, quæ supponunt notiones generales boni ac mali, sive veri, sive apparentis, easque sive confusas, sive distinctas; hinc mores conjectare idem est, ac ex affectibus, quatenus in sensus incurrunt, & actionibus externis, determinationem generalem appetitus & aversationis quoad actiones certi generis vel speciei probabiliter saltem colligere. Quoniam vero ea, quæ in sensus incurrunt, & ex quibus generalis determinatio appetitus vel aversationis quoad actiones certi generis vel speciei ad mores requisita colligitur, sunt signa; ideo Autor monet, artem conjectandi hominum mores dici etiam Semioticam moralem. Atque hinc apparet, cur in Philosophia practica universali non nisi principia generalia hujus artis tradat; specialia enim in Philosophia morali, seu Ethica, suo tempore exhibebit. Ceterum, quando ex actionibus conjectura fieri debet, necesse est, ut sincera a simulata distinguatur. Quare Autor etiam de simulatione, dissimulatione, & prætextu

agit, ne quis in conjectando decipiatur. Prolixum nimis foret, si ad specialia descendere vellemus, quæ apud Autorem legi possunt. Illud tantummodo adhuc monemus, eum mores naturales, tam communes, quam proprios, ab adventitiis distinguere; ubi etiam distincta notione explicat, quid sit instinctus naturalis, quid inclinationes & reclinationes naturales, ac unde eædem oriantur. Postquam vero demonstravit, conformationem partium corporis, ac ceteras differentias, quæ in corporibus humanis observantur, inclinationibus & *reclinationibus* naturalibus respondere, a quibus pendent mores naturales; possibilitatem Physiognomiæ adstruit, ubi multum tribuit similitudini hominum cum brutis. Eam tamen huc usque parum excultam confitetur.

Ceterum vix prelum reliquerat *posterior Pars Philosophiæ universalis* Veronæ, cum anno superiore *mense* Martio tota officina libraria & typographia *Ramanziniana* ferali flamma consumeretur; ut adeo etiam hoc incendio interierint editiones nitidæ Operum philosophicorum *Wolfianorum*, una cum *Tomo primo* Elementorum Matheseos, nitide ac correcte impresso, figuris elegantibus ipsi textui insertis. Prodiit in Germania, præter *Philosophiam practicam*, *Pars* etiam *prima*, *secunda*, & *tertia*, Operis amplissimi *de Jure naturæ*, de quo proxime dicturi sumus.

NEVROPATHIA, SIVE DE MORBIS HYPOchondriacis & hystericis Libri III, Poema medicum. Cui præmittitur Dissertatio Epistolaris prosaica ejusdem argumenti, Autore MILCOLUMBO FLEMYNG, *Med. Doct.*

Amstelædami, apud Henricum Boussiere, 1741, 8 maj. Plag. $9\frac{1}{2}$.

Quare Doctissimus Autor de morbo hypochondriaco disserere instituerit, hæc præcipua fuit causa, quod ipsemet, cum gravioribus ejus symtomatibus aliquamdiu conflictatus, multam in eo perquirendo curam & operam, tum præstan-

ftantiffimorum fcriptorum lectione, tum meditatione & obfervatione practica, per duodecim & amplius annos collocavit, fibique nunc nonnulla, prætermiffa aliis, lectu tamen non prorfus indigna, effe traditurus videtur. Ad metri autem leges ea redegit, quod nemo ejusmodi quid tentavit adhuc, atque oratio vorfa fortius vividiusque, quam profa, movet lectorum animos, & quælibet iisdem præcepta altius infcribit. Ne quis vero de obfcuritate quadam & perplexa tractandi ratione conqueri haberet, brevem lucubrationem, quæ foluto fermone, eoque facili & fimpliciffimo, idem argumentum perfequeretur, præmittendam putavit. Malum hypochondriacum in viris, & Pag. vi
hyftericum in fœminis, unum effe idemque, cum aliis confentit, illiusque defcriptionem, qua ab aliis morbis omnibus diftingui queat, hanc exhibet: Morbus eft duratione longus & chroni- 1.
cus, ventriculum plerumque, & primæ coctionis fedes, mentem vero fenfusque internos ac fpiritus femper peculiari ritu afficiens, vitamque ipfam magis minusque infelicem, prout hoc vel illo fævit gradu, reddens, ita tamen comparatus, ut licet multiplici & fere infinita fymtomatum varietate affectis moleftiæ multum, tædiofæque ægrimoniæ, afferat, ac ipforum plerumque fententia plurimum periculi videatur intentare, re tamen vera tutior multo exiftat, quam malorum præ fe ferat magnitudo, in Britannia, quam alibi, frequentior. Quæ defcriptio an cognofcendo rite, difcernendoque ab aliis, huic morbo fufficiat, id eft, de quo nos valde dubitamus. Utriusque 9.
morbi unam eandemque naturam & rationem effe, unamque fedem primariam, videlicet cerebrum & nervos, inde oriundos, nervorumque liquidum, cum *Willifio* contendit pariter, atque exiftentiam fpirituum animalium a dubiis *Eduardi Stuart* 10 feq.
copiofius vindicat. Quoniam nervi a fuis fpiritibus animalibus 30 feq.
nutriuntur, omnes vero in corpore partes folidæ ex nervis compactis atque coagmentatis coalefcunt, hinc, quicquid compofitionem partium folidarum ingreditur, fuit ante in nervorum liquidis. Quæ cum terra conftent, oleo, aqua, ac fale quodam, animalibus proprio; utique hinc confequitur, fpiritus animales omnia hæc in fe continere principia, ac proinde velut

quintam esse sanguinis succorumque reliquorum essentiam, cujus vehiculum aqua est, purissima atque mobilissima, fluxu per vasa, quæ ex capacioribus gradatim angustissima, & super omnem imaginationem subtilia, evadunt, admodum attenuata, calore rarefacta, & vaporis potius, quam fluidi sensibilis, naturam referens, quæ simul imbuitur terra, oleo, & sale, jam dictis, itidem tenuissimis, maximeque elaboratis & subactis, & intime permixtis, neque ulla sensuum vi comprehendendis, antequam, propiorum canalium nutritione *peracta, in substan-*
33 seq. tiam solidam & consistentem fuerint conversa. Ad cognoscendam vero hujus mali naturam multum tribuit insignis illa, quæ inter cerebrum intercedit & ventriculum atque intestina, consensio, tum ex aliis, tum hoc inprimis indicio, perspicienda, quod, quo quis cogitat intentius, eo, ceteris paribus, ingestos cibos difficilius tardiusque concoquere *solet*, & contra, quo quis animum a graviori cogitatione liberum magis habet, eo felicius citiusque alimentorum digestio procedit. Unde fit verisimile, spiritus animales non cotemnendum in ciborum concoctione præstare officium, in capite autem intensa meditatione retentos, in ventriculum atque intestina minus influe-
34. re, ut concoctio hinc imperfecta & tarda evadat. Et videntur profecto naturali lege spiritus animales in ventriculi & intestinorum cava per nervos, qui suis emissariis nerveam illorum tunicam penetrant, eructari, ut per istos, novis ingestis, haud parva copia permixtos, juvetur coctio, chylo concilietur fluor, ipsique spiritus, cum chylo in sanguinem delati, cerebro ac ner-
36 seq. vis, quodam velut circulo, reddantur. Posita igitur universi nervorum systematis debilitate, si chylus & proinde sanguis ab imperfecta alimentorum coctione in primis viis crudior jugiter conflatus in venas admittatur, liquida, quæ in minimis feruntur vasculis, quæcunque ea demum fuerint, & quocunque appellentur nomine, quos Noster spiritus vocat, & nervorum cava penetrare credit, aquea nimis & tenuia, principiisque animalibus paucioribus prædita, ac proinde effœta, nimis mobi-
50. lia, ac facile dissipanda, evadent. Ipsa proinde omnis morbi hypochondriaci atque hysterici natura consistit in laxa cerebri ac nervo-

nervorum debilitate, in aquea nimis paupere & effœta, minus mobili, nimisque fugaci & dissipanda spirituum animalium indole, depravata alimentorum in primis viis coctione, succorum cruditate, viscerum, chylo faciendo inservientium, ipsiusque cerebri, obstructionibus, ab inæquali liquidorum per multiplices canalium series propulsione exortis. Ut vero hæc vitia connectuntur inter se & concatenantur; ita labente tempore quasi per circulum augentur, & in pejus eunt omnia, donec morbus ad ἀκμὴν pervenit. Accedit etiam utplurimum Pag. 54 qualiscunque succorum acrimonia, ex spontanea degeneratione seq. propter ingesta imperfecte animali naturæ assimilata, & quæ propriam adhuc indolem nimium retinent, enata. Ex his rationibus quædam horum morborum proprietates, eorundem naturam maxime illustrantes, sigillatim explicantur, quare scilicet hypochondriacos, & hystericas, si confirmata fuerit labes, morbi acuti, sive epidemii, sive intermittentes, rarius aggrediantur; quare, si morbus febrilis nervorum debilitate laborantes invaserit, feliciterque superetur, cerebrum & nervos firmiores plerumque, quam prius fuerant, relinquat, morbumque priorem vel tollat, vel minuat, eoque potentius benignum illum effectum producat, quo acrior fuerit & vehementior; quare hi morbi cum ætate sponte fugiant, consenescentesque deserant, &, quando id fit, quare homines, ita liberati, cruda viridique senectute postmodum fruantur, & longævi plerumque evadant. His præmissis, sensus ipsius Carminis heroici planior redditur atque facilior. Ipsemet Autor se *Lucretii* fatetur imitari exemplum, quem sublimem, nervosum, uberem, dulcissimumque vatum, appellat. Et nos consentimus omnino, ejus versibus hos ipsos nostri Autoris esse admodum similes, nec in eo ab illorum indole recedere, quod sæpenumero parum suaves, & leviter profluentes, sed aliquantum horriduli, esse vel primo conspectu intelligantur. Omne Carmen in *tres* divisum est *Libros*, quorum *primus secundusque* morbi causas, naturam, & proprietates, exitusque, *tertius* autem medendi rationem, persequitur. Speciminis loco ex *Libro tertio* eos versiculos, quibus de usu remediorum emeticorum & catharticorum,

Margin: 56. (beside "naturam maxime illustrantes"), 57. (beside "grediantur; quare"), 60. (beside "deserant").

 corum,

corum, in his morbis præcipit, afferemus. Ita vero, post con-
Pag. 54. stitutas medendi leges, de istis mentem suam explicat:

Ventriculum cura inprimis; hoc viscere læso
Non salubres facile humores in corpore fiunt;
Non vigeant stabiles, animalia robora, nervi.
Quem si, ut multoties contingit, fœda saburra
Oblinat, aut acidi succi, aut lentæ pituitæ,
Plurimaque hoc morbo vexatis semper abundat,
Aut alius pepsi infestus forte obruat humor;
Tum stibio irritans acri, radice vel Inda
Sæpius expurga verrens, vomitumque cieto.
Inde aloe pura, & gummi solventibus ipsum.
Intestinorum teretem tostumque canalem
Eluito, & caute repetitis dosibus insta,
Nempe viæ ut primæ chyli ductusque alimenti
Emundentur, & in venas iter expediatur.
Ast turbas, vomitu factas, alvumque movendo,
Tempestive opio prudens lenire memento.

JO. GUIL. MARCKARTI PROBABILIA RECEptarum Lectionum Juris Civilis.
Pars II.

Trajecti ad Rhenum, apud Guil. Kroon, 1738, 8.
Plag. 13.

Diximus jam *Mense Julio Anni* superioris de *priori Parte* libri hujus elegantis, qui doctissimum *Marckartum* Autorem habet. Gratum fore Lectoribus nostris, opinamur, si & de *altera* hac *Sectione* vel brevissimis dixerimus. Leges Romani Juris, quas, adhibita arte critica, sub examen revocavit Clarissimus *Marckartus*, sunt ordine sequentes: *l. 37 §. 1 D. de Relig. & Sumt. Funer.; l. 34 D. de Legibus; l. 1 D. de Donat. inter vir. & uxor.; l. 2 D. Qui & a quibus manum.; l. 2 C. de Sepulcro violato; l. 25 §. 2 D. de Acquir. vel amitt. possess.; l. 1 §. 2 D. de Rer permut.; l. 17 C. de Fide instrument.; l. 8 pr. D. de Peric. & commod. rei vend.; l. 42 pr. D. de Procurat.; l. 7 §. 8 D. de Injuriis; l. 4 I. de Nuptiis; l. 3 pr. D. ad Exhibendum; l. 5 D. de Transact.; l. 197 D. de R. J.; l. 1 C. de Quæstionibus; l. 35 §*

2 D

2. D. de Procurat.; *l. 177 §. 1 D. de R. J.*; *l. 16 C. de Nuptiis*; *l. 17 D. de Sponsalibus*; *l. 21 l. de rer. divisione*; *l. 39 D. de Ritu nuptiar.*; *l. 54 eodem*; *l. 4 §. 1 D. de Usu & habit.*; *l. 79 §. 1 D. de V. S.*; *l. 2 pr. D. de Pactis*; *l. 2 §. 1 D. de Procurat.*; *l. 15 D. de in jus vocando*; *l. 60 § 6 D. Locati*; *l. 52 § 3 D. pro Socio*; *l. 7 §. 2 D. Quib. mod. pign. vel hypoth. solvitur*; *l. 5 D. de Prævaric.*; *l. 35 §. 9 D. Ex quibus causis major*; *l. 29 D. de Admin. & peric. tutorum*; *l. 24 §. 5 D. Soluti matrim.*; *l. 4 C. de Testam. tutor.*; *l. 43 §. 10 D. de Furtis*; *l. 7 pr. D. de Jurisdict.*; *l. 2 C. de his, qui accus. non possunt*; *l. 5 pr. D. Ex quibus causis majores*; *l. 3 D. de Divort. & repud.*; *l. 9 D. de Officio Præsidis*; *l. 1 §. 1 D. de Bonor. possess. sec. tabulas*; *l. 1 §. 21 D. de Acquir. vel amitt. possess.*; *l. 1 § 4 D. Depositi*; *l. 35, 36, D. pro Socio*; *l. 33 pr. D. de Usuris*; *l. 12 §. 1 D. de Legatis I*; *l. 29 D. de his, qui not. infamia*; *l. 99 D. de Solutionibus*; *l. 18 D. ad Exhibendum*; *l. 8 D. de Tutelis*; *l. 7 pr. D. de Capit. minut.*; *l. 3 §. 1 D. de Sepulcro violato.* Adscripsimus has Leges omnes ideo, ut Lector curiosus facile animadvertere possit, quænam inter illas usibus ipsius apta videatur. Judicii acumen & doctrina Autoris vel ex duobus speciminibus elucebit. *Pag. 15* disquiritur, num in *l. 2 C. de Sepulcro violato* recte mentio fiat servi. Ita enim prima Legis verba: *Si servus* in demoliendis sepulcris fuerit deprehensus, &c. Græci, *Basilicorum Lib. LX Tit. 23* dictam Legem de verbo ad verbum vertentes, his usi sunt voce *οἰκέτης*. *Muretus* autem *Cap 2 Observat. Juris*, spreta Græcorum autoritate, legere mavult: *Si quis* in demoliendis sepulcris. Argumenta ejus non levia esse, profitetur Clariss Autor. Primum enim ait *Muretus*, vocem *dominus*, quæ in Lege occurrit, non esse accipiendam de domino servi, sed potius de domino sepulcri; deinde relegationem, de qua in sequentibus Legis verbis dicitur, non esse pœnam servorum, quippe quibus relegatione tribuatur potius beneficium; denique in *l. 1 C. Theod. de Sepulcro violato*, quæ in Codicem Justinianeum transiit, similiter legi *Si quis.* Nihilo tamen minus aliam fovet doctissimus *Marckartus* sententiam; &, cum omnis eo quæstio redeat, an relegatio

gatio servilis pœna fuerit, eleganter docet, relegationem in servis non eum quidem habuisse effectum, quem in liberis personis habebat, fuisse tamen pœnam, tantumque abesse, ut pro manumissione, aut remissione servitutis, eadem fuerit, ut omnino servi a dominis offensis in villam *quasi* relegarentur, secundum *l. 35 §. 3 D. de Hæred. instituend.* & relegati molestam servirent servitutem. Et hanc quidem privatam fuisse relegationem. Sed injungere etiam domino nonnunquam consuevisse magistratum, ut servum relegaret; teste *Suetonio in Aug. Cap. 24. Pag. 89* expenditur *l. 52 §. 3 D. pro Socio*, ubi hæc: *Damna, quæ imprudentibus accidunt, hoc est, damna fatalia, socii non coguntur præstare.* Errorem esse, putarunt Critici, in voce *imprudentibus. Franc.* igitur *Hottomanus Observ. Lib. IV Cap. 16* plane reponendum esse censuit *prudentibus. Gilbert. Regius Enantioph. Cap. 20*, ita etiam in quibusdam Codicibus legi, testatur, maluit tamen *imprudentes* hic interpretari ut *prudentes*, quam mutare quidquam. Dura sane expositio, quam improbavit jam olim Illustris *Bynkershœkius Lib. II Observ. 10*, qui longe probabilius conjicit, olim scriptum fuisse *inprudentibus*, una & continua voce, quæ si separetur, plana erit Legis & sententia & locutio. Aliter *van de Water Observ. Lib. I Cap. 6.* ubi suspicatur, exaratum antiquitus fuisse *em prudentibus*, & *em* per compendium pro *etiam* positum. Clariss. Autor opinatur, *Ulpianum* discessisse hic ab *imprudentis* notione juridica, & grammaticam tantum in mente habuisse, quo sensu *imprudens* & *insciens* synonyma sunt; ideoque, quia id illi exciderat, quasi se ipse corrigeret, statim subjecisse: *hoc est, damna fatalia*, ne scilicet voci usitata & juridica illa notio adscriberetur. Nos ceteroquin non possumus non doctissimi *Marckarti* diligentiam iterum de meliori commendare, eundemque, ut in illustranda Jurisprudentia strenue pergat, quam fieri potest, humanissime cohortari.

SYNOPSIS UNIVERSÆ PHILOLOGIÆ, IN QUA miranda unitas & harmonia Linguarum totius orbis terrarum occulta e literarum, syllabarum, vocumque natur-

natura & recessibus eruitur; cum Grammatica Linguarum orientalium harmonica, synoptice tractata; nec non descriptione orbis terrarum quoad linguarum situm & propagationem, Mappisque geographico-polyglottis. In gloriam linguarum conditoris, usumque tam exegeticum, quam scholasticum, quo linguæ a studiosa juventute breviori negotio disci, emphasesque vocum uberiori messe colligi, possint, adornata a GODOFREDO HENSELIO, Scholæ A. C. apud Hirschb. Rectore.

Norimbergæ, in commissis apud hæredes Homannianos, 1741, 8. Alph. 1 plag. 9, cum Mappis geographicis 4, atque aliis tam figuris, quam scripturis, æri, peculiaribus in foliis, incisis.

Quam improbandum est, rebus relictis, in verbis consenescere; tam utile, tam conveniens tamen homini erudito, linguarum studium jure poterit suo censeri. Laudabile itaque institutum secutus est Clarissimus hujus libri Autor, dum utili dulce, ad illarum etiam cognitionem, diversitatem, consensionem præsertim, quod attinet, miscere tam ingeniose voluit. Non quidem omnino primus est, qui consensum linguarum in tanta diversitate scrutatur. Adolescens jam, cum in Lyceo Gorlicensi literis operam navaret, librum vidit, qui ad simile quidquam suscipiendum, atque rem omnino altius tractandam, ipsum concitavit. Est ille inscriptus: *La Reunion des Langues, ou l' Art, de les apprendre toutes, par une seule. Autheur* P. Besnier. Cum hoc scripto deinceps conjunxit *Neumanniana* atque *Læscheriana*, ex quibus perlectis facile intellexit, latere omnino in linguis, præter convenientiam externam, adhuc aliud quid magis harmonicum, quo linguæ omnes ἐμφατικῶς conspirent in unam. Neque tamen ideo Iliada hoc loco post *Homerum* scribit; quippe cum *Neumanniana* opinio de literarum Ebraicarum hieroglyphica significatione ansam saltem ipsi præbuerit ulterius progrediendi, & a cortice figuræ externæ in interiora, ut loquitur, universæ Philologiæ penetrandi. Dividit autem institutum suum in *Sectiones* & *Capita*. Ita *Se-*

 ctione I

Sect. I generaliori argumento de linguarum unione & harmonia mutua in universum, tractatur. Hic *primo* agitur de origine linguae vocisque humanae in genere, modoque atque rationis convenientia ac [illegible] significandi. Definitur lingua, sive vox humana, quod sit sonus animalis articulatus, a gutture ex percussione [illegible] aëris, formatus, animique conceptus [illegible] producens. Atque hac occasione duae propositiones, quae per se satis manifestae, stabiliuntur. Altera est: Inventor linguae humanae Deus est, sive emphaticum quid, prorsusque divinum; altera vero: Voces linguarum non sine ratione formantur, sunt & ratiocinantis quasi liberrime, ac pro suo quasi arbitrio, eruuntur. His [illegible] *Caput secundum*, quod ortum diversitatis linguarum considerat, sic [illegible]. Quarum prior est: Linguarum inversiones certis naturae legibus, [illegible], & non nisi [illegible] fiunt; posterior autem: Non difficile est, vocum recentiorum origines ex veteribus, transpositione, permutatione, detractione, & additione literarum quarundam, investigando adinvenire. [illegible] autem [illegible] proponuntur atque illustrantur, quod in tabella, [illegible] exemplis, ad [illegible] Cel. [illegible], ut [illegible], ut [illegible] linguae [illegible] communes ([illegible] secundum singulas voces [illegible] peculiares, atque [illegible] &, pro diversis temporibus ac populis, [illegible] linguae [illegible] diversa. *Caput* autem *tertium*, de [illegible] & harmonia linguarum occupatur, quatenus [illegible] proposito [illegible]. Latet in linguis omnibus humanis harmonia quaedam, qua invicem conspirant, & quasi in unum conveniunt. *Sectio II* [illegible] de literis earumque usu & [illegible]. [illegible] agitur de literis [illegible], sive [illegible] alphabeti, de pictis, sive hieroglyphicis, vel de antiquissima scribendi ratione per imagunculas, de literis scriptis, sive [illegible], & proprie sic dictis, deque earum origine divina & propagatione per orbem terrarum; eademque de literis [illegible], sive de literarum [illegible], in natura fundatis, earumque valore [illegible]. Eaque data occasione literae Ebraeae, Graecae, Latinae, Germanicae linguae proferuntur, atque elegantissime explicantur. [illegible] annectitur aliud *Caput*, de [illegible] atque [illegible], Ebraeorum, Graecorum, aliorumque gen-

tium. Accentuum nomine vocantur ſigna iſta literaria, quæ proprie ſonum vocalem non habent; ſed notæ ſunt toni, moræ, conjunctionis, diviſionis, atque modulationis, & hunc in finem vocibus ſcriptis adduntur. Nimirum muſicum etiam accentus, nominatim Ebraici, uſum exhibent; quod fuſius demonſtrat Cl. Autor, qui & de uſu atque origine accentuum Græcorum accurate diſputat; neque Latinorum hic antiquiorum, ut & aliarum gentium, conſuetudines tacet. *Sectio III* agit de ſyllabis, earumque compoſitione & variatione in linguis; ejusque *Caput I* tractat literarum compoſitionem emphaticam, aut formationem ſyllabarum & flexionem per partes orationis: ubi ſingulatim diverſa ſyllabarum genera & moræ, ſecundum principia *Danziana*, luſtrantur. *Caput II* ſiſtit ſynopſin Grammaticæ harmonicæ linguarum, Ebrææ, Chaldææ, Syriacæ, Arabicæ, Æthiopicæ, Copticæ, & Græcæ. Hic per omnes partes orationis itur, eædemque, tabulis ſynopticis æri inciſis, omnes adduntur. *Caput III* de harmonia ſyllabarum, ſecundum quantitatem poeticam, ſingulatim etiam de poeſi Ebræorum ſacra, quæſtionem proponit. In tres hic potiſſimum ſententias abeunt eruditi. Sunt, qui putant, nullam fuiſſe unquam poeſin metricam, nec etiam eſſe potuiſſe, quos inter *Joſ. Scaliger*, *Sam. Bohlius*, & *Matthias Waſmuthius*; alii metricam quidem concedunt, ſed vel inde terminatam atque incertam faciunt, vel certam ac determinatam; neque demum deſunt ſtatuentes, divinari quidem poſſe hodie, qualis in genere fuerit forma & ratio poeſeos Ebræorum, nempe metrica, in ſenſu latiori ſic dicta, intimam tamen ejus & ſpecialem formam determinare, ſeu deſcribere, hodie nemini eſſe integrum; cui quidem ſententiæ ipſe Autor noſter, poſt *Auguſtum Pfeifferum*, *Ol. Borrichium*, *Gerb. Jo. Voſſium*, *Sal. van Till*, *Jo. Conr. Danhauerum*, *Jo. Georg. Dorſchæum*, *Jo. Fechtium*, & alios multos, calculum adjecit. *Sectio IV* de vocabulorum in diverſiſſimis linguis conſenſione interna, ex literis & ſyllabis emphatica, doctrinas inſtillat. Et quidem *Capite primo* de occulta vocabulorum conſenſione in diverſis linguis emphatica agitur. Sic, verbi gratia, inter vocabula אָח, ἀδελφὸς, *frater*, *Bruder*, conſenſionem in receſſu ſyllabarumque valore quærit; docens quippe, vocabulum Ebræum aliquid (halitu) extruſum, & produ-

 ctum,

ctum, in conjunctione sibi (lingua versus palatum alligata) ar-ctissima denotare. Ideo quod sit frater unius mecum originis, mihique arctissime & natura & affectu (de jure) junctus. Reliqua vocabula conjunctum quid pariter indigitare. Siquidem *f*, *b*, literæ sint, quæ combinatis labiis efferantur, & sic etiam hujus naturæ syllabam efficiant. Itaque secundum prolationem hæc vocabula quidquam arcte conjunctum, unius derivationis atque interni affectus, denotare, quod etiam *Morbofius* observarit. *Capite II* agitur de miranda symmetria linguarum, & regulis, sive legibus, secundum quas Deus sapientissime familias vocum procreari, linguasque immutari, jusserit. Quibus observatis, magna copia vocabulorum, in quavis lingua, comparari potest. *Capite III* de præcipuis idiotismis vocabulorum & linguarum orientalium, in usum exegetico-*biblicum*, *nempe* de pleonasmo, ellipsi, enallage, significationum varietate, differitur. *Sectio V* agit de Geographia philologica, sive dispersione & propagatione linguarum per orbem terrarum, vel de orbe polyglotto; & quidem singulatim 1) de linguis Asiaticis, prosapiam linguarum orientalium, ex primitiva prognatam, & Semitarum potissimum vernaculas, discutiendo; 2) de linguis Africanis, prosapiam linguarum meridionalium, & potissimum Chamitarum vernaculas, sistendo; 3) de linguis Europæis, prosapiam linguarum occidentalium cum cognatis septentrionalibus, in posteritate *Japheti*, considerando: ubi inter alia linguæ Persicæ sororia cum Germanica affinitas ostenditur; et 4) de linguis Americanis populorum in novo orbe, incertæ originis. Sæpius ingenium magis elucet, quam qualiscunque demum certitudo. Sed ea etiam est Vir doctissimus modestia, ut, quæ profert, obtrudat nemini. Nonnulla, de remotissimis linguis literis saltem Latinis secundum pronuntiationem, ob defectum in typographia literarum istarum, exprimere coactus fuit. E tamen id facilius fecit, quo magis ipse quondam Cel. *Leibnitius* in Otio Hannoverano desideravit, ut voces orienta in gratiam tironum, literis Latinis exprimerentur, donec magis assuefacti literas proprias addere discerent. Cumque idem ille Vir summus optarit, ut in Geographia philologica regio dividantur per linguas, hæque in chartis notentur; hoc et consilium Noster diligenter secutus est.

L' I

L' ENLEVEMENT D' HELENE &c. id est, *HELENÆ RAPTUS ET SUBDUCTIO, POEMA de Græco COLUTHI traductum, cum Animadversionibus.*

Parisiis, apud Jo. Franc. Robastellum, 1742, 12.
Plag. 3½.

Coluthus, ut *Fabricius* memorat, e Lycopoli, Thebaidos in Ægypto civitate, ortus, clarus sub Imperatore *Anastasio*, qui A. C. 518 obiit, præter Καλυδωνικῶν Libros VI, Ἐγκώμια versibus heroïs, & Περσικὰ, quæ omnia, commemorata quidem a *Suida*, injuria temporis perierunt, scripsit Ἑλένης ἁρπαγὴν, Poema heroum, versibus 384 compositum, ac repertum in Calabria a *Bessarione*, patre purpurato. Hoc ipsum Poema est, quod, post varias variorum editiones, & post Anglicam Germanicamque versionem, Gallico nunc habitu indutum, ac simul in pedestrem orationem conversum, apparet. In eo, docente id Præfatione, conveniunt præcipui literati, quod satis hoc in Carmine reperiatur eruditionis, quod stilus ejus sit bene comparatus, quodque nec florido destitutum sit genere dicendi. At sunt etiam, qui huic Carmini parum pretii statuerunt. *Bailletus* versificatorem habet *Coluthum*, ac *Suidæ* sese testimonio munit, licet hujus verba sensum contineant longe alium. *Rapinus* deinde & rem carpit, & stilum frigidum languidumque appellat. Verum enim vero reprehendit, jure quodam suo, nasum ac severitatem horum Criticorum Interpres noster. Tantum igitur abest, ut hac ratione deterritus fuerit ab instituto, ut magni nominis virorum, qui de *Colutho* bene meruerunt, exemplum sequatur. Inter editiones eam præcipue commendavit, quæ a *Mich. Neandro* in Opere ipsius aureo, ac *Tomo* quidem *secundo*, exhibita fuit. Præterea commemorat, *Læscherum* editionem ceteris omnibus exactiorem atque ampliorem præparasse, eandemque Scholiis Græcis, lectionibus variantibus, observationibus philologicis, Glossario Græco, illustrare voluisse. Scriptum est Poema dialecto Ionica, in Asia atque in insulis usitata. Sed nos potius ad limatissimas Notas properamus. Spectant illæ partim historiam, partim antiquitates,

partim mythologiam. Non abs re fuerit, per lancem quasi saturam quasdam proposuisse. Ad historiam pertinent e. g. *pag. 43* observatio, cui ansam dedit *Cœlius Rhodiginus Lect. antiq. Lib. X Cap. 59*, judicium *Paridis* ita nonnunquam explicari, ut princeps ille juventutis, post insignes in literarum studiis factas progressiones, orationem habuerit, canticumque consignarit in honorem *Veneris*, ubi quidem isti Deæ prærogativam concesserit præ *Junone* atque *Minerva*; item quæ *pag. 46 ex Herodoti Lib. VII Cap. 109* observantur; & *pag. 50*, ubi, Terapneam, Laconicæ urbem, etiam Teramneam dictam fuisse, ibidemque *Helenam* & *Menelaum* fuisse sepultos, commemoratur; denique *pag. 56 seq.* ubi, nomen Argivorum, quo Græcos subinde designat *Homerus*, ab Argis, ob urbis celebritatem, deductum fuisse, docetur. At enim potest etiam ideo dictum esse, quoniam *urbs illa nobilis* Achajæ plurimorum fortissimorum hominum patria exstitit; quo & nomine celebratur a *Pindaro Nemeon Od. X.* Avide enim Græci fortium virorum laudem capiebant, unde &, ἀρίστους ac βελτίστους optimos esse, arbitrabantur. Sed in medio illud relinquimus, haud spernendam potius animadversionem, ad antiquitates quæ referri poterit, quamque *pag. 24* reperimus, addituri. Significat illa, malum apud antiquos signum fuisse amoris; unde recens maritus cotoneum malum nuptæ donaverit, idque lege etiam *Solonis* fuerit ordinatum. Hinc malo *Acontium* amorem indicasse erga *Cydippen Ovid. Her. XX.* Hinc & *Virgilius* in *Bucolicis*: *Malo me Galatea petit lasciva puella*, & *Aurea mala decem misi, cras altera mittam.* Sed potiorem inter observationes Anonymi nostri partem constituunt mythologicæ. Ibi discimus e. g. *pag. 14*, quod Phrygiæ fluvius *Xanthus* solus inter fluvios sit, *Jovis* qui filius habeatur, quodque illum Dii quidem *Xanthum*, homines autem *Scamandrum*, appellarint; *pag. 17*, quod *Harmonia* filia fuerit *Martis* ac *Veneris*, nupserit deinde *Cadmo*, inque leænam fuerit conversa, ut in leonem maritus; *pag. 18*, quod *Tytanes* fuerint filii *Cœli* & *Terræ*, ac dicti *Oceanus*, *Coeus*, *Hyperion*, *Crius*, *Japetus*, & *Saturnus*; *pag. 23*, quod *Hesperides* fuerint filiæ *Hesperi* ac neptes *Atlantis*, Mauritaniæ Regis, quodque nonnulli præ se ferant, draconem, aurea mala illarum custodientem, fuisse pastorem, qui oves ipsarum paverit, quæ aureæ dicantur, quod in iis ipsis

maximæ

maximæ tunc divitiæ constiterint, dum μύλον & *pomum* indicet & *gregem*; fuisse autem Hesperides *Æglam*, *Arethusam*, & *Hespertbusam*. Atque tali se modo habent plurimæ, quas contextui subjectas invenimus, animadversiones, ut adeo ex ungue leonem cognovisse sufficiat.

INDEX SCRIPTORUM EDITORUM ET edendorum a JULIO CAROLO SCHLÆGERO, Philologiæ Græcæ & orientalis in Academia Julia Professore Ordinario.

Helmæstadii, ex officina Drimborniana, 1742, 4. Plag. 1½.

In tres Index iste partes dividitur, quarum prima jam edita complectitur, altera elaborata & propediem edenda, tertia vero affecta, & horis succisivis perficienda. Libri, a Celeberrimo illo Viro jam editi, notiores sunt, quam ut enarratione nostra indigeant; nondum prorsus elaborati votum præsertim exigere videntur, ut vires supremum Numen largiatur ad perfectionem necessarias, atque adeo periculum ab orbe literato avertat, quod sæpius jam expertus est, casibus literatorum ingemiscens, ac spei, citius conceptæ, vanitatem deplorans. Sed media Indicis pars nostram nominatim animadversionem meretur; quod isti sunt libri, quorum de publicatione multo sumus, non sine causa, securiores Pertinent autem eo 1) Dissertatio *de Vestibus veterum pellucidis*, ad illustrandum *Es III*, 23; 2) *Historia litis de Medicorum, apud veteres Romanos degentium, conditione*, iterum, sed emendatior & longe locupletior, edenda; 3) *Dissertationum rariorum de Antiquitatibus sacris & profanis Fasciculus secundus.* Præter Indices necessarios accedet, loco Præfationis, Schediasma de jure cælibatus apud Lacedæmonios. Hic *Fasciculus*, quem complures sequentur, sistit a) *Jo. Phil. Casselii* Dissert. *de templo Oniæ Heliopolitano*, cum aliquot Celeberrimi Autoris accessionibus recudendam; b) *Gustav. Peringerum de Zabiis*; c) *Jo. Henr. Maji*, Filii, Diss. *de Zabiis*; d) *Jerem. Lossium de Epispasmo Judaico*; e) *Andr Rivinum de Petalismo Syracusanorum*; f) *Jo Reiskii* Programma, *quo nimbum divinum ex veteribus commentatur*; & g) *Joach Kuhnium de Lotionibus & balneis Græcorum.* 4) *Antiquitatum gentis Hebrææ sacrarum civilium, & domesticarum, brevis delineatio*, in usum auditorum. 5) *Chrestomathia Chaldaico-Rabbinico-Talmudica*, in usum Collegii Rabbinici. Libelli, quos hæc *Chrestomathia* complectitur

plectitur, sunt a) *Brevis, sed perspicua, Introductio in lectionem scriptorum Rabbinicorum & Talmudicorum;* b) *Jonathanis Usielidis Paraphrasis in vaticinia Jonæ;* c) *R. Salomonis Ben Melech, R. Salomonis Jarchi, & R. Davidis Kimchi, in eundem Prophetam Commentarii;* d) *R. Isaac. Abarbanelis* Dissertatio *de pœna excidii*, excerpta ex ejus *Commentario ad Num. XV, 30;* e) *R. Mosis Maimonidis* Tract. *de Regibus & bellis;* f) Tractatus Mischnicus, qui inscribitur אבותפרקי, *capitula patrum;* & g) חלק, sive *Cap. 11* Codicis Gemarici de *Synedriis.* 6) Commentariolus *de veterum Hebræorum, Græcorum, & Romanorum, obstetricibus*, quo bene multa scriptorum, tam sacrorum, quam profanorum, loca partim illustrantur, partim explicantur. 7) Commentatio *de fatis Judæorum, Romæ degentium, sub Seculi post* C. N. *primi Imperatoribus*, ad illustranda varia sacræ Romanæque historiæ capita. 8) *Utilitatis, quam penitior rerum Judaicarum peritia juris peritis præbere potest, specimen.* 9) *Summa veteris Palæstinæ fertilitas a Jo. Tolandi, ejusque assectarum, calumniis, numorum veterum auxilio, vindicata.* 10) Dissertatio *de Numismatum veterum apud veteres usu extraordinario.* 11) *Inscriptiones Judæorum Græcæ & Latinæ, justo Commentario illustratæ.* In fine, ob raritatem præstantiamque, accedunt: *Monumenta antiqua Judaica, Augustæ Vindel. reperta & enarrata,* studio *Matth. Frid. Beckii.* 12) *Pan, tutelare pastorum numen, urbis Phenei, in Arcadia quondam percelebris, symbolum.* 13) *Bibliotheca supellectilis antiquariæ, sive recensio Autorum, qui de Numis, gemmis, marmoribus, ponderibus, & mensuris antiquis, sunt commentati*, cum Indice triplici, per nationes, rerum classes, & secundum ordinem chronologicum, digesto. 14) *Mœris Atticista de vocibus Atticis & Hellenicis,* cum pluribus MStis Codicibus, illis inprimis, qui in Bibliotheca Christianissimi Galliarum Regis, nec non Coisliniana, Lutetiæ Parisiorum asservantur, collatus. Adjectæ sunt integræ virorum eruditorum Notæ, tam editæ, quam ineditæ. 15) *De Diis hominibusque Servatoribus, ex numis & marmoribus vetustis, Libri duo. Liber prior*, jam antea editus, Deos Principesque, qui usque ad medium Seculum post C. N. primum floruerunt, & Servatoris titulo fuerunt insigniti, majori, quam tunc factum est, numero sistit, variaque Epistolarum *Paulinarum* loca illustrat. *Posteriori* vero, qui Imperatores aliosque primariæ dignitatis viros, eodem encomio, post illud tempus, condecoratos, enumerat, complura historiæ Romanæ aliarumque gentium momenta explicantur. 16) *Convenientia sermonis Hebraici & Attici.* 17) *Hebraicarum & Atticarum legum collatio.* 18) *Ritus sacri & domestici, quos Athenienses cum Judæis communes habuerunt.* 19) Schediasma *de Mohammedanorum circumcisione.* 20) *Historia critica jurisjurandi Judaici, in Christianorum foro dati.* Vel nudi harum Commentationum tituli sitim excitant eruditorum insignem, atque efficiunt, ut non modo editas illas, sed & quamprimum edendas, omnibus votis desideremus.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Septembris Anno MDCCXLIII.

Pars I.

CHRONOLOGIA UNIVERSALISSIMA, PRÆTER doctrinæ temporum epidicticæ ac practicæ traditionem, omnium & singulorum annorum seriem a principio rerum ac temporum usque ad ingressum æternitatis methodice complectens, atque celebriorum quarumlibet Æra-rum computos annorum expansos distincte exhibens, nec non aphoristicam omnium historiarum, rerumque per singulos annos gestarum, eventorumque memorabilium, synopsin succincte comprehendens, subjuncto denique Tractatu de Paschate & Computo Ecclesiastico, cum Computo novo ac Tabulis Paschalibus, concinnata, ac luci publicæ data, ab A. R. P. ANGELO FLOERCHEN, Ord. S. Bened. in Celeberr. Abbatia S. Michaelis Arch. Hildenesbem. professo.

Hildesii, typis Christoph. Jo. Hieronymi Hartz, 1742, fol. Alph. 5.

Magnum hoc Opus Pl. Rev. Autor summo Romanæ civitatis ecclesiasticæ Pontifici, *Benedicto XIV*, inscripsit, ac in formula Dedicationis candelabrum Apocalypticum de throno Apostolico, id est, Romano, exposuit. Ostendit inibi, computationem temporum *Lilianam*, a *Gregorio XIII* receptam & promulgatam, defectibus nævisque laborare, nec id inficiatos fuisse post *Clavium*, Jesuitam, Pontifices *Clementem VIII*

& *Gregorium XIII*, eamque ob causam computationi Paschali medicinam & reformationem esse adhibendam. Eum in finem produxit Autor sedulus sub finem Operis *Cap. 12* tractationem, de Paschali computatione institutam, ibique *§. 10* computationem novam cyclicam tum æquinoctii verni, tum Paschatis Christiani, quæ non solum ab omnibus veterum supputationum defectibus immunis sit & exemta, sed facillima etiam & expeditissima deprehendatur, dimidio paginæ comprehensa ex asse, pluribusque aliis excellens prærogativis. Idem eodem fine omnia Paschata, in tabulis Paschalibus jam supputata, exhibuit. Quæ cum exposuisset Autor, monuit, Pontificem summum esse virum illum *Apoc. XIV*, quem *S. Joannes* vidit nubi candidæ insidentem, filio hominis similem. Institutum suum Autor ipse in Præfatione copiosius exposuit, præmonens, sese nec disertæ dictioni, nec comto tersoque sermoni, in concinnando hoc Opere studuisse. Lectoribus id ipsum facile suboliturum, existimamus. Fontes consuluit, nec tamen multos. *Saliani* Epitomen Annalium adhibuit usibus suis frequenter. Nonnunquam *Tornielli* Annales ecclesiasticos operæ suæ applicavit. *Dion. Petavii* Opera haud legit, excepto *Rationario temporum*, e quo tamen nil decerpsit. *Eusebii* Chronicon consuluit. In Epochis indicandis secutus fuit *Gabrielis Bucelini* nucleum, eumque ab æræ *Diocletianeæ* initio usque ad annum 1600 ad verbum fere expressit. Olympiadum initium ad annum ante Christi natalem 775 retulit, licet *Ricciolus* aliique summi viri malint annum ponere 776. Adjecit Autor Chronologiæ suæ *Caput 7* instar supplementi, quo sententiam suam corroboret copiose. Adjecit Operi *Diatribas quatuor*, per *Capita quatuor* distinctas, nempe *Caput 9* de Fastis Consulum Romanorum, *Caput 10* de Epocharum insigniorum probationibus, & *Caput 11*, de Chronologiis particularibus omnium ac singulorum regnorum, cum singulis Regum eorundem a diluvio usque ad Christum natum Catalogis novis, nunquam antehac visis. Addidit ibidem præterea Catalogos Pontificum Romanorum, Imperatorum, ac Regum, qui a nato Jesu exstiterunt. *Capite* denique *12* adjunxit Commentationem, Chronographiæ astronomicæ addictam, & *de Computo ecclesiastico Paschali* inscriptam.

scriptam. Dolemus, Autori defuisse notitiam supputandi eclipses solis ác lunæ, immo cometas majores observandi diligentiam. Nisi enim magnopere fallimur, genuinum diluvii universalis tempus non nisi ex supputationibus cometicis firmatur. Eclipsium priscarum accurata notatio, quam subinde scriptores veteres literis consignarunt, insigni est adjumento eis, qui epochas veras ac puncta temporum certissima figere contendunt. Dolemus præterea, doctrinam de æquinoctio verno ab Autore haud astronomice tractatam, nec illius rationes accuratissimas opera calculi astronomici subductas. Ipse autem dolet de infelici heterodoxarum animarum statu, nec eis succenset. Angelos eo ipso, quo mundum Deus ex nihilo produxit, creatos fuisse, verisimile ac rationi apprime consentaneum arbitratur. *Dionysio Areopagitæ* suppositæ fuerunt Seculo IV vel V scripta, quæ ipse adhuc pro genuinis habet, ratus, *Dionysium* anno C. N. 48 interesse funeri *Mariæ* Deiparæ potuisse. Chronologiam Pag. 3.
existimat esse *temporum præteritorum accuratam dinumerationem, & per gestorum memorabilium notas distinctionem*, licet ipse computationem suam chronologicam ad annum usque C. N. 2114 perduxerit, in cujus die 23 Martii, *punctoque mediæ* 419.
quasi noctis subsequentis, diem novissimum figit. *Capite secundo* differit de temporibus ac temporum mensuris universalioribus, ætatibus, seculis, anni distinctionibus ac calendariis diversis. Horam dividit in minuta 64. Annum solarem naturalem seu astronomicum determinat diebus 365, horis 5, minutis novis 52, & momento uno. Ipsius autem minutum no- 5.
vum complectitur momenta quatuor. Hinc calendaria diversa inter sese componit ac confert. Ex *Ricciolo* exhibet Calendarium Romanum, festis ludisque & sacrificiis vetustis insignitum. Addit schema intercalationis *Julianæ*, Calendarium antiquitatum Hebræarum, Calendarium *Nabonassaricum*, & *Alexandrinum*. *Capite tertio* exponit de mensuris temporum particula- 18.
ribus, sive de diebus, horis, minutis, momentis, secundis, ac de meridiano. Intervallum solis a centro telluris medium computat 1024 semidiametris terræ, ac, omnem circuitum solis 1144 ejusmodi semidiametris parem esse, arbitratur. Ex hac

hypothesi distinctionem minutorum novam firmare contendi
Pag. 19. hunc in modum: *Si 6144 dividantur in 24 horas, competunt unicuique horæ 256 semidiametri, seu spatia semidiametralia, quæ sol in ista distantia intra suam circulationem qualibet hora percurrit, intellige motu communi diurno, non autem proprio, seu annuo. Si porro 256 dividantur per 64 minuta nova, prodeunt semidiametri 4, singulis minutis novis a sole percurrendæ. Unde & minutum novum in quatuor æquales dividimus partes, quas vocamus momenta. - - Porro, sicut horam in 64 minuta nova, ita pariter a potiori circulum cœli maximum æquinoctialem non in 360 gradus communi more, sed in 384 gradus novos, distinguimus; & quadrantem circuli non in 90, sed in 96, gradus, & quodlibet Zodiaci signum non in 30, sed in 32, gradus novos di-*
21. *vidimus. Hæc enim est naturalis eorum divisio.* Eadem licentia utitur, cum milliare Germanicum vocat *milam*, ac Meridianum primum ad Hierosolymam reducit, orientaliorem *Ptolemaico* gradibus communibus 60, addens: *Astronomis hortator sim, ut suas tabulas astronomicas & ephemerides ad Meridia-*
23. *num potius Hierosolymitanum deinceps construant, quandoquidem, cum is primus in mundi constitutione fuisse jam memoratus est, hanc videtur habere prærogativam, ut motus cœlestes siderum in multis melius ad hunc congruant, quam ad quemvis alium.* Addit hisce tabulam geminam, conversioni particularum temporis expediendæ inservituram, utens minutis secundisque suis
27. novis in posteriori, ac communibus in priori. *Succedit* hisce tabula longitudinis ac latitudinis locorum, adjecta differentia temporis eorum Meridiani ab Hierosolymitano. Ex *Doppelmaieri* tabula, ac recentioribus observationibus, multa ibi loca
29. addi possunt. Excipit hanc tabula denuo gemina. Prior complectitur conversionem graduum & scrupulorum novorum in gradus scrupulosque communes. Posterior continet conversos gradus scrupulosque communes in gradus scrupulosque novos. Tum vero ostendit modum convertendi gradus & scrupulos graduum in horas & scrupulos horarios, & contra. Ca-
30. *pite quarto* exponit de Epochis & Æris Chronologicis. Notabimus paucula. Persuadet sibi Autor, cadere Jubilæum pe-

capur

captivitatem Babylonicam undecimum in annum Christi Domini duodecimum, quando hic in templo in medio doctorum fuerit inventus. Anno certe 150 æræ Seleucidarum annus ce- Pag. 38.
lebratus fuit sabbaticus, *1 Macc. VI, 49, 53.* Annus 177 denuo fuit sabbaticus, id quod ex collatione *Josephi Ant. XIII, 14, 15*, & *2 Macc. XVI, 14*, patescit. Scopulus, qui ex *Josephi* commemoratione *Lib. XIV Cap. ult.* enascitur, ab Autore evitatur,
ut credat, *Josephum* obsidionem Hierosolymorum Romanam 39.
ratione memorati anni Sabbatici confudisse cum obsidione eorum *Pacoriana*, seu Parthica. Hebdomadas 70 *Danielis* contemplatur propius, easque de annis potius solaribus, quam lu-
naribus, accipit. Instantem Judæorum copiosiorem ad Jesum 41.
aggregationem collocat in annum a C. N. 2107, quantum ad ejus initia attinet; anno autem 2110 in *Augusto* adventurum, ac fasces regni capessiturum, putat, Antichristum, provocans ad *Dan. IX*, nec non *2 Thess. II* & *Matth. XXIV*. Instantem vero illam Judæorum pietatem comprobatum it ex *Rom. IX, 27, XI, 26.* Quærit deinde, quis sit sensus verborum *Danielis IX,*
25, 26: Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, us- 43.
que ad Christum ducem hebdomades septem & hebdomades 62 erunt: & rursum ædificabitur platea & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus. En rationem, qua illum putat a sese fuisse inventum: *Non te latere velim, benevole Lector, me, cum, hac in re cuncta perscrutando, mihi nondum satisfacerem, sæpius Deum instanter precibus & sacrificiis obsecrasse, ut germanum mihi hujus oraculi intellectum ad gloriam Jesu dignaretur aperire, nunc ecce ἐὑρηκα, inveni solutionem, ut arbitror, sacri hujus ænigmatis*
ipsissimam; sed utinam non ex fonte turbido & profano. In- 46.
ventum illud est hujusmodi. *Josephus Ant. XI, 7*, retulit, *Joannem* Pontificem, *Judæ* filium, *Eliasibi* nepotem, fratrem suum *Jesum*, qui *Bagosis*, Persarum militiæ ducis, favore sese Pontificatui intrudere conatus fuerit, in templo trucidasse, ideoque gentem Judaicam a Rege Persarum per 7 annos servituti fuisse addictam. Hoc servitutis septennium si eximatur e numero LXX hebdomadum *Danielis*, tum restant septem anteriores

& 62 posteriores. Ingeniosa sane & commendabilis enodatio
Ii enim, qui restant, 434 anni incidunt in annum mortis Christi.
Non est, quod de æra Olympiadum disseramus. Cui enim
non dictus Hylas? Æram Christi communem Autor retinet,
Pag. 49. annumque nati Jesu credit esse 4031 ab orbe condito, & quartum
Olympiadum 194. Christum putat in cruce suffixum obiisse
anno Æræ vulgaris 33, quarto Olympiadis 202 anno,
Phlegontis suffragiis munito. In Æra Romæ conditæ texenda
54. sequitur *Varronem*. De Periodorum *Calippicarum* æra commentatur
diligenter. Æram *Seleucidarum* triplicem accurate
describit. Significat idem *pag. 62*, sese moliri historiam universalem
antiquam omnium ante N. C. regnorum celebrium,
Regumque, & rerum memorabilium, sub iis gestarum. Quo
minus eam, quæ natali Christi est recentior, *firma spe antecapiat*,
impedit ipsum contemplatio vitæ brevis. Apprecamur
ipsi merito & vires & annos, molitioni tantæ suppetentes. Idem
Capite quinto edisserit Chronologiam practicam, quæ in libellis
mathematicis tradi solet. *Christum fuisse natum in die Sabbati*,
85. statuit *pag. 82*. Ostendit, elapso annorum 6144 curriculo æquinoctia
singula ad easdem horas redire, ad eadem minuta & momenta,
nec tamen ad dies hebdomadæ eosdem. Redibunt vero
94. ea ad eosdem dies post spatium annorum 43008. Tabulam
annorum *Nabonassaricorum* exhibet ex *Ricciolo*. De Calendario
Judaico ea habet, quæ ex libris ac elementis mathematicis
nostratium suppleri queunt. Infernum dividit in *limbum*, *gehennam*,
115. & puteum abyssi. Istum collocat in intervallo medio
inter centrum & superficiem terræ; illam ponit in intervallo
medio inter centrum & limbum; hunc in centro telluris & circa
illud. Inferni creationem alligat primo creationis diei. Dari
cœlum beatorum chrystallinum, & quaquaversum ignem elementarem,
seu cœlum empyreum, sibi persuadet, provocans
117. ad *Apoc. XXI.* Sub cœlo empyreo locat primum mobile.
Ignem distribuit in terrestrem, cœlestem, & infernalem. Definit
luminare, quod primo triduo diem collustravit, illudque
putat fuisse stellam Luciferum seu Venerem. Ad diem primum
120. refert prævaricationem diaboli, ejusque angelorum. Cometas

creatos

creatos esse septem, tradit, eosque vocari ollas *Jer. I, 13*, sibi persuadet. Suspicatur, emunctiones stellarum fieri a cometis. Cometas, in prima rerum creatione conditos, adjungit. Planetarum dimensionem tradit methodo avtodidactica, quæ est prolixior, tabulisque illustrata. Stellarum fixarum circuitionem de- Pag. 131.
finit annis 24576. Fixarum complures in fine mundi casuras in terram, fortassis & in solem ac lunam, credit. Semidiametrum firmamenti æquat radicali cubo 8589934592 passuum illius semidiametri. *Capite septimo* agit de duratione mundi præterita, adoptans *Ctesiæ* fidem. Olympiadum initium esse 150.
Jesu natu antiquius annis 775, multis argumentis it comprobatum, ac *Riccioli* argumenta, anni 776 stabiliendi causa allata, resolvit. Canonem *Ptolemæi*, annos 424 a *Nabonassari* regno 164.
ad *Alexandri Magni* exitum complectentem, addit. *Capite* *ctavo* exponit de duratione mundi universali, ac temporibus futuris. Finem mundi ponit in eo temporis articulo, quo æquinoctium, ceu anni naturalis initium, rursus incidat puncto mediæ noctis, sicut in principio creationis, & eapropter motus solis ac æquinoctium ad primævum revertantur temporis locique errestris æque ac cœlestis punctum. Objectiones eorum removere contendit, qui, inquirere in articulum diei novissimi, nefas ducunt. Ductum in hisce sequitur *Cornelii a Lapide*. Rationes vero ipse suas ita subducit, ut perhibeat, tot annis duraturum mundum, quot momentis constat dies naturalis solaris. Atqui dies habet momenta 6144. Ergo totidem annis durabit 167.
mundus. Ecquid vero? Momentorum hæc divisio ab arbitrio pendet, ac alia ratione etiam institui potest. Addit deinde, ellas fixas annis 24576 periodum magnam absolvere, hujus ero quadrantem esse parem annis 6144. At cur præcise quarantem eæ duntaxat conficient? Quidni periodi dimidium? uidni omnem ambitum? Addit annis illis 6144 Autor triuum, eo quod primum mundi triduum sine sole fuerit elasum. Addit tamen: *Hæ sunt probabiles congruentiæ, cum ra-* 169.
onabili formidine oppositi. Cum vero monuisset Abbas *Gunerus*, hanc de duratione mundi sententiam videri vaticinio *lalachiæ* contrariam, ipse Autor monuit quoque, si fides huic vatici-

Pag. 172. vaticinio habenda sit, Deum omnino citius daturum esse mundo finem. Nec tamen argumenta, quibus vaticiniorum illorum fides corruit, omisit. *Caput nonum* Chronologiæ Romanæ & Fastis Consularibus inservit, Fastos Consulares, post eorum fundamenta bene jacta, exhibet, ipsos probationibus subjunctis
204. munit. *Caput decimum* inscriptum est de gestis & eventis insignioribus, vulgo Epochis dictis, tum profanis, tum sacris.
237. Apostolos divisisse inter sese terras, singulis Evangelium nunciaturos, docet. In historia Apostolica exhibuit nonnihil, pro-
246. piori examini subjiciendum. Chronologiam *Benedicti*, Patriarchæ sui, Autor Pl. Rev. subtexit. *Capite undecimo* disserit de Chronologiis singulorum regnorum particularibus. Ab Assyriorum Regibus orditur, *Ctesiam* affectatus. *Salmanassar*, ipso judice, idem exstitit ac *Theglatpelassar* ob *Caput primum Tobiæ*. Pergit deinde ad Ægypti Reges, ad Reges Sicyonis, Argivorum, Græciæque reliquos. Tabulas deinde subjicit, exhibentes complexum omnium Regum, Pontificum, Imperatorum, Electorum, Ducum. Omisit autem Duces Brunsuico-Luneburgico-Wolferbuttelanos *pag. 276.* Tan-
277. dem adjicit tabulas chronologicas, a mundi initio ad finem, ex ejus sententia determinandum, pertextas, adscripsitque eis res memorabiles. Non est omittendum, tabulis illis octo simul æras exhiberi, ac æquinoctii verni diem annis singulis adscriptum esse. *Adamum* anno conditi mundi septimo Paradiso ob peccatum recens ejectum fuisse, ex *Syncello* tradit. Fabulas *Berosi* hinc inde inter memorabilia exhibuit. *Caput duodeci-*
421. *mum* de Paschate, generatim æque ac speciatim considerato, inscribitur. Initio statim contendit, eis, qui a vera alieni olim erant religione, cognitum fuisse e lumine rationis, causam condendi ac reformandi Calendarii ad Pontificem Maximum spectare. Est in eo, ut demonstret, *Lilianam* computationem, quam *Gregorius XIII* quadantenus approbavit, jam defecisse, atque a sese methodum computandi, *Liliana* præstantiorem, proponi, summæ Sedis judicio ac autoritate, si ita videatur dignam comprobandam, ratamque habendam. Methodus hæc exhibet rationem & æquinoctii ad momentum computandi, & Paschatis

Christi-

Christiani ad unguem rectissimeque inveniendi, nec veteris computationis erroribus ullis obnoxius est, aut esse potest, si credimus Autori. Constitutum fuit in Synodo Nicæna, ne Christiani inchoarent celebrationem Paschatis eodem die, quo Judæi. Ex quo autem Judæi, Seculo IV exeunte, perpetuum Calendarium adornarunt, Christianorum est, hoc ipsum nosse & inspexisse, ni velint Nicæni Concilii autoritatem labefactare. Autor Judæos artem docet, inveniendi rectius suum Pascha. At quid, si illi ab instituto suo nolunt recedere? Nec tamen animadvertimus, Autorem rationem habuisse Calendarii Judæorum perpetui. Adde, quod Christiani, in remotissimas telluris partes delati, eodem sæpius die, quo Judæi, Pascha celebrant, licet instituto *Gregoriano*, vel illo, quod Autor tradidit, utantur. Tutissimum ac certissimum Paschatis figendi adminiculum constituitur, si illud ratione immobili in certo anni die determinatur ac collocatur. An verò Pascha unquam futurum sit festum immobile, nostrum non est augurari. In veteri computatione nec æquinoctii verni punctum, nec novilunia, plenæque lunæ tempora, nævis fuerunt immunia. At nec in *Gregoriano* Calendario evitari potest pronitas in veterem errorem relabendi. Addit Autor, satisque ostendit, in constitutione Synodi Nicænæ Paschali deprehendi contradictionem. Patres enim Nicæni statuerunt, ut Pascha celebretur in mense anni lunaris primo, simulque diem Martii 21 pro fixo & individuo æquinoctii verni limite reputarunt. Hac enim ratione fieri haud potest, quin Pascha sæpius in mense secundo minus legitime celebretur. Inde colligit, cessare respectu æquinoctii verni determinandi legem Synodi Nicænæ. Poterat id etiam exinde invenire ratiocinando, decreta Conciliorum non semper esse θεόπνευςα, nec ubique ab errore immunia perstare. Ipse hoc ipsum largitur, contendens, patres Nicænos Astronomos ævi sui in errore facti secutos esse. Deinde percenset defectus computationis *Lilianæ*, seu *Gregorianæ* correctionis, hosce. Primo enim Pascha serius toto mense accidet annis 1981, 2000, 2019, 2038, aliisque. Tum vero ex Epactarum defectu Paschata serius 7 diebus indicantur annis Christi

Pag. 422.

423.

1744, 1747, 1778, 1798, 1876, 1896, &c. Tandem praeterea *Liliana* computatio subinde Lunam XIV die una citius justo monstrat, ac Pascha Christianum in die primo Paschali Judaeorum figit, e. g. anno 2106, 2119, 2132, &c. Quid vero statuit Autor de Calendario reformato Protestantium Germaniae? Hi enim decreverunt, ut Pascha celebretur Dominica plenilunium verum, ex tabulis astronomicis *Kepleri* congruenter Meridiano Uraniburgico colligendum, proxime sequenti. Desiderat in hoc decreto varia. Displicet ei *potestas Principum* Protestantium, in rationes temporis determinandas excubans. Hanc enim non nisi Pontifici suo cupit stare intactam. Meridianum Uraniburgicum odit, eo quod arx Uraniburgi fuit destructa, ac inter rudera ibi *Piccartus* cadavera invenit. Addit, nec Synagogam Judaicam, nec Ecclesiam *Christi, olim* usam tabulis fuisse astronomicis. At nonne Patres *Nicaeni* sententiam Astronomorum aevi sui sequebantur? Nonne astronomi homines docuerunt primi longitudinem anni? Instat idem, monens, ex tabulis astronomicis haud disci artem inveniendi diem plenilunii & Paschatis, sed locum lunae in coelo. At nonne ex loco lunae in coelo invenitur punctum temporis, quo plenilunium, aequinoctium vernum proxime sequens, contingit? Pergit, dictitans, tabulas illas inveniendo Paschati minus esse idoneas. At Pascha nostri in tabulis illis haud quaerunt, sed ad illud inveniendum redduntur idonei, exquisito plenilunio paschali. Instat, perhibendo, ipsum plenilunii diem, si sit *Dominica*, esse Paschalem diem congruenter decreto Nicaeno & consuetudini

Pag. 424. ecclesiasticae antiquae. Petitionem principii haec spirare omnino videntur. Indignatur, quod Protestantes comperendinant Pascha, quoties alioquin Paschalis dies primus incidit in diem primum Paschatis Judaici. At decretum Synodi Nicaenae id exigit. Gravius est, quod addit, objectionis momentum: *Protestantium constitutio non est satis pro omni casu universalis. Quid enim agent Protestantes, si tam Aequinoctium, quam Plenilunium, proxime sequens, incidat ante 21 Martii, ut fiet anni 1981, 2000, 2019, 2038, &c. Si calculum astronomicum secuti, illud plenilunium statuant Paschale, agent contra constitutionem*

an

nem Nicænam; si non, tunc agent Pascha mense secundo lunari. Idque denuo contra Nicænum. Retorquent hoc telum Protestantes, eandemque quæstionem Pontificiis proponunt. Hinc ad suam anni lunaris & Paschatis computationem novam catholicam, seu universalem, exponendam sese accingit Autor. In ea autem sibi concedi postulat duo momenta. Primo contendit, ipso plenilunii Paschalis die, si is sit dominicus, legitime Pascha celebrari, rationibusque, ut hoc obtineat, pugnat. Secundo distinguit inter Pascha Judæorum legitime celebratum, & ex errore vel superstitione constitutum. Ad hoc respiciendum esse negat, siquidem hac ratione non nos Pascha cum Judæis, sed Judæos nobiscum, celebrent. An utrumque momentum ipsi ex decreto Synodi Nicænæ concedi possit, aliis permittimus judicandum. Ni vero hæc concedantur Autori, computatio ejus nova corruit. Meridianum ipse suum Hierosolymis adstringit. Terminum æquinoctii vernalis, in 21 Martii olim collocatum, tollit. Docet supputandi æquinoctii artem, ab astronomica haud admodum abhorrentem. Computationis hujus ratio indicat plenilunium medium, quod æquinoctio verno proxime occurrit, ac tempus, ab æquinoctio ob lunationum progressus non raro ad secundi mensis plenilunium usque excrescens, docet amputare. Credit ipse, in computatione sua locum haud esse errori, quandoquidem modo inconcinno diem plenilunii haud determinet, sed ipsum plenilunii medii momentum doceat supputando exquirere. Ne quis vero objiciat, intra systema ejus plenilunium in ipsum æquinoctii diem ante meridiem post æquinoctii momentum, rarissime licet, incidere posse; ipse respondet, sese ei casui in regula satis prospexisse, ac, eo usu veniente, mensem unum extraordinarie interlasse. Addit tandem, novilunia & plenilunia sua media proxime ad calculum astronomicum accedere. Ipse tabulas exhibuit, plenilunia media vernalia suppeditantes, ab anno conditi mundi 2543 ad annum Christi nati 1700, & postea ad annum usque 6145, deductas, in quibus ad singulos annos occurrunt neomeniæ Judaicæ, seu initia mensis Nisan, plenilunia vilia Judæorum Paschalia, cyclus solis, literæ dominicales, ac

Pag. 425.

457.

Pascha Christianum. Adjicit regulas, inveniendo æquinoctio verno & plenilunio paschali exquirendo, lunæ XV dispiciendæ, & calendario suo novo ordinando, aptas & accommodatas. Inusitatam sane & stupendam Cl. Autor Operi huic impendit operam, eoque nomine admiratione omnium est dignissimus. Ipsum huic negotio, suoque argumento, fuisse imparem, ne invidia quidem evincet. Restat itaque, ut eventum destinationis, quam sibi proposuit, exspectemus, ipsumque pancratice valere jubeamus.

JACOBI WILDE, SUEC. HISTORIOGR. PRÆparatio hodegetica ad Introductionem Puffendorfii in Suetici status historiam, ex regni tabulariis accurandam & continuandam. Per Epochas revolutionum generalium atque successionum omnes ad hunc usque diem, & migrationum temporis ἀδήλȣ usque ad æram communem constituti A. A. C. N. CXVI imperii Magnæ Germaniæ. Ex versione ANDREÆ WILDE, ex JACOBO geniti. Accesserunt Acta publica de novissimo successionis jure, & Autoris Notæ criticæ & politicæ, cum Appendice de Præjudiciis circa Regalia.

Holmiæ, 1741, 4.

Alph. 3 plag. 13, cum Tab. Chronol. 2.

Mandatu superiorum, & ex officio, Autor Cel. *Puffendorfianam* in res Suecicas Introductionem iterum accuravit. E re itaque ipsi visum, certas determinare statuas mercuriales, ad quas respici possit in tractatione per vastissimas Seculorum 23 ætates. Originem inprimis historiæ probabilem investigare conatus, profligavit Sphingas, sub introitum obstantes. *Puffendorfius* in Historia Sueciæ vix rationem ullius æræ habuit. Subsidia Nostro meliora ex tabulario regio fuerunt ad manus, quibus adjutus, solidum Chronologiæ fundamentum, in antiquitatis radicibus defixum, exquisivit. Fidem hujus rei jam dederat in *Historiæ Pragmaticæ Cap. 2 §. 39*, ac primo Supplemento Introductionis Sueticæ, ante triennium evulgato. Opera filii in inter-

interpretando ac edendo hoc Opere usus fuit, laborans quippe luminibus suffusione oculorum interceptis. Ipse Chronologiam antiquam exoticam cum domestica comparavit, singulasque æras usque ad Christum natum collegit. Nec tamen nævos Tzinensium, vel Ægyptiorum, qui ætates admodum diduxerunt, ac secula multiplicarunt, correxit, Æras domesticas ad periodum Julianam revocavit, quæ æram Christi nati superat annis 7980. Orditur ab Æra elementorum ex *Edda*. Subtexit ei æras haud unas, nominatim materiæ indigestæ, *Audumblæ* & *Buris*, *Bergthoris* & *Belstæ*, antiquorum Scytharum & Asarum 1, filiorum *Boris* 710, *Berghielmeri* 2335, *Thorgeithi*, *Kolaxais*, & primorum septentrionalium Thussorum in Imeslandia, Umalandia, seu Lapponia, 3201, *Bragi* annosi & *Sif Hilde* 3530, collium aliarumque sepulturarum epochæ in Scythia Magna 3938, 3961, 3967, incolarum *Kimi* in Norlandia 4074, 4178, *Jotunorum* in Quenlandia 4184, 4201, *Fornioteri* 4314, *Karis* in Quenlandia, & fratrum ejus *Logis* in Suecia ad lacum Melerum, *Hleris* in Hlessoa, atque in septentrione nostro æræ gigantum 4376, 4390, 4402, *Thoris* in Finlandia 4464, *Goris* & Sueciæ status 4481, migrationis *Odinianæ* ex Asia 4587, status Gardaricensis sub *Sigurlamo* Anglo-Saxonici in Germania magna 4593, temporis mythici & cremationis funerum in Suecia 4594, *Heidis*, filiæ *Gylffii*, 4596, Tribunalis & delubri *Sigtun* 4599, partitionis *Manheimi* post *Odinum* 4620, Regis Sueciæ *Niordi* 4676, Regis Upsalensis *Ingonis Freyeri I* anno periodi Julianæ 4684, templi Upsalensis 4685, patrimonii Upsalensis & juris gentilitii Inglingici 4690, Pacis Frodiæ 4706, 4711, Æra mortis Regis Upsalensis, *Ingonis II*, & Sueciæ collium sepulchralium 4714. Hasce æras Cel. Vir in rebus Sueticis eruit, natalitio Jesu antiquiores. Posteros *Odini*, quos in Suecia, Norrigia, Dania, Italia, Anglia, & Germania, floruisse olim tradidit, una Tabula complexus fuit. Gothorum enim, qui Italiam occuparunt, majores ab *Odino*, seu *Voden*, deduxit, Regesque Northumbriæ derivavit ab *Ida*, ad *Odinum* referendo. En *Odini* posteros:

Odin, seu Voden.

Inge Tyrkiakong, Rex Sueciæ ante N. C. 185.		Reges Norwegiæ.	Skiold, Rex Dan.	Baldeg, Rex Gothorum.		Vegdeg, Anglo-Saxo.
				Brander.	Beonoc.	
Niord Suiakongr.	Agnr		Fridleifr.	Frevin.	Aloc.	Siguar.
Ingo Freyr	Eric & Alric.		Frode I.	Purg. Vig.		Suebdeg.
Fiolmer	Alf & Inge.		Fridleifr II.	Gauth.		Siggeat.
Suegder Fiolmers anno C. 2.	Hugleik.		Havar.	Halmal.	Esa.	Sebald.
Vanland	Eric & Jorundr.	Semingr.	Frode II.	Augis.	Eoppa.	Sefugl.
Visbur	Aune.	Godbialtr.	Vermundr.	Amala.	Ida.	Swart.
Domaldr	Eigil.	Hodbrodr.	Olof Litilati.	Isarne.		Seomel.
Domar	Ottar.	Himinleigr.	Dan Mikillati.	Ostrogotha.		Westrfalena.
Digner	Adils.	Wedrbattr.	Frode III ad 380.	Hunilt.		Vitrgils.
Dagr	Eysten A. C. 510. &c.	Havar.	Halfdan.	Theodemir.		Vite.
		Godgestr. &c.	Frode IV. &c.	Theodericus.		Vilsig.
						Horst. Hengst.

Tractatio omnis *duabus Partibus* distincta fuit ab Autore. *Parte priori* exponitur isagoge in epochas Historiæ Sueticæ. Contendit Autor, traditiones temporis obscuri esse in historia illa oppido commemorabiles, præsertim de origine regni, de creatione, de diluvio, ac de ipso Creatore, de primis ad septentrionalem plagam populis. Sunt, qui putant, mythos vetustissimi orbis esse explodendos, nec eis micam veritatis inesse. Noster contra tradit, fabulam, seu mythum, esse famam pervulgatam de traditione incerti autoris, quæ pro certa fuerit accepta, ratus, historiam temporis mythici, ejusque fidem, niti convictione interna, traditionibus confirmata, nec non politico statui accommodatam fuisse, & autoritati vatum superstructam. Mythicam theologiam fuisse arcanum status politici, addit. Eos æque esse ridiculos, qui mythos simpliciter approbant, ac eos, qui eos ad unum omnes spernunt, arbitratur. Primi mortales cogitata mentis consignarunt interventu symbolorum, antequam invenirentur alphabeta. Inde stilus exortus fuit symbolicus. Nec expediebat scriptoribus postea scribere simpliciter & luculente. Regnorum enim stabilitas multis stetit omnium in omnes bellis. Theogonias primi accinuerunt sacrificiis, recensentes progenitores suos inde ab *Adamo* procreatos, ne omnem generis perderent historiam. Ex quo Philosophi planius cogitare & scribere didicerunt, mythis defuerunt sensim interpretes. Unde evenit, ut interpretationes eorum pervetustæ e seculo mythico superstitent nullæ. Autor, historiam Sueciæ mythicam ad medium usque Seculi XII decurrere, docet. Vicissitudines dominatus in Suecia exstiterunt septem, præter Finnicas, illis antiquiores. Argumentum antiquitatis Suecorum insigne Autor deducit ex *Ymeri* mythologia, siquidem ejus posteri *Thussi* atque *Gotuni* ab exteris, præsertim *Herodoto*, fuerint agniti, primique in Sueciam venerint. Septem Epochas constituit hunc in modum. Primam collocat in forma dominatus, patrumfamilias proprii; secundam appellat mythologicam, ab *Odino* ad annum usque Christi 120 decurrentem, sub qua legislatoria Regum potestas fuerit invecta haud secus ac distinctio patrumfamilias in Regulos, Jarlos, Herseros, & viros

viros sui juris. Tertia epocha mutationibus formæ reipublicæ fuit fœcunda. Nam, oppressis A. 650 regulis, potestas comitialis & arbitrium legislatorum invaluit, salva Regis excellentia ac potestate qualicunque Jarlorum suique juris hominum territoriali, præcipue Regum, promontoria ac maria accolentium. Intra quartam epocham hierarchia pontificia sensim invaluit, paulatim A. 1319 provecta, Clerici invaserunt rerum summam, majestasque Regis & libertas populi fuit enervata. *Quinta Epocha* complectitur imminutionem hierarchicæ *potestatis*, cui quippe A. 1527 decreta Arosiensia opposita fuerunt, potestas Regis fuit limitata per senatoriam & comitialem, nec tamen certis terminis circumscripta. Sexta Epocha mutationes formæ reipublicæ novas exhibet. Nam dubii potestatis regiæ limites A. 1680 in comitiis fuerunt decisi, *ac ipsa quidem* evasit plena limitibusque superior, legibus tamen fuit adstricta, ac formula regiminis confirmata est actis publicis ac modulo peculiari. Tandem vero A. 1719 majestas & potestas Regis, Ordinumque libertas, & Senatus autoritas, novam peperit regiminis formam, nitentem unione Regis regnique semper individui. Hæc cum edisseruit Autor, contendit, electionem, in Suecia alias liberam, semper juri stirpis regiæ legibus certis adstrictam fuisse, ratus, duodecim notandas esse mutationes; in ipso domestico primoque regni statu peculiare quoddam domus regnatricis jus, successione hæreditaria fœcundum, ortum fuisse, ac rationem meritorum ab initio habitam; *jus regiæ stirpis* in *Odino* & *Ingevonibus* mutatum esse, constituto Upsaliensi dominio seu peculio; tertiam juris gentilitii epocham contigisse sub *Suaridis* & *Lodbrochidis* Regibus; quartam juris gentilitii epocham exstitisse sub stemmate *Stenchilliano*; quintam pertinere ad stirpem *Suercheri* & *Erici*; sextam ad Reges *Birgeridas*, seu *Folchungicos*; septimam conjunctam fuisse cum electione iterata sub Regibus extraneis; octavam incidere in hæreditariam *Gustaviani* stemmatis formam; nonam complecti successionis, ad sexum fœmineum A. 1590 & 1604 protogatæ; decimam pertinere ad jus gentilitium, *Carolo Gustavo* Ordinibus addictum; undecimam renovationi unionis Norpiæ

piensis esse propriam; duodecimam continere renovatum jus succedendi hæreditarium A. 1650 & 1720. Ipse negat, jus successionis hæreditariæ, limitibus vacuum, in Suecia unquam valuisse, ratus, actis omnibus jus probari mixtum. Francofurtanum prodromum *Puffendorfianæ* ad historiam Suecicæ Introductionis sæpius suspectat ac refellit. Et hæc quidem ad *Partem priorem* dicta sunto. *Parte posteriori* ad æras enarrandas sese accingit, negans, in monumentis Suecicis nequicquam æras quæri. Vocem *æra* a Gothis ad Hispanos pervenisse, arbitratur, siquidem Gothi fundamentum & principium ævi vocaverint *Ar, Aer, Er.* In mythologia ipsorum hæc leguntur: *Ar var alda bab er ecke var,* id est, *primordium ævi erat, cum nihil existeret.* Scaldi duas creationis æras constituerunt, unam materiæ indigestæ, alteram mundi, seu cœli ac terræ. Sinensium ac Ægyptiorum æras numerosissimas haud censet Autor confictas, ratus, ipsas astronomia & cursu siderum, nec non mythologia, niti. Scaldi olim indigestam primæ materiæ massam adumbrarunt per allegoriam prægrandis ac informis gigantis, *massamque* vocarunt *Ymir.* Iidem retulerunt, filios boreæ occidisse illum gigantem, ac mundum ex corpore ejus, atque primum virum *Ask* fœminamque primam *Embla* ex ligno, creasse. Fertur *Bergbielmerus* cum uxore sua se e diluvio in cymba sua subduxisse, novumque genus hominum & novam æram deduxisse. Genus sepulturæ antiquissimum Autor tradit fuisse simplicissimum, ejusque vestigia putat in sepulcris gigantum, *Kumbl*, reperiri. Secundum fuit genus, cum omnia cadavera fuerunt cremata, & cineres sepulti, ob *Odini* legem. Tertium, cum vel integra, vel combusta, inferrentur, pro conditione & dignatione cujusque constructis collibus sepulcralibus. Qui mos cœpit in Regis *Ingii Freyeri* junioris sepultura, qui fuit *Odini* pronepos. Ex ritu hoc triplici deduxit *Asbiornus* æras haud unas. Ipse enim, ne introduceretur Christiana religio, in Comitiis Frostoensibus ita disseruit: *Modo insolito in servitutem redigimur, & ad deserendam doctrinam, quam majores nostri secuti sunt tam ante, quam sub æra cremationis, & postremo sub æra tumulorum.* Posthæc Autor exponit de æris, quæ solent

Pag. 90. 93. 95. 114.

solent a Chronologis tractari. Æram collium sepulchralium cum æra N. C. vulgari componit. Reges Sueciæ omnes in decem diversas stirpes distribuit, in quibus inveniantur 1) 7 progenitores, qui ipsi Sueciæ haud imperarint; 2) supremi arbitri 13 ante titulum Regis usu receptum; 3) 30 Reges simul dominati; 4) 50 Monarchæ; 5) 5 Reges, per dissensionem
Pag. 117. intestinam aliis oppositi; 6) 4 præsides regni, vel gubernatores, qui sine titulo & diademate regium imperium obtinuerunt; atque 7) duo *Erici*, simul electi, nec tamen dominati, ultimi ex stirpe *Lodbrocbica*. Recenset 111 hosce dominos deinde ex ordine, ac ab anno 400 ante C. N. atque a Rege *Forniotr*
124. telam orditur, usque ad *Fridericum* Regem pertextam. Omisit in hoc recensu quadraginta ad minimum Reges, & ultra, qui in *Joannis Magni* Historia & in aliis libris, *secundum eam* adornatis, inter Reges Sueciæ referuntur, quoniam de iis nullæ reperiantur traditiones. Inter eos sex sunt, qui *Carolorum* nomine veniunt, & a quibus numerari solent omnes reliqui *Caroli*. Numerum tritum haud mutavit Autor, licet fides historica sex tantum *Carolis* faveat, quorum primus exstitit Rex *Carolus Suercheri*, ac secundus ipse *Carolus Kanuti Bondii* filius. Ad Geographiam Sueciæ commonstrandam posthæc processit Autor. *Imaus* mons videtur ipsi dictus quasi *Yma Haus*, id est, *Caput Ymiri*. *Ymirum* confert cum *Adamo* Rabbinorum, a-
130. que gigante procero latissimoque. Uterque videtur esse symbolum dominatus primorum hominum, late longeque patentis. *Ararath* ipsi est Scythia. Filios Dei, seu *Æsar*, designare putat in mythis Scythicis homines primos sanctiores. Traduntur hi
134. orti a *Bore As*, id est, Deo *Bore*, & ab ejus tribus filiis, *Odine*, *Vile*, *Vei*. Per quos Autor existimat significari *Noachum*, ejusque filios tres. Gigantes vero, quibus nomen est *Jettarum* & *Toussorum*, alio gavisi sunt progenitore, atque ab *Asis* illis dissenserunt. *Boream* haud ignorarunt Græci, ipsi hostia cæsa,
137. araque posita, operati. Emendat & illustrat Cel. Autor *Rudbeckii* opiniones, in *Atlantica* propositas ac divulgatas. Per *Swithiod* intelligit *terram Scythiæ* veteris magnæque. Inter domesticas Scythiæ magnæ descriptiones antiquas excellere ipsi

videtur

videtur ea, quæ reperitur sub initio Sturlesonii *Heimskinglæ*, id est, *orbis habitati*. Tanain olim a Romanis *Danubium* fuisse dictum, arbitratur. Germanorum initia Scythis, non Celtis, deberi, statuit. Celtas habet pro convenis ex Phrygia, Græcia, & Scythia. *Tanaquisl* ipsi est *Tanais principium*. *Gothioth* ipsi est *Jutlandia*, *Manheim* vero *Germania magna*. Opinionem *Bayeri*, qui in *Memor. Scyth. Tom. III Comment. Petropol. pag. 336 Sturlonidæ* autoritatem repudiavit, ipse repudiat vicissim. *Herodoti* origines Scytharum sub examen vocat. Nomen *Thorgauth* exponit ex *thor*, sicco, seu *thora*, audace, & *Gaut*, cognomine *Odini*. *Scolot* interpretatur per *venatoriam terram*, *Sacas* per *vulnerantes*, *Scythas* per *jaculatores*, *Sarmatas* per *viros vulnerantes*, säramän, &c. Chronologiam & antiquitatem, quam Scythis tribuit *Herodotus*, suffragiis pronuntiat indignam, siquidem *Pomponius Mela* & *Trogi* Epitomator, Scythas fuisse antiquissimas gentes, tradiderint. *Hyperboreos* vindicat contra eos, qui de iis dubitant. In *Rudbeckii* Geographia accurationem desiderat chronologicam. *Homerum* ac *Hesiodum* eodem vixisse Seculo, ex Marmoribus Arundelianis & *Herodoto II, 53*, ostendit. Issedonum traditam de Hyperboreis narrationem defendit, fabulamque de *Aristea* extricat. *Herodoti* examinat Scythica. De Lapponibus & rhenonibus (*rhenar*) differit. *Capripedes Herodoti* pro Lapponibus habet. Exponit distinctionem inter *Siö-Finnar*, Finnos maritimos, *Reid-Finnar* mediterraneos, & *Skrid* seu *Skid Finnar*, id est, *soleis ligneis, oblongis, & antrorsum curvis, currentes*, seu *venatores*. Postremi dudum *Fiællfinnar* dicuntur, id est, *Finni montani*. *Herodoti* fabulas de gryphibus explicat idem, ratus, intelligi per eos *Gripur*, id est, *gazam*, olim ad Septentriones effossam, de qua vicini certaverint. Originationem *Arimasparum Herodoteam* rejicit, ratus, *Arimos* designari *colonos*, Arimasnu. Russi terram *by Arima*, Imai vicinos, vocant *Biarma*, *Permiam*. Etruscam linguam putat esse originis Scythicæ. Arimi vocantur ex ארם, *Arameis*. Riphæos judicat dictos ex *Rif*, *costa*. Addimus, voces nostras *feodum* & *allodium* esse *fe-od* & *all-od*, id est, *terram*, seu prædium, cujus *pecus* ad pos-

Pag. 144. 155. 168. 180. 185. 189. 191. 197.

 sessorem,

sessorem facit alendum, ac *terram ex universo suam.* Argippæos *Herodoti* perlustrat. Getas & Tussos fuisse gentes co-
Pag. 207. gnatas, putat. Getas a Jotunis & Gothis distinguit, Getasque credit vetustiores. Contendit denuo, *Posidonio*, *Diodoro Siculo*, *Strabone*, *Plutarcho*, & *Sheringhamo*, Anglo, suffragatori-
211. bus, Cimmerios atque Cimbros communi cognatione & origine gavisos, licet B. *Th. Sigefridus Bayerus* secus senserit. *Kimi* sunt *mapalia* & *tuguria fumosa.* Cacidaros *Plinii* dictos existimat ex Scythicis vocibus *ga skidari*, id est, *ire soleis ligneis.*
215. Kimensem terram esse *Herodoti regiones plumarum*, confundentis mare glaciale cum Bosphoro Cimmerio. *Cimmeriæ tenebræ* profecto ad Chersonesum Cimmeriam haud quadrant. Quomodo diversæ ævi sequioris opiniones de *Odino* primo, & tribus vel quinque aliis *Odinis*, accipiendæ sint, nititur determinare. Edisserit rationes eorum, quæ *Herodotus IV, 105*, de Neu-
227. ris ac Budinis tradidit. Originationem Thuscorum & Thussorum ex Scythico *thuss*, quod *tacitum* notavit, deducit. Germani, silentium alicui imperantes, adhuc utuntur voce *tüs, tis.* Superest inde Latinum *tacere*, ac Germanorum *zusen*, tacite ex insidiis proruere. *Sisyras Herodoti* de lutrarum & aliarum bestiarum pellibus exponit. *Issedonas* fuisse inter primos maris Balthici incolas, arbitratur, quippe dictos ex *Est*, oriente, & *thon*, vel *thun*, id est, mari. Notat *Rudbeckium*, qui eos Esto-
231. niæ inclusit. *Feningiæ* nomine Vistulam venisse ævo *Plinii*, animadvertit. Ad oram maritimam orientalem *maris Balthici*, docet, incoluisse Issedones & Jotunos, ac eos, qui in Estonia adhuc sint noti, Wirros, Hirros, seu Harrios, quorum caput olim Revalia. Glessariæ seu Electrides insulæ, ad Borussiam sitæ, ab incolis ætate *Plinii* vocatæ fuerunt *Austurwæg*, seu *Austervia.* Credit Noster, per hanc vocem designari *viam piratarum in mari Balthico.*
238. *rum in mari Balthico.* *Massagetarum* nomen videtur ex vocabulo Estonico *meæs*, id est, viro, deducere. *Quenlandiam* Finniæ partem, putat dictam ex *Quen*, fœminis, quasi *terram*
242. *fœminarum.* Exstitisse Amazonas, haud negat, conjiciens, ipsas fuisse appellatas a *Maassing*, quasi *sorores*, qua compellatione servæ puellæ in Livonia & Curonia Lettice sese ad pugnam ite-

randæ

randam impellant. Cum *Odino*, Turcarum Rege, ex Asia in Septentrionales terras venisse dicuntur *Asiemen* & *Turcar*. Asios Autor per *Deos* exponit. Asalandiam ponit in Phrygia, Turcas interpretatur per Teucros. De Asia gente affert varia, eaque haud tralatitia, ratus, Asios Lydorum a mari Hyrcano venisse, ac primam horum stirpem descendisse ab Attasiis, sic dictis ab *Atta*, *Athino*, *Athye*, seu *Odin As*, id est, patre Deorum. Nomen *Cotys* ipsi est Scythicum. Asios Lydorum & Hetruscorum ex Asalandia Scythica ante bellum Trojanum ortos fuisse, sibi persuadet. Asios post multas & diuturnas expeditiones ad Mœotidem consedisse tandem, addit. *Eddæ* & *Sturlæi* traditiones de *Odino*, ejusque imperio Asaheimensi, ab exteris confirmatas, perlustrat. Dogma de trinitate Scythis conjectat fuisse cognitum. Verum tempus & causam *Odinianæ* in Septentrionem demigrationis eruit ex collatione *Sturlæi* & scriptorum rerum Romanarum. Locat illum in ætatem *Mithridatis Eupatoris* ac *Pompeji*. Germanorum *Teut* ipsi est *Odinus*, quocum convenire credit *Thotum* Ægyptiorum, *Taauten Sanchoniathonis*, & *Hermen* Græcorum, ac *Thorem* borealium, immo *Ascenasem*. Cimbros aliosque Germanos ab *Odino* in Romanos credit solicitatos fuisse. Expeditionis Gothicæ autorem æque putat *Odinum*. De inventione runarum agit deinde, quam *Baulthoro*, *Odini* socero, assignat. Genealogiam *Jornandis* Gothicam vindicat. Scandiam credit dictam ex *Gothiscanzia*, quæ est apud *Jornandem*. Dania, quod feudum Asiorum ipsa fuit primum, dicta ex *than*, unde fit *underthan*. Danicos & Borussicos scriptores, qui Suecos & *Jornandem* arguunt erroris ratione expeditionis Gothicæ, Autor revincit. Suitharum, seu Suedorum, cognomen putat abiisse in Scytharum nomen. Adjungit posthæc nonnihil de usu historiæ mythicæ. Confusionem Babelicam exponit de dissensione & secessu hominum haud invito, ratus, sapientiæ Dei haud convenire miraculosam linguarum confusionem. *Nimrodum* nomine Sospitatoris imperium affectasse, suspicatur. De Sabiis, *Zoroastre*, loco *Act. XVII*, 23, aliisque rebus perquam memorabilibus, ac de forma regiminis Suecici, ad finem usque disserit. Acta publica, quæ huic

Pag. 257. 263. 472.

tractationi sunt subjecta, spectant ad jura successionis in Suecia regiæ, A 1718 & 1720 firmata. Oceanum antiquitatis reconditæ & abstrusissimæ cum Autore fuimus ingressi. Delati sumus præter opinionem citra scopulos in portum. Quid restat, nisi ut Cel. Autori agamus gratias, & votivam ipsi tabulam suspendamus?

JACOBI GUSSETII, BLOESENSIS, THEOLOGiæ, Philologiæ, & Hellenismi, in Academia Groningensi olim Professoris, Lexicon Linguæ Hebraicæ, in quo præcipua opera impenditur primario significatui vocum phrasiumque accurata investigatione definiendo, homonymiis & interpretationibus vagis, ancipitibus, arbitrariis, eliminandis; locis insignibus S. S. Scripturæ explanandis; parallelis Vet. & Nov. Testamenti tum peculiari discussione, tum collatione mutua, firmandis ac vindicandis. Editio secunda, priori auctior & correctior.

Lipsiæ, sumtibus Wolfgangi Deer, 1743, 4 maj.

Alph. 9 plag. 16.

De hoc Opere *Gussetiano*, A. 1702 Amstelodami, forma majore, prima vice, *Commentariorum Linguæ Ebraicæ* titulo, in lucem edito, jam nihil attinet dicere, cum, quam variæ eruditionis & quantæ utilitatis sit, satis jam aliunde constet; siquidem inter complures, quos ab illo tempore nactum est, præcones, hæc ipsa *Acta Erud. A. 1702 Mense Octobri pag. 443 seq.* in illo laudando otium nobis fecerunt. In præsenti, quid illi hac nova editione accesserit, exponemus. Prodit ista studio Viri doctissimi, deque literis Hebræis, &, quæ eas non parum adjuvant, Arabicis, ceterisque orientalibus, quas in hac Academia publice docet, meritissimi, *Jo. Christiani Clodii.* Ejus enim opera consilioque imprimis uti decreverat optimus hujus urbis civis & industrius bibliopola, *Deerius*, postquam impensis haud contemnendis sibi comparatas ipsius Autoris *Gus-*

setti

ſetii Notas marginales, quibus hoc ſuum Opus poſt ejus natales locupletaverat, MStas, cum erudito orbe communicare, in animum induxerat. Quo negotio quomodo functus ſit, ipſe in Præfatione docet. Nempe figuras, priori editioni paſſim inſertas, nunc æri inciſas, ad Operis calcem annecti curavit. Errata, tum in fine editionis prioris ab Autore notata, tum alia quamplurima, a ſe ipſo obſervata, non ſine multo labore correxit. Quæ autem *addenda* Autor fini Operis ſubjecerat, nunc ipſi textui inſeruit. Notas autem illas marginales MStas, ſupra commemoratas, quarum gratia inprimis hæc editio ſuſcepta eſt, in ſuum ſingulas locum retulit quidem, ſed peculiari ſigno manus a textu diſtinxit. Sic *pag. 198*, poſt lineam *28*, verba: *Huc refero Eſ. XLIX, 3*, uſque ad *quaſi dixerit* כישראל, in Amſtelodamenſi *pag. 113 a.* non habentur, hic autem ex additionibus, calci ejus adjectis, leguntur, niſi quod ſigno manus opus fuiſſe non videbatur. Illud enim, ex conſilio Editoris, indicium notarum MStarum marginalium recentium, non vero additionum, eſſe debebat. Sic & *pag. 640*, quæ *lin. 35* vocem *Oſtendunt* ſequuntur, a *confirmabitur tamen* uſque ad *aptam ſacchar*o, ex additionibus Amſtelodamenſis finalibus ſunt inſerta, reliqua autem ſub ſigno manus, a *ad quæſtionem* uſque ad *ac judicandi*, e Notis recentibus MStis marginalibus ſunt adjecta. Hæc duplicis generis augmenta hancce editionem tum uſui lectorum multo priore accommodatiorem, tum multo etiam locupletiorem, efficiunt.

Sed & hoc diligentiſſimus Editor ſedulo egit, ut, quæ *Gusſetius* a ſe errata, & poſt impreſſionem accuratius ponderata, in emendationibus finalibus retractavit, in hac nova editione ex mente illius corrigeret. Hinc factum, ut v. g. figura ſanctuarii *pag. 223 a.* nunc quadrati æquilatera compareat, quæ in priori latitudinem longitudine multum ſuperat, & baſilicæ anterioris longitudo dupla ſit latitudinis, quæ ibi multo eſt arctior; & veſtibuli latitudo cubitos 10, non 20, ut in priore editione per errorem ſcriptum exſtat, habeat. Hæc etiam eſt cauſa, cur, quæ v. g. in priore editione ſub *lit.* ר *pag. 417 b. lin. 4* a verbis *Etiam &* uſque ad *quod habuimus ſup. 1*, deleri voluit,

voluit, in nostra *pag. 799 a. lin. 22* deleta sint. Illis enim locum *Lev. V, 4*, השבע להרע או להיטיב, interpretatus fuerat: *jurare de male aut bene faciendo*, quasi ל, post השבע positum, subjectum (quod forte alii objectum dicerent) juramenti indicet; & reponi vult: *notare actum illum, quem effecturum te jures.* Et τὸ לְבָרָם *Eccles. III, 18*, non esse posse a בָּרָא, *ut excidat*, prius dixerat, quia hoc esset malignum votum; sed, quia curis posterioribus vidit, rationem *hanc interpretationi* per *excisionem* non satis adversari, pro ea substitui voluit hanc: *quia τὸ* בָּרָא *de loco, non de homine, dicatur.* Et sic etiam ex retractatione *Gussetii* nunc in nostra legitur. Quæ pauca illustrationis ergo adduxisse sufficiat. Ex quibus correctionibus multo magis, quam ex additamentis, quibus hæ *Gussetianæ* opes auctæ sunt, apparet, quanto hæc *editio posterior* illa priori sit præstantior; quia verendum est, ne illa ab imperitis lectoribus, & quos piget additamenta finalia consulere, multis in locis non sine magno periculo, eundem cum Autore errorem errandi, evolvatur; hæc autem absque illo metu securis manibus versari potest.

Porro & hoc faciendum novæ editionis diligentissimus arbiter duxit, ut, quæ *Gussetius* Hebraica vocibus & phrasibus Gallicis illustravit, iis versionem Germanicam adjecerit, ne, qui Gallica non intelligunt, commodo, exinde ad Gallice doctos redundante, plane careant; quanquam, hoc non *ubique factum* esse, forte quia in multis nostræ linguæ idiotismi Gallicis*mis* non obsequuntur, usus libri lectores docebit.

Denique huic augmento suas etiam animadversiones & supplementa eruditissimus *Clodius* additurus quidem erat, in quibus, quæ ipsius in Præfatione verba sunt, vel ad voces, ubi *Gussetius* nihil, aut pauciora saltem, annotavit, aut ubi significationes plane delevit, novasque substituit, neglecta dialectorum harmonia; vel explicationes locorum Codicis S. novas, contortas, minusque convenientes, afferre videtur, est commentatus. Sed moles Operis jam satis sumtuosi non nimis augenda erat; hinc illas animadversiones seorsim excusas exstare vult, propediem e prelo, cui jam sunt subjectæ, prodituras.

Accessit

Accessit & hæc consilii de separatim edendis Animadversionibus ratio, quia Cl. Editor, ita se effecturum, vidit, ut vel alii, qui Amstelodamensem possident, accessiones hasce novas sibi comparare, censurarumque *Clodianarum* utilitate frui, possint, neque tamen propterea hancce novam comparare necesse habeant. Non est dubium, quin is *Clodianus* labor sacræ exegeseos studiosis acceptissimus sit futurus, cum eximia Autoris doctrina eos optima quæque de se sperare jubeat.

RICCIARDI DE ANTIQUIS, D. MEDIOlanensis, Epistola, qua HERMANNI CONRADI F. SINCERI sententia de usu Juris Feudalis Longobardici in Germaniæ terris exponitur ac trutinatur.

Coloniæ, ad exemplum Venetum, sumtu Oberti van Leenhof, 1738, editum, recusum 1739, 4.

Plag. 11.

Libellus iste, Dialogi more compositus, bis jam editus fuerat apud Venetos, & splendide quidem in majore forma. Cum autem in Germania vix magno comparari pretio posset; optime fecit Bibliopola Coloniensis, quod eum iteratis typis luci exposuit. Merebatur enim hoc Opusculum, & propter argumenti gravitatem, & propter floridum dicendi genus, sæpe elegantioribus jocis conditum, ut in plurimorum notitiam ac manus perveniret. Scripsit hoc ipsum doctissimus *Ricciardus de Antiquis* ad Avunculum suum, *Joseph. Gerardum de Beneficiis*, occasionem præbente itinere Autoris in Germaniam. Ibi scilicet Germanorum quorundam JCtorum libros pervolutans, & eruditissimorum virorum colloquiis fruens, gravissima de Jure Feudorum dissidia animadvertit, de quibus, in Italiam suam redux factus, paulo sibi accuratius disserendum esse judicavit. Perfecit consilium, ut diximus, laudabiliter, nulloque partium abreptus studio, quod vel ex iis patere arbitramur verbis, quæ *pag. 11* nostris se oculis obtulerunt. Hoc enim loco mentionem injiciens *Methodi Juris controversi*, quæ

solent a Chronologis tractari. Æram collium sepulchralium cum æra N. C. vulgari componit. Reges Sueciæ omnes in decem diversas stirpes distribuit, in quibus inveniantur 1) 7 progenitores, qui ipsi Sueciæ haud imperarint; 2) supremi arbitri 13 ante titulum Regis usu receptum; 3) 30 Reges simul dominati; 4) 50 Monarchæ; 5) 5 Reges, per dissensionem
Pag. 117. intestinam aliis oppositi; 6) 4 præsides regni, vel gubernatores, qui sine titulo & diademate regium imperium *obtinuerunt*; atque 7) duo *Erici*, simul electi, nec tamen dominati, ultimi ex stirpe *Lodbrochica*. Recenset 111 hosce dominos deinde ex ordine, ac ab anno 400 ante C. N. atque a Rege *Forniotr*
124. telam orditur, usque ad *Fridericum* Regem pertextam. Omisit in hoc recensu quadraginta ad minimum Reges, & ultra, qui in *Joannis Magni* Historia & in aliis libris, *secundum eam* adornatis, inter Reges Sueciæ referuntur, quoniam de iis nullæ reperiantur traditiones. Inter eos sex sunt, qui *Carolorum* nomine veniunt, & a quibus numerari solent omnes reliqui *Caroli*. Numerum tritum haud mutavit Autor, licet fides historica sex tantum *Carolis* faveat, quorum primus exstitit Rex *Carolus Suercheri*, ac secundus ipse *Carolus Kanuti Bondii* filius. Ad Geographiam Sueciæ commonstrandam posthæc processit Autor. *Imaus* mons videtur ipsi dictus quasi *Yma Haus*, id est, *Caput Ymiri*. *Ymirum* confert cum *Adamo* Rabbinorum, æ-
130. que gigante procero latissimoque. Uterque videtur esse symbolum dominatus primorum hominum, late longeque patentis. *Ararath* ipsi est Scythia. Filios Dei, seu *Æsar*, designare putat in mythis Scythicis homines primos sanctiores. Traduntur hi
134. orti a *Bore As*, id est, Deo *Bore*, & ab ejus tribus filiis, *Odino*, *Vile*, *Vei*. Per quos Autor existimat significari *Noachum*, ejusque filios tres. Gigantes vero, quibus nomen est *Jettarum* & *Toussorum*, alio gavisi sunt progenitore, atque ab *Asiis* illis dissenserunt. *Boream* haud ignorarunt Græci, ipsi hostia cæsa,
137. araque posita, operati. Emendat & illustrat Cel. Autor *Rudbeckii* opiniones, in *Atlantica* propositas ac divulgatas. Per *Swithiod* intelligit *terram Scythiæ* veteris magnæque. Inter domesticas Scythiæ magnæ descriptiones antiquas excellere ipsi

videtur

videtur ea, quæ reperitur ſub initio Sturleſonii *Heimskinglæ*, id eſt, *orbis habitati*. Tanain olim a Romanis *Danubium* fuiſſe dictum, arbitratur. Germanorum initia Scythis, non Celtis, deberi, ſtatuit. Celtas habet pro convenis ex Phrygia, Græcia, & Scythia. *Tanaquisl* ipſi eſt *Tanais principium*. *Gothioth* ipſi eſt *Jutlandia*, *Manheim* vero *Germania magna*. Opinionem *Bayeri*, qui in *Memor. Scyth. Tom. III Comment. Petropol. pag. 336 Sturlonidæ* autoritatem repudiavit, ipſe repudiat Pag. 144. viciſſim. *Herodoti* origines Scytharum ſub examen vocat. Nomen *Thorgauth* exponit ex *thor*, ſicco, ſeu *thora*, audace, & *Gaut*, cognomine *Odini*. *Scolot* interpretatur per *venatoriam terram*, *Sacas* per *vulnerantes*, *Scythas* per *jaculatores*, *Sarmatas* per *viros vulnerantes*, ſäramän, &c. Chronologiam & antiquitatem, quam Scythis tribuit *Herodotus*, ſuffragiis pronuntiat indignam, ſiquidem *Pomponius Mela* & *Trogi* Epitomator, 155. Scythas fuiſſe antiquiſſimas gentes, tradiderint. *Hyperboreos* vindicat contra eos, qui de iis dubitant. In *Rudbeckii* Geographia accurationem deſiderat chronologicam. *Homerum* ac 168. *Heſiodum* eodem vixiſſe Seculo, ex Marmoribus Arundelianis & *Herodoto II, 53*, oſtendit. Iſſedonum traditam de Hyperboreis narrationem defendit, fabulamque de *Ariſtea* extricat. *Herodoti* examinat Scythica. De Lapponibus & rhenonibus (*rhenar*) differit. *Capripedes Herodoti* pro Lapponibus habet. 180. Exponit diſtinctionem inter *Siö-Finnar*, Finnos maritimos, *Reid-Finnar* mediterraneos, & *Skrid* ſeu *Skid Finnar*, id eſt, *ſoleis ligneis, oblongis, & antrorſum curvis, currentes*, ſeu *venatores*. Poſtremi dudum *Fiællfinnar* dicuntur, id eſt, *Finni montani*. 185. *Herodoti* fabulas de gryphibus explicat idem, ratus, intelligi per eos *Gripur*, id eſt, *gazam*, olim ad Septentriones effoſſam, de qua vicini certaverint. Originationem *Arimasparum* 189. *Herodoteam* rejicit, ratus, *Arimos* deſignari *colonos*, Arimaspu. Ruſſi terram *by Arima*, Imai vicinos, vocant *Biarma*, *Permiam*. Etruſcam linguam putat eſſe originis Scythicæ. Ari- 191. mi vocantur ex ארם, *Aramæis*. Riphæos judicat dictos ex *rif*, *coſta*. Addimus, voces noſtras *feodum* & *allodium* eſſe 197. *fe-od* & *all-od*, id eſt, *terram*, ſeu prædium, cujus *pecus* ad poſ-

 ſeſſorem,

sessorem facit alendum, ac *terram ex universo suam.* Argippæos *Herodoti* perlustrat. Getas & Tussos fuisse gentes co-
Pag. 207. gnatas, putat. Getas a Jotunis & Gothis distinguit, Getasque credit vetustiores. Contendit denuo, *Posidonio*, *Diodoro Siculo*, *Strabone*, *Plutarcho*, & *Sheringhamo*, Anglo, suffragatori-
211. bus, Cimmerios atque Cimbros communi cognatione & origine gavisos, licet B. *Th. Sigefridus Bayerus* secus senserit. *Kimi* sunt *mapalia* & *tuguria fumosa.* Cacidaros *Plinii* dictos existimat ex Scythicis vocibus *ga skidari*, id est, *ire soleis ligneis.*
215. Kimensem terram esse *Herodoti regiones plumarum*, confundentis mare glaciale cum Bosphoro Cimmerio. *Cimmeriæ tenebræ* profecto ad Chersonesum Cimmeriam haud quadrant. Quomodo diversæ ævi sequioris opiniones de *Odino* primo, & tribus vel quinque aliis *Odinis*, accipiendæ sint, nititur determinare. Edisserit rationes eorum, quæ *Herodotus IV, 105*, de Neu-
227. ris ac Budinis tradidit. Originationem Thuscorum & Thussorum ex Scythico *thuss*, quod *tacitum* notavit, deducit. Germani, silentium alicui imperantes, adhuc utuntur voce *tüs*, *tis.* Superest inde Latinum *tacere*, ac Germanorum *zusen*, tacite ex insidiis proruere. *Sisyras Herodoti* de lutrarum & aliarum bestiarum pellibus exponit. *Issedonas* fuisse inter primos maris Balthici incolas, arbitratur, quippe dictos ex *Est*, oriente, & *thon*, vel *thun*, id est, mari. Notat *Rudbeckium*, qui eos Esto-
231. niæ inclusit. *Feningiæ* nomine Vistulam venisse ævo *Plinii*, animadvertit. Ad oram maritimam orientalem *maris Balthici*, docet, incoluisse Issedones & Jotunos, ac eos, qui in Estonia adhuc sint noti, Wirros, Hirros, seu Harrios, quorum caput olim Revalia. Glessariæ seu Electrides insulæ, ad Borussiam sitæ, ab incolis ætate *Plinii* vocatæ fuerunt *Austurwæg*, seu *Austervia.* Credit Noster, per hanc vocem designari *viam piratarum*
238. *rum in mari Balthico.* *Massagetarum* nomen videtur ex vocabulo Estonico *maes*, id est, viro, deducere. *Quenlandiam*, Finniæ partem, putat dictam ex *Quen*, fœminis, quasi *terram*
242. *fæminarum.* Exstitisse Amazonas, haud negat, conjiciens, ipsas fuisse appellatas a *Maassing*, quasi *sorores*, qua compellatione servæ puellæ in Livonia & Curonia Lettice sese ad pugnam iterandam

randam impellant. Cum *Odino*, Turcarum Rege, ex Asia in Septentrionales terras venisse dicuntur *Asiemen* & *Turcar*. Asios Autor per *Deos* exponit. Asalandiam ponit in Phrygia, Turcas interpretatur per Teucros. De Asia gente affert varia, eaque haud tralatitia, ratus, Asios Lydorum a mari Hyrcano venisse, ac primam horum stirpem descendisse ab Attasiis, sic dictis ab *Atta*, *Athino*, *Athye*, seu *Odin As*, id est, patre Deorum. Nomen *Cotys* ipsi est Scythicum. Asios Lydorum & Hetruscorum ex Asalandia Scythica ante bellum Trojanum ortos fuisse, sibi persuadet. Asios post multas & diuturnas expeditiones ad Mœotidem consedisse tandem, addit. *Eddæ* & *Sturlæi* traditiones de *Odino*, ejusque imperio Asaheimensi, ab exteris confirmatas, perlustrat. Dogma de trinitate Scythis conjectat fuisse cognitum. Verum tempus & causam *Odinianæ* in Septentrionem demigrationis eruit ex collatione *Sturlæi* & scriptorum rerum Romanarum. Locat illum in ætatem *Mithridatis Eupatoris* ac *Pompeji*. Germanorum *Teut* ipsi est *Odinus*, quocum convenire credit *Thotum* Ægyptiorum, *Taauten Sanchoniathonis*, & *Hermen* Græcorum, ac *Thorem* borealium, immo *Ascenasem*. Cimbros aliosque Germanos ab *Odino* in Romanos credit solicitatos fuisse. Expeditionis Gothicæ autorem æque putat *Odinum*. De inventione runarum agit deinde, quam *Baulthoro*, *Odini* socero, assignat. Genealogiam *Jornandis* Gothicam vindicat. Scandiam credit dictam ex *Gothiscanzia*, quæ est apud *Jornandem*. Dania, quod feudum Asiorum ipsa fuit primum, dicta ex *than*, unde fit *underthan*. Danicos & Borussicos scriptores, qui Suecos & *Jornandem* arguunt erroris ratione expeditionis Gothicæ, Autor revincit. Suitharum, seu Suedorum, cognomen putat abiisse in Scytharum nomen. Adjungit posthæc nonnihil de usu historiæ mythicæ. Confusionem Babelicam exponit de dissensione & secessu hominum haud invito, ratus, sapientiæ Dei haud convenire miraculosam linguarum confusionem. *Nimrodum* nomine Sospitatoris imperium affectasse, suspicatur. De Sabiis, *Zoroastre*, loco *Act. XVII*, 3, aliisque rebus perquam memorabilibus, ac de forma regiminis Suecici, ad finem usque disserit. Acta publica, quæ huic

Pag. 257. 263. 472.

tractationi sunt subjecta, spectant ad jura successionis in Suecia regiæ, A 1718 & 1720 firmata. Oceanum antiquitatis reconditæ & abstrusissimæ cum Autore fuimus ingressi Delati sumus præter opinionem citra scopulos in portum. Quid restat, nisi ut Cel. Autori agamus gratias, & votivam ipsi tabulam suspendamus?

JACOBI GUSSETII, BLOESENSIS, THEOLOGIÆ, Philologiæ, & Hellenismi, in Academia Groningensi olim Professoris, Lexicon Linguæ Hebraicæ, in quo præcipua opera impenditur primario significatui vocum phrasiumque accurata investigatione definiendo, homonymiis & interpretationibus vagis, ancipitibus, arbitrariis, eliminandis; locis insignibus S. S. Scripturæ explanandis; parallelis Vet. & Nov. Testamenti tum peculiari discussione, tum collatione mutua, firmandis ac vindicandis. Editio secunda, priori auctior & correctior.

Lipsiæ, sumtibus Wolfgangi Deer, 1743, 4 maj.

Alph. 9 plag. 16.

De hoc Opere *Gussetiano*, A. 1702 Amstelodami, forma majore, prima vice, *Commentariorum Linguæ Ebraicæ* titulo, in lucem edito, jam nihil attinet dicere, cum, quam variæ eruditionis & quantæ utilitatis sit, satis jam aliunde constet; siquidem inter complures, quos ab illo tempore nactum est, præcones, hæc ipsa *Acta Erud. A. 1702 Mense Octobri pag. 443 seq.* in illo laudando otium nobis fecerunt. In præsenti, quid illi hac nova editione accesserit, exponemus. Prodit ista studio Viri doctissimi, deque literis Hebræis, &, quæ eas non parum adjuvant, Arabicis, ceterisque orientalibus, quas in hac Academia publice docet, meritissimi, *Jo. Christiani Clodii.* Ejus enim opera consilioque imprimis uti decreverat optimus hujus urbis civis & industrius bibliopola, *Deerius*, postquam impensis haud contemnendis sibi comparatas ipsius Autoris *Gus-*

setii Notas marginales, quibus hoc suum Opus post ejus natales locupletaverat, MStas, cum erudito orbe communicare, in animum induxerat. Quo negotio quomodo functus sit, ipse in Præfatione docet. Nempe figuras, priori editioni passim insertas, nunc æri incisas, ad Operis calcem annecti curavit. Errata, tum in fine editionis prioris ab Autore notata, tum alia quamplurima, a se ipso observata, non sine multo labore correxit. Quæ autem *addenda* Autor fini Operis subjecerat, nunc ipsi textui inseruit. Notas autem illas marginales MStas, supra commemoratas, quarum gratia inprimis hæc editio suscepta est, in suum singulas locum retulit quidem, sed peculiari signo manus a textu distinxit. Sic *pag. 198*, post lineam *28*, verba: *Huc refero Es. XLIX, 3*, usque ad *quasi dixerit* בישראל, in Amstelodamensi *pag. 113 a.* non habentur, hic autem ex additionibus, calci ejus adjectis, leguntur, nisi quod signo manus opus fuisse non videbatur. Illud enim, ex consilio Editoris, indicium notarum MStarum marginalium recentium, non vero additionum, esse debebat. Sic & *pag. 640*, quæ *lin. 35* vocem *Ostendunt* sequuntur, a *confirmabitur tamen* usque ad *aptam sacchaaro*, ex additionibus Amstelodamensis finalibus sunt inserta, reliqua autem sub signo manus, a *ad quæstionem* usque ad *ac judicandi*, e Notis recentibus MStis marginalibus sunt adjecta. Hæc duplicis generis augmenta hancce editionem tum usui lectorum multo priore accommodatiorem, tum multo etiam locupletiorem, efficiunt.

Sed & hoc diligentissimus Editor sedulo egit, ut, quæ *Gussetius* a se errata, & post impressionem accuratius ponderata, in emendationibus finalibus retractavit, in hac nova editione ex mente illius corrigeret. Hinc factum, ut v. g. figura sanctuarii *pag. 223 a.* nunc quadrati æquilatera compareat, quæ in priori latitudinem longitudine multum superat, & basilicæ anterioris longitudo dupla sit latitudinis, quæ ibi multo est arctior; & vestibuli latitudo cubitos 10, non 20, ut in priore editione per errorem scriptum exstat, habeat. Hæc etiam est causa, cur, quæ v. g. in priore editione sub *lit.* ר *pag. 417 b. lin. 4* a verbis *Etiam &* usque ad *quod habuimus sup. 1*, deleri voluit,

voluit, in nostra *pag. 799 a. lin. 22* deleta sint. Illis enim locum *Lev. V, 4,* השבע להרע או להיטיב, interpretatus fuerat: *jurare de male aut bene faciendo*, quasi ל, post השבע positum, subjectum (quod forte alii objectum dicerent) juramenti indicet; & reponi vult: *notare actum illum, quem effecturum te jures.* Et τὸ לברם *Eccles. III, 18,* non esse posse a בָּרָא, *ut excidat*, prius dixerat, quia hoc esset malignum votum; sed, quia curis posterioribus vidit, rationem hanc interpretationi per *excisionem* non satis adversari, pro ea substitui voluit hanc: *quia τὸ* בָּרָא *de loco, non de homine, dicatur.* Et sic etiam ex retractatione *Gussetii* nunc in nostra legitur. Quæ pauca illustrationis ergo adduxisse sufficiat. Ex quibus correctionibus multo magis, quam ex additamentis, quibus hæ *Gussetianæ* opes auctæ sunt, apparet, quanto hæc editio posterior illa priori sit præstantior; quia verendum est, ne illa ab imperitis lectoribus, & quos piget additamenta finalia consulere, multis in locis non sine magno periculo, eundem cum Autore errorem errandi, evolvatur; hæc autem absque illo metu securis manibus versari potest.

Porro & hoc faciendum novæ editionis diligentissimus arbiter duxit, ut, quæ *Gussetius* Hebraica vocibus & phrasibus Gallicis illustravit, iis versionem Germanicam adjecerit, ne, qui Gallica non intelligunt, commodo, exinde ad Gallice doctos redundante, plane careant; quanquam, hoc non ubique factum esse, forte quia in multis nostræ linguæ idiotismi Gallicismis non obsequuntur, usus libri lectores docebit.

Denique huic augmento suas etiam animadversiones & supplementa eruditissimus *Clodius* additurus quidem erat, in quibus, quæ ipsius in Præfatione verba sunt, vel ad voces, ubi *Gussetius* nihil, aut pauciora saltem, annotavit, aut ubi significationes plane delevit, novasque substituit, neglecta dialectorum harmonia; vel explicationes locorum Codicis S. novas, contortas, minusque convenientes, afferre videtur, est commentatus. Sed moles Operis jam satis sumtuosi non nimis augenda erat; hinc illas animadversiones seorsim excusas exstare vult, propediem e prelo, cui jam sunt subjectæ, prodituras.

Accessi

Acceſſit & hæc conſilii de ſeparatim edendis Animadverſionibus ratio, quia Cl. Editor, ita ſe eſſecturum, vidit, ut vel alii, qui Amſtelodamenſem poſſident, acceſſiones haſce novas ſibi comparare, cenſurarumque *Clodianarum* utilitate frui, poſſint, neque tamen propterea hancce novam comparare neceſſe habeant. Non eſt dubium; quin is *Clodianus* labor ſacræ exegeſeos ſtudioſis acceptiſſimus ſit futurus, cum eximia Autoris doctrina eos optima quæque de ſe ſperare jubeat.

RICCIARDI DE ANTIQUIS, D. MEDIOlanenſis, Epiſtola, qua HERMANNI CONRADI F. SINCERI ſententia de uſu Juris Feudalis Longobardici in Germaniæ terris exponitur ac trutinatur.

Coloniæ, ad exemplum Venetum, ſumtu Oberti van Leenhof, 1738, editum, recuſum 1739, 4.

Plag. 11.

Libellus iſte, Dialogi more compoſitus, bis jam editus fuerat apud Venetos, & ſplendide quidem in majore forma. Cum autem in Germania vix magno comparari pretio poſſet; Optime fecit Bibliopola Colonienſis, quod eum iteratis typis luci expoſuit. Merebatur enim hoc Opuſculum, & propter argumenti gravitatem, & propter floridum dicendi genus, ſæpe elegantioribus jocis conditum, ut in plurimorum notitiam ac manus perveniret. Scripſit hoc ipſum doctiſſimus *Ricciar-dus de Antiquis* ad Avunculum ſuum, *Joſeph. Gerardum de Beneficiis*, occaſionem præbente itinere Autoris in Germaniam. Ibi ſcilicet Germanorum quorundam JCtorum libros pervolutans, & eruditiſſimorum virorum colloquiis fruens, graviſſima de Jure Feudorum diſſidia animadvertit, de quibus, in Italiam jam redux factus, paulo ſibi accuratius diſſerendum eſſe judicavit. Perfecit conſilium, ut diximus, laudabiliter, nulloque partium abreptus ſtudio, quod vel ex iis patere arbitramur verbis, quæ *pag. 11* noſtris ſe oculis obtulerunt. Hoc enim loco mentionem injiciens *Methodi Juris controverſi*, quæ

autore *Nicol. Vigelio de Dreisa* olim prodierat, *non videram, inquit, eum, & fere abjecissem, qui nostræ gentis mos est, cum Germanum se dicat. At, libello curatius volutato, longe alia mihi mens sedit, &, Alemannos etiam sapere, deprehendi.* Quæ deinceps *pag. 14* addidit, dubium est, illine magis, an ipsis nostris imputanda civibus sint. Memorat enim ibidem, studuisse se linguæ Germanicæ, &, superatis difficultatibus, libros Alemannicos legere potuisse, locutioni autem non ita dedisse operam, pronuntiandi ratione id impediente, *præsertim cum, quæ gentis stoliditas sit*, ipsum, dicere occipientem, non tam correxerint, quam potius juvenesque senesque deriserint. Excerpemus summa totius libelli capita, dummodo prius monuerimus, tres de Jure Feudali Longobardico inter se colloqui ac disceptare, Autorem nimirum, &, *qui suis sese nominibus occultari voluerunt, Sincerum*, atque *Elpistium*. *Ipsa* autem disputatio instituta fuit Ulmæ, in ædibus *Sinceri*, cujus hospitalitatem, doctrinam, humanitatemque, plus vice simplici amplissimis Autor laudibus extollit. Præmissis quibusdam generalioribus, Clarissimus *de Antiquis §. 5 & 6*, in Germanico suo itinere Augustæ Vindelicorum se substitisse, refert, ibique invenisse *Harpprechti de non usu Speculi Alemannici* librum, & ex eo longe alia didicisse de Jure Feudali Longobardico, quam antea intellexerat. Confirmatum tamen se in consilio fuisse, olim suscepto, cum audivisset, Germanos lege quadam Longobardicis alligari, *§. 7* docet. In *§. 8* significat *Autor*, Augusta Ulmam se contendisse, ibique a *Sincero*, amicitia sibi juncto, de patris sententia, Jus Romanum & Longobardicum in Germania, quod ad receptionem, probatione indigere, certiorem esse factum. Consideravit hæc Autor satis diligenter, & plurium interim eruditorum notitiam acquisivit, uti ex *§. 9* perspicitur. Qui sequuntur, *Paragraphi 10, 11, 12, 13, 14*, complectuntur colloquium Autoris & *Sinceri* alterum de Legum peregrinarum autoritate in Germania; cui cum intervenisset *Elpistius*, doctissimus *de Antiquis* illi lampada tradidit: quo facto *Elpistius*, multa pro usu Juris Romani congerens, cum *Sincero* ad Jus Feudale Longobardicum delabitur. Uterque diu disceptavit,

ptavit, num Jus Romanum & Longobardicum Germanis sint communia. *Par. 15* & *16* tertium colloquium inter *Sincerum* & *Elpistium* de nomine Juris Communis, Juri Feudali Longobardico competente, & quomodo tandem hæc lis composita fuerit, exponitur. Deinceps in disputatione quarta contendit *Sincerus*, Jus Feudale Longobardicum Germanico semper cedere, probans hoc ex Jure Longobardico ipso, & more Siculorum, ab *Andr. de Barulo* relato. Respondet *Elpistius*, Juri Germanico, in usu existenti, non antiquo illi, cedere Longobardica. *Sincerus* adversario causæ præsidia suppeditat. *Elpistius* plures Scriptores, inprimis omnes Camerales, pro sua causa nominat. *Sincerus* autem, Longobardorum Jus non majoris esse autoritatis, perhibet, quam quivis alius Autor, pro ratione adducendus. Statu controversiæ amplius formato, *Elpistius* usum Juris Longobardici a tempore *Caroli IV* ad *Maximilianum* usque *I* deducit. *Sincerus*, transitu facto, nullum usum Longobardicorum judiciarium admittit, & ad annum usque 1495 progreditur. Eximit tamen Constitutiones Imperatorias, in campis Roncaliis promulgatas, potiusque Jus Germanicum ubique receptum fuisse tradit. *Elpistius* respondet, Jus Longobardicum in Camera Imperiali Seculo XVI & XVII viguisse; cui intercedit *Sincerus*, &, Jus illud neque Constitutionem introduxisse Imperii, neque postea etiam invaluisse in foro, negat; quæ omnia a §. *17* ad §. *31* expediuntur. Tum in conflictu quinto a §. *32* ad *58* *Elpistius*, sensim minimum Jus Longobardorum esse receptum, & obliterasse Germanica, existimat. Quod cum argumentis pluribus in dubium vocet *Sincerus*, *Elpistius* denuo de reliquis Germaniæ Juribus concedit, de obsoletis non item. Mox contentio de Juris Longobardici usu cooritur, & demonstratur præcipue ab *Elpistio*, nil obesse Speculis, si contenta tantum, non ipsa volumina, sint allegata. *Sincerus* non admittit nisi usum Academicum, nullum Juri Longobardico forensem attribuens, negans etiam, usum sufficere, quandoquidem is nullam imponat necessitatem, ulterius attendi eo Jure, quod hactenus observatum est. Longobardica esse in foro plane obsoleta, evincere studet *Sincerus*, &,

quæ Juri Germanico antiquo opponi ſolent, diluit. Id ipſum porro agit, & objecta in Jus Longobardicum retorquet, atque pleniorem Germanicorum Jurium Feudalium notitiam ſtruit; quam ille materiam continuat, longe ordinatius Jus eſſe Germanicum, ſimul demonſtrans. Subjungitur de Doctoribus nonnullis judicium, illique confutantur, qui uſum forenſem pariter ac hiſtoricum antiquis Juribus denegant. Deducitur potius iſte uſus ſpeciatim, & ſimultanea inprimis inveſtitura toti Imperio Germanico vindicatur. Eandem tempore *Henrici II* non eſſe ſublatam, probatur, congeſtisque eam in rem compluribus ante & poſt *Henricum* exemplis, ad Leges conſuetudinarias Franciæ Salicæ, Franciæ Ripuariæ, & Alemanniæ, provocatur, pariterque vox *Erbmannleben* feudum eſſe, non niſi ad filios aut filias tranſiens, oſtenditur. Pergit *in ſtabilienda* theſi ſua *Sincerus*, & tam Leges Bavaricas, quam Saxonicas, *nominat*, unde colligi poſſe credit, Jus Germanorum Feudale in ſimultanea inveſtitura commune eſſe, nec de conſervatione ſimultaneæ inveſtituræ in Feudis Imperii, & reliquis Germaniæ terris, dubium reſtare ullum, profitetur. Idem denique cauſæ meminit, cur aliqui perſuaſum ſibimet habeant, ſimultaneam inveſtituram ab uſu penitus receſſiſſe. Sextum Colloquium a §. *59* uſque ad Opuſculi finem producitur. Agit illud de ſimultaneæ inveſtituræ ſpeciebus, & quidem de Longobardica; de Germanica communi, ubi per curatorem recipitur; de ſimultanea inveſtitura univerſitatum; de ſimultanea inveſtitura Germanica ſucceſſiva; & de ſimultanea inveſtitura dominorum. Colophonem imponunt judicia de Scriptoribus quibusdam, qui Feudalis Juris notitiam tradiderunt. Nos Bibliopolæ, qui edidit libellum, jure huc transſcribendam putamus commendationem: *Lector eme, lege, & gaudebis.*

SPECIMEN CALCULI FLUXIONALIS, quo exhibetur generalis methodus, duarum pluriumve quantitatum variabilium, in ſemet multiplicatarum, Fluxiones & Fluentes cujuscunque ordinis ope ſerierum

rum infinitarum adinveniendi. Accedunt alia quædam miscellanea. Autore GERARDO MEERMANN, *JCto.*

Lugduni Batavorum, apud Danielem Gœtval, 1742, 4 maj. Plag. 14.

Hoc Opusculum Cl. Autor erudita Præfatione ornavit, in qua Algebræ historia a prima ejus ætate ad nostra usque tempora succincte traditur. Analysin Mathematicorum, quæ hodie Algebra vocatur, jam olim Græcis, velut *Euclidi*, & ante hunc *Platoni*, innotuisse, ab iis tamen sollicite occultatam fuisse, Autor pro certo habet. Sed primus, qui Analysin in certam methodum redegit, & singulari opere exposuit, fuit *Diophantus Alexandrinus*, de cujus ætate controversiam Cl. *Meermannus* tollit testimonio *Gregorii Abulpharagii*, qui in Historia Dynastiarum, hunc *Diophantum* cum *Themistio* Philosopho sub *Juliano Apostata* vixisse, scriptum nobis reliquit. In hujus *Diophanti* Opus celebris *Hypatia*, *Theonis Alexandrini* filia, prima Commentarios, *Suida* teste, scripsit. Deinde post novem circiter seculorum intervallum duos priores ejus Operis libros interpretatus est Monachus *Maximus Planudes*, cui Scholia illa tribuenda sunt, quæ *Guil. Xylander*, primus *Diophanti* editor, A. 1575 in lucem protraxit. Nam, etsi, *Planudis* illa Scholia esse, ipse *Xylander* ignoravit, tamen, *Hypatiæ* illa non adscribenda esse, partim ex Indica multiplicandi ratione, de qua Scholium ad *Lib. I Defin. 9* loquitur, partim ex Algebræ vocabulo, *Hypatiæ* temporibus inaudito, & in Scholio ad *Lib. I Quæst. 24* occurrente, Cl. Autor probat, imo, *Planudi* ea Scholia in vetustis quibusdam Codicibus tribui, *Bernardum de Montfaucon* in *Bibliotheca Bibliothecarum MStorum* testem citat. A Græcis primi hanc artem Analyticam acceperunt Indi, qui usum ejus longe expeditiorem reddiderunt, figuras quasdam, pro literis alphabeticis in numerando substituendas, excogitantes. Harum enim figurarum inventionem Indis non abjudicandam esse, satis idoneis argumentis Cl. Autor evincit. Ad Arabes dein ab Indis pervenit ars Analytica, & lingua eorum Al-

gebra fuit appellata, & apud eos non leve incrementum cepit, eo potissimum, quod æquationes cubicas resolvendi modum invenerant. Nam, ante *Scipionem Ferreum* dudum innotuisse Arabibus harum æquationum solutionem, conjicit Autor ex libelli cujusdam Arabici, ab Amplissimo *Warnerio* in Oriente descripti, & Bibliothecæ publicæ Lugdunensi relicti, inscriptione, quæ Latine sic se habet: *Omar Ben Ibrahim Al Ghajamai Algebra cubicarum æquationum, sive de problematum solidorum resolutione.* Europæi denique, qui jam circa medium Seculi decimi, ut *Wallisius* colligit, figuras numerorum ab Arabibus acceperant, ipsius etiam Algebræ scientiam sub finem quarti decimi Seculi ab iisdem acceperunt. Et in Italiam quidem primus hanc artem attulit *Leonardus de Pisa* initio Seculi decimi quinti, quem de quadratis numeris librum *conscripsisse, Guil. Xylander* perhibet. Post hunc Pisanum *Lucas de Burgo, Mich. Stifelius, Hier. Cardanus, Raphael Bombellius*, & alii, quos *Vossius Lib. III de natura Artium*, & *Wallisius* in *Algebra*, nominant, Algebram in Europa coluerunt, parum tamen ejus limites promovisse Autori nostro videntur. Circa finem autem decimi sexti Seculi *Franciscus Vieta* novam huic arti faciem induxit, cum & quantitates omnes, tam datas, quam quæsitas, literis alphabeticis designare institueret, & Algebram ad Geometriam quoque applicaret. Paulo post magnam eidem arti accessionem fecit *Thomas Harriotus*, Anglus, qui omnium æquationum algebraicarum genesin & naturam primus distincte docuit in posthumo Opere, quod, *Artis analyticæ Praxis* inscriptum, Londini A. 1631 prodiit. Quanta deinde, & a quibus viris, Analysis cum universa Mathesi ceperit incrementa, quia id est fama pervulgatum, paucis tantum verbis indicasse, Autori satis esse potuit. Sub finem hujus Præfationis aperit consilium, quo hoc Opusculum conscripsit. Videlicet, cum alii huc usque fluxionibus & fluentibus primi, secundi, tertiive ad summum, ordinis usi fuerint, ipse Cl. *Tayloris* exemplo generalem regulam ad fluxiones cujuscunque gradus datæ quantitatis investigandas præscribere, & exinde novam methodum pro reversione serierum fluxionalium deducere, voluit, fluentes

ii

in hisce perpetuo considerans ut fluxiones negativas. Itaque in *prima Propositione* tradidit formulam universalem pro invenienda cujuslibet ordinis fluxione vel fluente quantitatis factæ ex fluxionibus sive fluentibus quibusvis duarum quantitatum variabilium, per se invicem multiplicatis. Hanc formulam huc transscripturi, monebimus prius legentes de notis, quas Cl. Autor *Taylorianis* longe commodiores adhibet. Nam incrementum, vel decrementum, ordinis a quantitatis variabilis R sic designat $\overset{a}{\dot{R}}$; quæ nota, si a est numerus positivus, indicat fluxionem quantitatis R, si $a = o$, quantitatem R ipsam, si vero a est numerus negativus, fluentem ipsius R. Nunc ordinis m fluentem vel fluxionem quantitatis $\overset{a}{\dot{R}}\,\overset{b}{\dot{S}}$ Autor hac formula exprimit:

$$\overset{a}{\dot{R}}\,\overset{b+m}{\dot{S}} + \frac{m}{1}\,\overset{a+1}{\dot{R}}\,\overset{b+m-1}{\dot{S}} + \frac{m.m-1}{1.2}\,\overset{a+2}{\dot{R}}\,\overset{b+m-2}{\dot{S}} + \frac{m.m-1.m-2}{1.2.3}\,\overset{a+3}{\dot{R}}\,\overset{b+m-3}{\dot{S}} + \&c.$$

vel etiam hac:

$$\overset{b}{\dot{S}}\,\overset{a+m}{\dot{R}} + \frac{m}{1}\,\overset{b+1}{\dot{S}}\,\overset{a+m-1}{\dot{R}} + \&c.$$

quæ præcedenti omnio similis est. Utriusque autem formulæ lex progressionis nenini obscura esse potest, qui theorema binomiale *Newtoni* noit. Ejus quidem demonstrationem Cl. *Meermannus* non adidit, (neque difficilis ea erit illis, qui calculi differentialis non mnino rudes sunt,) usum autem multis exemplis docuit, iner quæ unum occurrit, quod ostendit usum illarum formurum ad inveniendam quantitatem, cujus data aliqua quantitas uxio vel fluens est. Si enim detur quantitas $x\overset{4}{y} + 4\overset{1}{x}\overset{3}{y}$. $6\overset{2}{x}\overset{2}{y} + 4\overset{3}{x}\overset{1}{y} + \overset{4}{x}y$ (puncta inter literas & numeros, seındum semiologiam Autoris scribenda, hic omisimus, quia iis eræ commodius carere posse videntur,); non difficulter perspicietur

spicietur ex collatione unciarum & indicum hujus quantitatis cum iis in formula prima, datam quantitatem esse fluxionem ordinis quarti quantitatis *x y*, quam Autor fluxionis reversionem appellat. In *secunda Propositione* exhibet tres diversas formulas pro invenienda quantitatis trimembris fluxione vel fluente dati ordinis; in *tertia* quatuor pro quantitatis, ex quatuor factoribus compositæ, fluxionibus vel fluentibus; in *quarta* generalem regulam, qua cujuscunque ordinis fluxio vel fluens quotlibet quantitatum variabilium, in semet *multiplicatarum*, inveniri potest; in *quinta* denique seriem infinitam generalem pro quavis fluxione vel fluente quantitatis variabilis x, ad potentiam quamvis r elatæ. Sed de hisce formulis, quæ omnes tantum quædam quasi corollaria *sunt*, ex primo theoremate operosa magis, quam difficili, *ratiocinatione deducenda*, hic dicere nihil opus erit. Ex prima & quinta propositione derivavit Autor theorema, quod in *sexta Propositione* traditur, & quod primum id intuentibus paradoxon apparebit. Hoc theorema est quantitatis variabilis, sive puræ, sive fluxionalis, & quotcunque dimensionum, expressio universalis per seriem infinitam fluxionalem. Prolixior est illa series, quam quæ huc transscribi possit; hoc tamen annotabimus, quod ex ea fluit, scilicet x^2 esse æquale seriei $2\overset{1}{x}\overset{-1}{x} - 2\overset{2}{x}\overset{-2}{x} + 2\overset{3}{x}\overset{-3}{x} - 2\overset{4}{x}\overset{-4}{x} +$ &c. Quod verum esse, *concessa* theorematis primi universalitate, omnino concedendum est. In eundem quantitatis x^2 valorem fluxionalem Autor jam antea, in exemplo quodam, primæ Propositioni subjuncto, inciderat, ibique veritatem hujus valoris eo probaverat, quod, si capiatur fluxio prima prædictæ seriei, omnes termini, primum sequentes, se invicem destruant, & primus, qui solus relinquitur, sit 2 x x, quem esse quantitatis x^2 fluxionem primam, nemo negat; ex consequens est, ipsam quantitatem x^2, prædictamque seriem fluxionalem, inter se æquales esse, cum, quorum primæ fluxiones æquales sunt, ipsa inter se æqualia habenda sint. Typis

fere jam totum descriptum erat hoc Opusculum, cum Cl. *Meermannus* audiret, Cel. *Colinum Mac Laurin*, Edinburgensem Matheseos Professorem, in Opere de Fluxionibus, quod prelo jam commiserat, fluxionum quoque superiorum ordinum, quæ relatæ ad alias evanescunt, & hinc vulgo negliguntur, in calculo Fluxionum rationem habuisse. Hoc Autorem nostrum impulit, ut in *Additamento* aliud theorema traderet, cujus ope quantitatis $R^a S^b$ fluens vel fluxio quælibet capi potest, non neglectis terminis, qui ad ceteros infinite exiguam rationem habent. Denique huic Opusculo, ut id justa forma lucem adspicere posset, miscellanea Problemata algebraica cum eorum solutionibus adjunxit, quæ nobis non inelegantes esse videntur. Gratulamur Cl. Autori hos conatus, quos ipse juveniles modeste appellat, sed qui eo majori laudi ipsi cedunt, quo majorem de eo spem faciunt. Talis enim visa nobis est hæc scriptio, ex qua argutum Autoris ingenium, ac in contemplandis agitandisque rationibus industria, colligi possit; &, eum esse Autorem, accepimus, qui juvenilem suam ætatem, qua egressus nondum est, non solis studiis Mathematum dicavit, sed etiam in Juris scientia addiscenda ita profecit, ut summis JCtorum Academicis honoribus dignus jam tunc, cum hunc librum ederet, habitus esset. Quæ omnia nos hanc de eo spem concipere jubent, fore, ut, si Mathematum studiis porro vacare ipsi libuerit licueritque, in celebrium Mathematicorum numerum olim referatur.

BIBLIOTHECÆ PHILOSOPHICÆ STRUVIANÆ emendatæ, coutinuatæ, atque ultra dimidiam partem auctæ, a LUDOVICO MARTINO KAHLIO, P.P.O. Tomi duo. Tomus I, Scriptores Philosophiæ contemplativæ; Tomus II, Scriptores Philosophiæ practicæ, percensens.

Gottingæ, impensis Vandenhoeck & Cunonis, 1740, 8 maj.

Tom. I Alph. 1 plag. 7, Tom. II Alph. 1 plag. 6.

Quatuor, quæ jam exstant, editiones *Bibliothecæ philosophicæ Struvianæ*, librum hunc tulisse plausum, *Burchardo Gotthelff Struvio* dignum, dudum probarunt. Uti vero δευτέραι φροντίδες, ac labores novi, addi, vel ipso *Struvio* judice, debebant; ita *Joannes Henricus Ackerus*, Vir pereximiæ eruditionis, Supplementa quædam jam anno Seculi hujus 14 composuit, postea a Celeberrimo *Joanne Georgio Lottero* accessionibus locupletata, atque maxima ex parte inserta editioni libri hujus, A. 1728 evulgatæ. Quamvis vero Viri *hi meritissimi* insignem ei applicaverint diligentiam; *Struvius* tamen ipse, majorem exoptans, A. 1737 literas dedit ad *Ludovicum Martinum Kahlium*, Gottingensium Professorem, iisque significavit, in votis sibi esse, ut *Kahlius* novam uberioremque adornaret *Philosophicæ Bibliothecæ* editionem. Respondit igitur *Kahlius*, se opus istud suscepturum, & publicæ luci commissurum. Inde enatus est, quem descripturi jam sumus, Commentarius *Kahlii* ad *Struvium*, isque perpetuus, in quo Scriptores, quos omne ævum tulit, præcipui, ad Philosophiam spectantes, recensentur, haud raro insertis textui *Struviano* integris *Sectionibus*, quemadmodum omnes notæ, textui subjectæ, a *Kahlio* elaboratæ sunt. Quæ enim ab *Ackero* & *Lottero* hanc in rem concinnata fuere, & ex parte retinenda *Kahlio* visa, in ipso textu *Struviano* comparent, ita connexa atque adaptata *Kahlii* opera, ac si ipse ubique *Struvius* dissereret; ne annotationibus, modo minus cohærentibus, modo repugnantibus, modo mutilis, confusa & perturbata redderetur oratio. Pari industria non carentem nævis textum *Struvianum* repurgavit, insertis ei satis longis Capitibus, & suppletis iis speciatim, quæ ad *Wolfii* Philosophiam spectare videbantur. Quorum in censu sunt *Tom. I* inde a *pag 126* usque ad *pag. 137*, *pag. 280 291*, *pag. 293 297*, *pag. 306-318*, *pag. 353-356*, & *Tom. II pag. 60* usque ad *pag. 66*, *pag. 170-173*, *pag. 351 356*, proposita. Præcipuam vero diligentiam ad id attulit *Kahlius*, ut de singulis Philosophis, eorumque scriptis, curate cognosceret, graviter statueret, & tanquam æquus æstimator judicaret. Id quod præcipue probandum est institutum, quoniam a *Struvio* & Commenta-

mentatoribus, antea nominatis, plerumque fuit neglectum. Id igitur religiose servavit Autor, ne per cujusquam injuriam famam quærere voluisse videretur. Ii tamen, qui libertatem judicandi, modestia conditam, ægre ferunt, impedimento esse non potuerunt, quo minus Noster ingenue mentem suam profiteretur; quemadmodum Autores, qui vitas Philosophorum persecuti sunt, inprimis rariores, adscripsit, indicavitque, quanta iis fides habenda sit. Quæ cum adhibita sint editioni huic omnia; fieri non potuit, quin moles operis valde accresceret, & ultra dimidiam partem augeretur Bibliotheca philosophica. Haud ulla igitur in omni libro occurrit pagina, sine *Kahlii* annotationibus impressa; unde quilibet facile intelligit, brevibus explicari haud posse editionis hujus præ reliquis prærogativam. Ut tamen exempla quædam proferamus, in medium, ex observationibus, ei junctis, unam & alteram delibabimus. De *Pythagora Tom. I pag. 85* ita erudite disputat: *Sub involucris omnem Philosophiam proposuit, insuper mysteria tantum vendens discipulis suis; hinc oblivioni, quæ ad enucleandum istum philosophandi modum pertinent, tradita sunt plurima. Perpauci itaque veterum inseri possunt catalogo Scriptorum Philosophiæ Pythagoricæ. Mathematicis claustris obserata præcipua sunt dogmata, quoniam de numeris, figuris, harmonia, semper fere sermonem instituebat Pythagoras. Suos Mathematicos habere volebat; lingua hinc mere mathematica utebatur. Hac quidem ratione inductus, figuris geometricis, arithmeticis, & musicis, tanquam literis hieroglyphicis, designabat placita. In Physica v. c. asserebat, ex tetragono nasci cubum solidissimum & stabile corpus; pyramidem & cubum ex eodem tetragono prodiisse, cujus idea sit* τετρακτύς; *sexcenta similia omittimus. Metaphysica & moralis Philosophia Pythagoræ plane abdita non minus est; quam Historiæ Philosophicæ scriptoribus detegendam, si divinatione potest explicari, relinquimus.* De *Porphyrio pag. 88* hæc attulit: *Porphyrii etiam in Ptolemæi Harmonica Commentarius MStus exstat in Bibl. Magdalenensi Oxonii, ubi eum perlustravimus. Titulus est:* Πορφυριου εις τα αρμονικα Πτολεμαιου υπομνημα. *Sed Ptolemæi*

Harmonica MSta etiam vidimus ibidem in Bibliotheca Bodlejana, qui Codex tribus libris constat, quorum primus 16, secundus 15, tertius 16, Capita habet, cum tamen Porphyrii hi Commentarii desinant in Capite 7 Libri secundi; neque, an ulterius Commentator processerit, dicere possum. Holstenius in Dissertatione de vita & scriptis Porphyrii, libro ejusdem de Pythagoræ vita addita, Cap. 6, Porphyrii Commentarium in Harmonica asservari, affirmat, tam in Bibliotheca Vaticana, quam in Gallorum Regis mole literaria; asserit quoque, Porphyrium non in universum ἁρμονικῶν opus, sed in 4 duntaxat prima Capita, scripsisse, cetteraque dein Pappum pertexuisse, id quod titulo MSti, in Vaticana reconditi, comprobat. Sed hujus rei nec ullum vestigium reperi, cum tamen tres Codices MStos, quorum unus in Bodlejana, alter in Barroviana, tertius in Magdelenensi, asservatur, curate & diligenter manibus volverim revolverimque. De *Sixto*, vel *Xysto*, Philosopho & Pontifice Romano, *pag.* [illegible] hæc leguntur: *Usserius omnia fere ex antiquitatum ecclesiasticarum monumentis collegit documenta, quæ Sixti, sive Xysti, illustrant personam, in MSto Codice Bibliothecæ Bodlejanæ, quæ in ea & legi & descripsi, alio forsan tempore publici facienda juris. Ramum pag. 116* ita adumbrat: *Quam molitus est mutationem Philosophiæ Ramus, ea multis displicuit jure, eoque summo.* Ἀμεθοδία *enim hujus viri est incredibilis. Principiis plane nullis nituntur ejus placita, misereque Philosophiam rationalem cum arte rhetorica & Poesi confundit. Hinc mera* ἀταξία *Rami* τάξις *dici meretur, licet id, quod pueri in faba, se invenisse videatur.* Inter ea, quæ de Philosophis exosis tradidit Cel. Editor, *pag. 142* hæc legimus: *Huc pertinet Jordanus Brunus, qui libro de immenso & innumerabilibus se invisum reddidit, hinc Romæ A. 1600 damnatus in flammas conjectus est, licet atheismi impia placita demonstrari ex scriptis ejus nequeant. Vid. Memoirs of Litterature Vol. II pag. 243 Art. 52. De genere, loco, & tempore mortis hujus Philosophi consulatur quoque a Collection of several pieces of Mr. John Toland, edit. Lond. 1726. Spaccio della bestia trionfante, &c. qui liber tanquam monstrum horrendum, ingens, a multis describitur, atheismum quoque continere debet.*

debet.

debet ex eorum sententia, licet vix unquam id evinci possit. Codex hic, impressus Parisiis A. 1584, inter rarissimos numeratur, & asservatur in Bibliotheca Bodlejana, cui exemplari adscripta sunt hæc: This Book was sold for 27 L. in the Auction of Mr. Charles Bernardis Books in April 1711. Mr. Clavell of the Middle-Temple bought it. &c. De *Newtono pag. 359* hæc commemorantur: *Philosophi magni hujus elogium nonnemo ita protulit:*

All Nature and her Laws lay hid in Night,
God said: let Newton be; and All was light.

In Diario, cujus titulus est: New Memoirs of Literature, Vol. V Mense Mart. A. 1727 pag. 238, laudibus his ornatur Newtonus: We have lost the glorious Founder of the best Philosophical School, that ever appeared in the World. The celebrated Sir Isaac Newton died on Monday the 20th of this month, about one of the Clock in the morning in the 85th Year of his age, &c. I shall only say, after Dr. Halley, that no mortal can come nearer the Deity: Nec fas est propius mortali attingere divos. Epitaphium Newtoni idem fere loquitur, tam illud, quod sepulchro ejus fuit insculptum, omnibusque notum est, quam id, quod Joannes Eames composuit, & legitur in Miscellaneous Thoughts in Prose and Verse, written by I. Watts, Londini, 1734. Andreas Motte Newtoni Principia Philosophiæ naturalis mathematica e Latino fonte in Anglicum sermonem transtulit, typisque exscribi curavit Londini A. 1730 in II Volum. in 8. Sed, quam mala fide interpretatio hæc composita sit, vel ex unico demonstrari potest exemplo. Sect. II Propos. 7 in Schol. pag. 253 edit. 1657 Newtonus ita scribit: In literis, quæ mihi cum Geometra peritissimo, G. G. Leibnitio, annis abhinc decem intercedebant, cum significarem, me compotem esse methodi determinandi maximas & minimas, ducendi Tangentes, & similia peragendi, quæ in terminis surdis æque ac in rationalibus procederet, & literis transpositis, hanc sententiam involventibus, (data æquatione, quotcunque fluentes quantitates involvente, fluxiones invenire & v. v.) eandem celarem; rescripsit Vir Clarissimus, se quoque in ejusmodi methodum incidisse, & methodum suam communicavit, a mea

gebra fuit appellata, & apud eos non leve incrementum cepit, eo potiſſimum, quod æquationes cubicas reſolvendi modum invenerant. Nam, ante *Scipionem Ferreum* dudum innotuiſſe Arabibus harum æquationum ſolutionem, conjicit Autor ex libelli cujusdam Arabici, ab Ampliſſimo *Warnerio* in Oriente deſcripti, & Bibliothecæ publicæ Lugdunenſi relicti, inſcriptione, quæ Latine ſic ſe habet; *Omar Ben Ibrahim Al Ghajamæi Algebra cubicarum æquationum, ſive de problematum ſolidorum reſolutione.* Europæi denique, qui jam circa medium Seculi decimi, ut *Walliſius* colligit, figuras numerorum ab Arabibus acceperant, ipſius etiam Algebræ ſcientiam ſub finem quarti decimi Seculi ab iisdem acceperunt. Et in Italiam quidem primus hanc artem attulit *Leonardus de Piſa* initio Seculi decimi quinti, quem de quadratis numeris librum conſcripſiſſe, *Guil. Xylander* perhibet. Poſt hunc Piſanum *Lucas de Burgo, Mich. Stifelius, Hier. Cardanus, Raphael Bombellius*, & alii, quos *Voſſius Lib. III de natura Artium*, & *Walliſius* in *Algebra*, nominant, Algebram in Europa coluerunt, parum tamen ejus limites promoviſſe Autori noſtro videntur. Circa finem autem decimi ſexti Seculi *Franciſcus Vieta* novam huic arti faciem induxit, cum & quantitates omnes, tam datas, quam quæſitas, literis alphabeticis deſignare inſtitueret, & Algebram ad Geometriam quoque applicaret. Paulo poſt magnam eidem arti acceſſionem fecit *Thomas Harriotus*, Anglus, qui omnium æquationum algebraicarum geneſin & naturam primus diſtincte docuit in poſthumo Opere, quod, *Artis analyticæ Praxis* inſcriptum, Londini A. 1631 prodiit. Quanta deinde, & a quibus viris, Analyſis cum univerſa Matheſi ceperit incrementa, quia id eſt fama pervulgatum, paucis tantum verbis indicaſſe, Autori ſatis eſſe potuit. Sub finem hujus Præfationis aperit conſilium, quo hoc Opuſculum conſcripſit. Videlicet, cum alii huc usque fluxionibus & fluentibus primi, ſecundi, tertiive ad ſummum, ordinis uſi fuerint, ipſe Cl. *Tayloris* exemplo generalem regulam ad fluxiones cujuscunque gradus datæ quantitatis inveſtigandas præſcribere, & exinde novam methodum pro reverſione ſerierum fluxionalium deducere, voluit, fluentes

in

in hisce perpetuo considerans ut fluxiones negativas. Itaque in *prima Propositione* tradidit formulam universalem pro invenienda cujuslibet ordinis fluxione vel fluente quantitatis factæ ex fluxionibus sive fluentibus quibusvis duarum quantitatum variabilium, per se invicem multiplicatis. Hanc formulam huc transscripturi, monebimus prius legentes de notis, quas Cl. Autor *Taylorianis* longe commodiores adhibet. Nam incrementum, vel decrementum, ordinis a quantitatis variabilis R sic designat $\overset{a}{\dot{R}}$; quæ nota, si a est numerus positivus, indicat fluxionem quantitatis R, si $a = o$, quantitatem R ipsam, si vero a est nu- nerus negativus, fluentem ipsius R. Nunc ordinis m fluentem vel fluxionem quantitatis $\overset{a}{\dot{R}}\,\overset{b}{\dot{S}}$ Autor hac formula exprimit:

$$\overset{a}{\dot{R}}\,\overset{b+m}{\dot{S}} + \frac{m}{1}\,\overset{a+1}{\dot{R}}\,\overset{b+m-1}{\dot{S}} + \frac{m.m-1}{1.2}\,\overset{a+2}{\dot{R}}\,\overset{b+m-2}{\dot{S}} + \frac{m.m-1.m-2}{1.2.3}\,\overset{a+3}{\dot{R}}\,\overset{b+m-3}{\dot{S}}$$

+ &c. vel etiam hac;

$$\overset{a+m}{\dot{R}} + \frac{m}{1}\,\overset{b+1}{\dot{S}}\,\overset{a+m-1}{\dot{R}}$$

+ &c. quæ præcedenti omni- o similis est. Utriusque autem formulæ lex progressionis ne- ini obscura esse potest, qui theorema binomiale *Newtoni* no- t. Ejus quidem demonstrationem Cl. *Meermannus* non ad- dit, (neque difficilis ea erit illis, qui calculi differentialis non nnino rudes sunt,) usum autem multis exemplis docuit, in- r quæ unum occurrit, quod ostendit usum illarum formu- rum ad inveniendam quantitatem, cujus data aliqua quantitas uxio vel fluens est. Si enim detur quantitas $x\overset{4}{y} + 4\overset{1}{x}\overset{3}{y}$ $6\overset{2}{x}\overset{2}{y} + 4\overset{3}{x}\overset{1}{y} + \overset{4}{x}y$ (puncta inter literas & numeros, se- ndum semiologiam Autoris scribenda, hic omisimus, quia iis eræ commodius carere posse videntur,); non difficulter per- spicietur

spicietur ex collatione unciarum & indicum hujus quantitati cum iis in formula prima, datam quantitatem esse fluxionem ordinis quarti quantitatis $x\,y$, quam Autor fluxionis reversionem appellat. In *secunda Propositione* exhibet tres diversas formulas pro invenienda quantitatis trimembris fluxione vel fluente dati ordinis; in *tertia* quatuor pro quantitatis, ex quatuor factoribus compositæ, fluxionibus vel fluentibus; in *quarta* generalem regulam, qua cujuscunque ordinis fluxio vel fluens quotlibet quantitatum variabilium, in semet *multiplicatarum*, inveniri potest; in *quinta* denique seriem infinitam generalem pro quavis fluxione vel fluente quantitatis variabilis $\overset{n}{x}$, ad potentiam quamvis r elatæ. Sed de hisce formulis, quæ omnes tantum quædam quasi corollaria *sunt*, ex primo theoremate operosa magis, quam difficili, *ratiocinatione* deducenda, hic dicere nihil opus erit. Ex prima & quinta propositione derivavit Autor theorema, quod in *sexta Propositione* traditur, & quod primum id intuentibus paradoxon apparebit. Hoc theorema est quantitatis variabilis, sive puræ, sive fluxionalis, & quotcunque dimensionum, expressio universalis per seriem infinitam fluxionalem. Prolixior est illa series, quam quæ huc transscribi possit; hoc tamen annotabimus, quod ex ea fluit, scilicet x^2 esse æquale seriei $2\overset{1}{x}\overset{-1}{x} - 2\overset{2}{x}\overset{-2}{x} + 2\overset{3}{x}\overset{-3}{x} - 2\overset{4}{x}\overset{-4}{x} +$ &c. Quod verum esse, *concessa* theorematis primi universalitate, omnino concedendum est. Si eundem quantitatis x^2 valorem fluxionalem Autor jam antea, in exemplo quodam, primæ Propositioni subjuncto, inciderat, ibique veritatem hujus valoris eo probaverat, quod, si capiatur fluxio prima prædictæ seriei, omnes termini, primum sequentes, se invicem destruant, & primus, qui solus relinquitur, sit $2\overset{1}{x}x$, quem esse quantitatis x^2 fluxionem primam, nemo negat; tum consequens est, ipsam quantitatem x^2, prædictamque seriem fluxionalem, inter se æquales esse, cum, quorum primæ fluxiones æquales sunt, ipsa inter se æqualia habenda sint. Ty-

sunt

fere jam totum deſcriptum erat hoc Opuſculum, cum Cl. *Meermannus* audiret, Cel. *Colinum Mac Laurin*, Edinburgenſem Matheſeos Profeſſorem, in Opere de Fluxionibus, quod prelo jam commiſerat, fluxionum quoque ſuperiorum ordinum, quæ relatæ ad alias evaneſcunt, & hinc vulgo negliguntur, in calculo Fluxionum rationem habuiſſe. Hoc Autorem noſtrum impulit, ut in *Additamento* aliud theorema traderet, cujus ope quantitatis $R^a S^b$ fluens vel fluxio quælibet capi poteſt, non neglectis terminis, qui ad ceteros infinite exiguam rationem habent. Denique huic Opuſculo, ut id juſta forma lucem adſpicere poſſet, miſcellanea Problemata algebraica cum eorum ſolutionibus adjunxit, quæ nobis non inelegantes eſſe videntur. Gratulamur Cl. Autori hos conatus, quos ipſe juveniles modeſte appellat, ſed qui eo majori laudi ipſi cedunt, quo majorem de eo ſpem faciunt. Talis enim viſa nobis eſt hæc ſcriptio, ex qua argutum Autoris ingenium, ac in contemplandis agitandisque rationibus induſtria, colligi poſſit; &, eum eſſe Autorem, accepimus, qui juvenilem ſuam ætatem, qua egreſſus nondum eſt, non ſolis ſtudiis Mathematum dicavit, ſed etiam in Juris ſcientia addiſcenda ita profecit, ut ſummis JCtorum Academicis honoribus dignus jam tunc, cum hunc librum ederet, habitus eſſet. Quæ omnia nos hanc de eo ſpem concipere jubent, fore, ut, ſi Mathematum ſtudiis porro vacare ipſi libuerit licueritque, in celebrium Mathematicorum numerum olim referatur.

BIBLIOTHECÆ PHILOSOPHICÆ STRUVIANÆ emendatæ, continuatæ, atque ultra dimidiam partem auctæ, a LUDOVICO MARTINO KAHLIO, P.P.O. Tomi duo. Tomus I, Scriptores Philoſophiæ contemplativæ; Tomus II, Scriptores Philoſophiæ practicæ, percenſens.

Gottingæ, impenſis Vandenhœck & Cunonis, 1740, 8 maj.

Tom. I Alph. 1 plag. 7, Tom. II Alph. 1 plag. 6.

Quatuor, quæ jam exstant, editiones *Bibliothecæ philosophicæ Struvianæ*, librum hunc tulisse plausum, *Burchardo Gotthelff Struvio* dignum, dudum probarunt. Uti vero δεύτεραι φροντίδες, ac labores novi, addi, vel ipso *Struvio* judice, debebant; ita *Joannes Henricus Ackerus*, Vir pereximiæ eruditionis, Supplementa quædam jam anno Seculi hujus 14 composuit, postea a Celeberrimo *Joanne Georgio Lottero* accessionibus locupletata, atque maxima ex parte inserta editioni libri hujus, A. 1728 evulgatæ. Quamvis vero Viri hi meritissimi insignem ei applicaverint diligentiam; *Struvius* tamen ipse, majorem exoptans, A. 1737 literas dedit ad *Ludovicum Martinum Kahlium*, Gottingensium Professorem, iisque significavit, in votis sibi esse, ut *Kahlius* novam uberioremque adornaret *Philosophicæ Bibliothecæ* editionem. Respondit igitur *Kahlius*, se opus istud suscepturum, & publicæ luci commissurum. Inde enatus est, quem descripturi jam sumus, Commentarius *Kahlii* ad *Struvium*, isque perpetuus, in quo Scriptores, quos omne ævum tulit, præcipui, ad Philosophiam spectantes, recensentur, haud raro insertis textui *Struviano* integris *Sectionibus*, quemadmodum omnes notæ, textui subjectæ, a *Kahlio* elaboratæ sunt. Quæ enim ab *Ackero* & *Lottero* hanc in rem concinnata fuere, & ex parte retinenda *Kahlio* visa, in ipso textu *Struviano* comparent, ita connexa atque adaptata *Kahlii* opera, ac si ipse ubique *Struvius* dissereret; ne annotationibus, modo minus cohærentibus, modo repugnantibus, modo mutilis, confusa & perturbata redderetur oratio. Pari industria non carentem nævis textum *Struvianum* repurgavit, insertis ei satis longis Capitibus, & suppletis iis speciatim, quæ ad *Wolfii* Philosophiam spectare videbantur. Quorum in censu sunt *Tom. I* inde a *pag 126* usque ad *pag. 137*, *pag. 280 291*, *pag. 293 297*, *pag. 306-318*, *pag. 353-356*, & *Tom. II pag. 60* usque ad *pag. 66*, *pag. 170-173*, *pag. 351 356*, proposita. Præcipuam vero diligentiam ad id attulit *Kahlius*, ut de singulis Philosophis, corumque scriptis, curate cognosceret, graviter statueret, & tanquam æquus æstimator judicaret. Id quod præcipue probandum est institutum, quoniam a *Struvio* & Commenta-

mentatoribus, antea nominatis, plerumque fuit neglectum. Id igitur religiose servavit Autor, ne per cujusquam injuriam famam quærere voluisse videretur. Ii tamen, qui libertatem judicandi, modestia conditam, ægre ferunt, impedimento esse non potuerunt, quo minus Noster ingenue mentem suam profiteretur; quemadmodum Autores, qui vitas Philosophorum persecuti sunt, inprimis rariores, adscripsit, indicavitque, quanta iis fides habenda sit. Quæ cum adhibita sint editioni huic omnia; fieri non potuit, quin moles operis valde accresceret, & ultra dimidiam partem augeretur Bibliotheca philosophica. Haud ulla igitur in omni libro occurrit pagina, sine *Fablii* annotationibus impressa; unde quilibet facile intelligit, brevibus explicari haud posse editionis hujus præ reliquis prærogativam. Ut tamen exempla quædam proferamus in medium, ex observationibus, ei junctis, unam & alteram delibabimus. De *Pythagora Tom. I pag. 85* ita erudite disputat: *ab involucris omnem Philosophiam proposuit, insuper mystea tantum vendens discipulis suis; hinc oblivioni, quæ ad enueandum istum philosophandi modum pertinent, tradita sunt urima. Perpauci itaque veterum inseri possunt catalogo Scriorum Philosophiæ Pythagoricæ. Mathematicis claustris obsefta præcipua sunt dogmata, quoniam de numeris, figuris, rmonia, semper fere sermonem instituebat Pythagoras. Suos athematicos habere volebat; lingua hinc mere mathematica batur. Hac quidem ratione inductus, figuris geometricis, thmeticis, & musicis, tanquam literis hieroglyphicis, denabat placita. In Physica v. c. asserebat, ex tetragonasci cubum solidissimum & stabile corpus; pyramidem & cum ex eodem tetragono prodiisse, cujus idea sit* τετρακτὺς; *ccenta similia omittimus. Metaphysica & moralis Philosophia thagoræ plane abdita non minus est; quam Historiæ Philosocæ scriptoribus detegendam, si divinatione potest explicari, requimus.* De *Porphyrio pag. 88* hæc attulit: *Porphyrii etiam Ptolemæi Harmonica Commentarius MStus exstat in Bibl. Magdenensi Oxonii, ubi eum perlustravimus. Titulus est:* Πορφυριε τα αρμονικα Πτολεμαιε υπομνημα. *Sed Ptolemæi*

 Har-

Harmonica MSta etiam vidimus ibidem in Bibliotheca Bodlejana, qui Codex tribus libris constat, quorum primus 16, secundus 15, tertius 16, Capita habet, cum tamen Porphyrii hi Commentarii desinant in Capite 7 Libri secundi; neque, an ulterius Commentator processerit, dicere possum. Holstenius in Dissertatione de vita & scriptis Porphyrii, libro ejusdem de Pythagoræ vita addita, Cap. 6, Porphyrii Commentarium in Harmonica asservari, affirmat, tam in Bibliotheca Vaticana, quam in Gallorum Regis mole literaria; asserit quoque, Porphyrium non in universum ἁρμονικῶν opus, sed in 4 duntaxat prima Capita, scripsisse, ceteraque dein Pappum pertexuisse, id quod titulo MSti, in Vaticana reconditi, comprobat. Sed hujus rei nec ullum vestigium reperi, cum tamen tres Codices MStos, quorum unus in Bodlejana, alter in Barroviana, tertius in Magdelenensi, asservatur, curate & diligenter manibus volverim revolverimque. De *Sixto*, vel *Xysto*, Philosopho & Pontifice Romano, *pag. 90* hæc leguntur: *Usserius omnia fere ex antiquitatum ecclesiasticarum monumentis collegit documenta, quæ Sixti, sive Xysti, illustrant personam, in MSto Codice Bibliothecæ Bodlejanæ, quæ in ea & legi, & descripsi, alio forsan tempore publici facienda juris.* *Ramum pag. 116* ita adumbrat: *Quam molitus est mutationem Philosophiæ Ramus, ea multis displicuit jure, eoque summo.* Αμαθεία *enim hujus viri est incredibilis. Principiis plane nullis nituntur ejus placita, misereque Philosophiam rationalem cum arte rhetorica & Poesi confundit. Hinc mera* ἀταξία *Rami* τάξις *dici meretur, licet id, quod pueri in faba, se invenisse videatur.* Inter ea, quæ de Philosophis exosis tradidit Cel. Editor, *pag. 142* hæc legimus: *Huc pertinet Jordanus Brunus, qui libro de immenso & innumerabilibus se invisum reddidit, hinc Romæ A. 1600 damnatus in flammas conjectus est, licet atheismi impia placita demonstrari ex scriptis ejus nequeant. Vid. Memoirs of Litterature Vol. II pag. 243 Art. 52. De genere, loco, & tempore mortis hujus Philosophi consulatur quoque a Collection of several pieces of Mr. John Toland, edit. Lond. 1726. Spaccio della bestia trionfante, &c. qui liber tanquam monstrum horrendum, ingens, a multis describitur, atheismum quoque continere debet,*

Digitized by Google

debet ex eorum ſententia, licet vix unquam id evinci poſſit. Codex hic, impreſſus Pariſiis A. 1584, inter rariſſimos numeratur, & aſſervatur in Bibliotheca Bodlejana, cui exemplari adſcripta ſunt hæc: This Book was ſold for 27 L. in the Auction of Mr. Charles Bernardis Books in April 1711. Mr. Clavell of the Middle-Temple bought it. &c. De *Newtono pag. 359* hæc commemorantur: *Philoſophi magni hujus elogium nonnemo ita protulit:*

All Nature and her Laws lay hid in Night,
God ſaid: let Newton be; and All was light.

In Diario, cujus titulus eſt: New Memoirs of Literature, Vol. V Menſe Mart. A. 1727 pag. 238, laudibus his ornatur Newtonus: We have loſt the glorious Founder of the beſt Philoſophical School, that ever appeared in the World. The celebrated Sir Iſaac Newton died on Monday the 20th of this month, about one of the Clock in the morning in the 85th Year of his age, &c. I ſhall only ſay, after Dr. Halley, that no mortal can come nearer the Deity: Nec fas eſt propius mortali attingere divos. Epitaphium Newtoni idem fere loquitur, tam illud, quod ſepulchro ejus fuit inſculptum, omnibusque notum eſt, quam id, quod Joannes Eames compoſuit, & legitur in Miſcellaneous Thoughts in Proſe and Verſe, written by I. Watts, Londini, 1734. Andreas Motte Newtoni Principia Philoſophiæ naturalis mathematica e Latino fonte in Anglicum ſermonem transtulit, typiſque exſcribi curavit Londini A. 1730 in II Volum. in 8. Sed, quam mala fide interpretatio hæc compoſita ſit, vel ex unico demonſtrari poteſt exemplo. Sect. II Propoſ. 7 in Schol. pag. 253 edit. 1657 Newtonus ita ſcribit: In literis, quæ mihi cum Geometra peritiſſimo, G. G. Leibnitio, annis abhinc decem intercedebant, cum ſignificarem, me compotem eſſe methodi determinandi maximas & minimas, ducendi Tangentes, & ſimilia peragendi, quæ in terminis ſurdis æque ac in rationalibus procederet, & literis transpoſitis, hanc ſententiam involventibus, (data æquatione, quotcunque fluentes quantitates involvente, fluxiones invenire & v. v.) eandem celarem; reſcripſit Vir Clariſſimus, ſe quoque in ejusmodi methodum incidiſſe, & methodum ſuam communicavit, a mea

vix abludentem, præterquam in verborum & notarum formulis; Interpres Anglus vero, ne tantus honos Leibnitio & Germanis conservaretur, eo usque procedit impudentiæ, ut Vol. II Lib. II Propos. 7 in Schol. pag. 21 plane diversa verba, iis scilicet omissis, adhibeat; quæ appingere liceat, ut veritas rei inter eos constet, in quorum manibus utraque non est editio: In a letter of mine to Mr. J. Collins, dated December 10, 1672, having described a method of Tangents, which i suspected to be the same with Slusius's method, which at that time was not made publick; i subjoined these words: This is one particular, or rather a corollary, of a general method, which extends it self, without any troublesome calculation not only to the drawing of Tangents to any curve lines, whether Geometrical or Mechanical, or any how respecting right lines or other Curves, but also to the resolving other abstruses Kinds of Problems about the crookedness, areas, lengths, centres of gravity of curves, &c. nor is it (as Hudden's method de maximis & minimis) limited to equations which are free from surd quantities. This method i have interwoven with that other of working in equations, by reducing them to infinite series. So for that Letter. &c. Reliqua etiam, quæ ad illustrandam *Newtoni* spectant Philosophiam pariter ac Commentatores ejus, *pag. 361 seq.* a Cel. *Kahlio* curate exposita sunt, quemadmodum *pag. 409,* qui huc faciunt, libros percensuit atque dijudicavit. Facere igitur non possumus, quin *Kahlii* verba, de Optica *Newtoni* pronuntiata, adscribamus, quæ ita sese habent: *Lucem primariam in certo motu particularum corporis lucidi cujusdam consistere, docet Newtonus, ostenditque, subtiles semper particulas emitti ex ejusmodi corporibus, atque hinc lucem secundariam positam esse in vero motu istorum minutissimorum atomorum, in linea recta non sine mirabili velocitate emanantium. Inde vere colligit Newtonus, lucem moveri non posse in instanti, uti in Metaphysica loquimur; quoniam instantaneus motus reali haud convenit corpori. Igitur, successivum esse luminis motum, ab eo efficitur conclusio. Subducit porro rationes ita. Lux est verum corpus reale, nec consistit in mera pressione, seu pulsu aliorum corporum, quoniam secundum rectas lineas propagatur.*

Vis

Vis ceterum particularum, quas lucidas vocamus, est insignis, dum v. c. tempore septem minutorum spatium 70000000 milliarium absolvunt, id quod singulis diebus sub ortum solis observatur. . . . . Eo faciliori autem ratione ex mente Newtoni hæc concipi possunt, quo major est attractio in corporibus parvis, e. g. in magnete, quam in ingentis magnitudinis corporibus, v. c. aliis lapidibus. . . . . . Sunt tamen, quæ hic objici possunt, varia, quoniam ex attractionis principio, quod evidentiæ & certitudinis haud habet requisita, fluunt dicta. Quapropter tam Newtono, quam Bernoullio, obstrepit Joannes Rizzetti in Opere, cui titulus: De luminis affectionibus Specimen physico-mathematicum, in duos Libros divisum, editum Tarvisii A. 1727. Ex iis igitur, quæ modo commemoravimus, satis elucet, Cel. *Kahlium* non titulos librorum solum exhibuisse nobis, sed applicasse genuina Philosophiæ decreta ad libros rite dijudicandos, atque hoc Commentario suo manu quasi duxisse lectores ad cognitionem sapientiæ penitiorem. Quæ opera eo utilior accidit, quo magis de rarissimis Philosophorum Codicibus, a se ipso inspectis in Anglorum, Gallorum, & Batavorum, Bibliothecis, fecit mentionem.

VIRI ILLUSTRIS, GODOFREDI GUILIELMI LEIBNITII, Epistolæ ad diversos. Volumen quartum & ultimum. Edidit, & Disputationem de Philosophia Leibnitii, Christianæ religioni haud perniciosa, præmisit, CHRISTIANUS KORTHOLTUS, M. A. S. R. M. Daniæ Legat. Viennensis V. D. M.

Lipsiæ, sumtu Bernh. Christoph. Breitkopfii, 1742, 8.

Alph. 1 plag. 16.

Editori S. Rev. laudi hoc ducendum est, quod *Volumine* hoc ipso institutum suum ad finem perduxit. Restare tamen spicilegia arbitramur, siquidem certi sumus, latere passim literas, *Leibnitio* datas, necdum in lucem emissas. Abiit inter hæc Cel. Editor in Academiam Gottingensem, Theologiam ibi docturus,

cturus, publicaque doctrina comprobaturus, quantam ex Philosophia *Leibnitiana* ceperit utilitatem & frugem. Sed ad rem ipsam nos convertamus oportet. In Dissertatione præmissa Cel. Editor docet, merita *Leibnitii* in eruditionem universam exstare, nec a quoquam in dubium revocari, licet de ejus Phi-
Pag. 8. losophia eruditi maxime diversa pronuntient ratione, ex quo lites ob Philosophiam Perill. *Christiani Wolfii* exortæ sunt. De hypothesi harmoniæ præstabilitæ benigne magnificeque sensisse Diarii Trevoltiensis Autores & *Jaquelotum*, constat. Perpla-
10. cent hæc Editoris: *Quam sæpe evenit, ut quis, philosophicæ methodo atque demonstrationi non assuetus, Philosophi alicujus dogmata secus, ac par erat, interpretetur, illaque Scripturæ sacræ inimica declaret, quæ tamen, si rite explicentur, ad defendendam religionem Christianam maxime faciunt. Multum etiam valet autoritatis præjudicium, & difficulter a nobis impetramus, ut a viris summis, quos vel patronos, vel præceptores, veneramur, dissentiamus, qui systema aliquod philosophicum judicio suo damnarunt.* Ipse autem existimat, non esse, quod ab illa Philosophia *Leibnitiana* sibi metuant, qui sanctissimæ no-
12. stræ religioni bene cupiunt. Ostendit enim, in ea libertatem omnem haud tolli, sanctitatem summi Numinis haud lædi, nec Christianam religionem everti. Distinctam certe *Leibnitius* notionem de libertate dedit, eamque in *Theodicæa* propugnavit, indifferentia æquilibrii proscripta. Electio optimi haud infert fatalem brutamque necessitatem, sed eventum certum
16. ponit. Præscientia futurorum contingentium certa & divina id ipsum loquitur. Miramur cum Cel. Editore, *Warburtonum*, qui summi & Philosophi & Poetæ *Alexandri Pope de Homine* observationes adversus *Crusazii* argumenta, in contrarium adducta, egregie defendit, Philosophiæ *Leibnitianæ* id tribuere, quod ad fatalem ducat necessitatem, ob sententiam de mundo optimo divinitus electo, quasi inde sequatur, Deum necessario mundum creasse. At quis audet pronuntiare, mundum optimum unicum & unice creari potuisse? *Leibnitius* certe plures mundos possibiles & producti contingentiam copiose vindi-
18. cavit. Causam agit Cel. Editor electi creatique mundi optimi e

ex sapientia Dei deductam. Deinde defendit universalitatem principii, *nihil fieri sine ratione sufficiente*, dictitantis. Illos certe, qui, eam aliquid habere dubitationis, putant, quædam casu, & quidem absolute tali, evenire, defendere oportet, &, quod consequens est, ipsi libertati parum consulunt. Eos, qui Philosophiæ *Leibnitii* tribuunt libertatis eversionem ob latentem in ea necessitatem, ex antecedente & prædeterminata causa manantem, sibi ea persuadent, quæ systemati haud insunt, judicante *Bulfingero*. Libertatem in hypothesi harmoniæ præstabilitæ perstare salvam, Cel. Autor demonstrat. Idem docet, falso existimari, *Leibnitium* propterea hunc mundum appellasse optimum, quoniam in eo est malum. *Leibnitius* enim ita sentit: *Mundus, id est, series contingentium omnium præsentium, præteritorum, atque futurorum, optimus est, quoniam ab Ente sapientissimo conditus; neque optimus esse desinit, licet in eo sit malum, cum & mala ab ente sapientissimo in optimum finem dirigantur.* Idem tuetur *Joannes Gerhardus*, immo *Paulus Roin.* , *15-21.* Sunt, qui putant, *Leibnitii* Philosophiam favere Theologiæ naturali introducendæ, ac refragari operationibus Spiritus Sancti immediatis. Noster e contrario docuit solide, *Leibnitium* admisisse ea, quæ sunt supra rationem, assurrexisse divinitati Scripturæ sacræ, docuisse, Deum triunum, peccatum mortalibus hæreditaria ex labe insitum, θεάνθρωπον redemtorem Christum, miracula, operationes Spiritus Sancti, testimonium Spiritus sancti internum, virtutesque Christianas, naturalibus longe excellentiores, dari & existere. Concidit itaque suspicio de Naturalismi, a *Leibnitio* propugnati, larva. Contendit posthæc Cel. Editor, nullum *Leibnitii* dogma ducere per se ad Naturalismum. Negat, *Leibnitium* Deo vim denegasse movendi corpora. Hunc a negandis Dei operationibus alienum fuisse, demonstrat, simulque *Leibnitii* sententiam de harmonia universali prædefinita exponit. Monet, scriptum, cujus index est *Anti-Jacobita*, a *Leibnitio* haud fuisse elaboratum, ac se insciente *Vol. III pag. 401-408* insertum, seque ignorare, quo errore conspectus Epistolarum *Leibnitii* ad *Jacobum Thomasium*, quem Lipsiam miserit, fuerit omissus. Segregare

Pag. 21. 22. 28. 30. 39. 43. 55.

ab hoc faſciculo in præſens noluit Epiſtolas *Jo. Georgii Eccardi*, ad parentem ipſius miſſas, quæ quippe obſervationes de *Leibnitii* vita atque ſcriptis lectu digniſſimas complectuntur. Ignorat, ubi parentis ſui literæ, ad *Leibnitium* datæ, lateant. Apparent in hoc *Volumine* 1) Epiſtolæ mutuæ *Leibnitii* & *Bierlingii*, Profeſſoris Rintelenſis; 2) *Leibnitii* annotationes in *Marii Nizolii Antibarbarum philoſophicum*; 3) Addenda ad Epiſtolas *Leibnitii* ad M. *G. Hanſchium*; 4) Epiſtolæ *Eckhardi* ad B. *Seb. Kortholtum*; 5) *Leibnitii* & *Drieſchii*, Colonienſis, *Epiſtolæ* mutuæ; 6) Epiſtola *Leibnitii* ad *Stockmannum*, Prof. Helmſtadien-
Pag. 183. ſem; 7) *Leibnitii* Obſervationes de principio juris; 8) Epiſtola *Leibnitii* ad D. *Gackenholtzium*; 9) Differt. *Leibnitii* de Num-
227. mis *Gratiani* Aug. cum gloria novi Seculi; 10) Cogitata ejusdem de requiſitis Regum ratione juris Gentium, *Germanice* conſcripta; 11) Ejusdem Epiſtolæ 2 ad *Franciſcum Theodorum Kohlium*; 12) Ejusdem Epiſtolæ 12 ad *Simonem Læflerum*, S.S.Th.
241. Lic. & Eccleſiaſten Lipſienſem; 13) ac Epiſtolæ 24 ad *Frid. Sim. Læflerum*. Excipiunt haſce dapes fercula alia haud minus exquiſita. Succedit 14) Hypotheſis phyſica nova, qua phænomenorum naturæ plerorumque cauſæ ab unico quodam univerſali motu, in globo noſtro ſuppoſito, neque *Tychonicis*, ne-
279. que *Copernicanis*, aſpernando, repetuntur, autore *Leibnitio*. Sequitur eam 15) Epiſtola *Leibnitii* ad *Benedictum de Spinoſa*, cum
346. hujus reſponſoria. Deinde ſubjiciuntur libelli ac literæ *Leibnitii*, quibus lingua Gallica fuit dicata. Conſpiciuntur hic 16)
355. literæ *Leibnitii* ad *Pinſonium* de novis literariis; 17) ac Epiſtola ad eundem de diverſis, ad rem literariam ſpectantibus; 18) Epitome literarum *Leibnitii* de origine glaciei, & *Carteſianæ* exiſtentiæ Dei demonſtratione, per R. P. *Lamy*, Benedictinum, adornata; 19) Commentatio *Leibnitii*, qua judicat de calculo differentiali; 20) Epiſtola de eis, quæ in Elogio *Bernoullii* in *Leibnitium* coram Academia Scientiarum Pariſienſi fuerant recitata;
366. 21) Annotatio *Leibnitii* in locum *Ephemeridum Trevoltienſium Menſis Martii A. 1704*; 22) Animadverſiones ejusdem in Epiſtolam 6 philoſophicam, Trevoltii A. 1703 editam; 23) Epiſtolæ mutuæ *Leibnitii* ac *Hartſæckeri*; 24) Annotationes *Leibnitii*

itii in horologia; 25) Cogitata *Leibnitii* de *Lockii libris de Intellectu humano*, ac tandem 26) demonstratio succincta erroris memorandi, quem admisit *Cartesius* cum aliis, legem quandam naturæ spectantis. Hæc est summa hujus *Voluminis*, ejusque argumentum. Poteramus hic jure quodam nostro conquiescere, ac Cel. Editori Dissertationis præmissæ, quam Minerva & Charites amplectuntur, laborem, quo perfunctus est summa cum laude, gratulari. Ne quis vero suspicetur, nobis haud esse curæ eruditionem omnium, eam ob causam ex gratissimis hisce mellificiis unum alterumque delibabimus favum, promulsidem daturi Lectoribus aliquam potius, quam nullam. *Petri Balii* fata *Leibnitius* recenset potiora, suspicatus, Pag. 5.
ipsum exstitisse Autorem scripti: *Avis important aux refugiez.* Solidum est hoc de *Balio* judicium: *Vellem, is ingenii opes magis ad stabiliendas veritates profuturas, quam captandos hominum liberiorum plausus, adhibuisset; minus inde lucri bibliopolæ, sed plus autori laudis solidæ & veræ quietis, accessisset.* Ducem Lauenburgicum a nece, *Gustavo Adolpho* ad Lutzenam illata, absolvit. Puellam Aurelianensem fuisse subornatam, putat im- 7.
probabile. Habet eam pro enthusiastica. *Cartesium Hobbesiumque* veterum & recentiorum scripta multa legisse, monet, ac, priorem Philosophiæ scholasticæ operam dedisse, addit. *Lockii* librum minus probat. *Grotium* res Suecorum male tractasse, inficiatur. *Hobbesium* omnino favere despotismo, negat. *Campanellam* in vincula fuisse conjectum, haud ob libellum *de* 11.
Monarchia Hispanica, sed ob suspicionem molitionum, *Bieringius* tandem largitur & demonstrat. Singulare est judicium *Leibnitii* de *Puffendorfio pag. 7, 14, & 41,* cujus ille moralitatem duntaxat subjectivam reprehendit ac refellit merito. Necessa- 15.
rias ideas *Leibnitius* ex principiis menti insitis, non ex sensionibus extrinsecus evenientibus, deduxit. Notat *Lockium*, quod immaterialem animæ naturam per cuniculos subruit. Addit *Leibnitius: Inclinavit ad Socinianos, (quemadmodum & amicus ejus,* Clericus,) *quorum paupertina semper fuit de Deo & mente philosophia.* De Baronis *Lattontanii* fide, quantum ad Canadensia attinet, *Leibnitius* magnificentius politiusque videtur

 sensisse,

Pag. 25. sensisse, quam verius. *Cartesii* argumentum, quo, existere Deum, ex ideis comprobatur, explet, &, jam olim ab *An-*
28. *selmo*, Archiepiscopo Cantuariensi, adhibitum fuisse, docet. De origine ludorum, quos torneamenta vocant, nil certi definit. De autore *Sevarambiorum historiæ* nil certi habuit exploratum. Novimus vero, eum fuisse *Pfeifferum* quendam, muneri ulli haud admotum, Brunsuici apud fratrem Ecclesiasten ad S. *Catharinæ* diu commoratum, Gallicæ linguæ peritissimum, Theo-
34. logiæ olim candidatum. Naturam spirituum multo notiorem credit, quam corporum. *Barclaji Argenida* collaudat. Roma-
37. niscos bonos sibi haud displicere, pronuntiat. Scriptores veteres quo minus contemnantur & notentur, intercedit. Spiritus creatos omnes corpusculo, vel corpore, indutos esse, putat, organico. *Monzambanum* jussu *Caroli Ludovici*, Electoris Palatini, fuisse scriptum, fatetur. *Monzambani*, *Cocceji*, &
41. Ill. *J. P. de Ludewig*, sententiam, quæ, exstincta familia *Carolina* Principes territoria sua Regi recens electo in feudum obtulisse, refert, ab historia abhorrere, arbitratur. Historiam literariam credit esse utilem. Addit vero solide: *Sed hodie multi in ea nimis occupantur cum detrimento cognitionis rerum.* De *Evremonio* judicium habes *pag. 42 seq.* De *Buddei* moralitate subjectiva, ac Differt. in *Theodicæam* directa, *Leibnitius* judicium
74. tulit *pag. 60, 70.* De primo & universali principio *Thomasiani* Juris naturæ ita sentit: *Hoc primum principium ego non admitto, quia omnia restringit ad hanc vitam brevem & mox finiendam, nulla ratione habita vitæ æternæ.* *Leibnitium* de Theologia *Sinensium* scripsisse Commentationem, ex *Eccardi* literis pa-
121. tescit. Hirros & Scyros ad Kilonium habitasse quondam, ne-
139. mo accredet *Eccardo.* De Continuatoribus *Schatenii Driesschens* pauca attulit, haud negligenda. De exitu missionis sacræ Jesui-
186. ticæ in Chinam vaticinatus fuit *Leibnitius pag. 163.* De scientia botanica rite comparanda & digerenda suasit *Leibnitius* sane
206. ea, quæ sunt exquisita. Carmina Sibyllina non prorsus a Quindecimviris conficta esse, putat ob testimonium *Dionis* de *Augusto.* De Wilenburgiis fratribus egregia docet, alibique incognita, *pag. 243.* De controversia Terministica solide judicat *pag. 269.* Sed hæc suffecerint in præsens.

NOVA

NOVA LITERARIA.

Excuditur Hafniæ, & ab initio fere hujus anni sub prelo Orphanotrophei Regii sudavit, Opus historico-literarium, n suo genere plane excellens, neque doctis incognitum, quippe |uod jam dudum multi, tam indigenæ, quam exteri, non lan-uidis desideriis exoptarunt. Est illud *Joannis Molleri, Flens-urgensis, Cimbria literata;* cujus Autor jam olim celebre in tepublica literaria nomen, editis *Isagoga ad Historiam Cherso-esi Cimbricæ, Homonymoscopia literaria, Bibliotheca Septentrio-is eruditi, Diatriba historico-critica de Helmoldo*, nova & au-tiore *Polyhistoris Morhofiani* editione, variisque Schediasmatis, *Vovis literariis Maris Balthici*, aliisque eruditorum Diariis, in-ertis, consecutus est, atque nemini, nisi qui Historiam litera-am nimis mediocri diligentia coluit, vel potius in ea plane ospes est, ignotus esse potest. Prodiit quoque *de Vita* insi-nis illius *Viri*, A. 1725 die 20 Octobris fato functi, *atque criptis* ejus, Commentatio, cura filiorum *Bernhardi* & *Olai Ienrici*, Slesvici A. 1734, 4. Operis autem, de quo loqui-ıur, inscriptio, qua frontem ejus exornare Autor olim decreve-at, ejusmodi est: *Cimbria literata, sive Historia Scriptorum Ducatus utriusque, Slesvicensis & Holsatici, (quibus Lubecenses iam & Hamburgenses merito accensentur,) literaria tripartita, es circiter illorum exhibens Chiliadas & Centurias quatuor; pus assidua 44 annorum congestum industria, & a tempori-ıs, quorum memoria superest, antiquissimis ad Seculi usque ræ Christianæ XVIII initia continuatam.* Sed notandum hic, : vera continuatum esse, & reperiri ultra annum 1720. Divi-itur, ut in titulo legitur, in *tres Partes*; quarum *prima* bis ille & aliquot Centurias comprehendit Vitarum *Scriptorum ıdigenarum*, hoc est, in Ducatibus Slesuici, Holsatiæ, Stormariæ, Ditmarsiæ, Wagria, Hamburgi, Lubecæ, &c. natorum; *secun-a adoptivos* sistit, mille & amplius, sive exteros in Cimbria, anctisque, quas enumeravimus modo, ejus partibus, aut publicis ınctos muneribus, aut diutius in eis commoratos; *tertia* vitas xhibet longiores Scriptorum Cimbriæ præstantiorum, partim rimi, partim secundi generis, hoc est, partim indigenarum,

partim adoptivorum, quæ ob ingentem de iis dicendorum copiam *Partibus* præcedentibus inseri non potuerunt. Singulæ *Partes*, quarum *prima*, ut diximus, jam sub prelo est, 200 minimum folia implebunt, sive paginas majoris formæ ultra 800, ita, ut totum vix 600 foliis absolvi queat, ad 700 plagulas in folio forte exsurrecturum: atque adeo necesse fuerit, in *tria* illud *Volumina* distribuere. Absolvetur sine dubio *primum Volumen* hac æstate; reliqua vero *duo* intra annum, ut speratur, vertentem. Profitetur sese Autor in hoc Opere concinnando annos quadraginta quatuor consumsisse (quod per intervallum cetera tamen scripta sua, supra enumerata, elaboravit ac edidit, multaque alia affecta bonæque frugis plena in scriniis reliquit, Vir incomparabilis industriæ laborisque indefessi,); ex his 44 annis decem & novem colligendæ materiæ, ad *Cimbriam literatam* exstruendam necessariæ, viginti quinque vero *collectaneis* partim nonnihil augendis, partim etiam in ordinem redigendis, & stilo elaborandis, tribuit. Quod ad subsidia attinet, quibus usus est, post Bibliothecas *Hamburgenses* atque *Hafnienses*, publicas & privatas, ex quibus, aliquot annos in utraque urbe commoratus, apis instar amplissima collegit excerpta, magno ei adjumento fuit epistolarum commercium, quod cum viris doctissimis diligentissime coluit. Acceperat jam olim symbolas egregias a *Marquardo Gudio*, *Petro Axenio*, *Olao Borrichio*, *Christiano Kortholto*, *Dan. Georg. Morhofio*, *Vincentio Placcio*, *Frid. Ulr. Calixto*, *Esdra Edzardo*, *Ottone Sperlingio*, *Trogillo Arnkielio*, *Jo. Mothio*, *Ulrico Winckelio*, *Christophoro Krabeo*, *Jobo Ludolpho*, *Christ. Franc. Paulini*, *Conr. Sam. Schurzfleischio*, *Wilh. Ern. Tenzelio*, *Achille Dan. Leopoldo*, aliisque. Epistolas vero plurimas reliquit, ad se scriptas, quibus itidem adjutus fuit ab *Ottone* & *Jo. Burch. Menckeniis*, *Jo. Franc. Buddeo*, *Henrico Basnagio*, *Petro Baylio*, *Jo. Clerico*, *Jo. Alb. Fabricio*, *Jo. Fabricio*, Abbate & Theologo Helmstadiensi, *Jo. Christoph. Wolfio*, *Godofr. Guil. Leibnitio*, *Henr. Muhlio*, *Jo. Andr. Schmidio*, *Seb. Kortholto*, *Christoph. Wolterekio*, *Nic. Wilkensio*, *Jo. Melch. Krafftio*, *Severino Lintrupio*, *Mich. Richey*, *Petro Terpagero*,

Andr.

Andr. Kellinghusio, *N. H. Gundlingio*, *Burch. Gotthelf Struvio*, & variis aliis, quos enumerare longum foret. Quod vero præcipuam ejus laudem constituit, versatus est in hac scriptione B. Autor non solum incomparabili diligentia, & omnium, in simili stadio decurrentium, ἀκρίβειαν exsuperante cura & solicitudine, sed & admirabili fide, candore, sinceritate, omnis partium studii & προσωποληψίας experte: ita ut audeamus dicere, nullum unquam Historiæ, sive literariæ, sive ecclesiasticæ, opus huc usque in ulla gente conspectum fuisse, aut in lucem exiisse huic simile, &, sive copiam spectes & amplitudinem, sive ἀκρίβειαν & perfectionem, sive, quod summum est, libertatem in recensendo, judicando, & veritate (citra amorem, odium, studium partium, & cetera Historicorum vitia,) proferenda, huic comparandum. Quæ etiam causa fuit, cur Autor haud voluerit cogitationem suscipere de illo, dum ipse in vivis esset, evulgando, sed moriens id filiis commendaverit. Et jam tot anni ab excessu ejus præterierant, frustra desiderantibus doctis ejus publicationem, ob varias, quas enarrare nihil attinet, rationes suspensam & prorogatam; donec nuper patronus insigni huic thesauro obtigit, Vir nempe Illustriss. & Excellentiss. Dominus *Jo. Ludovicus ab Holstein*, Regiæ Majestati Dan. & Norv. a Consiliis conferentiarum & status intimis, secretiori Regis Consilio adscriptorum primus, Eques auratus, supremus Status & Cancellariæ Danicæ Secretarius, Ecclesiarum per Daniam & Norvegiam Inspector generalis, Collegii de propaganda Fide Præses, Universitatis Regiæ Hafniensis Patronus. Is nempe Heros, pro inæstimabili, quo fertur ad artes, scientias, bonasque literas, provehendas, ardore, curam laudati Operis suscepit, idque Flensburgo huc allatum, prelo Orphanotrophei Regii, cui ipse supremus Director præest, subjici jussit. Exciditur igitur summa fide, nullo apice immutato, nullaque omissa, aut expuncta, syllaba, curam correctionis foliorum gerentibus, qui satis huic rei prospiciunt, in quibus & B. Autoris filius, *Olaus Henricus Mollerus*, juvenis eruditus, & parentis vestigiis in excolenda Historia literaria magnis progressibus insistens, ita ut similia ab ejus industria ali-

quando

quando possimus expectare. Non dici sane potest, quanta bonarum rerum seges in thesauro isto habeatur, non solum Historiæ *literariæ*, sed & præsertim *Ecclesiasticæ*, (quæ profecto insignia ex hoc capiet incrementa,) addimus & *Politicæ*, seu Criticis curiosis studiosisque profutura. Tacemus de scientiis reliquis Eminent hæ dotes cum in præcedentibus duabus, tum præcipue in *tertia Parte*, qua insignis numerus comprehenditur *Scriptorum*, partim *Cimbriæ indigenarum*, partim *adoptivorum*, longiore multo, quam in prioribus, narratione descriptorum. Præter enim ista, quæ communia habent hæ narrationes de vitis Autorum cum iis, quæ in prioribus exstant, fata singulorum multo operosius descripsit, ac controversiarum actionumque, tum ecclesiasticarum, tum civilium, quorum pars magna fuerunt, historiam accuratam & memorabilium rerum plenam pertexuit. Notitia quoque adversariorum, qui scripta Autorum enarratorum vel illustrarunt, vel oppugnarunt, cum aliis quamplurimis notatu dignis, ut se offerunt occasiones, in digressionibus, hinc inde interjectis, ad summam, quæcunque de fatis, virtutibus, nævis, &c. eorum erui potuerunt, accurate exponuntur. Ita factum, ut vita *Georgii Calixti* sola magnum foliorum numerum impleat; *Morhofii* autem illa, alias *Polyhistoris* in editione anni 1708 præmissa, tot aucta sit accessionibus, ut tertia fere parte major in *Cimbria literata* conspiciatur. Enumerabimus nonnullos eorum, quorum vitas tam fuse Noster, nonnunquam in prioribus, maxime vero in *tertia* illa *Parte*, persecutus est. Sunt in eis *Adalgarius*, *Adamus Bremensis*, S. *Anschbarius*, *Leo ab Aitzema*, Historicus ille Batavus, *Gerhardus Blasius*, celebris olim Medicus & Anatomicus, *Antoinette Bourignon*, *Tycho Brahe*. *Olaus Borrichius, Joannes Bugenhagius, Georg. Calixtus, Clemens* II, Papa, *Jo. Cluverus, Esdras Edzardus, Geverhartus Elmenhorstius, Vincent. Fabricius, Jo. Frid. Gronovius, Marquardus Gudius, Janus Guili[illegible] Helmoldus*, Presbyter, *Abrah. Hinckelmannus, Christianus Hoburgus, Lucas Holstenius, Joach. Jungius, Jo. Kirchmannus, Christianus Kortholtus, Alb. Krantzius, Jo. de Labadie, Petrus Lambecius, Frid. Lindenbrogius, Stanislaus Lubiencius, S. Ludgerus, Ericus Mauritius, Henricus, Jo. Henricus & Marcus Meibomii, Dan. Georg. Morhofius, Petrus Musæus, Jo. Olendorpius, Adam. Olearius, Jo. Nic. Pechlinus, Aug. Pfeifferus, Vinc. Placcius, Samuel Rachelius, Henr. Rantzovius, S. Rembertus, Anna Maria Schurmannia, Menno Simonis, Otto Sperlingius, Laur. Surius, Conradus Vorstius, Matthias Wasmuthius, S. Willebrordus, Joannes Wowerius.*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Septembris Anno MDCCXLIII.

Pars II.

ANNALES MINORUM, SEU TRIUM ORDInum, a S. Francisco institutorum, Autore A. R. P. LUCA WADDINGO, Hiberno, S. T. Lectore Jubilato, & Ordinis Chronologo. Editio secunda, locupletior & accuratior, opera & studio R. P. JOSEPHI MARIÆ FONSECA AB EBORA, Ord. Minor. Scriptoris & Ex-Generalis, S. & Univers. Inquisitionis Consultoris, Sac. Congreg. Consistor. Votantis, Episcoporum Examinatoris, & apud S. Sedem tractandis Lusitanis rebus Præfecti, &c.

Tomus XVI.

Romæ, typis Rochi Bernabo, 1736, fol.

Alph. 7 plag. 20.

T*omo* hoc *XVI* ea continentur, quæ inde ab A. 1516 usque ad 1540 in Ordine Minorum memorabilia contigerunt. Pag. 1 seq. Anno igitur 1516 in Concilio Lateranensi privilegia mendicantium sunt confirmata; sacer *Elisabethæ*, Reginæ Lusitaniæ, nec non Martyrum, Septæ in Africa interemtorum, cultus a Pontifice concessus; 7. decessit *Ferdinandus*, Rex Hispaniæ, quo mortuo, imperii gubernacula suscepit *Franc. Ximenius*, eo munere fide summa & prudentia perfunctus; 8. obiit frater *Estuniga*, incorruptæ probitatis Minorita; duo celebrata sunt generalia

quando possimus expectare. Non dici sane potest, quanta bonarum rerum seges in thesauro isto habeatur, non solum Historiæ *literariæ*, sed & præsertim *Ecclesiasticæ*, (quæ profecto insignia ex hoc capiet incrementa,) addimus & *Politicæ*, seu Civilis, curiosis studiosisque profutura. Tacemus de scientiis reliquis. Eminent hæ dotes cum in præcedentibus duabus, tum præcipue in *tertia Parte*, qua insignis numerus comprehenditur *Scriptorum*, partim *Cimbriæ indigenarum*, partim *adoptivorum*, longiore multo, quam in prioribus, narratione descriptorum. Præter enim ista, quæ communia habent hæ narrationes de vitis Autorum cum iis, quæ in prioribus exstant, fata singulorum multo operosius descripsit, ac controversiarum actionumque, tum ecclesiasticarum, tum civilium, quorum pars magna fuerunt, historiam accuratam & memorabilium rerum plenam pertexuit. Notitia quoque adversariorum, qui scripta Autorum enarratorum vel illustrarunt, vel oppugnarunt, cum aliis quamplurimis notatu dignis, ut se offerunt occasiones, in digressionibus, hinc inde interjectis, ad summam, quæcunque de fatis, virtutibus, nævis, &c. eorum erui potuerunt, accurate exponuntur. Ita factum, ut vita *Georgii Calixti* sola magnum foliorum numerum impleat; *Morhofii* autem illa, alias *Polyhistoris* in editione anni 1708 præmissa, tot aucta sit accessionibus, ut tertia fere parte major in *Cimbria literata* conspiciatur. Enumerabimus nonnullos eorum, quorum vitas tam fuse Noster, nonnunquam in prioribus, maxime vero in *tertia* illa *Parte*, persecutus est. Sunt in eis *Adalgarius*, *Adamus Bremensis*, S. *Anscharius*, *Leo ab Aitzema*, Historicus ille Batavus, *Gerhardus Blasius*, celebris olim Medicus & Anatomicus, *Antoinette Bourignon*, *Tycho Brahe*, *Olaus Borrichius*, *Joannes Bugenhagius*, *Georg. Calixtus*, *Clemens II*, Papa, *Jo. Cluverus*, *Esdras Edzardus*, *Geverhartus Elmenhorstius*, *Vincent. Fabricius*, *Jo. Frid. Gronovius*, *Marquardus Gudius*, *Janus Guilielmus*, *Helmoldus*, Presbyter, *Abrah. Hinckelmannus*, *Christianus Hoburgus*, *Lucas Holstenius*, *Joach. Jungius*, *Jo Kirchmannus*, *Christianus Kortholtus*, *Alb. Krantzius*, *Jo. de Labadie*, *Petrus Lambecius*, *Frid. Lindenbrogius*, *Stanislaus Lubiencius*, S. *Ludgerus*, *Ericus Mauritius*, *Henricus*, *Jo. Henricus & Marcus Meibomii*, *Dan. Georg. Morhofius*, *Petrus Musæus*, *Jo. Oldendorpius*, *Adam. Olearius*, *Jo Nic. Pechlinus*, *Aug. Pfeifferus*, *Vinc. Placcius*, *Samuel Rachelius*, *Henr. Rantzovius*, S. *Rembertus*, *Anna Mar. Schurmannia*, *Menno Simonis*, *Otto Sperlingius*, *Laur. Surius*, *Conradi Vorstius*, *Matthias Wasmuthius*, S. *Willebrordus*, *Joannes Wowerius*

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Septembris Anno MDCCXLIII.

Pars II.

NNALES MINORUM, SEU TRIUM ORDI-m, a S. Francisco institutorum, Autore A. R. P. LU-A WADDINGO, Hiberno, S. T. Lectore Jubilato, Ordinis Chronologo. Editio secunda, locupletior & curatior, opera & studio R. P. JOSEPHI MARIÆ ONSECA AB EBORA, Ord. Minor. Scriptoris & -Generalis, S. & Univers. Inquisitionis Consultoris, c. Congreg. Consistor. Votantis, Episcoporum Examinatoris, & apud S. Sedem tractandis Lusitanis rebus Præfecti, &c.

Tomus XVI.

Romæ, typis Rochi Bernabo, 1736, fol.

Alph. 7 plag. 20.

T*omo* hoc *XVI* ea continentur, quæ inde ab A. 1516 usque ad 1540 in Ordine Minorum memorabilia contigerunt. Pag. 1 seq.
Anno igitur 1516 in Concilio Lateranensi privilegia ndicantium sunt confirmata; sacer *Elisabethæ*, Reginæ Lusita- 7.
, nec non Martyrum, Septæ in Africa interemtorum, cultus a ntifice concessus; decessit *Ferdinandus*, Rex Hispaniæ, quo 8.
rtuo, imperii gubernacula suscepit *Franc. Ximenius*, eo mu-e fide summa & prudentia perfunctus; obiit frater *Estuniga*, orruptæ probitatis Minorita; duo celebrata sunt generalia

 Capitula,

Pag. 23. *Capitula*, alterum Observantum Ultramontanorum in Conven-
ibid. tu Rothomagensi, alterum Conventualium in Lompardiæ Cis-
32. padanæ oppido Cherio. A. 1517 in Hispania fatis concessit
41. vir prorsus summus, *Franc. Ximenius*; totius Ordinis Comitia
generalia celebrata sunt ad Aram Cœli; Observantum cum
Conventualibus dissidia sopita sunt; Minister totius Ordinis
48. generalis electus est *Christoph. Numajus*, Foroliviensis; idem *Nu-*
60. *majus* e manu Pontificis sacram purpuram accepit; duæ con-
61. fraternitates in honorem B. Virginis sunt confirmatæ; *vita ab-*
ibid. ierunt *Jac. Ungarellus*, *Thomas a S. Antonio*, *Laurentius a*
64. *Rapariegos*; sancta virtute floruit *Martinus a Valentia*. A.
69. 1518 habitum est Capitulum Ordinis generale, in quo Mini-
73. ster generalis factus est *Francisc. Lychetus*, Brixiensis; variæ
75. Provinciæ novæ constitutæ; obierunt *Didacus a Lugo*, & *Ger.*
80. *Sætelinus*. A. 1519 vita excesserunt *Maximilianus* Imperator,
81. & *Joannes de Quevedo*, Episcopus Dariensis; inter Sanctos re-
ibid. ceptus est *Franc. a Paula*; *Leo* Pontifex Cruciatam indixit;
Philippa, Regina Siciliæ, Clarissis sociam se præbuit; celebratum
est Bononiæ Capitulum generale Patrum Conventualium. A. 1520
94 seq. *Luthero*, (quem *monstrum horrendum*, *ingens*, *cui lumen ad-*
emtum fidei, *scelestissimum blateronem*, *impostorem*, *pseydopro-*
phetam mendacem, *morionem pocularium*, *thrasonem intolerabili*
fastu turgentem, hic vocari, quid mireris?) in sacrorum emen-
dationem jam intento, vehementissima scripta opposuerunt in
Germania Minoritæ duo, *Augustinus Alveldius*, Lipsiensis do-
95. ctor, & *Thomas Murnerus*; a Cumanis frater *Dionysius* & Do-
96. minicani duo sunt occisi; floruerunt *Georg. Quadra*, variis per-
97. 98. egrinationibus illustris, *Thomas Illyricus*, *N. Gallierus*, *Pa-*
101. *schalis e Castelluccio*, *Elisabetha Gonzalez*, *Elvira a Villa Situ*,
103. *Francisca*, *Maria*, & *Beatrix Gereæ*; Burdigalæ celebratum
105. est Capitulum Ordinis intermedium; Vicarius generalis, *Lyche-*
tus, in Hungaria decessit, cui substitutus est *Paulus Concinas*,
109. Provincialis Mediolanensis; floruerunt *Nic. Malipierus*, &
Franc. de Liardo. A. 1521 Carpis in Lompardia Cispadana
117. celebrata sunt generalia Ordinis Comitia; Hispaniæ datus est pe-
118 seq. culiaris Commissarius generalis; in Polonia scripta *Lutheri* com-

busta

busta sunt, hujusque partes ipse Cruciferorum magister amplexus est; nova tertii Ordinis regula confirmata; obierunt *Leo X* Pontifex, & *Ludovica a Crule*. A. 1522 supremum Ecclesiæ regimen commissum est *Alexandro VI*; ad Mexicanos missi sunt tres Belgæ, propagandæ inter illos doctrinæ purioris caussa; mortui sunt *Petrus Melgarius*, & *Ruffinus Lupatus*. A. 1523 e vivis excessit *Soncinas*, Minister generalis, cui in Capitulo generali Observantum successor datus *Franciscus ab Angelis Quinnonius*; adversus *Lutherum* Inquisitores nonnulli nominati sunt; Capitulum generale Assisii habuerunt Patres Conventuales; in novam Hispaniam missi sunt duodecim Minoritæ; novum Minoritarum genus, nomine *Recollectorum*, auditum; mortuus est *Adrianus* Pontifex; in litore Coromandelio Indiæ Orientalis inventum est corpus S. *Thomæ*, Apostoli, Goam translatum; *Lutheranorum* progressus morari conati sunt Minoritæ in Polonia & Lituania; decesserunt *Franciscus Brixiensis*, & Protector Ordinis, *Grimanus*, cui in dignitate *Andreas de Valle* successit; insula Rhodiorum expulsi Minoritæ. A. 1524 miro successu puriora sacra in Indiam illata sunt; frustra in Saxonia *Luthero* se opposuerunt Minoritæ: quæ cum refert Autor, ita ille de Saxonia nostra: *Nemo tam favit impio huic Apostatæ, quam Fridericus, Saxoniæ Dux; neque alibi tot pullularunt mala, cædes, & turbæ, ex insani hujus hæresiarchæ doctrinis, quam in Saxonia.* Porro hoc anno e vita migrarunt *Petrus a Corduba*, *Joannes e Ponte veteri*, *Ludovicus*, Anhaltinus, & *Maria Suarez*. A. 1525 inter Indos variis modis caussa Dei confirmata; in Hispania Mauros vis externa ad amplectenda puriora sacra compulit; floruit *Joannes de Olmillos*, & *Matthæus a Messuaca*; obierunt *Joannes de Aora*, *Alphonsus Sartor*, *Ambrosius Mediolanensis*, & *Amandus Zierixiensis*; *Matthæus a Bossio*, dissentientibus non paucis, autorem se præbuit Congregationis Capuccinorum. A. 1526 in Badensi Helvetiorum oppido publica adversus *Zuinglium* & *Oecolampadium* disputatio instituta est a *Jo. Fabro*, *Jo. Eckio*, & *Thoma Murnero*, Minorita; Congregatio Observantum generalis instituta est Assisii, ibidemque sex Definitores generales creati; inter Cæsarem & Pontificem dissidia

Pag. 122. 127. 130 seq. 135. 138. 139. 145. 146. 157. 158 seq. 167. 171. 175. ibid. 176. ibid. 181 seq. 186. 192. 199 seq. 203. 206. 207. 223 seq. 226. 228.

dissidia suborta, quæ prudentia *Quinnonii* primum sopita, post
Pag. 230. ea vero denuo suscitata sunt; magna Hungarorum in pugn
235. Mohaciana clades fuit; decessit *Franciscus a Cartoceto*; floruit
ibid. *Dionysius Paleottus*. A. 1527 urbs Romana ab exercitu Im-
240.243. peratoris oppugnata & direpta; Pontificis & Imperatoris animi
247. conciliati; nonnulli ex Minoritis ad Indos missi; vitam posue-
ibid. runt *Margareta*, fundatrix domus S. *Agnetis Fulginatensis* ter-
tii Ordinis, *Casp. Schatzgerus*, primus Minister provinciæ Ar-
248. gentinensis, & *Hieron. Magnanus*, Episcopus *Vastanus*. A.
250. 1528 purpuram accepit *Quinnonius*, Commissarius Apostoli-
255. cus; e vita abierunt Cardinales *Numajus*, *Franc. Merot*, *Bo-*
260. *nav. Firmanus*, & *Jo. Navarretus*; mire crevit Ordo Capucci-
264 seq. norum, a *Matthæo Bassio* institutus. A. 1529 altas radices
271. egit inter Indos doctrina Christiana; generalis totius Ordinis
272. Vicarius factus est *Antonius de Calcena*, cui, cum in morbum
278. gravem incidisset, substitutus est *Pisottus*; primum suum Ca-
pitulum in agro Fabrianensi celebravit Ordo Capuccinorum,
primumque Vicarium generalem *Matthæum e Bassio* elegit; in
281. vivis esse desiit *Petrus a Guardia*; multi a Turcis Minoritæ
282.289. trucidati. A. 1530 dies festi, nomini *Jesu* & B. *Catharinæ* Bo-
290. noniensis sacri, instituti; obiit *Innocentius Carpensis*. A. 1531
291.300. Capuccinorum Ordo a *Pissotto* valde afflictus; turpes *Henric*
304. *VIII*, Regis Angliæ, amores scripto publico *Nic. Herbornus* per-
strinxit; mortui sunt *Angelus Pincianus*, *Paulus a Fossa Clodia*,
305. *Matthæus e Leopoli*, *Albertus Marchesius*, *Innocentius a S. An-*
306. *gelo*, *Christoph. Cataneus*, *Joach. a Villalustorum*, *Robertus Stu-*
308 seq. *ardus*, & *Bartholom. de Bassama*. A. 1532 novi Missionari
322. in Indiam ablegati; Tolosæ celebratum est Capitulum Ordi-
nis generale, memorabile electione Commissarii generalis U-
328. tramontani *Nic. Herborni*; alia Congregatio generalis Messanæ
331. instituta; nova totius Ordinis reformatio tentata; martyrium
ibid. inter Mauros subiit *Andreas a Spoleto*; placide defuncti sun
Gabriel Maria, & *Bernardina Antonii*. A. 1533 inter Obser
337. vantes & Conventuales pax firmata; Ministri generalis muner
ob res male gestas, abire jussus *Pissottus*, in cujus locum a C
342. montanis *Benedictus Genesius*, ab Ultramontanis substitutus e

N

Nic. Herbornus; Genesio, paulo post mortuo, successit *Leonardus Publicius*; B. *Veridianæ* cultus religiosus decretus; mortui sunt *Sixtus a Riparolo, Michael ab Angelis, Clara Rodriguez*, & *Maria Munnozia*; in Africa martyrio honestatus est *Damianus a Valentia*. A. 1534 e vivis excesserunt *Clemens VII*, Pont. Max. cui successit *Paulus III*, Cardinalis *de Valle*, Ordinis Protector, cujus munus Cardinali *Quinnonio* collatum est, *Paulus Pissottus*, Minister olim generalis, *Martinus de Valentia*, primus Imperii Mexicani Prælatus & Apostolus, *Hieron. a Mesuraca*, & *Joanna a Cruce*; ab Ecclesia Romana secessionem fecit, & excommunicatus est, *Henricus VIII*, R. Angl. vindictam in Minoritas exercens; Mediolani Capitulum generale Patres Conventuales celebrarunt. A. 1535 vitam cum morte commutavit *Catharina*, Regina Angliæ, cujus hic vita & tristissima fata copiose describuntur; inductum est in urbe Niciensi generale Observantum Capitulum, & aliud Capuccinorum in urbe Romana; floruerunt *Henricus Regius, Jo. ab Aquisgrano*, & *Jo. a Daventria*; mortui sunt *Arnoldus a S. Felice*, & *Magdalena Budrisich*, Comitissa *Zironi*. A. 1536 in urbe Mexicana a Minoritis institutum est Collegium, erudiendæ juventuti dicatum; e vita migrarunt Magister Nuncius *Angelus Fasellus*, Conventualis, *Conr. de Bendorf*, & *Bernardinus Georgius*; floruerunt *Gabr. de Tauro*, & *Hieron. Leopolitanus*; in Capitulo generali Capuccinorum Vicarius generalis electus est *Bernardinus Astensis*. A. 1537 ab *Henrico VIII*, R. Angl. capitis supplicio affecti sunt *Jo. Forestus, Rich. Risbeus*, & *Hugo Richæus*; fato concesserunt *Benedictus Cremonensis, Gasparinus, Rogerus Bruletus, Marcus Theatinus, Simon Ar..us, Lud. Rheginus, Michael Aprustensis, Juniperus a Campo*, & *Franc. Titelmanus*; a Capuccinis ad Observantes transiit *Matthæus de Bassio*, primus Capuccinorum autor, quem secutus est *Lud. Forosempronianus*; Romæ Capitulum generale Conventualium habitum; Virginum Ursulinarum nomen primum auditum. A. 1538 in novam formam redactum est Breviarium Romanum; ad Superos abiit *Franc. de Gatta*; Capitulum generale Capuccinorum celebratum est Florentiæ. A. 1539 Minoritæ ad Chi-

 chimecas,

Pag. 444. chimecas, & Guatimalæ regionem, missi; a *Joanne Calvo* mons
447. Pietatis in urbe Romana erectus; floruit *Petrus Galatinus*;
449. diem suum obierunt *Joannes Fabrianensis*, *Franc. Antonius*,
450. *Petrus a Villanova*, *Jo. Fanensis*, *Bernardus Forosemproniamus*,
460. & *Donatus*. Anno denique 1540 Franciscani ad Insulam Ceila-
466. num missi; Cremonæ Comitia generalia Patrum Conventualium
467. celebrata; fato suo functi sunt *Paulus Raudatius*, *Petrus a Pa-*
468. *dulis*, *Petrus Tudertinus*, *Jo. Alcozius*, *Theresia Garcia*, Car-
469. dinalis *Quinnonius*, *Franc. Regis*, *Martinus a Turnhout*, *Jo. Byl*,
470. *Hieron. Veratus*, *Jo. de Tomanis*, & *Angela Brixiana*; Minori-
tarum sacra amplexus est *Salvator ab Orta*. Accessit & huic *Tomo* Regestum Pontificium, varias Pontificum Bullas, ab A. 1516 ad 1540 publicatas, continens.

THE MORAL PHILOSOPHER, &c.

hoc est,

PHILOSOPHI, VERITATI MORALI INNITENTIS, Volumen secundum, complectens ulteriores veritatis moralis & rationis vindicias, occasione duorum librorum, haud ita pridem evulgatorum; quorum alter hoc indice est ornatus: Divina Veteris & Novi Testamenti autoritas asserta. Inspersæ sunt speciales vindiciæ characterum Mosis, Prophetarum, Jesu Christi, Servatoris nostri, ejusque Apostolorum, ab injustis criminationibus, & falsis ratiocinationibus, libri, The moral Philosopher *inscripti. Autore JOANNE LELANDO. Alter ita est inscriptus: Eusebius, sive veri Christiani defensio, &c. per JOANNEM CHAPMANNUM. Autore PHILALETHE.*

Londini, venale est apud bibliopolas Londinenses & Westmonasterienses, 1739, 8.

Alph. 1 plag. 3.

Quod

Quod iis solenne esse solet, qui veritatem oppugnant, ut ne solidissimis quidem, contra se allatis, rationibus atque argumentis ab errore suo abduci se patiantur, eundem morem etiam a *Morgano* servari, non sine dolore intelligimus. Licet enim cum *Lelandus*, tum *Chapmannus*, tum alii solida eruditione ornati viri, docte solideque ad ea, quibus Christianam religionem aggressus est *Morganus*, argumenta responderint, &, quam lubrico fundamento nitantur, ostenderint; tamen neque hisce laboribus id effici potuit, ut ad saniorem redigeretur mentem adversarius. Is enim desperatam suam causam magna cum audacia perorare infeliciter pergit; cujus rei testis est præsens, cujus epitomen exhibemus, *Volumen*. In eo statim sub Pag. 3.
Præfationis initium id queritur *Morganus*, quod *Lelandus* eum se professus sit, qui secundum rectam rationem de rebus ad religionem spectantibus judicare amet. Hoc enim asserto injuriam sibi fieri putat, quandoquidem & se odisse eum modum ait, quo de rebus ad religionem spectantibus judicium nimis liberum fertur. Exiguam tantummodo inter se & *Lelandum* intercedere ait differentiam, in vario sensu, vocibus *rationalis* & *irrationalis* tributo, positam. *Lelandum* enim existimare, quod *Christianismus rationalis* necessario cum Judaismo sit connexus, & quod veritas ejus probari nequeat, si *Mosis* atque Prophetarum autoritas in dubium vocetur; quam vero sententiam falsam atque perniciosam esse affirmat. Crepare am- 4.
plius *Lelandum* voces, *Christianismus*, *inspiratio*, *revelatio divina*, neque tamen distinctas illis vocibus notiones tribuere.
Primum, quod *Lelandus* urget, principium, quod autoritas 15.
immediata divina est, imposturæ atque enthusiasmi omnis fundamentum complecti, atque semper inde a condito mundo ad nostra usque tempora ita cum eo comparatum fuisse, criminatur. Per incredulitatem, si, quo *Lelandus* vult, sensu accipiatur, nihil aliud intelligi posse putat *Morganus*, quam su- 17.
spensionem judicii in rebus dubiis, aut retentionem assensionis, si res non certæ satis & ad convincendum idoneæ videantur.
Ipsi vero *Morgano* fides, ob quam homo fidelis dicitur, & quæ 18.
Deo grata semper est atque accepta, posita est in exercitio tempe-

temperantiæ, justitiæ, & pietatis, orto cum ex firma animi in *Deo* confisione, & ex arbitrio ejus pendendi voluntate, tum amplius ex constanti sensu potentiæ Dei, ejusque ad omnes actiones nostras præsentiæ. Eos, qui in doctrinis supranaturalibus tuendis adeo fervidos se præbent, audacter provocat, ut aperte atque sincere ostendant, quænam doctrinæ illæ sint, & qua ratione, quibusve principiis, rationi consentaneis, cum vera religione sint connexæ. Quæ deinde audacia, *qua justam*
Pag. 20. causam injuste aggreditur, conviciorum flumen gignit. *Horum enim virorum rationes atque argumenta sophismata, fidem effugia, prudentiam timiditatem & ad tempus accommodationem, scientiam rerum divinarum ignorantiam audaciamque*
33. *assumtam,* vocare non erubescit. Religionem claram esse, rationi conformem, intellectu facilem, & *naturalibus hominum* facultatibus, rationi & intellectui, quam maxime convenientem; adeoque ad eam probandam, aliisque commendandam, tantummodo id requiri, ut sobrie & sine partium studio in eam inquiratur, haud injuste quidem affirmat, quanquam non sine limitatione hæc sint accipienda; quando vero amplius religionem in amore atque timore Dei filiali, fraternoque hominum erga se invicem amore, qui quidem in exercendis officiis atque obligationibus, ex morali veritate atque justitia proficiscentibus, idque ex sensu & influxu continuæ potentiæ & præsentiæ Dei, inspectionisque actionum nostrarum, *ab eo,* tanquam remuneratore bonorum, & vindice malorum hominum, susceptæ, sese manifestat, positam esse asseverat, multum a recto veritatis tramite eum aberrare, quilibet, qui sensibus ad verum a falso discernendum præditus est, facile perspiciet. Hac occasione, cum varia de discrimine religionis & superstitionis secundum perversam suam mentem disputavit, tandem sub finem Præfationis generalem quandam querelam adversus eos subjungit, qui calamum contra ipsum strinxerunt, *Lelandum* & *Chapmannum.* Hisce enim duumviris illud exprobrat, quod eas res, quæ caput controversiæ constituunt, discutere negle-
28. xerint. Ad quas quidem res refert 1) controversiam de infallibilitate, seu immediata divina inspiratione, eorum virorum

a qui

ı quibus S. Codicis libri ſunt conſcripti, quoad omnes eorum
piniones, ſive quoad omnes res, quas nobiſcum communi-
arunt, ſive ſint argumenti hiſtorici, ſive moralis, ſive pro-
hetici; 2) doctrinam de reali & eſſentiali diſcrimine, quod in-
er religionem naturalem & revelatam intercedit, & ut oſten-
atur, quænam illæ ſpeciatim ſint doctrinæ, quæ per miracu-
ı, a priori quadam rationali evidentia, aut connexione cum
otionibus intellectus, ſejuncta, fuerint probandæ. Quas duas
s ſi ſemper animo obverſantes habeat, qui controverſiam hanc
xpendit, eum facile de utriusque partis argumentis judicium
rre poſſe putat. Ipſum librum in *decem Sectiones* diviſit,
uibus introductionem, quam vocat, ſingularem præmiſit, in
a de ea, quæ inter ipſum & *Lelandum* intercedit, differentia
ſſerit. Ubi quidem illud primum *Lelando* exprobrat, quod Pag. 1.
dicare neglexerit, quid per revelationem intelligat, & quæ
illatim doctrinæ eadem contineantur. Deinde & illud taxat,
od definiendo non explicuerit, quid fidei vocabulum ipſi
nificet. Ipſe vero *Morganus* exiſtimat, *Lelandum* per fi-
m intelligere firmam certamque perſuaſionem, quod facta
, resque inter Judæos atque Chriſtianos geſtæ, quæ in libris
t. ac Nov. Fœderis narrantur, ſpeciatim vaticinia, miracula, 2.
paritiones, & quæ ſunt his ſimilia, certa atque ſine dubio
a ſint. Ex quo illud ſequatur, ut is, qui virorum, a qui-
hi libri ſcripti ſunt, fidem ſugillet, revelationem omnem
truat, quandoquidem viri iſti immediate inſpirati, adeoque
in actu a Spiritu Sancto ab omni errore immunes ſervati
rint. Ejusmodi vero firmam perſuaſionem fundamentum
rmum, precarium, atque incertum, vocare non erubeſcit.
que hoc mirum cuiquam videri poteſt, qui ſecum perpen- 3.
omnem adverſarii laborem eo iterum redire, ut homi-
ıs perſuadeat, neceſſariam atque immutabilem veritatem, ra-
em, atque æquitatem rerum, principium iſtud conſtituere,
quo certitudo rerum ab omni errore remota cognoſci atque
dicari debeat. Quod quidem ipſe fatetur, cum, id princi- 5.
loco per integrum librum a ſe poſitum, eoque laborem
n directum eſſe, ait, ut oſtendat, naturalem atque revela-

tam *religionem*, quoad argumentum principale, unam esse eandemque, neque alio modo, nisi methodo, qua proponantur, differre. Quæ cum ita sint, haud miramur, divinam autoritatem, argumentumque illud, quod ex miraculis, a *Christo* perpetratis, ad doctrinæ, ab ipso propositæ, divinitatem probandam
Pag. 7. ducitur, prorsus ab ea rejici. Quæ a Theologis de revelatione traditur notio, quod scilicet in ea eæ proponantur doctrinæ & officia, quæ hominibus, ejus ope destitutis, *sine ea* ignota sunt, captumque rationis omnem superant, eam in *Novo Fœdere* fundatam haud esse, audacter pronuntiat. Justitiam justificantem, Deo acceptam, in filiali Dei amore, fraternaque homi-
8. num dilectione, sive, quod idem est, in abnegandis voluptatibus terrenis, vitaque sobrie, juste, atque pie, transigenda, positam esse, hacque fide hominem coram *Deo justificari*, affirmat. Ut vero incautos eo melius decipere possit, *sub finem* hujus introductionis asseverat, librum hunc haud alium in fi-
10. nem ab ipso esse compositum, nisi eum, ut veritatis, pacis, atque justitiæ, causa promoveatur, & ut discrimen, quod inter veram religionem atque superstitionem intercedit, conspiciatur. Quem quidem finem si intendisset, haud adeo injurius in Deum religionemque, a Deo per immediatam revelationem profectam, fuisset. His vero jam præmonitis, ipsam rem aggreditur. Et primo quidem *Sectione prima* in eo occupatus est, ut ostendat, ea, quæ de immediata revelatione, & doctrinis, eidem innixis, per externa, sensibusque obvia, criteria, abstracta a rationali evidentia, sive connexione idearum in intellectu, probatis, *Lelandus* disseruit, infirma, vanaque, & minime sufficientia, esse. Hinc loca ea omnia, in quibus *Lelandus* de necessitate atque utilitate revelationis disputavit, sub examen vocat. Quod dum facit, *Lelando* exprobrat, quod affirmaverit, omnem veritatem a Deo immediate proficisci debere, in quo tamen vehementer errat *Morganus*. Contrarium enim disertis
12. verbis affirmat *Lelandus pag. 10 P. I*, ubi, rem verissimam, rationique quam maxime consentaneam, esse posse, ait, quæ tamen a Deo immediate non sit revelata. Quando nos affirmamus, veritatem a Deo per immediatam revelationem nobis-

cum

cum esse communicandam, ejusmodi intelligimus veritates, quæ rationem humanam omnem excedunt, adeoque ex ea cognosci minime possunt, & tamen ad salutem æternam consequendam creditu quam maxime sunt necessariæ. Quam distinctionem si *Morganus* tenuisset, eamque servasset, haud sane Andabatarum more pugnasset. Quin immo ipsam quæstionis positæ causam minus recte intellexit. Non enim quæritur, an omnis veritas per inspirationem, sive immediatam revelatio-
nem, nobis sit manifestanda; sed de eo quæritur, quænam sint Pag. 13.
criteria, ex quibus certi esse queamus, revelationem eam, qua gaudemus, a Deo ab origine esse profectam. Jam, quando divinam huic revelationi originem adscribimus, autoritatem ejus ta infringere studet. Supponit, eos, qui hanc revelationem nobis tradiderunt, neque divinitus fuisse inspiratos, neque ita comaratos, ut fallere non potuerint. Jam, quando isti viri senım Scripturæ sacræ perverterint, aut male interpretati fuerint, iam quandam regulam & criterium veritatis, quod quidem o prius atque superius sit, ponendum esse ait, unde voluntem Dei de officiis nostris atque felicitate cognoscere valeaus, aut, si hoc non fiat, Christianam religionem omnem inrtam relinqui, atque superstrui historiæ confusæ, & testimoɔ humano fallibili, separato a naturali tendentia, sive morali
uitate actionum, ad veram felicitatem ducente. Ejusmodi 14.
igionem positivam, soli autoritati innixam, sine addita alia ione, *Lelandum* per revelationem intelligere, indeque veillud fluere, ut nullum detur religionis membrum, de quo nines implacabiliter in partes non fuerint scissi, ut adeo æquo ili negotio falsam religionem loco veræ amplecti atque prori queant, malitiose cavillatur *Morganus*. Jam ad eas proditur quæstiones: utrum ii, quibus revelatio ipsa imme:e contigit, certi satis esse potuerint, vere a Deo profectam , quam per immediatam inspirationem accepere, revelaıem; & utrum præter eos, quibus ab origine revelatio act, alii adhuc convicti esse queant, a Deo esse revelata, adue tanquam revelationem vere divinam accipienda, quæ tanquam a Deo revelata, mundo annuntiarunt. Ubi qui-

 dem

tam religionem, quoad argumentum principale, unam esse eandemque, neque alio modo, nisi methodo, qua proponantur, differre. Quæ cum ita sint, haud miramur, divinam autoritatem, argumentumque illud, quod ex miraculis, a *Christo* perpetratis, ad doctrinæ, ab ipso propositæ, divinitatem proban-
Pag. 7. dam ducitur, prorsus ab ea rejici. Quæ a Theologis de revelatione traditur notio, quod scilicet in ea eæ proponantur doctrinæ & officia, quæ hominibus, ejus ope destitutis, *sine ea ignota* sunt, captumque rationis omnem superant, eam in *Novo Fœdere* fundatam haud esse, audacter pronuntiat. Justitiam justificantem, Deo acceptam, in filiali Dei amore, fraternaque homi-
8. num dilectione, sive, quod idem est, in abnegandis voluptatibus terrenis, vitaque sobrie, juste, atque pie, transigenda, positam esse, hacque fide hominem coram *Deo justificari*, affirmat. Ut vero incautos eo melius decipere possit, *sub finem* hujus introductionis asseverat, librum hunc haud alium in fi-
10. nem ab ipso esse compositum, nisi eum, ut veritatis, pacis, atque justitiæ, causa promoveatur, & ut discrimen, quod inter veram religionem atque superstitionem intercedit, conspiciatur. Quem quidem finem si intendisset, haud adeo injurius in Deum religionemque, a Deo per immediatam revelationem profectam, fuisset. His vero jam præmonitis, ipsam rem aggreditur. Et primo quidem *Sectione prima* in eo occupatus est, ut ostendat, ea, quæ de immediata revelatione, & doctrinis, eidem innixis, per externa, sensibusque obvia, criteria, abstracta a rationali evidentia, sive connexione idearum in intellectu, probatis, *Lelandus* disseruit, infirma, vanaque, & minime sufficientia, esse. Hinc loca ea omnia, in quibus *Lelandus* de necessitate atque utilitate revelationis disputavit, sub examen vocat. Quod dum facit, *Lelando* exprobrat, quod affirmaverit, omnem veritatem a Deo immediate proficisci debere, in quo tamen vehementer errat *Morganus*. Contrarium enim disertis
12. verbis affirmat *Lelandus pag. 10 P. I*, ubi, rem verissimam, rationique quam maxime consentaneam, esse posse, ait, quæ tamen a Deo immediate non sit revelata. Quando nos affirmamus, veritatem a Deo per immediatam revelationem nobis-

cum

um esse communicandam, ejusmodi intelligimus veritates, uæ rationem humanam omnem excedunt, adeoque ex ea conosci minime possunt, & tamen ad salutem æternam consequendam creditu quam maxime sunt necessariæ. Quam distinionem si *Morganus* tenuisset, eamque servasset, haud sane Anbatarum more pugnasset. Quin immo ipsam quæstionis poæ causam minus recte intellexit. Non enim quæritur, an nnis veritas per inspirationem, sive immediatam revelatiom, nobis sit manifestanda; sed de eo quæritur, quænam sint Pag. 13. iteria, ex quibus certi esse queamus, revelationem eam, qua udemus, a Deo ab origine esse profectam. Jam, quando diıam huic revelationi originem adscribimus, autoritatem ejus infringere studet. Supponit, eos, qui hanc revelationem notradiderunt, neque divinitus fuisse inspiratos, neque ita comatos, ut fallere non potuerint. Jam, quando isti viri sen Scripturæ sacræ perverterint, aut male interpretati fuerint, m quandam regulam & criterium veritatis, quod quidem prius atque superius sit, ponendum esse ait, unde volunm Dei de officiis nostris atque felicitate cognoscere valea, aut, si hoc non fiat, Christianam religionem omnem inam relinqui, atque superstrui historiæ confusæ, & testimohumano fallibili, separato a naturali tendentia, sive morali itate actionum, ad veram felicitatem ducente. Ejusmodi 14. ionem positivam, soli autoritati innixam, sine addita alia ne, *Lelandum* per revelationem intelligere, indeque velud fluere, ut nullum detur religionis membrum, de quo ines implacabiliter in partes non fuerint scissi, ut adeo æque negotio falsam religionem loco veræ amplecti atque proqueant, malitiose cavillatur *Morganus*. Jam ad eas protur quæstiones: utrum ii, quibus revelatio ipsa immecontigit, certi satis esse potuerint, vere a Deo profectam quam per immediatam inspirationem accepere, revelam; & utrum præter eos, quibus ab origine revelatio ac- alii adhuc convicti esse queant, a Deo esse revelata, ad tanquam revelationem vere divinam accipienda, quæ anquam a Deo revelata, mundo annuntiarunt. Ubi qui-

dem fatetur, Deo competere facultatem, immediate ac di-
recte, si ipsi placuerit, suam de officiis nostris nostraque feli-
citate voluntatem vel cum singulis, vel cum multis, hominibus
communicandi, eosque homines idoneos reddendi, ut hasce
veritates, rationibus ad fidem gignendam idoneis ornatas, aliis
impertiant; ast vero in eo, quod naturam atque fundamentum,
veritates divinas cum aliis communicandi, attinet, maximopere
Pag. 15. a *Lelando* dissentire se ait. Id quod verum nobis dicitur, aut
scientifice verum, aut quoad facta, sive historice, *verum, esse*
inquit. Altera veritas pendet a natura & ratione rerum, si ab-
stracte considerentur, quæ quidem res in se æternum necessariæ
aut immutabiles sunt; altera immediate a perceptione sensibus
facta, mediate vero a testimonio, cum iis, qui facta ipsa ne-
16. que viderunt, neque audiverunt, communicato. *Scientificam*
deinde veritatem in naturalem & moralem *distinguit*. Natura-
lis ea est, quæ veritates atque principia mathematica ac physi-
ca complectitur. Moralis vero circa praxin moralem versatur,
nobisque mutuos actionum nostrarum inter se respectus, earum-
que modificationes, quatenus cum felicitate nostra sunt con-
junctæ, commonstrat, cujus generis eæ sunt veritates, quæ
essentiam atque perfectiones Dei, eumque, qui inter ipsum at-
que nos, creaturas ab eo pendentes, intercedit, respectum, at-
17. tingunt. Ex quo mutuo respectu moralis illa, ad quam ob-
stringimur, obligatio Deum profitendi, ejusque perfectiones,
quoad ejus fieri potest, exprimendi, fluit; simulque & illud
apparet, hanc ita agendi conditionem nobis secundum positi-
vam voluntatem atque legem divinam incumbere, cum Deus
secundum justitiam, æquitatem, atque veritatem, in necessaria
naturali ratione & respectu rerum inter se mutuo fundatas, aliud
velle nequeat. Cum vero ex natura ac ratione rerum fluat,
Deum sapienter justeque mundum regere; & illud sequitur, ut
bonis præmia, malis vero pœnas, distributurus sit, ita, ut æqui-
tas atque justitia postulant. Hunc vero agendi modum mani-
festationem atque revelationem divinam certiorem, errorique
non adeo obnoxiam, hominibus sistere, quam ulla unquam ar-
gumenta historica efficere possint, affirmat. Hancque verita-
tem

tem moralem, quæ idem ei est, ac actionum ratio & æquitas, in natura rerum fundata, & cum beatitudine entium, ratione præditorum, connexa, veritatem divinam, a Deo profectam, vocat; quod quidem verum est, si distincte a revelatione consideretur, neque cum ea confundatur. Hæc vero cautela a *Morgano* negligitur, idque eum in finem, ut naturalem, quam repat, religionem, rejecta revelata, confirmet atque stabiliat. Præter hæc duo veritatum communicandarum genera tertium a Theologis systematicis inventum esse, calumniatur, quod nec scientificum, nec historicum, dici, & neque ex ratione, neque a sensibus, derivari possit, quod vero *Inspirationem*, sive *Revelationem immediatam*, appellare ipsis libuerit; quam quidem revetionem penitus negat, ab iis demum, qui eam prætendunt, ventam. Ipsi *Morgano* revelatio dicitur restitutio atque progatio veræ religionis, sive veritatis & rationis, in rebus ad ligionem spectantibus obviæ. Jam, cum id, quod secundum turam atque rationem verum est, ab autoritate alterius penre nequeat, hinc veritatem natura sua præcedere autoritatem nnem, nec absque ejus consensu autoritatem quidquam vale, recte quidem colligit, sed minus recte deinde ad infringenm revelationem adhibet. Nam, quas Deus per viros θεοπνεύστους nobiscum communicavit, veritates, rationis captum superantes, non ideo veræ factæ sunt, quia nobis a viris istis sunt ditæ, sed ideo, quia certæ erant, atque hominibus cognitu m maxime necessariæ, adeo, ut, ignotis iis, vera æternaque um felicitas obtineri non posset, Deus hasce veritates reve- nobis jussit. Hinc recte affirmat *Morganus*, Christum, ejus legatos, cum doctrinas veras esse, quas proponebant, pro- e voluerint, homines intellectu suo atque ratione uti jusse-; populumque ex interna illa vi atque efficacia, doctrinis propria, quam in animo suo expertus sit, collegisse, Chrin veri nominis Prophetam, doctrinamque ejus certo divi- originis, esse. Hac priori quæstione igitur discussa, ad alm jam progreditur, quæ ita erat concepta: utrum ejusli dentur criteria & argumenta, ex quibus certi esse quea-, eos, qui doctrinas quasdam per immediatam revelatio-

Margin notes: Pag. 18. (beside "Præter hæc duo…"); 23. (beside "ventam. Ipsi Morgano…"); 24. (beside "m jam progreditur…")

nem accepisse se affirmant, vere a Deo missos esse atque inspiratos, doctrinasque illas ope revelationis, ipsis factæ, accepisse.
Pag. 25. Quod quidem fieri posse concedit, re ipsa factum esse negat. Necessario enim requiri affirmat, ut is, cui veritas quædam eademque maximi momenti, cum hominibus communicanda tradatur, non solum ipso facto a Deo sit missus, sed modum quoque eum, quo cum ipso veritates istæ communicatæ sint, utrum scilicet per vim atque elevationem facultatum naturalium, an potius per illuminationem quandam animi, *magis* adhuc immediatam, indicare teneatur. Ast vero, cum ratio no-
26. stra revelatio naturalis, hominibus divinitus concessa, & veritatis perditæ aut neglectæ, quod ad res maximi momenti attinet, restitutio, proprie revelatio specialis sit dicenda, haud necesse esse ait, ut in modum, quo veritas *ista communicata* sit, inquiramus, quandoquidem nihil nobis hac de re certi constet. Illud certissimum e contrario esse ait, omne id, quod secundum naturam atque rationem rerum verum, atque ad salutem nostram quam maxime necessarium, est, Dei de nostris officiis voluntatem complecti. Hanc igitur ob caussam non opus esse putat, ut, divinam doctrinæ originem probaturi, ad miracula provocemus; cum ex miracula patrandi potentia nec doctrinarum veritas probari, nec demonstrari, pos-
26-30. sit, hominem speciali divina autoritate gaudere. Hac occasione ad incantatores Ægyptios provocat, qui non minus quam *Moses* miracula ediderunt, simulque cum ea, quæ a *Mose* in Ægypto perpetrata sunt, miracula, tum ipsum populum Israeliticum, injuriosis verbis more suo acriter perstringit. Quo vero melius minus cautos fallere, & in sententiam suam trahere possit, antequam eam, quæ miracula exponit, doctrinam pertractandam aggreditur, *Lemmata* quædam, generales quasdam de miraculis observationes complectentia, præmittit. Quæ quidem, cum iis, quæ deinde disputantur, lucem accendant, cum lectoribus communicanda duximus. *Primum* vero *Lemma* hoc est: Nullum datur certum documentum, sive dijudicandi regula, cujus ope miraculum veri nominis a miraculo falso, sic dicto, sive rem miraculosam, quæ vere contigit,

ea, quæ tantummodo contigisse videtur, distinguere queamus. *Secundum*: Nulla datur judicandi regula, qua adhibita, dignosci possit, utrum factum aliquod sit miraculum dicendum, an minus, licet ponamus, ipsum factum vere accidisse, neque ullam fraudem, respectu ad factum ipsum habito, fuisse admissam. *Tertium*: Si ipsa facta non sensibus nostris sint percepta, sed ex aliorum hominum testimonio hausta, illud testimonium, si ab hominibus profectum est, fallax censeri debet. *Quartum*: Hinc, cum ita sit cum testimonio ab hominibus proficiscente comparatum, infimum *fidei* gradum merebitur tum, cum de miraculis, prodigiis, spiritibus, apparitionibus, aliisque, quæ per se ipsas minus probabiles videntur, agitur. *Quintum*: Quam maxime improbabile videtur, neque admitti ullo modo potest, aut ipsum Deum, neglecta naturali agendi communisque providentiæ ratione, miracula facturum, aut eadem perpetranda permissurum esse, nisi id fiat maximæ, ab hominibus inde percipiendæ, utilitatis causa. His deinde thesibus nititur, quando de miraculis, a Christo perpetratis, disserit. Eo enim ea tetendisse inquit, ut populi attentionem animi sibi compararet Christus, simulque iis, quæ cum istis conjuncta erant, beneficiis doceret, minime pseudo-Prophetam, sed vatem se esse Deo gratiosum, hominibusque faventem. Quodsi enim miracula non fecisset, minime Judæos, gentem illam stupidam, veritates etiam maxime obvias secum reputaturos fuisse. Cum vero hæc animi attentio miraculis illis parta esset; alia quadam ratione populum convictum esse, doctrinas, a Christo propositas, veras fuisse. Quam quidem convictionem ortam ait esse ex nativa illa atque interna divinæ illius, æternæ, atque immutabilis, veritatis evidentia, quæ ipsa sibi viam ad animos ac conscientias hominum panderit. Quare, licet, miracula ad id necessaria esse, fateatur, ut animorum attentio iisdem excitetur, minime tamen ea urgeri vult tum, cum doctrinæ divina origo probanda. Neque potentiam miracula perpetrandi, neque fidem, miraculis præstitam, quanquam sit firmissima, nexu quodam cum ea fide conjunctam esse ait, ob quam homo fidelis dicitur, gratiaque Dei dignus efficitur. Illam enim fidem mere-

Pag. 31.

32.

33.

34.

37.

38.

mere naturalem fuiſſe, atque ex diverſo hominis temperamento atque diſpoſitione fluxiſſe, neque potuiſſe cum alio quodam communicari, perhibet. Ut vero dictis ſuis ſpeciem conciliet, ad exemplum Galilæorum provocat, inter quos Christus ob incredulitatem atque diffidentiam eorum pauca tantummodo miracula feciſſe dicitur. Aſt vero, ſi meminiſſet *Morganus*, Theologos miraculis fidei productionem minime tribuere, quippe quam per verbum & Sacramenta, præſertim Baptiſmi, gigni perhibent, ſed, fidem, jam exortam *atque productam*, iisdem corroborari atque confirmari, docere, non adeo imprudenter hoc exemplum attuliſſet. Neque populum Judaicum verbis adeo ignominioſis, quæ quidem adducere honeſtus pudor prohibet, traduxiſſet, niſi animum præjudiciis quam
Pag. 45. maxime obfuſcatum habuiſſet. Jam quæſt*ionem, de charactere* principali, ſive medio illo, cujus ope veritatem percipere, & de divina ejus origine judicium ferre, poſſimus, diſcutiendam ſibi ſumit *Morganus*. Ubi *Lelando* tribuit, affirmaſſe ipſum, quod ſola humana autoritas, fallax licet atque infirma, medium conſtituat ſufficiens atque unicum, per quod veritas nobiſcum communicari ita queat, ut nulla alia inſpiratione perſonali, ſive revelatione, hoc in caſu indigeamus. Quam tamen ſententiam minime tuitus eſt *Lelandus*, affirmans contra, quod præter teſtimonium, ab iis, quibus revelatio primum contigit, profectum, aliæ dentur notæ, quibus convinci de divina hominum illorum miſſione poſſimus; quibus quidem notis *miracula* annumerat. Hac vero re vitium illud, quod *petitio principii* a Logicis dicitur, a *Lelando* committi, *Morganus* ex eo vult probare, quod miracula, a *Moſe* & Chriſto patrata, tanquam conceſſa atque evicta jam urgeat, ſimulque multa *Lelando* tribue-
53. re haud erubeſcit, quæ nunquam affirmavit. *Sectione ſecunda* operam ante omnia dat Autor, ut evincat, naturalem religionem nihil differre a revelata; qui enim hunc naturalis & revelatæ religionis inter ſe conſenſum negant, imperium in imperio conſtituere ei videntur; quodſi autem ex eo quæras quam igitur religionem veram illam, æternam, atque immutabilem, eſſe cenſeat, eam, reſpondebit, ſe putare, quæ *in ſta-*

Dei amore atque timore, fraternaque proximi dilectione, ac exercitio officiorum, inde resultantium, veritatis atque justitiæ omnium, se exserit, idque ex fiduciali in Deum fidentia, & ab Pag. 55.
eo pendentia, constantique sensu potentiæ atque præsentiæ ejus ad omnes nostras actiones, tanquam remuneratoris bonorum, & vindicis malorum. Hanc igitur religionem, ignorantia atque superstitione deperditam, revelationis datæ auxilio restitutam esse, obtendit. Quæ igitur asserta, a veritate quam maxime aliena, cum justa censura a *Lelando* sint notata; hinc longam adversus illum disputationem instituit *Morganus*, cujus eo re- 56 seq.
dit summa: errare, qui affirment, Judæorum gentem a Deo in peculiarem sibi populum fuisse adscitam, speciali Dei favore ac amore paterno fruentem; neque eam gentem solam fœdere illo, quod cum *Abrahamo* pepigit Deus, fuisse comprehensam, sed ad omnes veros veri illius atque unius Dei cultores, omnes inter gentes omni tempore existentes, fœdus illud esse extendendum. Quod quidem assertum posterius admittendum omnino est, dummodo observetur discrimen, necessario faciendum inter id, quod in fœdere eo universale est atque evangelicum, & id, quod in eo particulare ac conditionatum deprehenditur; quod quidem discrimen ipse *Morganus pag. 71* quodammodo admittere videtur. His disputatis, deinde miracula, 65 seq.
a *Mose*, cum populum Israeliticum sicco pede per mare rubrum ducendo, tum aquas baculo suo e petra eliciendo, facta, perstringit, eoque progreditur audaciæ, ut, præter legis illud volumen, in arca servatum, ullum a *Mose* librum, nomen ejus in fronte gerentem, conscriptum esse, ullumque S. Codicis librum haud mutatum atque interpolatum ad nos pervenisse, affirmare haud vereatur. Quin immo eo usque effrænata ejus progreditur audacia, ut, populum Israeliticum, qui ei ad miraculum usque stupidus audit, a spiritu quodam diabolico inspi- 71.
ratum semper atque agitatum fuisse, scelerata ratione cavilletur. *Sectione tertia* doctrinam de lege *Mosis* cerimoniali & revelatione, quæ immediata ratione contigit, pertractandam sibi sumit *Morganus*. Ubi vero sententiam de origine atque auto- 78 seq.
ritate legis illius, *Vol. I pag. 24* propositam, defendere preca-

riis argumentis suscipit. Etenim, eam a Deo esse profectam populoque Judaico a *Mose* divino jussu traditam, negat. Hinc-
Pag. 84. que, *Paulum* sacri Codicis libros illos, a *Mose* & Prophetis compositos, tanquam a Deo profectos, gentilibus commendasse, veritatemque religionis Christianæ ex iis probandam suscepisse
92. amplius inficiatur. Quin immo, religionem, a *Mose* populo Judaico traditam, ab ea, quam Christiani profitentur, toto cœlo differre, sibique quam maxime adversari, affirmat, *quam quidem*
96. dem litem Evangelii cum lege inde apparere dicit, *quod hoc* ex mente *Pauli* schema atque œconomiam lucis rationi consentaneæ, libertatis, veræque religionis, constituat, illa vero œconomiam tenebrarum, servitutis, atque superstitionis, sistat. Quæ vero cum ita esse, hancque legem a Deo *haud profectam* esse, existimet; quid mirum, quod, eam *divina autoritate abrogari* haud potuisse, asseveret? Qui ex Judæis ad Christum fuere conversi, quos Nazarenos vocat, peculiarem sectam consti-
98. tuisse, quæ Jesum putaverit Christum, sive Messiam domesticum, a vatibus prædictum, affirmat. Quo momento excepto, reliquas doctrinas religionis Judaicæ integras fuisse ab iis acceptas. Ast vero, cum a nobis, Christi, æterni illius sacerdotis, unico sacrificio in æternum sanctificandos consummantis, sacerdotium probaturis, *Epistola ad Ebræos* scripta præsertim urgeatur, ideo *Morganus* speciatim in autorem æque ac
99. autoritatem hujus *Epistolæ* inquirit. Quod ad autorem attinet, incertum eum esse inquit; conscriptam vero ipsam *Epistolam* esse putat post flebile excidium Hierosolymorum, idque hac ex ratione, quoniam nullo in loco, ubi de sacerdotio atque œconomia Judaica sermo est, eorum, tanquam adhuc vigentium, sed tanquam jam abrogatorum, mentio injiciatur. Quod vero *Morgani* argumentum valde lubricum videtur, facilique negotio ad nostram sententiam confirmandam, *Morgani*que opinionem infringendam, adhiberi potest. Quæ jam sequitur, *Sectione quarta* amplius adversus legem Mosaicam, ejusque constitutio-
104. nes, disputat *Morganus*. Eam vero mere temporalem atque civilem esse, sanctionesque ejus tantummodo ad hanc vitam pertinere, ab eaque legem justitiæ, soli Deo cognitam, qui scili-

cet

cet obedientes remunerari, inobedientesque punire, norit, dif-
ferre, ait. Cui sententiæ ut speciem conciliet, ad *Paulum*, in-
ter legem *Mosis*, sive operum, & legem fidei, distinguentem,
provocat. Sed iterum ignorantiæ suæ specimen edit. *Paulus*
enim, hoc discrimen constituens, vocem νόμυ non sensu illo
amoso atque strictiori, quo *lex*, sive regula actionum compo-
nendarum, hac voce indigitatur, sed sensu generaliori, quo
doctrinam, sive regulam quamlibet credendi, vel agendi, deno-
at, adhibet. Quæ quidem si observasset adversarius, nullam
nter legem & evangelium, sive *Mosen* & *Paulum*, litem de-
rehendisset. Neque eam legi affinxisset crudelitatem, ut
ellum cum ceteris orbis incolis Judæos gerere jussisset, qua
rudelitate licet eam liberaverit *Lelandus*, sibi tamen non deesse
rgumenta putat *Morganus*, ex quibus appareat, juste eam cru-
elitatem legi tribui. Quando enim in locis Pentateuchi, a
elando adductis, Judæi non iis tantummodo, qui eandem
um ipsis societatem constituebant, sed exteris quoque, nullo
cietatis vinculo cum Judæis junctis, humanitatis officia præ-
are jubentur, per exteros proselytos portæ, idque recte, in-
ligit *Morganus*; eos vero, idque minus recte, in civium nu- Pag. 109.
erum receptos esse putat. Quanquam enim in republica to-
arentur proselyti portæ; in civium tamen numerum non re-
piebantur, multo minus vero in ecclesiæ societatem, tanquam
embra ejus, recipiebantur. Neque populum Judaicum ob
orum fictorum cultum, vero Deo neglecto, punitum esse,
interitum sibi suum fama sanguinis atque internecionis, quæ
er omnes gentes percrebuerat, eosque ita semper sanguine
culatos reddiderat, ut tandem penitus exstirpati in prover-
m abierint, conciliasse ait. Jam ad doctrinam de sacrificiis
greditur, eaque, quæ *priori Volumine* de sacrificiis Deo
erendis, inprimisque humanis sacrificiis, disputaverat, vin-
anda, sed infelici conatu, suscipit. Ubi vero inprimis no- 115.
, voci חרם tributa, observanda est. Ipsi *Morgano* enim
t חרם ita usurpata in S. Codice videtur, ut generatim
quamlibet prorsus sine ulla redemtione aut reparatione
ruendam, sive res ipsa ut devota, sive tanquam sacrifi-

 cium,

cium, Deo offerenda sit, significet. Ast vero non eo semper sensu vocem חרם in S. Literis usurpari, sed pro re, Deo absque facta exstirpatione sanctificata, quoque adhiberi, ex *Levit. XXVII, 21, 28, Num. XVIII, 14, & Ezech. XXIV, 29,* discere potuisset *Morganus*. Neque, si hanc vocis notionem familiarem sibi reddidisset, eo usque temeritatis progressus esset, ut, Deum humanis sacrificiis delectatum, eademque sibi offerenda
Pag. 126 seq. jussisse, affirmasset. Hac simul occasione ad factum *Abrahami, Isaacum*, filium suum, Dei jussu mactare parati, pervenit. Quod quidem factum prorsus negat, simulque, circumstantias quasdam in narratione ejus, a *Mose* facta, omissas esse putat, quæ, si cognitæ nobis essent, lucem clariorem affundere rei, historiamque ipsam magis credibilem reddere, possent. Ita vero, ex sententia ejus, hoc cum facto comparatum fuit. *Vicinæ Abrahamo*, præter quem, ejusque familiam, nulla gens verum Deum colebat, gentes autores ei erant, ut filium suum unicum Deo in sacrificium traderet; quodsi enim, quem venerabatur, Deus istum filium ejus e morte ad vitam revocaret, argumentum ipsis factum istud fore, ex quo, Deum *Abrahami* verum Deum esse, intelligerent. *Abrahamus* igitur, fiducia quadam commotus, fore, ut Deus hoc facto gentes istas de veritate religionis, quam profitebatur, convinceret, conceptam hanc opinionem a Deo profectam esse, putabat. Ast vero eventus proposito non respondit; Deusque ostendit, sibi hanc rationem, religionem veram propagandi, haud placere. Hanc, quam de facto isto *Abrahami* sibi formavit, sententiam autor *Epistolæ ad Ebræos Morgano* firmare ex eo videtur, quoniam *Cap. XI, 19,* ait, *Abrahamum* cogitasse, Deum vel ex mortuis excitare posse. Nunquam vero Deum ejusmodi quid vel intendisse, vel promisisse, fidemque illam *Abrahami*, firmam licet, tamen præsumtam tantummodo fuisse, & irrationalem atque enthusiasticam persuasionem dicendam potius esse, irreverenter pronuntiat. Quin immo, sanctum illum Patriarcham *Abrahamum* corruptos atque depravatos homines corrupisse magis, quam emendasse, cavillatur, quoniam, narrante *Thoma Hyde de Relig. vet. Persarum Cap. 11 pag. 29*, istud *Abrahami* factum consuetudini,

Orien

)rientis populis receptæ, homines Deo in sacrificium offerendi, nsani dedit. *Sectione quinta* de fine sacerdotii legalis & sacrificiorum, eorumque natura, &, quem veræ religioni præstant, su, differit; qua occasione sacerdotes, & inprimis sacerdotem maximum, maximis conviciis proscindit. Integrum sacerdotii Pag. 134
ıysterium in eo latuisse ait, quod Israelitæ Deum quendam lo- seq.
alem, oracularium, atque tutelarem, coluerint, qui ideo Israetarum Deus vocatus fuerit, ut ab Ægyptiorum, Philistæorum, idoniorum, ceterarumque gentium, Diis distingueretur. Huıs Dei causa sacerdotium fuisse institutum, sacrificia oblata, ɔsumque bestiarum sanguine placatum. Quæ si observentur, larum esse putat, quod *Moses* superstitionem Ægyptiorum ıntummodo depuraverit, populumque a crasso Deorum fictiorum atque imaginum cultu abducere, eumque notionem unitis, spiritualitatis, atque indivisibilitatis, veri Dei docere, voıerit; cujus vero rei finem ideo ab eo obtentum haud fuisse icit, quoniam verum Deum in localem quendam atque tuteırem transformaverit, &, imitando gentes, sacerdotium ac ıcrificia instituerit. Hinc igitur factum esse, ut ex duobus ıalis minimum elegerit, indeque occasionem, imperium una um maximo redituum numero ad tribum ac familiam suam ·ansferendi, arripuerit. Neque solos Judæos verum Deum fuisse 143.
eneratos, sed Persas quoque atque Medos veri Dei notitia nbutos, eique colendo deditos, fuisse ait. Hanc enim gentem ıtiquissimis temporibus Sabæanam superstitionem haud ampleam esse ait, sed eo demum eam exercuisse tempore, quo *Zoɔaster*, Judæos imitatus, templa, sacro igne ornata, instauraerit, externamque disciplinam ad exemplum *Mosaicum* mais magisque conformaverit. Judæos vero a Persis demum juiores de Deo, ejusque providentia, futuraque hominum post ıortem conditione, notiones accepisse, impudenter eblaterat. *ectione sexta* & *septima* ad ea, quæ *Cap. VIII, IX, & X,* de rdine Prophetarum contra ipsum monuerat *Lelandus*, respondet *Morganus.* Non quidem negare se, ait, quod ante institutum
rophetarum ordinem Prophetæ a Deo fuerint excitati; illud 160 seq.
utem velle se, quod a *Samuele* demum peculiaris Propheta-

 rum

rum ordo fuerit constitutus, qui hæreditarius sit factus, adeo ut filii in locum patrum successerint. Initio quidem Naioth scholam Prophetarum ordinatam, deinde autem aliis in locis scholas quoque fuisse constitutas, in quibus homines, tanquam in loco ecclesiæ simili, ante introductas Synagogas convenerint: has enim post captivitatem demum Babylonicam, scholis Prophetarum eo tempore jam abrogatis, constitutas fuisse ait. Haudquaquam vero iis in scholis literas atque scientias traditas, easque adeo seminaria publica, Academiis *nostris similia*, quod *Lelandus* affirmat, fuisse, putat. Separatam potius societatem aluisse ordinem illum Prophetarum, ad vitam monasticam accedentem, neque de reliquorum hominum felicitate sollicitam, inquit. Ipsis Prophetis omnium, quæ Judæis accidere, malorum causas tribuere haud erubescit *præfractæ frontis* vir, *Morganus*. Cujus malitiæ ut exemplum unum vel al-
Pag. 197-terum cum Lectoribus communicemus, commemorabimus,
200. quod in *Elisam*, vatem illum a Deo missum, causas mortis *Benhadadi* deferre haud dubitet, idque ea ratione adductus, quoniam *Elisa Hazaeli*, id a Deo sibi patefactum, affirmet, quod, mortuo *Benhadado*, ipse *Hazael* regno potiturus sit. Cum vero ejus potestas ad ipsum venire non posset, quamdiu *Benhadadus* in vivis esset, hinc *Hazaelem* consilium de *Benhadado*, morbo minime lethali laborante, interficiendo cepisse. Qui *Josaphato*, in bellum cum Syris gerendum proficiscenti, bene vaticinati sunt vates, eos Prophetas veri Dei fuisse, quos ipse
204, 205. Deus, spiritum mendacii inter eos mittendo, fefellerit, audacter affirmat. Tandem sub *septimæ Sectionis* finem ea, quæ de emendatione doctrinæ inter Judæos post captivitatem Babylonicam a Persis repetenda *priori Volumine* effutiit, jamque *quin-*
210. *ta Sectione* repetiit, denuo iterat. Istarum vero doctrinarum emendatarum, quæ ipsi doctrinæ de uno Deo, judicio universali, & futuro præmiorum atque pœnarum statu, sunt, *Danielem*, qui sub Monarchia Persica eodem, quo *Esras*, scriba ille *Esdras*, vates, *Nehemias*, *Mardochai*, & *Esther*, tempore vixerit, primum meminisse, ait. Ipsum vero *Danielis* librum, qualem hodie habemus, narrationes, a diversis viris compositas con-

complecti; hanc autem, deinde ſub communi quodam nomine evulgatas, fabuloſa multa, ac hiſtoriæ omni adverſa, continere, nec *Danielem* eum, cujus libro ſit appoſitum nomen, eundem eſſe poſſe dicit, cui *Cap. IX* revelatio de templo instaurando contigerit. *Morganus* quidem, dictis his fidem conciliaturus, ad *Hydeum*, in libro *de Religione veterum Perſarum* ſecum conſentientem, provocat; aſt vero, errare *Hydeum*, Perſas ante tempora *Zoroaſtris* a fictitiorum Deorum cultu alienos fuiſſe affirmantem, ex *Philippi a Turre Monumentis veteris Antii* docet Cel. *Jac. Bruckerus Hiſt. Crit. Philoſophiæ Tom. I pag. 166*, ubi ſimul *pag. 171* evincit, præter Solem alia adhuc apud Perſas ſumma Numina celebrari. Neque adeo temere *Prideauxium* in partes ſuas rapuiſſet, ſi, quæ idem vir doctus *P. I pag. 211 ſeq.* editionis Londinenſis, A. 1718 evulgatæ, & *pag. 268 ſeq.* editionis Germanicæ, quæ Dresdæ A. 1726 prodiit, attenta atque a partium ſtudio aliena mente perluſtraſſet. *Sectione octava* ad Novi Fœderis doctrinas, & quæ ad eas vindicandas *Lelandus Cap. 12 & ſeq.* monuerat, examinanda progreditur *Morganus*. Ubi quidem bene agit, quod eam, quam ſibi de Chriſtianiſmo formavit, notionem ante omnia exhibeat. Eſt vero ipſi Chriſtianiſmus *inſtauratio æternæ illius atque immutabilis religionis, in Deo & natura fundatæ.* Quod ad Meſſiam attinet, ita de eum vaticinatos eſſe vates putat, ut eum tanquam terrenum quendam, eundemque maximum, principem, regni poſſeſſionem familiæ *Davidis* reſtituturum, deſcripſerint. Ipſum Chriſtum Judæorum ſe negaſſe Meſſiam, ex eo vult evincere, quoniam, regnum ſuum hoc de mundo eſſe, potentiamque terrenam affectare ſe, a *Pilato* interrogatus, inficiatus fuerit. In Chriſtum, moralem veritatem & juſtitiam inſtaurantem, alteram illam notam, Meſſiæ a vatibus attributam, convenire quidem; alteram vero illam, ſecundum quam regnum Judæis reſtitueret, (quam vero notam precario aſſumtam conſtituit *Morganus*,) minime in eo fuiſſe animadverſam, affirmat. Integram Judæorum gentem, ne iis quidem, qui ex circumciſione erant, Apoſtolis exceptis, vi vaticiniorum, Meſſiam promittentium, eum ſub regimine ejus ſibi futurum formaſſe

Pag. 220. 221 ſeq. 224.

masse statum, ait, quo veritas ac justitia, pax atque felicita obtinerent; quæ pax atque felicitas cum veritati atque felicit prædis quasi loco additæ essent, hinc venisse, ut Messiam hæ alia sub nota, nisi quatenus princeps victor ex familia *Davidis* fuerit, acceperint Judæi. Hinc ceteros characteres omne nihil probare potuisse, nisi ex familiarum originibus, quas certas vereque textas putarunt, evinci potuisset, Jesum Nazarenum linea recta ex familia *Davidis* descendisse. Neque vero ex iis, quas *Matthæus* & *Lucas* sistunt, generum computationibus Christianismo emolumentum quoddam accedere, cum probabile vix videatur, inter *Davidem* & Christum, si patris matrisve generationes seorsim sumantur, adeoque per mille & centum annorum spatium, haud plures quatuordecim
Pag. 228 seq. generationibus exstitisse. His missis, legatos *Servatoris salutat*, & primo quidem id, quo Pentecostes die ornati fuere, peregrinis linguis loquendi, donum, vellicat. Ubi eo usque detestanda ejus protervia progreditur, ut, iis, quando, ut calumniatur, sub mechanica ista spiritus potentia & operatione fuerint
232. constituti, nullam rationem aut intellectum concessum fuisse, spiritumque istum extraordinarium potentem atque cœcum, (ita sanctissimum Spiritum vocare haud erubescit impius *Morganus*,) nec instructioni, nec ædificationi, adeoque nulli pene usui, inserviisse, affirmet, eaque, quæ a rerum in civitate Christiana gestarum scriptoribus narrantur, a Christi *legatis* suscepta itinera, fabulis & commentis annumeret. Concilium, Hierosolymis anno quadragesimo octavo ex *Calvisii* sententia coactum, *Act. XV* commemoratum, anno demum quinquagesimo
233. sexto, adeoque quatuordecim ante destructam Hierosolymorum urbem annis, celebratum esse, putat. Quæ sanandis ægrotis fuere peracta miracula, eos tantummodo expertos esse, nugatur, qui firmam conceperint fidem, fore, ut sanitati restituerentur. Inde vero contigisse, ut ii tantum, qui hac fide fuerint ornati, sanati sint, licet ceteroquin fide fuerint destituti, hancque fidem impiis æque ac piis fuisse communem. Lunaticos atque mente captos, quoniam majori imaginationis vi præditi fuerint, majori inde fidei istius gradu esse gavisos. Quorum

Non

Novo Fœdere mentio injicitur, dæmoniacos nihil differre a lunaticis atque mente captis ait. Neque illud mirandum esse inquit, quod eorum morborum causæ diabolo tribuantur; eam enim communem Judæorum æque ac ceterarum gentium fuisse de istorum morborum causis opinionem, ex eo repetendam, quod naturales illorum causas ignoraverint, ipsisque illis morbis medela haud satis felix semper adhibita fuerit. Postquam Pag. 237-
Sectione, quæ sequitur, *nona* de fine Concilii primi, Hierosolymis 245.
coacti, & dissensione, inter *Paulum* & *Petrum* orta, disputaverat, deinde in autoritatem *Apocalypseos Joanneæ* inquirit. Hic vero eam, quam *Vol. I pag. 369* proposuerat, sententiam repetit, eandemque firmare studet. Eo vero *Morgani* de libro isto mens atque sententia redit, contineri eo veram ac proprie sic dictam doctrinarum Christianismi revelationem; indeque, & inprimis ex *Cap. V v. 8*, evincere conatur, quod Christiani judaizantes in crassissimam delapsi fuerint idololatriam, maximumque mediatorum loco unius illius mediatoris numerum, una cum cultu, sanctis atque angelis, tanquam mediatoribus, præstando, effinxerint. Quam opinionem licet solide docteque *Lelandus pag. 426 seq.* refutaverit, eandem tamen defendere, causamque suam desperatam, successu infelici, perorare, pergit *Morganus*. Quod dum facit, inter res, ex ratione cognoscendas, & eas, quæ captum rationis superant, adeoque revelationis tantummodo ope nobis innotescunt, distinguit. Præ- 247.
ter *Apocalypsin* vero nullum in S. Codice exstare librum ait, in quo ex proposito dicantur doctrinæ, rationis captum quæ excedunt, adeoque ex sola revelatione addiscendæ sunt. Ex verbis, *Cap. VIII v. 34* exstantibus, doctrinam de cultu, sanctis atque angelis, tanquam inferioris generis mediatoribus, præstando, exsculpit. Mille illos annos, *Apocalypseos Capite XX* com- 249.
memoratos, de terreno regno interpretatur, medium locum in- 255.
ter adventum Christi ad restitutionem regni Israelitici, finemque mundi, occupaturo. Ultima, quæ jam sequitur, *Sectione*, quæ *decima* est, sanctissimam illam suavissimamque de Christi, Servatoris optimi, nostrum loco præstita satisfactione doctrinam lacerare atque pervertere pergit infelix cavillator *Morganus*. Eo au-

tem audaciæ progreditur, ut, integram hanc doctrinam adeo
Pag. 260. ignotam sacris literis esse, haud affirmare erubescat, ut ne unico quidem verbo mentio ejus in illis injiciatur. Quare integram hanc doctrinam, solatii quam maxime plenam, fictionibus fraudeque scatere eblaterat. Formam illam sacrificialem erroneis illis notionibus, quas de propitiationibus legalibus & expiationibus pro peccatis faciendis sibi Judæi formarint, niti, easque a Christianis ex Judæis oriundis ad sacerdotium & sacri-
261. ficium Christi applicatas esse, ait. Hinc mortem, *quam Christus perpessus est*, non alia ratione voluntariam dici posse putat, quam ea, qua homo probus ac honestus peccatis crucia-
262. tus præfert; ipsumque Christum nobis in illustre justitiæ exercendæ exemplum esse propositum, publicumque adeo de unica illa, qua homo justificari, Deoque acceptus *fieri, possit*, testimonium perhibuisse. Quando, sparso a *sacerdote sanguine*, *propitiatio facta* dicitur, hisce verbis illud tantummodo signifi-
263. cari dicit, quod scilicet propitiatio facta jam sit declarata, publiceque adeo demonstratum, sacrificium oblatum fuisse acceptum, hominemque ob obedientiam legi præstitam liberum ab ejus pœnis esse pronuntiatum. Ejusmodi vero actu personali legi secundum naturam liberationis legalis eo tempore satis esse factum. Eadem ipsa autem ratione Christum obedientiæ suæ usque ad mortem, sanguinisque in cruce effusione, publicum dedisse argumentum inquit, quod ejusmodi obedientia personalis Deo sit accepta, eamque solam constituat *justitiam*, *Deo* gratam, præmiisque afficiendam. His jam disputatis, ad *Mosen*, sæpius jam conviciis laceratum, denuo revertitur calumniator ille famosus, *Morganus*. Quem quidem conviciis adeo horrendis proscindit, ut ei eundem, qui *Mahomedi* debetur, locum tribuere haud vereatur. Etenim omnia illa fraudis atque imposturæ signa, quæ in falsis religionibus sunt conspicua, quæque in religione, a *Mahomede* efficta, deprehendi, observat Cel. *Prideauxius* in Epistola, ad Deistam scripta, in *Mosaica* illa œconomia obvia esse, scelestus homo cavillatur, quarum quidem calumniarum, quibus *Mosaicam* legem onerat, hæc est summa:
265. 1) Omnem ejus constitutionem atque inventionem ad tempo-
ralem

ralem atque carnalem utilitatem, & ad emolumentum & potentiam politicorum, imperii administrationem suæ cujusque tribui ac familiæ vindicare in perpetuum laborantium, fuisse accommodatam; quæ salus ut sacerdotibus firmetur, duo necessaria fuisse 2) ait, α) ut societas tribus *Levi* per universam terram dispergeretur, suasque inter reliquas tribus civitates atque agros, per sortem sibi assignatos, possideret, β) ut omnis Deorum atque imaginum cultus morte puniretur. 3) Hanc Deum colendi rationem meram complexam esse superstitionem atque idololatriam, falsamque adeo religionem. 4) Sub hac ipsa œconomia intemperantiam personalem, sigillatimque maximas illas carnis voluptates, ebrietatem atque concupiscentiam carnalem, fuisse licitas. Habes hic, Lector, summam eorum, quæ ad religionem revelatam omnem evertendam, suasque opiniones impias a solida *Lelandi* discussione vindicandas, *Volumine* hoc effutiit impia *Morgani* temeritas. His vero ad finem libri Epistola adjecta est ad *Joannem Chapmannum*, improbam *Morgani* audaciam comprimere laborantem libro, *duo Volumina* in forma octopartita explente, ac sub hoc indice evulgato: *Eusebius: or the true Christian's defence against a late Book, intitul'd: The Moral Philosopher. Cambridge, 1739* & *1740.* Duo inprimis controversiæ, a *Morgano* motæ, capita hoc in libro pertractare sibi proposuit *Chapmannus.* Primo, quænam doctrinæ ita religioni Christianæ sint propriæ, ut a religione naturali, moralibusque rationis principiis, sint prorsus distinctæ. Secundo, quænam sit vera Messiæ nota, a vatibus adumbrata, ac in Christo impleta. Has igitur doctrinas in Epistola hac discutiendas sibi sumit *Morganus.* Et primo quidem longam de miraculis, quibus veritatem religionis confirmari *Chapmannus* affirmat, disputationem instituit. In qua vero cum nihil afferatur, quod non jam antea dictum sit, pauca tantum ex ea excerpta sistemus. Quod igitur ad miracula, a *Mose* in Ægypto perpetrata, attinet, ex iis minime evinci potuisse ait, quod is, quem *Moses* coluit, Deus unicus ille atque verus Deus sit; neque ipsis istis miraculis convictos esse Israelitas ac Ægyptios, ut *Mosis* Deum pro Deo vero agnoscerent. Miraculis

Pag. 266. 267.

9.

raculis vero, a Servatore nostro O. M. editis, hanc concedit prærogativam, quod iisdem demonstratum sit, esse Jesum ma-
Pag. 11. gnum quendam verumque Prophetam. Cujus quidem demonstrationis vim in eo collocat, quod miraculis, a se factis, verum veræ potentiæ finem, quem in promovendo bono ponit, assequi studuerit Christus. Quanquam vero adeo liberalis est, ut, veri nominis miracula dicenda esse, quæ Servator perpetravit, fateatur, ea tamen eum in finem edita esse negat, ut ex iis, ve-
15. rum se Judæorum Messiam esse, pateret. Idque *quidem propterea*, quod Christus Hierosolymis, & in aliis primi ordinis civitatibus, idque in conspectu sacerdotum, scribarum, ac primariorum urbis incolarum, miracula fecerit nulla. Simul vero cœcitatis in exponendo sacro Codice specimen iteratum edit. Ea enim, quæ *Matth. XII, 39, 40*, exstant de *signo Jonæ*, populo, signa quærenti, dando, verba interpolata esse affirmat, idque ea de causa, quoniam verba ista integræ historiæ, ab
17. 18. Evangelistis compositæ, contradicere ipsi videntur. Jesum enim negat per integros dies atque noctes in meditullio terræ, uti *Jonas* in ventre ceti, commoratum esse, nec veritati consentaneum esse ait, affirmare, quod alia haud edenda fuerint signa, cum adeo ampla in conspectu populi publice patrata legantur miracula. His jam missis, deinde suam de Messia Judæorum men-
19. tem explicare suscipit. Eum vero ut terrenum quendam principem, gentes eas omnes, sub quibus captivi teneantur Judæi, debellaturum, regnum familiæ *Davidis* restituturum, imperiumque adeo universale in omnes terræ gentes exerciturum, a va-
19-22. tibus delineatum esse statuit. Cui sententiæ fucum obducturus *sexagesimum Jesaiæ Caput*, in quo splendor ac felicitas ecclesiæ Nov. Fœd. emphatica plane ratione depingitur, testis loco adducit. Hacque simul occasione vatem illum sanctissimum asperioribus verbis traducit, quin immo affirmare audet, eum, si nostro ipsi tempore vivere, eaque, quæ ab illo, quo vixit, tempore ad nostrum usque seculum acciderunt, nosse contigisset, repudiatis, quæ edidit, vaticiniis, Deistis Christianis esse accessurum. Tum in libris Prophetarum, ante tempora captivitatis Babylonicæ qui vixerunt, ullam resurrectionis a mortuis, judicii

judicii mundi finalis, statusque beatitudinis & gloriæ, piis ex- Pag. 22
pectandæ, post hanc demum vitam futuri, mentionem occur- seq.
rere negat. Postea de morali rerum veritate & æquitate, de
miraculis, & de signis illis, ex quibus verus Messias cogno- 28-39.
scendus sit, disserit; ubi vero ea, quæ sæpius jam effutierat,
non sine tædio lectorum repetit. Quæ in Oriente floruerunt,
ecclesias ob controversias de trinitate, incarnatione, unione
hypostatica, & personarum, substantiarum, naturarum, distin- 40.
ctione, magna contentione agitatas, deletas esse, nugatur. Inde
enim repetendam esse causam, amplius cavillatur, quare Chri-
stiani *Mahomedi*, unum tantum Deum, unumque Prophetam,
Dei voluntatem proponentem, prædicanti, lubentes adeo fue-
rint assentiti. Hacque simul occasione in ipsam religionem *Ma-
homedanam* exspatiatur, &, quanquam religionis, a *Mahomede*
fictæ, systema verum esse neget, tamen eventu comprobatum
esse affirmat, eum veræ prudentiæ cognitione fuisse instructum, 45.
optimamque, quæ unquam proposita fuerit, superstitionis for-
mam invenisse. Jam ad illud argumentum examinandum pro-
ceditur, quod ex vaticiniorum completione ad probandam 58.
religionis Christianæ veritatem ducitur, quam quidem ex eo
nullum robur accipere ait ideo, quoniam ex vaticiniis illud
tantummodo sequatur, ut res antea jam fuerint apertæ atque
cognitæ. Tum ad doctrinam de discrimine fidei divinæ & hu- 69.
manæ pervenit, idque nullum esse statuit. Tandem iterum
denuo in argumentum, ex miraculis ad religionis revelatæ veri- 67-80.
tatem probandam desumtum, inquirit, simulque de criteriis
revelationis, & vera *positivæ religionis* natura, disserit.

Historischer Müntzbelustigung fünffter Theil, &c.

hoc est,

JOANNIS DAVIDIS KOELERI, P. P. ANNO 1733 singulis hebdomadibus editarum, historicarum ex numismatibus Amœnitatum Pars quinta, in qua LXII nummi accurate in æs incisi, descripti, ac ex Historia plenius expositi, spectantur, una cum continuatione tertia

 Scia-

Sciagraphiæ de pleniori uncialium numorum collectione, quæ est loco Præfationis.

Noribergæ, impensis viduæ Christophori Weigelii, senioris, Chalcographi, 1733, 4.

Alph. 2 plag. 17.

Lætitia merito perfundimur, ac in partem amœnitatum venimus, simul atque ad Historici nostra ætate præstantissimi Amœnitates historicas, quibus Numismata illustrat, volvendas accedimus. Succedit jam *Pars quinta*, deliciosissimas exhibens lectori dapes, & exquisitissimas Commentationes ex cornu copiæ felicissimo depromtas ostendens. In Præfatione Autor Cel. attentionem suam convertit ad designandos Numos unciales Episcoporum Mindensium, Monasteriensium, Osnabrugensium, Paderbornensium, Passaviensium, Ratisbonensium, Sedunensium, qui Principes S. R. I. sese vocant, licet dudum careant assessionis ac suffragii in comitiis jure, Spirensium, quorum quatuor Thaleri duntaxat adhuc innotuerunt, Strasburgensium, seu Argentoratensium, e quorum numero *Joannes*, Comes Manderscheidensis, duarum specierum feriundos curavit numos, Tridentinorum, Tullensjum, quorum fortasse exstant nulli, Virdunensium, Wormaciensium, Wirciburgensium, quorum occurrunt complures unciales, Olomucensium, Episcoporum Gurcensium & Chiemseensium, Salisburgensi Archiepiscopo obnoxiorum, jure tamen monetæ prædirorum, Magistrorum Ordinis Teutonici Mariani, Joannitici, Ensiferorum Livoniæ. Hisce subjungit designationem uncialium, qui jussu Abbatum percussi fuerunt, nominatim Corbejensium, Fuldensium, Kampidunensium, Præpositorum Elwangensium, Abbatum Murbacensium, Stablensium, Werdensium, Abbatissarum Essendiensium, Thornensium, Quedlinburgensium. Pergimus ad significandos Numos, qui curis eruditissimi scriptoris fuerunt illustrati, ac hac serie sese invicem excipiunt: 1) Numisma majoris moduli artificiosum, repræsentans urbem *Augustam Vindelicorum*, ejusque perpulchram curiam, ad A. 1677, ubi subjicitur descriptio regiminis; 2) Metallio, exhibens prælium navale, a Duce

l B. V ad Nov. Act. Erud. A.



Duce Eboracensi *Jacobo* A. 1665 feliciter commissum cum classe Batavica; 3) Numus mnemonicus in *Joannem de Oldenbarnevelt*, magnum Hollandiæ Quæstorem, seu Pensionarium; 4) Numus Principis Arausiconensis *Mauritii* in obtruncatum *Oldenbarnevelt*, ad A. 1619; 5) Numus rarior *Joannis Ehrenreichii*, Comitis *de Sprinzenstein*, ad A. 1717; 6) Uncialis *Ludovici*, Comitis Stolbergæ & Kœnigsteinii, ad A. 1546; 7) Florenus aureus, significans introitum Noribergensem Imperatoris *Matthiæ*, ac conjugis augustissimæ, *Annæ*, ad A. 1612, ubi additur *Phonasci*, Noribergensis, Carmen Teutonicum, quo ille introitus tunc fuit expositus; 8) Numisma pulchrum, indicans munia ducis supremi bellici, quæ Marchio Badensis *Ludovicus* A. 1693 contra Gallos ad Rhenum suscepit; 9) Numus, referens coronationem *Caroli IX*, Regis Galliarum, ad A. 1651. In postica apparet descendens e cœlo columba, rostro deportans ampullulam olei plenam. Differit hic Autor de Ampulla Rhemensi. 10) Thalerus *Friderici Christiani*, Episcopi Monasteriensis, nati Baronis *de Plettenberg*, ad A. 1696. Attexitur genus factorumque illustrium series gentis *Plettenbergiæ*. 11) Numus sepulchralis in *Fridericum Christianum*, Episcopum Monasteriensem, Baronem *de Plettenberg*, ad A. 1706; 12) Numus aureus admodum rarus *Waltheri de Plettenberg*, Principis S. R. I. & Magistri Ordinis Ensiferorum in Livonia, ad A. 1525. In postica clypeus bis refert crucem, Ordinis signum, & per vices insignia *Plettenbergica*. 13) Numus urbis *Rigæ* aureus, præferens nomen & insignia Magistri Ordinis Ensiferorum Livoniæ, *Waltheri de Plettenberg*, ad A 1533; 14) Thalerus Comitum Waldeccensium, *Georgii Friderici* & *Joannis Volradi*, ad A. 1654; 15) Numus rarus *Philippi Magnanimi*, Landgravii Hassorum, quem feriri curavit in memoriam *Henrici* junioris, Ducis Brunsvico-Wolferbuttelani, ab ipso capti A. 1545. In antica ad marginem exstat ambigua inscriptio: IVSTVS. N. RELINQ. quæ exponitur vulgo: *Justus non relinquitur*, ab aliis vero satyrice: *Justus nunc relinquitur*, id est, *Henricus*, qui sibi talis videtur. 16) Thalerus mnemonicus *Christiani Ernesti*, Marchionis Brandenburgo-Culmbacensis, referens munia tribuni militaris nomine

TAB. V Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 3.

mine circuli Franconici, A. 1664 suscepta; 17) Numus mnemonicus *Georgii de Mäming*, Capitanei provincialis per Austriam supra Anissum, ad A. 1570. De regimine provinciali terræ Austriacæ adjunguntur memorabilia. 18) Rarum Numisma *Alberti*, Archiepiscopi & Electoris Moguntini, Administratoris Halberstadensis, Marchionis Brandenburgici, ad A. 1515. Ipse obiit A. 1545, 24 Sept. Aschaffenburgi, sepultus in æde cathedrali Maguntiæ. Primus exstitit eorum Principum in Germania, qui A. 1542 Jesuitis Maguntiæ dederunt domicilium. 19) Numisma Reginæ *Christinæ* Suecorum ænigmaticum, ad A. 1665, quippe in cujus postica eminet epigraphe: ΜΑΚΕΛΩΣ, quæ, Græcis literis notata, Suecice est interpretanda, ac notat *incomparabilem*. Adjunguntur nonnulla de Reginæ cum doctis commercio, ac eventu horum plerumque tristi. 20) *Numisma* in *Hugonem Grotium*, ejusque cistam librariam, cujus interventu sese eripuit ex custodia. 21) Uncialis pretii duplicis, cusus jussu & nomine *Ferdinandi*, Archiducis Austriæ Tirolensis; 22) tres Numi obsidionales, cusi, cum Juliacum A. 1610 circumsideretur ab hostibus, ex Archiducis Austriæ, *Leopoldi*, Episcopi Passaviensis & Argentoratensis, in obsessa Juliaci arce relictis vasis argenteis; 23) rarum Numisma in clarissimum Philosophum & Medicum, *Hieronymum Fracastorium*. Optat Cel. Autor, ut *Fridericus Otto Menckenius*, Collega noster, qui *Fracastorii* vitam & merita singulari libro exposuit, contulisset operam suam ad *Conradum Gesnerum* debite describendum. *Sed* cur Italorum gloriæ amplificandæ essemus iniqui? Illi non sunt extra rempublicam literariam positi, quippe quorum industriæ meritisque debemus, quod humaniores literæ sese in Germaniam infuderint. 24) Uncialis rarus Ducis Megalopolitani Suerinensis, *Christiani Ludovici*, ad A. 1670; 25) Thalerus Ducis Lotharingiæ, *Caroli II*, ad A. 1575; 26) rarus Uncialis Scoticus Regis *Jacobi I* Britanniæ; 27) Thalerus Episcopi Wirciburgensis, *Philippi Adolphi*, ad A. 1623; 28) Thalerus rarior Episcopi Monasteriensis, *Bernhardi Christophori de Galen*, ad A. 1659, in cujus postica repræsentatur crux miraculorum conciliatrix Cœsfeldiensis; 29) duo rariores Ducati *Ludovici XII*, Regis Galliarum, &

TAB. V Fig. 4. Pag. 144. 147 seq. TAB. V Fig. 5. Pag. 184.

Papæ

'apæ *Julii II.* Ducatus prior in postica habet perigraphen ex
'ʃ. XIV, 22: Perdam Babilonis nomen, Romano Pontifici oppo-
tam, quicquid P. *Harduinus* in contrarium disserere studue-
it, quem refellit B. *Liebius* in scripto peculiari. 30) Numis-
ıa rarum unilaterale, præferens imaginem *Mariæ*, Scotorum
.eginæ, in qua notamus perigraphen: *Maria Stowar, Regina Sco-
iæ & Angliæ*; 31) Numisma rarum & unilaterale *Casimiri*,
Marchionis Brandenburgici in Principatibus Franconicis, ad A.
525; 32) Numus *Sixti V*, memoriam ædiculæ S. *Petri*, Ro-
ıæ ab eo structæ A. 1589, conservans. Ædiculæ in postica
djecta est perigraphe: SVPER. HANC. PETRAM. Infra
lscriptum: ROMA. 33) Numus rarissimus, ex auro & argen- TAB. V
) in urbe Monasterio a Rege Anabaptistico A. 1534 percus- Fig. 5.
ıs. Anabaptistæ & Rex & Ministri erant pessimi & libidinosis- Pag. 264.
mi mortalium, qui in puellas innuptas quoque involabant, ac
onnullas earum ad necem usque stuprabant. 34) Numisma,
:ferens *Henricum IV*, Galliarum Regem, & pulcherrimam *Ga-
'iellam*, Ducem *de Beaufort*, concubinam Regis primam, ad A.
597. Regis caput in eo est delineatum uti *Herculis*, pelle te-
i leonina. 35) Numisma *Alexandri VII* Papæ, in cujus po-
ica conspicitur porticus, quo cinxit aream magnam ante tem-
um S. *Petri*, ad A. 1661; 36) Numisma mnemonicum in Ele-
oris Saxoniæ *Joannis Georgii I* Vicariatum Imperii A. 1612;
7) Numus argenteus Regis Francorum, *Caroli Calvi*, ad A. 878;
8) Numus sepulcralis in *Joannem Georgium III*, ultimum Comi-
m Eislebiensis, seu Evangelicæ, prosapiæ, ad A. 1710; 39) Tha-
rus Comitis Lowensteinensis, *Maximiliani Caroli*, ad A. 1711;
o) rarum Numisma *Mariæ*, Reginæ Hungarorum viduæ, sororis
aroli V & Ferdinandi I, ad A. 1530. Pretium ejus æquat sex
'ucatos. 41) *Francisci Carrariæ* Numus, memoriam iterum oc-
ıpati ab eo Patavii significans, ad A. 1390. Tragicum ipsius 328.
citum quis non dolet? In carcere fuit Venetiis cum fratre &
uobus filiis strangulatus A. 1406, 2 Jan. 42) Uncialis rarus
lariæ, Scotorum Reginæ, & secundi ejusdem conjugis, *Henrici*,
l A. 1566. Regina hunc Regem A. 1567, 10 Febr. noctu in 336.
cto strangulandum curavit. 43) *Eucharii Casimiri*, Comitis

Lowenstein-Wertheimensis, uncialis admodum pulcher, ad A. 1697; 44) Numisma rarum *Wilhelmi VII*, Comitis principali dignitate ornati, ad A. 1557; 45) Capitatus Ducis Sabaudiæ, *Caroli I*, ad A. 1483; 46) rarissimus Thalerus *Caspari Ignatii* Comitis *de Küuigl*, Episcopi Brixiensis, ad A. 1710; 47) rarum Numisma aureum alicujus Russorum Pseudo-*Demetrii*, probabiliter primi; 48) duo singulares Numi Ducis Sabaudiæ, *Emanuelis Philiberti*, ad A. 1562; 49) uncialis Numus *Caroli Emanuelis I*, Ducis Sabaudiæ, in cujus postica spectatur imago *pii Ducis Amadei IX*, ad A. 1619; 50) Thalerus ejusdem, percussus A. 1630, cum fœdus iniret cum Hispanis adversus Regem Galliarum; 51) Thalerus, tutelam referens *Christianæ*, Ducissæ, cui incusa est ipsius imago & filii *Caroli Emanuelis II*, ad A. 1642; 52) angulatus unilateralis Numus *Ferdinandi I*, Regis Hungariæ, bello Hungarico urgente A. 1552 percussus. In Supplementis occurrunt Numi præterea pauci, quorum mentionem negligere est nefas. Additur ectypon 1) Thaleri & Ducati, quem A 1712 & 1716 cudendum curavit *Maximilianus Carolus*, Princeps Lowenstein-Wertheimensis; 2) Numus mnemonicus *Friderici III*, Regis Daniæ, referens oppugnationem, a Suecis Hafniæ intentatam, sed feliciter A. 1659, 11 Febr. propulsatam. Additur duplex Ducatus Sabaudicus tutelaris, ad A. 1677. In Tabula, titulo adjungenda, afferuntur duo Numi præterea, videlicet infelicis *Francisci* junioris *de Carraria* ad A. 1390, & Thalerus Elwangensis Præpositi ac Domini *Henrici Christophori*, in cujus postica legitur perigraphe: LVPIS. ROMA. NVTRITVR. ELVACVM. SERVATVR. Quos multijuga Autoris Cel. tenet eruditio, ac historicæ rei amœnitas allexit, ii ex ipsis gratius bibent fontibus, ac recensionem *Partis sextæ* cupide a nobis exspectabunt.

SPIEGATIONE DI ALCUNI MONUMENTI DEGLI antichi Pelasgi, &c.

id est,

EXPLICATIO NONNULLORUM MONUMENTORUM, ad antiquos Pelasgos referendorum, translata e Gallico,

Gallico, una cum observationibus nonnullis de eisdem monumentis.

Pisauri, 1735, 4.

Plag. 11.

Expositionis Autor est Cl. *Ludovicus Bourguetus*, Professor Philosophiæ in Academia Castelli Novi inter Helvetios, sed nuper, quod dolent boni omnes, ad Superorum vitam evocatus, cujus celebrata est olim amplissima linguarum notitia, per Orientis & Occidentis tractus longe lateque patens. Exposuit ipse Monumenta tria, quorum primum est tabula ænea, cujus ectypon dedit *Sponius* in *Miscellaneis erud. antiq. pag. 87 edit. Lugdun.* Illustrissimus Marchio *Maffeus* in doctissima *Dissertatione de Italis primitivis* prima tria verba hujus tabulæ explicavit. Reliquas *Bourguetus* dedit expositas satis ingeniose. Interpres Italus, qui Dissertationem proœmialem præfixit, recenset primo *Bourgueti* expositionem, dein vero eam dijudicat, suumque interponit judicium. Credidit *Bourguetus*, *Lerpirium Santirpium* Duumvirum, ætati *Romuli* supparem, ex voto distribuisse frumentum pauperibus, ac placentam unam, serto nardi uno, pinique & mali granati, ac eam, quæ denuo delineata affertur, fieri fecisse tabellam, quæ exstiterit in templo *Apollinis* & *Clatræ*, quod, secundum *Victoris* testimonium, fuerit in sexta Romæ regione, quorsum eam obtulerit *Lerpirius*. Objectiones expromit adversus hanc opinionem interpres & unam & alteram. Primam desumit ex *Dionysio Halicarnassensi*, referente, tabulas æneas tempore *Tullii Hostilii*, Regis Romani, nondum usui fuisse adhibitas, sed factas e ligno querno. Inter hæc fere dubitat, an tabula sit genuina & facti veri index. Secundam deducit ex Ægyptio *Clatræ* habitu, *Isidi* proprio, modio in capite *Apollinis*, sistro & flore lothi juxtra *Isidem* conspicuo. Addit idem, Romæ ætati cultum Ægyptiæ religionis haud convenire. Postea etiam Ædilibus Romæ fuit mandatum, *ut animadverterent, ne qui, nisi Romani Dii, neu quo alio more, quam patrio, colerentur.* Anno U. C. 700 Senatus fana *Serapis* & *Isidis* destrui jussit, *quod eos non magnopere inter Numina numerabat*, teste

Pag. 2. 3. 4. 5.

Livio Lib. XL. Paucos post annos *iterum omnia templa Isidis Serapidisque aruspices demoliri jusserunt.* Noluerunt scilicet invehi Numina nova. *Victor* descripsit Romam, qualis erat suo tempore, non *Romuli* ætate qualis exstiterat. *Livius* de *Romu-*
Fig. 6. *lo*, *Herculis* cultum adoptante: *Hac tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit.* Commercia, multis post annis cum variis gentibus instituta, infuderunt Romæ cultum Numinum peregrinorum, quemadmodum autor est Juvenalis *Satira III.* *Ægyptii*, cum *Romulus* viveret, cum peregrinis *commercia* fastidiebant, teste *Herodoto Lib. II Cap. 152, 154.* Adde illud *Varronis* ex *Augustini Lib. IV de Civ. D. Cap. 36: plus quam annos*
8. *centum & septuaginta Romam sine simulacro Deos coluisse.* Idem confirmant *Plutarchus* in *Vita Numæ* & *Tertullianus de Idololatr. Cap. 3.* Duo, a *Bourgueto* explicata, *Osiridis* & *Isidis* simulacra simplicitati *Romulidarum* primorum haud respondent. *Ovidius* certe *Fast. Lib. I:*

Dum populus pauper, dum nova Roma, fuit,
Jupiter angusta vix totus stabat in æde,
Inque Jovis dextra fictile fulmen erat.

Cultus complurium Numinum in monumentum primum confluxerunt. In ea, quæ dicitur *Apollinis*, figura vides pallium, manum lyræ admotam, fulmina *Jovis* in sinistra manu, radios
9. solis, modium *Serapidis*, rotam *Nemeseos.* Figura altera, *Isidem* referens, in sincipite gerit lunam corniculantem instar *Dianæ*; præterea habes in ea characteres *Isidis*, sistrum, floresque loti, serpentem, *Salutis* symbolum, virgam, providentiæ indicium, proram navis, indicem affluentiæ, pinumque *Cybeles.* Quomodo hæc ad simplicitatem ævi *Romulo* proprii quadrant? Inscriptio utriusque monumenti est mere Latina, ad ætatem *Romuli* haud referenda. Si nobis licet, quæ sentimus, dicere, in monumento primo *Antonium* & *Cleopatram* latere putamus. Subscriptio posthæc fuit addita ab homine barbaro, vel ad aliam
11. pertinuit tabulam. Gubiis, seu *Iguvii*, vero hoc repertum fuit monumentum. Alterum monumentum est tabula Eugubina, quam *Gruterus* jam dedit ex parte incusam *pag. 145*, & quæ olim Patavii in Bibliotheca *Bembi* fuit asservata. *Poscia* in proœmio

mio explicationis magnæ tabulæ Eugubinæ *n. 7* exiſtimat, partem in ea exſtare promiſſorum, datorum Deis, urgentibus calamitatibus horrendis. Venditionem tabula illa contineri, prorſus improbabile videtur Autori, ſiquidem deeſt vox *venditionis*, momentum *contractus*, &c. Tabula duabus diverſis dialectis fuit perſcripta ob convenientiam vocum multarum. Votum in ea continetur, Deis nuncupatum, quo expetitur, ut hi a Pelasgis liberent confinia Eugubii, vel alia loca. Adjunguntur ab interprete nonnulla ad monumenti tertii illuſtrationem, quibus licet ſuperſedere. Succedit Epiſtola de duabus, vulgo Hetruſcis, Inſcriptionibus, ad *Scipionem Maffei*, Illuſtriſſ. Marchionem, ex Diarii, *Bibliotheque Italique* inſcripti, *Tom. III Art. 8* huc translata. Iguvium, nunc Gubbio, Eugubium, Umbriæ eſt oppidum, itinere unius diei Roma diſtans. Tabulæ octo Eugubinæ aheneæ, olim pars conclavis ſubterranei in Amphitheatro ibidem, creduntur vulgo, ſi *Merulam* & *Gruterum* ſequimur, ita ſcriptæ, ut in ſeptem illarum Latinæ adhibitæ ſint literæ, in una Hetruſcæ. Tabulæ fuerunt inventæ A. 1444. Ex eo tempore doctis crux fuit per eas fixa. Cl. *Bourguetus* litanias eas exiſtimat Pelasgis oppoſitas, ac ita expoſitionem ſuam orditur:

Pag. 12. 13. 29 ſeq. 44. 45. 55.

Eſte. Persclo. Aveis. Aſeriater. Enetu.

Latine hæc ita interpretatur:

iſtud augurium avium fulguratarum (en ipſæ
Parfa. Curnaſæ. Derſua. Peiqu. Peica.
coturnix, cornix, excoriatæ, picus, pica,
Merſtu. Poei. Angla. Aſſeriato.
ciſſi) facit nuncium ſiccitatis
Eeſte ſo. Tremnu. Serſe. Arsfert.
quæ erit tremenda ſatorum cultorum
Ure. Ehueltu. Stipl. Oeſeriaia.
proventus evulſione ſtipularumque uſtulatione &c.

Si quæris de ratione interpretationis, ejusque fundamentis, docendus es adhuc pauca. Subjectæ ſunt Notæ hiſce interpretandi modulis, quibus incognitis verbis, & obſcuritati, oleum infunditur ex Græcia, & nonnunquam ex Palæſtina & Chaldæa.

Latinæ interpretationi ſubjicitur porro interpretatio Italica, quæ cohæret melius, quam Latina. Laudamus merito viros, magna & difficilia auſos, non inficiantes, nos tam acutum non cernere, ut libeat quidquam definire, niſi id unum: *Non liquet.*

TRAITE' DE LA PHLEBOTOMIE ET D'ARTEriotomie, &c.

hoc eſt,

TRACTATIO DE PHLEBOTOMIA ET ARTEriotomia, ex veteribus recentioribusque Autoribus collecta, & obſervationibus criticis in utrosque aucta, per MARTINUM, Medicinæ Doctorem, & Facultati Montis Peſſulani atque Univerſitati Medicinæ Avionenſi adſcriptum.

Pariſiis, apud Cavalerium, 1741, 12 chart. maj.

Plag. 11.

Experientiſſimo Autori, & Cel. *Sylvæ* de ſanguinis miſſione librum, &, quæ in hunc editæ poſthæc in lucem fuerunt, *Quesnayi* Obſervationes criticas, & incogniti Scriptoris Tentamina phyſica, perlegenti cum cura, atque inter ſe contendenti, variæ circa loca, quæ adhuc obſcuriora ipſi videbantur, in mentem venerunt animadverſiones, quas extemplo mandavit chartæ, &, cum in amplam ſatis molem excreviſſent, plane in lucem publicam emittere deſtinavit. Itaque nunc illæ prodeunt, &, quæ ad venæſectionis theoriam non minus, quam praxin, pertinent, generatim ſpeciatimque ediſſerunt, obſervationibus Autoris ſui ubique interſperſis, qui, cum, re diligentius expenſa, ad *Sylvæ* amplectendum ſyſtema trahi ſe videret, nihil quidquam eorum ſimul prætermiſit, quæ, ad tanti viri ſententiam confirmandam, in melioribus ſcriptoribus reperit. Quamvis etiam & ab hoc, & a duobus reliquis Autoribus, diſſentire interdum habuerit; tanta tamen erga omnes uſus eſt modeſtia, ut in neminis reprehenſionem incurſurus eo nomine videatur. Ordi-

tur

tur autem omnem ſuam de Venæſectione tractationem a doctrina generali, quam *Cap. I* de derivatione, revulſione, atque evacuatione, ſanguinis proponit. Derivationem in directam, ſive principalem, & in lateralem, revulſionem vero in abſolutam & conſtantem, ac invariabilem, dividit. Evacuationem quoque bifariam conſiderat, vel quatenus adhuc fit, ac pedetentim ſe per omnia vaſa diſtribuit, vel quatenus jam juſta proportione per omnia vaſa diſperſa fuit. *Cap. II* ad derivationem ſpeciatim progreſſus, primum naturam, & mechanicam ejus, explicat, hinc ad objectiones Autoris Tentaminum phyſicorum contra ſyſtema derivationis reſpondet, tunc placita *Quesnayi* de derivatione excutit, obſervationes de magnitudine ejus ſubnectit, & poſt expoſitionem extenſionis derivationis lateralis juxta atque contrarii niſus, qui ſub venæſectione contingit, effectus, cauſas, & emolumenta, venæſectionis derivatoriæ, derivationemque lateralem in venis ſanguineis & lymphaticis, perſequitur. *Cap. III* de revulſione ſigillatim tractans, naturam ejus, regulasque revulſionis, abſolutæ non minus, quam variabilis, ac demum utilitatem venæſectionis revulſoriæ, explanat. *Cap. IV* de evacuatione ſigillatim eodem modo diſquirit. *Cap. V* indicationes, ut vocantur, & contraindicationes diverſarum venæſectionum, evacuatoriæ nimirum, revulſivæ, tum in brachio, cujus ſimul emolumenta ſingularia recenſentur, tum in pede, tum in collo, ubi ſimul ſyſtema Cel. *Sylvæ* ſub examen venit, & derivatoriæ, enarrat. *Cap. VI* indicationes & contraindicationes venæſectionis ſpeciales, quæ ex morbi genio, & ſtatu ægrotantis, petuntur, eruit, hincque morbos, qui magnas frequentesque venæſectiones exigunt, & circumſtantias, quæ easdem permittunt, tum morbos, circumſtantiasque, quæ easdem prohibent, eos porro caſus, ubi venæſectio in tumoribus convenit, & ſingulares denique obſervationes, de pulſuum ad ſanguinis miſſionem habitu, exhibet. *Cap. VII* virtutes boni Chirurgi, & cognitionem, quæ ad venam dextre ſecandam neceſſaria eſt, collaudat. *Cap. VIII* cautiones, a Chirurgo & Medico ante, in, & poſt, venæſectionem tenendas, ſiſtit. *Cap. IX* de iis, quæ ſub venæſectione tum in brachio,

brachio, tum in pede, interdum accidere ſolent, & medela, iſtis adhibenda, exponit. *Cap. X* de remediis, quæ venæſectionis vices gerunt, ſcarifatione nimirum, & hirudinum applicatione, tractat. Ad extremum *Cap. XI* Arteriotomiam ſubjungit. Dedimus jam conſpectum totius Opuſculi, ut, quid in eo tractatum fuerit, unico velut obtutu perſpici facile queat. Quæ vero omnia quomodo diducantur latius, explicenturque, cum inſtituti noſtri ratio non permittat, ut copioſe referamus; ne prorſus ἀσύμβολοι diſcedamus, ex poſtremo de Arteriotomia *Capite* quædam in medium adducere placet. Certum ſcilicet exploratumque habet Cel. Autor, morbos eſſe, qui ſanguinis miſſionem poſtulant, a venæ autem ſectione non perſanantur. Prius igitur, quam ægrotus certæ neci relinquatur, ſumme & abſolute propemodum neceſſarium putat, ad *Arteriotomiam* confugere. Omnis hujus remedii vis & efficacia ad impetum ſanguinis arterioſi refertur, quod, inciſa arteria, ſanguis magna cum celeritate proſilit, ac proinde etiam derivatio ac revulſio, hinc orta, longe promtior, vividior, & major, eſt, quam ea, quæ fit vena aperta. In inflammationibus igitur, obſtructionibusque nobiliorum viſcerum, quæ primarii morbi, non vero effectus tantum febris cujusdam putridæ & malignæ, ſunt, & in quibus vena ſine fructu ſecatur, ſatius habet Noſter, arteriotomiam ſuſcipere ſecundum regulas phlebotomiæ præſcriptas, quam ægrotum in præſentiſſimo vitæ diſcrimine deſtituere. Quare enim non potius in apoplexia, aliisque *gravioribus* cerebri morbis, qui ſanguinis miſſionem expoſcunt, a ſecta autem vena non levantur, arteria temporalis, vel quædam pone aures, incideretur, avocatusque ſic ab interna carotide ſanguis ad extremam invitaretur, vivido magis & efficaciori impetu, quam jugulari venæſectione? Exemplis etiam atque teſtimoniis Autorum conſtat, ejusmodi arteriotomiam in cephalæa, & hemicrania inveterata, ophthalmia item & phreneſi, aliisque morbis ſimilibus, admodum fuiſſe reliquis irritis fructuoſam. Quamvis etiam omnes de ſectione arteriæ radiææ tam veteres, quam recentiores, taceant Autores; Noſter tamen religioni ſibi ducturus eſſet, eam non adhibere interdum propter utilitatem, quæ

in

n apoplexia, angina, pulmonum & abdominis inflammatio-
ibus, atque obstructionibus maximi momenti, ipsisque ce-
ebri obstructionibus, ubi reliqua omnia frustra fuerint usur-
ata, hinc expectanda essent. Tribus, ut videtur, rationibus
secanda hac arteria Medici se deterreri patiuntur: 1) quod
a satis magna est, ut hinc varii periculosi eventus merito ti-
neantur; 2) quod os radii, fulcri loco huic arteriæ inserviens,
on satis planum esse videtur, ut arteria recte comprimi queat;
) quod punctura illa, quando Chirurgus arteriam in flexura
ubiti loco basilicæ aperit, difficulter sanatur. Quamvis vero
ide recte conficiatur, hanc arteriotomiam non nisi casibus ma-
imi momenti esse reservandam; neutiquam tamen eandem
amnare exinde, & omittere prorsus, oportet, inprimis si co-
itetur, 1) hanc sanguinis missionem aliquem fructum felicem-
ue successum in arduis illis & difficilibus morbis, quos supra
ıdicavimus, polliceri; 2) non esse adeo difficile, arteriam ra-
iæam, de industria incisam, comprimere, ut hic ex anatome
emonstratur; 3) inter ejusmodi sectionem, quæ in arteria ra-
iæa peragitur, & quæ in arteria juxta flexuram cubiti ex in-
uria fit, magnam esse diversitatem. Ubique autem in secan-
is arteriis quinque hæ cautiones teneantur: 1) Ejusmodi eli-
atur arteria, quæ subtus os habet, fulcri loco ipsi inserviens,
t satis comprimi illa, & sanguis in arterias laterales derivari,
ueat, eademque nec ampla admodum, nec valde exigua, esse
ebet; 2) ligatura tam in arteria temporali, quam radiæa,
ıethodo hic fusius descripta recte applicetur; 3) ipsa arte-
æ sectio ratione, hic itidem fusius tradita, administretur; 4)
ec parum emittatur sanguinis, nec nimium educatur, &
ıedia ubivis via inter *Riverii* parsimoniam & liberalitatem *Lin-
ani* teneatur; 5) sanguinis fluxus, prout hic indicatum est,
erite circumspecteque coerceatur.

*IO. JAC. HUBER, PHIL. ET MED. D. IN
Acad. Georg. Augusta Med. P. P. & Anat. Prof. in
Acad. patria, quæ Basileæ est, Facult. Med. Adj. Me-
ici Aulici Sereniss. March. Badena-Durlac. & Acad.*

 Cæsar.

Caesar. Leop. Nat. Curios. Collegae, de Vaginae uteri structura rugosa, nec non de Hymene, Commentatio.

Gottingae, 1742, 4.

Plag. 8, cum Tab. aen. 1.

Structurae corporis humani cognitionem, ut naturae in universum historiam, magis singularum partium sedula *observatione*, quam systematibus condendis, promoveri, certum est. *In* singulis fere studiose rimanti licet nova quaedam invenire, licet plura, ab aliis jam proposita, illustrare, quae, etiamsi saepe minuta videantur, scire non inutile est. Illae vero corporis foeminini partes, quae ad propagandum genus faciunt, quae plurimis morbis obnoxiae sunt, quarum medicina *omnium mortalium* salus nititur, quarum inspectio ad famam castitatis restituendam interdum necessaria est, satis curate explicari non possunt, cum ex earum habitu, secundum naturam perspecto, & obstetricia manus dirigatur, & morbosae constitutiones feliciter inveniantur, inventae facilius ad sanitatem reducantur, & innocentia oppressa certioribus indiciis restitui possit. Libellus, quem de his agere, titulus indicat, e copia observationum desumtus est, quas Cl. Autor se e pluribus quam centum huma-

§. 1. nis cadaveribus, a se dissectis, collegisse profitetur. Brevem ejus conspectum hic dedisse juvabit, ut sciat Lector, *quid* in-

6. primis inde exspectare possit. Partes externae igitur in duas quasi cameras dividuntur, exteriorem unam, alteram interiorem. Exterior, jam dudum cognita, & figuris expressa, labiis, sive alis, inferius coalitu suo fossiculam navicularem efficientibus, continetur. Interior, sive sinus arctior, superius clitoride & ejus crenis, (nymphas alii appellant,) inferius eadem fossicula naviculari, terminatur. Hanc vestibulum quibusdam vocare placuit, quod in virginibus intactis & junioribus valere posse putat Cl. Autor; verum, cum postea pars ejus inferior in unam cum vagina cavitatem abeat, mavult vestibulum e sede quidem superiori, (ut sinum arctiorem,) clitoride & ejus crenis, ex inferiori autem, vel hymenis arcu superiori, si adsit, vel vaginae parte

parte superiori, describi. Continet hoc vestibulum, modo di- §. 6.
ctum, & urethræ orificium, papilla carnea tectum, eminens,
folliculis, ab inventore *lacunæ Graafii* nominatis, instructum, & 7.
utrinque plica magna interceptum spatium, quod, propter fi-
guram convenientem cum ventriculis laryngis, ventriculos ve-
stibuli Cl. Autor primus appellat. In horum exacta historia
aliæ lacunæ enarrantur, quæ ad demulcendas partes, & ab uri-
næ acrimonia defendendas, faciunt, diversæ ab orificiis *prosta-* 8.
tarum Bartholini, quæ extra ventriculos locatæ recensentur.
Hymenis descriptio his succedit, &, variis ejus figuris exami-
natis, asserit Cl. Autor vere & constanter, *hymenen* esse *mem-* 9.
*branam singularem, ab omnibus partibus vicinis distinctam, quæ
nunquam penitus deficiat in vere intactis, quamvis interdum pau-
lo minus emineat, & conspicua reperiatur*, deinde pluribus de
ejus fabrica acturus. Vaginæ rugæ pro ætate diversæ, diver- 10.
sa capacitas vaginæ, prout propius ori uteri, (quod internum
male vocari existimat Cl. *Huberus*, cum externum non sit, nisi 11.
ostium vaginæ ita appellare velis,) vel remotius ab eo, conside-
res, postea traduntur. De vero habitu oris uteri hoc inpri- 12.
mis constanter observatum est, labia ejus in junioribus crenu-
lata esse, deinde re vera labium superius & anterius, majus in-
feriore, extra inferius eminere, cum cetera eorum constitu-
tio a vaginæ situ pendere videatur. Disputantur ea occasio-
ne pluscula de situ oris uteri obliquato, quem, antiquitus jam 13.
cognitum, rarius tamen observari, neque tantum periculi ha-
bere in parientibus, quantum vult omnium manibus tritus liber
versatissimi in obstetriciis *Deventeri*, argumentis & experimen-
tis, quæ Cl. Autori in cadaveribus partim, partim in viventi-
bus, quarum partum adjuvit, capere licuit, adstruitur. Si ob-
liquatum sit, plerumque sinistrorsum vaginæ apprimitur, utero
dextrorsum reclinato, quod ortui intestini recti a colo tribuen-
dum. Ipsas rugas quod attinet, summa eo redit, circa os ute-
ri membranam lævem vix corrugatam inveniri, antrorsum 14.
deinde rugas magis magisque eminere incipere, & arcus circuli
modo longiores, modo breviores, formare, qui lamellis bre-
vibus, transversim interpositis, ab uno arcu ad alterum sece-

 dentibus,

dentibus, intersecentur; tandem ad ostium vaginæ breves, ar-
§ 21. ctius sibi applicatas, rugas lamellarum fluctuantium naturam in-
15. duere. Hæc dum amplius declarantur, inprimis elegans re-
17. 18. ticulata structura, intercepta duabus columnis, anteriori per
urethram, & posteriori minori ad rectum, amplis, eminenti-
16. bus, carneo papillosis, exponitur. Deinde de quarundam ca-
runcularum myrtiformium, integro hymene existentium, origine
19. quædam asseruntur, &, corpuscula globosa *Verbeyni* videri pa-
pillas carneas columnarum, indicatur. Elegans est, *quod inter*
20. alia de rugarum usu proponit Cl. Autor, illas ad augendam
vaginæ diametrum in partu nihil conferre, quod nimirum, cum
in orbem dispositæ sint, si complanentur, ad axin potius auge-
retur vaginæ capacitas, & necesse esset, longitudinales esse, si
ad incrementum peripheriæ aliquid conferre *deberent, quod*
deinde pars superior vaginæ, ori uteri proxima, minime cor-
rugata, omnium maxime distendi possit; atque adeo rationem
diametri auctæ & in spongiosa vaginæ natura quærendam esse,
&, si quid rugæ huc conferant, id pendere ab iis rugis, quæ in-
terjacent ceteris, & eas obliqua directione conjungunt. Ipsum
22. vaginæ ostium, vel duabus plicis, membranaceis, superiore
minore, inferiore majore, lata, falcata plus minus, se invi-
23. cem contingentibus, vel unica, circulum membranaceum effi-
ciente, in medio superiora versus perforata, vel duabus tan-
dem in reticuli formam coalitis, in virginibus intactis conclu-
29. sum est. Has structuras hymenis pro ordinariis *habet Cl.* Au-
tor, ita, ut rotundus tenerarum in falcatum, accedente ætate,
24. plerumque degeneret, etiamsi viderit, corpuscula carneo-papil-
losa pone hymenem cum hymenis margine ampliori concresce-
re, etiamsi viderit, medium marginem superiorem falcis, quam
plica inferior hymenis constituit, cum producta ex medio mar-
gine superiori vaginæ carnea papilla, columnæ carneæ ope, co-
hærere. Sed nempe, quam modo diximus, fabricam morbo-
38. sam esse putat, & Chirurgorum manum interdum requirere,
39. certe genesin ejus eleganter describit, allatis antea aliorum opi-
29. 30. nionibus de structuræ hymenis diversa ratione. Corpuscula, quæ
interdum ad constituendum hymenem facere dicta sunt, & de

quibus

quibus superius jam actum est, cum myrtiformibus vulgo confusa, ut distinguantur, *carunculas carneo-papillares pisiformes* appellandas censet Cl. Autor, cum omnino integro hymene sæpe per se subsistant, & re vera in mulieribus exstent rupti hymenis laciniæ, nomini & descriptioni caruncularum myrtiformium convenientes, distinctæ a corrugationibus ostii vaginæ, quæ, si explanetur ostium, evanescunt. Quomodo hæc omnia per ætatem & usum immutentur, postea docetur. Nimirum hymenem non nisi vi externa adhibita lacerari, & frustra menstruarum purgationum acrimoniam interdum accusari. Rugas sensim deleri incipere, columnis tamen carneo-papillaribus crenulatis ad summam sæpe ætatem durantibus; primam magnam tandem cum sinu arctiori in unam pæne cavitatem degenerare, ita tamen, ut distincti maneant ventriculi vestibuli; corpus glandosum urethræ magis eminens evadere; & lacunas omnes ampliores sartas magis apparere. Verum hæc omnia fusius & accuratius descripta in libello ipso videri possunt. Tabula ænea, ad calcem adjecta, depicta habet: 1) uterum sexagenariæ, cum partibus, eo pertinentibus, vaginam inprimis a parte posteriori resectam & explicatam, ut, quæ de structura sedium exteriorum pariter & interiorum dicta sunt, inde eluceant; 2) ex eadem fœmina laciniam ovarii hydropici, per microscopium consideratam, ut corpuscula, acinos referentia, distinctius viderentur; 3) hymenem rotundum ex puella, aliquot hebdomades nata; 4) hymenem falcatum ex puella 14 annorum; 5) ejusdem puellæ vaginam a latere sinistro resectam; 6) hymenem, columna carnea superiori oris vaginæ parti affixum, ex puella 7 annorum; 7) uterum, ceteris partibus remotis e latere sinistro resectum & explicatum, e muliere 40 annorum. Adjectæ sunt explicationes Figurarum amplissimæ. Figuræ ipsæ a peritis artificibus ad naturæ ductum delineatæ & æri insculptæ sunt, ut etiam hac ex parte res anatomica incrementum cepisse videatur.

§. 16. 33. 34. 35. 25. 26. 27.

ANTIQUITE'S DE LA VILLE DE LYON, &c.
hoc est,

ANTIQUITATES URBIS LUGDUNENsis, aut explicatio antiquissimorum illius monumentorum; una cum inquisitionibus in res alias notatu digniores, quæ quidem peregrinorum trahere attentionem possunt, per Patrem D. D. C. J. Tomi II.

Lugduni Gallorum, apud Franciscum Rigolletum, 1738, 12 maj. Alph. 1 plag. 17, cum variis Figuris æneis.

Est utique, cur Vir eruditissimus, has qui Antiquitates Lugdunenses publici juris fecit, operæ fecisse pretium dicendus sit. Non de peregrinis solum, qui celebrem illam Galliæ civitatem lustrare solent, non de ruderum antiquitatumque *scrutatoribus*, sed de omni plane eruditorum hominum genere, meritus hoc libello egregie fuit. Vel perbrevis lucubrationum σκιαγραφία clarius
Cap. 1. id manifestabit. Fundamenti loco sternitur regula generalis, antiquitatem urbium Gallicarum, Romanarum, Græcarum, dijudicandi. Inde sigillatim ad primordia Lugdunensia progressio fit. Condita urbs illa est, *Dione*, *Plutarcho*, *Polybio*, *Seneca*, testibus, a *Planco*, post *Cæsarem* occisum, & *Antonium* hostem patriæ declaratum; atque initio Lugudunum, mox Lugdunum, nuncupata. Vana igitur sunt, quæ de fundatione hujus urbis per *Lugdum*, aut *Momorum* & *Atepomarum*, narrantur; quanquam princi-
2. pes pariter isti in Gallia quondam maxime claruerunt. Neque hæc civitas, ut aliæ tantum non omnes, a tenuioribus initiis ad insignem gloriam surrexit; sed primum fere durationis suæ seculum gloriosissimum habuit. Atque exstant etiam numi aurei argenteique, jam illo tempore ibidem cusi; fuit enim ipsa regio ejusmodi metallorum fertilis. Disputatur hac occasione non solum de modo antiquo cudendi, sed & de moneta quadam *Marci Antonii* Triumviri. Hic idem construendos curavit aquæductus Lugdunenses magnificentissimos, quorum hodieque rudera exstant, quemadmodum balnea Romana propemodum integra
3. conspiciuntur. Nec minus vestigia exstant majorum imperii Romani viarum, quarum hic centrum posuit *Agrippa*. Erat

autem

autem quatuor ejusmodi viæ militares, non ſine inſigni difficultate conſtructæ, ac lapidibus, ſeu columnis, ad ſingula milliaria exornatæ. Nec minus notari meretur ara ſive templum *Augusti*, quod ſexaginta illæ nationes, quæ mercaturam ibi exercebant, ædificarunt. Claruit nimirum ſtatim ab incunabulis urbs Lugdunenſis commercio. Exponebantur autem præſertim pannus, ferrum, carbaſa, atque aliæ res plurimæ. Ac dignum quoque fuit ædificium tam copioſæ ſocietatis opibus; nec templo indigni Pontifices. Conſpicuum ſe præſertim inter illos fecit *Ligarius*, cujus inſcriptio quædam notatu digniſſima adducitur. Dedicabat templum *Auguſto Druſus* eodem die, quo imperator *Claudius* Lugduni naſcebatur. Sed de gloria hujus urbis *Caligula* etiam meruit, quippe qui præmia ibi eloquentiæ, tam Græcæ, quam Latinæ, conſtituit. Succeſſor ejus, *Claudius*, & bonis & malis animi proprietatibus conſpicuus, eximiam ſemper erga ſuam hanc patriam gratiam fovit, eandemque omnino in coloniarum Romanarum ordinem evexit. Murmurabant quidem initio Romani contra conatum iſtum; ſed ipſe non ſolum publicam in Senatu orationem pro hac civitate habebat, verum etiam a nomine ſuo coloniam *Claudiam copiam* vocabat. Abundantiæ nimirum Dea a Lugdunenſibus ſigillatim adorabatur, cujus ſuperſtitionis quinto etiam inde a Seculo exſtant veſtigia. Oratio *Claudii* duabus tabulis æneis inſculpta fuit, quæ Seculo XV denuo repertæ ſunt, quæque hic deſcriptæ exhibentur. Et, quemadmodum ſumma quælibet proxima ſunt ruinæ, ita & Lugdunum, in medio fortunæ ſplendore, incendio fractum et ac deſtructum. Veſtigia hujus incendii, quæ etiam nunc plurima inveniuntur, *Gabriel Symeon* accuratius conſignavit, rem autem ipſam jam olim *Seneca* vividius expoſuit. *Nero* tamen non parum contulit, ut urbs, quoad fieri poſſet, inſtauraretur. Hoc beneficium cives haud ingrati ſuſceperunt, verum & ideo in ſimultates inciderunt, quas cum Viennenſibus deinceps diu aluerunt; donec demum vinculo inprimis communium ſacrorum, nomen Chriſto dantes, hæ civitates unitæ rurſus fuerunt. Quid? quod, *Hadriano* imperante, eundem plane rei ſacræ antiquitatem acceperunt. Sed nos alia vocant. Non poſſumus facere, quin antiquum forum annotemus, ad imitationem fori *Trajani*

Cap. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

jani Romanorum accommodatum. Juvabantur præterea cives, quod vectigalia & tributa diminueret *Hadrianus*; nec deerat, Cap. 11. cur de *Antonini* adoptione plauderent, ac duo ipsi templa fundarent, quorum hodieque exstant rudera. Sed multo celebrius, ad *Antoninum* quod spectat, restat monumentum, taurobolium dictum, cujus illustratio multum in orbe literato sermonum fecit ac scriptionum. Observationes e. g. suas publicæ luci donarunt antistes Adrianensis, *Blanchini*, & *Bonanni*, Lojoliticæ Societati adscriptus. Nec vero, in aliam discedentes *sententiam*, partibus suis defuerunt Academiæ Gallicæ Socius & Academiæ Inscriptionum Secretarius perpetuus, *de Boze*, ac Pater *Daniel*. Talibus antecessoribus gaudens Noster, totum aliquod *Ca-*

12. *put* considerationi tauroboliorum generali, & alterum horum singulari, impendit. Ibidem Inscriptionem, eo *pertinentem, illustrat* egregie. Post tractationem autem illam, tam longam, quam ac-

13. curatam, ad alia sacra antiquorum civitatis Lugdunensis incolarum contemplanda accedit. Excutit ibi præsertim traditiones fabulosas de Samotheis, Sarrodis, Bardis, Druidis, qui Poetæ, Philosophi, legum latores, Theologi, fuere Gallorum. Enarrat item cultum, *Mercurio*, *Apollini*, *Hermathenæ*, *Marti*, *Jovi*, *Mithræ*, atque aliis, a Lugdunensibus præstitum, votaque, iisdem nuncupata; qua occasione antiquitatis quoque nonnulla mo-

14. numenta explicantur. Hæc eadem ad considerationem formulæ solennis Autorem deducunt, quæ tumulis *antiquorum* Lugdunensium inscribebatur: SVB ASCIA DEDIC. Verba ista verum Nostro esse problema literarium videntur. Dissidium ergo sententiarum proponitur atque examinatur. Opiniones *Chorierii*, *Sponii*, *Fabretti*, *Lazii*, *Menetrierii*, rejiciuntur: magis autem sunt ad palatum *Aldi Manutii* & *Moneti* explicationes. Reperitur autem *Manutii* explicatio in ipsius *Comment. ad Lib. II Cic. de Legibus*, respiciens antiquam Romanorum legem: *rogum ascia ne*

15. *polito*, simplicitatemque monumenti indicatam esse ostendens. Sed po-

16. tiores hic esse inquisitiones videntur, quæ de situ urbis antiquo, deque duorum amantium tumulo, instituuntur, ubi præsertim ex Inscriptione quadam confirmatur, hunc tumulum esse fratris & sororis, quorum nomina fuerint *Amandus* & *Amanda*. Nos autem, ne fabulis detineamur, id saltem adhuc memoramus, quod in primario urbis templo plura reperiantur, quæ attentionem merentur curiosorum, quæque sub finem elegantissimæ tractationis Autor percenset.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ
Calendis Octobris Anno MDCCXLIII.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΑ ΒΑΣΙΛέων καὶ ϛρατηγῶν, &c.

hoc est,

PLUTARCHI APOPHTHEGMATA REGUM ET Imperatorum. Apophthegmata Laconica. Aliqua Lacedæmoniorum instituta. Apophthegmata Lacænarum.

Londini, apud Guil. Darres & Claud. Dubosc, 1741, 4 maj. Alph. 1 plag. 2.

Tametsi hoc Apophthegmatum opus doctissimus *Rualdus* in *Vita Plutarchi Cap. 21* κίβδηλον esse judicet, ipseque *Fabricius*, Vir πολυμαθέϛατος, in *Bibliotheca Græca* nervos & sanguinem *Plutarchi*, imo colorem, in illo dudum se desideravisse profiteatur; fecit tamen ex voto cum nostro, tum literarum, egregie *Mich. Mattairius*, Vir Clarissimus, quod tam splendida veste & typorum cultu exornatam hanc sapienter acuteque dictorum syllogen denuo promulgavit. Sive enim προγύμνασμα filii *Plutarchi* appelles, ex variis consutum pannis, sive alium atque alium his sententiis parentem quæras; lectu tamen jucundissimus liber est, omnibusque suo jure commendandus, quoniam sat vetustus est, & doctrinas, venustissimæ urbanitatis salibus respersas, exhibet. Quanquam vero nullorum librorum commemoratione magis delectamur, quam Græcorum Latinorumque; fatendum tamen nunc est, præter voluntatem totium hac in re fecisse nobis Cl. Editorem, quoniam præter paucas annotationes, ex editione *Stephaniana* & *Xylandri*, aliis-

que scriptoribus, in fine collectas, & magnificam chartæ literarumque formam & munditiem, nihil facile, quod memoratu dignum sit, invenies. Id unicum silentio præterire non licet, Cl. Editorem ad Græcum *Henrici Stephani* exemplum verba recognovisse, Latinamque *Xylandri* & *Stephani* interpretationem textui subjecisse, ita quidem, ut in *Apophthegmatibus Regum & Imperatorum, Laconumque, Xylandrum*, in *Laconicis contra institutis, & Lacænarum Apophthegmatibus*, *Stephanum*, adhibita *Raphaelis Regii*, ubi res postulabat, versione, sequi studuerit.

ANNALES ECCLESIÆ DANICÆ DIPLOMATICI, oder nach Ordnung der Jahre abgefaßte, und mit Urkunden belegte, Kirchen-Historie des Reichs Dännemarck, &c.

hoc est,

AD ORDINEM ANNORUM COMPOSITA, ET Diplomatibus illustrata, Historia Ecclesiastica regni Danici, diligentissime adornata ab ERICO PONTOPPIDANO, Ecclesiaste Aulæ Regiæ Danicæ, & S. S. Theol. Profess. Extraord.

Pars I.

Hafniæ, typis viduæ Andreæ Mœlleri, 1741, 4.

Alph. 4 plag. 18.

Denuo Autor S. Rev. sacram ac eruditam civitatem monumento, pietatis & usus publici plenissimo, quod ære perennius diligentissimeque est exactum, exornat, sibique devincit. Præmissa est Annalibus icon *Canuti IV*, Regis Danorum ac eorum Protomartyris. Opus Regiæ *Christiani VI* Majestati ac Reginæ *Sophiæ Magdalenæ* Serenissimæ, quibus ecclesia Evangelica plurimum debet, merito fuit consecratum. Prædicat Autor merita historica Regum Daniæ, *Suenonis Estritsoni, Wademari Magni*, † 1182, *Erici Maendeved*, cujus olim exstiterunt *Congesta Maenvedi, Erici*, Pomerani, *Christiani IV, Friderici III*, ac ipsius Augustissimi *Christiani VI*. Jam inde a A. 1730 Autor in hoc Opere desudavit. In hoc studio ic

decu

decurrerunt *Andreas Wellejus*, D. *Joannes Pauli Resenius*, Episcopus Hafniensis, *Thomas Bartholinus*, *Thomæ* filius, D. *Hector Gothofredus Masius*, D. *Joannes Lassenius*, *Christianus Lassen Tychonius*, *Joannes Messenius*, aliique. Sed nihil operum, quod scribere voluere, vel scripserunt, lucem publicam adspexit. Exspectavit hæc sparta virum indefessum, Autorem nostrum Venerandum, qui ipsam digne tueretur & ornaret. Dolendum est sane, quod Diplomata & Acta multa aliorsum traxerunt *Mechtildis*, vidua Regis *Abel*, *Ericus*, Pomeranus, *Christianus II*, & ipse *Leo X*, Pontifex Romanus, A. 1517, immo Monachi, ævo Reformationis discedentes. Incendia inciderunt quoque sæpius funesta, quibus Acta & Diplomata ecclesiastica fuerunt comprehensa & combusta. A. 1634 pyrotechnicis officinis advecta fuit innumerabilis membranarum congeries, missilibus ignibus admota & adhibita, ac ludicro spectaculo concremata. Hæc recenset & exponit Noster in Præfatione. *Pars* hæc *prima* procurrit usque ad exitum Seculi XIII. *Secundam* pertexet usque ad Seculum Reformationis ecclesiasticæ, *Tertia* decurret usque ad annum 1700. *Quarta* hasce fortassis excipiet. Proroget, tueatur, & defendat Deus ter optimus vires S. Rev. Autoris, ut ipse huic operi ad umbilicum adducto supersit, vivusque gloria, qua dignum sese præstat, perfruatur! Chronologicum ordinem ipse fuit affectatus, cuique Seculo præmisit conspectum, nec omisit historias Regum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, singulis Seculis inserere. Partem hanc in *Libros quatuor* distribuit, *quarto*que subjecit *Jus ecclesiasticum Norwegiæ*, A. 1253, regnante *Magno Lagbaether*, sancitum, & ab Archiepiscopo Drontheimensi *John* scriptum Norwegico veteri sermone sub titulo *Christen-Rett*. Attulit ipse non archetypum, sed interpretationem *Arnæ Magnæi* Latinam. Tractationem exorsus fuit a conjecturis, quibus attinguntur primordia Christianæ religionis in Dania usque ad ætatem S. *Anscharii* & annum 826. Repudiat merito fidem Suecici Theologi, *Petri Bangi*, qui, *Adamum*, putavit, Sueciæ fuisse Episcopum, ac Seculo primo a C. N. jam religionem Christianam Suecis innotuisse. Conjectat tamen cum *Arnkielio*, Trinitatis dogma latere sub fabulis de *Othino*, *Thoro*, ac *Freia*. Com-

Pag. 786.
2.
5.

 memorat

memorat porro, baptismum quendam infantibus a populis s
ptentrionalibus adhibitum fuisse. Adde, quod signum cru
diu ante *Anscharium* ab eis fuit adhibitum, & *Witichindus* L
III luculente tradit: *Dani antiquitus fuerunt Christiani*, *&*
Pag. 7. *nihilo minus idolis ritu gentili servientes.* Veteri traditum e
fide, *Egistum* & *Marianum*, discipulos S. *Petri*, in Saxonia in
feriori doctrinam Jesu hominibus nuntiasse. Recenset quoque
15. alias Autor ejusmodi traditiones. *Wilibrodum* in Daniam ve
nisse, *Alcuinus* est autor, addens, a Rege *Ougendo*, *Jutlandiæ*
Principe, eum honorifice tractatum fuisse. *Paschalis I Ebo-*
19. *nem* & *Halitgarium* misit in Germaniam septentrionalem ac ter-
ras adjacentes. Literas ejus bullatas edidit Autor. *Anscharius*
tradidit, *Ebonem* terris aquilonaribus Evangelium nuntiasse, &
22. Danos ac Sueones jam permittere, ut sacerdotes *fungantur apud*
24. eos officio. Hinc Autor ad *Gautberti* & *Anscharii* expeditio-
nem Danicam processit, monens, *Haraldum* ac *Ericum*, Princi-
pes Daniæ exules, imperantis *Ludovici Pii* opera doctrinam
28. Christi suscepisse, rediisse in patriam, primam Christi ecclesiam
circiter A. 827 in Hadebye prope Slesvicum fuisse conditam,
primos ibi Christi candidatos in amne Schley baptizatos esse,
Haraldum A. 836 decem annis post lustrationem sacram obiisse,
30. & Christianos postea a Rege *Regnero Lodbrog* vexatos esse di-
rum in modum. Suecos ab *Anschario* & *Gautberto* ad Jesum
ex parte adductos, Danosque Suecorum Apostolos exstitisse, Au-
tor docet. *Ludovici Pii* ad A. 834, & *Gregorii Papæ* ad A.
835, literas, quibus Hamburgensis Episcopatus fit constitutus,
34. ipse attulit. Suspicio autem nos incessit, Diplomata illa minus
esse genuina, existimandi, siquidem æra Christiana eis est sub-
41. juncta. Exponit Autor vicissitudines, quibus Christianæ do-
ctrinæ cultores in Dania fuerunt jactati, onerati, & sublevati.
Edidit literas *Nicolai*, Pontificis Romani, ad *Ericum* Regem da-
tas, post D. *Philippum Cæsarem* ex Reformato Ecclesiaste Je-
51. suitis aggregatum. *Anscharii* vitam enarravit, ejusque scripta re-
censuit. *Canutum I* religioni Christianæ favisse, negat, ac ex-
tremam unctionem a sacris Christianis in Dania haud disjunctam
55. fuisse, contendit. De Rege *Frothone*, Christianæ doctrinæ
addicto, disserit. *Unium*, Archiepiscopum Hamburgensem,
ejusque

ejusque conata per Daniam egregia, attingit. *Ottonis M.* expe- Pag. 61.
ditionem Danicam perlustrat, ac Regem *Haraldum Blaatand* laudat, Christianæ rei juvandæ intentum. *Suen-Otto* Rex Christianam religionem amplexatus & tutatus fuit. Deinde de initiis rei Christianæ apud Norwegos Autor exponit. *Poponis* miracula perlustrat, & annotationibus perfundit. *Haraldum* celebrat, Episcopatuum, Slesvicensis, Ripensis, & Arhusensis, autorem, ac *Ottonis Magni* Diploma, A. 965 Magdaburgi datum, adjicit, ratus, Daniam ab *Ottonis* potestate tunc nequaquam pependisse. *Adeldagi*, Archiepiscopi Hamburgensis, merita in Daniam ecclesiastica collaudat. *Ottonis II* Diploma ad A. 987 affert, quo ecclesiæ Othenesvigensi privilegium impertitur, addens, *Ottonem* de alieno fuisse liberalem. *Suenonem* exulem ac reducem, Christoque denuo aggregatum, propius intuetur, nec inficiatur, ipsum in Anglia vestigia crudelissima ubique sparsisse. Hæc ad Seculum X. Tum vero res Seculi XI delineat ecclesiasticas. Exponit figuram templorum & materiem, Episcoporum natalem terram, rectores ecclesiæ, quorum verba interpres populo declaravit, reditus Parochorum, Monachos & Cœnobia, Synodos, disciplinam ecclesiasticam, statum rei literariæ, scholas, *Rembertum*, Danorum scriptorem primum, doctrinamque & vitam Christianam. Recenset Poetas, seu *Skalderos*, Seculi decimi ac undecimi. Doctrinam Theologiæ apud Danos inter primordia professionis Christianæ æque atque in reliqua ecclesia occidentali multum scoriæ traxisse, ostendit. Ostendit, *Anscharii* ætate Sanctos fuisse invocatos, ignem purgatorium communi suffragio approbatum esse, transsubstantiationis dogma jam egisse radices, &c. Tum vero succincte solideque edisserit vitas Regum Daniæ, qui Seculo undecimo floruerunt, *Canuti Magni*, *Canuti Duri*, *Suenonis Estrithi*, *Haraldi VII*, *Canuti Sancti*, *Olai Famelici*, & *Erici Boni*. *Sueno II* *iam quartam* in Dania observari ac vigere jussit. *Canuti IV* martyrium, ab *Æilnotho* Monacho descriptum, summatim percenset Autor, indicans, illum, eo quod decimas attribuere voluerit ecclesiæ ministris, a suis rebellantibus afflictatum & lancea transfossum esse. Si causa Martyrem efficit, non marty-

66. 75. 77. 83. 87. 91. 97. 100. 105. 118. 122.

 rium

rium cruentum, quæri poteſt omnino, an *Canutus IV* exſti-
Pag. 166. terit Martyr. Epiſcopos jam omittimus. Monemus tamen, *Eckehardum*, Epiſcopum Slesvicenſem, ſub finem Seculi X ejectum abiiſſe ad *Berwardum*, Epiſcopum Hildeneshemenſem, & apud eum permanſiſſe. Fit ejus aliquoties mentio in *Tancmari* Vita illius *Berwardi*, quæ legitur *Tom. I Leibnitii Scriptorum Brunſuicenſium*. Supereſt Diploma ſuppoſititium Gandershemenſe ad A. 1013, in quo inter teſtes *Eckehardi* hujus quoque legitur nomen, apud Cel. *Harenbergium* in *Hiſtoria Eccleſiæ*
173. *Gandershemenſis pag. 527.* Autor Canones Concilii Slesvicenſis, ante A. 1036 habiti, luci dedit. Unde perſpicitur, conſueviſſe tunc homines in ſignum innocentiæ ſuæ ſumere epu-
192. lum euchariſticum. Preces, quibus Dani olim *Olaum I* venerati fuerunt, ab Autore exhibentur, qui paulo poſt *Canuti*
199. Regis peregrinationem Romanam egregie expoſuit. *Dietmarum*, Epiſcopum Hildeneshemenſem, Danum genere fuiſſe, tra-
211. didit. Daniam ad pendendum *Petri* denarium fuiſſe adſtrictam, negavit. Canonicorum Daniæ originem in fine Seculi XI fixit. Clericos Seculi XII jam egiſſe ſenatores regni & bellatores, ſignificavit. Diſſolutam cœnobitarum vitam haud omiſit intactam. Fratrum Rœſchildenſium ſimilitudinem cum Maltenſi-
254. bus monſtravit. De *Saxonis Grammatici* Hiſtoria Danica ex profeſſo expoſuit. Nec omiſit dicere de *Suenone Aggonis*, ejusque opuſculis hiſtoricis, de Anonymi Commentario hiſtorico, quo Danorum profectio, in Palæſtinam A. 1187 *inſtituta*, com-
257. prehenditur, de *Theodorico*, Monacho Nidroſienſi, Norwegorum ſcriptore, de *Oddo*, Monacho, de *Olao*, Cimbro, JCto, Juris Cimbrici ſcriptore, de ſcriptis S. *Ketilli* & S. *Wilhelmi*, ac de Poetis. Fermenta, doctrinæ Chriſtianæ medio ævo admiſta &
260. inſerta, ſolide indicavit. Enumeravit viros, a Danis choro cœlitum adſcriptos. Clavis ſolventis præpoſteram expoſitionem, Seculo XII familiarem, declaravit. Locum *Matth. XI, 12*, ubi dicitur: *regnum Dei βιάζεται*, de expeditionibus cruciatis homines tunc temporis expoſuiſſe, monuit, adjectis *Ale-*
265. *xandri III*, Pontificis Romani, literis bullatis, quibus cuicunque Chriſtiano, contra Eſthonas aliosque paganos pugnanti, ad

annum

annum integrum remittuntur peccata. Accinxit sese deinceps ad vitas Regum Seculi XII enarrandas, nominatim *Nicolai*, *Erici IV*, cujus sepulcrum templo tantum ex dimidia parte
clauditur, *Erici V Lam*, *Suenonis IV Gratbe*, cui *Juthi* op- Pag. 269.
posuere Regem *Canutum*, *Waldemari I Magni*, historiam amantis, avaritiæ & injustitiæ infensi, & *Canuti IV*, qui vitam usque in Seculum XIII protraxit. *Eskilli*, Archiepiscopi Lundensis, vita excellit inter reliquas. Hic, Hildeneshemii bonis
literis imbutus, cum *Waldemaro I* litibus implicatus, militiæ 280.
tandem deditus, *Bernbardo Claraevallensi* amicus, ac Ordinis *Bernbardini* exstitit mirificus amator. Tandem concessit in Cœnobium Claraevallense, ibique viam monasticam professus est.
Successorem *Eskilli*, *Absolomum*, Autor cum *Richelio* adducit in 284.
contentionem. Sese editurum annotationes ad *Martini Petri*
Genealogiam Absolonis & Esberni Snare, promisit D. *Christia-* 287.
nus Nettelbladt, Suecus. Petit Noster, ut fides exstet promisso. Ni *Axel*, seu *Absolom*, fuisset, historia Danica Seculo XII nondum fuisset exculta. Sorano Cisterciensium Cœnobio *Absolom* præcepit, ut perpetuo exstarent in eo aliquot viri docti, qui historiam patriæ literis consignarent. Cœnobitis nihil mi-
nus, quam hoc promissum, curæ fuit. Operæ pretium fuerit le- 299.
gisse testamentum *Absolomi*, ab *Ottone Sperlingio* A. 1696 editum, ac pridem raritatem præferens, quod Cel. Autor hic denuo evulgavit. *Ascerum* fuisse primum Lundensem Archiepi-
scopum, a Bremensi exemtum & liberatum, luculente osten- 342.
dit. *Jonam Ogmundi*, primum Holæ in Islandia Episcopum, *Ascerus* ordinavit. Uxoribus *Calixtus II* interdixit Clericis Daniæ A. 1120 in Concilio Rhemensi. Plerique tamen Clerici uxores maluerunt, quam concubinas, alere, donec A. 1222 Car-
dinalis *Gregorius de Crescentia* in Synodo Slesvicensi, suffragiis 349.
Episcoporum præmunitus, conjugia Clericorum Daniæ penitus evertit & profligavit. Prætervehimur Archiepiscoporum Bremensium molitiones, opera *Calixti II* Papæ tollendi Archiepi-
scopatum Lundensem. Omittimus dicere de Concilio, A. 1140 364.
Lundæ coacto, cui Legatus Pontificis Romani *Theodignus* præfuisse videtur, interfuit certe. Non est opis nostræ, fundatio-

nes

nes cœnobiorum ac scholarum huc transferre, quas Noster Diplomatibus in apricum prolatis illustravit. Notat Benedictinos Daniæ, qui vergente Seculo XI in Canonicos *Augustini* regulares, ac exeunte Seculo XII in Canonicos seculares, degeneraverint.
Pag. 369. Originem Bernhardinorum, seu Cisterciensium, in Daniam traductorum, perlustrat. Fundationem Archiepiscopatus Drondensis, ab *Anastasio II* confirmatam, recenset, literasque Pontificis adjungit.
379. Initia Archiepiscopatus Sueciæ ad annum 1163 edisserit. Unde Archiepiscopus primus *Stephanus* obtinuerit pallium, non satis liquet. *Alexander III* sanxit, ut ipse obnoxius esset Archiepiscopo Lundensi.
396. Rugii A. 1168 a Danis per vim ad Christi doctrinam adducti, & Episco-
405. po subjecti sunt Roeschildensi. Hæc & complura alia exponit Noster & eleganter & luculente, additque *legem* ecclesiasticam Seelandiæ. Origines urbis Hafniæ ad annum 1171 exhi-
436. bet. Catalogum reliquiarum Viburgensium texit. Bellum mo-
487. nasticum Slesvicense percenset. A Danis Livonos & Esthonos Christo aggregatos fuisse, docet. Ubique diligentia, venustas, veri studium, Diplomata, & judicii, brevissime expromti, candor, sese commendant. Gratulamur proinde Cel. Viro hanc operam, tam præclare collocatam, & ab eodem continuationem Operis præstantissimi avide exspectamus.

DE THERMIS HERCULANIS, NUPER IN Dacia detectis, PASCHALIS CARYOPHILI Dissertatio Epistolaris. Editio altera, post Vindobonensem anni 1737 secundis curis aucta & emendata.

Mantuæ, 1739, 4 ch. maj.
Plag. 13.

EJUSDEM DE USU ET PRÆSTANTIA Thermarum Herculanarum Dissertatio Epistolaris altera, quæ, A. 1737 Cal. Aug. confecta, nunc primum prodit.

Mantuæ, 1739, 4 ch. maj.
Plag. 14.

Cum, autore Illuſtriſſimo Comite *Hamiltono*, locus quidam, inter Meadiam & Orſaviam poſitus prope Tſiernam fluvium, non ita pridem eſſet perfoſſus; balnea in eo, ſtatuas, atque *Herculis* aras, ac ſimul quamplurima vota, Deo huic pro ſalute & incolumitate Imperatorum ac Præſidum nuncupata, variasque Inſcriptiones ex veteri ævo, repererunt. Illuſtriſſimus itaque Comes, qui eximius ſemper intelligentiſſimusque omnis antiquitatis cultor fuit, Doctiſſimum Autorem ad illuſtrandas eas res excitavit pariter atque permovit, præterea autem ipſas has thermas, per longiſſimum tempus ſub terra velut ſepultas, revocavit in auras, & lavacra ac ſellas balneares reſtituit, ut nunc frequens ibi convenire ſoleat hominum turba, atque ingens fieri confluxus, invitante tum loci amœnitate, tum ſalubritate fontium calidorum, quibus corpora, graviſſimis morbis correpta, priſtinam recuperant ſanitatem, & mirifice recreantur. Diligentiſſimus vero Autor, ut hæc omnia, ſingularemque ſummi hujus Herois in meliores literas amorem, in Dedicationis formula, qua ipſi prior Diſſertatio conſecrata eſt, prædicavit, ita, poſtquam Inſcriptiones iſtas ſemel iterumque ex lapidibus ſuis exaratas diligenter perlegit, opus ipſum aggreſſus, non exſtitiſſe *Herculana* hæc balnea ante *Titi Ælii Antonini* ævum perſpexit, atque hinc in prima Diſſertatione, qua in Daciæ antiquæ parte ſita ea fuerint, & cur ab *Hercule* nomen habeant, inquirere, neque minus Inſcriptionum æras diligenter eruere, easque non minus, quam in tranſitu multas res alias, ex antiquis numis, marmoribus, veterumque Juriſconſultorum ſcriptis, ſolerter illuſtrare, ſtuduit, ex quibus potiora mo- Diſſert. I
menta breviter nos excerpemus. Ipſæ igitur thermæ hæ in pag. 25.
Zernenſi territorio ſitæ fuerunt; Zerni vero nomen a Tſerna flu- 26.
vio eſt, qui illud territorium præterfluit. *Trajanus* Zerni co- 29.
loniæ juris Italici beneficium contulit, quales provinciæ, præter reliquam liberalitatem, plenam a tributis immunitatem acceperant. *Juſtiniani* ætate Zerni memoratur caſtellum ad arcendas 31.
barbarorum incurſiones, ubi ſtatio militum, qui locum propugnabant munitum, collocata fuit. De his Daciæ thermis re- 37.
ſte intelliguntur aquæ, a *Ptolemæo*, & in *Tabula Peutingeria-*

 na,

Pag. 40 *na*, sine speciali regionis nomine commemoratæ. Data hic
seq. occasione, legio XIII Gemini, a *Trajani* temporibus in Dacia po-
54 seq. sita, itemque legio quinta Macedonica, quæ itidem in Dacia sta-
58. tiva sua habuit, neque minus legio gemina victrix *Minerv.*
quam in Dacia, ex quo ei *Hadrianus* præfectus fuit, hiemasse
59. verisimile est, ex antiquis Inscriptionibus illustrantur. Daco-
rum quoque explicatur vexillatio, & contra *Turnebum* præci-
pue monetur, per vexillationem non tantummodo veteranos,
sub vexillo eo usque, donec præmia & agros caperent, *reten-*
tos, intelligi, sed vexillationes idem esse, ac vexilla, hæc au-
62. tem idem, ac vexillarios, seu auxiliares milites. Variis ex
causis veri propemodum redditur simile, thermas has sub *Tra-*
72. *jani* temporibus fuisse constructas. Villicus rei rusticæ & ra-
73. tionibus fundi præfectum denotat. Procurator, quando no-
men hoc in lapidibus, in Dacia repertis, ab*solute positum* obve-
79. nit, eum significat, qui aurariis Daciæ fuit præpositus. Bal-
nea *Herculana* semper de calidis, nunquam de frigidis, dicuntur,
80. calidique fontes, qui e terra erumpunt, *Herculi* a veteribus
83. sacri semper fuerunt habiti. *Σωτηρ* & *salutifer* dicitur *Hercu-*
les, quoniam omnibus, qui ipsum invocant, opem fert, hic
autem præcipue ob calida lavacra, quæ sanitatem restituunt. Ex
quibus rationibus satis jam constat, cur Thermæ hæ *Herculanæ*
91. denominentur. *Invictus* idem vocatur *Hercules*, quoniam, eum
93. præ omnibus fuisse robustum & fortem, ferunt. *Balnea* vero
quondam ornabantur statuis & marmoribus, *quales statuæ* se-
94. ptem in *Herculanis* his *Thermis* fuerunt inventæ, quæ a Nostro
explicantur copiosius, & præcipue de alba fronde populea, qua
95. coronatus in aliqua illarum cernitur *Hercules*, de ejusdem cla-
va, & Hesperidum malis, quæ in quadam ex iis statuis dextra
98. tenet, nonnulla exponuntur. Ad extremum singularem an-
quam & præclaram statuam affert, & icone exprimit, quam
rei antiquariæ studiosis magnam admirationem, nec medio-
crem voluptatem, esse excitaturam putat, cujus iconem &
nos hic repetimus. *Herculem* ea repræsentat, qui sinistra ma-
nu *Hylam* tenet, quem adamavit. Tunicæ in sinu tria Hespe-
ridum mala habet *Hylas*, prope sinistrum vero pedem Her-

lis cerva ſtat erecto capite. Eam nempe *Alcides* agros devaſtantem occidit in monte Arcadiæ Ceryneo, ejusque cæde gaviſam admodum fuiſſe *Dianam*, tradidit *Euripides*. Noſtro tamen hæc *Herculis* ſtatua potius *Telephum* oſtentare videtur, ipſius filium, quem ex *Auge*, *Aleonis* filia, ſuſcepit, ac in ſilva expoſitum cerva enutrivit, unde *Corythus*, a quo fuit educatus, *Telephum* eum vocavit, *απο της τρεφȣσης ελαφȣ*, quod cervæ ubera ſugentem inveniſſet; cujus rei argumentum in egregio aliquo *Maximini Auguſti* numo maximi moduli exſtat, in quo *Hercules* cernitur, puellum ſiniſtra ſuſtinens, ad quem cerva caput erigit, non diſſimili ratione, ac in ſtatua noſtra apparet, cum epigraphe: ΤΑΡΣΟΥ. ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΑΜΚΓΒ. in qua ultima voce literas ΑΜΚ per *Πρωτης Μητροπολεος Κυλικιας*, & ΓΒ per *Γραμματι Βȣλης*, explicandas eſſe, cum *Toi-*
nardo putat. In altera Diſſertatione de Thermarum elementis, Diſſert. II.
& cur tam eximiam ſanitati opem ferant, diſquirit. Uſus eſt Cl. Autor, utpote qui data opera medicam artem non tractavit, eam in rem analyſi, quam peritiſſimus Medicus, *Joachimus Cramerus*, juſſu Illuſtriſſimi Comitis *Hamiltoni* inſtituit, & quamplurimis experimentis eorum, qui Thermarum *Herculanarum* uſu graviſſimos morbos repulerunt. In examine illarum uſus Chemiæ, quæ initio ſtatim collaudatur, & Chemiam quidem medicam veteribus Græcis Latinisve in-
cognitam, ab Arabibus tamen primum excultam, & apud Pag. 34.
Europæos poſthæc mirum in modum amplificatam fuiſſe,
docte oſtenditur, noſtris temporibus quam maxime elu-
cet. Ipſæ autem thermæ inter præſtantiſſimas medicinas me- 38.
rito referuntur. Et, quanquam *Hippocrates* nullam plane aqua- 41.
rum medicatarum mentionem injecit, poſt ejus tamen ætatem
in uſum medicum magis magisque fuerunt receptæ, quanquam
tunc earum natura ex ſapore, odore, colore, ac pondere tan- 46.
tum, ſed fallaci admodum experimento, dignoſcebatur, donec
recentiores Chemiæ beneficio accuratius in eas inquiſiverunt. De 50.
Thermarum *Herculanarum* elementis ac viribus ita Noſtri fert
ſententia: Calor illarum, ut omnium calidorum fontium, ex mar- 52.
caſitis excitatur ſulphureis, ſive pyritis, in terra accenſis, a quo 54.

 ſubter-

subterraneo igne per ingentes telluris tractus præterlabentes magis minusve incalescunt aquæ. Mineralis & sulphureus spiritus, pro ea, qua est, subtilitate, subterranea loca penetrat metallorumque venas inficit. Et, quando sulphureæ marcasitæ motu expansiori, majorique vi, agitatæ, tenuissimam hujusmodi substantiam foras educunt, aquæ largius ea imbuuntur, cum illisque velut conglutinantur. Siccos enim subtilesque vapores aquæ non difficulter cohibent, & vehiculum illis subministrant. Generatur vero cum his aquarum fervor ex *salibus, aliorumque* corporum particulis. Nam dissimiles sales vel spiritus, aquis etiam permisti & confusi, quoties sales metallici alterius & contrariæ indolis occurrunt, magnopere solent effervescere, & calorem aquis impertiri. Inest præterea *thermis* his pars quædam terræ martialis, sulphur, sal *alcalinæ indolis*, sal commune, nitrum, atque ipsæ aquæ *singulari* & *exquisito* nitore levitateque eximia excellunt. Ob levitatem hanc & puritatem conveniunt in partium interiorum tendinosarum atque nervearum molestis distensionibus, ut malo hypochondriaco, colica, asthmate; propter sulphureum & mineralem æthereo-elasticum spiritum præcipue, universos corporis canales libere pervadunt, densosque liquores solvunt, atque ex his, quicquid mali est, præclare extrahunt, materiamque maxime glutinosam evocant, & sales, acresque particulas, quibus sanguis abundat, leniter simul & reprimunt, & emolliunt. *Propter* sulphureas partes frigidis præcipue morbis *medentur*, *viscera* corroborant, membraque & juncturas relaxatas instaurant, & morbos, qui cutem inficiunt, profligant. Ratione bituminosarum partium attenuant, & super balneä alia peculiari facultate, corpus, ejusque morbidas partes, emolliunt, quin & pro moderato bituminis calore moderate digerunt, attrahunt, siccantque, & denique glutinant, hinc ulcera commodissime conjungunt, atque recentia brevi ad cicatricem perducunt. Propter nitrum, densum atque viscidum sanguinem, ceterosque corporis humores, incidunt, extenuant, atque egregie extergunt, interdum etiam laxant alvum, urinas cient, & sudores evocant, mirum in modum renes perpurgant juxta & roborant, pr...

Marginal references: Pag. 56. (at "strant. Generatur"); 57, 58. (at "his pars quædam"); 59, 60. (at "sal commune"); 61. 66. (at "nitore levitateque"); 69 seq. (at "ritatem conveniunt"); 72 seq. (at "colica, asthmate"); 77 seq. (at "abundat, leniter"); 82. (at "morbos, qui cutem")

atque

atque solutis arenulis, quin imo & contra vesicæ calculos mirificam præstant opem, & cum adstringenti aliqua substantia, vel minutissimis ferri particulis, conjunctæ, partibus, nutritioni addictis, intestinorum levitati & hepati celerrime subveniunt. Ob martiales particulas, tremulos, terano & paralysi affectos adjuvant, morbis quoque podagricis non confirmatis, ischiadicis, & arthriticis, efficacissimam opem ferunt; salibus suis exsiccant, Pag. 94
adstringunt, contrahunt, abstergunt, purgant, cutem emendant, seq.
humorum sordes auferunt, & nimiam corporis crassitiem longo usu extenuant, scabiosis, leprosis, elephantiacis, maculatis, vitiliginosis, summopere conducunt, artuum extuberationes prohibent, inflationes, atque œdemata, discutiunt; hinc podagricis atque articulorum malis medentur, hypochondriorum distensiones mitigant, ventris intestinorumque & uteri flatus disjiciunt, albos mulierum fluores ac vulnerum ulcera purgant, oris demum exulcerationes colluendo leniunt, gingivarum tumores compescunt, dentium fœtorem tollunt, eosque a putrefactione & corrosione vindicant. Quæ omnia ita persequitur Noster, ut singulorum horum elementorum vires in corpus humanum maxime ex priscis scriptoribus explicet, &, ubi similes reperiantur fontes medicati, e. g. nitro, salibus, ferro, fœti, indicet, illorumque simul virtutes exponat. Quæ cum ita se habeant, atque hæ Thermæ obstructiones eliminent, infensas ac noxias mitigent materias, deperditum fibrarum robur fulciant, ac denique inutilia e corpore proscribant; proinde Noster, eas summam rei in curatione morborum conficere, & plus ipsis pharmacis quamplurimis præstare, argumentatur. Ad calcem 96.
de alio quodam fonte disputat quædam, ab *Herculanis* thermis non multum dissito, in curanda autem lue venerea insigni & maxime comprobato, hincque a militibus admodum frequentato, ut propter illam virtutem luis etiam venereæ fons appellatur. Quanquam vero nullam ejus analysin adhuc impetrare 97.
potuit; ex eo tamen, quod Gallica lue correptos usus illius internus externusque adjuvet, aquas has colligit temperatæ esse aciditatis, & non nisi tenuissimas sulphuris particulas, multum vero resinæ & nitri, continere, dataque hac occasione plures

 etiam

etiam aquas, curandæ lui venereæ idoneas, recenset. Denique & suum excusat conatum, quod ipse, non Medicus, de rebus tamen medicis consignare quædam fuerit ausus, & ad similia magnorum virorum exempla provocat. Nobis ita suis defuncti esse partibus, præcipue in priori Dissertatione, videtur, ut neminem operæ, in perlegendis his lucubrationibus collocatæ, pœnitere debeat.

JUS NATURÆ, METHODO SCIENTIFICA pertractatum. Pars prima, in qua obligationes, & jura connata, ex ipsa hominis essentia atque natura a priori demonstrantur, & totius Philosophiæ moralis, omnisque juris reliqui, fundamenta solida jaciuntur. Autore CHRISTIANO WOLFIO, Potent. Suecor. Regis, Hassiæ Landgravii, Consiliario Regiminis, Mathematum ac Philosophiæ Professore primario in Academia Marburgensi, Professore Petropolitano honorario, Academiæ Regiæ Scientiarum Parisinæ, Societatumque Regiarum Britannicæ atque Borussicæ, Membro.

Francofurti & Lipsiæ, prostat in officina libraria Rengeriana, 1740, 4.

Alph. 4 plag. 19.

Primam hanc Juris naturæ *Partem* Ill. Autor publici juris fecit, cum adhuc in Academia Marburgensi doceret. Vix eam ediderat, cum & ad Professionem Philosophiæ in Academia Ultrajectina vocaretur, iis oblatis conditionibus, quæ ibidem inauditæ dicebantur, & ad reditum in Academiam Halensem invitaretur; de quo nuper diximus. Non nova solum methodo systema Juris naturæ condit, eadem scilicet, qua in anterioribus operibus usus; verum etiam huic Juri omnem tribuit amplitudinem, quam habere potest, cum omnes omnino regi hominum actus liberos, qualescunque tandem illi fuerint. Nec alium agnoscit ejus fontem, quam ipsam essentiam atque na-

ram humanam, ex qua deducuntur continuo nexu obligationes & jura connata, de quibus in hac *Parte prima* potissimum agit. Dividitur ea in *quatuor Capita*, quorum *primo* de obligatione & jure hominum universali in genere, *secundo* de officiis erga se ipsum, tertio de officiis erga alios, & *quarto* de officiis erga Deum, & cum singulis connexis juribus, agit. Principia generalia dedit in *Parte prima Philosophiæ practicæ universalis*, quibus in præsentibus demonstrandis utitur. Quoniam vero ex obligatione nascuntur jura, homini competentia; ideo quoque ostendit, quænam eidem jura competant tum respectu officiorum erga se ipsum, tum respectu eorum, quæ ad Deum & alios homines spectant. Quemadmodum itaque obligationem internam, quæ in conscientia spectatur, ab externa, quæ spectatur inter homines, ac inter eos effectum juris sortitur, ubivis a se invicem distinguit, etsi utriusque rationem habendam esse in jure naturæ contendat; ita etiam ubivis jus externum ab interno separat, ne, quæ jure externo ab aliis hominibus permittenda, confundantur cum iis, quæ in se licita sunt. Præterea, cum dudum Juris naturæ interpretes inter statum naturalem ac civilem distinxerint, in utroque autem non eadem sit officiorum & juris ratio; ideo Cel. Autor ante omnia demonstrat, quænam hominis sint in statu naturali obligationes & jura, suo deinde loco ostensurus, quomodo per statum civilem immutentur. Subdividit autem Noster statum naturalem in originarium & adventitium, in quorum illo tantummodo vigent obligationes & jura connata, & in adventitium, in quo hisce superaccedunt obligationes & jura acquisita, dominio & imperio privato introducto. In statu originario vigent jus libertatis & æqualitatis, jus ad res, quarum usus homini necessarius, siquidem officiis satisfacere voluerit, jus securitatis, & jus circa cultum divinum; ex his enim cetera deducuntur. Hæc igitur jura cum obligationibus, seu officiis, ex quibus ortum trahunt, præsentis *Tomi* argumentum præbent. Monet autem in Præfatione, per illa ipsa jura patere, dominium & imperium non minus privatum, quam publicum, introduci potuisse, quemadmodum suo loco sit ostensurus. Ex dominio & imperio dedu-

deducenda esse cetera jura omnia, qualiacunque tandem fuerint. Dari nimirum theoriam naturalem Juris etiam civilis, in qua ex ipsis principiis Juris naturalis ostendendum, quid legibus naturæ addendum, vel demendum, sit, ut ex Jure naturali, quemadmodum *Ulpianus* agnovit, efficiatur civile. Hanc partem Juris Naturæ agnoscit Autor, eam suo loco traditurus. Hæc ipsa theoria simul docet, quomodo Jus Gentium externum, quod voluntarium dixit *Grotius*, ex Jure naturali deducendum sit. Quando nimirum civitates introducuntur, quælibet civitas spectanda tanquam persona singularis, ad quam totam applicanda sunt jura, quæ singulis in statu naturali competunt, & hinc oritur Jus Gentium internum. Enimvero civitates omnes, simul sumtæ, constituunt civitatem quandam maximam, in qua per theoriam naturalem juris *civilis determinatur* jus gentium voluntarium ex jure *interno seu necessario*, quod nonnulli recentiores male rejecerint. Ex his adeo apparet, quale Systema Juris Naturæ Ill. Autor sibi condendum proposuerit. Ceterum, ne quis existimet, eum Philosophiam moralem cum Jure Naturæ in unum confundere, in Præfatione monet, in Ethica demonstrandum esse, qualis fieri debeat facultatum nostratum usus, ut officiis singulis satisfaciamus, & ne jure externo abutamur. Ethicam v. g. sumere, quod temperantia sit virtus moralis, prudentia vero virtus intellectualis: in Jure autem naturæ id demonstrari. In hoc *inculcari*, quod habitus morales & intellectuales sint acquirendi, *iisdemque* conformiter sit agendum, vitando iisdem oppositos; in illa autem docendum, quomodo habitus isti acquirantur, oppositi vitentur, ac istis conformiter sit agendum. Unde simul patet, quid de Philosophia morali Ill. Autoris sit exspectandum. Atque, ita demum fieri posse, confidit Noster, ut Systema Juris Naturæ & Gentium methodo demonstrativa condatur, in quo obligationes & jura omnia ex ipsa hominis essentia atque natura continuo nexu deducantur, & sequentia ex antecedentibus legitime demonstrentur. Neque dubitat, fore, ut idem lucem affundat Juris civilis antistitibus, & consensum Juris Romani cum Jure Naturæ, ac utriusque differentiam, manifestet; simulque ut

ſit Theologis in haud paucis Scripturæ locis interpretandis. Hæc quidem in genere tenenda ſunt de Syſtemate Juris Naturæ ac Gentium, cujus hactenus proſtant *Tomi tres, quartus* vero ſub prelo ſudat. Diximus ante, *Capite primo* Ill. Autorem agere de obligatione & jure hominum univerſali in genere. In hoc igitur, explicatis differentiis obligationum & jurium in genere, jus æqualitatis & libertatis potiſſimum expendit; natura enim homines omnes æquales & liberi ſunt. Sunt æquales, quatenus eadem habent jura, & iisdem obligationibus tenentur; liberi ſunt, quatenus in agendo non dependent ab ullo alio, niſi a ſe ipſo, modo nil faciant contra jus alterius. Æqualitas tollit prærogativam, ita, ut nemini competat jus quoddam præ ceteris, ſed, quod uni licitum, vel illicitum, id etiam alteri licitum, vel illicitum, ſit, & præcedentiam ſeu jus priori in ordine a pluribus ſimul obſervando. Libertas non tollit obligationem naturalem, ſed tantummodo agentem independentem efficit a voluntate alterius, ita, ut conſcientiæ ipſius relinquendum ſit, quid agat, nec ulli hominum rationem reddere teneatur actionum ſuarum, quamdiu nil facit contra jus ipſius. Abuſus adeo juris eſt, qui officiis contrariatur, quemadmodum uſus iisdem convenit, immo ab iisdem exigitur. Ceterum hic etiam Ill. Autor agit de homine morali, qui eſt ſubjectum jurium & obligationum, eumque diſtinguit in integrum & corruptum, quatenus ejus actiones, tam privativæ, quam poſitivæ, cum obligationibus ac juribus ejusdem conſentiunt, vel iisdem contrariantur. Quando vero jus acquiſitum a connato ſeparat, quomodo modus acquirendi & titulus a ſe invicem differant, oſtendit. Nimirum, modum acquirendi, docet, eſſe factum, quo juris reddimur participes, titulum vero eſſe rationem legalem, per quam pateat, factum quoddam tale jus parere poſſe. Unde titulus verus eſt, ſi factum fuerit verum, & lex declarat, hoc facto jus tale acquiri; putativus eſt, ſi putes, factum eſſe verum, cum non ſit, lex autem declaret, hoc facto jus tale acquiri; falſus denique titulus eſt, ſi factum quidem fuerit verum, in eo autem erres, quod lex declaret, hoc facto tale jus acquiri poſſe. Ubi de officiis erga ſe ipſum agit, ante omnia urget, ſatisfaciendum eſſe

Cap. 1.

2.

tam officiis erga animam, quam erga corpus, & quoad statum externum, nec satisfaciendum generi uni cum neglectu ceterorum, ac omnem fieri debere facultatum usum, qui ad servandam legem naturæ requiritur, consequenter ad perficiendum animam, corpus, & statum externum, & ad arcendam ab iis omnem imperfectionem. Quodsi ergo cuidam amplior sit facultatum, virium, ac rerum, usus, & auxilium alienum majus, eum ad plura præstandum obligari, quam alios; neminem autem obligari ultra id, quod in potestate sua est, *hoc est, quod* facultatum, virium, ac rerum suarum, usu, aliorumque ope ac auxilio, consequi, vel evitare, potest. Ideo obligationes distinguit in communes, quarum ratio sufficiens continetur in natura & essentia hominis, quatenus ea est omnium hominum communis, & proprias, quarum ratio sufficiens non *continetur nisi in es*sentia atque natura hominis, quatenus eidem insunt determinationes, quibusdam hominum individuis, aut uni eorum, propriæ. Ex hisce principiis generalibus in specie deinde demonstrat, ad quænam sibi teneatur homo tum quoad animam, tum quoad corpus, tum quoad statum externum, & quæ eo fine ipsi competant jura. Inter jura hic eminet jus ad res, quibus indigemus ad satisfaciendum obligationi nostræ. Rei enim nomine hic venit ens omne, quod homini usui esse potest, veluti ad vitam conservandam, & commode ac jucunde transigendam, vel ad animæ corporisque perfectionem quomodocunque promovendam. Res autem communi more dividit in corporales & incorporales, item in necessarias, utiles, & voluptuarias, quarum illas tam istis, quam hisce, istas vero his, præferendas esse demonstrat, ac denique in naturales, industriales, & artificiales, ut doceri possit obligatio, res industriales & artificiales multiplicandi, &, quænam de labore tenenda sint, demonstrari

Cap. 3. queat. Quæ unusquisque sibi debet, ea etiam debet alteri, quatenus citra neglectum officii hoc alteri præstari potest, alter vero id in potestate sua non habet. Hinc fluit officium generale de alio quocunque diligendo tanquam se ipsum, etiamsi sit inimicus, cum, si alter non satisfaciat obligationi suæ, vel contra eam & jus tuum faciat, tibi ex eo non nascatur jus, obligationi

tioni tuæ non satisfaciendi, vel contra jus alterius faciendi; deducuntur autem porro in specie, quæ quoad animam, quoad corpus, & quoad statum externum, debeamus aliis. Redditur autem ratio, cur ad officia humanitatis ab aliis nobis præstanda nobis non competat nisi jus imperfectum: nimirum quia nemo nobis tenetur ultra id, quod in potestate ipsius est, & citra neglectum officii erga se ipsum fieri potest, de hoc autem non nobis competit judicium, sed idem relinquendum alteri vi libertatis naturalis. Quoniam vero læsio naturaliter admodum late patet, cum sumatur pro qualibet actione, qua alter, vel status ejus externus, redditur imperfectior; ideo copiose admodum demonstratur, quomodo quis lædatur vel quoad animam, vel quoad corpus, vel quoad statum externum. Demonstrat tamen Ill. Autor, denegationem officii humanitatis non esse læsionem, etsi peccatum esse possit. Ex obligatione neminem lædendi nascitur jus non patiendi, ut quis te lædat, quod jus securitatis est, homini omni natura competens, & cui omnis læsio adversatur. Ex jure securitatis descendit jus se defendendi, hoc est, lædere intendenti, vel conanti, resistendi, ne lædere possit, aut læsionem, quantum in nobis est, avertendi, quod esse in se infinitum demonstratur, ut ei in genere præscribi nequeant limites, sed hi demum ex circumstantiis præsentibus sint definiendi. De hoc jure defendendi pluribus agit Ill. Autor, &, quomodo salva charitate id sit exercendum, quomodo in eo excedatur, & quodnam ex excessu aggressori jus nascatur, demonstrat. Agitur etiam hic de justitia, quæ unicuique jus suum tribui jubet. Ex obligatione, suum cuique tribuendi, nascitur jus, vi persequendi jus suum adversus eum, qui idem nobis tribuere non vult, homini natura competens, quod in se continet jus, se defendendi adversus eum, qui læsionem tentat, & puniendi eum, qui actu læsit; unde fluit bellum offensivum, defensivum, & punitivum, quale obtinet in statu naturali, & ex quo metiendæ sunt actiones forenses, & jus puniendi in statu civili, metiendum quoque est jus belli, gentibus competens, quemadmodum suo loco Ill. Autor est ostensurus. Demonstrat autem, bellum geri posse ac debere absque odio partis

 adversæ,

Cap. 4. adversæ, nec in se amori inimicorum repugnare. Quando de officiis erga Deum agit, hominem per ipsam essentiam atque naturam suam ad eum colendum obligari, & Deum ab homine coli velle, demonstrat, & quidem in omnibus actionibus suis. Distinguit autem cultum internum ab externo, quamvis utrumque lege naturali præceptum demonstret. Ad cultum internum refert pietatem, agnitionem Dei vivam, obedientiam, eidem debitam, amorem ipsius, timorem filialem, magnificationem, fiduciam in eo, acquiescentiam in providentia divina, gratum erga Deum animum, celebrationem nominis divini, invocationem & gratiarum actionem mentalem; ad externum vero reverentiam erga Deum, celebrationem nominis divini, orationem, hymnos, cerimonias, institutionem de Deo & voluntate ipsius, lectionem librorum, de Deo & cultu *divino agentium*, immo actiones omnes, quatenus per eas gloria Dei promovetur, tandemque conventus, cultus divini gratia celebratos. Hinc deducit jus in res naturales quoad omnem usum, qui ad earum cognitionem facit, & ad eos actus, quibus alterum, qui gloriam Dei obscurat, vel ipsum blasphematur, peccati sui convincere potest, jus instituendi cerimonias cultus divini in suum usum, & Deum per figuras hieroglyphicas repræsentandi, etsi nulla ejus imago pingi possit. Superstitionem vero omnem non minus, quam idololatriam, lege naturali prohibitam esse, ostendit.

MARCI MAPPI, MED. D. HISTORIA PLANtarum Alsaticarum posthuma, opera & studio JO. CHRISTIANI EHRMANNI, Med. Doct. & Pract. Argent.

Argentorati, sumtibus Joannis Danielis Dulsfeckeri, Amstelodami, apud Petrum Mortier, Bibliopolam, 1742, 4 maj.

Alph. 2, Tabb. æn. 7.

Diversarum regionum plantas disquirere, & loca earundem natalia indicare, labor est, qui in incrementum studii rei herbariæ omnino suscipitur. Quilibet enim, qui circa plantas atten-

attentius versatur, semper nova quædam in illis detegit, quæ vel genera accuratius definiunt, vel species a varietatibus distinguunt. Historia plantarum Alsaticarum, a Medico Argentinensium celeberrimo, *Marco Mappo*, conscripta, Botanophilis gratissima erit, cum videant, quas plantarum species tractus Germaniæ, Galliæ vicinus, contineat. Collegerat Cel. *Mappus* a multis retro annis plantas, in Alsatia crescentes, illasque ordine alphabetico disposuerat, qui forsitan ipsi tum temporis commodissimus videbatur, cum opusculum hoc propriis usibus accommodaret; ipse vero, ut Præfatio Cl. Editoris testatur, lucubrationes suas circa hanc doctrinam viliores semper judicavit, & publicæ luci exponere noluit. Cl. *Ehrmannus*, qui Autorem hunc in studio botanico præceptorem colit, non solum ipsi in excolendo hoc scripto adstitit, sed illud quoque cum omnibus reliquis libris botanicis hæreditario jure obtinuit; unde amore in præceptorem motus, hoc Opus botanicum publici juris fecit. In tanta, quæ hodie observatur, nominum genericorum differentia omnino optandum fuisset, ut Cl. Editor, ordine quodam methodico assumto, alphabeticum immutasset, sed, cum forsitan graviores ob rationes ordinem Autoris mutare noluit, indice synonymico ampliore defectum supplere potuisset. Interim nec adeo confundere poterit lectores, quoniam nomina generica maximam partem ex *Institutionibus Tournefortianis*, omnibus cognitis, hauriuntur. Generibus igitur & speciebus expositis, in singulis plantis nomina synonymica specifica addit, & in his quidem ad *Casp. Bauhini* Pinacem theatri botanici, & *Tournefortii* Institutiones rei herbariæ, qui libri in scriptoribus materiæ medicæ crebrius citantur, primario respexit. Non tamen ex his tantum, sed ex aliis pluribus quoque, scriptoribus, qui vel ante *Casp. Bauhinum*, vel post eum, vixerunt, ea nomina adduxit, quæ & icones & descriptiones uberiores plantarum expositarum subministrant. Nomina Gallica & Germanica in rioribus & notissimis quidem plantis quoque adduntur, id quod in provincia, cujus plantas descripsit, convenientissimum est. Plantas officinales asterisco notavit. Varietates specierum eodem modo ut species distinxit. Inter has sunt plurimæ

 plantæ,

plantæ, quas Editor nec in *Tournefortianis* Institutionibus, ne in corollario Institutionum, invenit, & quas ideo signo solis no tavit. Hæc varietatum disquisitio non quidem improbanda est requiritur tamen accurata characterum diversorum, nec non mutationis loci & culturæ, observatio, qua ad veras specierum definitiones & varietatum distinctiones ducimur. Descriptiones ampliores non inveniuntur: illæ enim in plantis a variis Autoribus jam descriptis, superfluæ sunt; interim passim breviores descriptiones vel totius plantæ, vel partis cujusdam, subjiciuntur. Hinc inde observationes miscellaneæ historico-physicæ sunt additæ. Virtutes vero plantarum, inprimis officinalium, ex observationibus aliorum collectæ, exponuntur. Tandem quoque loca varia, in quibus plantæ crescunt, annotantur.

CHRISTIANI GOTTLIEB BUDERI, SERENISsimis Saxoniæ Ducibus a Consiliis Aulicis, Juris Publici, Feudalis, & Historiarum, Professoris Ordinarii. Facultatisque juridicæ Assessoris, Amœnitates Juris Feudalis, observationibus selectis ex Actis libellisque publicis, Diplomatibus, literis clientelaribus, monumentisque fide dignis, erutæ.

Jenæ, impensis viduæ Crœkerianæ, 1741, 8.
Plag. 12.

Non potest amœnitates scribere, nisi qui ipse amœnitate ingenii conspicuus sit. Tali vero gaudet Illustris Buderus, non Salanæ tantum Academiæ, sed seculi nostri, decus, Vir eo magis celebrandus, quo rarius inveniuntur hodie, qui ejus industriam in divulgandis libris imitantur. Nota sunt omnibus quæ, jam inde a quatuor, & quod excedit, lustris, suis sibi scriniis passus est, tanto suscepta eruditiorum plausu, ut in publica commoda merito peccaret, si nunc in parta nominis fama acquiescens, deponeret calamum, nec latius præstantissimæ doctrinæ suæ copias explicaret. Non hanc Viro optimo mentem esse, ille, quem ante oculos habemus, libellus satis luculenter nos docet. Suo hac in re exemplo præiverunt ei *Ægid.*

nagius, & *Jo. Strauchius*, quorum ille *Amœnitatibus Juris Civilis*, hic *Amœnitatibus Canonici Juris*, ingentem ab omnibus, elegantiora amantibus, gratiam iniit. Sub ſuavi igitur *Amœnitatum Juris Clientelaris* nomine ſelectas quasdam Obſervationes, Feudorum leges, maxime domeſticas, illuſtrantes, exhibere voluit laudatiſſimus *Buderus*, quanquam, pro argumenti ratione, non eum venuſtatis colorem ſuo inducere Opuſculo potuerit, qualem præcipue *Menagium* ex Græcis ſcriptoribus Latinisque attuliſſe ſcimus. Nihilo tamen minus egregius eſt illuſtris *Buderi* labor, qui *ſex & viginti Capitibus* conſtat. En eorum ſummam! *Capite primo* conjectura in medium profertur *de prima Placitorum Feudalium Collectione*, quæ Authenticis acceſſit, & *decimæ Collationis* titulo inſignita eſt. Factum id opinatur Celeberrimus Autor non ſub *Friderico II*, quæ plurimorum ſententia eſt, ſed ſub *I* ejusdem nominis, quod jam olim *Carol. Sigonius* probabiliter affirmavit. *Alterum Caput de Inveſtitura Feudorum Imperii in Camera* inſcribitur. Olim inveſtituram Feudorum Imperii, regalium præcipue, non ſine magna pompa in Comitiis regni publicis ſub dio fuiſſe peractam, notum eſt iis, qui vel aliquam Hiſtoriæ Germanicæ notitiam habent. Floruit iſthæc conſuetudo ad Imperium uſque Ferdinandi I. Poſt inveſtitura talis in Camera Imperiali invaluiſſe videtur ſub *Carolo V*, quod illuſtribus exemplis oſtenditur. Prima hujus mutationis cauſa haud dubie fuit abſentia Electorum ac Principum, Convaſallorum Imperii; deinceps sumtuum magnitudo diſplicuit, cui addendum, quod nunc auctoritas & eminens imperii character non ferat, ut ipſimet Principes genua inflectant, & tot regulis alligati, tot cerimoniis ligati, nonnulla faciant, quæ ipſorum juribus, ſane prægrandibus, converſo ſeculi more, quadantenus viderentur contraria, ut ex *Gundlingii* Diatriba *de Feudis Vexilli* Ampliſſimus *Buderus* appoſite commemorat. *Caput tertium* agit *de inveſtitura extra Curiam Domini, prærogativa Vaſallorum*. Adire debent vaſalli, inveſtituram deſiderantes, Feudi dominum, quocunque etiam Germaniæ loco Curia ejus ſit. Singulare nonnullorum beneficium eſt, quod non niſi eo caſu & tempore inveſti-

turam

turam accipere teneantur, quo dominus directus in eorum territorio commoratur; alias procurator domini, vel pro-dominus, in eo territorio constitutus, quo Feuda sunt, clientelam conferre ex consuetudine vasallis debeat. Ejusmodi prærogativa eminent Austriaca domus, & S. R. I. Procerum Vasalli aliquot. Pertinent huc Feuda, in Ducatu Bipontino sita, quæ dominium directum Episcopatus Argentoratensis agnoscunt; item Feuda Archiepiscopi Salisburgensis in terris Austriacis, Archi-Ducatu, Ducatibusque Styriæ & *Carinthiæ*, &c. *Quartum Caput Feudum quaternatum* illustrat; *quintum* autem supplementi instar est ad *causas Feudorum oblatorum*. *Jo. Nic. Hertius*, in iis recensendis diligentissime olim occupatus, prætermisit causas duplices, quæ doctissimo Autori, medii ac inferioris ævi chartas pervolutanti, obvenerunt. *Earum prima* est, quod multa castra munita ab urbibus Imperii liberis, post *Friderici II* ætatem, parum tuta essent, ideoque, ne diruerentur, a possessoribus Imperatori & Imperio, vel vicinis potentioribus Principibus, oblata Feudi nomine fuerunt. Deinceps oblatio quoque Allodiorum facta est a viris nobilibus, conservationem familiæ splendoremque optantibus, ad excludenda testamenta, recepto Jure Romano frequenter condita, pariterque ad arcendas portiones hæreditarias fœminarum, quibus & jus illud peregrinum, & tenerrimus parentis amor, sæpiuscule favebat. *Sextum Caput de Feudis ex oblatis & datis mixtis* spicilegii nonnihil complectitur post largam laudati *Hertii* messem. Ita e. g. præstantissimus Autor in ipso Hassiæ Principatu, primisque, quæ *Henrico* Brabantino, *Puer* dicto, ab *Adolpho*, Romanorum Rege, datæ sunt, literis clientelaribus, memorabile oblati datique Feudi exemplum reperit. *Septimi Capitis* argumentum est *de Feudo, ad pauciores annos & dies vitæ conc[illegible]* Dubium id olim summo *Gundlingio* visum; sed contrarium [illegible] vincunt omnia Franciæ, & orientalis, & occidentalis, [illegible] monumenta. Uberrime hoc docet Illustris *Buderus*, eo[illegible] peracto, in *Capite octavo Feudum injuratum, vulgo Hand-L[illegible]* explicat. Usu plerumque evenire solet, ut ea Feuda, [illegible] dignitate superiores ab inferioribus accipiunt, sine solenni [illegible]

[illegible]

litatis jurejurando, sive Vasallagio, conferantur. Et hæc Feuda injurata sunt, quæ variis exemplis, apte subjunctis, intellectu redduntur faciliora. Quod sequitur, *nonum Caput varia ædificii Feuda* enarrat. Non leve fuit stipendium plenissimus usus & fructus ædium, in magnis præsertim & copiosis urbibus. In Diplomatario *Caroli IV* Augusti, ab Illustri *Glafeio* edito, non raro hujusmodi Feudorum ædificii mentio fit. Sæpe etiam eadem data sunt castrensibus *zu Burg-Leben.* Singularia multa occurrunt in *Capite decimo de Feudis Ambachtiæ, vulgo Ampachts-Leben. Caput undecimum* observationes utilissimas *de Feudo aperturæ Castrorum* cum harum rerum amatoribus communicat. Plerumque Feuda hujusmodi sunt oblata. Turbulentis enim medii ævi temporibus multi nobiles & opulenti viri in terris suis, & rupibus, quas allodii jure possidebant, ob quotidiana fere pericula de exstruendis beneque muniendis castris solliciti fuerunt. De his in potestatem suam vel plene, vel ex parte, redigendis cogitabant Reges, Duces, aliique præpotentes Germaniæ Proceres. Oblatis igitur possessoribus vel pecunià, vel aliis, illorum familiæ commodis, conditionibus, castra hæc in Feudum commutabantur, novique domini aperturam, quæ loco servitii erat, omni sibi tempore reservare solebant, ut scilicet pateret illis castrum, si eodem sibi esse opus intelligerent. *Duodecimum Caput* in *Feudorum Censualium naturam* inquirit; *tertium* v[illegible] *ac decimum singularia quædam jura utilia, in Feudum concessa*, indicat. Dabimus inde specimina duo, ipsius Autoris verbis. *Lud. Ant. Muratius*, inquit, *curiose annotavit:* 1) *majorem natu Nobilium de Rangoria investitum fuisse jure accipiendi quodcunque ex ferculis, quæ ponuntur in convivio Patriarchæ Aquilejensis. Feudum palato gratum, & singulare plane. Sic* 2) *Barones Hesbergii in Franconia, Sub Pincernæ Episcopatus Würtzburgensis, investiuntur a dominis suis directis, Comitibus de Castell, mit zwælff Pferden, dazu mit einem guten Mahl, und dazu eine schœne Frau,* &c. seu, in gratiam exterorum, Latine: duodecim equis, lautis epulis, insuperque fœmina elegantis formæ. Hactenus Illustris *Buderus* ipse. In *Capite decimo quarto de investitura cum*

 lucris

lucris Cellarum meretriciarum, Frauen-Haus, differitur. Floruerunt olim Germani morum gravitate, & laude castitatis: mirum igitur, a dominis directis, & inter hos sacri ordinis, Vasallis quibusdam beneficii loco assignatum fuisse lucrum, quod ex fœdissimis lupanaribus, aut titulo meretricum notis cellis, percipi poterat. Sed res tamen ita se habet, quod perspicitur ex investiturarum exemplis, ab Autore in medium productis. *Caput quintum ac decimum* est *de Etymologia vocis Vasallus, deque titulo Nobilis, Vasallis adscripto; decimum sextum de Vasallis Nobilium Landsassiorum; decimum septimum de investitura per gladium Comitum ac Nobilium; decimum octavum*, amplum sane, *de formula investiturarum feudalium: mit Hand und Munde; nonum ac decimum de Feudis pignoratitiis; vicesimum de antiquitate literarum clientelarium, ac de prærogativa & privilegio quorundam Vasallorum, nullas accipiendi tales tabulas; vicesimum primum de molestia in beneficiis, Anfel, sive Anevelle, dicta; vicesimum secundum de axiomate Juris Germano-Saxonici: Major dividit, minor eligit, inter illustres quoque personas usitato; vicesimum ac tertium de servitiis Vasallorum zu Ehren-Zügen und Ehren-Fællen; vicesimum quartum de servitiis Vasallorum militaribus, extra territorium præstandis; quintum & vicesimum de lustratione Vasallorum; ultimum* denique *Caput de præstationibus Vasallorum, sive Symbolis, in signum recognitionis dominii.* Omnia hic selecta, erudita, & jucunda, variisque doctrinæ elegantioris *floribus* conspersa, qualia ut porro, in magnum literarum commodum, suis exire forulis patiatur, Ill. Autorem humanissime rogamus.

SPECIMEN ARITHMETICUM, EXHIbens methodum generalem approximandi ad radicem æquationis quotquot dimensionum.

Fiat æquatio data nihilo æqualis, & differentietur, quantitate incognita variabili considerata, ut prodeat nova terminorum series per differentiale ipsius incognitæ dividenda. Fiat fractio, cujus numeratorem termini æquationis datæ, denominatorem vero termini novi inventi, constituant. In qua si

ctione pro incognita substituatur quantitas quælibet arbitraria. Hujusque pro lubitu assumtæ & inventi fractionis valoris differentia erit nova quantitas in dicta eademque fractione loco incognitæ substituenda. Cujus, per substitutionem enatæ, novæ fractionis iterum indagetur valor, priori differentiæ subducendus. Hacque operatione in infinitum continuata, est tandem residuum ultimo loco inventum una e radicibus æquationis. Sit data æquatio:

$$pz^m + qz^{m-1} + rz^{m-2} + sz^{m-3} + tz^{m-4} \text{ \&c. } + vz + w = 0$$

qua differentiata, ubi z ut variabilis ponitur, obtinentur:

$$pmz^{m-1}\,dz + q\,(m-1)\,z^{m-2}\,dz + r\,(m-2)\,z^{m-3}\,dz + s\,(m-3)\,z^{m-4}\,dz \text{ \&c. } + v\,dz,$$

novaque hinc terminorum series:

$$pmz^{m-1} + q\,(m-1)\,z^{m-2} + r\,(m-2)\,z^{m-3} + s\,(m-3)\,z^{m-4} + t\,(m-4)\,z^{m-5} \text{ \&c. } + v,$$

& fractio formanda:

$$\frac{pz^m + qz^{m-1} + rz^{m-2} + sz^{m-3} + tz^{m-4} \text{ \&c. } + vz + w}{pmz^{m-1} + q\,(m-1)\,z^{m-2} + r\,(m-2)\,z^{m-3} + s\,(m-3)\,z^{m-4} \text{ \&c. } + v}$$

Atque a quantitate pro arbitrio sumta

$$b = \frac{pa^m + qa^{m-1} + ra^{m-2} + sa^{m-3} + ta^{m-4} \text{ \&c. } + va + w}{pma^{m-1} + q\,(m-1)\,a^{m-2} + r\,(m-2)\,a^{m-3} + s\,(m-3)\,a^{m-4} + t\,(m-4)\,a^{m-5} \text{ \&c. } + v}.$$

$$c = \frac{p\,(a-b)^m + q\,(a-b)^{m-1} + r\,(a-b)^{m-2} + s\,(a-b)^{m-3} + t\,(a-b)^{m-4} \text{ \&c. } + v\,(a-b) + w}{pm\,(a-b)^{m-1} + q\,(m-1)\,(a-b)^{m-2} + r\,(m-2)\,(a-b)^{m-3} + s\,(m-3)\,(a-b)^{m-4} \text{ \&c. } + v},$$

$$d = \frac{p\,(a-b-c)_m + q\,(a-b-c)^{m-1} + r\,(a-b-c)^{m-2} + s\,(a-b-c)^{m-3} \text{ \&c. } + v\,(a-b-c) + w}{pm\,(a-b-c)^{m-1} + q\,(m-1)\,(a-b-c)^{m-2} + r\,(m-2)\,(a-b-c)^{m-3} + s\,(m-3)\,(a-b-c)^{m-4} \text{ \&c. } + v}$$

Et hac quidem calculi lege infinities adhibita, sive tot vicibus iterata, quot radici satis exactæ inveniendæ sufficere videntur, est

$$z = a - b - c - d - e - f \text{ \&c. in infinitum.}$$

Esto e. c: $py^6 * + qy^4 - ry^3 - sy^2 - vy +$: $= 0$ & erit

$a = a$

$$b = \frac{pa^6 + qa^4 - ra^3 - sa^2 - va + w}{6pa^5 + 4qa^3 - 3ra^2 - 2sa - v}$$

$$c = \frac{p(a-b)^6 + q(a-b)^4 - r(a-b)^3 - s(a-b)^2 - v(a-b) + :}{6p(a-b)^5 + 4q(a-b)^3 - 3r(a-b)^2 - 2s(a-b) - v}$$

$$d = \frac{p(a-b-c)^6 + q(a-b-c)^4 - r(a-b-c)^3 - s(a-b-c)^2 - v(a-b-c) + w}{6p(a-b-c)^5 + 4q(a-b-c)^3 - 3r(a-b-c)^2 - 2s(a-b-c) - v}$$

$$e = \frac{p(a-b-c-d)^6 + q(a-b-c-d)^4 - r(a-b-c-d)^3 - s(a-b-c-d)^2 - v(a-b-c-d) + w}{6p(a-b-c-d)^5 + 4q(a-b-c-d)^3 - 3r(a-b-c-d)^2 - 2s(a-b-c-d) - v} \text{ \&c.}$$

& $y = a - b - c - d - e$ &c. &c.

Simul ac numerator fractionis nihilo æqualis occurrit, id indicio est, valore radicis jamjam invento exactiorem non dari, e. g. quodsi esset:

$x^5 - 161x^4 + 3398x^3 + 297146x^2 - 3797319x - 4090905 = 0$

& $a = 100$, foret

$$b = \frac{a^5 - 161a^4 + 3398a^3 + 297146a^2 - 3797319a - 4090905}{5a^4 - 4 \times 161a^3 + 3 \times 3398a^2 + 2 \times 297146a - 3797319}$$

$$= \frac{-114362805}{13571881} = - :$$

$a - b = 108$

$$c = \frac{(a-b)^5 - 161(a-b)^4 + 3398(a-b)^3 + 297146(a-b)^2 - 3797319(a-b) - 4090905}{5(a-b)^4 - 644(a-b)^3 + 10194(a-b)^2 + 594292(a-b) - 3797319}$$

$$= \frac{121610475}{48278985} = :$$

$a -$

$a - b - c = 106$

$$d = \frac{(a\text{-}b\text{-}c)^5 - 161\,(a\text{-}b\text{-}c)^4 + 3398(a\text{-}b\text{-}c)^3 + 297146\,(a\text{-}b\text{-}c)^2 - 3797319\,(a\text{-}b\text{-}c) - 4090905}{5(a\text{-}b\text{-}c)^4 - 644\,(a\text{-}b\text{-}c)^3 + 10194\,(a\text{-}b\text{-}c)^2 + 594292\,(a\text{-}b\text{-}c) - 3797319}$$

$$= \frac{35574825}{37961593} = 1$$

$a - b - c - d = 105$

$$e = \frac{(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^5 - 161\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^4 + 3398\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^3 + 297146\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^2 - 3797319\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d) - 4090905}{5(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^4 - 644\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^3 + 10194\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^2 + 594292\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d) - 3797319}$$

$$= 0$$

Cumque per operationem ulterius continuatam valor 105 neque augeatur, neque minuatur, $x = 105$.

Si vero & reliquas ejusdem æquationis radices investigare Juberet, dividatur

$(x^5 - 161x^4 + 3398x^3 + 297146x^2 - 3797319x - 4090905)$ per $(x - 105)$, eritque quotiens nova æquatio minus-composita

$x^4 - 56x^3 - 2482x^2 + 36536x + 38961 = 0$, cui omnes prioris æquationis radices præter 105 adhuc insunt. Sit itaque

$a = 1$ eritque

$$b = \frac{1 - 56 - 2482 + 36536 + 38961}{4 - 3\times 56 - 2\times 2482 + 36536} = \frac{62900}{31408} = 2$$

$a - b = -1$

$$c = \frac{d + 56 - 2482 - 36536 + 38961}{-4 - 168 + 4964 + 36536}$$

$= 0$. Ergo $x = -1$ &

$(x^4 - 56x^3 - 2482x^2 + 36536x + 38961) : (x + 1) = x^3 - 57x^2 - 2425x + 38961$, ac proinde

$x^3 - 57x^2 - 2425x + 38961 = 0$

Cum tamen tot permutationes signorum in æquatione

$x^3 -$

$x^3 - 57x^2 - 2425x + 38961 = 0$, scilicet duæ adhuc obviæ sint, quot in illa $x^4 - 56x^3 - 2482x^2 + 36536x + 38961 = 0$, patet, numerum -1 esse radicem æquationis falsam.

Ponatur vero itidem

$$a = 10$$

$$b = \frac{1000 - 5700 - 24250 + 38961}{300 - 1140 - 2425} = \frac{1009}{-3205} = -3$$

$$a - b = 13$$

$$c = \frac{(a-b)^3 - 57(a-b)^2 - 2425(a-b) + 38961}{3(a-b)^2 - 114(a-b) - 2425} = 0 \text{ Ergo}$$

$$x = 13.$$

Cumque $(x^3 - 57x^2 - 2425x + 38961)$ divisum per $(x-13)$ det $x^2 - 44x - 2997$, est $x^2 - 44x - 2997 = 0$ i. e. $x^2 - 44x + 484 = 3481$ & $x = -22 + 59$

Sunt ergo omnes æquationis $x^5 - 161x^4 + 3398x^3 + 297146x^2 - 3797319x - 4090905 = 0$ radices; veræ quidem $+105$, $+13$ & $+37$, falsæ vero -1 & -81.

Quodsi radix unitati sit incommensurabilis, per fractionem decimalem approximari poterit.

$$91z^3 + 6z^2 - 13655z + 76 = 0$$

& $a = 10$, erit

$$b = \frac{91000 + 600 - 136550 + 76}{27300 + 120 - 13655} = \frac{-44874}{13765} = -3$$

$$a - b = 13$$

$$c = \frac{91 \times 2197 + 6 \times 169 - 13655 \times 13 + 76}{273 \times 169 + 12 \times 13 - 13655}$$

$$= \frac{23502 .}{32638} = 0.7$$

$$a - b - c = 12.3$$

$$d = \frac{91 \times 1860.867 + 6 \times 151.29 - 13655 \times 12.3 + 76}{273 \times 151.29 + 12 \times 12.3 - 13655}$$

$$= \frac{2366137 ..}{27794770} = 00.8$$

a — b

$a-b-c-d=12.22$

$$e=\frac{91\times 1824.793048+6\times 149.3284-13655\times\overline{12.22+76}}{273\times 149.3284+12\times 12.22-13655}$$

$$=\frac{164037768\ldots}{27258293200}=000,6$$

$a-b-c-d-e=12.214$

$$f=\frac{608303304\ldots\ldots}{27218198308000}=00000.2$$

$a-b-c-d-e-f=12.21398$

$$g=\frac{-1595537619919\,28\ldots\ldots}{27216610091229200000}=-000000.5$$

$a-b-c-d-e-f-g=12.213985$ &c. &c.

Ergo $z=12\frac{213985\ldots\ldots\ldots}{1000000\ldots\ldots\ldots}$

Quam quidem methodum hic expositam ideo potius approximationem dicere visum est, quia plerique casus, ad omnem rigoris mathematici absolvendum gradum, hujus calculi progressum in infinitum exigunt, & omnis æquationis radix hic in genere per seriem infinitam exprimitur, quæ solummodo in quibusdam casibus specialibus suminari, ac in numero finito exhiberi, potest. Quod tamen aliter evenire non potest, cum radix semper inveniatur ab omni signo radicali & numero surdo æque libera ac ipsa æquatio data. Hancque approximationis denominationem sibi vindicans hic tradita methodus eo minus objectionem incurret, quod sit species regulæ, quæ falsi vulgo audit. Ceterum haud minimum ex hisce enascentium emolumentorum in eo positum est, quod error calculi antecedentibus facile subrepens in consequentia non propagetur, neque certitudinem calculi continuati fallat, cum potius ille per ipsius calculi sequentia rite instituti non corrigi non possit, inveniendæ genuinæ radici moram tantum injiciens.

PARA-

PARADOXON STOICUM ARISTONIS CHII, Ομοιον ἐιναι τῳ ἀγαθῳ ὑποκριτῃ τον σοφον, apud DIOGENEM LAERTIUM Lib. VII Segm. CLX, *novis Obſervationibus illuſtratum; quibus ſimul varii variorum antiquorum Philoſophorum, Græcorum Latinorumque, loci explicantur; Philoſophorum, qui a veteribus Hiſtriones, Scurræ, & Hypocritæ, vocati ſunt, Hiſtrionumque generatim, hiſtoria traditur. Opera JOANNIS BENEDICTI CARPZOV.*

Lipſiæ, ſumtibus hæredum B. Lanckiſii, 1742, 8.
Alph. 1 plag. 13.

Cum omnes hodie figuras Philoſophus cogatur *induere*, ita, ut in luxuriantis imaginationis deliriis *pendeat totus*; conſcripſiſſe ſatiram in eos Cl. Autor videtur, qui nullarum rerum non modo non imperitum, ſed omnium potius eſſe callentiſſimum debere Philoſophum jactitant, & argumentum, quod fortunæ alicui ſe debere in Præfatione ſcribit, elegit ad eam rem ejuſmodi, quod ex Philoſophia deſumtum Stoica, & longe παράδοξον, eſt, unde efficitur nimirum, ut Philoſophus bono eſſe hiſtrioni ſimilis pronuntietur. Nota in vulgus ſunt Stoicorum paradoxa, quibus non magis a ſapiente ſuo res, quæ fieri non poterant, exegerunt, ac hodie in recentiori Philo*ſophia* requirunt cognitionem rerum omnium, quæ fiunt, & *poſſunt* fieri, & modum, quo demum id fiat, inſuper. Volupe eſt huic hominum generi, efficere, ut ſua ipſius magnitudine ruat Philoſophus, & ad impoſſibilitatis, ut Autor dicit, tetram baſilicam ducatur. Cum autem ita ſint comparata Stoicorum hominum paradoxa, ut magni quidpiam ſonent primis auribus, poſtea vero, conſiderata magis atque magis, aut ad morum aliquam ſententiolam redeant, aut riſum ſæpius bonamve miſericordiam commoveant; horis iis, quibus animum a magis ſeriis reficere occupationibus voluit, ad percoquendum plenius ſibi ſumſit id, quod a *Juſto Lipſio*, in Manuductione ad eam Philoſophiam, penitus erat omiſſum, & obtinere voluit, ut

procax

procax *Megalandri Halenſis* (quem itá *pag.* 2 & 404 appellat,) ſapientia requirat atque poſcat eodem modo inaudita, quo Stoica olim Philoſophia ſapienti ſuo omnes omnino formas, hiſtrionicamque adeo ſpeciem, conceſſit. Serio autem rem omnem ipſe tractare, quacum ſibi ludere difficile haud eſſe ſcribit, cupit videri. Ex univerſo tamen nexu, inprimis ex *Capitibus ſeptimo* & *octavo ſecundæ Sectionis*, plus ſatis patet, hoc ei fuiſſe propoſitum unice, ut Philoſophos e recentioribus multos rideret, hiſtricam illorum abſurditatem, quam ſæpe ſummam putat, oſtenderet, & ſub antiquitatis fuco & pallio novellorum coſmodidaſcalomonoſophorum ſtultitiam, præſerim qui *Megalandro* ita adhærent, ut hiſtrio ſolet præfecto ſuo, raduceret. *Praxitelem* autem, ut ex *Phædro* ait, quo majoem opus ſuum autoritatem penes hos inveniat, qui antiquitaibus plus nimium operantur, novo marmori ſuo adſcripſit; ieque ſuo nomine, data opera & ſedulo, ſed alio ambitu, & djunctis aliis, materiam hanc pertractare ipſi placuit, ne belım indicere videretur his, quibus ad ſe defendendum nec æ, nec fortaſſe arma, deſunt. Locus eſt autem *Diogenis aertii* longe elegantiſſimus, quem *Suidas* etiam, ſed præter unc nemo, habet, qui, cum in vita *Ariſtonis Chii*, Stoici, ımmum bonum ejus, poſitum in ἀδιαφορίᾳ totum, deſcribat, ıtelligentiæ plenioris cauſa adjeciſſe eum ſimile, affirmat, quo ſa penitius indifferentia perſpiceretur, ſimilem nempe ſapienm bono eſſe hiſtrioni oportere. Habetur is in vita *Zenonis*, ittiei, *Lib. VII Segm. CLX* editionis *Meibomianæ*. In hunc itur locum, indictum huc uſque omnibus, & ſibi relictum, ommentatus eſt Cl. Autor, nihilque reliquit intactum, quod ad telligendum plenius cum verborum ſenſum, tum naturam padoxi, facere poterat. Ipſum autem opuſculum παράδοξον, paradoxo exponens aliquo, ad hiſtoriam literariam & philoſophicam, quam ſpecialiſſimam quidam vocant, referri totum oteſt, in quo occurrunt ex omni parte, quæ ad conſtituenım & illuſtrandum Stoicorum potiſſimum dogma de indiffeıtia, de convenientia naturæ, de notione vera ſapientiæ ad

Hhh h mentem

mentem Stoicorum, de decoro etiam, ac aliis rebus, faciunt. Sed, quia histrionum fit mentio in isto loco, cum index id argumenti postulet, & quævis duarum notionum explicationem requirat comparatio, cœpit de histrionibus primum dicere. *Duæ* igitur integri libelli *Sectiones* sunt. *Prima* de histrionibus exponit, quos & hypocritas nominat. *Altera* ipsum *Argi... Chii* præceptum pensitat. *Prioris* igitur *Sectionis* varia capita sunt, prouti vel hoc, vel aliud, histrionum adjunctum pertractant. *Caput primum* de origine histrionum agit, & e *Tyrrhenia* artificum collegium, cujus præfectus *Hister* dicebatur, arcessit. *Caput secundum* veram histrionum notionem exponit, seduloque istos homines ab ipsis actoribus, quibuscum semper confundebantur, discernit. *Caput tertium* loca habet, ubi gesticulabantur; orchestram puta, convivia, *nuptias*, *funera*, ægrotorum lectos, &c. *Caput quartum* varia histrionum nomina ac genera sistit. Dicebantur nempe ὀρχισαὶ, saltatores, chironomi, cinædi, staticuli, mimi, pantomimi, archimimi, &c. *Caput quintum* de nomine ὑποκριτὴς loquitur, histrionibus proprio; ubi in veram vocis ὑποκρίνεσθαι notionem inquirit, & varias ejus significationes recenset. Ad quem etiam locum referenda sunt, quæ veluti postliminio disputantur sub ipso indice rerum, libello subjecto, voce ὑποκρίνεσθαι. *Caput sextum* de relatione histrionum ad actores suos verba facit, de quo huc usque nemo exposuit, cum non levem ea tamen & contemnendam attentionem mereatur. Probare eam e locis Autorum legitimis annisus est, & operam adhibuit, an ad liquidum illam posset perducere. Qua occasione de histrionibus quoque publicis, privatis, & aulicis, adjecit varia. *Caput septimum* de vestitu & ornatu histrionum tractat. Toga, veste Romanorum propria, usi nunquam histriones sunt, vestibus multicoloribus usi, lituo instructi, verendis coriaceis & scorteis obsceni, &c. *Caput octavum* histriones, ad tibicinem saltantes, repræsentat, & multa notatu digna in eam rem persequitur. *Caput nonum* æstimationem histrionum, & *Caput decimum* illorum infamiam pluribus indagat. Omnia ubique ex scriptoribus antiquis, ac

iis, probat, qui autoritatem ac fidem merentur, & habent approbationem omnium. *Sectio secunda* inscribitur: *Paradoxon Stoicum Aristonis Chii*, ὅμοιον εἶναι τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφὸν, variaque & ipsa in *Capita* dispescitur. *Caput primum* de natura paradoxorum stoicorum loquitur, atque, nihil absurdi continere id, quod ita dicitur, debere, satis evincit, exemplis id illustrans, & *Lipsio* dein adjiciens, quod is omiserat penitus, hoc: Sapiens sit bono Histrioni similis. *Caput secundum* vitam, ætatem, dogmata, & scripta *Aristonis Chii*, Stoici, sed ea saltem, quæ vel a *Stanlejo* ac *Brukero* omissa, vel non satis constituta, sibi videbantur, pertractat. Occasionem enarrat etiam, quod est in omni re historica inprimis commendandum, qua in hanc *Aristo* sententiam pervenerit, atque parabolas Stoicorum multas enucleat. *Caput tertium* de notione σοφίας, & σοφῷ *Aristonis*, exponit, ubi contra viros aliquot doctissimos ostendere conatur Cl. Autor, vulgaribus eam vocem servilibusque artibus male tribui, planeque tribui nunquam, & tribui non posse, nude positam, cum potius σοφὸς soli Philosopho concedatur. Per *Aristonis* autem Sophum is inprimis intelligitur, qui morum bene doctrinam didicit, virtuteque præditus est in omni vita. *Caput quartum* loca quædam exhibet, cum aliorum, tum Stoicorum, quibus vita histrioniæ, & homines comparantur histrionibus, cum *Aristonis* illo parallela. In quibus unum potissimum *Maximi Tyrii*, Platonici, perlustrat, ejusque cum toto illo *Aristonis* convenientiam demonstrat. Sed, quoniam hoc Stoicorum παράδοξον interpretatio est & explicatio summi boni *Aristonis*, verba de eo facere necessum Autori fuit, quod quoniam itidem ponebatur in indifferentia, propterea *Capite quinto* de ἀδιαφορίᾳ, sive fine bonorum *Aristonis*, pluribus verba fecit; quibus omnibus disputatis, postquam varia etiam bonorum, malorum, neutrorum, & interjectorum, commodorum, & incommodorum, mediorumque, genera recensuit, τέλος denique *Aristonis* evincit in virtute & decentia esse positum, Stoicorumque & *Aristonis* convenientiam cum virtute, ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, indifferenter naturæ vivere, convenienter naturæ, & secundum naturam, vivere, modum ser-

 vare,

Esto e. g: $py^6 \ast + qy^4 - ry^3 - sy^2 - vy + w = 0$ & erit

$a = a$

$$b = \frac{pa^6 + qa^4 - ra^3 - sa^2 - va + w}{6pa^5 + 4qa^3 - 3ra^2 - 2sa - v}$$

$$c = \frac{p(a-b)^6 + q(a-b)^4 - r(a-b)^3 - s(a-b)^2 - v(a-b) + w}{6p(a-b)^5 + 4q(a-b)^3 - 3r(a-b)^2 - 2s(a-b) - v}$$

$$d = \frac{p(a-b-c)^6 + q(a-b-c)^4 - r(a-b-c)^3 - s(a-b-c)^2 - v(a-b-c) + w}{6p(a-b-c)^5 + 4q(a-b-c)^3 - 3r(a-b-c)^2 - 2s(a-b-c) - v}$$

$$e = \frac{p(a-b-c-d)^6 + q(a-b-c-d)^4 - r(a-b-c-d)^3 - s(a-b-c-d)^2 - v(a-b-c-d) + w}{6p(a-b-c-d)^5 + 4q(a-b-c-d)^3 - 3r(a-b-c-d)^2 - 2s(a-b-c-d) - v} \text{ \&c.}$$

& $y = a - b - c - d - e$ &c. &c.

Simul ac numerator fractionis nihilo æqualis occurrit, id indicio est, valore radicis jamjam invento exactiorem non dari, e. g. quodsi esset:

$$x^5 - 161x^4 + 3398x^3 + 297146x^2 - 3797319x - 4090905 = 0$$

& $a = 100$, foret

$$b = \frac{a^5 - 161a^4 + 3398a^3 + 297146a^2 - 3797319a - 4090905}{5a^4 - 4 \times 161a^3 + 3 \times 3398a^2 + 2 \times 297146a - 3797319}$$

$$= \frac{-114362805}{13571881} = -8$$

$a - b = 108$

$$c = \frac{(a-b)^5 - 161(a-b)^4 + 3398(a-b)^3 + 297146(a-b)^2 - 3797319(a-b) - 4090905}{5(a-b)^4 - 644(a-b)^3 + 10194(a-b)^2 + 594292(a-b) - 3797319}$$

$$= \frac{121619475}{48278985} = 2$$

$a - b$

$a - b - c = 106$

$$d = \frac{(a\text{-}b\text{-}c)^5 - 161\,(a\text{-}b\text{-}c)^4 + 3398\,(a\text{-}b\text{-}c)^3 + 297146\,(a\text{-}b\text{-}c)^2 - 3797319\,(a\text{-}b\text{-}c) - 4090905}{5\,(a\text{-}b\text{-}c)^4 - 644\,(a\text{-}b\text{-}c)^3 + 10194\,(a\text{-}b\text{-}c)^2 + 594292\,(a\text{-}b\text{-}c) - 3797319} = \frac{35574825}{37961593} = 1$$

$a - b - c - d = 105$

$$e = \frac{(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^5 - 161\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^4 + 3398\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^3 + 29714\,6\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^2 - 3797319\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d) - 4090905}{5\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^4 - 644\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^3 + 10194\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d)^2 + 594292\,(a\text{-}b\text{-}c\text{-}d) - 3797319} = 0$$

Cumque per operationem ulterius continuatam valor 105 neque augeatur, neque minuatur, $x = 105$.

Si vero & reliquas ejusdem æquationis radices investigare luberet, dividatur

$(x^5 - 161x^4 + 3398x^3 + 297146x^2 - 3797319x - 4090905)$ per $(x - 105)$, eritque quotiens nova æquatio minus composita

$x^4 - 56x^3 - 2482x^2 + 36536x + 38961 = 0$, cui omnes prioris æquationis radices præter 105 adhuc insunt. Sit itaque

$a = 1$ eritque

$$b = \frac{1 - 56 - 2482 + 36536 + 38961}{4 - 3 \times 56 - 2 \times 2482 + 36536} = \frac{62900}{31408} = 2$$

$a - b = -1$

$$b = \frac{1 + 56 - 2482 - 36536 + 38961}{-4 - 168 + 4964 + 36536} = 0.$$ Ergo $x = -1$ &

$(x^4 - 56x^3 - 2482x^2 + 36536x + 38961) : (x + 1) = x^3 - 57x^2 - 2425x + 38961$, ac proinde

$x^3 - 57x^2 - 2425x + 38961 = 0$

Cum tamen tot permutationes signorum in æquatione

$x^3 - 57x^2 - 2425x + 38961 = 0$, scilicet duæ adhuc obviæ sint, quot in illa $x^4 - 56x^3 - 2482x^2 + 36536x + 38961 = 0$, patet, numerum -1 esse radicem æquationis falsam.

Ponatur vero itidem

$$a = 10$$

$$b = \frac{1000 - 5700 - 24250 + 38961}{300 - 1140 - 2425} = \frac{1009}{-3205} = -3$$

$$a - b = 13$$

$$c = \frac{(a-b)^3 - 57(a-b)^2 - 2425(a-b) + 38961}{3(a-b)^2 - 114(a-b) - 2425} = 0 \text{ Ergo}$$

$$x = 13.$$

Cumque $(x^3 - 57x^2 - 2425x + 38961)$ divisum per $(x-13)$ det $x^2 - 44x - 2997$, est $x^2 - 44x - 2997 = 0$ i. e. $x^2 - 44x + 484 = 3481$ & $x = -22 + 59$

Sunt ergo omnes æquationis $x^5 - 161x^4 + 3398x^3 + 297146x^2 - 3797319x - 4090905 = 0$ radices; veræ quidem $+105$, $+13$ & $+37$, falsæ vero -1 & -81.

Quodsi radix unitati sit incommensurabilis, per fractionem decimalem approximari poterit.

$91z^3 + 6z^2 - 13655z + 76 = 0$
& $a = 10$, erit

$$b = \frac{91000 + 600 - 136550 + 76}{27300 + 120 - 13655} = \frac{-44874}{13765} = -3$$

$$a - b = 13$$

$$c = \frac{91 \times 2197 + 6 \times 169 - 13655 \times 13 + 76}{273 \times 169 + 12 \times 13 - 13655}$$

$$= \frac{23502\,.}{32638} = 0.7$$

$$a - b - c = 12.3$$

$$d = \frac{91 \times 1860.867 + 6 \times 151.29 - 13655 \times 12.3 + 76}{273 \times 151.29 + 12 \times 12.3 - 13655}$$

$$= \frac{2366137\,.\,.}{27794770} = 00.8$$

$a - b$

$a - b - c - d = 12.22$

$$e = \frac{91 \times 1824.793048 + 6 \times 149.3284 - 13655 \times 12.22 + 76}{273 \times 149.3284 + 12 \times 12.22 - 13655}$$

$$= \frac{164037768 \ldots}{27258293200} = 000.6$$

$a - b - c - d - e = 12.214$

$$f = \frac{608303304 \ldots\ldots}{27218198308000} = 00000.2$$

$a - b - c - d - e - f = 12.21398$

$$g = \frac{-1595537761991928 \ldots\ldots}{27216610091229200000} = -000000.5$$

$a - b - c - d - e - f - g = 12.213985$ &c. &c.

Ergo $z = 12 \dfrac{213985 \ldots\ldots\ldots}{1000000 \ldots\ldots\ldots}$

Quam quidem methodum hic expoſitam ideo potius approximationem dicere viſum eſt, quia plerique caſus, ad omnem rigoris mathematici abſolvendum gradum, hujus calculi progreſſum in infinitum exigunt, & omnis æquationis radix hic in genere per ſeriem infinitam exprimitur, quæ ſolummodo in quibusdam caſibus ſpecialibus ſummari, ac in numero finito exhiberi, poteſt. Quod tamen aliter evenire non poteſt, cum radix ſemper inveniatur ab omni ſigno radicali & numero ſurdo æque libera ac ipſa æquatio data. Hancque approximationis denominationem ſibi vindicans hic tradita methodus eo minus objectionem incurret, quod ſit ſpecies regulæ, quæ falſi vulgo audit. Ceterum haud minimum ex hiſce enaſcentium emolumentorum in eo poſitum eſt, quod error calculi antecedentibus facile ſubrepens in conſequentia non propagetur, neque certitudinem calculi continuati fallat, cum potius ille per ipſius calculi ſequentia rite inſtituti non corrigi non poſſit, inveniendæ genuinæ radici moram tantum injiciens.

PARA-

PARADOXON STOICUM ARISTONIS CHII, Ομοιον ἐιναι τῳ ἀγαθῳ ὑποκριτη τον σοφον, apud DIOGENEM LAERTIUM Lib. VII Segm. CLX, *novis Obſervationibus illuſtratum; quibus ſimul varii variorum antiquorum Philoſophorum, Græcorum Latinorumque, loci explicantur; Philoſophorum, qui a veteribus Hiſtriones, Scurræ, & Hypocritæ, vocati ſunt, Hiſtrionumque generatim, hiſtoria traditur. Opera JOANNIS BENEDICTI CARPZOV.*

Lipſiæ, ſumtibus hæredum B. Lanckiſii, 1742, 8. Alph. 1 plag. 13.

Cum omnes hodie figuras Philoſophus cogatur *induere, ita*, ut in luxuriantis imaginationis deliriis *pendeat totus*; conſcripſiſſe ſatiram in eos Cl. Autor videtur, qui nullarum rerum non modo non imperitum, ſed omnium potius eſſe callentiſſimum debere Philoſophum jactitant, & argumentum, quod fortunæ alicui ſe debere in Præfatione ſcribit, elegit ad eam rem ejuſmodi, quod ex Philoſophia deſumtum Stoica, & longe παράδοξον, eſt, unde efficitur nimirum, ut Philoſophus bono eſſe hiſtrioni ſimilis pronuntietur. Nota in vulgus ſunt Stoicorum paradoxa, quibus non magis a ſapiente ſuo res, quæ fieri non poterant, exegerunt, ac hodie in recentiori Philoſophia requirunt cognitionem rerum omnium, quæ fiunt, & *poſſunt* fieri, & modum, quo demum id fiat, inſuper. Volupe eſt huic hominum generi, efficere, ut ſua ipſius magnitudine ruat Philoſophus, & ad impoſſibilitatis, ut Autor dicit, tetram baſilicam ducatur. Cum autem ita ſint comparata Stoicorum hominum paradoxa, ut magni quidpiam ſonent primis auribus, poſtea vero, conſiderata magis atque magis, aut ad morum aliquam ſententiolam redeant, aut riſum ſæpius bonamve miſericordiam commoveant; horis iis, quibus animum a magis ſeriis reficere occupationibus voluit, ad percoquendum plenius ſibi ſumſit id, quod a *Juſto Lipſio*, in Manuductione ad eam Philoſophiam, penitus erat omiſſum, & obtinere voluit, ut

procax

procax *Megalandri Halensis* (quem ita *pag.* 2 & 404 appellat,) sapientia requirat atque poscat eodem modo inaudita, quo Stoica olim Philosophia sapienti suo omnes omnino formas, histrionicamque adeo speciem, concessit. Serio autem rem omnem ipse tractare, quacum sibi ludere difficile haud esse scribit, cupit videri. Ex universo tamen nexu, inprimis ex *Capitibus septimo* & *octavo secundæ Sectionis*, plus satis patet, hoc ei fuisse propositum unice, ut Philosophos e recentioribus multos rideret, histricam illorum absurditatem, quam sæpe summam putat, ostenderet, & sub antiquitatis fuco & pallio novellorum cosmodidascalomonosophorum stultitiam, præsertim qui *Megalandro* ita adhærent, ut histrio solet præfecto suo, traduceret. *Praxitelem* autem, ut ex *Phædro* ait, quo majorem opus suum autoritatem penes hos inveniat, qui antiquitatibus plus nimium operantur, novo marmori suo adscripsit; neque suo nomine, data opera & sedulo, sed alio ambitu, & adjunctis aliis, materiam hanc pertractare ipsi placuit, ne bellum indicere videretur his, quibus ad se defendendum nec iræ, nec fortasse arma, desunt. Locus est autem *Diogenis Laertii* longe elegantissimus, quem *Suidas* etiam, sed præter hunc nemo, habet, qui, cum in vita *Aristonis Chii*, Stoici, summum bonum ejus, positum in ἀδιαφορίᾳ totum, describat, intelligentiæ plenioris causa adjecisse eum simile, affirmat, quo ipsa penitius indifferentia perspiceretur, similem nempe sapientem bono esse histrioni oportere. Habetur is in vita *Zenonis*, Cittiei, *Lib. VII Segm. CLX* editionis *Meibomianæ*. In hunc igitur locum, indictum huc usque omnibus, & sibi relictum, commentatus est Cl. Autor, nihilque reliquit intactum, quod ad intelligendum plenius cum verborum sensum, tum naturam paradoxi, facere poterat. Ipsum autem opusculum παράδοξον, de paradoxo exponens aliquo, ad historiam literariam & philosophicam, quam specialissimam quidam vocant, referri totum potest, in quo occurrunt ex omni parte, quæ ad constituendum & illustrandum Stoicorum potissimum dogma de indifferentia, de convenientia naturæ, de notione vera sapientiæ ad

mentem Stoicorum, de decoro etiam, ac aliis rebus, faciunt. Sed, quia histrionum fit mentio in isto loco, cum index id argumenti postulet, & quævis duarum notionum explicationem requirat comparatio, cœpit de histrionibus primum dicere. *Duæ* igitur integri libelli *Sectiones* sunt. *Prima* de histrionibus exponit, quos & hypocritas nominat. *Altera* ipsum *Aristonis Chii* præceptum pensitat. *Prioris* igitur *Sectionis* varia capita sunt, prouti vel hoc, vel aliud, histrionum adjunctum pertractant. *Caput primum* de origine histrionum agit, & e *Tyrrhenia* artificum collegium, cujus præfectus *Hister* dicebatur, arcessit. *Caput secundum* veram histrionum notionem exponit, seduloque istos homines ab ipsis actoribus, quibuscum semper confundebantur, discernit. *Caput tertium* loca habet, ubi gesticulabantur; orchestram puta, convivia, *nuptias*, *funera*, ægrotorum lectos, &c. *Caput quartum* varia histrionum nomina ac genera sistit. Dicebantur nempe ὀρχισαὶ, saltatores, chironomi, cinædi, staticuli, mimi, pantomimi, archimimi, &c. *Caput quintum* de nomine ὑποκριτὴς loquitur, histrionibus proprio; ubi in veram vocis ὑποκρίνεσθαι notionem inquirit, & varias ejus significationes recenset. Ad quem etiam locum referenda sunt, quæ veluti postliminio disputantur sub ipso indice rerum, libello subjecto, voce ὑποκρίνεσθαι. *Caput sextum* de relatione histrionum ad actores suos verba facit, de qua huc usque nemo exposuit, cum non levem ea *tamen* & contemnendam attentionem mereatur. Probare eam e locis Autorum legitimis annisus est, & operam adhibuit, an ad liquidum illam posset perducere. Qua occasione de histrionibus quoque publicis, privatis, & aulicis, adjecit varia. *Caput septimum* de vestitu & ornatu histrionum tractat. Toga, veste Romanorum propria, usi nunquam histriones sunt, vestibus multicoloriis usi, lituo instructi, verendis coriaceis & scorteis obsceni, &c. *Caput octavum* histriones, ad tibicinem saltantes, repræsentat, & multa notatu digna in eam rem persequitur. *Caput nonum* æstimationem histrionum, & *Caput decimum* illorum infamiam, pluribus indagat. Omnia ubique ex scriptoribus antiquis, au-

ris,

iis, probat, qui autoritatem ac fidem merentur, & habent approbationem omnium. *Sectio secunda* inscribitur: *Paradoxon Stoicum Aristonis Chii*, ὅμοιον εἶναι τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφὸν, variaque & ipsa in *Capita* dispescitur. *Caput primum* de natura paradoxorum stoicorum loquitur, atque, nihil absurdi continere id, quod ita dicitur, debere, satis evincit, exemplis id illustrans, & *Lipsio* dein adjiciens, quod is omiserat penitus, hoc: Sapiens sit bono Histrioni similis. *Caput secundum* vitam, ætatem, dogmata, & scripta *Aristonis Chii*, Stoici, sed ea saltem, quæ vel a *Stanlejo* ac *Brukero* omissa, vel non satis constituta, sibi videbantur, pertractat. Occasionem enarrat etiam, quod est in omni re historica inprimis commendandum, qua in hanc *Aristo* sententiam pervenerit, atque parabolas Stoicorum multas enucleat. *Caput tertium* de notione σοφίας, & σοφῶ *Aristonis*, exponit, ubi contra viros aliquot doctissimos ostendere conatur Cl. Autor, vulgaribus eam vocem servilibusque artibus male tribui, planeque tribui nunquam, & tribui non posse, nude positam, cum potius σοφὸς soli Philosopho concedatur. Per *Aristonis* autem Sophum is inprimis intelligitur, qui morum bene doctrinam didicit, virtuteque præditus est in omni vita. *Caput quartum* loca quædam exhibet, tum aliorum, tum Stoicorum, quibus vita histrioniæ, & homines comparantur histrionibus, cum *Aristonis* illo parallela. In quibus unum potissimum *Maximi Tyrii*, Platonici, perlustrat, ejusque cum toto illo *Aristonis* convenientiam demonstrat. Sed, quoniam hoc Stoicorum παράδοξον interpretatio est & explicatio summi boni *Aristonis*, verba de eo facere necessum Autori fuit, quod quoniam itidem ponebatur in indifferentia, propterea *Capite quinto* de ἀδιαφορίᾳ, sive fine bonorum *Aristonis*, pluribus verba fecit; quibus omnibus disputatis, postquam varia etiam bonorum, malorum, neutrorum, & interjectorum, commodorum, & incommodorum, mediorumque, genera recensuit, τέλος denique *Aristonis* evincit in virtute & decentia esse positum, Stoicorumque & *Aristonis* convenientiam cum virtute, ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, indifferenter naturæ vivere, convenienter naturæ, & secundum naturam, vivere, modum ser-

vare, *finem tenere*, Deo similem fieri, alia ejus generis plura, *verbis* omnia discrepare, re autem ipsa penitus convenire. Stoicorum porro λεγομαχίας, & verba mente cassa, agnoscit, atque ex perverso φιλαυτίας principio omnem paradoxologiæ fontem derivat. *Caput sextum*, cum necessario reliqua præmittenda fuissent, rem ipsam aggreditur, & de sapiente agit, bono histrioni simili. Rem autem magnam esse, atque perdifficilem, bonum actorem esse, atque cum plausu spectantium personæ suæ desiderium legitime implere, ex vero ait. Rhetoricam, docet, Ethicen, & Historiam, Philosophiæ non tenuem cognitionem requiri, bonoque histrioni esse necessariam, adjuncta rerum omnia consideranda, decorum inprimis optime conservandum, ut, sive *Thersitæ*, sive *Agamemnonis*, personam imitetur histrio, utramque convenienter referat. *Atque hoc quidem sensu Pythagoram*, *Socratem*, *Xenophontem*, ac *Diogenem*, *Maximus Tyrius Dissertatione XXXVII* circa finem histriones appellitat, quod fusius demonstratum est. Adjecta huic *Capiti* integra est Dissertatio, de decoro cum in genere, tum Stoicorum ac histrionum ex *Cicerone* & *Quintiliano*. Scripsit olim de eo, quod decorum est, quam valde Autor prædicat, *Jo. Burchardus Menckenius* integram Dissertationem, quam tamen postea demum, postquam jam scripserat suam, consuluit Noster, & passim similia in eadem, cum animi voluptate sui, invenit. Stoicorum decorum in honestate ponit, quod, quamvis rigidum dicatur, cum bono tamen & *virtute ab iis* confusum esse, ostendit. Denique histrionum decorum in perspicua figurarum, rerum, personarumque, expressione, habituumque claritate, collocat, iisque venustatem tribuit conspicuam, & gestus nimios, bonos in theatro, sed extra illud non imitandos. *Caput septimum* integrum, salibus & risu plenissimum, contra ardeliones doctos conscriptum est, de convenientia Philosophorum cum histrionibus ad extra. Nimirum, Philosophiam eodem modo, ut histrioniam, inter bona *Plato* refert. Philosophia ita æque, ut histrionia, crevit. Philosophorum disputationes eodem loco habebantur, quo histriones agebant. Theologiam mythicam, philosophiam histricam, esse evincit.

evincit. Plausum Philosophorum & histrionum considerat. Imperatorem histricum, & Regem Philosophorum, inter se componit. Histrionum & Philosophorum contemtum, exilium commune, & alia, producit. Tandem & prærogativam quandam indicat histrionum præ Philosophis, paucos nempe Philosophiæ operam dare, multos histrioniæ; & aliam horum vicissim præ illis, scilicet maledicentiores esse comicis omnibus Philosophos, quod suo etiam, si opus esset, exemplo demonstrare posset. *Caput octavum* agit de histrionibus philosophicis, ad *Acta philosophorum Heumanniana.* Philosophorum autem histrionum mores & habitum his phaleucis inclusit:

Hi sunt, quos poteris vel Histriones,
Vel Scurras etiam, vel, ut lubebit,
Quovis dicere nomine exprobrando;
Qui sunt ingenio levi, minuto,
Et multum gracili, sed & maligno;
Queis inscribere mortuis potes sic:
En, vide! ingeniosus hic quiescit
Vir, & judicium suum moratur,
Qui submittere res sibi studebat,
Et rebus minime suas figuras,
Fingens pro lubitu faceta multa,
Axiomata, dicta summa quævis,
Theoremata, formulas loquendi,
Et rerum stupidus, sonum sciebat.
Et mordacior omnibus molossis
Erat, maximus atque disputator,
Qui nunquam rediens suam petebat
Quam victor vivida domum ex palæstra,
Quamvis victus erat putatus omneis.
Immitisque, furens, minaxque, & atrox,
Et nunquam placidus, bonus, serenus,
Existebat ohe! dies per omnes
Quibusvis reliquis hic eruditis.
En! Scurram σοφὸν, en! & Histrionem!

In classem vero histrionum philosophicorum transfert *Hier.*

 Carda-

Cardanum, Jac. Bœhmium, Quirinum Kuhlmannum, Jordanum Brunum, Jo. Baptistam & *Francisc. Mercurium Helmontios, Julium Cæs. Vaninum*, aliosque, quorum vitam ex fide dignissimis scriptoribus, succincte, una cum variis ingeniosis venustatibus, tradit. Reliquos tamen, inprimis recentiores farinæ hujus, data opera omittit. Ita enim *pag. 431* ait: *Quis, quæso, omnes stultos noverit, curaveritque?* Antiquorum potius Philosophorum circulos intrat, & *Capite nono* de histrionibus philosophicis ad locum aliquem *Luciani* commentatur, & *primo* quidem de *Socrate*. Ἔιρων vulgo *Socrates*, irrisorque audit mortalium. Sensu, minime qui juvat, sed malo, hanc vocem Autor accipit, & per scurram interpretatur. Memphiticam ejus saltationem, probrosam omnem, & vituperandam, perstringit verbis duriusculis. Contra decorum egisse ait, *cum in arundine longa equitaverit*, cum fidibus canere *in senectute* didicerit, cum gestus in disputando nimis ridiculos inseruerit. Loca, quibus a *Zenone* scurra Atticus dicitur, colligit, & denique, quamvis bona eum doctrina fuisse affirmet, nullis tamen moribus doctorem morum palam profitetur. *Caput decimum Aristippum*, histrionem aulicum *Dionysii*, parasitum, & scurram, constituit, argumentisque contra Cel. *Frid. Menzium* evincit, non esse eum a vita voluptaria, erroribusque, liberatum. *Caput undecimum* de *Menedemo*, Eretriensi, agit, locumque satis obscurum *Laertii* interpretatur, quo illius amicus longe insignis, *Asclepiades*, Poeta dicitur, ipse vero audit *histrio*. *Septendecim* recenset *Asclepiadas*, & autorem carminis *Asclepiadei*, qui huc usque latuit, huncce nostrum constituere, non sine verisimilitudinis specie, annititur. *Menedemi* autem histrioniam, in quantum fatis est, describit. *Caput ultimum* pauca adhuc de *Menedemo*, Cynico, complectitur; *Euripidem σκηνικὸν Φιλόσοφον* dici ab antiquis, affirmat; Dialogos *Platonis*, scenæ, quod quidam faciunt, applicari non debere, evincit; Stoicorum histrioniam enarrat; & *Memphin*, Philosophum Pythagoræum, ὀρχηστὴν appellitat. In notis & animadversionibus subjectis non extravagatur nimium, sed loca potius, quæ sine lectionis crebra interruptione textui inseri

feri minime ipsi poterant, adducit, explanat, interpretatur; loca his similia adjicit; modo Criticum agit, modo Philologum; non raro e Philosophiæ intimis recessibus adjicit quædam; quæ satis loquuntur omnia, hanc sibi disciplinam in deliciis esse. Varios viros doctos, modeste quamvis, si a dictionibus quibusdam, iisque paucissimis, & ironicis, recesseris, refutat. *Buddeum*, suas forte causas habet, cur scribacissimum duriuscule appellitet. Cum multis Theologorum disputationibus rem sibi minime esse affirmat; Lipsiensium suorum ridiculos mores obiter, & aliud quasi agendo, rectissime perstringit; veram multarum vocum notionem enucleat; multa Philosophorum absurda ridet atque traducit; divina e theatris exulare jubet, & emendationem morum e comœdiis exspectandam non esse asserit; de variis libris, eorundemque autoribus, sat libere judicat, conscientiæ suæ fisus; antiquorum non nimius est admirator, aut contemtor recentiorum; quæ bona sibi videntur, & cum veritate constare, eligit & assumit; Epigrammata passim, & phaleucos suos, quorum jam sæpe specimina dedit, adjicit; sermonis utitur genere satis puro atque eleganti; verbis duobus multa sæpe involvit, quæque attentius & sollicitius meruissent explicari. Denique totum libellum hac fabula claudit: *Quærebatur aliquando in nescio qua civitate apud Triumviros capitales de eo, qui vocabula duriora in pseudophilosophos conjecerat. Censebant alii, parricidii hunc esse proximum, at tertius, immo vero, inquit, sinite eum, nam officium suum fecit. Fabula ostendit, vulgus in deliberationibus de rebus factis suum spectare ingenium.*

ANDREÆ DUDITH AB HOREHOWICZA, Domini in Smigla, trium Imperatorum, Ferdinandi I, Maximiliani II, & Rudolphi II, Consiliarii & Oratoris primarii, Episcopi tunc Tinniensis, Orationes quinque, in Concilio Tridentino habitæ, quarum posteriores duæ nunc primum e MSto prodeunt; cum Appendice Orationum duarum, quas GEORGIUS DRASCOWITH, Episcopus

pus tunc Quinqueecclesiensis, in eodem Concilio habuit. Præfatus est, ac Dissertationem de vita & scriptis Ill. Autoris historico-criticam adjecit, LORANDUS SAMUELFY.

Halæ Magdeburgicæ, prostat in officina Rengeriana, 1743. 4. Alph. 1 plag. 5.

Hungariæ quodam in angulo reperit Cl. Editor hasce Orationes, duas inprimis postremas, manu antiqua, *ejusque*, quo Autor floruit, ævi, exaratas, ac tribus prioribus in uno volumine annexas. Collectores scriptorum *Dudithi* huc usque omnes manu scriptas simpliciter ignorarunt, tertiamque, quæ Patavii excusa fuit, secundæ confuderunt, ambasque pro una, diversis non nisi in locis exscripta, venditarunt. *Commendant* omnino sese Orationes *Dudithi* dignitate rerum ac præstantia, quas magno acumine, magno dicendi apparatu, summo denique candore atque oris libertate, in Tridentinæ Synodi consessu exposuit Autor. Exinde incessit Editorem cupiditas, cetera quoque, quæ ad vitam & scripta *Dudithi* attinent, propius noscitandi, siquidem *Quirinus Reuterus* partem modo scriptorum *Dudithi* olim evulgavit. In editione *Reuteriana* leguntur duæ tantum Orationes Tridentinæ. Tertiam enim Cl. Editor recentissimus *Dudithо* abjudicat. Addidit hisce *Reuterus* duas tractationes, privatim ab Autore conscriptas, ac *lacinias literarum* quasdam, quas Imp. *Maximilianus* ad *Dudithium*, & hic ad Cæsarem, donec flagitatam impetraret missionem, mutuo scripserunt, in quibus quippe omnis Concilii Tridentini habitus pulcherrime omnium est expressus. Est in eo Cl. Editor, ut consummatam *Dudithianorum* monumentorum syllogen edere paret. Præmisit vero hæc promulsidis loco, tum ut monita oculatorum rei literariæ custodum proliceret, tum ut eos consuleret, an e re sit Christiana, scripta omnia *Dudithi*, quorum pro viribus texuit seriem, edere, in quibus quippe pluscula sunt, quæ, ut bonorum animos olim vulnerarunt, ita pios hodieque offendere animos possunt. Cum vero ipse Socinianis *Dudithi* opinionibus responsiones virorum egregie *do-*

ctorum

ctorum totas sit adjecturus, immo Dissertationem, *de ratione, quæ in disputationibus cum Antitrinitariis tenenda est*, inscriptam, Operibus *Dudithii* sit præfixurus, non sane videmus rationes ullas, quæ sint impedimento, quo minus editionem illam paret. Quis enim unquam putavit, opinationes Socinianorum esse inexpugnabiles? Eas certe qui formidabiles prædicant & veneno onustas, illi hominibus male curiosis injiciunt cupiditatem quærendi merces vetitas, easque eo avidius lectitandi. Imbecilli sane & ruinosa Sociniani utuntur philosophia, & eorum ratio exponendi literas sacras plerumque est puerilis, nec ullis fundamentis superstructa. Orationes priores duas Cl. Editor sumsit ex editione Veneta, quæ apud *Jordanum Ziletum* A. 1562, 4, in lucem prodiit. Contulit utramque cum ectypis collectionis *Reuterianæ* Offenbachensis, & cum editione *Joannis Harduini*, quæ legitur in *Actis Conciliorum Tomo X*. Præ- Pag. 5.
xit eis Epistolam, qua *Petrus Fontidonius*, Segobiensis, Orationum istarum editor primus, eas Archiepiscopo Strigoniensi, *Nicolao Olaho*, dedicavit, integram. Orationem tertiam expressit ex editione Patavina, apud *Gratiosum Perchacinum* A. 1563, 4, excusa. Quartæ, sive Panegyrici, *Maximiliano*, creato Regi Romanorum, dicti, & *Sarpius* & *Pallavicinus* meminerunt. Quintam vero ille quidem ignoravit, hic silentio involvit. Utramque Noster e MSto edidit. Illam, quæ apud 7.
Reuterum est tertia, Cl. Editor ex ordine reliquarum deturbavit, & restituit *Drascowithio*, Episcopo Quinqueecclesiensi. Cur in Hungaria Concilium Tridentinum haud fuerit receptum, rationem intexit. *Drascowithii* duas æque curavit recudendas Orationes, in Concilio illo recitatas. *Thuanus Dudithii* dedit 11.
elogium, *Quirinus Reuterus* ejus edidit vitam, informator liberorum *Dudithii* postremis hujus vitæ annis, ac tandem Professor Theologiæ in Academia Heidelbergensi. Hanc vitam, cui multa desunt, denuo sub incudem vocavit Noster. In elogio 12.
Thuani nonnihil notat. *Prætorii* narrationem emendavit ex ipsis *Dudithii* literis. Vitam *Dudithii* scripserunt præterea *Chri-* 14.
stophorus Sandius, *Jo. Franc. Buddeus*, *Niceronius*, *Christianus Augustus Saligius*. Postremi diligentiam Editor collaudat. Notat

Pag. 15. tat fidem *Florimundi Ræorundi*, ac Autoris Historiæ Socinismi Anonymi, quorum uterque informem *Dudithii* imaginem effinxit. Ipse operam dedit sedulo, ut integra fide res traderet,
53. ac dissensionem Autorum examinaret. Dolendum est, quod pars Orationis quintæ quædam periit, ac Orationes *Dudithii* Tridentinas reliquas nemo adhuc deprehendit, ac in lucem emisit. Vitam *Dudithii* Cl. Editor ea accuratione scripsit, ut ea de principatu cum hujus generis Commentationibus possit contendere.
144. Molitur editionem scriptorum *Dudithii* omnium; *quam ut destinationem* Viri eruditissimi velint ii, qui possunt, adjuvare, publico eosdem nomine rogamus. De vita *Georgii Drascowitii* Hypomnemation subjunxit vitæ *Dudithii*, legi dignum. Orationes vero *Dudithii* ea dictionis facilitate, nitoris ac ubertatis *Tullianæ* præstantia, profluunt commendabiles, *ut lectorem facile* retineant mulceantque. De reliquo animadvertimus, Cl. Editorem, jam in Germania commorantem, abjecto nomine Hungarico, adscivisse Germanicum *Godofredi Schwartz*. Ne enim de hac re ulla supersit dubitatio, efficit gravissima autoritas Cel. *Sigismundi Jacobi Baumgartenii*, qui id ipsum nos docuit in Præfatione, qua *Partem secundam Historiæ Concilii Tridentini Saligianam* ornavit hic Vir omni laude nostra excellentior.

Vollständige Historie des Tridentinischen Conciliums, zweyter Theil, ꝛc.
id est,
CHRISTIANI AUGUSTI SALIGII PLENA CONcilii Tridentini historia. Pars secunda, qua exponuntur acta a Synodo Tridentum ex urbe Bononiæ reducta usque ad adventum præsidum novorum, Moroni ac Navageri; ex probatissimis scriptoribus monumentisque, tum editis, tum ineditis, depromta, Lutheranismo Seckendorfii loco supplementi inservitura, suppeditata ex Ducali Bibliotheca Wolferbuttelana. Præfatus est SIGISMUNDUS JACOBUS BAUMGARTEN.

Halæ,

Halæ, impensis Rengerianis, 1742, 4.
Alph. 3 plag. 10.

Usibus publicis adhibuit B. Autor cimelia Bibliothecæ Ducalis Wolferbuttelanæ ea ratione, quæ imitatoribus est admodum digna. Restat *Pars tertia* hujus Historiæ, cujus editionem propediem exspectamus. Exorsus quidem fuit Vir optimus peculiare caput, de historia literaria & polemica Tridentinæ Synodi inscriptum; at dolendum est, eum haud ultra Examen *Chemnitianum* processisse. Gratulandum vero est orbi erudito, quod Cel. *Baumgartenius* duplicem ei adjunget appendicem. Prior dabit supplementum, posterior spicilegium, quo *Martini Chemnitii* de laboribus Anti-Tridentinis judicium porro exponetur, accessionesque suppeditabuntur ad ea, quæ 3. *Saligius* jam fuit persecutus. Accedet designatio chrono-ogica eventuum, toto Opere expositorum, annalium brevio-um naturam æmulatura. Hæc significavit S. Rev. Præfationis Autor, postquam de indole & divisione operum posthumo-um commentatus fuit. Promittit idem prolixe Indicem, in niversam Reformationis ecclesiæ historiam *Saligianam* adorandum, nec non aliquot Orationes *Andreæ Dudithii*, & duas ortasse *Drascowitzii*, Episcopi Quinqueecclesiensis, Orationes, in editione *Lorandi Samuelfy* sit acquieturus, quam laudi-as haud immeritis testatur esse concelebrandam. Respon-et denique ad sex objectiones, quibus Historia *Saligiana* vul-fuit onerata, ratus tamen, excusari haud posse omnes ejus, ibus heterodoxos extulit, laudes, vel in orthodoxos vitu-rationes, vel doctrinarum theologicarum controversiarum-e dijudicationes. Telam exorsus fuit *Saligius* ab electio-Pontificis *Julii III*, cujus nævos haud dissimulavit. Ex- Pag. 4.
suit hujus commercia cum *Crescentio*, Purpurato, non peni-excusanda. Recensuit rationes, quibus Pontifex congruen-Tridenti egerit. De indole reformationis in Concilio haud versus Pontificem tentanda secretis literis Imperator Papæ fi-n dedit. Nec *Sarpium*, nec *Pallavicinum*, de hisce injectis mentionem, annotavit. Motus *Farnesianos*, & *Henrici II* 11.
s cum Papa, percensuit copiose. *Henrici II* Regis literas,

Pag. 31. A. 1563, 13 Aug. ad Concilium intercedendi causa scriptas,
43. exhibuit genuinas ex Bibliotheca Ducali. In necessitatem confessionis, Eucharistiæ præmittendæ, invectus fuit, postquam
52. controversias, de sacra cœna in Concilio agitatas, attigit. Historiam juris de Clericorum depositione ac pœnis candide edisseruit. *Joachimi II*, Electoris Brandeburgici, obsequia erga Pontificem haud dissimulavit, causamque eorum sincere exposuit. Quænam fuerint consecrationis cœnæ sacræ verba, ignoratur. Ex generalibus Concilii Tridentini verbis subnatæ *fuerunt li-*
64. tes intestinæ. Autor recensuit *Christophori a Capite Fontium*
67. controversiam, eapropter agitatam. Quid de communione sub utraque fuerit actum, perspicue enarravit, nec omisit judicium facere criticum de sessionis tertiæ argumento. *Ruardi Tapperi*, Theologi Imperatorii, vitam & scripta indicavit, eumque Pelagianismi coarguit. Nec minus de *Melchiore Cano*, *Alphonso de Castro*, *Petro Malvenda*, *Joanne Groppero*, & *Ambrosio Pe-*
80. *largo*, succincte exposuit. Quæ de pœnitentia in Concilio fuerunt demonstrandi ergo allata, dijudicavit idem. Doctrinæ de extrema unctione momenta præcipua, ac originis in *Marc. VI, 13,*
92. & *Jac. V, 14*, investigationem, dispexit. Reformationem Tridentinam *Vargas* vocavit *ignominiosam ac infamem*, *eoque tan-*
98. *tum utilem*, *ut fabula ac risus esset populo.* Tonsuræ primæ abusus idem notavit. *Saligio* autem libuit ostendere ex testimoniis eorum, qui Concilio interfuerunt, Archiepiscoporum, quam parum libertatis in Synodo illa fuerit assessoribus a Præsi-
103. de relictum. De sacramento pœnitentiæ, a Tridentinis definito, acute & argute commentatur, suamque immiscet de baptismi ac cœnæ sacræ originibus opinionem. Hasce repetit ex exilio Babylonico, in quo Judæi postcœnium paschale tantum celebrarint; illas ex baptismo proselytorum. Mallemus, Autor
109. ad liquidum utramque originem perduxisset! Quanto fastidio Protestantes excepti fuerint, ne quidem auditi, in Synodo, ipse ex Pontificiorum scriptis evicit. Literas, a Papa ad
114. Archiepiscopos, Moguntinum & Trevirensem, A. 1563 Tridentum datas, &, ut manerent ibi, hortantes, ex MSto cum orbe erudito communicavit. Id vero mirabitur universa posteritas.

ſteritas, *Creſcentium,* Pontificis Legatum, ab *Henrico II,* Rege Galliarum, donis muneribusque corruptum, præcognoviſſe, quæ *Mauritius,* Saxoniæ Elector, & *Henricus II,* in Imperatorem tentabant. Pontifex ſcilicet maluit abrumpi Concilium, quam a Cæſare flecti. Verba, quæ *Creſcentius* inſeruerat decreto, quo doctrina de conſecratione tractata fuerat, motibus fuiſſe pleniſſima, monuit. *Creſcentius* ſane inibi Pontificem dixerat *unum & ſupremum in terris caput,* ac ſtatum eccleſiæ Chriſti, a portis inferorum ſecuræ, derivaverat ab agnitione Pontificis. Aſſeſſores Concilii haud ſtetiſſe promiſſis ſuis, luculento exemplo Autor docuit. Quis et qualis exſtiterit *Fridericus Nauſea Blancicampianus,* ex ejusdem annotationibus diſcere juvat. *Creſcentius,* Præſes, ex viſo ingenti cane atro perculſus, obiit A. 1552. Omittimus multa, copioſe expoſita. *Hoſii,* Purpurati Romani, colloquium cum *Maximilieno II,* principe juventutis, attentionem lectoris acuit. *Commendonii* iter per Germaniam fuſius expoſitum eſt. *Leuthingeri* narratio de ejus actis Beroinenſibus merito refellitur. *Alberti,* Ducis Pruſſiæ, reſponſum, *Canobio* datum, ſinceritate ſe commendat. *Zachariæ Delfini* iter haud minus copioſe deſcribitur. Pontificis confeſſio de Clericorum conjugio & communione ſub una eſt omnino commemorabilis. Quam ſi ipſe in Concilio corroboraſſet, magna orbis terrarum diſſenſio videtur potuiſſe evitari. Placebunt ea lectoribus, quæ Autor de Indicibus librorum prohibitorum attulit. Vitam *Arnaldi Ferrerii,* nobilis Galli, Tridentinorum mallei, delineavit idem ſuccincte. Nec omiſit commemorare vitam *Vidi Fabri,* domini Pibracenſis. Quæ de *Andrea Duditbio,* ejuſque vita, attulit, fuſius ediſſeruit Cl. *Schwartzius* in Diatriba peculiari, quam modo laudavimus. De *reſidentiis,* ac *ordinationibus ſine titulo,* ut repetamus aliquid, ſupervacuum videtur. Argumentum de *ordinatione gratis danda* excellit admonitionibus piis, ſed quibus non potuit in Concilio relinqui locus. De calice, laicis concedendo, multi magnique exſtiterunt motus. Galli, immo Imperator, per ſuos eum acriter popoſcerunt. At votis haud reſpondit eventus. Noſtrum eſt, Lectores ad librum ipſum remittere, quippe diſtributum accurate, diligentiſſimeque elaboratum, cedro dignum,

Pag. 119. 126. 135. 159. 180. 220. 237. 256. 276. 294.

Pag. 31. A. 1563, 13 Aug. ad Concilium intercedendi causa scriptas,
43. exhibuit genuinas ex Bibliotheca Ducali. In necessitatem confessionis, Eucharistiæ præmittendæ, invectus fuit, postquam
52. controversias, de sacra cœna in Concilio agitatas, attigit. Historiam juris de Clericorum depositione ac pœnis candide edisseruit. *Joachimi II*, Electoris Brandeburgici, obsequia erga Pontificem haud dissimulavit, causamque eorum sincere exposuit. Quænam fuerint consecrationis cœnæ sacræ verba, ignoratur. Ex generalibus Concilii Tridentini verbis subnatæ *fuerunt* li-
64. tes intestinæ. Autor recensuit *Christophori a Capite Fontium*
67. controversiam, eapropter agitatam. Quid de communione sub utraque fuerit actum, perspicue enarravit, nec omisit judicium facere criticum de sessionis tertiæ argumento. *Ruardi Tapperi*, Theologi Imperatorii, vitam & scripta *indicavit, eumque* Pelagianismi coarguit. Nec minus de *Melchiore Cano*, *Alphonso de Castro*, *Petro Malvenda*, *Joanne Groppero*, & *Ambrosio Pe-*
80. *largo*, succincte exposuit. Quæ de pœnitentia in Concilio fuerunt demonstrandi ergo allata, dijudicavit idem. Doctrinæ de extrema unctione momenta præcipua, ac originis in *Marc. VI, 13.*
92. & *Jac. V, 14*, investigationem, dispexit. Reformationem Tridentinam *Vargas* vocavit *ignominiosam ac infamem*, *eoque tan-*
98. *tum utilem, ut fabula ac risus esset populo.* Tonsuræ primæ abusus idem notavit. *Saligio* autem libuit ostendere ex testimoniis eorum, qui Concilio interfuerunt, Archiepiscoporum, quam parum libertatis in Synodo illa fuerit assessoribus a Præsi-
103. de relictum. De sacramento pœnitentiæ, a Tridentinis definito, acute & argute commentatur, suamque immiscet de baptismi ac cœnæ sacræ originibus opinionem. Hasce repetit ex exilio Babylonico, in quo Judæi postcænium paschale tantum celebrarint; illas ex baptismo proselytorum. Mallemus, Autor
109. ad liquidum utramque originem perduxisset! Quanto fastidio Protestantes excepti fuerint, ne quidem auditi, in Synodo, ipse ex Pontificiorum scriptis evicit. Literas, a Papa ad
114. Archiepiscopos, Moguntinum & Trevirensem, A. 1563 Tridentum datas, &, ut manerent ibi, hortantes, ex MSto cum orbe erudito communicavit. Id vero mirabitur universa posteritas,

ſteritas, *Creſcentium*, Pontificis Legatum, ab *Henrico II*, Rege Galliarum, donis muneribusque corruptum, præcognoviſſe, quæ *Mauritius*, Saxoniæ Elector, & *Henricus II* in Imperatorem tentabant. Pag. 119. Pontifex ſcilicet maluit abrumpi Concilium, quam a Cæſare flecti. Verba, quæ *Creſcentius* inſeruerat decreto, quo 126. doctrina de conſecratione tractata fuerat, motibus fuiſſe pleniſſima, monuit. *Creſcentius* ſane inibi Pontificem dixerat *unum & ſupremum in terris caput*, ac ſtatum eccleſiæ Chriſti, a portis inferorum ſecuræ, derivaverat ab agnitione Pontificis. Aſſeſſores Concilii haud ſtetiſſe promiſſis ſuis, luculento exemplo Autor docuit. Quis et qualis exſtiterit *Fridericus Nauſea Blancicampianus*, ex ejusdem annotationibus diſcere juvat. 135. *Creſcentius*, Præſes, ex viſo ingenti cane atro perculſus, obiit A. 159. 1552. Omittimus multa, copioſe expoſita. *Hoſii*, Purpurati Romani, colloquium cum *Maximiliano II*, principe juventutis, attentionem lectoris acuit. *Commendonii* iter per Germaniam 180. fuſius expoſitum eſt. *Leuthingeri* narratio de ejus actis Berolinenſibus merito refellitur. *Alberti*, Ducis Pruſſiæ, reſpon- 220. ſum, *Canobio* datum, ſinceritate ſe commendat. *Zachariæ Delfini* iter haud minus copioſe deſcribitur. Pontificis con- 237. feſſio de Clericorum conjugio & communione ſub una eſt omnino commemorabilis. Quam ſi ipſe in Concilio corroboraſſet, magna orbis terrarum diſſenſio videtur potuiſſe evitari. Placebunt ea lectoribus, quæ Autor de Indicibus librorum pro- 256. hibitorum attulit. Vitam *Arnaldi Ferrerii*, nobilis Galli, Tri- 276. dentinorum mallei, delineavit idem ſuccincte. Nec omiſit commemorare vitam *Vidi Fabri*, domini Pibracenſis. Quæ de *Andrea Dudithio*, ejuſque vita, attulit, fuſius ediſſeruit Cl. *Schwartzius* in Diatriba peculiari, quam modo laudavimus. De 294. *reſidentiis*, ac *ordinationibus ſine titulo*, ut repetamus aliquid, ſupervacuum videtur. Argumentum de *ordinatione gratis danda* excellit admonitionibus piis, ſed quibus non potuit in Concilio relinqui locus. De calice, laicis concedendo, multi magnique exſtiterunt motus. Galli, immo Imperator, per ſuos eum acriter popoſcerunt. At votis haud reſpondit eventus. Noſtrum eſt, Lectores ad librum ipſum remittere, quippe diſtributum accurate, diligentiſſimeque elaboratum, cedro di-

gnum, & ad omnes seculorum decursiones commemorabilem Judicium criticum paginam facit utramque. Nec facile omissum est ullum rei gestæ momentum minutissimum, quod undecunque potuit exquiri. Stili limpidum tersumque ita manat flumen, ut perspicuitati acumen, & acumini compositio amœna, accedat. Vota idcirco omnium eo tendunt, ut coronis pulcherrimo Operi propediem imponatur.

Vergleichung der Historien und Thaten verschiedener Orientalisch- und Indianischer grosser Helden und berühmten Männer, rc.

hoc est,

COMPARATIO HISTORIARUM AC FActorum, quibus diversi Orientales ac Indici Heroes clarique viri excelluerunt, consignata ad Plutarchi exemplum a LUDOVICO HOLLBERGIO, Assessore Dicasterii Eccles. ac Prof. Publ. Hafniensis. Ex Danico vertit, ac Præfationem præmisit, J. F. S.

Pars II.

Hafniæ & Lipsiæ, apud Jacobum Preuss, 1741, 8.
Alph. 3 plag. 3.

In Isagoge, Operi præmissa, Interpres id egit, ut *incrementa* & progressus vitiorum, ac viros doctissimos, qui emendationem depravatæ hominum vitæ curæ cordique habuere, percenseret. Originem ex *Caini* exemplo demonstrat. *Chamus* semina nequitiæ, inundatione terrarum defunctus, sparsit per restituti mundi exordia. Synodi sacræ ostendunt, quanta inter ecclesiastas & clericos Christianos succreverit vitiorum seges. Facies eorum nostra ætate est speciosa & pigmentis infuscata, ut subtilius ac efficacius ipsa possint imponere incautis, orbique dominari. *Aristotelis* Ethica, Cynicorum studiosa virtutum, decoro profligato, pervestigatio, *Zeno*, Stoicorum parens, ac *Epicurus* ipse, vitiis tollendis invigilarunt, fontes vero varie turbarunt. Ætate nostra *Christianus Thomasius*, *Gundlingius*, *Jo. Franc. Buddeus*, & *Rüdigerus*, nec non Ill. *Christianus Wolfius*, quem

quem Prologus vocat *omnium philosophicarum scientiarum instauratorem*, idem saxum opera volverunt feliciori. Methodo Ethici usi fuerunt varia. Ægyptii & *Pythagoras* hieroglyphice moralia tractarunt, quos *Cebes* & *Claud. Franc. Menestrierius* imitati sunt. Dialogos adhibuit *Socrates*, cui vero id vitio vertit *Socrates*, quod crediderit, voluntatem per intellectum emendari, addens tamen statim, *Socratis* ex opinione virtutem esse donum Dei, ac precibus ab eo obtineri. *Platonis* in Dialogis notat phaleras oratorias, & fucum oratorium. Dramatica vitiorum impugnatio haud diu stetit. Successit in ejus locum Comœdia & Tragœdia minus mordax. Excelluit in notandis hominum nævis, ac modo elocutionis urbano, *Molierius*. Jungendus nunc est ipsi *Lud. Hollbergius*, qui serio magis Hafniæ huc usque eisdem conatibus vacavit, haud citra fructum. *Æsopus*, *de la Fontaine*, *de la Mothe*, *Henricus Alcmariensis* in libro *Reinecke Vos*, *M. G. Rollenhagen* in libro *Froschmæusler*, *Melchior Pfinzing* in libro *Ritter Theurdanck*, aliique, fabulas ad vitia eliminanda amarunt. Alii fabulas Romanenses eodem fine adhibuerunt, quorum princeps existimatur *Philoxenus*, Cytheréæ natus. *Octaviæ* autor exstitit solus Dux *Antonius Ulricus*, licet Autor Præfationis ei addiderit fratrem *Rudolphum Augustum*. Satyrographos ipse recenset potiores. *Joannis Swifti* fabulam *de dolio* spectare ad Episcopales Angliæ deridendos, credit, nec omittit *Petri Paarsi historiam*, libellum Romanensem, quo Cel. *Hollbergius* vitiis nævisque mortalium medicinam voluit parare. Exemplis propositis virtutem exhibuerunt commendabilem *Plutarchus*, *Valerius Maximus*, *Ælianus*, aliique. Hosce, primum maxime, imitari contendit Cel. *Hollbergius* in hoc ipso Opere, Danice scripto, nunc vero in Germanicum converso. *Pars prior* exhibet bis sex comparatas inter sese vitas, nempe Principis Tatarici *Gingis-Chani* & *Tamerlani*, quorum posteriorem a commentis, ac inclementia, in *Bajazethen* admissa, defendit. Excipiunt hos vitæ Mogolici Principis, *Oran-Zeb*, & Ægyptii Sultani, *Saladini*. Quæ præmisit, monita de modis ad honores perveniendi, prorsus sunt egregia, salibus conspersa, solis haud placitura pietatis fucosæ præconibus. Tum sequuntur vitæ Regis Indorum, *Akebari*, & Russici Impe-

Imperatoris, *Petri Alexiowitz*; Imperatoris Hussitarum, *Ziskæ*, Principisque Epirotarum, *Scanderbegi*, quibus notio, de heroe formanda, fuit præmissa; Persici Regis, *Schach-Abas*, & Turcici Imperatoris, *Solimanni*; ac tandem duorum Americanorum Regum, *Montezumæ* ac *Atapalibæ*, quorum descriptioni Vir Cel. adjecit vanitatem juris Hispanorum in Indiam occidentalem occupandam. *Pars posterior* æque lectoribus offert sex vitarum collationes. Comparantur in ea *Zoroaster* & *Muhammedes*. In contentionem adducuntur *Zenobia*, Palmyrena, & *Catharina Alexiewna*. Componitur *Myrr-Weis* heros heroi *Myrr-Maghmud*. Confertur dux bellicus, ingenii gloria præstans, *Mahobed-Kan*, cum *Emir-Jemla*, æque Indo. Comparatio instituitur inter *L. Sullam* & *C. J. Cæsarem*, ac isagoge præmittitur de differentia inter indolem magnam, ac virum, rationi litantem. Tandem conferuntur inter sese *Socrates* & *Epaminondas*, ac genuini Philosophi diversæ exhibentur notæ. Juvat perlegisse singulas præmonitiones, singulis comparationibus præfixas. Gravioris sane momenti est investigatio rationum, cur impostoribus, *Zoroastri* ac *Muhammedi*, per tantum temporis tractum tot fuerint assectatores. Ad *Zenobiam* illustrandam inquirit Cel. *Hollbergius* in quæstionem, an sexus fœmineus ab actionibus universis ponderosis sit excludendus. *Myrr-Weisio* præmisit descriptionem indolis, quæ conditoribus ac conservatoribus monarchiarum excellentiorum inesse debet. Fuit enim ipsi constitutum, æmulari ac exprimere *Plutarchum*, qui singulis comparationum modulis doctrinam præmisit moralem, subjuncta comparatione illustrandam. Monuit hæc Cel. Autor ipse in Præfatione sua, addiditque, seculum nostrum excellere heroibus virisque & fœminis in imperiorum scena summis, licet multitudine ac præstantia virorum eruditorum cedat seculo superiori. Noluit exemplaria virtutum ac vitiorum deligere singula ex Europæ historiis, tum ob gravissimas caussas, tum ne crambe esset recoquenda. Securius certe reprehenduntur res & vitia summorum virorum, a nobis remotissimorum. Quo minus res gestas exponeret curate & annis adstrictas, prohibuit scopus. Ipse enim non Historicum agit, sed format specula vitæ, in quæ intuentes discant sapere, ac stultitiam vitare. Optandum sane esset, ut exstarent complures ejusmodi *Comparationes*, ex recentiori historia depromtæ! Felicior enim est historia, quæ virtutem simul instillat, judiciumque confirmat, ea, quæ non nisi memoriam prægravat. Testimonia Autorum, ac testium loca, neminem hic quærere oportet. Scopus enim operosam hanc diligentiam respuit. Sæpius tamen ad scriptores fide plenos Autor provocavit, nec dissensum eorum nonnunquam dissimulavit. Ea, quæ perlegimus, nobis visa sunt hinc inde *Plutarchum* superare, sæpius æquare, rarius proxime ad eum accedere. Docet Cel. Autor suo exemplo, aquilonaria ingenia haud semper frigere, quin potius Gallis, huc illuc saltantibus levissimisque, esse tardiores Danos, eoque ipso judicii præstantioris, ac ingenii ad soliditatem magis subacti.

✡ ✡ ✡

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Novembris Anno MDCCXLIII.

VINDICIÆ CANONICARUM SCRIPTURARUM Vulgatæ Latinæ editionis, seu vetera Sacrorum Bibliorum Fragmenta juxta Græcam Vulgatam & Hexaplarem, Latinam antiquam Italam, duplicemque S. Eusebii & Hieronymi, translationem, nunc primum in lucem edita atque illustrata opera & studio JOSEPHI BLANCHINI, *Veronensis Presbyteri Congregationis Oratorii Romani.*

Pars I.

Romæ, ex typographia S. Michaelis, sumtibus Hieronymi Mainardi, 1740, fol.

Alph. 7 plag. 8.

In aciem hic prodire videmus novum Romanæ Ecclesiæ propugnatorem, *Josephum Blanchinum.* Is est patruus *Francisci Blanchini*, qui *Anastasii*, Bibliothecarii, *Vitas Pontificum*, Romæ A. 1718 & sequentibus edidit, cujus *Tomo IV* Psalterium secundum antiquam versionem Italam *Josephus* inseruit. Hic *Vindiciarum* vulgatæ Latinæ versionis liber *Tomus primus* est, ac veluti nuntius magni Operis, quod *sex Partibus*, succedente tempore in lucem emittendis, absolvetur. Qui pro aris ac focis Romanæ non dimicant Ecclesiæ, ii omnes *authentiam* vulgatæ versionis, in Concilio Tridentino sancitam, in dubium & olim vocarunt, & hodieque vocant. Hos quidem ita coercere Cl. *Blanchinus* instituit, ut sciscat, hodiernam vulgatam Vet. Testamenti versionem, ad normam τῆς LXX interpretum κοινῆς confectam, an-

tiquam illam *Italicam* itidem esse, quæ in veteri Occidentis Ecclesia primas obtinuit, & pro publica prope recepta fuit, *Augustino* de *Doctrina Christ. Lib. II Cap. 11* teste. Atque hoc consilio in eo sibi elaborandum esse arbitratur, ut veterem Italicam conversionem ex optimis subsidiis pristino restituat nitori. *Flaminius* quidem *Nobilius*, autoritate *Sixti V*, Pont. Max. aliquid ejusmodi laboris suscepit, quod Romæ A. 1588 formis descriptum prodiit. Verum is ex verbis Patrum dubiis & incertis laudatam versionem renovavit & emendavit, *neque ipsos* fontes, id est, vetustissima sacrorum Codicum exempla, in consilium adhibuit. Itaque certissimum est, non facilius in *Nobiliana* Italam, quam aliam quamlibet, reperiri posse; ut *P. D. Huetius* judicat *de Claris Interpretibus pag. 110.* Hinc Cl. *Martianaeus*, Benedictinus e Congregatione *S. Mauri* Monachus, aliam, eamque meliorem, iniit veteris restituendæ versionis viam ac rationem. Is nimirum edidit *vulgatam antiquam Latinam & Italam versionem Evangelii secundum Matthæum*, ex Codice in antiquis membranis exarato literis Saxonicis vel Merovingicis ante octingentos annos, quem olim Bibliotheca habuit Corbejensis in Francia, nunc vero S. Germani a Pratis continet. Ex simili Codice, hinc itidem petito, *Epistolam Canonicam* S. *Jacobi Apostoli* exire idem Vir doctissimus jussit. At nova plane, ut opinatur, arte Cl. *Blanchinus Canonicas vulgatæ Latinæ editionis scripturas* vindicare molitur, multo pluribus anecdotis sacrorum librorum fragmentis *utens*, secundum Græcam vulgatam, & Hexaplarem, Latinam antiquam Italam, duplicemque S. *Hieronymi* versionem, quæ ex Codicibus IV, V, & VI Seculi manu exaratis delibavit. In hos eam præcipuam virtutem, quam S. *Augustinus loc. cit. Cap. 15 Italicæ* tribuit, convenire credit, *ut tenaciores verborum sint, cum perspicuitate sententiæ*. Hinc concludit, eos antiquam Latinam *Italam* mirifice repræsentare. Occasionem ei tantum devorandi laborem cum dissensio dedit omnium, qui a sacris Romanis aversi sunt, tum maxime *Thomas Jamesius*, edito *de Bello Papali* Londini A. 1600, 4, libro, quem *sacrilegum* vocat in Dedicatione *Blanchinus*. Hunc cum legisset, magnopere stomachatus est. Quare ira plenus hoc eleganter scilicet Latinum

de

de eo tulit judicium: *Nihil illo Opere* injurius *Ecclesiæ*, *Patribus Tridentinis*, *& ipsi Apostolicæ Sedi*, *excogitari poterat*, *nihil scelestius*. Vir ille præclare doctus in *Bello* suo *Papali* ambas, *Sixtinam* pariter & *Clementinam*, vulgati interpretis emendationes inter se contulit, &, quemadmodum toto a se intervallo disjunctæ sint, ante oculos posuit omnium. Ambæ unt ejusmodi, ut a vulgata, quam Concilium Tridentinum robavit, conversione totæ sint alienæ. Ex quo sequitur, ut uo R. R. P. P. *Sixtus V*, & *Clemens VIII*, ipsa illius Concilii ecreta imprudentes everterint, &, quam ista in αὐθεντίας ronum evexerant, vulgatam de eo rursus dejecerint. Nulla ujus libri ad Pontificios pervenerat notitia, eam vero *Theodo- Husemanno*, Herbipolensi, debent. Hic antehac, ut præcipuas Germaniæ Academias perlustravit, sic & in Jenensem profectus est. Ordinem ibi adiit Theologorum, eidemque septem ra viginti quæstiones proposuit, potiora religionis dogmata se continentes. Petiit ab eo, ut, quod ad eas singulas responsurus esset, in literas referret, suoque sigillo muniret. Non it repulsam *Husemannus*, verum ejus desiderio satisfactum Hac autem data occasione, summe reverendus ordo Jesis librum *Thomæ Jamesii* legendum ei commendavit. Ex- Epistola *Theodori Husemanni* ad *Joseph. Blanchinum*, cui ali-m ejus responsionis partem, quæ illuc quidem pertinet, item dedit. Responsum *Facultatis*, ut dicitur, *Jenensis* da- est die 27 Aug. A. 1735, ejusdemque uberior declaratio 5 Sept. A. 1735. Noluimus hæc taciti præterire, cum n harum nobis *Vindiciarum* enuntient. His declaratis, ea, hoc quidem *Tomo* continentur, primum, deinde vero, in sequentibus exhibebuntur, breviter & summatim enar- nus.

P. II pag. 288 seq.

Totus hic *Tomus* in *binas* commode *Partes* dividitur, Cl. Autor non quidem expressis verbis, at distinctis tamen is, indicavit. Harum 410 *Partem* definiunt *priorem*, cui issa est *Præfatio historica generalis de Vet. Testamenti textu ali*, *& versionibus Græcis ac Latinis*, in *V Capita* distributa. agit de canone divinarum Scripturarum, ab Ecclesia re- Pag. 1.

 cepto

Pag. 12. cepto ante & poſt Chriſtum natum. *Cap. II* de Libris auto-
graphis & apographis legis & Prophetarum, eorumque hiſto-
15. ria, exponit. *Cap. III* ſic inſcribitur: de præcipuis verſioni-
bus Bibliorum, Vet. Teſtamenti Græca & Latina, earumque au-
31. toritate. In *Cap. IV* de vetuſtiſſimis, quæ hodie ſuperſunt, exem-
plaribus avtographis, vel apographis, Vet. Teſtamenti diſſeritur.
40. Ac *Capite* denique *V* hiſtoriam textus Biblici, ac verſionum, ex
antiquis Chriſtianorum monumentis, præſertim Romanis, com-
47. probatam, deſcribit. Sequitur *divina Bibliotheca, ſeu* variantes
lectiones Vet. Teſtamenti, juxta Hebraicam veritatem tranſlati,
& Novi, Græcæ fidei redditi a S. *Hieronymo*, nunc primum in
lucem emiſſæ, una cum Epiſtola apocrypha S. *Pauli* ad Laodicen-
ſes. Sumtæ ſunt illæ lectiones ex antiquiſſimo Codice MSto
Toletanæ Eccleſiæ, qui Gothicis literis pictus eſt. *Hunc Chri-
ſtoph. Palomares* cum *Jo. Hentenii* S. Codicis editione, quæ A.
216. 1569 Lugduni luci expoſita fuit, diligenter contulit. Iſti Codi-
ci Vir doctus, *Jo. Mariana*, ætatem octingentorum annorum
50. adſcripſit. Verum *Palomares* in Præfatione ſua ad *exemplar
Gothicum* ad Seculum decimum retulit, cum *Joannes* quidam,
Cordubenſis Præſul, manu ſua in fine annotaverit, ſe A. 1026
hunc Codicem, tanquam pervetuſtum, ad alia exemplaria
caſtigaſſe, ac, veluti pretioſum donum, Eccleſiæ Hiſpalenſi
obtuliſſe. Huic Codici ſubjectæ ſunt *quatuor* verboſiſſimæ *Epi-
217. ſtolæ*; quarum *binæ* ad Abbatem *Garbellium* exaratæ ſunt. Una
221. de Pſalterio Latino Veronenſi, ex verſione *Itala*, *altera* de Pſal-
terio Græco Veronenſi ſecundum κοινὴν, ſeu vulgatam LXX in-
226. terpretum editionem, conſcripta eſt. *Tertia*, quæ ad Cl. *Go-
rium* perſcripta fuit, de eodem exponit argumento, nec non de
univerſa Græca τῶν ό verſione, ab *Origene* in Hexaplis ad He-
braicam veritatem exacta, & ſub obelis atque aſteriſcis poſita.
250. *Quarta* denique, ad Cl. *Jo. Chryſoſtomum* exarata, de Pſalterio
agit Græco Veronenſi, Latinis literis ſcripto, de nonnullis
Hexaplorum fragmentis, antehac ineditis, de Vet. Teſt. libris
a S. *Hieronymo* ex *Origenis* LXX Interpretum exemplo Lati-
verſis. Accedit ſpecimen & deſcriptio Codicis Chiſiani, &
de eo judicia, quæ *Leo Allatius*, aliique, tulerunt. Adda-
exem

xemplum quadripartiti Psalterii, fragmentum libri *Sapientiæ*, Pag. 252.
:cundum Italam versionem, ex Codice Veronensi. His adjuncti 289.
ınt libri *Esther* & *Baruch*, ex Codice Vallicellano, & liber *Baruch* 294.
ῶν ό Codicis Chisiani, cum editione Vaticana collatus. Epi- 314.
ola copiosa, quæ ad Ill. *Josephum Mariam* S. R. I. Comitem 319.
e Thunn data est, de *Bibliotheca divina* disputat, quam Cl.
Aartianæus Parisiis A. 1693 typis exprimendam curavit, & de
:bus aliis, quæ huic causæ vicinæ sunt & finitimæ. Huic inser- 322.
: est descriptio Codicum Alcuini & Carolini, de quo etiam utro- 330.
ue fertur sententia. Ibidem inveniuntur alia, ut: Fragmen- 336.
ım *Libri III Regum*, *Libri I Regum*, *Libri Tobiæ*, ex Itala 341.
ersione, cum hujus insigni elogio; *Libri Judith* canonica di- 358.
ıitas demonstrata; Capitulum XXIV Concilii Nicæni de Cano- 359.
.cis Scripturis, nondum editum; descriptio Codicis Evangelio- 361.
ım S. *Eusebii*, una cum Epistola Cl. *Ruggerii* de hoc Codice, & 367.
ia Abbatis *Garbellii* de Codice Evangeliorum Brixiano; descri- 368.
ioCodicis argentei Vindobonensis Evangeliorum & Codicis Ve- 381.
nensis. Cum his, quæ hactenus recensuimus, conjungitur senten- 396.
ı Papæ *Leonis* de apocryphis Scripturis, & specimen vulgatæ an- 401.
quæ Latinæ & Italæ versionis Evangelii secundum *Matthæum*, ex 405.
ıatuor vetustissimis Codicibus erutæ ac illustratæ. Hæc in *quarta* 406.
ıjus Operis *Parte*, una cum fere toto Novo Testamento, edetur.
:plicit hic *Pars* ea, quam *priorem* nominare nulli dubitavimus.

Accedimus nunc ad *Partem alteram*, quam novæ, quæ
:hoantur, paginæ indicant. Præcipuum in ea est *Psalterium* 1.
plex, cum *Canticis* sacris, ex *utroque Fædere* collectis. Tex- 260 seq.
s est vulgata Græca LXX Interpretum, & antiqua Latina Ita-
versio. Prodit ex insigni Codice Græco-Latino Capituli Ve-
nensis, qui uncialibus literis ante Seculum VII exaratus est.
:æcus etiam textus Latinis scriptus est literis, quas nulli si-
ıant accentus, nec interpunctiones distinguunt. Cl. *Blanchinus*
æ cujusque paginæ variantes subjecit lectiones, ex aliis, cum
itis, tum nondum editis, exemplaribus decerptas. Adjectæ
na sunt *Epistolæ*: *una* ad Rev. *Passioneum*, in qua specimen Co- 279.
:is Chisiani, in posterum edendi, datur, *altera Husemanni*, ad
. *Blanchinum* missa, cujus jam supra compendiariam communi- 288.

 cavimus

Pag. 12. cepto *ante* & post Christum natum. *Cap. II* de Libris avtographis & apographis legis & Prophetarum, eorumque histo-
15. ria, exponit. *Cap. III* sic inscribitur: de præcipuis versionibus Bibliorum, Vet. Testamenti Græca & Latina, earumque au-
31. toritate. In *Cap. IV* de vetustissimis, quæ hodie supersunt, exemplaribus avtographis, vel apographis, Vet. Testamenti differitur.
40. Ac *Capite* denique *V* historiam textus Biblici, ac versionum, ex antiquis Christianorum monumentis, præsertim Romanis, com-
47. probatam, describit. Sequitur *divina Bibliotheca, seu variantes* lectiones Vet. Testamenti, juxta Hebraicam veritatem translati, & Novi, Græcæ fidei redditi a S. *Hieronymo*, nunc primum in lucem emissæ, una cum Epistola apocrypha S. *Pauli* ad Laodicenses. Sumtæ sunt illæ lectiones ex antiquissimo Codice MSto Toletanæ Ecclesiæ, qui Gothicis literis pictus *est*. *Hunc Christoph. Palomares* cum *Jo. Hentenii* S. Codicis editione, quæ A.
216. 1569 Lugduni luci exposita fuit, diligenter contulit. Isti Codici Vir doctus, *Jo. Mariana*, ætatem octingentorum annorum
50. adscripsit. Verum *Palomares* in Præfatione sua ad *exemplar Gothicum* ad Seculum decimum retulit, cum *Joannes* quidam, Cordubensis Præsul, manu sua in fine annotaverit, se A. 1026 hunc Codicem, tanquam pervetustum, ad alia exemplaria castigasse, ac, veluti pretiosum donum, Ecclesiæ Hispalensi obtulisse. Huic Codici subjectæ sunt *quatuor* verbosissimæ *Epi-*
217. *stolæ*; quarum *binæ* ad Abbatem *Garbellium* exaratæ sunt. Una
221. de Psalterio Latino Veronensi, ex versione *Itala*, *altera* de Psalterio Græco Veronensi secundum *κοινὴν*, seu vulgatam LXX in-
226. terpretum editionem, conscripta est. *Tertia*, quæ ad Cl. *Gorium* perscripta fuit, de eodem exponit argumento, nec non de universa Græca τῶν ό versione, ab *Origene* in Hexaplis ad Hebraicam veritatem exacta, & sub obelis atque asteriscis posita.
250. *Quarta* denique, ad Cl. *Jo. Chrysostomum* exarata, de Psalterio agit Græco Veronensi, Latinis literis scripto, de nonnullis Hexaplorum fragmentis, antehac ineditis, de Vet. Test. libris a S. *Hieronymo* ex *Origenis* LXX Interpretum exemplo Latine versis. Accedit specimen & descriptio Codicis Chisiani, ac de eo judicia, quæ *Leo Allatius*, aliique, tulerunt. Additum exem-

:xemplum quadripartiti Psalterii, fragmentum libri *Sapientiæ*, Pag. 252.
ecundum Italam versionem, ex Codice Veronensi. His adjuncti 289.
unt libri *Esther* & *Baruch*, ex Codice Vallicellano, & liber *Baruch* 294.
τῶν ὁ Codicis Chisiani, cum editione Vaticana collatus. Epi- 314.
tola copiosa, quæ ad Ill. *Josephum Mariam* S. R. I. Comitem 319.
le Thunn data est, de *Bibliotheca divina* disputat, quam Cl.
Martianæus Parisiis A. 1693 typis exprimendam curavit, & de
ebus aliis, quæ huic causæ vicinæ sunt & finitimæ. Huic inser- 322.
a est descriptio Codicum Alcuini & Carolini, de quo etiam utro- 330.
que fertur sententia. Ibidem inveniuntur alia, ut: Fragmen- 336.
um *Libri III Regum*, *Libri I Regum*, *Libri Tobiæ*, ex Itala 341.
versione, cum hujus insigni elogio; *Libri Judith* canonica di- 358.
gnitas demonstrata; Capitulum XXIV Concilii Nicæni de Cano- 359.
nicis Scripturis, nondum editum; descriptio Codicis Evangelio- 361.
rum S. *Eusebii*, una cum Epistola Cl. *Ruggerii* de hoc Codice, & 367.
alia Abbatis *Garbellii* de Codice Evangeliorum Brixiano; descri- 368.
ptioCodicis argentei Vindobonensis Evangeliorum & CodicisVe- 381.
ronensis. Cum his, quæ hactenus recensuimus, conjungitur senten- 396.
tia Papæ *Leonis* de apocryphis Scripturis, & specimen vulgatæ an- 401.
tiquæ Latinæ & Italæ versionis Evangelii secundum *Matthæum*, ex 405.
quatuor vetustissimis Codicibus erutæ ac illustratæ. Hæc in *quarta* 406.
hujus Operis *Parte*, una cum fere toto Novo Testamento, edetur.
Explicit hic *Pars* ea, quam *priorem* nominare nulli dubitavimus.

Accedimus nunc ad *Partem alteram*, quam novæ, quæ
inchoantur, paginæ indicant. Præcipuum in ea est *Psalterium* 1.
duplex, cum *Canticis* sacris, ex *utroque Fædere* collectis. Tex- 260 seq.
tus est vulgata Græca LXX Interpretum, & antiqua Latina Ita-
la versio. Prodit ex insigni Codice Græco-Latino Capituli Ve-
ronensis, qui uncialibus literis ante Seculum VII exaratus est.
Græcus etiam textus Latinis scriptus est literis, quas nulli si-
gnant accentus, nec interpunctiones distinguunt. Cl. *Blanchinus*
oræ cujusque paginæ variantes subjecit lectiones, ex aliis, cum
editis, tum nondum editis, exemplaribus decerptas. Adjectæ
bina sunt *Epistolæ*: *una* ad Rev. *Passioneum*, in qua specimen Co- 279.
dicis Chisiani, in posterum edendi, datur, *altera Husemanni*, ad
Cl. *Blanchinum* missa, cujus jam supra compendiariam communi- 288.

 cavimus

Pag. 290. cavimus enarrationem. Tandem descriptio interpretationis Græcæ Psalmorum S. *Athanasii*, & Commentarii, nondum antehac editi, S. *Epiphanii* in Cantica Canticorum, ipsum hunc To-
293. *mum* finiunt. Ceterum septem supra decem *tabulæ* æri incisæ
294. hoc continentur *Volumine*, in quibus characteres rariorum, quotquot enarrantur, Codicum MStorum oculis subjiciuntur. Restat, ut contenta *sex Partium*, adhuc sperandarum, ipsis Cl. Autoris verbis designemus. *Pars I* complectetur non pauca Hexaplorum fragmenta, antehac inedita; *II* Vet. Test. libros, a *S. Hieronymo* ex *Origeniano* LXX Interpretum exemplari in Latinum sermonem translatos; *III* uberem lectionum variarum silvam, ex MStis libris optimæ notæ decerptam, quibus restituetur pristinæ integritati Canon Hebræus, seu Vet. Test. versio, a Cl. *Martianæo* sub titulo Bibliothecæ divinæ S. *Hieronymi* evulgata; *IV* complures utriusque Fœderis libros secundum Italam versionem; *V* Vet. Test. libros, a S. *Hieronymo* e Chaldaico in Latinum sermonem conversos; & *VI* demum vindicias Canonis S. Scripturarum, quem Tridentina Synodus Sessione IV, celebrata die VIII Mensis Aprilis A. D. 1546, condidit & asseruit. Ergo his ad bene de omni reliquo labore suo sperandum quasi signum aliquod sustulit Cl. *Blanchinus*. At nos, ut libere dicamus, parum bene de re ejus proposita speramus. Namque *duabus* ille *anteceptis* laborat *opinionibus*, quæ, quo minus verum perspicere possit, ipsum impediunt. *Una* est *studium sectæ suæ nimium*; *altera* vero *nimia causæ*, quam acturus est, *fiducia*. Quod ad nimium Ecclesiæ, in cujus luce vivit, studium attinet, illud quidem verbis declaravit injuriosis, quibus alios petit lacessitque homines, qui sacræ civitatis Romanæ rebus minime student. Hos etenim modo *hæresiarchas*, modo *perduelles*, modo *hæreticos*, modo denique *pestes*, vocat; ut alia ejusmodi valde ignominiosa nomina taceamus. Ea quidem excusat ille, &, nescio cujus, *zeli*, & incredibilis erga sanctiores literas studii, velo in Dedicatione tegit. Nos autem *zelum* hominis, qui sub vexillo Romani Pontificis illustre meriturus est stipendium, præeunte sancto Servatoris legato, ζῆλον ὀ κατ' ἐπίγνωσιν *Rom.X,2*, nominamus. Cl. Autor nimiam quoque causæ suæ prodit fiduciam,

fiduciam, dum, principia, quæ ponit, critica ejusmodi esse, sciscit, ut omni careant controversia, atque a nemine infirmari refellique queant. Dixit, ac si Pythius Apollo ex tripode fudisset oraculum. Sola principia *Euclidea*, &, quæ his similia sunt, philosophica, tanta valent veritatis virtute, ut omnem præcidant dubitationem. Critica vero, qualia hæc sunt, conjecturarum loco haberi debent, quæ & veræ & falsæ esse possunt, nisi has quidem præcise & ulla sine exceptione veras esse, summus Pontifex *ex Cathedra* decernat. Sed nos ea sequimur, quæ recta & purgata nos docet ratio. Nonne igitur novus Romanæ sedis miles triumphum canit ante victoriam? En tibi arma literarii & religiosi belli, quod nobis indixit: Versio vulgata est Vetus Italica. E. est Canonica Scriptura. E. Codex Hebræus, ubi in rebus morum & fidei, atque in computatione librorum canonicorum, a vulgata recedit editione, vitiis laborat. E. Concilium Tridentinum vulgatæ αὐθεντίαν recte meritoque indicavit. Ridet hæc, quem leges artis ratiocinandi minime prætereunt. Id, quod sumit Cl. *Blanchinus*, nondum ita extra controversiam positum est, ut non amplius in lite vertatur. Nam fragmenta, quæ antiquam *Italam* significare *videntur*, nondum eam *re ipsa* significant. *Possunt* quidem hanc designare; verum a *posse* ad *esse* non valet consequentia. Criterium, ex S. *Augustino* sumtum, nimis est generale, ac dubios nos semper relinquit, an non alia occiderit versio, quæ *verborum tenacior fuerit*, *perspicuitatem sententiæ* præ se tulerit, *Italicæ* olim nomine mactata. At dabimus ultro libenterque, nos habere hodie totam Italicam conversionem; quid vero sequitur inde? Tunc efficies, secunda veritate, simpliciter ac præcise, hanc esse Canonicam Scripturam? Fingis hæc erroris opinione. Rationes hoc modo subducendæ sunt: Vetus Italica fuit *versio*, humana curata. Itaque fieri potest, ut nonnulla contineat, quæ vitio ponenda sunt. Sed versio fuit *accuratior*, quæ in veteri occidentali Ecclesia magna valuit autoritate. E. in iis locis, quos accurate, id est, Hebræo Codici originali congruenter versos exhibet, Canonicam exprimit Scripturam, in ceteris minime. Quid porro consequitur? Ubi versio, quæ *Italica* esse

esse sumitur, recte se habeat, Hebræus Codex, qui *originalis* est, solus decernit & unus. Quod vero male in ea redditum est, id quidem ex eadem unica norma & præscriptione judicandum. Vir doctus arte abutitur critica, dum corruptiones & vitia sacro Hebræo Codici obtrudit. Hoc, quod longe petitum est, patrocinio causa non bona prior erit. Nos, genuinis ejus artis præsidiis fulti ac freti, hanc sacrilegam accusationem nervis carere, atque ab homine, desperatæ causæ serviturο, excogitatam esse, facile, si opus fuerit, demonstrabimus. Quæ cum ita sint, princeps cadet conclusio, a Tridentino Concilio vulgatæ versioni *αὐθεντίαν* recte decretam esse. Cl. *Blanchinus*, & qui ab eo sunt, *versionem* suam in cœlum extollunt, ut *librum*, quem Christiani ut *sacrosanctum*, *uniceque divinum*, recipiunt ac reverentur, deprimant, atque ex sacra proscribant civitate. Nonne igitur digni *sunt*, qui *Ciceronis*, veteris Romæ oratoris, verba sibi dicta putent: *Urbem proditis, dum castella defenditis?* Sapientior est ac prudentior Tridentinorum patrum interpres, ejusdem fidei socius, *Jac. Facciolatus*, Vir Clarissimus, qui in Oratione, in media Italia habita, præ se libere tulit, *vulgatam editionem* non Græcæ aut Ebraicæ, *sed* reliquis Latinis, *illo Tridentino patrum decreto præpositam esse.* Vid. *Biblioth. Bremens. Class. V pag. 404.* Grandia minatur doctissimus *Blanchinus*, sed videat etiam atque etiam, ne magno promissor hiatu citetur, & eo nomine in judicium rapiatur. Provideat sedulo, ne magno conatu aut magnas nugas, aut nihil omnino, agat. Caveat denique, ne, dum parturiunt montes, nascatur ridiculus mus.

PHILIPPI A TURRE, EPISCOPI ADRIENSIS, de Annis imperii M. Antonini Elagabali, ac de initio imperii Severi Alexandri, Dissertatio Apologetica II, qua potissimum verus sensus Programmatis Cycli Paschalis S. Hippolyti restituitur & vindicatur, nec non antiqua militaria itinera Romanorum & Græcorum illustrantur. Opus posthumum. Addita Autoris Vita a Cl.

a Cl. Viro, JUSTO FONTANINO, Archiepiscopo Ancyrano, edita, nunc Notis aucta. Item FRANCISCI TRECCII, *Veronensis, Oratio in funere Autoris.*

Venetiis, typis Jo. Baptistæ Paschalii, 1741, 4. Alph. 1 plag. 6.

Syllogen hanc Eminentissimo Principi, *Angelo Mariæ Quirino*, S. R. E. Cardinali, Brixiæ Episcopo, Editor, *Laurentius a urre*, Decanus Ecclesiæ Forojuliensis, inscripsit. Occasionem issertationi apologeticæ dedit Gel. *Vignolius*, qui, ut systema, uod proposuerat, de numerandis imperii *Elagabali* annis proignaret, canonem Paschalem S. *Hippolyti*, Portuensis, ut ferr, Episcopi, in marmorea ejusdem cathedra, quæ in Vatina Bibliotheca asservatur, insculptum, non dubium modo cere, sed & falsi crimine ausus est damnare. Autor defen: ornamenta ejus Bibliothecæ, cui Emin. *Quirinus* præest. iit *Philippus a Turre* jam A. 1717, 25 Febr. Vitam ejus tiæ editioni *Monumentorum veteris Antii* Romæ A. 1724 emisit *Justus Fontaninus*. Disputationem de *Elagabali* anno que emortuali agitarunt *Philippus* ille, D. *Virginius Valseus*, Monachus Benedictinus, in Academia Pisana publicus olim arum literarum Professor, & *Joannes Vignolius*, Bibliothecæ ticanæ tunc alter præfectus. Autor *Cap. I* affirmavit, milia Romana recentiora aliquanto breviora, parte scilicet quinesse antiquis. Approbavit hanc sententiam Cel. Marchio io *Maffejus* in *Verona illustrata Tom. I Lib. VI col. 132*, ac *Galliæ Antiquitatibus Ep. 7*. Autor *Cap. V*, occasione Inscrinis, a *Panvinio* relatæ, in qua legitur dedicatio, *Serapidi* ab *gabalo* facta, dictitavit, oculatissimos in re antiquaria scriptosæpius in exscribendo fefellisse se ipsos, idque exemplis duoivit comprobatum. *Cap. VI* expedivit difficultatem concidi numismata *Elagabali*, ejus tribunitia potestate insignia, cum dem imperio & annis, arbitratus, potestatem eam inchoan esse a die 16 Martii A. 218, quo die salutatus fuit a mius Imperator, ut *Xiphilinus* e *Dione* habet, in quo *Majum*

pro *Martio* librarii intruserint. Olim litera *M* unica mensem utrumque indicatum fuisse, negat *Vignolius.* Id vero perspicitur ex *Camilli Peregrini Castigationibus ad Lupum Protospatham*, & ex *Gruteri Inscriptionibus*, a *Grævio* editis, *Tom. I P. II pag. 296.* Autor *Cap. 15* Cl. *Valsecbii* systema expendit, quo hic conciliare nititur numos *Elagabali*, *tribunitia potest. V* inscriptos, cum annis ejus imperii tribus, mensibus novem, & diebus sex, a *Dione* consignatis. Sententiam hanc Autor penitus profligavit & evertit. Integram hic Cl. *Vignolii Dissertationem II Apologeticam de Anno primo imperii Severi Alexandri Aug.* per capita singula Dissertatione hac altera apologetica expendit idem *Philippus a Turre*, & destruxit, nec non labefactavit Cl. *Valsecbii* alterum systema, denuo in Differt. *de Initio imperii Severi Alexandri Aug.* propositum. Genus contentionis hic nobis exhibetur perurbanum, dulce, festivoque quodam & jucundo lepore perfusum. Ipsa, parvis profecta initiis, in magnum veluti exarsit incendium, ex uno *Anniæ Faustinæ* Augustæ numo commota. Quam cum præter spem & opinionem Adriensis Episcopus excitasset, eandem ut exstingueret, hac iterum *Dissertatione II* constituit descendere in arenam, præcipue ut venerabile S. *Hippolyti* & Christianæ antiquitatis singulare monumentum fidei suæ restitueret, ac totam inde pendentem Chronologiam firmaret atque vindicaret. Inscriptiones, quarum ipse *Cap. 14* injecit mentionem, reliquit tantum sex. Reliquas hisce in lucem editis addidit Editor Venerandus. *Quæritur*, quo anni tempore *Antoninus Elagabalus* vita excesserit. Autori visum est, obiisse istum mense Martio A. C. 222. Idem placuit *Pagio. Vignolius*, obiisse *Elagabalum* post 16 Maji diem, contendit.
Pag. 2. Convenit inter utrosque, præcipuum hujus temporis characterem ex *Eutropio VIII, 13*, desumendum esse, referente, *Elagabalum biennio & octo mensibus*, postquam in urbem advenerat, fuisse interfectum. Consentiunt in eo, *Augustum* Nicomedia initio Aprilis A. 219 discessisse. In quæstionem venit dies adventus, & an duobus fere mensibus iter Nicomedia Romam potuerit expediri, iter 1500 fere milliarium Romanorum. *Philippus* conjectaverat, Julio mense *Elagabalum* attigisse Romam, siquidem

siquidem itinere militari veteres Romani 20 vel 25 millia passuum conficere consueverint. *Vignolius* huic sese sententiæ objecit, ratus, iter illud tardiori motu fuisse peractum. Noster Pag. 8.
vero ex intervallis mansionum ostendit, nullam earum fere minus ab alia disjunctam fuisse, quam 18 milliaribus, plurimas ad 20, 25, & plura, milliaria absfuisse. In *Itinerario Burdegalensi* perspicue: *Fit ab Aquileja Sirmium usque. Millia 422, mansiones 17.* Item: *Fit a Sirmio Serdicam usque. Millia 313, mansiones 13.* In primo exemplo mansionem æstimare licet milliaribus 25, in secundo milliaribus 24. *Livius XXI, 27*, di- 10.
lucide definit iter unius diei millibus passuum 25 ferme. Qui exempla complura consulere volent, eorum est discurrere per exempla, quibus Emin. Autor sententiam suam stabilivit. *Vel-* 13.
launodaunum Cæsaris pro loco *Château Landon*, & *Genabum Carnutum* pro *Aurelia*, habet. *Bedriacum Taciti Hist. III, 15*, ipsi est villa nunc *Canneto* ad Oleum fluvium, qui ab oppido Verona 40 milliarium abest intervallo. Tandem magnitudi- 19.
nem itinerum militarium Romanorum tabula complexus fuit. Cum vero novis rationibus allatis ivit comprobatum, iter diurnum militare milliaribus Romanis 20 & fere 25 fuisse æquale, *Elagabali* adventum in urbem incidisse in Julium mensem, excessum vero e vita in mensem Martium anni 222. Docuit 29.
præterea, voci *duplicare* inesse *augendi* significatum. Hinc contendit, *Elagabalum* iniisse cum *Cornelia Paula* matrimonium anno 219 mense Novembri, ac ipsum primo congiario milites donasse in adventu suo ad Urbem, secundo ob nuptias. Vi- 44.
ctores Pythicos docet coronatos esse ramis ex malo arbore. Mortem *Elagabali* in Martium mensem anni 222 eo potissimum conjecerat, quod *Alexander*, ejus successor, die 13 Aprilis jam Imperator proponitur in lemmate Cycli S. *Hippolyti* his certissimis verbis: *Anno I imperii Alexandri Imp. facta est XIV* 48.
Paschæ Idibus Aprilibus, Sabbato. Vindicavit denuo hanc sententiam, ejusque rationem, explosa Inscriptione, quæ exhibetur a *Panvinio Lib. II Fastorum*, in qua statua, seu aliud signum, legitur dedicatum *Serapidi* ab *Elegabalo* iisdem prorsus Idibus Aprilis. *Vignolius* utriusque monumenti fidem credidit sal-

 vam,

vam, ratus, S. *Hippolytum* cœpisse annum primum *Alexandri* 1 Ca-
lendis Januariis anni 222. At id ipsum pronuntiatum Episcopus
Adriensis revicit. Expromsit simul exempla Inscriptionum, in
quibus exscriptores parum accurate suo munere sunt functi. *Se-*
Pag. 54. *rapidem* ab *Elegabalo* cultum fuisse, negavit Episcopus eo, quod
Imperatori illi solus probatus fuit *Heliogabalus* Deus, ceteri sor-
dere visi, testibus *Lampridio*, *Dione*, ac *Herodiano*. Quis itaque
existimare ausit, *Elegabalum* statuam *Serapidis* in templo *Heliога-*
bali posuisse? Difficilior est ille nodus, quomodo nummi, tribuni-
tia *Elagabali* potestate quinta insigniti, possint in consensum re-
59. digi cum annis imperii ejusdem. Nam A. 218, 16 Maji, dici-
tur acclamatum fuisse a militibus Imperatori, imperium accepisse
ipse & tribunitiam potestatem 7 Junii, ac die 10, seu 11, Martii
A. 222 rebus humanis exemtus est, hoc judice. Ipse adjicit,
Elagabali tribunitiam potestatem a die 16 *Martii* A. 218 in-
choandam esse, quo a militibus salutatus fuerit Imperator, non
vero a die 16 Maji, ut vulgata *Dionis*, seu *Xiphilini*, verba
produnt; propterea quod ea, quæ narrantur inter salutationem
& pugnam cum *Macrino*, nequaquam potuerint confici intra il-
lud temporis spatium, quod a die 16 Maji ad diem 7 Junii,
quo ea commissa fuit pugna, numeratur. Conjectaverat por-
ro, nomina mensium unica litera initiali fuisse expressa, libra-
riumque ex *M* fecisse *Majum* loco *Martii* apud *Xiphilinum*.
Adjecerat exemplum ex *Spartiano*, ubi librarii scripserunt *Idi-*
63. *bus Augusti* pro *Idibus Aprilis* in rebus *Septimii*. *Excitavit* vir
olim summus Inscriptionem, in qua exstat III KAL. MA. Uter
mensis legendus est in hoc loco? *Martiusne*, an *Majus*? Mo-
75. nuit posthæc, Ægyptios in numis suis initium anni Imperato-
rum haud derivasse a die natali imperii eorum, sed a neome-
nia mensis *Thoth*, id est, a die 29 Augusti. *Herodianum* com-
putasse imperii annos a Calendis Januariis, non a natali imperii,
101. negavit contra *Vignolium*, ratus, *annum XIII Alexandri* apud
Herodianum VI, 6, corruptum esse. Ostendit discrimen inter
canones Paschales Romanæ & Alexandrinæ ecclesiæ receptos,
108. antequam ætas *Leonis Magni* Romam quoque canones Alexan-
drinorum traduxit. *Victorius Aquitanus* in Præfatione *Cycli* su

pascha-

aschalis eum præiverat. Prætermittimus multa. Obversatur oculis locus, ex *Dione* excerptus, *Lib. LXVIII pag. 907*, quo prælucente tempus fertur *Elagabalus* in imperio exegisse *ad annos tres & menses novem diesque quatuor*. Eosdem numeros transscripserunt *Xiphilinus* in excerptis *Dionis*, *Zonaras*, *Cedrenus*, & *Glycas*. Consentiunt *Lampridius* & *Eutropius*, quorum prior ferme triennium, posterior biennium & octo menses, ab ejus videlicet ad Urbem accessu, numeravit. Sollicitaverat *Vignolius Dionis* locum. Noster vero eum egregie vindicavit. Restat, ut *Philippi a Turre*, viri divinis olim dotibus judicioque confirmato ornatissimi, vitam delibemus. Majores ejus, exeunte Seculo XIII, Mediolano in regionem Forijulii profecti, istic in civitate, unde tota appellatur regio, sub avito *Canaliorum* nomine consederunt. Obsoleto ipsi paulatim eo nomine, ex situ urbis deinceps, in quo interdum ædes habuerunt, nunc a *Burgo pontis*, nunc *Gabrii*, nunc *Tonii*, sunt appellati. Denique a *Turre* perantiqua, & in patriis annalibus *Fontanini* memorata, cognomentum nacti sunt serius duraturum. Nobilium enim opulentorum mos erat, Seculis XII, XIII, XIV, *turribus* ædes suas distinguere, teste *Ricobaldo Ferrariensi pag. 1171 Tom. I Eccardi*. Horum soboles, *Marius a Turre* & *Camilla*, Frumentinorum ad gentem referenda, nostrum progenuit. Ipse *Philippus* in lucem susceptus est A. 1657, ipsis Calendis Maji, in civitate Fori Julii Venetorum. Adolescens studiis liberalibus, sacra civilique Jurisprudentia, Patavii imbutus fuit. Ipse robustior factus, nec Mathematicos Astronomosque, nec Medicos & Anatomes Magistros, prætermisit. Doctor Juris utriusque A. 1677, 29 Januarii, ætatis anno 19, renuntiatus est, promotore usus *Antonio Vaira*, quem postea in Episcopatu nactus est successorem. Astronomiæ ac Physicæ experimentali sese addixit. De illustrandis etiam ecclesiæ Forojuliensis rebus cogitavit. A. 1687 abiit Romam eo fine, ut omnem rem literariam, sacram inprimis, accuratius pernosceret. Ibi primo vidit *Godofredum Guiliehmum Leibnitium*. Cum *Turrius*, adversæ valetudini consulturus, Ferraria in Forum Julii A. 1695 recessit, necessitudinis vincula sese inter ac Abbatem Sextensem,

Pag. 129. 17. 20. 22.

vam, ratus, S. *Hippolytum* cœpisse annum primum *Alexandri* a Ca-
lendis Januariis anni 222. At id ipsum pronuntiatum Episcopus
Adriensis revicit. Expromsit simul exempla Inscriptionum, in
quibus exscriptores parum accurate suo munere sunt functi. *Se-*
Pag. 54. *rapidem* ab *Elegabalo* cultum fuisse, negavit Episcopus eo, quod
Imperatori illi solus probatus fuit *Heliogabalus* Deus, ceteri sor-
dere visi, testibus *Lampridio*, *Dione*, ac *Herodiano*. Quis itaque
existimare ausit, *Elagabalum* statuam *Serapidi* in templo *Helioga-*
bali posuisse? Difficilior est ille nodus, quomodo numi, tribuni-
tia *Elagabali* potestate quinta insigniti, possint in concordiam re-
59. digi cum annis imperii ejusdem. Nam A. 218, 16 Maji, dici-
tur acclamatum fuisse a militibus Imperatori, imperium accepisse
ipse & tribunitiam potestatem 7 Junii, ac die 10, seu 11, Martii
A. 222 rebus humanis exemtus est, hoc judice. *Ipse* addidit,
Elagabali tribunitiam potestatem a die *16 Martii A. 218* in-
choandam esse, quo a militibus salutatus fuerit Imperator, non
vero a die 16 Maji, ut vulgata *Dionis*, seu *Xiphilini*, verba
prodant; propterea quod ea, quæ narrantur inter salutationem
& pugnam cum *Macrino*, nequaquam potuerint confici intra il-
lud temporis spatium, quod a die 16 Maji ad diem 7 Junii,
quo ea commissa fuit pugna, numeratur. Conjectaverat por-
ro, nomina mensium unica litera initiali fuisse expressa, libra-
riumque ex *M* fecisse *Majum* loco *Martii* apud *Xiphilinum*.
Adjecerat exemplum ex *Spartiano*, ubi librarii scripserunt *Idi-*
63. *bus Augusti* pro *Idibus Aprilis* in rebus *Septimii*. *Excitavit* vir
olim summus Inscriptionem, in qua exstat III KAL. MA. Uter
mensis legendus est in hoc loco? *Martiusne*, an *Majus*? Mo-
75. nuit posthæc, Ægyptios in numis suis initium anni Imperato-
rum haud derivasse a die natali imperii eorum, sed a neome-
nia mensis *Thoth*, id est, a die 29 Augusti. *Herodianum* com-
putasse imperii annos a Calendis Januariis, non a natali imperii,
101. negavit contra *Vignolium*, ratus, *annum XIII Alexandri* apud
Herodianum VI, 6, corruptum esse. Ostendit discrimen inter
canones Paschales Romanæ & Alexandrinæ ecclesiæ receptos
108. antequam ætas *Leonis Magni* Romam quoque canones Alexan-
drinorum traduxit. *Victorius Aquitanus* in Præfatione *Cycli* ...

pag.

paschalis eum præiverat. Prætermittimus multa. Obversatur oculis locus, ex *Dione* excerptus, *Lib. LXVIII pag. 907*, quo prælucente tempus fertur *Elagabalus* in imperio exegisse *ad annos tres & menses novem diesque quatuor*. Eosdem numeros transscripserunt *Xiphilinus* in excerptis *Dionis*, *Zonaras*, *Cedrenus*, & *Glycas*. Consentiunt *Lampridius* & *Eutropius*, quorum prior ferme triennium, posterior biennium & octo menses, ab ejus videlicet ad Urbem accessu, numeravit. Sollicitaverat *Vignolius Dionis* locum. Noster vero eum egregie vindicavit. Restat, ut *Philippi a Turre*, viri divinis olim dotibus judicioque confirmato ornatissimi, vitam delibemus. Majores ejus, exeunte Seculo XIII, Mediolano in regionem Fori- 17.
julii profecti, istic in civitate, unde tota appellatur regio, sub avito *Canaliorum* nomine consederunt. Obsoleto ipsi paulatim eo nomine, ex situ urbis deinceps, in quo interdum ædes 20.
habuerunt, nunc a *Burgo pontis*, nunc *Gabrii*, nunc *Tonii*, sunt appellati. Denique a *Turre* perantiqua, & in patriis annalibus *Fontanini* memorata, cognomentum nacti sunt serius duraturum. Nobilium enim opulentorum mos erat, Seculis XII, XIII, XIV, *turribus* ædes suas distinguere, teste *Ricobaldo Ferrariensi pag. 1171 Tom. I Eccardi*. Horum soboles, *Marius a Turre* & *Canilla*, Frumentinorum ad gentem referenda, nostrum progenuit. Ipse *Philippus* in lucem susceptus est A. 1657, ipsis Calendis Maji, in civitate Fori Julii Venetorum. Adolescens studiis liberalibus, sacra civilique Jurisprudentia, Patavii imbutus fuit. Ipse robustior factus, nec Mathematicos Astronomosque, nec Medicos & Anatomes Magistros, prætermisit. Doctor Juris utriusque A. 1677, 29 Januarii, ætatis anno 19, renuntiatus est, promotore usus *Antonio Vaira*, quem postea in Episcopatu nactus est successorem. Astronomiæ ac Physicæ experimentali sese addidit. De illustrandis etiam ecclesiæ Forojuliensis rebus cogita- 22.
t. A. 1687 abiit Romam eo fine, ut omnem rem literariam, sacram inprimis, accuratius pernosceret. Ibi primo adit *Godofredum Guilielmum Leibnitium*. Cum *Turrius*, adversæ valetudini consulturus, Ferraria in Forum Julii A. 1695 cessit, necessitudinis vincula sese inter ac Abbatem Sextensem,

Pag. 129.

sem, *Justum Fontaninum*, adstrinxit. Rediit deinde Romam A. 1697, senique *Henrico Norisio*, Sedis Apostolicæ Bibliothecario, innotuit, ac in ejus amicitiam sese insinuavit. A. 1699 edidit Dissertationes *de Monumentis veteris Antii*, *de Cultu Dei Mithræ*, *de Beleno, deque aliis Aquilejensium Diis*, nec non *de Colonia Forojuliensi*, immo fragmenta quædam Inscriptionum Collegii Fratrum Arvalium, ac 76 Inscriptiones ex agris Aquilejensi, Forojuliensi, & Concordiensi. A. 1702 Episcopus Adriensis dictus est. Omittimus reliqua, siquidem, *Monumentis Antii veteris* recusis vitam hanc, *Fontanini* ingenio tribuendam, præmissam esse, nemo facile ignorat.

Pag. 24.

JUS NATURÆ, METHODO SCIENTIFICA pertractatum. Pars secunda, in qua agitur de Dominio, ac inde resultantibus juribus, cumque iis connexis obligationibus. Autore CHRISTIANO WOLFIO, *Potent. Borussorum Regis Consiliario intimo, Fridericianæ p. t. Pro-Rectore, Pro-Cancellario, Juris Naturæ & Gentium atque Mathematum Professore Ordinario, Professore Petropolitano honorario, Academiæ Regiæ Scientiarum Parisinæ, Societatumque Regiarum Britannicæ atque Borussicæ, Membro.*

Halæ Magdeburgicæ, in officina libraria Rengeriana, *1742*, 4.
Alph. 3 plag. 2.

De *Tomo primo* hujus Operis diximus nuperrime; nostrum igitur est, ut de ceteris quoque, quæ prostant, dicamus. Ill. Autor initio Præfationis rationem reddit, cur *Pars secunda* lucem demum adspexerit A. 1742, cum *prima* jam prodiisset A. 1740. Commemorat nempe distractiones animi ob invitationes sub conditionibus honorificis ac lautissimis tum ad Professionem in Academia Ultrajectina, tum ad reditum in Academiam Halensem, cum Marburgi non modo commodissimam haberet Musarum suarum sedem, verum etiam ea esset rei familiaris ratio, quæ vel insolita munificentia alibi vix ac ne vi-

quidem

quidem in melius mutari posse videbatur, grato inprimis animo in domum Hassiacam cogitationem omnem a mutando domicilio retrahente. Accedebat cura novæ editionis *Tomi primi Elementorum Matheseos*, quæ maximam partem A. 1740 typis fuit descripta. Tandem moram injecit domicilii mutatio, & oblatum munus Pro-Rectoratus negotiosissimum, cum vix Halam rediisset, & in rebus suis adornandis totus esset; quod onus etsi initio declinaret, semestri tamen spatio elapso eidem humeros submittere coactus fuit. Non autem moram sine ratione excusat. Sparserant enim nonnulli falsos rumores, quasi animi corporisque vires adeo defecissent, ut nec muneri suo obeundo par esset, nec eodem, quo ante, successu animum ad scribendum appellere posset.

In *Parte prima* Ill. Autor egit de obligationibus ac juribus connatis. Hisce opponuntur acquisita, quæ ex sola quadam obligatione connata non oriuntur, sed interveniente demum facto quodam humano resultant. Jura acquisita primaria, unde cetera omnia, tanquam rivuli ex fonte suo, deducuntur, duo sunt, dominium & imperium. Quamobrem in hac *Parte secunda* progreditur Cel. Autor ad dominium ac inde resultantia jura & obigationes explicandas. Dominia surrogata sunt in locum communionis primævæ, utpote inde orta, quod jus, natura omnium :ommune, fieri cœperit proprium. Cum adeo nemo intime perpicere possit, quale sit jus dominium, & quænam jura particulaia hinc descendant, nisi qui communionem primævam intime erspectam habet; ideo amplam Ill. Autor instituit de hac tracta.onem, ne doctrina de dominio luce sua destituatur. Nimirum, ui jura intime perspicere voluerit, is, judice Nostro, primo loco erpendere debet, quale sit jus aliquod in statu naturali origiario, quodnam jus gignat in adventitio, introductis dominiis : imperiis privatis; deinde inquirendum ipsi est, quamnam utationem subeant hæc jura in statu civili, ut pateat, quid ım vi notionis civitatis in genere, tum vi formæ regiminis & ıtus civitatis in specie, addendum, vel demendum, sit juri naırali, ut efficiatur jus civile, quod vel civitati omni, vel in ecie huic, vi formæ ac status sibi proprii convenit. Hac via igitur

Cap. I. igitur incedens Ill. Autor, ex iis, quæ *Parte prima* de obligationibus ac juribus connatis demonstravit, a priori deducit, quæ de communione rerum primæva tenenda sunt. Rerum communio primæva ipsa jus connatum est, & in usu rerum omnium, tam necessariarum, quam utilium & voluptuariarum, necessario consistit, qui scilicet ad hoc requiritur, ut obligationi naturali satisfaciamus. Usus igitur hic promiscue patet omnibus, nec quisquam licite ab eodem excluditur. Sunt vero etiam res industriales & artificiales eodem modo, quo naturales, *communes*, utpote quæ naturalibus incorporantur, singulis communis utilitatis gratia laborantibus, ita ut unusquisque eo defungatur labore, quo maxime opus est, & quem recte perficere valet. Relinquendum autem est uniuscujusque judicio, in quantum usus rerum sit ipsi necessarius, & quanta sit *indigentia sua*, & unicuique competit jus resistendi ei, qui usum rei necessarium quocunque modo impedire conatur, consequenter se adversus impedire volentem defendendi vi infinita, prouti major vel minor requiritur, ut conatus impedituri irritus reddatur; immo etiam jus puniendi eum, qui impedivit, eodem modo infinitum, ut securitati futuræ prospiciatur. Hinc deducit Noster, quænam bella in communione primæva licita sint, seu justa, quænam injusta. Ex communi jure rerum fluit etiam jus commune ad actus, sine quibus usus rerum necessarius obtineri nequit. Monet autem Ill. Autor, imaginem hujus *juris adhuc* superesse penes Religiosos in Ecclesia Romana, *qui voto paupertatis tenentur*; quod penitius inspicere datur per ea, quæ de communione primæva demonstrata sunt. Hinc autem simul intelligi, cur Patres & legislatores Religiosorum votum paupertatis cum voto obedientiæ conjunxerint. Cum enim voto paupertatis Religiosi renuntient omni proprietati, & hoc jus cum communione primæva commutent; voto obedientiæ renuntiant juri libertatis, & id in superiorem transferunt, ut adeo quod exercitium juris communionis seu usum facti non dependeat a propria, sed superioris, voluntate, sicque evitetur omnis juris abusus, evitentur omnia bella, quibus in communione primæva locus est. Ut vero intelligatur, communionem primæ-

vam licite fuiſſe ſublatam, & dominia introducta, ideo Autor copioſe docet, in illa homines perſiſtere non poſſe, niſi aut non nimis multiplicato genere humano in vitæ ſimplicitate perſiſtant, aut in eximia admodum charitate, quarum illa legi naturæ contraria, hæc vero, etſi lege naturali præcepta, magis tamen optanda, quam ſperanda, eſt. Monet hic, Patres Religioſorum ideo introduxiſſe communionem rerum negativam, qualis eſt primæva, ut non modo Religioſis charitatis exercitium reddatur familiare, ſed ſuo etiam exemplo eandem doceant ceteros, eosque ad eandem excitent. Quando a communione primæva receditur, res, quæ fuerunt communes, fiunt ſingulorum, ſeu juri proprio ſubjiciuntur, ut is, cujus res eſt, ab ejus uſu licite arceat omnes, & eidem competat jus, de ea pro arbitrio ſuo diſponendi: quod ipſum eſt dominium. Quoniam autem pluribus in re indiviſa dominium competere pro parte rata poteſt; hinc oritur communio poſitiva, a primæva illa, quæ negativa eſt, differens, nec confundenda cum mixta, in qua res equidem ſunt in dominio univerſitatis, omnibus tamen non competit niſi uſus earundem indifferenter, prouti ſcilicet unicuique opus fuerit, ita, ut nemo habeat dominium pro rata in rebus indiviſis. Communionem mixtam Autor eſſe monet eam, quæ eſt Religioſorum, quam cum vulgo cum poſitiva confundant Proteſtantes, votum paupertatis cum divitiis cœnobiorum pugnare ipſis videri, cum tamen hoc ipſum votum pulcherrime conſentiat in communione mixta, in qua nemo in re ulla neque diviſa, neque indiviſa, dominium habet, & ſinguli re utuntur tanquam communi, non tanquam propria, quæ eſt univerſitatis. Ceterum dominium plenum tria jura involvit, nimirum proprietatem, jus fruendi, & jus utendi, quorum illo de ipſa ſubſtantia rei, iſto de fructu ejusdem, hoc denique de quovis uſu, diſponitur. Quoniam vero nemo actu de re ſua diſponere poteſt, niſi eo in ſtatu ſit, ut eidem etiam competat potentia phyſica, de eadem pro arbitrio diſponendi; ideo ad dominium accedere debet poſſeſſio, de qua ipſa agit Ill. Autor, quid inter poſſeſſorem bonæ ac malæ fidei interſit, demonſtrans. Naturaliter homo re ſua aliter uti non debet, quam Cap. 2.

at satisfaciat obligationi naturali, abusu lege naturali prohibito; *vi* tamen libertatis naturalis ipsi ab aliis permittendus etiam abusus est, quamdiu nil fecit contra jus eorum. Postquam igitur Ill. Autor in genere docuit, quid dominium sit, & quomodo idem exercendum; pluribus demonstrat, quomodo dominium rerum, tam corporalium, mobilium, & immobilium, quam incorporalium, acquiratur, expendens simul, quid *lex* naturæ præcipiat de singulis modis acquirendi, qui in Jure Romano naturales appellantur; ubi haud exiguam deprehendes differentiam eorum, quæ Ill. Autor demonstrat, a placitis JCtorum Romanorum. De his exponere, hic nimis longum foret; id igitur adhuc monemus, demonstrari a Nostro, introductis dominiis omnes hominis actiones liberas æquiparari rebus, quæ sunt in dominio ipsius, cum hoc sit principium *fœcundissimum* in multis aliis demonstrandis. Et, quoniam res, quæ sunt in dominio universim spectatæ, nullo attento earum discrimine, in patrimonio esse possunt, omnium autem bonorum, quæ quis habet, universitas patrimonium constituit, quid unicuique circa patri-
Cap. 3. monium incumbat, quid juris sit, Noster ostendit. Tandem Ill. Autor inquirit in obligationes & jura ex dominio oriunda. Pertinet huc obligatio, rem domino restituendi, si ea quomodocunque in potestatem nostram venerit, damnum, culpa, vel dolo, datum quodcunque resarciendi, nemini inscio vel invito rem suam auferendi quocunque animo, vel de possessione rei *immobilis* alios vi ejiciendi, aut eos defraudandi, porro rem *suam vindicandi, furem* & prædonem, defraudatorem, turbatorem possessionis, & furtum usus aut possessionis committentem, puniendi, jus fundum immutandi, rem alienandi, & jus quoddam ad actum quemcunque vi dominii sibi licitum in alterum transferendi, res suas, earumque possessionem, defendendi, & quæ alia sunt, huic agnata. In singulis Ill. Autor descendit ad particularia, quæ singula sigillatim persequi, abhorret ab instituto nostro.

IL CAPITANO FILOSOFO: OPERA DI PAOLO-MATTHIA DORIA, divisa in due Parti.
hoc est,

DUX BELLI PHILOSOPHUS, Commentatio PAULI MATTHIÆ DORIÆ, in duas Partes divisa.

Neapoli, 1739, 4.

Alph. 3 plag. 4, cum Figurarum, æri incisarum, Tabulis 5.

Plura jam doctrinæ atque acuminis Præclarissimi Autoris specimina in *Actis* his commendavimus, & nostrarum propterea partium esse duximus, historiam eruditorum ejus ingenii monumentorum data hac occasione continuare. Hoc Opere molestam forte pluribus, castra sequentibus, veritatem tuetur, quod Dux belli perfectus nemo esse possit, qui non sit Philosophus. Argumento huic autoritate Celsiss. Ducis *a Berwick*, summi herois, Franciæ Marescalli, filii, gratiam conciliare studet. Ille enim, qui præclaris belli pacisque muneribus defunctus, ante aliquot annos Neapoli obiit, Cel. Autorem, Opus hoc molientem, non modo in sententia sua confirmaverat, sed multis quoque invictis argumentis ipse demonstraverat, ab imperatore rerum philosophicarum scientia destituto bellum nec fortiter, nec prudenter, geri posse. Manibus igitur Celsiss. Herois suas has lucubrationes Doctiss. Autor dedicavit, iisque elogium Viri summi concinnum atque eruditum præmisit. In *duas Partes* librum distinguit, quarum *prima* omnis generis argumenta conquirit, quibus evincat, heroem in bello Philosophiæ præsidio destitutum esse non posse; *altera* demonstrare suscipit, qua ratione non tantum generalis prudentia in bello gerendo, sed ipsa quoque aciei instructio, quam tacticam artem vocant, castra metandi scientia, locorum munitorum obsidio, atque reliqua omnia militaria opera, ex sanæ Philosophiæ præceptis fluant. Neminem itaque in dubium vocaturum esse, Opus hoc suum genuini Systematis militaris nomen mereri, sibi persuadet, cum non modo omnia, quæ ad militiæ scientiam pertinent, *duobus* his *Voluminibus* complexus sit, sed singula quoque præcepta ex veræ Philosophiæ, sive, ut passim loquitur, Metaphysices, fontibus hauserit. Exponit igitur *primo* statim *Capite* originem perversi appetitus, qui innatus

mortalibus esse videtur, ut bello se invicem petant, atque ſi- mul generosam nonnullorum ambitionem castra sequendi, quæ finem innoxium ſibi propoſitum habet, excuſat ac laudat. Ab his enim animus non tantum honestus, atque omne vitium abhorrens, ſed plane heroicus, prodi ipſi videtur, cum belli ut res publica carere nequeat. Cum enim innata ſit hominibus artes varias inveniendi atque excolendi facultas, illa duce omnis generis instrumenta militaria excogitarunt, illaque ſubinde maturarunt, donec procedente tempore omnibus numeris perfecta elaborarunt. Monstrat itaque, qua via primum homines arma invenerint, atque militarem ſcientiam, inventis caſtellis, novi generis bombardis, atque diverſis munimentorum formis, ditaverint. Inquirit igitur, quæ arma vel vi inferendæ, vel aggresſibus hoſtium retardandis, magis idonea ſint. *Hisce præmiſſis*, ducis perfecti, ſive herois, in bello accuratam ideam delineat, quid theoria, quid praxis, in bello præſtent, diſquirit, quid prudentiæ imperatoris, quid fortunæ, in fauſto armorum ſucceſſu debeatur, diſtinguit, atque evincit, ſapientem imperatorem ſaltem maximam partem poteſtatis, quam fortuna in rebus proſpere geſtis ſibi arrogat, moderari, & ſibi vindicare poſſe. Hisce de duce explicatis, porro in originem atque eſſentiam bene inſtructi exercitus inquirit, &, compoſitam ex ſingulis ejus partibus ideam a certo quodam, ut loquitur, metaphyſicæ ſenſibilis genere ſimul atque abſtractæ metaphyſicæ intelligibilis conceptibus pendere, contendit. Ampliſſima enim exercitus idea ambitu ſuo multum politicarum, moralium, & œconomicarum, rerum comprehendit, quæ omnia ex metaphyſicis fontibus derivantur. Illa vero, quæ in idea exercitus ex ſenſibilium metaphyſica pendent, ſunt varia atque innumera fere militum officia. Hæc *ſeptem* primis *Capitibus* Autor explicat. Sequenti vero *Capite octavo* ad ſpecialia deſcendit, atque XXI axiomatibus ſuccincte omnia complectitur, quæ ex variis diſciplinarum philoſophicarum generibus duci copiarum familiaria ac nota eſſe debent. Aliis porro XIX axiomatibus illa comprehendit, quæ ex doctrina morum, prudentia politica, atque œconomica, ipſum haurire, inque uſus ſuos convertere, par eſt. De-

bent

bium vero sibi ipse movet, quod, cum Consules olim Romani exercitum reipublicæ ipsi in hostes duxerint, dici tamen nequeat, illos omnes perfectos Philosophos, Metaphysicos, atque Geometras, fuisse. Senatus quoque Romanus res imperatorum in bello gestas non ex eventu rerum judicabat, sed secundum causas ipsas eventus curiose examinabat, licet affirmari temere non possit, omnes illos Senatores atque patres conscriptos ita in omni Philosophia, Metaphysica, & Geometria, eruditos fuisse, ut ipsi artis militaris systema condere potuissent. Arbitratur itaque, Romanos olim ejusmodi scientiæ militaris systema, quale hoc Opere exponit, a Græcis mutuatos fuisse, quod, omnium intelligentium virorum captui accommodatum, facile a prudentissimo Senatu in usus suos converti, atque singulis casibus applicari, poterat, ubi vel de imperatorum officio, vel de instruendo & gerendo bello, judicandum erat. Nisi enim illius generis systema ad manus ipsis fuisset, non sine gravissima injuria in res gestas imperatorum atque exercitus inquirere, deque illis arbitrari, suscepissent. Prudentissime enim non secundum eventus rerum, vel prosperos, vel infaustos, sententiam ferebant, sed partes ac officia ducum & militum in rebus gestis studiose examinabant, atque ita de ipsis rerum gestarum rationibus secundum æquitatis & justitiæ normam arbitrabantur. Sæpius enim duces severe puniebant, qui, rebus feliciter gestis, contra præscriptas ipsis regulas militaverant; alios vero, qui propter adversam fortunam inferiores acie discesserant, solabantur, atque præmio nonnunquam afficiebant, quod secundum præscriptas leges militares rem gesserint. Aut igitur dicendum est, temere ac injuste patres conscriptos sententiam edixisse, aut fatendum, systema aliquod militare, a Græcis acceptum, ipsos secutos fuisse, ad cujus normam res in bello gestas dijudicabant, & secundum cujus præscripta Consules exercitum in hostes ducebant. De Græcis enim Doctiss. Autor affirmare non dubitat, celeberrimos ipsorum belli duces maximam partem Philosophos metaphysicos fuisse. Certe *Xenophon* Philosophus erat, qui cum *Platone* de rebus metaphysicis acute disputavit, *Epaminondas* præterea, *Miltiades*, aliique Græcorum imperato-

mortalibus esse videtur, ut bello se invicem petant, atque simul generosam nonnullorum ambitionem castra sequendi, quæ finem innoxium sibi propositum habet, excusat ac laudat. Ab his enim animus non tantum honestus, atque omne vitium abhorrens, sed plane heroicus, prodi ipsi videtur, cum belli usu res publica carere nequeat. Cum enim innata sit hominibus artes varias inveniendi atque excolendi facultas, illa duce omnis generis instrumenta militaria excogitarunt, illaque subinde mutarunt, donec procedente tempore omnibus numeris *perfecta* elaborarunt. Monstrat itaque, qua via primum homines arma invenerint, atque militarem scientiam, inventis castellis, novi generis bombardis, atque diversis munimentorum formis, ditaverint. Inquirit igitur, quæ arma vel vi inferendæ, vel aggressibus hostium retardandis, magis idonea sint. *Hisce præmissis,* ducis perfecti, sive herois, in bello accuratam ideam delineat, quid theoria, quid praxis, in bello præstent, disquirit, quid prudentiæ imperatoris, quid fortunæ, in fausto armorum successu debeatur, distinguit, atque evincit, sapientem imperatorem saltem maximam partem potestatis, quam fortuna in rebus prospere gestis sibi arrogat, moderari, & sibi vindicare posse. Hisce de duce explicatis, porro in originem atque essentiam bene instructi exercitus inquirit, &, compositam ex singulis ejus partibus ideam a certo quodam, ut loquitur, metaphysicæ sensibilis genere simul atque abstractæ metaphysicæ intelligibilis conceptibus pendere, contendit. Amplissima enim exercitus idea ambitu suo multum politicarum, moralium, & œconomicarum, rerum comprehendit, quæ omnia ex metaphysicis fontibus derivantur. Illa vero, quæ in idea exercitus ex sensibilium metaphysica pendent, sunt varia atque innumera fere militum officia. Hæc *septem* primis *Capitibus* Autor explicat. Sequenti vero *Capite octavo* ad specialia descendit, atque XXI axiomatibus succincte omnia complectitur, quæ ex variis disciplinarum philosophicarum generibus duci copiarum familiaria ac nota esse debent. Aliis porro XIX axiomatibus illa comprehendit, quæ ex doctrina morum, prudentia politica, atque œconomica, ipsum haurire, inque usus suos convertere, par est. De-

bium

bium vero sibi ipse movet, quod, cum Consules olim Romani exercitum reipublicæ ipsi in hostes duxerint, dici tamen nequeat, illos omnes perfectos Philosophos, Metaphysicos, atque Geometras, fuisse. Senatus quoque Romanus res imperatorum in bello gestas non ex eventu rerum judicabat, sed secundum causas ipsas eventus curiose examinabat, licet affirmari temere non possit, omnes illos Senatores atque patres conscriptos ita in omni Philosophia, Metaphysica, & Geometria, eruditos fuisse, ut ipsi artis militaris systema condere potuissent. Arbitratur itaque, Romanos olim ejusmodi scientiæ militaris systema, quale hoc Opere exponit, a Græcis mutuatos fuisse, quod, omnium intelligentium virorum captui accommodatum, facile a prudentissimo Senatu in usus suos converti, atque singulis casibus applicari, poterat, ubi vel de imperatorum officio, vel de instruendo & gerendo bello, judicandum erat. Nisi enim illius generis systema ad manus ipsis fuisset, non sine gravissima injuria in res gestas imperatorum atque exercitus inquirere, deque illis arbitrari, suscepissent. Prudentissime enim non secundum eventus rerum, vel prosperos, vel infaustos, sententiam ferebant, sed partes ac officia ducum & militum in rebus gestis studiose examinabant, atque ita de ipsis rerum gestarum rationibus secundum æquitatis & justitiæ normam arbitrabantur. Sæpius enim duces severe puniebant, qui, rebus feliciter gestis, contra præscriptas ipsis regulas militaverant; alios vero, qui propter adversam fortunam inferiores acie discesserant, solabantur, atque præmio nonnunquam afficiebant, quod secundum præscriptas leges militares rem gesserint. Aut igitur dicendum est, temere ac injuste patres conscriptos sententiam edixisse, aut fatendum, systema aliquod militare, a Græcis acceptum, ipsos secutos fuisse, ad cujus normam res in bello gestas dijudicabant, & secundum cujus præscripta Consules exercitum in hostes ducebant. De Græcis enim Doctiss. Autor affirmare non dubitat, celeberrimos ipsorum belli duces maximam partem Philosophos metaphysicos fuisse. Certe *Xenophon* Philosophus erat, qui cum *Platone* de rebus metaphysicis acute disputavit. *Epaminondas* præterea, *Miltiades*, aliique Græcorum imperato-

res, florentibus tunc in Græcia artibus ac scientiis, laudabiles in Metaphysica progressus fecerant. Inter Romanos Pompejum aliosque paucos, qui rempublicam constituerunt, legum & juris peritos, metaphysicos quoque Philosophos fuisse, non dubitatur, sed omnibus patribus conscriptis atque Consulibus qui ex populi ordine nonnunquam legebantur, metaphysicam scientiam tribui non posse videtur. Veri simile itaque est, Romanos, sicut leges & civilia instituta a Græcis mutuati erant, systema quoque artis militaris ab iisdem petiisse. Sententiam suam eo confirmari putat, quod de Mario Plutarchus in vita ejus refert, ipsum dicere solitum fuisse, duces Romanos sui æmulos, artem bellandi ex libris Græcorum hausisse, atque, horum operibus leviter degustatis, se exercitibus regendis pares existimasse, se vero militiam sudando in castris sub armorum pondere ac molestia didicisse. Ælianus quidem in Præfatione libri sui de Tactica, quem Hadriano Imperatori inscripsit, commemorat, Græcos artem, ordines suos militares instruendi, ab Homero accepisse, non vero illa rerum mathematicarum scientia instructos fuisse, qua Romani suo tempore pollebant. Subjicatur vero Cl. Autor, Ælianum non optimos scriptores Græcos de ordinanda acie, sed proletarios quosvis, consuluisse, atque contendit, ex ipsa ejus, quamvis iniqua, relatione colligi posse, plures Græcorum libros de arte militari extitisse, quibus Romani, tanquam norma, in causis militaribus utebantur, & quos viri inter Romanos consulares studiose legebant, illos, ceu fontes prudentiæ, bellum ex voto gerendi, suspicientes. Ipsius præterea Æliani imperitiam in Geometria sublimi & Arithmetica accusat, quem præterea ineptum fuisse ad judicium de libris, artem belli gerendi docentibus, & arduis illis disciplinis unice superstructis, ferendum, contendit. Ipse Ælianus non alium sibi propositum habuisse scopum in scriptis videtur, quam ut Græcorum de instruenda & ordinanda acie sententias referret, liberum cuilibet de præstantia aut defectu illorum judicium relinquens. Ad melius intelligenda Æliani scripta, commendat in primis Ferrosi versionem illorum Italicam, atque Roberti Commentarios, &, data hac occasione, multum dolet, optimos

Italiæ

Italorum, Seculo XV compositos, libros ita contemtim nostris temporibus haberi, ut rarius, & non nisi in instructissimis Bibliothecis, inveniantur. Hisce præmissis, Cl. Autor de origine pruritus humani, bello alios lacessendi, de artis militaris primis incunabulis, de utilitate theoriæ concinnæ, ex Philosophiæ fontibus derivatæ, & quid praxis illius artis ducem juvet, differit. Pergit, perfecti herois in bello delineationem ex sanæ Philosophiæ præceptis exhibendo. Necessarium ante omnia judicat, veram heroicæ virtutis ideam menti ejus imprimi. Metaphysicæ vero scientiæ hoc tribuit, quod in animo humano innatum erga alios amorem accendat, & odium turpe in magnanimam adversus vitia iram, atque generosam ferociam, convertat. Metaphysices enim auxilio anima, originem suam & essentiam pervidendi cupida, supra sensus adscendit, atque ita in Deo ipso ortum suum, idearum ac cupiditatum suarum essentiam, contemplatur. Felix illud abstractum ratiocinium, quo humana mens in rebus metaphysicis occupatur, in causa est, ut veræ Metaphysicæ principiis innutritus, clare ac distincte percipiat calamitates & tristitiam, quibus miseri mortales afficiuntur, ubi, hostes, a se non offensos, aut provocatos, intra lares suos ascivire, vident. Sentit heros metaphysicus ægritudinem animi hominum innocentium, qui verberibus, tormentis, ac opprobriis, ab effræni hoste vexantur. Ex clara hac ac distincta perceptione doloris alieni nobilis misericordiæ atque mœroris communis sensus nascitur. Anima enim humana, divinæ perfectionis, ut *Plato* docuit, particeps, ab ipso Deo innatum erga ios mortales amorem secum communicatum habet, cujus virtute omnes homines mutuo favore se complecterentur, nisi ignorantia & brutis cupiditatum vitiis abstraherentur. Metaphysicus itaque, cui verus misericordiæ conceptus inest, & qui desiderio, salutem aliorum promovendi, flagrat, videns, alterum immerito vapulare, domum everti, atque omnem rem familiarem turbari, sentit confestim, in se amorem proximi atque commu- m ex illis calamitatibus mœrorem excitari. Homo autem, ab nni scientia destitutus, si præterea animo feroci ac crudeli editus sit, ubi omnis pietati aditus præclusus est, percutiens alterum,

alterum, atque omnis generis tormentis excrucians, dolores in pectore suo non sentit, quibus proximum exanimat, sed in corpus ejus non secus ac in materiam, animæ prorsus expertem, grassatur. Si forte non omnis humanitatis sensus in ipso obliteratus sit, misericordia nonnunquam motus, yerbera ac damna alteri non infligit, sed tamen oppresso proximo vel nullum fert auxilium, vel importune ita ipsi succurrit, ut res ipsi noceat. Cum igitur sola Metaphysices scientia humanum doloris alieni sensum in nobis excitare possit; fontes virtutis *in illa* disciplina quærere, par est. Præterea ex Metaphysice inprimis luculenta illa virtus scaturit, ut homo se ipsum pernoscat, unde omnis generis pietas, humanitas, atque misericordia, *sponte* fluunt. Oritur porro ex Metaphysica generosa ira, quæ heroibus singularis est, ut omni vitio atque scelestis *hominibus* vehementer indignentur. Metaphysicus enim, in ipso Deo pulchritudinem ac honestatem veritatis ac justitiæ intuitus, utramque impense amat. Videns itaque, honestatem opprimi, atque ab hominibus, omni scelere inquinatis, pedibus per ignorantiæ atque virtutis contemtum conculcari, graviter, non secus ac par est, commovetur. Sic veri heroes arma ad pugnandum adversus barbarorum exercitus capiunt, & generoso zelo in hostes grassantur, qui non aliis, quam brutorum animalium, legibus vivunt. Detumescit tamen statim heroum ira, simul ac depravati populi, positis armis, pacem petunt, *eamque, promissa* humanarum atque salubrium legum reverentia, *accipiunt.* Tales *Herculis* labores erant, qui monstra, sive principum nomine indignos sui temporis tyrannos, exstirpabat. Eadem generosa ira *Achilles* flagrabat, quam vividis coloribus *Torquatus Tassus* in Dramate suo immortali depinxit. Nobili hac ira accensus *Timoleon*, ad debellandum tyrannos, qui patrum Siciliæ regnum oppresserant, arma capiebat, nec germano fratri parcens, sua dextra illum obtruncabat, cum, patriæ libertati ipsum insidias struere, deprehendisset. Alia luculenta honestæ ac heroicæ iræ exempla a Romanis mutuatur Doctiss. Auctor, qui clementes ac benevolos se populis devictis præbebant, modo pacem colere, ac honestis in posteruum legibus se subm

tere

tere, non recusarent, barbaros vero, atque justitiam & humanitatem contemnentes, exscindebant. Locum hic sibi datum esse, Cl. Autor existimat, veram fortitudinem heroicam ab audacia & impetu efferatorum hominum accurate distinguendi. Barbari enim ac feri homines, sicut animalia bruta, in inermes atque miseros lasciviunt, animum vero statim abjiciunt, ubi fortes viros sibi resistentes inveniant. Audacem itaque & intrepidum animum nonnunquam in prælio mentiuntur, ubi non cogitantes, aut pugnæ discrimen non respicientes, in pericula ruunt, ut mortem horrere non videantur, quia abstractam mortis ideam animo præsentem non habent. Simul ac vero casu aliquo fortuito mortis horrorem animo concipiunt, incredibili timore perculsi fugiunt, nec precibus, nec minis, ad ordines & signa revocari se patiuntur. Ab omni enim ratiocinio destituti, atque brutorum instar solo instinctu naturali impulsi, rationis virtute motus animi compescere, aut timorem, quem confusa imaginatio incutit, refrænare, nesciunt. Selectis exemplis argumentum hoc Cl. Autor, inprimis ex *Torquato Tasso* desumtis, uberius illustrat, quæ vero nobis repetere non licet, cum nostro instituto fecisse satis nobis videamur, allatis nonnullis speciminibus rationum, quibus evincere Autor satagit, perfectum belli ducem in metaphysicis scientiis inprimis versatum esse debere, quod insolitum forte aliis videbitur. Sequentibus *Capitibus* de essentia artis belligerandi commentatur, &, quæ incrementa illa ceperit, inventis varii generis armis atque urbium munimentis, demonstrat. Pergit inquirendo in originem facultatis atque cupiditatis humanæ, diversi generis arma inveniendi, quibus mortales vel se tuentur, vel aliis damnum inferunt, &, quæ arma utrique huic scopo maxime accommodata sint, examinat. Describit porro, qua ratione olim Græci & Romani diverso armorum usu afflictis sæpe rebus suis consuluerint, & qua providentia milites varii generis armis gerendis maxime idoneos selegerint. Universum deinde ambitum complexæ exercitus ideæ, quam humanus intellectus formare sibi potest, succincte describit, atque huic fundamento accuratam perfecti ducis copiarum delineationem ex mente sua superstruit,

struit, cui rursus necessitatem intelligendi theoriam artis bellum gerendi, in Metaphysica fundatam, inculcat. *Octavo* denique *Capite* regulas omnes complectitur, quas doctrina moralis, œconomica, & ipsa rei militaris scientia civilis, suppeditat, sine quorum usu heroem, aut perfectum imperatorem, aliquem esse posse, negat.

Sed ad *alteram* Operis hujus *Partem* pergendum nobis est, quam militiam exercentibus eo magis gratam fore præsumimus, quod Cl. Autor in ea mentem suam de ipsis partibus *artis militaris*, Tactica, Poliorcetica, castrorum metatione, aliisque negotiis, in bello accidentibus, perspicue ac copiose explicat. Græcos & Romanos inter omnes populos perfectissimam belli gerendi normam suppeditasse, contendit, adeoque *alteram* hanc *Partem* auspicatur commentario aliquo in *Æliani libros superstites* de Tactica Græcorum. Ad Romanos *postea* pergit, atque illa inprimis sub examen revocat, quæ *Vegetius*, *Polybius*, *Julius Cæsar*, aliique, de militia ipsorum memoriæ prodiderunt. Propius inde ad nostrorum temporum Tacticam accedit, suamque sententiam inprimis de illis præceptis, quæ celeberrimus imperator *Montecuculi* in commentarios suos retulit, edicit. Hac occasione accurato vividoque examini subjicit, quæ doctissimus *Folardus* de cohorte, a se inventa, quam columnam vocat, verbis magnificis prædicavit. Demonstrare se posse confidit, quod *Folardus* suam illam columnam a phalange Græcorum mutuatus sit, & phalangem cum cohorte *imperite ac frivole* confuderit. Denique a se inventum novum Tacticæ genus proponit, quod secundum usu probatas, a Græcis relictas, regulas se adornasse asserit, & quod nostris quoque temporibus vel in universum, vel ex parte, feliciter adhiberi posse confidit. Veretur quidem, ne viri militares, ab omni theoria destituti, & praxin semper crepare soliti, suis quoque inventis ex ea inprimis ratione oblocuturi sint, quod ipse, theoriam in museo excudens, bellum nunquam expertus sit. Adversus illos vero Philosophiam, Geometriam, atque Arithmeticam, in aciem se educturum, illarumque auxilio demonstraturum esse, minatur, quam prudenter & caute Græci ordines suos instruxerint, ut regulas illorum

illorum temere proscribere non liceat, etiamsi in ipsa praxi ex omni parte exacte semper observari nequeant. Exercitum illi perfectissimum atque omnibus numeris absolutum concipiebant, neque aliquid hac in re peccabant, licet circumstantiarum varietas interdum ab ipsis regulis nonnihil discedere jubeat. Qui perfectam rei ideam menti suæ non repræsentat, facile, quid in illa imperfectum sit, haud pervidet, neque adeo errores perspicere potest, quos forte in excogitatis a se novis rebus committit. Non ex alia ratione homines, præjudicatæ opinionis pleni, opera sua tanquam perfectissima suspiciunt, quam quia perfectum artis, quam exercent, exemplar in mente sua non formarunt. Illis, qui Geometriam, cujus auxilio *Ælianum* explicare Noster instituit, nauseant, prætexentes, quod alii multi mentem *Æliani* absque Geometriæ præsidio assecuti sint, respondet, expertum se esse, Græcos ordinum suorum institutionem ex scientiæ illius fontibus hausisse, adeoque absque illius subsidiis libros illorum vix ac ne vix quidem posse intelligi. Solatur tamen eos, qui Geometriæ propterea inprimis indignantur, quod nulla ejus notitia imbuti sint, hoc inprimis, quod in explicando *Æliano* non nisi prima Geometriæ elementa supponat ipse, & præterea vix aliquid ex scientia ista promat, quod per Arithmeticam & numeros non statim illustret. Neque adversariis suis, qui praxin semper incongrue ostentant, concedit, ordinem militarem, a se inventum, atque Græcorum regulis inædificatum, nostris temporibus in usum deduci non posse, nec nisi in cerebro autoris existere. Non inficiatur, inventa sua promiscue passim absque circumstantiarum respectu adhiberi non posse, sed, aliam causam non esse, contendit, quam disciplinæ militaris, quæ inter Græcos & Romanos olim viguit, hac nostra ætate neglectum. Si princeps aliquis Philosophus meliorem educandæ in patriæ spem juventutis normam præscriberet, ac priscæ ætatis disciplinam & eruditionem revocaret, ingentem spem concipit, fore, ut brevi tempore ejusmodi exercitus conscribi possit, qualem olim Græci ac Romani in hostes educebant, licet hac ætate inventis armis igniariis ars bellandi valde immutata sit. Cum itaque Græcorum ordines mi-

litares perfectissimos fuisse, Cl. Autor sibi persuadeat, quomodo secundum Geometriæ & Arithmeticæ præcepta illos instituerint, porro demonstrat. Prudenter Græci Phalangi suæ numerum militum 16384 tribuebant. Est enim numerus hic terminus aliquis seriei geometricæ, quæ, ab unitate incipiens, semper in ratione dupla progreditur. Nascuntur igitur ex illo alii numeri, qui, bifariam divisi, quatuor producunt parallelogramma, quorum eadem est altitudo. Et, cum præterea ex serie ista numeri pares & impares alternatim excerpi possint, facile ipsis erat, secundum progressionis hujus normam equitum quoque turmas formare, nec necesse erat, ut negotium cum numeris irrationalibus haberent. Ad formandos tamen equitum ordines progressionem arithmeticam, ab unitate incipientem, in qua differentia terminorum semper est binarius, seligebant. Summa enim terminorum quotlibet progressionis constituunt seriem quadratorum numerorum naturalium, quorum adeo radices semper rationales sunt. Prudentissime itaque Græci ex infinitis numero seriebus illas selegerunt, quarum terminos ita subdividere poterant, ut nunquam miles superfluus extra ordinem reliquus esset. Secundum illas numerorum rationes Phalanx Græcorum in fronte habebat 1024 milites, ejusque altitudo, sive numerus linearum, erat 16. Quia 1024 × 16 = 16384. Si frons bifariam dividatur, servata semper eadem altitudine, quatuor inde nascuntur parallelogramma. Nam 512 × 16 = 8192, atque porro

256 × 16 = 4096
128 × 16 = 1048
64 × 16 = 924.
32 × 16 = 562.

Hos inter numeros 32 erat dilochia Græcorum, & 16 ipsorum decuria. Positis his principiis, Cl. Autor ex diversis harum serierum proprietatibus ordines atque evolutiones militares tum cohortium, tum turmarum, eleganter illustrat, atque plura aciei genera, inter veteres Romanos & Græcos usu recepta, figuris, æri nitide incisis, obtutui lectorum exhibet. Comparat porro inter se Romanorum & Græcorum in ordinanda acie

rega-

regulas, atque demonstrat, Romanos maximam partem institutionum suarum militarium a Græcis mutuatos. Hoc loco nonnihil a proposito digreditur, ostendens, quam utile sit, antiquorum libros mente philosophica & metaphysica perlegere, & quam multa homo sagax in hodiernos usus ex fontibus illis derivare possit, modo priscorum scripta assidue meditetur. Confirmat hoc exemplo fortissimi imperatoris *Montecuculi*, cujus de arte bellum gerendi commentarios reliquis omnibus illius generis scriptis longe præfert, ipsum vestigia antiquorum accuratissime atque prudentissime secutum esse, judicans. Compendium itaque horum commentariorum suo huic Operi inserit, atque errores nonnullos deprecatur, in quos fortissimus hic dux copiarum incidisse videtur. Cum enim adversus Turcas sæpissime præliatus fuerit, quorum maximum robur in equitatu est, in suo quoque exercitu cum 24000 peditibus 16000 equites contra stabilitam olim proportionem scribi jubebat. Et, cum Turcæ igniaria arma valde metuant, illum quoque tormentorum ac balistarum numerum præcepit, qui oneri potius ac impedimento, quam usui, in exercitu esse poterat. *Montecuculi* tamen systema Noster propositæ nostris temporibus a Celeb. Equite *Folardo* cohorti, de qua tantis animorum motibus disputatum est, longe præfert. Duris admodum verbis in virum hunc invehitur, atque gravissima passim accusatione ipsum objurgat, quod nostrum non facimus, nec horum quidquam, ex *Actorum* instituto, repetere nobis licet. Conjicit ex allata ab ipso in medium cohorte militari, ipsum militem saltem, ut ajunt, practicum esse, qui, auxilium ferente P. *Vincent. Thuillerio*, Benedictino, visis in *Polybio*, *Æliano*, & *Vegetio*, Græcorum & Romanorum ordinibus, sibi persuaserit, se quoque in arte militari nova quædam proferre, atque nostris temporibus accommodatam Tacticam excogitare posse. Non tamen ipsum in se descendisse, ut perviderer, se, ab omni Philosophiæ & Geometriæ notitia destitutum, antiquorum de ordinanda acie institutiones intelligere non posse. Pluribus argumentis accusationem hanc confirmaturus, inter alia *Folardo* exprobrat, quod cohortem suam, sive, ut vocavit, columnam, subdole ex *Æliano* sumserit,

litares perfectissimos fuisse, Cl. Autor sibi persuadeat, quomodo secundum Geometriæ & Arithmeticæ præcepta illos instruerint, porro demonstrat. Prudenter Græci Phalangi suæ numerum militum 16384 tribuebant. Est enim numerus hic terminus aliquis seriei geometricæ, quæ, ab unitate incipiens, semper in ratione dupla progreditur. Nascuntur igitur ex illo alii numeri, qui, bifariam divisi, quatuor producunt parallelogramma, quorum eadem est altitudo. Et, cum præterea ex serie ista numeri pares & impares alternatim excerpi possint, facile ipsis erat, secundum progressionis hujus normam equitum quoque turmas formare, nec necesse erat, ut negotium cum numeris irrationalibus haberent. Ad formandos tamen equitum ordines progressionem arithmeticam, ab unitate incipientem, in qua differentia terminorum semper est binarius, seligebant. Summa enim terminorum quotlibet progressionis constituunt seriem quadratorum numerorum naturalium, quorum adeo radices semper rationales sunt. Prudentissime itaque Græci ex infinitis numero seriebus illas selegerunt, quarum terminos ita subdividere poterant, ut nunquam miles superfluus extra ordinem reliquus esset. Secundum illas numerorum rationes Phalanx Græcorum in fronte habebat 1024 milites, ejusque altitudo, sive numerus linearum, erat 16. Quia $1024 \times 16 = 16384$. Si frons bifariam dividatur, servata semper eadem altitudine, quatuor inde nascuntur parallelogramma. Nam $512 \times 16 = 8192$, atque porro

$$256 \times 16 = 4096$$
$$128 \times 16 = 1048$$
$$64 \times 16 = 924.$$
$$32 \times 16 = 562.$$

Hos inter numeros 32 erat dilochia Græcorum, & 16 ipsorum decuria. Positis his principiis, Cl. Autor ex diversis harum serierum proprietatibus ordines atque evolutiones militares tum cohortium, tum turmarum, eleganter illustrat, atque plura aciei genera, inter veteres Romanos & Græcos usu recepta, figuris, æri nitide incisis, obtutui lectorum exhibet. Comparat porro inter se Romanorum & Græcorum in ordinanda acie regu-

regulas, atque demonstrat, Romanos maximam partem institutionum suarum militarium a Græcis mutuatos. Hoc loco nonnihil a proposito digreditur, ostendens, quam utile sit, antiquorum libros mente philosophica & metaphysica perlegere, & quam multa homo sagax in hodiernos usus ex fontibus illis derivare possit, modo priscorum scripta assidue meditetur. Confirmat hoc exemplo fortissimi imperatoris *Montecuculi*, cujus de arte bellum gerendi commentarios reliquis omnibus illius generis scriptis longe præfert, ipsum vestigia antiquorum accuratissime atque prudentissime secutum esse, judicans. Compendium itaque horum commentariorum suo huic Operi inserit, atque errores nonnullos deprecatur, in quos fortissimus hic dux copiarum incidisse videtur. Cum enim adversus Turcas sæpissime præliatus fuerit, quorum maximum robur in equitatu est, in suo quoque exercitu cum 24000 peditibus 16000 equites contra stabilitam olim proportionem scribi jubebat. Et, cum Turcæ igniaria arma valde metuant, illum quoque tormentorum ac balistarum numerum præcepit, qui oneri potius ac impedimento, quam usui, in exercitu esse poterat. *Montecuculi* tamen systema Noster propositæ nostris temporibus a Celeb. Equite *Folardo* cohorti, de qua tantis animorum motibus disputatum est, longe præfert. Duris admodum verbis in virum hunc invehitur, atque gravissima passim accusatione ipsum objurgat, quod nostrum non facimus, nec horum quidquam, ex *Actorum* instituto, repetere nobis licet. Conjicit ex allata ab ipso in medium cohorte militari, ipsum militem saltem, ut ajunt, practicum esse, qui, auxilium ferente P. *Vincent. Thuillerio*, Benedictino, visis in *Polybio*, *Æliano*, & *Vegetio*, Græcorum & Romanorum ordinibus, sibi persuaserit, se quoque in arte militari nova quædam proferre, atque nostris temporibus accommodatam Tacticam excogitare posse. Non tamen ipsum in se descendisse, ut perviderer, se, ab omni Philosophiæ & Geometriæ notitia destitutum, antiquorum de ordinanda acie institutiones intelligere non posse. Pluribus argumentis accusationem hanc confirmaturus, inter alia *Folardo* exprobrat, quod cohortem suam, sive, ut vocavit, columnam, subdole ex *Æliano* sumserit,

rit, neque ſatis habuerit perſpicaciæ ad videndum, illam a Phalange Græcorum haud differre, ſi *Ælianum* ſatis intellexiſſet, ut non mutilatam, ſed integram, ab eo accepiſſet. Evincere ſtringit, adverſarium maligne ac invide Phalangem Græcorum ad incruſtandam fraudem diſtorſiſſe, ita ut propoſita a *Folardo* Tactica nec antiquis temporibus accommodata ſit, nec noſtris inſervire queat. Ipſum vero Tacticos Scriptores antiquos, quos legit, propterea non intellexiſſe, quia in Arithmetica & Geometria plane non verſatus, & veræ artis ratiocinandi adeo imperitus ſit, ut turpiter ſæpe ſibi ipſe contradixerit. Fundamenti loco *Folardus* ponit, quod cohors ſua, ſecundum parallelogrammi formam inſtructa, ut parum frontis, ita multum profunditatis, habeat, etiamſi debilior ſit, neceſſario tamen cohortem fortiorem, ſecundum noſtri temporis uſum ordinatam, quæ admodum lata, ſed parum profunda, ſit, impetu in hanc facto proſternat. Regulam hanc de minuenda latitudine, atque augenda altitudine cohortis, ex *Æliano* & *Polybio* aſſumtam, omni exceptione majorem eſſe, non inficiatur Cl. Autor, ſed, generaliter ita enuntiatam, cuilibet caſui indiſcriminatim applicari non poſſe, contendit. Ratio enim inprimis habenda eſt numeri militum, qui pro diverſitate armorum, aliarumque circumſtantiarum, vel in fronte, vel in lateribus, cohortis illius collocari poſſunt. Debebat igitur omnino *Folardus* numerum militum, quos in fronte & altitudine cohortis ſuæ diſponit, accurate determinare, ut dijudicari ſatis poſſet, an partes, quas cohorti tribuit, reſpectu armorum, noſtro tempore uſitatorum, ea proportione inter ſe ordinatæ ſint, ut acies, ſecundum receptas noſtro tempore regulas inſtructa, illa neceſſario inferior ſit. Sed, provide de numeris illis *Folardum* ſiluiſſe, Cl. Autor conqueritur, aut paſſim incertos numeros ſuppeditaſſe, ut caliginem aliorum oculis induceret, ne perviderent, ipſum tantopere prædicatam cohortem ſuam *Æliano* ſurripuiſſe. Ipſum ſingulis *Capitibus* magnificis atque ſeſquipedalibus verbis ineffabilem præſtantiam cohortis ſuæ crepare, ſed nullam plane ſolidis argumentis evincere poſſe. Non enim ſolum ipſum, phalangem veterum corrumpendo, ſuam columnam incongrue effin-

effinxisse, sed quoque desumtam præpostere a cuneo Græcorum & Romanorum pugnandi rationem illi temere præscripsisse. Qui vero pugnandi modus sic, ut a *Folardo* præscribitur, nec antiquorum Tacticæ convenit, nec in acie, secundum ordinandi leges, hodie receptas, instructa, adhiberi potest. Ne injuriam *Folardo* facere videatur, rationes atque leges cohortis, ab ipso propositæ, uberius exponit, & inprimis ipsi exprobrat, quod auream antiquorum regulam, ne in cohorte vel locus a militibus vacuus, vel superfluus extra ordines miles; sit, temere neglexerit, ab insulso prætextu excusationem petens, quod numeros integros scrupulose sectari noluerit. Argumentum, quo *Folardus* præstantiam cohortis suæ extollit, quod hostium legionibus minus semper latus obvertat, & propterea igniariis illarum armis minus pateat, frivolum esse judicat, cum ita facile cohors *Folardi* circumveniri possit. Recentiorum Tacticam, in quam *Folardus* tela sua omnia vibrat, suam cohortem illi perpetuo opponens, Cl. Autor non quidem in omnibus probat, aut defendendam ex omni parte suscipit, cum, se ipsum gravissimos ejus nævos demonstrare posse, fateatur; sed, tantum abesse, contendit, ut *Folardus* inventis suis recentiorem Tacticam corrigat, atque nævis ejus medeatur, ut instructa ab eo cohors longe gravioribus vitiis laboret. Nimis longum foret, omnia excerpere, quæ in adversarii cohorte reprehendit, quem suo passim gladio jugulat, continuas contradictiones, tergiversationes, & illiberalem jactantiam, ipsi objiciens. Si fides Cl. Autori habenda est, *Folardus* ipse fatetur, cohortem suam sustinendis majoris sclopetis aliisque armis igniariis parem non esse; ipsam secundum veterum instituta pugnam inire non posse, ut posterior miles semper in locum prorati succedat; & soli ingenio Gallorum fervido, stricto gladio in hostes irruentium, accommodatam esse, quæ aliis diligentius excutienda relinquimus. Magnam omnium exspectationem esse, prævidemus, an Cl. Autor suis inventis omnes illos nævos sustulerit, defectibus medelam adhibuerit, atque crebermis virorum militarium votis exoptatam cohortem invictam struxerit. Suas de hoc argumento meditationes *Capite octavo*, propo-

proponit, postquam de legendo exercitu, virtute & educatione militis, de natura cohortis peditum, & turma equitum, copiose commentatus est. Monet, se ideam perfecti exercitus non eo consilio determinasse, ut imperatori pro ratione circumstantiarum non liceret vel latum unguem a regulis præscriptis discedere, sed ut normam haberet, quam nunquam non respiciens, aciem, quantum fieri potest, accurate ac prudenter instruat. Requirit in perfecto suo exercitu numerum militum 42000, supponens, ducem rationes ac proportiones legionum *ac cohortium*, a se indicatas, secuturum esse, si exercitus vel copiosior, vel minor numero, fuerit. Præcipit, ut sint in exercitu suo quatuordecim legiones peditum, &, cum ante in qualibet legione secundum veterum instituta 2048 milites esse jusserit, numerus peditum in exercitu ejus est 28672. *Quinque ex legionibus* pedestribus vult hasta armatas, atque sclopetarios galea & thorace ferreis indutos esse. In reliquis novem legionibus hastatis quoque galeam & thoracem tribuit, sed sclopetarios, more nostris temporibus solito, armari ac vestiri concedit. In novem tamen his legionibus dimidiam sclopetariorum partem granatis, ut vocant, simul armatos esse jubet. Velites in universo exercitu 1792 esse statuit, cum in quavis legione 128, vel in quavis cohorte 32, velites scribat, ut adeo numerus peditum in toto exercitu sit 36464. Requirit præterea 10000 equites, qui secundum diserta *Æliani* præcepta *quartam partem* aciei pedestris proxime constituunt. *Equitum turmæ sunto* quinquaginta, quarum singulæ secundum Græcorum instituta, ab *Æliano* exposita, quadraginta novem equitibus constent, qui in universum numerum 2450 componunt. Omnes gladio prælongo atque sclopetis minoribus armat, quia ipsorum officium est, hostium turmas passim celeriter circumequitare eosque ex improviso a latere aut tergo aggredi. Majora sclopeta gravioris armaturæ equitibus rarius usui sunt, cum igniriis hostium armis non multum exponantur, ubi stricto gladio in latus hostium impetum faciunt, ipsosque vel sclopeto minori vel gladio, certis ictibus prosternunt. In universo exercitu secundum *Æliani* præcepta viginti quatuor equitum levis armatu-

TAB VI ad No





turæ turmas ſcribit, quarum ſingulæ ſexaginta quatuor militibus conſtant, quibus eadem, quæ velitibus, arma miniſtrat. Præterea equites gravis armaturæ in exercitu univerſo cum dimachis 6014 præſcribit, quos ſecundum inſtituta militaria, noſtris temporibus recepta, veſtiri atque armari jubet. Turma levis armaturæ ex quinque cohortibus componitur, ſicut legio equeſtris decem turmis conſtat, in qua igitur 490 equites militant. Singulis turmis, ut *Ælianus* præcipit, præſit centurio, locum tenens, & qui locum tenenti ideo maxime ſuccenturiatus eſt, ut latus turmæ tueatur. Sic igitur exercitus univerſus, ſecundum Cl. Autoris mentem inſtructus, 40450 militibus conſtabit, quibus ſi duces, tribuni, centuriones, rei tormentariæ præfecti, chirurgi, curandis commeatibus conducti, lixæ, aliique, inter impedimenta ſervientes, addantur, numerus, ante ab Autore requiſitus, 42000 quam proxime prodibit. Re-quirit autem præterea legionem ſingularem, cuſtodiendis impe-limentis deſtinatam. Ubi exercitus ille in campo, aut prælio, nilitat, non ſupra viginti bombardas illi tribuit, quia, majorem llarum numerum oneri magis, quam emolumento, in exercitu uturum eſſe, arbitratur, alio vero loco copioſius de juſto bom-ardarum ac tormentorum in obſidione urbium numero ſen-entiam ſuam proponit. Præſcriptum illum copiarum nume-um ſummis Principibus ac Regibus in gerendo bello ſufficere, : rationibus, & exemplis, *Alexandri* inprimis, hoc numero Aſiam ıniverſam ſubjugantis, demonſtrat, imo, evinci poſſe, confidit, ›rbem terrarum illis copiis ſuperari poſſe, ſi eadem inter illas liſciplina militaris exacte vigeat, quam in *Alexandri* exercitu *?rontinus* multis laudibus extollit. Si major militum nume-us alatur, oſtendit, provinciam graviſſimo ſub onere ingemi-cere, aliasque moleſtias, inde naſcentes, diſerte repræſentat. Reliquum itaque eſt, ut ipſum aciei ordinem, quem Cl. Autor nvenit, ac præcipit, perſpicue exponamus. Supponit, lineam C. D. primam lineam eſſe aciei, in cujus parte A. B. collocat quinque legiones levis armaturæ peditum, inter quos haſtati horace & galea armati, ſclopetarii vero, quorum dimidia pars ranatas, ut vocant, evibrat, thorace induti non ſunt. A latere

TAB. VI Fig. 1.

cujusvis cohortis manipulum, in quo 49 equites militant, ita statuit, ut cohortes octo a se invicem passuum intervallo, turmæ vero viginti passibus a cohortibus proximis, distent. Sic in linea A & B viginti peditum cohortes, atque decem equitum turmæ, dispositæ sunt. Liberum tamen duci relinquit, intervalla hæc, occasione ita jubente, nonnihil immutare. In singulis lineis B. D. & A. C. quæ primæ lineæ alas constituunt, equites ac dimachos, ac ante ipsos viginti tormenta, collocat. Ad formandam alteram lineam G. H. quam a prima C. D. 300 passuum intervallo removet, quinque illas peditum legiones in linea E. F. disponit, in quibus & hastatos & sclopetarios galea & thorace ferreis armavit. In qualibet vero alarum E. P. & F. H. 1500 velites constituit, ut hac ratione gravis armaturæ milites universam lineam secundam occupent. Intervallum vero 300 passuum inter utramque lineam, celeberrimum imperatorem *Montecuculi* secutus, præcipit, ne altera linea facile ab hoste circumveniri possit, si prima forte prostrata fuerit. Multum enim viæ ita hosti, tergum lineæ alterius petenti, emetiendum foret, quod sine perturbatione ordinum ipsius vix fieri potest. Latera porro aciei ita ordinat, ut parallelogramma I. L. R & M. N. O. viginti circiter passuum intervallo a lineis D. H. & C. G. ita constituat, ut a quavis linearum C. D. & G. H. centum quinquaginta passibus distent. In quovis horum parallelogrammorum duas peditum levioris armaturæ legiones collocat. Sic in singulis parallelogrammis, quæ *latera aciei constituunt*, 4096 pedites ac 1220 equites pugnant. Liberum vero duci, aciem instruenti, relinquit, quo in loco velites, ubi opera ipsorum inprimis requiritur, præliari velit. Collocari enim possunt inter cohortium, in prima linea pugnantium, intervalla, ut sclopetarios hostium ac equites facilius aggredi possint, vel intra lineas C. G. & L *a* atque D. H. & M. *b*. in spatio inter alas ac latera vacua, vel ante ipsam lineam C. D. ut in hostium præfectos rei tormentariæ, postquam explosa sunt tormenta, repente impetum faciant. Impedimentis denique post aciem in parallelogrammo S. locum Cl. Autor tribuit, ut ab hostium irruptione magis tuta sint. Ipsum parallelogrammum S. intera

jiciu

fossa cingi, atque legionem vel 1000 vel 1020 militum præsidiariorum defendi, jubet, ne milites, in ordinibus pugnantes, præda allecti, ipsos ordines ad diripienda suorum impedimenta deferant. Hanc, a se secundum veterum mentem instructam, aciem vehementer Cl. Autor commendat, atque ordinibus, quos vel *Folardus*, vel alii, excogitarunt, longe præfert, multiplicem ejus usum & præstantiam pluribus argumentis ac exemplis demonstrans, quibus, postquam diu satis in enarrando hoc Opere occupati fuimus, immorari non licet.

PROBLEMA, AD QUOD EVOLVENDUM Geometræ invitantur.

Cum solutione difficiliorum Problematum maxima incrementa Analysi accesserunt, tum vero inprimis ipsa Problematum propositio plurimum profuisse videtur; cujus rei hæc ipsa *Acta* luculentissima testimonia nobis suppeditant. Quæ utilissima consuetudo cum jam ab aliquo tempore cessaverit; ad eam instaurandam sequens Problema propono, quod fortasse non indignum judicabitur, in quo Geometræ vires suas exerceant, finesque Analyseos promoveant. Notum est, ellipsi eam proprietatem, quæ in hodierna Astronomia maxime spectatur, vero tantum proxime convenire, scilicet ut anguli, ad alterum focum formati, proportionales sint areis, quæ per lineas, ad alterum focum ductas, abscinduntur. Hæc igitur proprietas cum in ellipsi locum non habeat, ejusmodi aliæ lineæ curvæ desiderantur, in quas memorata proprietas competat. Unde sequens enatum est Problema:

Datis duobus punctis E & F, invenire curvam A M N B hujus indolis, ut, ductis ex binis quibusque curvæ punctis M & N rectis M E, N E, M F, N F, ad utrumque punctum datum E & F, sit perpetuo area M E N proportionalis angulo M F N. TAB. VI Fig. 2.

Quodsi ergo in perimetro hujus curvæ moveatur corpus, sollicitatum a vi centripeta, ad centrum virium E tendente, tum hujus corporis motus spectatori in altero puncto F posito uniformis videbitur. Quanquam autem ex hujus Problematis so-

lutione parum utilitatis ad Astronomiam redundat; tamen ipsum *Problema* in se est notatu maxime dignum, neque ullum est dubium, quin eos, qui hanc solutionem suscipient, laboris impensi non debeat pœnitere. Quo autem vis hujus quæstionis clarius eluceat, tantum indicasse juvabit, dari innumerabiles curvas satisfacientes, inter quas sint primo algebraicæ numero infinitæ, ex quovis scilicet linearum ordine una; tum vero sunt quoque infinitæ, quarum constructio per quadraturam circuli effici queat. Præterea vero quæstionem resolvit infinita *aliarum* curvarum multitudo, quarum constructio nulla adhuc usitata methodo exhiberi potest. Rogantur itaque omnium ordinum Geometræ, ut hanc quæstionem attentione dignari, suasque meditationes in scientiæ augmentum cum publico communicare velint.

ESSAIS ANATOMIQUES, CONTENANT L' HISTOIRE exacte de toutes les parties, qui composent le corps de l'homme, avec la maniere de dissequer, &c.

id est,

EXERCITATIONES ANATOMICÆ, QUÆ ACcuratam omnium partium humani corporis historiam tradunt, cum methodo secandi, Autore Domino LIEUTAUD, Consiliario Regio, Professore Medicinæ in Academia, quæ Aquis Sextiis est, & Societatis Scientiarum Regiæ Londinensis Socio.

Parisiis, apud Petrum Michaelem Huart, 1742, 8 maj.

Alph. 2, cum Tab. æn. 6.

Corpus humanum machinam maxime compositam sistit, cujus intimior cognitio novas semper disquisitiones requirit. In has Cel. Autor a viginti abhinc annis incubuit, nec semper consuetas dissecandi methodos secutus est, sed sæpius nova, aliis non tentata, via evolutionem partium corporis humani suscepit. Non inutile innovandi studium eum impulit, sed accurata, & ab

ab omni præjudicio libera, attentione ad conſiderationem partium ſe convertit, & ita nonnulla, quæ ad mechaniſmum corporis ſpectant, felicius evolvere tentavit. Ne vero quis de iis, quæ vel nova, vel ab aliis Anatomicis diverſa, propoſuit, dubitet, methodum ſecandi appoſuit, & ita anatomen egregie declaravit. Dedit certe in plurimis accuratas partium deſcriptiones, quæ, cum tirones anatomicos in cognoſcenda partium corporis humani fabrica inſtruere debent, propoſito ſatisfaciunt, licet nonnunquam breviores ſint, & multa momenta, ad ſubtilitates anatomicas pertinentia, negligant. Inprimis vero illos, qui ſtudium anatomicum ulterius perficere, & in ſectione cadaverum ſe exercere, cupiunt, hoc Opuſculum adjuvat, cum methodi ſecandi ubique, inprimis in difficilioribus partibus, inveniantur. Ordo totius tractationis hic eſt. Brevis introductio præmiſſa nonnullas definitiones anatomicas exhibet; Opus vero ipſum *octo Sectionibus* abſolvitur, quarum *prima* ſceleti conſiderationem, & ita oſteologiam, ordine aliis conſueto, exponit, & ſimul nonnulla de oſſium recentium cognitione immiſcet. *Sectio ſecunda* partes, quæ caput componunt, aut ad illud pertinere videntur, deſcribit. Præmiſſa igitur integumentorum corporis humani hiſtoria, oculorum, aurium, naſi, & oris, exteriorem interioremque ſtructuram proponit, & pharyngem, laryngem, aliaque connexa, ſimul deſcribit. *Sectio tertia* pectus conſiderat. Mammas igitur & diaphragma primum, poſtea omnes partes, in cavo thoracis inventas, ſigillatim evolvit, & præcipue pulmonum & cordis ſtructuram accuratius deſcribit. *Sectio quarta* abdomen, & ita muſculos abdominis, peritonæum, viscera, digeſtioni, bilis ſecretioni, urinæ, & excretioni, dicata, perſcrutatur, tandem generationis organa in utroque ſexu deſcribit, & fœtus hiſtoriam tradit. *Sectio quinta* cerebrum, ejusque partes, medullam ſpinalem, & nervos, per corpus diſtributos, proponit. *Sectio ſexta* hiſtoriam vaſorum ſanguiferorum, ſcilicet arteriarum & venarum, nec non lymphaticorum, exhibet. *Sectio ſeptima* muſculos, qui in præcedentibus *Sectionibus*, in nexu cum aliis partibus, deſcribi non poterant, recenſet. *Sectio octava* tandem ſitum omnium partium corporis humani

breviter proponit, & ita partes, in præcedentibus *Sectionibus* fusius explicatas, eo ordine, quo se invicem excipiunt, recenset. Appendicis loco duæ Dissertationes annexæ sunt, quarum prima naturam & usum spirituum animalium, altera mechanismum secretionis, proponit. Cum igitur ex ordine proposito idea operis generalis cognoscatur; passim nunc collecta, quæ nobis nova visa fuerunt, indicemus. Vomerem cum osse ethmoide conjungit, quod facile concedi poterit, si perpendamus, varia ossa capitis in adultioribus coalescere, *quæ in* demonstrationibus anatomicis in partes diffringuntur, quo eo commodius describantur. Ossa carpi aliis nominibus non insignire vult, quam quæ a situ desumuntur. In primo ordine 1) radiale majus, 2) radiale minus, 3) cubitale, 4) pisiforme, appellatur; in secundo ordine 1) pollicem, 2) *os metacarpi* indicis, 3) medii digiti, 4) duo reliqua ossa metacarpi, sustinet. Sed nomina hæc non conveniunt, cum disjecta officula in ordinem sunt redigenda. Rationem, cur inter corpus reticulare & corpus mucosum distinguat, non perspicimus, cum imperfectam descriptionem addat. In oculo cameram posteriorem, ab omnibus Anatomicis assumtam, negat, uveamque vitreo humori & lenti chrystallinæ contiguam pronuntiat, &, præter rationes adductas, ad experientiam iteratam provocat. Musculos nonnullos minoris voluminis, ab Autoribus tamen accurate descriptos, negat, e. g. in aure interna *unicum tantum* internum concedit, qui *Albino* tensor *tympani dicitur*, reliquos mallei musculos ligamenta tantum appellat. Stapedis tamen musculum & describit, & enchiresin, qua detegitur, diligenter annotat. Glandulas, in habitu cutis, in tunica pituitaria, & aliis locis, assumtas, in dubium vocat, qua in re licet contrariam sententiam contra Autorem non acriter defendere velimus, tamen nec ex tractatione ipsa, nec ex Dissertatione de mechanismo secretionis, satis evidentes cognovimus rationes, quæ præsentiam glandularum sebacearum in variis corporis locis destruere possent. Præsentiam talium corpusculorum in intestinorum interno habitu morbosum statum indicare, non semper concedi poterit, licet sæpius morbosa constitutio in his glandul

dulis inveniatur. De usu lienis has profert observationes & meditationes. Sectione multorum cadaverum & animalium viventium didicit, lienis volumen ventriculo respondere, ita, ut in animantibus, post diuturnum morbum & inediam mortuis, lien magnus, ventriculus vero parvus, inveniatur; in animantibus vero, mox post pastum mortuis, lien parvus, ventriculus vero magnus, deprehendatur, quod in canibus quoque iterum iterumque observavit. Situs lienis eundem pressioni ventriculi exponit, ejusque substantia spongiosa facile comprimitur. His igitur præmissis, ostendit, impetum cordis copiosum sanguinem ad lienem adducere, qui per vim visceris non omnis expellitur, sed vasa & totum ejusdem habitum extendit; ventriculus ideo, post pastum repletus, lienem pro ratione alimentorum, copiosius vel parcius ingestorum, premit, sanguinem, in celluloso contextu lienis stagnantem, & ideo secretioni bilis magis aptum, versus hepar propellit, & bilem copiosiorem præbet, quam tum temporis alimenta digerenda requirunt. Conjecturam de usu capsularum atrabiliarum sequentem proponit, quæ quidem naturæ earundem, nec non situi & liquori contento, respondet, & sententiæ convenire videtur, quam *Franciscus de le Boy Sylvius* in Dissertatione medica quinta proposuit. Liquor, in his capsulis contentus, bili analogus est, acris, penetrans, licet parum amarus. Hunc, per arterias secretum, deficiente ductu excretorio, venæ iterum resorbent, eundemque ad cavam ducunt, in qua sanguis refluus lentescens est; hoc igitur liquore accedente resolvitur, & ad ulteriorem progressum aptus redditur. Methodum dissecandi cerebrum elegantissimam invenimus, quam tamen brevi tractatione delineare vix nobis licet. Sufficiat itaque, modum detegendi medullam spinalem brevissimis describere. Pars posterior spinæ dorsi musculis separatis denudatur, & processus spinosi reliquaque ossicula auferuntur, ita tamen, ne vasa, his sæpius arcte adhærentia, lædantur. Duo sinus vertebrales, & reliquæ venarum minimarum conjunctiones, egregie conspiciuntur, quæ cuncta una cum nervorum ortu, elevata nonnihil medulla spinali, in anteriori parte quoque observantur. Consideratis igitur primariis vasorum conjunctionibus,

nibus, cellulofis & pinguis contextus cum vafis omnino removendus eft, quo primum involucrum medullæ confpicitur. Hoc fub vertebris dorfi inciditur, & incifio furfum deorumque ufque ad extremitates medullæ continuatur, quo facto medulla fpinalis ipfa, nervi, qui utrinque & in fine prodeunt, arteriæ, & venæ fpinales pofteriores, ligamentum dentatum, & principium nervi fpinalis, five accefforii *Willifii*, fine ulteriori diffectione deteguntur. Icones, in fine annexas, Autor ipfe delineavit, & æri incidit, &, licet ornatum artis non præ fe ferant, tamen nonnulla momenta, in libro declarata, egregie auferunt, ita ut inprimis delineationes partium internarum cerebri hanc doctrinam evidentiorem reddant, quam aliorum Autorum icones, huc ufque publicum communicatæ. Nulli dubitamus, hunc libellum Compendiis anatomicis perfectioribus annumerari poffe, cum & accurata partium defcriptione, & brevitate, placeat, & in ufus prælectionum & diffectionum anatomicarum commode adhiberi queat. Cum in nonnullis ab aliis Anatomicis diffentiat Autor, aliorum quoque diffenfum in variis doctrinis ægre ferre haud poterit.

JOSEPHI GABALEONIS COMITIS SARMATORII ad Legem Juliam de Ambitu Commentatio.

Lipfiæ, typis Bernh. Chriftoph. Breitkopfii, *1743, 4 maj.*

Plag. 9.

Sereniffimo Principi, *Friderico Chriftiano*, Principi Regio Poloniarum, & Saxonici Electoratus Hæredi, Domino noftro optimo clementiffimoque, Commentationem hanc, apte, folide, nitideque, elaboratam, ac fimul fplendidiffimis formis defcriptam, devovit ac confecravit Illuftriff. Comes *Sarmatorius*. *Capitibus feptem* integra comprehenditur tractatio. *Primo*, præmiffa ifagoge, differitur de ambitus apud Romanos ortu & caufis. *Secundo* de fignificatione ambitus, deque differentia licitum inter minusque licitum ambitum, exponitur. *Tertium* legitimos ambiendi modos repræfentat. *Quartum* infcribitur de ambitu

mixto

minus justo, seu crimine ambitus, variisque ejus modis. *Quinto* de remediis adversus ambitum,& de legibus, ad coercendum ambitum latis ante Legem Juliam, disputatur. *Sexto* egit Illustriss. Autor de latione legis Juliæ de Ambitu. *Septimo* tandem edisseruit capita & durationem legis Juliæ. Jam ad singularia est descendendum. Isagoge docet exhibetque malorum in republica fontes, præcipue avaritiam mortalium & ambitionem, quibus reprimendis Lex Julia ab *Augusto* Imperatore fuit opposita, quæ aliquoties a juris antiqui architectis excitatur. *Romulus* ipse in causa exstitit, ut Patricii, quibus initio solis gerere magistratus datum erat, nullo magistratu potiri possent, nisi qui faventior plebs eum detulisset. Cum, exactis ex urbe Regibus, ipsa rei Romanæ summa ita temperata esset, ut plebs crearet magistratus, Patresque fierent autores, tum eis, quotquot ad rempublicam capessendam adspirabant, opus fuit, turbam Quiritium mobilium omnibus artibus sibi devincire. Ipsæ Leges Tabellariæ, quibus plebs suffragia tacite ferendi jus nata est, ambitum, si non auxere, at aluerunt maxime, licet *Cicero de Legibus III*, *17*, scribat, eas ambitiosis oppositas fuisse. Certe multo ante, quam comitiorum tempus ingruebat, omnem lapidem moveri oportuit, ut popularis aura captaretur. Nihil tamen prensandi morem magis necessarium reddidisse videtur, quam constitutiones illæ, quibus cum Latio & Italia civitas communicata est. Quo majori enim tum accessione creat civium numerus, eo plurium pelliciendorum, sibique adjungendorum, onere premebantur candidati. *Julius Cæsar* jus comitiorum paululum imminuit. *Augustus* illud reduxit, &, cum magistratus crearentur, non modo cum candidatis suis tribus circuivit, ac solenni more supplicavit, sed ipse quoque in tribu, ut unus e populo, tulit suffragium, *Suetonio* tradente *cap. 40, 56*. *Tiberius* jus, plebi a patre in speciem relictum, abstulit. *Caligula* populo reddere tentavit suffragia, nihil vero perfecit. *Juvenalis* certe ætate jam pridem populus suffragia vendere desierat. Quantopere Romani ante *Augusti* imperium ambitum amaverint, dici vix potest. Amarunt hunc vero necessitate sic ferente, nec tamen ejus onus probarunt. *Ambitus*

Pag. 6. 8. 11.

nibus, cellulosus & pinguis contextus cum vasis omnino removendus est, quo primum involucrum medullæ conspiciatur. Hoc sub vertebris dorsi inciditur, & incisio sursum deorsumque usque ad extremitates medullæ continuatur, quo facto, medulla spinalis ipsa, nervi, qui utrinque & in fine prodeunt, arteriæ, & venæ spinales posteriores, ligamentum dentatum, & principium nervi spinalis, sive accessorii *Willisii*, sine ulteriori dissectione deteguntur. Icones, in fine annexas, Autor ipse delineavit, & æri incidit, &, licet ornatum artis non præ se ferant, tamen nonnulla momenta, in libro declarata, egregie illustrant, ita ut inprimis delineationes partium internarum cerebri hanc doctrinam evidentiorem reddant, quam aliorum Autorum icones, huc usque nobiscum communicatæ. Nulli dubitamus, hunc libellum Compendiis anatomicis perfectioribus *annumerari posse*, cum & accurata partium descriptione, & brevitate, placeat, & in usus prælectionum & dissectionum anatomicarum commode adhiberi queat. Cum in nonnullis ab aliis Anatomicis dissentiat Autor, aliorum quoque dissensum in variis doctrinis ægre ferre haud poterit.

JOSEPHI GABALEONIS COMITIS SARMATORII ad Legem Juliam de Ambitu Commentatio.

Lipsiæ, typis Bernh. Christoph. Breitkopfii, *1743, 4 maj.*

Plag. 9.

Serenissimo Principi, *Friderico Christiano*, Principi Regio Poloniarum, & Saxonici Electoratus Hæredi, Domino nostro optimo clementissimoque, Commentationem hanc, apte, solide, nitideque, elaboratam, ac simul splendidissimis formis descriptam, devovit ac consecravit Illustriss. Comes *Sarmatorius*. *Capitibus septem* integra comprehenditur tractatio. *Primo*, præmissa isagoge, differitur de ambitus apud Romanos ortu & caussis. *Secundo* de significatione ambitus, deque differentia licitum interminusque licitum ambitum, exponitur. *Tertium* legitimos ambiendi modos repræsentat. *Quartum* inscribitur de ambitu

minis

ninus justo, seu crimine ambitus, variisque ejus modis. *Quinto* le remediis adversus ambitum, & de legibus, ad coercendum am-bitum latis ante Legem Juliam, disputatur. *Sexto* egit Illustriss. Autor de latione legis Juliæ de Ambitu. *Septimo* tandem edisse-uit capita & durationem legis Juliæ. Jam ad singularia est de-cendendum. Isagoge docet exhibetque malorum in republi-a fontes, præcipue avaritiam mortalium & ambitionem, qui-bus reprimendis Lex Julia ab *Augusto* Imperatore fuit opposi-a, quæ aliquoties a juris antiqui architectis excitatur. *Romu-us* ipse in causa exstitit, ut Patricii, quibus initio solis gerere nagistratus datum erat, nullo magistratu potiri possent, nisi ui faventior plebs eum detulisset. Cum, exactis ex urbe Re-ibus, ipsa rei Romanæ summa ita temperata esset, ut plebs rearet magistratus, Patresque fierent autores, tum eis, quot-uot ad rempublicam capessendam adspirabant, opus fuit, tur-am Quiritium mobilium omnibus artibus sibi devincire. Ipsæ eges Tabellariæ, quibus plebs suffragia tacite ferendi jus na-ta est, ambitum, si non auxere, at aluerunt maxime, licet *Cice-o de Legibus III, 17,* scribat, eas ambitiosis oppositas fuisse. Certe multo ante, quam comitiorum tempus ingruebat, omnem pidem moveri oportuit, ut popularis aura captaretur. Ni-il tamen prensandi morem magis necessarium reddidisse vi-etur, quam constitutiones illæ, quibus cum Latio & Italia ci-itas communicata est. Quo majori enim tum accessione cre-t civium numerus, eo plurium pelliciendorum, sibique adjun-endorum, onere premebantur candidati. *Julius Cæsar* jus co-nitiorum paululum imminuit. *Augustus* illud reduxit, &, cum nagistratus crearentur, non modo cum candidatis suis tribus rcuivit, ac solenni more supplicavit, sed ipse quoque in tri-u, ut unus e populo, tulit suffragium, *Suetonio* tradente *ap. 40, 56. Tiberius* jus, plebi a patre in speciem relictum, ab-ulit. *Caligula* populo reddere tentavit suffragia, nihil vero erfecit. *Juvenalis* certe ætate jam pridem populus suffragia endere desierat. Quantopere Romani ante *Augusti* impe-um ambitum amaverint, dici vix potest. Amarunt hunc vero ecessitate sic ferente, nec tamen ejus onus probarunt. *Am-bitus*

Pag. 6.

8.

11.

Pag. 14. *bitus* proprie est *circuitus*. Inde illi, qui populum in petitio-
ne magistratuum circuibant supplices, *ambire* dicti. *Ambitio-*
nem dixerunt scriptores tersi castique legitimam petendi magi-
stratus rationem, per *ambitum* vero immodicam minusque li-
citam prensationem intellexerunt. Pars ambitus fuit prensatio
16. manuum, Græcis δεξίωσις appellata æque ac θεραπεία. Aliud
ambiendi genus fuit semper approbatum, aliud pravis artibus
exerceri solebat. Dum Illustriss. Autor de legitimis ambiendi mo-
dis doctissime disserit, simul commentatione locum *Ciceronis de*
19. *Petit. Consul. Cap. 5* perfundit. Tum vero de ambitus crimine,
variisque illius modis, disserit. *Ciceronis Oratio pro Plancio* tota
29. de ambitus crimine agit. Ad modos illos referas licet largitiones
vetitas. Divisores & diribitores Ill. Autor dignoscit, ceterasque
ambientium artes suspectas, atroque carbone *notatas, recenset*.
Repressum fuisse ambitus crimen legibus jam ante *Augustum*,
35. idem ostendit. Nam A. U. C. 321 lata a Tribunis plebis est
lex, quæ ad ambitionem spectavit, de albo vestibus petitionis
causa non addendo. Addit Illustriss. Comes leges, seu potius pro-
46. hibitiones, alias. Hinc ad legem progreditur Juliam, com-
mentatus copiose de rationibus & modis, cur & quibus ea fuit
perlata, duas constitutiones complexa. Fit ejus mentio l.
de Publ. Judic. §. 11. Exstant præterea in *Pandectis* pariter at-
que in utroque *Codice*, *Justinianeo* & *Theodosiano*, integri Ti-
50. tuli ad legem Juliam de ambitu, qui inde in *Basilica* transla-
ti sunt. Ex *Julii Pauli* quoque *Sententiis receptis* conservatus
fuit Titulus *ad Legem Juliam Ambitus* Lib. V Tit. 30. Finis
52. hujus legis Juliæ erat, ut crimen ambitus coerceretur. Ex
capitibus ejus, fortasse compluribus, tria Ill. Autor sibi vi-
sus fuit eruisse. Primum est: *ut illi, qui largitionibus magistra-*
tus ambiissent, quinquennium ab eis arcerentur. Secundum,
ut, qui petituri essent magistratum, certam pecuniæ summam si-
gnoris loco antea darent, quam amitterent, si in petendo de-
quidquam largiti fuissent. Tertium: *ut illa lege damnatus, si a-*
lium convicerit, in integrum restituatur, nec tamen pecuniam
54. *recipiat.* Senatusconsulti ad Legem Juliam meminit *Modesti-*
nus. Sed, quando factum sit, vel ad cujus relationem,
con-

constat. Duarum partium ad nos pervenit memoria; una continuit dispositionem de magistratuum & sacerdotiorum provincialium petitione instituenda; altera complexa fuit novorum vectigalium in municipiis institutionem. Pœna Legis Juliæ de ambitu fuisse videtur *deportatio*. Mirandum omnino est, *Tiberio* imperante jam legem illam oblivione, vel potius contemtu, fuisse contritam. *Tiberius* ipse de eo fuit conquestus, teste *Tacito Annal. III, 54.* Addit Illustriss. Autor edicta & leges, adversus ambitum post *Augusti* ætatem latas. Nos vero adjungimus nihil, nisi gratulationem de specimine doctrinæ prorsus egregiæ, e Jurisprudentia Romana decerpto, nec eleganter minus, quam solide, tractato, & apprecationem multijugæ faustitatis, quam Deus Illustriss. Autori impertire dignetur. Cernimus enim jam animo, ac certi pæne sumus, tantum tamque venustum & accuratum Scriptorem literas in posterum maximi facturum, & luculentissime ornaturum. Pag. 57. 60.

D. JACOBI HENRICI BORN DE COMMUnione peregrina, veteri Clericorum Censura, Commentatio.

Lipsiæ, ex officina Langenhemiana, 1742, 4.
Plag. 8½.

Ecclesia olim duplicis generis pœnas ordinavit. Aliæ universo Christianorum cœtui fuerunt communes; aliæ fuerunt ordini Clericorum reservatæ. Ad illas referenda est segregatio a cœtu reliquo, cujus *Tertullianus Apologet. Cap. 38* jam meminit, interdictum, pœnitentia publica, multa, exilium, ablegatio in monasterium, catena, carcer perpetuus & temporalis. Ad hasce, pro temporum diversitate diversas, spectant suspensio, & amotio. Inter suspensionis species *peregrina communio* numeratur. Hujus licet nomen in omnium Canonici Juris doctorum ore ac voluminibus versetur, indoles tamen ac ratio adeo est recondita, ut nemo adhuc certi quidquam potuerit in medium afferre. Operæ idcirco pretium fecit Celeberrimus & in Lipsiæ nostræ ornamentis numerandus Autor, quod ad notionem de peregrina communione recte formandam, & cum aliis communicandam, animum studiumque applicavit. Ipse inprimis animadvertit, non nisi tria esse Concilia, Pag. 5. 7.

lutione parum utilitatis ad Astronomiam redundat; tamen ipsum Problema in se est notatu maxime dignum, neque ullum est dubium, quin eos, qui hanc solutionem suscipient, laboris impensi non debeat poenitere. Quo autem vis hujus quaestionis clarius eluceat, tantum indicasse juvabit, dari innumerabiles curvas satisfacientes, inter quas sint primo algebraicae numero infinitae, ex quovis scilicet linearum ordine una; tum vero sunt quoque infinitae, quarum constructio per quadraturam circuli effici queat. Praeterea vero quaestionem resolvit infinita aliarum curvarum multitudo, quarum constructio nulla adhuc usitata methodo exhiberi potest. Rogantur itaque omnium ordinum Geometrae, ut hanc quaestionem attentione dignari, suasque meditationes in scientiae augmentum cum publico communicare velint.

ESSAIS ANATOMIQUES, CONTENANT L' HISTOIRE exacte de toutes les parties, qui composent le corps de l'homme, avec la maniere de dissequer, &c.

id est,

EXERCITATIONES ANATOMICAE, QUAE Accuratam omnium partium humani corporis historiam tradunt, cum methodo secandi, Autore Domino LIEUTAUD, Consiliario Regio, Professore Medicinae in Academia, quae Aquis Sextiis est, & Societatis Scientiarum Regiae Londinensis Socio.

Parisiis, apud Petrum Michaelem Huart, 1742, 8 maj.

Alph. 2, cum Tab. aen. 6.

Corpus humanum machinam maxime compositam sistit, cujus intimior cognitio novas semper disquisitiones requirit. In has Cel. Autor a viginti abhinc annis incubuit, nec semper consuetas dissecandi methodos secutus est, sed saepius nova, aliis non tentata, via evolutionem partium corporis humani suscepit. Non inutile innovandi studium eum impulit, sed accurata, &

ab

ab omni præjudicio libera, attentione ad confiderationem partium fe convertit, & ita nonnulla, quæ ad mechanifmum corporis fpectant, felicius evolvere tentavit. Ne vero quis de iis, quæ vel nova, vel ab aliis Anatomicis diverfa, propofuit, dubitet, methodum fecandi appofuit, & ita anatomen egregie declaravit. Dedit certe in plurimis accuratas partium defcriptiones, quæ, cum tirones anatomicos in cognofcenda partium corporis humani fabrica inftruere debent, propofito fatisfaciunt, licet nonnunquam breviores fint, & multa momenta, ad fubtilitates anatomicas pertinentia, negligant. Inprimis vero illos, qui ftudium anatomicum ulterius perficere, & in fectione cadaverum fe exercere, cupiunt, hoc Opufculum adjuvat, cum methodi fecandi ubique, inprimis in difficilioribus partibus, inveniantur. Ordo totius tractationis hic eft. Brevis introductio præmiffa nonnullas definitiones anatomicas exhibet; Opus vero ipfum *octo Sectionibus* abfolvitur, quarum *prima* fceleti confiderationem, & ita ofteologiam, ordine aliis confueto, exponit, & fimul nonnulla de offium recentium cognitione immifcet. *Sectio fecunda* partes, quæ caput componunt, aut ad illud pertinere videntur, defcribit. Præmiffa igitur integumentorum corporis humani hiftoria, oculorum, aurium, nafi, & oris, exteriorem interioremque ftructuram proponit, & pharyngem, laryngem, aliaque connexa, fimul defcribit. *Sectio tertia* pectus confiderat. Mammas igitur & diaphragma primum, poftea omnes partes, in cavo thoracis inventas, figillatim evolvit, & præcipue pulmonum & cordis ftructuram accuratius defcribit. *Sectio quarta* abdomen, & ita mufculos abdominis, peritonæum, vifcera, digeftioni, bilis fecretioni, urinæ, & excretioni, dicata, perfcrutatur, tandem generationis organa in utroque fexu defcribit, & fœtus hiftoriam tradit. *Sectio quinta* cerebrum, ejusque partes, medullam fpinalem, & nervos, per corpus diftributos, proponit. *Sectio fexta* hiftoriam vaforum fanguiferorum, fcilicet arteriarum & venarum, nec non lymphaticorum, exhibet. *Sectio feptima* mufculos, qui in præcedentibus *Sectionibus*, in nexu cum aliis partibus, defcribi non poterant, recenfet. *Sectio octava* tandem fitum omnium partium corporis humani

breviter proponit, & ita partes, in præcedentibus *Sectionibus* fu-sius explicatas, eo ordine, quo se invicem excipiunt, recen-set. Appendicis loco duæ Dissertationes annexæ sunt, qua-rum prima naturam & usum spirituum animalium, altera me-chanismum secretionis, proponit. Cum igitur ex ordine pro-posito idea operis generalis cognoscatur; passim nunc collecta, quæ nobis nova visa fuerunt, indicemus. Vomerem cum osse ethmoide conjungit, quod facile concedi poterit, si perpen-damus, varia ossa capitis in adultioribus coalescere, *quæ in* de-monstrationibus anatomicis in partes diffringuntur, quo eo com-modius describantur. Ossa carpi aliis nominibus non insigni-re vult, quam quæ a situ desumuntur. In primo ordine 1) radiale majus, 2) radiale minus, 3) cubitale, 4) pisiforme, appellatur; in secundo ordine 1) pollicem, 2) *os metacarpi* indicis, 3) medii digiti, 4) duo reliqua *ossa metacarpi*, susti-net. Sed nomina hæc non conveniunt, cum disjecta ossicula in ordinem sunt redigenda. Rationem, cur inter corpus reticu-lare & corpus mucosum distinguat, non perspicimus, cum im-perfectam descriptionem addat. In oculo cameram posterio-rem, ab omnibus Anatomicis assumtam, negat, uveamque vitreo humori & lenti chrystallinæ contiguam pronuntiat, &, præter rationes adductas, ad experientiam iteratam provocat. Musculos nonnullos minoris voluminis, ab Autoribus tamen ac-curate descriptos, negat, e. g. in aure interna *unicum tantum* internum concedit, qui *Albino tensor tympani dicitur*, reli-quos mallei musculos ligamenta tantum appellat. Stapedis ta-men musculum & describit, & encheiresin, qua detegitur, diligen-ter annotat. Glandulas, in habitu cutis, in tunica pituitaria, & aliis locis, assumtas, in dubium vocat, qua in re licet contrariam sententiam contra Autorem non acriter defendere velimus, ta-men nec ex tractatione ipsa, nec ex Dissertatione de mechanis-mo secretionis, satis evidentes cognovimus rationes, quæ præ-sentiam glandularum sebacearum in variis corporis locis de-struere possent. Præsentiam talium corpusculorum in intesti-norum interno habitu morbosum statum indicare, non semper concedi poterit, licet sæpius morbosa constitutio in his glan-

dulis inveniatur. De usu lienis has profert observationes & meditationes. Sectione multorum cadaverum & animalium viventium didicit, lienis volumen ventriculo respondere, ita, ut in animantibus, post diuturnum morbum & inediam mortuis, ien magnus, ventriculus vero parvus, inveniatur; in animantibus vero, mox post pastum mortuis, lien parvus, ventriculus vero magnus, deprehendatur, quod in canibus quoque iterum iterumque observavit. Situs lienis eundem pressioni ventriculi exponit, ejusque substantia spongiosa facile comprimitur. His gitur præmissis, ostendit, impetum cordis copiosum sanguinem ad lienem adducere, qui per vim visceris non omnis expellitur, sed vasa & totum ejusdem habitum extendit; ventriculus ideo, post pastum repletus, lienem pro ratione alimentorum, copiosius vel parcius ingestorum, premit, sanguinem, in celluloso contextu lienis stagnantem, & ideo secretioni bilis nagis aptum, versus hepar propellit, & bilem copiosiorem præbet, quam tum temporis alimenta digerenda requirunt. Conjecturam de usu capsularum atrabiliarum sequentem proponit, quæ quidem naturæ earundem, nec non situi & liquori contento, respondet, & sententiæ convenire videtur, quam *Franciscus de le Boy Sylvius* in Dissertatione medica quinta proposuit. Liquor, in his capsulis contentus, bili analogus est, acris, penetrans, licet parum amarus. Hunc, per arterias secretum, deficiente ductu excretorio, venæ iterum resorbent, eundemque ad cavam ducunt, in qua sanguis refluus lentescens est; hoc igitur liquore accedente resolvitur, & ad ulteriorem progressum aptus redditur. Methodum dissecandi cerebrum elegantissimam invenimus, quam tamen brevi tractatione delineare vix nobis licet. Sufficiat itaque, modum detegendi medullam spinalem brevissimis describere. Pars posterior spinæ dorsi musculis separatis denudatur, & processus spinosi reliquaque ossicula auferuntur, ita tamen, ne vasa, his sæpius arcte adhærentia, lædantur. Duo sinus vertebrales, & reliquæ venarum minimarum conjunctiones, egregie conspiciuntur, quæ cuncta una cum nervorum ortu, elevata nonnihil medulla spinali, in anteriori parte quoque observantur. Consideratis igitur primariis vasorum conjunctionibus,

nibus, *cellulosus* & pinguis contextus cum vasis omnino removendus est, quo primum involucrum medullæ conspiciatur. Hoc sub vertebris dorsi inciditur, & incisio sursum deorsumque usque ad extremitates medullæ continuatur, quo facto, medulla spinalis ipsa, nervi, qui utrinque & in fine prodeunt, arteriæ, & venæ spinales posteriores, ligamentum dentatum, & principium nervi spinalis, sive accessorii *Willisii*, sine ulteriori dissectione deteguntur. Icones, in fine annexas, Autor ipse delineavit, & æri incidit, &, licet ornatum artis non præ se ferant, tamen nonnulla momenta, in libro declarata, egregie illustrant, ita ut inprimis delineationes partium internarum cerebri hanc doctrinam evidentiorem reddant, quam aliorum Autorum icones, huc usque nobiscum communicatæ. Nulli dubitamus, hunc libellum Compendiis anatomicis perfectioribus *annumerari posse*, cum & accurata partium descriptione, & *brevitate*, placeat, & in usus prælectionum & dissectionum anatomicarum commode adhiberi queat. Cum in nonnullis ab aliis Anatomicis dissentiat Autor, aliorum quoque dissensum in variis doctrinis ægre ferre haud poterit.

JOSEPHI GABALEONIS COMITIS SARMATORII ad Legem Juliam de Ambitu Commentatio.

Lipsiæ, typis Bernh. Christoph. Breitkopfii, *1743, 4 maj.*

Plag. 9.

Serenissimo Principi, *Friderico Christiano*, Principi Regio Poloniarum, & Saxonici Electoratus Hæredi, Domino nostro optimo clementissimoque, Commentationem hanc, apte, solide, nitideque, elaboratam, ac simul splendidissimis formis descriptam, devovit ac consecravit Illustriss. Comes *Sarmatorius*. *Capitibus septem* integra comprehenditur tractatio. *Primo*, præmissa isagoge, differitur de ambitus apud Romanos ortu & caussis. *Secundo* de significatione ambitus, deque differentia licitum inter minusque licitum ambitum, exponitur. *Tertium* legitimos ambiendi modos repræsentat. *Quartum* inscribitur de ambitu

minus juſto, ſeu crimine ambitus, variisque ejus modis. *Quinto* de remediis adverſus ambitum,& de legibus, ad coercendum ambitum latis ante Legem Juliam, diſputatur. *Sexto* egit Illuſtriſſ. Autor de latione legis Juliæ de Ambitu. *Septimo* tandem ediſſeruit capita & durationem legis Juliæ. Jam ad ſingularia eſt deſcendendum. Iſagoge docet exhibetque malorum in republica fontes, præcipue avaritiam mortalium & ambitionem, quibus reprimendis Lex Julia ab *Auguſto* Imperatore fuit oppoſita, quæ aliquoties a juris antiqui architectis excitatur. *Romu-* Pag. 6.
lus ipſe in cauſa exſtitit, ut Patricii, quibus initio ſolis gerere nagiſtratus datum erat, nullo magiſtratu potiri poſſent, niſi qui faventior plebs eum detuliſſet. Cum, exactis ex urbe Regibus, ipſa rei Romanæ ſumma ita temperata eſſet, ut plebs crearet magiſtratus, Patresque fierent autores, tum eis, quotquot ad rempublicam capeſſendam adſpirabant, opus fuit, turbam Quiritium mobilium omnibus artibus ſibi devincire. Ipſæ eges Tabellariæ, quibus plebs ſuffragia tacite ferendi jus nata eſt, ambitum, ſi non auxere, at aluerunt maxime, licet *Cice-o de Legibus III, 17,* ſcribat, eas ambitioſis oppoſitas fuiſſe.
Certe multo ante, quam comitiorum tempus ingruebat, omnem 8.
pidem moveri oportuit, ut popularis aura captaretur. Nil tamen prenſandi morem magis neceſſarium reddidiſſe vietur, quam conſtitutiones illæ, quibus cum Latio & Italia ciitas communicata eſt. Quo majori enim tum acceſſione creit civium numerus, eo plurium pelliciendorum, ſibique adjunendorum, onere premebantur candidati. *Julius Cæſar* jus coitiorum paululum imminuit. *Auguſtus* illud reduxit, &, cum agiſtratus crearentur, non modo cum candidatis ſuis tribus rcuivit, ac ſolenni more ſupplicavit, ſed ipſe quoque in triu, ut unus e populo, tulit ſuffragium, *Suetonio* tradente *ap. 40, 56. Tiberius* jus, plebi a patre in ſpeciem relictum, abulit. *Caligula* populo reddere tentavit ſuffragia, nihil vero erfecit. *Juvenalis* certe ætate jam pridem populus ſuffragia endere deſierat. Quantopere Romani ante *Auguſti* impeum ambitum amaverint, dici vix poteſt. Amarunt hunc vero 11.
ceſſitate ſic ferente, nec tamen ejus onus probarunt. *Ambitus*

nibus, cellulosus & pinguis contextus cum vasis omnino removendus est, quo primum involucrum medullæ conspiciatur. Hoc sub vertebris dorsi inciditur, & incisio sursum deorsumque usque ad extremitates medullæ continuatur, quo facto, medulla spinalis ipsa, nervi, qui utrinque & in fine prodeunt, arteriæ, & venæ spinales posteriores, ligamentum dentatum, & principium nervi spinalis, sive accessorii *Willisii*, sine ulteriori dissectione deteguntur. Icones, in fine annexas, Autor ipse delineavit, & æri incidit, &, licet ornatum artis non *præ se ferant*, tamen nonnulla momenta, in libro declarata, egregie illustrant, ita ut inprimis delineationes partium internarum cerebri hanc doctrinam evidentiorem reddant, quam aliorum Autorum icones, huc usque nobiscum communicatæ. Nulli dubitamus, hunc libellum Compendiis anatomicis perfectioribus *annumerari posse*, cum & accurata partium descriptione, & *brevitate*, placeat, & in usus prælectionum & dissectionum anatomicarum commode adhiberi queat. Cum in nonnullis ab aliis Anatomicis dissentiat Autor, aliorum quoque dissensum in variis doctrinis ægre ferre haud poterit.

JOSEPHI GABALEONIS COMITIS SARMATORII ad Legem Juliam de Ambitu Commentatio.

Lipsiæ, typis Bernh. Christoph. Breitkopfii, *1743, 4 maj.*

Plag. 9.

Serenissimo Principi, *Friderico Christiano*, Principi Regio Poloniarum, & Saxonici Electoratus Hæredi, Domino nostro optimo clementissimoque, Commentationem hanc, apte, solide, nitideque, elaboratam, ac simul splendidissimis formis descriptam, devovit ac consecravit Illustriss. Comes *Sarmatorius*. *Capitibus septem* integra comprehenditur tractatio. *Primo*, præmissa isagoge, differitur de ambitus apud Romanos ortu & caussis. *Secundo* de significatione ambitus, deque differentia licitum inter minusque licitum ambitum, exponitur. *Tertium* legitimos ambiendi modos repræsentat. *Quartum* inscribitur de ambitu

mo-

minus justo, seu crimine ambitus, variisque ejus modis. *Quinto* de remediis adversus ambitum,& de legibus, ad coercendum ambitum latis ante Legem Juliam, disputatur. *Sexto* egit Illustriss. Autor de latione legis Juliæ de Ambitu, *Septimo* tandem edisseruit capita & durationem legis Juliæ. Jam ad singularia est descendendum. Isagoge docet exhibetque malorum in republica fontes, præcipue avaritiam mortalium & ambitionem, quibus reprimendis Lex Julia ab *Augusto* Imperatore fuit opposita, quæ aliquoties a juris antiqui architectis excitatur. *Romulus* ipse in causa exstitit, ut Patricii, quibus initio solis gerere magistratus datum erat, nullo magistratu potiri possent, nisi cui faventior plebs eum detulisset. Cum, exactis ex urbe Regibus, ipsa rei Romanæ summa ita temperata esset, ut plebs crearet magistratus, Patresque fierent autores, tum eis, quotquot ad rempublicam capessendam adspirabant, opus fuit, turbam Quiritium mobilium omnibus artibus sibi devincire. Ipsæ Leges Tabellariæ, quibus plebs suffragia tacite ferendi jus nata est, ambitum, si non auxere, at aluerunt maxime, licet *Cicero de Legibus III*, *17*, scribat, eas ambitiosis oppositas fuisse. Certe multo ante, quam comitiorum tempus ingruebat, omnem lapidem moveri oportuit, ut popularis aura captaretur. Nihil tamen prensandi morem magis necessarium reddidisse videtur, quam constitutiones illæ, quibus cum Latio & Italia civitas communicata est. Quo majori enim tum accessione crevit civium numerus, eo plurium pelliciendorum, sibique adjungendorum, onere premebantur candidati. *Julius Cæsar* jus comitiorum paululum imminuit. *Augustus* illud reduxit, &, cum magistratus crearentur, non modo cum candidatis suis tribus circuivit, ac solenni more supplicavit, sed ipse quoque in tribu, ut unus e populo, tulit suffragium, *Suetonio* tradente *cap. 40, 56*. *Tiberius* jus, plebi a patre in speciem relictum, abstulit. *Caligula* populo reddere tentavit suffragia, nihil vero perfecit. *Juvenalis* certe ætate jam pridem populus suffragia vendere desierat. Quantopere Romani ante *Augusti* imperium ambitum amaverint, dici vix potest. Amarunt hunc vero necessitate sic ferente, nec tamen ejus onus probarunt. *Ambitus*

Pag. 6.

8.

11.

Pag. 14. *bitus* proprie est *circuitus.* Inde illi, qui populum in petitio-
ne magistratuum circuibant supplices, *ambire* dicti. *Ambitio-
nem* dixerunt scriptores tersi castique legitimam petendi ma-
stratus rationem, per *ambitum* vero immodicam minusque l-
citam prensationem intellexerunt. Pars ambitus fuit prensati
16. manuum, Græcis δεξίωσις appellata æque ac θεραπεία. Aliud
ambiendi genus fuit semper approbatum, aliud pravis artibus
exerceri solebat. Dum Illustriss. Autor de legitimis ambiendi mo-
dis doctissime disserit, simul commentatione locum *Ciceronis de
19. Petit. Consul. Cap. 5* perfundit. Tum vero de ambitus crimine,
variisque illius modis, disserit. *Ciceronis Oratio pro Plancio* tota
29. de ambitus crimine agit. Ad modos illos referas licet largitiones
vetitas. Divisores & diribitores Ill. Autor dignoscit, ceterasque
ambientium artes suspectas, atroque carbone *notatas*, recenset.
Repressum fuisse ambitus crimen legibus jam ante *Augustum*,
35. idem ostendit. Nam A. U. C. 321 lata a Tribunis plebis est
lex, quæ ad ambitionem spectavit, de albo vestibus petitionis
causa non addendo. Addit Illustriss. Comes leges, seu potius pro-
46. hibitiones, alias. Hinc ad legem progreditur Juliam, com-
mentatus copiose de rationibus & modis, cur & quibus ea fuit
perlata, duas constitutiones complexa. Fit ejus mentio *l.
de Publ. Judic. §. 11.* Exstant præterea in *Pandectis* pariter a-
que in utroque *Codice, Justinianeo & Theodosiano,* integri Ti-
50. tuli ad legem Juliam de ambitu, qui inde in *Basilica* transi-
sunt. Ex *Julii Pauli* quoque *Sententiis receptis* conservatus
fuit Titulus *ad Legem Juliam Ambitus Lib. V Tit. 30.* Fin-
52. hujus legis Juliæ erat, ut crimen ambitus coerceretur. E
capitibus ejus, fortasse compluribus, tria Ill. Autor sibi vi-
fuit eruisse. Primum est: *ut illi, qui largitionibus magistra-
tus ambiissent, quinquennium ab eis arcerentur.* Secundum
*ut, qui petituri essent magistratum, certam pecuniæ summam p-
gnoris loco antea darent, quam amitterent, si in petendo de-
quidquam largiti fuissent.* Tertium: *ut illa lege damnatus, si a-
lium convicerit, in integrum restituatur, nec tamen pecuniam
54. recipiat.* Senatusconsulti ad Legem Juliam meminit *Modesti-
nus.* Sed, quando factum sit, vel ad cujus relationem, non

con-

constat. Duarum partium ad nos pervenit memoria; una continuit dispositionem de magistratuum & sacerdotiorum provincialium petitione instituenda; altera complexa fuit novorum vectigalium in municipiis institutionem. Pœna Legis Juliæ de ambitu fuisse videtur *deportatio*. Mirandum omnino est, *Tiberio* imperante jam legem illam oblivione, vel potius contemtu, fuisse contritam. *Tiberius* ipse de eo fuit conquestus, teste *Tacito Annal. III, 54*. Addit Illustriss. Autor edicta & leges, adversus ambitum post *Augusti* ætatem latas. Nos vero adjungimus nihil, nisi gratulationem de specimine doctrinæ prorsus egregiæ, e Jurisprudentia Romana decerpto, nec eleganter minus, quam solide, tractato, & apprecationem multijugæ faustitatis, quam Deus Illustriss. Autori impertire dignetur. Cernimus enim jam animo, ac certi pæne sumus, tantum tamque venustum & accuratum Scriptorem literas in posterum maximi facturum, & luculentissime ornaturum. Pag. 57. 60.

D. JACOBI HENRICI BORN DE COMMUnione peregrina, veteri Clericorum Censura, Commentatio.

Lipsiæ, ex officina Langenhemiana, 1742, 4.
Plag. 8½.

Ecclesia olim duplicis generis pœnas ordinavit. Aliæ universo Christianorum cœtui fuerunt communes; aliæ fuerunt ordini Clericorum reservatæ. Ad illas referenda est segregatio a cœtu reliquo, cujus *Tertullianus Apologet. Cap. 38* jam meminit, interdictum, pœnitentia publica, multa, exilium, ablegatio in monasterium, catena, carcer perpetuus & temporalis. Ad hasce, pro temporum diversitate diversas, spectant suspensio, & amotio. Inter suspensionis species *peregrina communio* numeratur. Hujus licet nomen in omnium Canonici Juris doctorum ore ac voluminibus versetur, indoles tamen ac ratio adeo est recondita, ut nemo adhuc certi quidquam potuerit in medium afferre. Operæ idcirco pretium fecit Celeberrimus & in Lipsiæ nostræ ornamentis numerandus Autor, quod ad notionem de peregrina communione recte formandam, & cum aliis communicandam, animum studiumque applicavit. Ipse inprimis animadvertit, non nisi tria esse Concilia, Pag. 5. 7.

quæ memoriam peregrinæ communionis, pro pœna Clericorum acceptæ, servent, Regiense nimirum, Agathense, & Ilerdense. Regiense, a Regio, provinciæ Narbonensis oppido, dictum, A. 439 celebratum fuit. Constitutum fuit in eo, ut *Armentarius*, qui invitus ad cathedram Ebredunensem, contra Canones, a binis duntaxat Episcopis, absque provincialium consensu, & Primatis autoritate, ordinatus fuerat juvenis Canonumque ignarus, Episcopali sede abstineret, & *vel Chorepiscopi titulum acciperet, vel peregrina communione frueretur.*
Pag. 11. In Agathensi Concilio, A. 506 coacto, & a 34 Episcopis habito, Canones duo fuerunt conflati, quibus mentio communionis peregrinæ fit perspicua, quam quidem alter contumacibus, alter Clericis, furtum facientibus, minatur. Episcopi tandem octo, qui
13. Synodum Ilerdensem, quam Noster anno 509 *adversus dissentientes vindicat*, celebrarunt, rapaces Clericorum manus, diripiendis Prælatorum vita functorum hæreditatibus intentas, peregrinæ communionis censura in officio continere conati
16. sunt. Intercidit jam inde a multis seculis notitia & usus hujus communionis peregrinæ. Nihil sibi de ea liquere, aperte præ se tulerunt *Joannes Bona*, *Gabriel Albaspinæus*, & *Bernh. Ferrarius*. Exstant quidem *M. Anton. Dominici* & *Henrici Rixneri* peculiares de ea exercitationes; at illam Cel. Autor nunquam vidit, hanc frustra requisivit ad tempus, absoluta autem Dissertatione
17. sua repertam, locum relinquere spicilegio *existimavit. Præmittit* ipse diversorum conjecturas ac dissensiones. Tum vero sententiam, quæ ipsi verisimillima fuit visa, exhibet, faventem nomini, gravitati censuræ accommodatam, paucissimisque patentem difficultatibus. Exponemus de parte tractationis utraque breviter & succincte. Autor Glossarum Decreti *Gratianei*, qui Seculo XIII vixit, peregrinam communionem similem esse laicæ, peregrinamque appellatam, quod esset a conditione Clericorum aliena, tradidit. Subscripserunt ei *Gabr. Vasquez*, *Jo. Stephanus Durantus*, *Garsias Giron de Loaysa*, *Franc. Pithœus*, *Rud. Hospinianus*, *Sever. Binius*, *Anton. Matthæus*, &, qui
28. postea sententiam videtur mutasse, *Jacobus Sirmondus*. Verum ex Concilio Agathensi patet, diversæ indolis esse crimina

quæ

quæ punita fuerunt communione & laica & peregrina, & illam
ad perpetuam a sacro ordine segregationem pertinere, hanc
haud æque. Proximum a Glossatore locum meretur *Rob.
Bellarminus*, siquidem laicam & peregrinam communionem in
censuram eandem compingit, ratus, reos furti & aliorum cri-
minum Clericos per communionis illius rationem sumsisse sub
una specie eucharistiam. Quam quidem opinionem facile ever-
erunt *Joannes Bona* & *Josephus Binghamus*. Omittimus senten-
tias aliorum, in quibus recensendis ac dijudicandis Noster nulli
operæ pepercit. Recentiores, peregrinam communionem pro
conditione vitæ Clericorum, peregre in ecclesiam venientium,
accipiendam esse, uno ore asseverarunt. Cum vero peregri- Pag. 31.
norum ejusmodi haud unum, sed geminum, idque diversissi-
mum, exstiterit genus, opinionem hanc infirmo stare talo, fa-
cile dilucet. Plerique, *Gabrielem Albaspinæum* secuti ducem,
peregrinam communionem definiunt communitatem & conso- 34.
ciationem, quæ Presbyteris, sive aliis Clericis, qui sine literis
commendatitiis peregrinabantur, indulgebatur in societate Cle-
ricorum & ecclesiastica communione. Arrisit hæc interpreta-
tio *Emanueli a Schelstrate*, *Ludovico Eliæ du Pin*, *Josepho Bingha-
mo*, *Jo. Andreæ Schmidio*, *Gothofr. Hermant*, *Carolo le Cointe*,
aliisque. *Le Cointe* tamen addidit, peregrinos intelligi eos,
qui inter ambulandum literas suas canonicas fato quodam ami-
sissent. Ipse autem *Gabr. Albaspinæus* hanc tandem opinionem
dimisit. Nec immerito. Clericis enim, qui sine literis illis 37.
peregrinabantur, adeoque nullum fidei vitæque testimonium
ferebant secum, omni communione ecclesiastica fuit interdi-
ctum. Et quomodo ad peregrinantes hujus sortis homines cle-
ricos quadrat pœna, quam communio peregrina habuit conjun-
ctam? Quod ipsum momentum sic est comparatum, ut *Henrico
Rixnero* assurgi haud possit. Quid vero Noster tandem ipse ar- 39.
bitratur? quid sentit? En ejus sententiam doctissimam, & verba
politissima: *Est, si quid ego video, communio peregrina genus cen-
suræ ecclesiasticæ, Clericis delinquentibus ab Episcopo, tanquam ju-
dice competente Clericorum, ob certa quædam crimina irrogatæ, per
quod a gradu suo ac munere suspensi, ad conditionem Clericorum
peregrinorum, in ecclesia commorantium, redigebantur.* Delicta illa
seu crimina in Conciliorum Canonibus hæc occurrunt: 1) Ele-

 ctio

ctio ad Episcopatum minus legitima, electo invito, ac desuper in-
tercedente, facta, 2) supina in obeundo munere sacro neglige-
tia, 3) contumacia erga superiorem, 4) furtum in eccle
commissum, & 5) expilata Præsulis defuncti hæreditas. Addit
Doctiss. Autor: *Clericos, peregrina communione notatos, iis cens*
peregrinis æquatos, qui rite, id est, cum literis commendatitiis,
Pag. 42. *advenerant.* Peregrinus in titulo dictus ille fuit, qui munus
vicario nomine gerit, ad quod haud fuit ordinatus. Qui con-
ditioni huic reddebatur æqualis, is expunctus e *matricula* ti-
tulo privabatur suo, & a munere ecclesiastico repellebatur, a-
deoque simul sacrorum domi tractandorum potestate ac emo-
lumentis, quæ muneri cohærebant, e. g. juris dicundi præro-
46. gativa, suffragio in rebus ad ecclesiam spectantibus ferendo, spe
ad gradus superiores adspirandi, & specialioribus *ceteris, quæ*
competunt ecclesiæ, privilegiis, excidebant. Cum vero ipsos
pœnitentia injuncta *correxisset, ipsi, in matriculam rescripti,*
gradum suum dignitatemque recipiebant, quæ ipsa sunt Synodi
47. Agathensis verba, quibus certe inest argumentum firmum, quo
Cel. Vir, sententiam suam dubitatione vacuam esse, ostendit,
dummodo animadvertamus, de pœnitentia non publica, sed
privata, esse ibi sermonem. Quo ipso dubitandum haud esse
65. apparet, sacram eucharistiam eis, qui ad peregrinam commu-
nem erant redacti, perinde ac ceteris sacerdotibus, datam fuisse
sub specie utraque. Specimen unum & alterum *dedimus* sele-
ctissimarum observationum, quarum tantam hic Ill. Autor co-
piam expromsit, ut, si quis nosse omnes voluerit, huic integra
sit a capite ad calcem Commentatio legenda.

EPISTOLA CANONICI JO. ANDREÆ IRICI Tridenatis, ad PHILIPPUM ARGELATUM, Bononiensem.

Novum fortasse cuiquam videri poterit, Amice optime, inter nos agendum esse per literas, cum in eadem urbe versemur, atque non raro conveniamus. Veruntamen nulla tangit admiratio scientes, eo in loco nobis per turbam non licere liberos miscere sermones, nec nisi raptim colloqui; neque enim satis nobis est otii, ut frequentius alter alterum adeat. Primum enim toti sumus in literariis negotiis, deinde ibidem tot s…

fra

ſtant e primaria hujus Metropolis nobilitate Viri, ut vel ſilendum omnino ſit, ne videamur audaces nimium, vel parce tantummodo confabulandum. Probe noſti, paucos ante dies quid nobis acciderit in ædibus ornatiſſimi Comitis *Antonii Simonettæ*. Vix enim me rogare cœperas, ut Cl. Virum, *Nicolaum Sormanum*, Ambroſiani Collegii Doctorem, ad tradendum Codicem ſuum Diplomaticum Mediolanenſem, cujus editionem ad literariæ reipublicæ commodum jam pridem meditaris, inducerem; cœptum ſermonem abrumpere coacti ſumus. Pro ea, qua libentiſſime deſideriis tuis favendi cupiditate præditus ſum, &, quoad vivam, ſemper ero, nihil prætermiſi, quod *Sormanum* noſtrum ad tua vota trahere poſſet, hodieque tandem victas dedit manus, id tantum addens, liberum nunc ſibi non eſſe, quod petas, efficere, cum curas ſuas omnes debeat addendis ſcriptis poſthumis doctiſſimi Theologi, P. *Liberii a Jeſu*. Pollicitus eſt igitur, ubi magnum hoc onus tantiſper excuſſerit, ſe cupiditati tuæ facturum ſatis. Interim non ægre feras, *Iricum*, tibi amiciſſimum, &, ſi quis eſt in vivis, gloriæ & utilitatis tuæ omnium cupidiſſimum, nonnulla te monere, quæ fortaſſe doctos viros tibi in dies magis demerendi, ut ita dicam, cacoethes advertere non ſinit. Meminiſtine, toties non voce ſolum, ſed ſcriptis quoque, in publicam lucem eductis, te miſeram ævi noſtri conditionem, tot bellicos tumultus, quodque miſerius eſt, Mæcenatum defectum, doluiſſe? Quo ergo pacto tantæ ſarcinæ ſuppones humeros, cum vix ſpes ulla affulgeat, ſub immodico faſce non labendi? Salutem, atque oculorum aciem, pæne inſumſiſti in congerenda, poſt tot inſignium Operum editiones, labore ſtudioque tuo paratas, Mediolanſium Scriptorum Bibliotheca ex tot editis MStisque Codicibus, quo in Opere, jam fere ad umbilicum perducto, mirabuntur tranſalpini præſertim, quibus ignota videtur, quæ ſit, fueritque ſemper, hujus urbis civium eruditio, Scriptorum, numerum bis milleſimum excedentium, & Codicum multitudinem, qui viginti millia ſuperant. Mirabuntur & Itali, cum inſpicient collecta ſimul tot familiarum monumenta, & præter ea, quæ ad Mediolanenſes Præſules, & Inſubriæ hiſtoriam, tam ſacram, quam profanam, pertinent, æquam etiam criticen in eis maxime Scriptoribus, qui ante Chriſtum floruerunt. Accedit improbus ille labor, quem ſuſcepiſti, conficiendi generalis Indicis Scriptorum rerum Italicarum, vix integris Tomis II abſolvendi. Exſpectant inſuper docti omnes, publica luce donari, ut jam dudum ſpopondiſti, *Onuphrii Panvinii* Opera, & jam typis

pis tradita, & inter anecdota Vaticanæ, Regiæ Parisiensis, Vindobonensis, aliarumque Bibliothecarum, servata, & grandi ære per te exscripta; exspectant reliquas Latinorum Vatum antiquorum Italicas versiones, quibus eorundem Poetarum vitas, a te rursus elucubratas, addis. Si vero inter tua, & aliena, licet mihi illa quoque commemorare, quæ mea sunt; exciditne tibi jam eruditis promissa Annalium patriæ meæ editio, curis tuis demandata? Quo loco tandem erunt Italicarum Ecclesiarum ritus antiqui, quibus colligendis, & per Dissertationes illustrandis, te hortante jam tot annos insudo? Quo magis moveare, noveris, paucos hos ante dies Vercellensis Ecclesiæ sacra monumenta, quæ ad *Eusebianum* spectant ritum, Capituli ejusdem cathedralis *benignitate* ad me fuisse perlata. Hæc jungentur plurimis, jam apud me extantibus, ejusdem generis peculiarium Ecclesiarum Liturgiis sacramentalibus & Breviariis, Romanum ritum, generaliter apud Italos invectum, præcedentibus, atque illis etiam, quos, te curante, ab aliis mihi sufficienda non despero. Quid? si universa hæc in unum corpus coalescerent cum Scriptoribus, qui a *Gelasio* Pontifice *ad Seculum usque* XV de Ecclesiasticis ritibus scripta reliquerunt? Novi enim, qualis hac de re messis apud te sit, ex insignioribus Christiani orbis Bibliothecis tot precibus sumtibusque tuis collecta, & a quondam Domino *Januario Saliñas*, Monacho Casinensi, eruditis satis noto, digesta atque magna ex parte illustrata. Ambrosiani Ritus MSti Codices deerunt, quorum præstantissimos in Metropolitanæ Basilicæ Bibliothecam jam pridem intulit præclaræ memoriæ Antistes *Franciscus Pizzolpascus*, civis tuus, quem ex nobilissima *Lambertina* progenie natum, *Michaelis*, ejusdem nepotis, testimonio comprobatum, in Bibliotheca tua Mediolanensi magna cum voluptate perlegi. Spes erat, *Carolum* Cardinalem *Stampam*, hujus Ecclesiæ Præsulem, nuper dolenti gregi raptum, postulationibus tuis præcipue auscultaturum, ut *MStis, quæ non pauca* apud utrumque nostrum existunt, quæque ad *hanc spartam* augendam adornandamque aptissima sunt, adderentur. Illo inopinata morte sublato, conciderant animi, sed nostra reviviscit fiducia, cum sapientissimus optimusque Pontifex *Josephum Puteobonellum*, non pietate minus, quam doctrina humanitateque, suspiciendum, recens Ambrosiana Infula redimiverit; pro certo enim habendum, tantum Virum rem diutissime optatam toto pectore, & pronis, ut ajunt, manibus, excepturum. Hæc tecum ipse meditare, &, quibus auxiliis fretus tantam molem sustinere possis, considera, ne corporis valetudinem, remque familiarem, ita minuas, ut tibi magnis licet ausis excidere sit necesse. Boni consulas, rogo, amici verba, qui una cum Augustissimis cineribus *Caroli VI* conatus tuos, & quod ad eos adimplendos opus erat, jacere deplorat. Non ideo tamen turpi otio dies insumamus, ne numerus tantum simus, & fruges consumere nati. Sane ad extremum usque spiritum me literarii labores, si Deus annuerit, semper maxime exercebunt. Vale, &, meliora operiens, me, ut soles, ama. Ex ædibus meis, immo tuis, IX Cal. Quintilis MDCCXLIII.

NOVA ACTA ERUDITORUM,

publicata Lipsiæ

Calendis Decembris Anno MDCCXLIII.

HISTOIRE GENERALE DES AUTEURS SACRES & Ecclesiastiques, &c.

hoc est,

HISTORIA GENERALIS AUTORUM acrorum & ecclesiasticorum, continens eorum vitas, perum catalogos, examen criticum, judicia, chronoogiam, analysin & recensionem variarum editionum, &c. Autore R. P. REMIGIO CEILLIERIO, *Benedictino.*

Tomus VI.

Parisiis, apud Philippum Nicolaum Lottin, 1737, 4 maj.

Alph. 4 plag. 7.

O*peris* hujus utilissimi, cujus priora *quinque Volumina* alio tempore in Commentariis his nostris locum invenerunt, *Tomum sextum* annuntiare in præsentia licet. Totus ille *iginti* absolvitur *Capitibus*, & adhuc rebus memorabilioribus, eculo IV in civitate Christiana gestis, immoratur. *Capite primo* le *Julio Firmico Materno*, Senatore Romano, exponitur, non conundendo cum *Materno*, Mediolanensi Episcopo, qui, ubi, dereli-ta religione profana, sacra Christianorum amplexus esset, librum *le errore & falsitate religionis profanæ* exaravit, eundemque ad mperatores *Constantium* & *Constantem* eo consilio allegavit, ut, uicquid paganæ superstitionis superesset, id ipsum radicitus evel-erent. *Capite secundo* Autor de S. *Amonio*, sive *Ammonio*, autore

sodalitii Anachoretarum Nitriensium, commemorat, qui, licet ex parentum consensu matrimonii vinculo constrictus teneretur, per omnem tamen vitam, annuente conjuge, continentiam coluit, pietatis exercitiis unice intentus, ac diversa in Ægypto monasteria condidit, mortuus circa A. 345. *Capite tertio* de *Fortunatiano*, Aquilejensi, *Theodoro*, Heracliensi, *Tryphillo*, Ledrensi, *Asterio*, Sophista Ariano, *Eusebio*, Emeseno, *Basilio*, Ancyrano, *Acacio*, Cæsareensi, Episcopis, & quibusdam aliis hujus temporis scriptoribus, agitur, quorum vitæ ac scripta, tum genuina, tum spuria ac supposititia, describuntur & recensentur. *Caput quartum* inscriptum est de *Victorino*, oratore Christiano. *Hieronymo* is dicitur *Cajus Marius Victorinus*, quem alii appellant *Fabium*. Ortu fuit Afer, titulo *clarissimi* in fronte scriptorum suorum insignitus, quoniam illustres natales divinæ providentiæ munere sortitus erat. Rhetoricam Romæ per multos annos est professus, & quidem tam felici cum successu, ut publica statua donaretur. Avitæ religionis fuit tenacissimus, eidemque ad seram usque ætatem adhæsit, donec suasu *Simpliciani*, sacrorum apud Mediolanenses antistitis, quo ipse familiarissime utebatur, ad sacrarum literarum lectionem se accingeret, quarum veritate adeo est subactus, ut, confessione in publica Christianorum concione edita, sacris aquis adspergeretur. Christianus factus, ad A. 362 usque Rhetoricam docere perrexit, donec mandato Imp. *Juliani* ab illa provincia abstinere cogeretur. Scripsit *contra Arianos Libros IV, multa quidem* eruditione refertos, sed in quibus mentem suam non semper dilucide satis declaravit; porro *contra Manichæos de duobus*, quæ comminiscebantur, *principiis*; in verba *Geneseos*: *Sic fuit vespera & fuit mane diei primi*; *Hymnos & Poema de morte Macchabæorum*; *de consubstantiali generatione verbi divini*; *Commentarios in Epist. Pauli ad Galatas & Philippenses*, quos quidem *Hieronymus* parvi fecit, sed *Sirmondus* stilo comtiore ac intellectu faciliore scriptos esse judicat. Alia præterea reliquit, quæ artes liberales, oratoriam speciatim, spectant. Locutiones in ipsius scriptis offenduntur minus exactæ, sed quæ non nimis acriter insectandæ, quod de religionis Christianæ veritate scribere occepit, cum eam nondum plane ac plene perspexisset.

De

De sacrosanctæ Trinitatis mysterio & recte sentit, & loquitur. *Caput quintum* de S. *Serapione*, Episcopo Thmuensi, commemorat. Per tempus aliquod docuit in Schola Catechetica Alexandrina, ob excellens ingenium nactus nomen *Scholastici*. Vitam monasticam deamabat, & cum *Antonio* arctam constitutam habebat familiaritatem. Superstes fuisse videtur ad A. usque 369. Scripsit *contra Manichæos* opus eximium, quod postea ab eorundem objectionibus defendit, & *Epistolas* etiam, sed quæ interciderunt. *Carmen paschale*, ipsi attributum, est *Sedulii*. *Capite sexto* de *Tito*, Episcopo Bostrensi, tractatur. Floruit is circa A. 350, & vivere desiit sub *Valente*, anno incerto. Divulgavit *Libros IV contra Manichæos*, in quibus ratiocinia justa & stringentia desiderantur, stilus etiam subinde est impeditus. *Commentarius in Lucam*, qui nomen ejus præfert, recentior est, quam ut ipsum autorem habere queat. *Caput septimum Ulphilæ*, Gothorum Episcopi, *Rufiniani*, Episcopi Ægypti, *Aquilii Severi*, *Audentii*, *Gregorii*, Eliberitani Episcopi, vitas brevibus complectitur, & scripta nominat. *Caput octavum* dicatum est S. *Basilio*, Archiepiscopo Cæsareensi in Cappadocia, & Confessori. Hujus *Articulus I* exhibet ejus vitam. Natus fuit Cæsareæ Cappadociæ sub finem A. 329. Literis, quæ ab humanitate nomen habent, itemque Philosophia, Constantinopoli & Athenis probe innutritus, sacris Christianorum, a quibus ante alienus erat, se initiandum curavit circa A. 357; inde, itineribus huc illuc institutis, commendatione *Gregorii Nazianzeni* Episcopus Cæsareensis A. 370 est designatus, mortuus A. 379. Illius multiplices in Episcopatu labores fuse hic describuntur. *Articulus II* agit de *scriptis Basilii in Sacram Scripturam*, *Homiliis in hexaemeron*, quæ præ aliis ejus scriptis publico plausu sunt exceptæ, ipsique honoris multum adjunxerunt, *Homiliis in Psalmos*, quos non justo exposuit ordine, & qui maxima ex parte perierunt, *Libris V contra Eunomium*, *Commentario in Jesaiam*, quem nonnulli *Basilio* abjudicarunt, contrarium demonstrante Nostro, denique de *Homiliis super diversis argumentis*. *Articulus III* agit de illius *asceticis*, diversis temporibus, data occasione, in gratiam illorum, qui se ipsi, quod ad vitæ spiritualis exercitium, regendos committebant, confectis,

non utilibus solum his, qui monasticam vivendi rationem sectan-tur, verum etiam omnibus, quibus pietas est cordi. *Articulus IV de libro de Spiritu Sancto*, quem rogatu S. *Amphilochii* perscripsit; *V* de ipsius *Epistolis ad varios* diversa occasione ex-; *VI* de *operibus, Basilio falso tributis*, & illis, quæ ætatem non tu-lerunt; *VII* de ipsius doctrina, agit, quæ per omnia religionis Christianæ capita copiose declaratur, propriis ejus verbis in sub-jectis notis excitatis. *Art. VIII* collegit Autor *judicia*, de scriptis *Basilii* lata, simul recensione editionum operum illius in-stituta. *Capite nono* de S. *Eusebio, Episcopo Samosateno & Mar-tyre*, exponit. Is A. 361 adfuit Concilio Antiocheno, ac sua au-toritate effecit, ut *Meletius* Episcopus Antiochenus crearetur. A. 374 jussu *Valentis* sede sua dejectus, in Thraciam exulare coge-batur, amicis multum ingemiscentibus, sed inde a *Gratiano* A. 378 fuit revocatus. *Capite decimo* de S. *Meletio, Episcopo Antio-cheno & Confessore*, agit. In urbe Melitene minoris Armeniæ lu-cem vitæ primum adspexit, A. 357 Episcopus Sebastensis fuit constitutus, hoc vero munere sponte sua se abdicavit, quod, mul-tos sibi adversari, animadverteret. A. 361 munus Episcopi in urbe Antiochena omnium suffragiis ipsi est collatum, sed ipse illo, cum Ariani sibi minus benignum præter opinionem intel-ligerent, volente ita *Constantio*, triginta tantum ab electione diebus elapsis, est exturbatus, hoc ipso tamen anno nondum ex-acto a *Julianus* restitutus, post secundum & *tertium in exi-lium* missus, sed postea sedi suæ restitutus. *Caput decimum* S. *Damasi* vitam continet. Pontifex Romanus est nomi-natus post mortem *Liberii*, fatis functus d. 11 Dec. A. 384. Ejus scripta; tum quæ ipsum autorem agnoscunt, tum quæ ipsi sunt supposita, memorat Autor, & præcipua ex illis excerpit. *Ca-put duodecimum* ad S. *Cyrillum Hierosolymitanum* pertinet. *Art. I* exhibet ipsius vitam, quam Hierosolymis circa A. 315 est in-gressus, circa finem anni 350 Episcopus Hierosolymitanus legiti-me nuncupatus, sed artibus *Acacii*, Episcopi Cæsareensis, deposi-tus, restitutus autem A. 359 in Concilio Seleuciensi, iterum vero munere suo exauctoratus in Concilio Constantinopolitano A. 360 at revocatus a *Juliano* A. 362, tertium submotus A. 367, sed re-stitutus

ftitutus A. 378, mortalium numero exemtus A. 386. *Articulus II* de *αὐθεντίᾳ Catechefeon Cyrilli* docemur, quas, licet quidam ex doctoribus puriorum facrorum a *Cyrillo* profectas effe negent, nonnullis tamen ipfe argumentis genuinas effe contendit, objectionesque diluit. *Art. III* fiftit *analyfin Catechefeon. Art. IV* de *quinque ipfius catechefibus myftagogicis*; *V* de *Homilia de paralytico*, & *Epiftola* ipfius ad Imp. *Conftantium*, agit. Homiliam hanc primus omnium ex Cod. MSto, fed paffim hiulco, A. 1703 *Oxonii* typis exfcribi curavit *Thomas Millefius*, emendatius vero & integrius in lucem eft protracta Parifiis A. 1720, quam genuinum *Cyrilli* fœtum effe, non uno argumento demonftrat. *Epiftolam ad Conftantium de figno crucis in cælo vifo*, fcriptam A. 351, pariter ipfius effe affeverat. *Art. VII opera Cyrilli perdita, eidemque fuppofita*, perfequitur. *Art. VIII doctrinam Cyrilli*, per fingula religionis Chriftianæ capita eundo, explanat. *Art. IX judicia* de fcriptis *Cyrilli* adducit, ac editiones operum ipfius ordine enarrat. *Capite tertio decimo* de *Gelafio Cæfareenfi*, nepote *Cyrilli Hierofolymitani*, tractat. Hunc propterea Autor *Cyrillo* jungit, quia ipfius ex forore nepos erat. Epifcopum Cæfareæ in Palæftina inde fere ab A. 367 usque ad A. 395 egit. *Capite decimo quarto* de *Apollinario, Epifcopo Laodiceno in Syria & hærefiarcha*, agitur. Juvenis in omni difciplinarum ac fcientiarum genere ingenium exercuit, in iisdemque cum excellenti indole effet, profecit plurimum, ac magnam facundiæ vim fibi paravit. Epifcopus Laodicenus A. 362 eft electus. Errores ipfius primum funt condemnati in Concilio Alexandrino A. 362, ac inde paffim in aliis conventibus ecclefiafticis. *Capite decimo quinto* res *Timothei, Archiepifcopi Alexandrini*, defcribuntur. Presbyter Ecclefiæ Alexandrinæ fuit per multos annos, inde illius Epifcopus omnium Ægypti antiftitum facrorum confenfione evafit, mortuus d. 20 Jul. A. 385. *Capite decimo fexto* de *Donato Carthaginienfi, Parmeniano, Ticonia, Vitellio, Macrobio*, fcriptoribus Donatiftis, & *Olympio*, Epifcopo Hifpanico, commemoratur. Primam diffidii Donatiftici originem ponit Autor in A. 304, ejusdemque progreffum, & quibus in Conciliis motus illorum fuerint repreffi, indicat. *Donatum* a fuis moribus,

doctrina, ingenii ac facundiæ dotibus, describit. Vitam *Donatus* cum morte commutavit circa A. 355. *Caput septimum decimum* ad *S. Optatum, Episcopum Milevitanum,* defensorem ecclesiæ, spectat. *Art. I vitam & scripta* ejus persequitur. De vita quidem ejus parum nobis constat. Patria fuit *Afer,* Episcopus Milevitanus, quæ urbs duobus Conciliis, ibidem celebratis, inclaruit. *Libris VII* contra *Parmenianum,* unum celeberrimorum factionis Donatisticæ Episcoporum, partes ecclesiæ egregie est tuitus, quorum præcipua momenta ita proponit Autor, ut *cupidus lector* ipsius diligentiam non sit desideraturus. *Art. II doctrinam Optati; Art. III diversa monumenta antiqua, quæ ad historiam Donatistarum spectant,* exhibet. Monumenta hæc adjecta sunt recentissimæ operum *Optati* editioni, cujus generis sunt *Edicta, a Diocletiano & Maximiano adversus Christianos promulgata, Acta S. Felicis Aphtongitani, Acta justificationis Cæciliani, Epistola Masurii* ad *Secundum, hujusque ad illum responsum, Epistolæ Constantini, analysis Epistolæ supplicis Marcellini & Faustini, judicium de literis supplicibus Marcellini, ac diversis illarum editionibus. Capite decimo octavo* res *S. Paciani, Episcopi Barcinonensis,* enarrantur. Fuit vir vitæ sanctimonia, eloquentia, & stili castimonia, insignis plane, Episcopatum adiisse censetur A. 373, quo vero anno animam Deo reddiderit, non liquet; illud est evidens, ipsum in extrema senectute, imperante *Theodosio,* ante A. 392 morti succubuisse. Hujus adhuc superant *Epistolæ tres ad Sympronianum, Novatianorum erroribus implicitum, Exhortatio ad pœnitentiam, Diss. de Baptismo,* aliis temporis injuria absumtis. *Capite decimo nono* de S. *Philastrio, Episcopo Brixiensi & Confessore,* tractatur. Ubi loci vitam fuerit ingressus, & qua gente sit procreatus, prorsus latet; id apparet, ipsum, rebus mundanis missis, Christo toto animo se addixisse, singulari continentiæ operam navasse, & assiduo studio in literarum divinarum intelligentia proficere allaborasse. Presbyter factus, omnes fere imperii provincias, urbes, & vicos, peragravit, veritatem cœlestem docuit, cum Judæis & paganis, nec non cum hæreticis, præ ceteris vero Arianis, congressus est, quo ipsos erroribus expediret, & ad ecclesiæ consortium reduceret. Cumprimis singulari cura ducebatur

in

in ecclesiam Mediolanensem, antequam *Ambrosius* eidem præponeretur, seque multa cum animi contentione opponebat *Auxentio*, homini erroribus Arianis mancipato; inde Episcopus Brixiensis est inauguratus, inque munere suo id egit omnibus viribus, ut homines rerum divinarum rudes de salutis via erudiret, ipsisque optimum, quod sequerentur, exemplum præmonstraret. In libro *de Hæresibus* multa eum negligenter scripsisse, in temporum rationem sæpius impegisse, hæreticos aliquando nominasse, qui ne unquam quidem exstiterunt, non sine ratione monet Autor. Etiam hic *Tomus*, uti priores, Indice satis copioso est instructus.

Vernünfftige, historische und theologische, Betrachtungen über die Wahrheit, Alterthum, und Göttlichkeit, der Schriften des Alten und Neuen Testaments, rc.

hoc est,

COGITATA, RATIONI CONSENTANEA, HIstorica & theologica, in veritatem, antiquitatem, & originem divinam, scriptorum Vet. & Nov. Fœderis, probatissimis argumentis per complexum naturalem in lucem producta a JOANNE FRIDERICO STEIN, Principum Badeno-Durlacensium in Carlsruba Ecclesiaste aulico.

Basileæ, impensis Joannis Rudolphi Imhoff, 1742, 4.
Alph. 4 plag. $15\frac{1}{2}$.

Serenissimo Principi Marchioni Dominoque, *Carolo Friderico*, tractationem hanc consecravit Autor, & cognitione veritatis cœlestis, & philosophicis præsidiis, plenissimus, aliosque luce sua auspicato collustrans. Ipse ante annos novem scriptores, qui de veritate religionis Christianæ exposuerunt, attente perlegit, ne quid sibi deesset convictionis de eis universis capitibus, quæ doctrina Christianorum complectitur. Ut vero meditationes, quæ ex instituto illo profluebant, ipsi continuo sub oculos & mentem versarentur, cogitata & notiones in chartam

tam conjecit, e quibus, iterum iterumque volutatis, subacti que, hæc tractatio, hoc opus, exstitit, feliciterque tandem lucem vidit. Usus instituti ejusmodi non est unus, sed multiplex & varius. Argumentum rei, quod sæpius tractetur, dignum. Mentes minus convictæ scriptorum genere alliciuntur & flectuntur, ac ad frugem veritatemque deducuntur, nunc hoc, nunc illo. Naturalistis ac Deistis cibus ejusmodi est apparandus, quem ipsi primo obtutu nec fastidiunt, nec aversantur. Nec tamen in argumentis solis, quæ credibilitatem externam & humanam scriptis divinis conciliant, acquiescendum est. Hanc ob causam Pl. Rev. Autor *P. VII Cap. 13* de interna Spiritus Sancti convictione disseruit, ac argumenta, convictioni utrique apta, in sororium constrinxit arctavitque vinculum. Homines mentis infirmæ, qui lectione *librorum*, veritatem divinam impugnantium, delectantur, ab ipso dividuntur in Atheos, Irreligionarios, Naturalistas, ac Deistas. Quibus universis lucrifaciendis, & ad Jesum aggregandis, sese totum in hoc Opere addixit Autor. Inprimis ostendit, in historicis rebus, in dogmatibus, & in doctrina morali, sacrarum literarum materia, nil nisi veritatem elucere. Ad *Sanchoniathonem* hinc inde provocat, haud ignarus suspicionum, quibus fidem ei detrahere conati fuerunt *Joannes Marshamus*, *Henricus Dodwellus*, & *Elias du Pin*, nec non, quod de nostr. addimus, *Richardus Simonius*, P. *Montefalconius*, & P. *Augustinus Calmetus*. Demonstrat autem, argumenta, quibus, ipsum fuisse suppositum, & a *Porphyrio* effictum, assensu esse indigna. Abbas *Guyonius* fusius fidem *Sanchoniathonis* asseruit in libr. *Histoire des Empirs & des Republiques depuis le deluge jusqu' à Jesus Christ*, *Tom. IV pag. 124 seq.*, fassus tamen, monumentum id *Sanchoniathonis*, ab *Eusebio Præpar. Evang. I, 9*, productum cum antiquitatibus Græcorum & sacra historia in concordiam redigi haud posse. Exposuit ex professo de fragmento i. *Furmontius*, senior, in libri: *Reflexions historiques sur les Histoires des anciens Peuples*, *Tomo I*, ac nonnihil in dictis judiciisque *Guyonii* notavit, ad quod respondit hic in monitis ad *Tom.* I Historiæ, de qua modo diximus. Anglorum eruditissimi ...

ryp...

ryphæi hiſtorici benignius etiam de *Sanchoniathonis* fragmento
tulerunt judicium in Præfatione, *Tomo III Hiſtoriæ univerſalis*
præmiſſa. Sed hæc obiter. Vindicat Noſter fragmentorum
llorum veritatem, licet *Euſebio* ſubſcribat, dictitanti, recen-
iorum manu acceſſiſſe operibus *Sanchoniathonis* ſymbolicas ex-
poſitiones, phyſicaque additamenta. Opus *Steinianum*, nobi-
iſſimi inſtituti fructus ſelectiſſimus, in *Partes ſeptem* fuit diſtri-
butum. Prioribus *ſex Partibus* in eo Autor fuit totus, ut, fidem
humanam ſacris ſcriptoribus haud denegandam eſſe, compro-
baret. In *Parte* extrema ex profeſſo oſtendit, fidem præterea
eis divinam eſſe adjungendam. Ordinem adhibuit ſyntheticum,
ut priora ſternerent poſterioribus viam, aſſenſumque momen-
is doctrinarum, poſthæc demonſtrandis, conciliarent. In dili-
gentia ſua certe deſiderari quidquam haud fuit paſſus. Appro-
barunt opus & Ordo theologicus Argentoratenſis, & provincialis
Conſiſtorii ſacri Aſſeſſores. Accedit, quod lectio ipſa illud ap-
probat, & judex æquus in eo nil niſi laborem, pro veritate di-
vina fideliter exantlatum, manſuetudinem, candorem, & pacis
ſtudium, Chriſtianis congruens, deprehendit. Hæc genera-
im. Delibabimus jam particulas minores, e quibus hæc cœ-
na dubia fuit adornata. *Pars prima* continet *Capita novem*.
Primo oſtenditur, hominis eſſe, in fundamentum doctrinæ ſuæ
religioſæ inquirere. *Secundo* demonſtratur, revelationem re-
igionis divinam eſſe non ſolum poſſibilem, ſed ſua etiam ſeſe
veriſimilitudine commendare. Deiſtas, ejusmodi revelatio-
nem negantes, revincit *Caput tertium*. *Quarto* exponitur de
neceſſitate revelationis ejusmodi ſingularis, ejusque divinæ, hy-
pothetica. Quis enim ignorat errores gentium, imbecillita- Pag. 7.
em ingenii noſtri, tenuesque hominum de immortalitate men-
ium humanarum cogitationes? Quem fugit ſcopus, quem
Deus creator in rebus creatis ſibi propoſuit? Quis neſcit, ho-
minis eſſe, agnoſcere & amplificare notitiam & gloriam creato-
is ſui? Quis modum, colendi Deum, quem hic penitus ap-
probat, per ſeſe poteſt invenire? An ἐθελοθρησκεία hominum
a Deo approbatur? Qua ratione ad amicitiam Dei nobis, qui
leges Dei violamus, patet reditio? Nonne peccata, in Dei leges

Rrr r commiſſa,

commissa, pœnas habent propositas sibi sempiternas? An so
sufficit nobis de benignitate Dei persuasio? An sapientiæ, ju
stitiæ, & sanctitatis, hic etiam habenda est ratio? Homo, sibi re
lictus, Deum placare, & justitiæ ejus satisfacere, haud pot
Pag. 24. *Capite sexto* tractat notas divinæ revelationis; *septimo* agg
ditur expendere vim & pondus argumentorum, quæ pro di
35. nitus revelata doctrina militant; *octavo* inquirit in mon
de ea fidem & veritatem; *nono* recenset momenta, ex qui
bus de historici fide judicium est faciendum. *Partis secun*
53. *de Capite primo* monstrat, gentes, a vera religione alie
nas, nonnulla veritatis capita congruenter rationi tradi
disse, speciatim de Deo uno, de Deo spiritu, de Deo omni
scio ac æterno, &c. *Capite secundo*, eas gentes doctrina di
vinitus detecta carere, demonstrat, conformans characteres do
ctrinæ hujus ad dogmata gentium exterarum, & dissimilitudi
74. nem designans. *Capite tertio*, Muhammedanam religionem
complecti unicam divinitus reclusam doctrinam, solide negat.
Parte tertia ostendit *Cap. 1*, Biblia nostra multum excellere do
ctrinis, quæ vulgo minus recte pro divina religione venditan
tur; *Cap. 2* monstrat, exstitisse *Mosen*; *Cap. 3* tradit, *Mosen*
vixisse illa ætate, qua ipsum floruisse, divinior Codex significa
91. rit; *Cap. 4* disserit de scriptorum *Mosaicorum* historica verita
te; *Cap. 5* exponit argumentum idem, ac transitum per mare
rubrum attingit; *Cap. 6* addit rationes, cur pronuntiata & scri
141. pta *Mosis* sint fide digna; *Cap. 7* evincit, *Mosen esse scripto*
rum, quæ nomen ejus ostentant, genuinum autorem; Cap. 8
objectionibus nonnullis, quæ scriptis *Mosaicis* opponi solent,
medetur. Persuadet sibi, solem & sidera die hexaemeri quar
153. to collustrare terram ita, ut discerni visu ab exhalationibus te
luris potuerint, lucem primigeniam a solis jubare haud fuisse
diversam, serpentem haud naturalem primos homines ad deli
randum induxisse, rationes exstare, cur homines vitam tanto
pere prorogarint, diluvii *Noachici* momenta fidem haud exce
dere, & miracula, per *Mosen* edita, ab universa impostur
161. specie esse perquam aliena. Scrupulos, quos Chronolog
Chaldæorum & Ægyptiorum exhibet, ejicit ex animo fluctuan

tium

tium. Chinensium *Fobium* putat esse eundem ac *Noachum*. *Tolandi Origines Judaicas* succincte excutit & refellit. Μέλι Pag. 171.
ἄγριον, *mel agreste*, exponit per illud, quod apes in cavis arborum & petrarum componunt. Liceat existimare, mel voce illa designari arboreum. Hoc enim appellatum fuit μέλι ἄγριον a *Diodoro Siculo XIX, 104*. Exstare in libris Vet. Test. ipsoque *Mose* interpolationes scriptoris recentioris, e. g. *Esræ*, inficiari haud audet. Per locum Dan, quousque *Abrahamus* 176.
Reges latrones consectatus fuisse traditur *Gen. XIV, 14*, designari putat alterum e Jordanis orientis amnibus, ratus, Jordanem formari ex amnibus duobus, totidem capitibus, quorum unus Jeor, alter Dan, appelletur. Dubitationis multum habent hi amnes duo. Apud *Mosen* indicatur per *Dan* non amnis, sed locus, siquidem, nulla amnis vel fluvii mentione adjecta, vox *Dan* perpetuo locum denotat. Inde a *Dan* usque ad Chobah, qui locus posterior ad sinistrum Damasci latus fuit situs, *Abrahamus* nocte unica, hostes consectatus, pervenit. Quis vero a Jordanis initio ad viciniam Damasci unica nocte procurrere valet? Si quid videmus, *Dan* locus, ad quem *Abrahamus* pervenit, ultra Antilibanum versus septentriones in valle haud procul Damasco fuit positus, remotus satis ab oppido Sidone. Vallis vero illa decurrit ad locum Beth-Rehob, qui versus boream tribus Aseritarum terminos clausit. Si quis expenderit locum *Jud. XVIII, 28*, ei hæc probabilitatem spirare videbuntur. *Parte tertia* Pl. Rev. Autor libros *Josuæ*, *Judicum*, & *Ruthæ*, ac libros *Samuelis*, *Regum*, *Chronicorum*, *Esdræ*, & *Esthera*, meditationibus suis illustrat, eisque inesse fidem, ostendit. Li- 181.
brum, a *Josua* cognominatum, vivente adhuc *Rutha*, literis commendatum fuisse, suspicatur ex *Jos. VI, 25*. Si quid libro, *de Judicibus* inscripto, inest offendiculi specie plenum, id ex universo Noster expedit & dissolvit. Res *Simsonis* mirabiles præcipue perlustrat, & ab objectionibus obmotis defendit. Ex Architectura vetustissima, per Orientem usitata, templo Philistæorum, quod unica columna eversa corruit, lucem copiosius potuisset fœnerari, nisi succincte disserere maluisset. Historiam, quæ in libro *Ruthæ* legitur, in ætatem *Gideonis* ponit.

Pag. 205. nit. *Cadytin Herodoti* reputat pro Hierosolymis. Annum, qui *Cyri* primus dicitur *Esdr. I, 1*, existimat sic appellari respe-ctu annorum septem, quos *Cyrus* una post *Cyaxaris* mortem,
223. *Xenophonte* teste, regnavit. Ea, quæ leguntur in libro *Nehe-miæ XII, 1-27*, *Nehemiæ* obitu esse recentiora, largitur. Si quid vero judicando assequimur, accessionum in numero ea tantum sunt habenda, quæ exstant ibi *v. 10, 11, 22, 23.* Regem Persidis, qui vocatur *Arthasastha II, 2*, eundem fuisse credit ac
228. *Artaxerxem Longimanum.* Maritus *Estheræ* ex ejus judicio *Cambyses* exstitit. *Sisac* & *Sesostris*, ipso judice, haud diffe-runt. *Sargonem* pro *Senacheribo* reputat. *Tiglathpeleser* est
235. *Arbaces*, *Sardanapali* victor, si ab ejus suffragio stamus. Sen-tentiæ *Artopæi*, qui *Xerxem* pro *Nebucadnezare* habuit, tan-tum abest, ut subscribat, ut eam manibus pedibusque pro-
239. fliget. *Ctesiæ* fidem ipsi firmam validamque videri, subit mirari. *Artasasthbam* exstitisse *Cambysen*, & *Achascbverosum* fuisse *Cyaxarem II*, tradere videtur ratio temporum, *Caput IV Esdræ*, *Serubabelis* ætas, & præsentia eorum in inauguratio-ne templi, qui ex exilio Babylonico redierant *VI, 21, 22, Neh. VIII, 17.* *Artasasthbam*, seu *Cambysen*, patre vivo & regnante, ad occasum Euphratis summam rerum jam administrasse, non possumus non nobis persuadere. *Achaschverum*, cujus fit men-tio *Esdr. IV, 6*, non pro *Cambyse*, sed pro *Cyaxare II*, habe-
247. mus. Autori vero videtur secus, quem solide, *Artaxerxi Lon-gimano* locum hic esse, negasse prædicamus. Ostendit haud minus verisimiliter, *Atossam*, *Darii Hystaspidis* uxorem, ad *Estheram* haud congruere, multo minus *Hamestrem* fuisse ean-
252. dem ac *Estheram*. *Artasasthbam* fuisse *Artaxerxem Macrochira*, Autor potissime ex *Esdra VI, 14*, it comprobatum. Locus, qui expendatur, est dignus. Suspicamur, *Artasasthbam* illic etiam esse *Cambysen*, siquidem ad tempus, illo regnante, suc-
257. cessit ædificatio templi Hierosolymitani satis feliciter. *Capite undecimo* de libro *Jobi* potiora pertractat Autor, eumque fi-de dignum esse, ostendit. Ætatem *Jobi* respondere *Isaaci* temporibus, argumentis probabilissimis docet. Consignatum ve-ro fuisse *Jobi* librum serius, quam post *Mosis* obitum, sibi per-suadet.

fuadet. In *Ecclesiaste* plures collocutores seu sermocinantes Pag. 269.
exhiberi, significat. Nec dubitamus, quin a sermocinantium
illa indole & successione pendeat lucidior libri expositio. Ea-
dem passim methodus in *Odis Davidicis* præsto est. Exegetæ
ad hanc cynosuram nondum satis respexerunt. *Joannis Cal-* 275.
vini rationem, cur in *Jesaiæ* & *Jeremiæ* scriptis ordo chrono-
logicus haud fuerit servatus, probabilem pronuntiat. *Luthe-*
rus in Præfatione ad *Jesaiam* præterea animadvertit, vaticinia
in scriptis Prophetæ prioris haud respondere chronologicæ se-
riei. Is, qui *Hermanni von der Hardt Jonam in carcharia* confu- 295.
tavit, vocatur a præstantissimo Autore *Biermannus*. Leve no-
mini insedit erratum. Nomen enim huic fuit *Beermanni*, &
exstat ipsius *Epistola ad Amicum, in qua Domini Herm. von*
der Hardt Jonas in carcharia examinatur, edita Wolferbutte-
læ A. 1719, 8. Meminimus præterea, ætatem Prophetæ *Joelis*
in tempus *Josaphati* a S. Rev. *Bauero* fuisse conjectam. Libris
singulis Vet. Test. pro instituto expensis, Autor docet, eos esse
genuinos, fide dignos, & scitis sanæ rationis congruentes. *Parte* 335.
quinta progreditur ad examinandos Fœderis Novi libros, osten-
dens, Jesum Christum olim in mundo re vera spectabilem in
modum versatum fuisse, in Vet. Test. libris promissum, no-
minatim in *Gen. XLIX, 10*, in *Jes. VII, 14*, & in *Dan. IX, 25-27*.
De LXX hebdomadibus *Danieliticis* copiose exponit. De Je-
su testimonia *Taciti*, *Ælii Lampridii*, *Plinii*, & *Fl. Josephi*, re-
petit. Vixisse eum conspicuumque sese præbuisse imperanti-
bus *Augusto* & *Tiberio*, demonstrat. De *Joanne* Baptista dis- 361.
serit. Apostolos & Evangelistas exstitisse, addit. *Parte sexta*
edisserit veritatem nativitatis Jesu. De stella, a Magis visa, 369.
credit, scripsisse *Plinium H. N. II, 5.* Miracula Christi recenset, 376.
& fidei plena esse ostendit. Ipsum cruci suffixum obiisse, ex-
terorum testimoniis conficit. *Phlegontis* testimonio de tene-
bris, quæ Jesu moriente Judæam & circumvicinas terras op-
pleverunt, admodum innititur. Scriptorum Nov. Test. au- 395.
ctoritatem tuetur, resque, ab eis memoriæ proditas, fictionis
suspicione vacare, tradit. Miraculorum & resurrectionis Jesu

veritatem communit. Quæ de discipulis Jesu in Novi Fœderis volumine docentur ac commemorantur, veritati haud repugnare, demonstrat. Addit ea, quibus, scripta Fœderis Novi genuina esse, reddimur certiores. Epistolam, ad *Hebræos* scriptam, *Paulo* vindicat. *Apocalypsin* asserit Apostolo *Joanni*. Apocryphorum Nov. Test. origines attingit. Vitas scriptorum Nov. Test., ac chronologiam eorum, edisserit. Primam *Joannis* Epistolam ante excidium Hierosolymæ, cum Judæi, *Floro* expulso, Christianos insectarentur, & ad sese *revocarent, literis* consignatam esse æque ac *Pauli* ad *Ebræos* Epistolam, intelligitur facile ex attenta utriusque lectione. Autor nil certi definit. Deinde it comprobatum, credibilitatem scriptorum utriusque Fœderis firmioribus munimentis jam, quam olim, inniti. *Parte septima*, illa scripta originis esse *divinæ*, *ostendit*. *Capite primo* evincit, existere Deum, argumento a contingentia rerum mutabilium deducto usus. Addit, Deum esse immutabilem, omnibusque perfectionibus instructum. Ex ejus perfectione prorsus necessariâ denuo, eum existere, contendit. Mundo tribui posse æternitatem, negat. Testimonio gentium, Deum existere existimantium, vim inesse quandam, largitur *Capite secundo*, Jesum Christum esse Messiam verum, servatorem hominum, Dei filium, Deumque, demonstrat. *Josephi* genealogia ostendi, Jesum, *Mariæ* filium, ex tribu Judæ natum fuisse, solide annotat. *Ahasiam, Joasum, & Amaziam*, a *Matthæo* in genealogia *Josephi* omissos fuisse, ostendit, eo quod tres illi Reges e tribu Judæ haud fuerint procreati. *Cainanem* negat intrusum esse in LXX & *Lucam III*, 36. De miraculorum natura solicite tractat, ratus, angelos bonos æque ac malos nonnullis miraculis edendis pares esse. At quid? si empæctæ inde contendant, incertam ita reddi notam veritatis divinæ? Cacodæmon certe miraculis pro veritate firmanda edendis operam haud impendet. Ex veritate igitur doctrinæ stabilies miraculi divinitatem; &, ut divinitatem sacri Codicis ac doctrinæ Jesu stabilias, argumento uteris a miraculis desumto. Veremur, ne circulus in demonstrando admittatur. Inficiamur itaque, mentes finitas quascunque miraculis ede-

Pag. 423. 463. 468. 477. 487. 501. 508.

dis esse habiles, eo quod finis, miraculo præstitutus, spectat ad civitatem spirituum omnem, & omniscientiam complectitur, nec a sapientia summa divelli potest. Quicquid substantiæ creatæ ex viribus sibi insitis effectui dant, id respectu ipsarum est naturale, nec respectu rerum creatarum majori jure appellari miraculum potest, quam homicidium, quod homo in hominem admittit, vel ruina ædificii, quæ extrinsecus & viribus extra ædificium positis efficitur. Loca *Devt. XIII, 1-4, Matth. XXIV, 24,* & Magorum Ægyptiorum facta, an doceant, cacodæmonem miraculis faciendis esse aptum, liceat non solum dubitare, sed etjam tantisper diffiteri, donec firmioribus argumentis convincamur. Deum solum per legatos suos miracula edere, credidit miraculo sanatus *Jo. IX, 33.* Peccatores vero in Spiritum Sanctum tradiderunt, miracula per cacodæmonem fieri posse, *Luc. XI, 14, 15.* Charismatibus Spiritus Sancti *Paulus* tribuit vim miraculis fœcundam *1 Cor. XII, 10, 11,* tantum abest, ut cacodæmoni illam æque assignet. Sed hæc obiter. Res ipsa exquisitiori digna est examine. *Celsus*, quod ipsum Noster indicat, miracula a cacodæmone edi posse, existimavit, ac Pag. 512.
istam opinionem ad miracula Jesu sugillanda & conviciianda transtulit. Cel. Autor refellit deinde objectiones Judæorum, ac illorum, qui, nonnullos a religione vera aversos, eosque eximios, homines Jesu æquiparasse, venditant, e. g. *Muhammedem, Apollonium Tbyaneum, Apulejum,* & *Pythagoram.* Tum 526.
vero expendit notas doctrinæ divinitus revelatæ, librosque Vet. & Nov. Fœderis ratione rerum ac verborum divinitus inspiratos esse, docet. De miraculis, quæ solent Magis Ægyptiorum tribui, varias sententias exhibet. Probatum iri ab ipso 541.
arbitramur B. *Reinbeckii* quoque opinionem ex *Medit. XLIII in Aug. Conf. §. 19.* Judæos tandem ad Jesum, Regem *David*, deductum iri, sperat, impulsus loco *Hos. III, 4, 5.* Vaticinia, in Vet. Test. de Christo edita, colligit, solideque passim exponit. Diversa divinæ revelationis genera docte explanat. Repellit objectiones eorum, qui, nonnullas sacri Codicis partes a scriptoribus ipsis haud profectas, ideoque illum divinæ originis haud esse, contendunt. Addit deinceps, scripta 605. 623.

Vet.

Vet. Test. a Judæis ac Christianis semper divinæ originis habita fuisse. De translatione Alexandrina Græca edisserit potiora.
Pag. 650. Libros Nov. Test. esse divinos & θεοπνεύςες, evincit. Miracula, quæ *Fl. Vespasiano* tribuuntur, commentitia esse, docet. Vindicat miracula, quæ Deus per Apostolos effectui dedit. Va-
684. ticiniis Nov. Test. lucem affundit. Mysteria, quæ in sacro Codice enarrantur & traduntur, exponit ac collustrat, atque a *Bai-*
716. *lii* telis defendit. Dicit de Christianæ religionis mira diffusione, ac Martyrum testimonio, & objectiones profligat. Ostendit, inesse sacri Codicis doctrinis consensionem cum eis crite-
741. riis, quæ complexui revelationis divinæ propria esse merito existimantur. Expendit argumentum, quod ad stabiliendam religionis divinæ veritatem ex interna per Spiritum Sanctum
756. convictione desumi solet. S. Rev. *Oporinum*, qui argumentis e rationis penu petitis vix ullum statuit pretium, *suffragio suo* haud dignatur. Consensum tamen ejusdem in rem vertit suam.
759. Θεανθρώπε naturas & officia a cavillationibus defendit, solideque demonstrat, nec Deum peccata dimittere impunita posse, nec peccatorem legi divinæ satisfacere unquam valere, Chri-
777. stum vero homines expiasse. Contradictiones inesse Codici sacro veras & genuinas, inficiatur. Tandem recenset syllabum
801. librorum, quibus nomen est canonicorum. Quanta & qualia in hoc Opere insint solidæ sacræque eruditionis præsidia & adjumenta, facile ex his, quæ inde dedimus decerpta, perspici potest ac æstimari.

THE SUN STANDING STILL IN THE DAYS OF JOshua rationally accounted for, &c.

id est,

SOL, TEMPORE JOSUÆ RESISTENS, RATIOni congruenter expensus per A. O. L. L. D.

Londini, 1739, 8 maj.

Plag. 3.

Libellus hic neque in *Capita* divisus est, neque partes minores numeris insignit. Principio Autor sibi ab amico pro-

positam

positam esse quæstionem ait, non ut laqueis involveretur, sed ut veritas enodaretur quæstionis: *an Sol Josuæ temporibus diutius eodem in loco restiterit, nec ne.* Videri quidem rogationem talem homini a Christianis sacris alieno magis convenire, quam Christiano; sed verum tamen citra periculi metum exquirendum esse. Quæstionem enim hanc ne ab illo quidem scriptore recte esse solutam, qui proxime ad eam rem ingenii & doctrinæ copiam attulerit. Quæri enim hoc unum: *an, quod Josua scripsit, vere fuerit miraculum.* Si fuit, maximum certe esse dicit Autor post creatum mundum, quia forma totius mundi immutata, & decursus naturæ non modo impeditus, sed etiam distractus, fuerit. Quam ob rem omnes Astronomorum observationes in irritum ciderint ac perditæ sint. Sin *Josuæ* sermo aliter, quam literæ postulent, accipiatur, & accipiendus sit; nihil omnino miraculi hic signari credit Autor, propterea quod duæ propositiones istæ sint contradictoriæ. Jam Autor ait, certa & vera miracula firmamentum esse religionis divinæ certissimum & germanissimum; nec sine illis causam esse nobis illius ut divinæ amplectendæ, quamvis sit moralibus perfectionibus suis digna. Sin indigna sit; miraculis eam dignam effici non posse, neque illam divinitatis evidentiam gigni. Sine miraculis purissimam revelationem a naturali cognitione distingui non posse, quanquam ut optimum virtutis subsidium commendetur. Divina igitur potentia divinam firmari legationem, teste Christo *Jo. X, 38.* At certam miraculorum fidem semper judicari ratione plana, præjudicatis opinionibus libera, nec partium studio districta. Miracula si probari non possint circumstantiis haudquaquam dubiis; facta ista putari non posse miracula, neque ita accipienda, sed vel pro commentitiis, vel vulgaribus, & naturalibus, factis habenda, quæ revelationi subvenire non possint. Fidem revelationis enim pendere non posse a commento, vel imaginatione, sed ab evidentia vera, haud dubia, & rerum naturæ propria. Jactis his fundamentis, Autor negat, solis permansionem in eodem loco ad legationem *Josuæ* probandam pertinuisse, &, rem hanc solam satis esse causæ, dicit,

cur miraculum illud nullum fuisse putetur; cum præsertim circumstantiæ ipsæ miraculum suspicari non jubeant. Si enim sol eodem in loco unquam diutius restitisset, rem hanc omnibus gentibus terræ Canaaneæ circumfusis, Ægyptiis præsertim & Chaldæis, in oculos necessario incurrisse, & curiose annotatum fuisse. Nullam autem ejus observationis mentionem usquam exstare. *Herodoti* quidem narrationem de solis cursu ex occidente in orientem converso, & *Thyesteas* epulas aversato, nihil habere cum diuturniore solis statione commune, *sed potius* cum reditu solis in horologio *Achasi* temporibus *Hiskiæ*, quod ipsum tamen miraculum de luminis & umbræ, quam de solis, conversione interpretari Autor mavult, propterea quod legati Babylonii venerint inquisitum de miraculo, in *Hiskiæ* regione facto, *2 Paralip. XXXII, 31*, & fides *Hiskiæ* reditu solius umbræ satis jam firmari potuerit, etiamsi tota *cœli forma mutata* non sit. Et, cum mox admonuisset Autor, discrimen esse harum duarum propositionum, *sol stat*, & *sol occidere non properavit*, refutassetque ecclesiasticam, ostendit, solem Gibeæ, & per consequens a tergo *Josuæ*, ortum esse, lunam contra tum luce plenissimam mediterraneum mare versus ex Ajalone abiisse. Hinc Autor concludit, solis stationem non necessariam fuisse, neque Israelitarum cupiditatem ultionis hostium miraculo indiguisse, nec *Josua* tantum miraculum omnino expetendum fuisse. Poetas quidem, citra necessitatem Deum ex machina producentes, irrideri. Mox disputat *contra verba Historici*, qui, nunquam a Deo obeditum, scripserit, homini. Et Scripturam ipsam prodere causam, cur dies ille *Josuæ* similem sibi non habuerit, *quia Dominus pro Israelitis propugnarit*. Denique, verba de sole stante e cantico *Josuæ*, auxilium divinum prædicantis, depromta esse, conjicit Autor, ac proinde ex poetica magniloquentia interpretanda putat. Provocat hanc in rem ad *Debobræ* canticum *Jud. V, 20*, & versionem Anglicam, quæ silentium solis memoret, stationem non memoret. Ita ergo tenebrosum Scripturæ locum illustratum, objectionem infidelium infirmatam, & divinæ veritati honorem servatum esse,

credit

credit Autor. Veriori tamen interpretationi ſe ceſſurum, pollicetur. Cardo quæſtionis verſatur in poſitione ſolis ac lunæ, quæ etiam conjunctiſſima, ſaltem non nimis longinqua, exiſtimari poteſt. Præterea cogitanda ſunt infirmitas *Joſuæ*, ejusque peditum, armorum inopia & brevis uſus, multitudo & exercitatio hoſtium inſtructiſſimorum, cum peritia locorum, aeris, tempeſtatum, ac fiducia munimentorum, quibus ex rebus difficultas victoriæ, prædæ, ac ſpoliorum, diuturnitas belli, metus iterandorum præliorum & multorum periculorum, adverſitatum, querelarum, cum deſperatione proſperi eventus, naſci prævidebantur. Quæ omnia mentem *Joſuæ* ad preces ac neceſſitatem expetendi ſingularis auxilii divini concitabant. Ita concidunt jam graviſſima Autoris argumenta. Præterea, cum Scriptor ſacer ſpatium illius diei non definierit, nos id definire, inſulſum fuerit. Longius ſolito fuiſſe, certum eſt, quia Deus optationem *Joſuæ* exaudiſſe, ſol in medio cœlo *Joſuæ* adſpectabili reſtitiſſe, nec aere nubilo & tenebroſo conſuetum decurſum urſiſſe, nec dies iſte æqualem ſibi unquam habuiſſe, dicitur. Fidem miraculi omnem elevare profecto non licet, quia hiſtoriam narrat Scriptor ſacer, non carmen magniloqui Poetæ, nec particulam carminis audacioris. Verba Hebraica ביום תמים poſſunt illa quidem aliter atque aliter accipi; ſed accipienda tamen ſunt pondere totius ſermonis digne. Admirabilis diei illius longitudo per potentiam divinam facile potuit cum ſubſequentium dierum ſpatiis compenſari, ne obſervationes Aſtronomorum, ſi tanti ſunt, periclitarentur. Sed, benignitatem Dei erga ſuos fato quaſi cuidam & naturæ neceſſitati alligare, iniquum eſt. Perículoſiſſima denique interpretandorum miraculorum ars & ratio eſt illa, quam Autor in teſtificatione & conſenſione externorum ſcriptorum quærit. Quaſi vero certa non ſint, quæ ab externis ſcriptoribus non ſint teſtata. Ita enim creatio mundi, eluvio *Noachica*, pleraque *Moſis* & Chriſti miracula, vel neganda omnino, vel infirmanda, erunt. Tacemus alia momenta, quæ brevitas noſtra non capit.

Johann Jacob Mosers Teutsches Staats-Recht, &c.

id est,

JOANNIS JACOBI MOSERI JUS PUblicum Germanici Imperii.

Tomus III & IV.

Lipsiæ & Ebersdorfi, apud Bernh. Ehrenfrid. Vollrath, 1740 & 1741, 4.

Tom. III Alph. 3 plag. 3, Tom. IV Alph. 2 plag. 22.

Qui *primam* nuper & *secundam* fœtus, nomine *Moseriano* digni, recensuimus *Partem*, ad *tertiam & quartam* nos jam convertimus. Continuat Illustris Autor in *Tomo tertio Li-*
Pag. 1. *brum secundum*, & *Capite XI de Titulis Imperatoris Romani*, & *de stylo curiali erga exteros* recepto & usitato, agens, origines scrutatur vocum Cæsaris, Imperatoris, controversiasque, de hoc titulo cum Græcis Imperatoribus aliquoties ortas, recenset. Moris erat, ne Reges olim, ab Electoribus electi, titulo Imperatoris prius uterentur, quam Romæ coronati essent,
9. usque dum *Maximilianus I*, etsi non coronatus Romæ, tamen Imperatoris nomen A. 1507 sumsit, quod & ipse *Julius II*, Pont. Max. probavit. Morem hunc, optimo jure receptum, secuti servarunt Imperatores, indeque hodienum fit, ut post co-
21. ronationem peractam statim *electos* se nominent *Imperatores*, eoque satis indicent, electionem omne jam *Imperii jus ipsis*
22. tribuere. Præter Imperatorem Romanum, magnum Imperii Ottomannici Sultanum eodem titulo superbire, eidemque ab Imperatoribus Romanis, vi pacti, A. 1606 inter *Rudolphum II* & *Achmetem I* sanciti, hunc tribui constat, unde & in pace, inter utrumque, Occidentale & Orientale, Imperium A. 1718 sancita, formulæ: *S. C. Imp. Majestas*, & *Ottomannorum ac Asiæ & Graciæ Imperator*, &c. occurrunt. Sed gravior progerminavit contentio de eodem titulo, magno Russorum Autocratori tribuendo, & A. 1721 a *Petro I* adoptato; cujus tamen componendæ ea Vindobonæ ratio fuit inita, ut *Russicæ Majestatis*

jestatis titulus quidem, nunquam vero *Cæsaris*, aut *Imperatoris*, concederetur. Præter hosce *Imperatoris* & *Electi* titulos, *summum Imperii, Romani* scilicet, *caput* aliis salutatur, nec non *semper Augustus*, quod vocabulum satis obscure in lingua vernacula verbis: *Allezeit Mehrer des Reichs*, exprimitur. Annectitur porro, & quidem veri admodum simili conjectura, a *Maximiliani I.* tempore usitatus, titulus *Regis Germaniæ*, quem longa terrarum patrimonialium recensio comitatur. Reliqua, quæ de salutationibus, titulis, & subscriptionibus, ab exteris erga Imperatorem, vel ab hoc erga exteros, adhiberi solitis, in eodem *Capite* proferuntur, digna sunt, quæ legantur. *Capite XII*
III. Autor de insignibus Imperatoris, ejusque sigillis, agit, aquila Pag. 53.
scilicet nigra, expansis alis, bicolli, & bicipiti, cujus unum caput Orientem, alterum Occidentem, respicit, utrumque aureo circulo radiat, rostrum & crura croceo tinguntur, dextra ungula sceptrum & gladium, sinistra pomum Imperiale, tenet, capiti corona imposita est. Omnia hæc in campo aureo conspi-
ciuntur. De corona, super capite aquilæ volitante, asserit Au- 63.
tor, *Carolum V* eam primum addidisse. De ordine Imperato- 71.
ris, ejusque legatorum, & reliquis prærogativis ejus præ aliis Europæ Principibus, agens Autor, & miras variorum de Imperatore, summo orbis capite, sententias referens, optimo judicio decernit, primum esse eum inter pares, nullum vero dominium vel jurisdictionem in reliquos affingi ei posse. Primum locum ne quidem in Residentia sua exteris concedere Regibus Imperatorem, varia monumenta probant, interque ea ultimum adhuc anni 1732, quo *Fridericus*, Borussiæ Rex, ut *Carolum VI* Imperatorem viseret, ad thermas Carolinas venerat. Soli tamen Pontifici, ob singularem reverentiam, aliquoties loco cesserunt Imperatores. De Legatis primi ordinis certum est, locum eos occupare eorum, a quibus missi sunt; unde sequitur, Ambasciadores Imperatoris reliquorum Regum legatos antecedere. Optimum vero hujus, Imperatori Romano hodienum competentis, præ reliquis Europæ Regibus præcedentiæ fundamentum in longæva possessione quæri debet; cum alia inter summa capita, omnigena & independente potestate radiantia, ces-

 sionis

Pag. 128. sionis ratio proferri vix possit. *Cap. XIV* & *XV* cerimoniæ, in aula Imperatoris tam in genere, quam in specie erga exterorum Legatos, hactenus usitatæ, cum illis, quibus Imperatoris Legati in aulis exterorum & Statuum Imperii excipiuntur, recensentur. Hisce ordine & copiose explicatis, *jura* porro *Imperatoris, ejus-*
176. *que obligationes*, longissima serie Ill. Autor scrutatur, & *Cap. XVI* jura ejus *personalia* & prærogativas illustrat. Summum est Imperator in Imperio caput, ideoque semper male habuit aulam Cæsaream locutio *Corporis Germanici*, de Statibus *Imperii prolata*, &, quæ Imperator A. 1727 contra Legatum Gallicum, *Chavignium*, in singulari Commissionis decreto, hanc ob caussam, declamaverit, inter omnes constat. Semper Imperatoris nomen præponitur nomini Imperii. In prima singularis persona Imperatorem alloquuntur Status Imperii, *qui alias formula: Nos* &c. utuntur. Vasallagium quidem præstant, non ve-
191. ro homagium. Ratione jurium & obligationum, quæ Imperatori *intuitu totius Imperii, ejusque statuum membrorumque, competunt*, prænotari oportet, non absolutam ei competere potestatem, quin potius in singulis Capitulationibus paululum aliquid ei de novo decerptum deprehendi, a quibus tamen, tanquam solennibus pactis, recedere Imperatorem in nullo, ne quidem necessitatis, casu posse, recte contendit Autor, præcipue cum nunquam hodie desit opportuna, Electorum consilii exquirendi, occasio. Irrita itaque sunt ipso *jure*, *vique* clausulæ cessatoriæ, Capitulationi adjectæ, quæ pactis *his* contra-
204. ria suscipiuntur. Exserit se vero regnandi majestas, Imperatori competens, quadruplici modo. Alia scilicet expedire potest *solus*, alia *adhibito Electorum consensu*, in aliis præterea *aliorum Statuum monita* audiuntur; in reliquis tandem *omnium* requiritur *consensus*. Ea, quæ solus peragere potest
215. Imperator, *Reservatorum* nomine veniunt. Hæc in sequentibus *Capitibus* ita perlustrat Excell. Autor, ut primo loco partes ejus circa Ecclesiam & religionem 1) intuitu Evangelicorum & Catholicorum in genere, 2) intuitu Evangelicorum, 3)
217. intuitu Catholicorum in specie, enumeret. Conspicua sunt re-*servata Imperatoris jura ecclesiastica circa religionem in genere,*

in rebus fidei, ut cuilibet religioni, in Imperio receptæ, saluti & Pag. 222.
adjumento sit, in doctrinalibus autem ne decidat, eave mutet, sed operam potius det, ut, quantum fieri potest, dissidia, circa religionem oborta, amice componantur. Porro ad Reservata Impe- 239.
ratoris pertinet *concessio juris, Theologiam docendi, & Doctores Thelogiæ creandi*, vel *intuitu cultus divini publici*, ubi curare de- 244.
bet, ne nova Agenda, preces, missalia, aliave, inducantur ordinenturve, quibus publicæ religionis securitas lædi, turbæ concitari, juraque Imperii ullo modo lædi possint, quo jure nisus *Carolus VI* Imp. sapientissime & severissime suppressit A. 1729 officium ecclesiasticum, *Gregorio VII* P. M. ad 25 Maji dicatum, in quo nimis acerba legebantur verba: *Contra Henrici impios conatus fortis per omnia athleta impavidusque permansit, seque pro muro domus Israel ponere non timuit, ac eundem Henricum, in profundum malorum prolapsum, fidelium communione, regnoque, privavit, atque subditos populos fide ei data liberavit.* Neque omisit Illustris Autor Jura Imperatoris in convocatione *Concilii* 248.
Nationalis, vel quorundam tantum, qui de *religione colloquuntur*, cujus utriusque casus tamen vix usus, varias ob incom- 257.
moditates, ulterius se exseret. Competit ulterius Imperatori *jus, tam Evangelicos, quam Catholicos*, imo & ipsam Sedem Apo- 262.
stolicam, seu Pontificem M., *protegendi*, & quamlibet partem *in possessione* legitime *acquisitorum defendendi*, injuste ve- 275.
ro ablatorum recuperationem adjuvandi, *cavendi*que, *ne inter diversæ religioni addictos inimicitiæ oriantur.* Magis ve- 278.
ro anceps ea est quæstio: An & quatenus Imperatori Jurisdi- 291.
ctio ecclesiastica tribui possit. In negativam sententiam totus hic transit Autor, & contra *Lynckerum* asserit, Imperatorem Jurisdictionem ecclesiasticam Papæ & reliquo Clero a longo tempore jam permisisse; ratione Evangelicorum vero nullam unquam ei competiisse. Aliud magni ponderis est jus, Imperatori proprium, *Commissarium mittendi, qui ejus nomine inter-* 297.
sit electioni Archiepiscopi, Episcopi, aut Abbatis, quod ex pacto, inter Imperatorem *Henricum V* & *Calixtum II*, Pont. Max. A. 1122 firmato, promanat. Integrum quidem est hac occasione Imperatori, commendare Candidatum, non vero

vero denominare aut designare aliquem potest. Exclusivam interim, ut vocant Canonistæ, Imperatorem Candidato dedisse, illustre probat exemplum *Furstenbergi*, in Archipræsulatu Coloniensi A. 1668 d. 14 Jul. obveniens. Simile molie batur quidem Cæsar A. 1706 in Episcopatu Monasteriensi, dum, ne Episcopus Paderbornensis postularetur, omni modo contenderet, qui tamen, non observato Imperatoris dissensu, Bre-
Pag. 325. vi Eligibilitatis munitus, eligebatur. Affine huic est *jus primariarum precum*, quod varii Imperatores, *Fridericus III*, *Maximilianus I*, & secuti, indultu prius a sede Romana obtento, exercuerunt. Cum vero Imperatores *Leopoldus* & *Josephus* illud, non prius petita concessione Pontificis, exercerent, graves A. 1706 a Nuncio Apostolico & ipso Pont. Max. excitatæ sunt lites, ita demum compositæ, ut Imperator in literis, quibus de peracta sua electione Sedem Apostolicam certiorem facit, generalem tantum petitionem inspergeret. Inde & literis *Caroli VI*, Romam missis, verba: *Simulque, uti confidimus, solitos benevolentiæ fructus nobis impertiatur*, inserta fuerunt. Ab hisce
418. primariis precibus differunt *Diplomata Victualitii*, *Panis-Brief*, quæ & Laicis conferri solent, quorumque effectus non, uti in illis, suspenditur. Ceteroquin Imperator jus hoc in omnibus Cœnobiis utriusque sexus, immediatis & mediatis, sed non nisi semel, exercet. Dare vero preces primarias potest omnibus, quos gratia sua exhilarare vult, egeni sint, an divites. Ad *Reservata* Impera-
435. toris porro referendum est *jus, de Nobilium Ecclesiasticorum qualitate, aut majorum qualitate, cognoscendi, & Ecclesiasticos immediatos de terris suis & Regalibus investiendi*. Unde & Clericus, Catholicæ religioni addictus, contra Imperatorem & Imperium mala forte moliens, ab Imperatore non quidem judicari, & dignitate sua privari, at terris immediatis post Comitialem adhibitum consensum exui, potest. Quænam vero partes
463. sint Imperatoris in *Festis ordinandis*, *Cap. XXXVIII* exponitur & judicatur. Merito eorum ordinatio inter jura circa sacra refertur, quia totius interest Imperii, ut festa rite ordinentur, & tranquille celebrentur. Satis vero notæ sunt lites, A. 1724 circa

Paschatis

celebrationem, inter diversis sacris addictos obortæ, quæ ad-
modum copiose recensentur, sed ob nondum secutam decisio-
nem Comitialem A. 1744, 1778, & 1798, atque adeo ter ad-
huc hoc ipso Seculo, metuuntur. Hisce generalibus circa sacra
juribus enucleatis, in *Cap. XXXIX* ea tangit Autor, quæ Impera- Pag. 551.
tori ratione investituræ, Statibus Ecclesiasticis, Evangelicam reli-
gionem profitentibus, dandæ, competunt. Ordinat nempe *I. P.
O. Art. V* §. *21*, ut Augustanæ Confessioni addicti, qui sunt Ar-
chiepiscopi aut Prælati electi aut postulati, postquam intra an-
num a die electionis juramentum præstiterint, investiantur,
ultraque taxæ ordinariæ summam dimidium pro infeudatio-
ne pendant. Quin imo, ratione Catholicorum Imperatori va-
ria adhuc superesse jura satis eminentia, constat; in *electione* 558
nempe *Pontificis*, dum certis exclusivam dare potest Candidatis;
porro ratione *gravaminum Catholicorum contra sedem Roma-* 568.
nam; item ratione *Legatorum a latere, vel Nunciorum Sedis* Tom. IV
Apostolicæ, ubi jure postulat Imperator, ut Nuncius, prius- pag. 1.
quam mittatur, ipsi nominetur, quo sciat, utrum gratus sit,
an recusandus. Imo ipse Imperator nominare potest, quem
mitti optet. Ratione *Cardinalium* Imperatori jus competit,
Candidatum nominandi, idque probat Autor exemplo, quod
contigit A. 1737, Eminentiss. Episcopi Passaviensis, adhuc
viventis, atque, hujus prærogativæ antiquissimum vestigi-
um in *Caroli IV* Imp. tempore deprehendi, docet. Nominat
porro Imperator ex more inter Catholicos Principes recepto Pro-
tectorem Nationis Germanicæ ex Cardinalium numero, cui ex
more antiquo per singulos annos 3000 solvuntur Scutata. Ani- 15.
madvertendum porro est Imperatori, ne *judicia ecclesiastica Ca-
tholicorum* vario sub prætextu causas seculares aliasve ad Nun-
cios vel Curiam Romanam trahant, sive hoc fiat in prima instan-
tia, sive appellationis modo, de quo abusu per aliquot secula sa-
tis acerbe conquesti sunt Status, imo A. 1417 cum *Martino V* de
istis abusibus & attentatis tollendis concordarunt quidem, sed fru-
stra semper allaborarunt. Nunquam enim stetit promissis Curia
Romana, prout gravamina nationis Germanicæ, *Maximiliano I* A.
1510, aliaque A. 1523, exhibita, satis superque testantur. Imo, ne

Tttt hodie-

hodienum quidem plene cessare ea, variis exemplis probat Ill.
Pag. 56. Autor, indeque ulterius perpendit jura Imperatoris *intuitu Cleri Catholici*, quatenus, exempli gratia, minus arrogantem quendam
58. temporalibus beneficiis privare possit; intuitu *Ordinum militarium, ecclesiasticorum, aliarumque societatum ecclesiasticarum*, & ratione privilegiorum, ab eo obtentorum; intuitu *amortizationis*,
61. *nis*, dum Status, præcipue minoris potestatis, edicta *Imperatorum* sibi procurare possint prohibitoria, de non alienando bona immobilia ad manus mortuas, aut si talia *forsan titulo* vel lucrativo, vel oneroso, transferantur, ut contributiones, solvi solitæ, ad ærarium publicum ulterius a Clericis solvantur. Tan-
69. dem & jura Imperatoris ratione *infidelium*, *fanaticorum*, & *inprimis Judæorum*, lustrat.

Post absoluta, longa hac serie, jura & obligationes Im-
101. peratoris intuitu religionis & rerum ecclesiasticarum, in *Cap. L* ad secularia transit Ill. Autor, eaque solita sibi perspicuitate ita proponit & dijudicat, ut 1) monstret, quænam Imperatoris sint jura circa actus gratiæ & justitiæ intuitu omnium Statuum Imperii, aliarumque personarum immediatarum; 2) quænam ei competant ratione terrarum & subditorum Statuum Imperii; 3) quæve sint partes ejus præcipuæ intuitu certarum classium Statuum Imperii, & immediatarum Imperii personarum; 4) quænam jura & obligationes ejus sint intuitu Judiciorum & Imperii feudorum, imo & ipsius Imperii, *quatenus tanquam* Corpus consideratur; 5) jura & *obligationes* erga exteros. Primum inter actus gratiosos, ad Reservata Imperatoris
104. referendos, locum obtinet *jus conferendi dignitates*, tam personales, quam reales. Reges olim appellasse Imperatores, satis notum est, & *Fridericum II* A. 1245 Austriæ Ducem, ejusdem nominis, eodem honore, eodemque nomine, condecorasse, sunt, qui affirmant. Initium temporis, quo domus Austriaca Archiducis titulo uti cœperit, liquido determinari non potest. Ducis, Burggrafii, Landgrafii, Marchionis Palatini, titulos Imperatores frequentius contulisse olim, exemplis probatur, hodie autem nova eorum concessio deprehenditur rara. Principalis axiomatis suffragium frequentius occurrit. Comitum

prine-

principalis dignitatis, *Gefürsteter Grafen*, denominatio nova hodie itidem extra usum esse videtur; frequentius dignitas Comitis, Baronis, Nobilis, &c. defertur. Cum vero *Ferdinandi II* tempore tota res in abusum fere verti videretur, postularunt Status, & novioribus inseruerunt Capitulationibus, ne novæ dignitates, nisi bene meritis, neque in præjudicium aliorum, conferrentur, de quo ultimo præcipue Rex Daniæ contra Comites Schaumburgenses, Duces autem Saxoniæ, & præcipue Domus Vinariensis, contra Schwarzburgenses, multa conquesti sunt. Ceteroquin novæ hæ dignitates familias tantum ornant, non vero in dubio voti & sessionis in Comitiis prærogativas tribuunt. Pergimus ad *jus, Statibus aliisque Imperii immediatis titulos lar-* Pag. 190. *giendi*. Electores in ultimis Capitulationibus titulum Reverendissimi & Serenissimi, *Hochwürdigste und Durchlauchtigste*, sibi stipulati sunt. Titulum Regiæ Celsitudinis Dux Sabaudiæ A. 1633 proprio quidem ausu sibi arrogaverat, sed non nisi anno demum 1690, accedente agnitione Imperatoria, quiete possidere cœpit. Eundem titulum Imperator A. 1726 Duci Holsatiæ lineæ Gottorpiensis concessit. Reliqui Imperii Principes *Hochgebohrne* ab Imperatore compellantur, exceptis tamen quibusdam, quos Imperator titulo *Durchlauchtiger* insignit. Comitibus appellatio *Hoch- und Wohlgebohrne* propria est, cui assimilatur Latina denominatio *Illustris* & *Magnificus*, prouti ex Diplomate quodam evincit Autor. Sequitur *jus, insignia concedendi &* 209. *mendandi, facultatem, cera rubra ut signare quis possit, largien-* 217. *di*. Cera ad Seculum usque XIII Sigillis adhibita passim alba fuit, vel sublutea; rariuscule apparet viridis, rarissime rubra; hodie tamen jus hoc sine dubio omnibus, superioritate territoriali prædditis, proprium habetur, reliquis vero mediatis, Collegiis, &c. in dubio per privilegium conceditur. Porro memorari merentur 222. *jura, dignitates & officia varii generis concedendi*, v. g. Comitum Palatii Lateranensis, &c. *privilegia dandi* innoxia, & tertio præ- 248. judicium non inferentia, licet negari non possit, moratoria, ab Imperatore obtenta, semper creditoribus noxiam dare; *privi-* 304. *legia, a Statibus obtenta, confirmandi, & transscribendi*, seu transferendi, quale exemplum allegat Ill. Autor de Ducatibus 319.

 Bremæ,

Bremæ, Verdæ, & Stetini, intuitu quorum privilegium de non *appellando*, & electionis fori, Suecis in Pace Osnabrugensi de *omnibus* provinciis in Imperio, quæ tum temporis cedebantur, datum, simul in Electores Brandenburgicum & Hannoveranum cum ipsis provinciis transscriptum est; *privilegia explicandi*
Pag. 326. *& extendendi*, vel etiam, si jus tertii aut tranquillitatem publicam lædunt, *antiquandi*, &c. Jura Imperatoris *in causis ju-*
341. *stitiæ Statuum, aliorumque immediatorum*, enucleans, usum & vi-
345. gorem eorum ostendit *in cognitione & dijudicatione litium, super titulis & insignibus*, vel *circa proedriam, obortarum*. Inter Electores ordo præcedentiæ bene ordinatus, & extra contentionem positus est, sed eo graviores, & per secula jam continuatæ, satisque acerbæ, fervent lites inter Status in Comitiis, aliisque datis occasionibus inter universas Statuum classes. Contendunt enim Electorum Legati cum Principibus utriusque ordinis, & horum Legati inter se. Eadem movetur lis inter Prælatos, Comites, Civitates immediatas, & Nobilitatem Imperii immediatam,
387. &c. Justitiam porro exercet Imperator in *Austregis dandis*, vel
470. *si moratoria* aut *persecutoria, conservatoria* aut *salvæ guardiæ*, concedantur, sub quo salvæ guardiæ nomine Autor hoc loco non intelligit milites, in securitatem datos, sed specialem protectionem, qua Status, aut alia immediata persona, in cujus territorio vel vicinitate bella aliive motus oborti sunt, fruitur, eo effectu, ne ex pabulationibus, incursionibus, collocationibus aliisque exactionibus illicitis, damnum sentiat; *qua obtenta, insignia* imperialia portis, pontibus, aliisque finibus, affigi, vel no-
480. men & titulus Imperatoris inscribi, solet. Transit Autor ad Imperatoris *jus, privilegia contra arresta dandi, juramenta relaxandi*, &c. Hisce bene consideratis & explicatis, novum Autor aperit campum, rebus maximi momenti repletum,
488. dum jura scilicet illustrare incipit, *quæ Imperatori competunt in terris Statuum Imperii, aliorumque immediatorum, præcipue in causis* 1) ipsius regiminis, 2) justitiæ, 3) belli, 4) Cameræ, 5) Politiæ. Quod ad primum, Imperator in casu, si inter plures competitores provinciæ cujusdam secularis lis de successione dubia oboritur, curat, ut justitia bene interim administretur, ut

fo-

forsan ex partibus litigantibus possessio interimistica tribuatur, vel certo collegio ea suo, id est, Imperatoris, nomine concedatur. Vel provinciam aliis vicinis in sequestrum dat, vel ipse sequestrum constituit; quo ultimo tamen casu acerbæ aliquoties lites obortæ sunt, e. g. in causa Juliacensi, Pinnebergensi, &c. Eodem modo & in casu, si Status Imperii Secularis, banno Imperii notatus, terris suis privatur, Imperatoris est, ut de salubri earum regimine, quamdiu bannitus vivit, curet. In *causis* Pag. 505.
justitiæ major olim Imperatoris potestas in Statuum provinciis fuit, quam hodie. Interim hodienum Recessus Imperii, aliaque Imperii Conclusa, nomine ejus quodammodo publicantur.
In *causis belli* præter jus, ut exercitus Imperii, urgente neces- 507.
sitate, per Statuum territoria, innoxio tamen modo, transeant, parum Imperatori tribui potest. In *Cameralibus* nihil fere hodie Imperatori in Statuum terris competit. Ratione *Politiæ* au- 513.
tem omnino curam habere debet floris commerciorum, ne novis tributis, teloniis, aliisve, turbentur ea, monopolia ne concedantur, aut libri seditiosi imprimantur, curet vero, ut moneta optimi æris & modi cudatur, reproba ejiciatur & deleatur. Hæc sunt argumenta *Tomi III & IV*, quæ leviter tantum ob instituti nostri brevitatem persequi potuimus, ut Lectori brevissimis ostenderemus, quantam voluptatem utilitatemque ex ipsa Operis perlustratione sperare possit. Proxime sequentes dabimus *Tomos*.

GEORGII MARTINII, M. D. DE SIMILIBUS animalibus, & animalium calore, Libri duo.

Londini, impensis A. Millar, 1740, 8 maj.

Plag. 19.

Novum, idque arduum, opus aggreditur Autor, quando in libro hoc corpora animata geometrice, mechanice, & hydraulice, inter se comparare, & omnia, quæ his, generatim consideratis, conveniunt, ratiocinio simplici & facili, ex principiis itidem facillimis simplicissimisque deducere, maxima prorsus diligentia, & singulari mentis acumine, labo-

 rat.

rat. Nimirum *Pythagoram*, *Euclidem*, *Galilæum*, *Keplerum*, *Newtonum*, aliosque, qui in rerum & numerorum proportionibus excolendis mirificam posuerunt industriam, & cœli terræque opera hinc quam pulcherrime illustrarunt, imitatus, ipsemet concinnæ huic, quæ tam late patet, rationum doctrinæ, simulque medicæ, adaugendæ scientiæ, operam aliquam inde a primis studii sui medici annis addicere, & hoc consilio *leges* ac rationes virium motuumque solidorum ac fluidorum, quæ insunt animalibus, magnitudine, utcunque lubet, *diversis*, quæ simili tamen fabrica & constitutione prædita esse supponuntur, expendere, ac simul inter se comparare, idque feliciter admodum, instituit. Ex illa igitur animi contentione natum esse intelligimus hunc de similibus animalibus, eorumque calore, librum, qui proinde generalem *animalium, abstracte consideratorum*, sistit considerationem, nec veris applicandam animalibus, nisi quatenus Geometriam, & accuratam Mechanicam, applicare solemus corporibus machinisve similibus, vel potius fere similibus, arte nostra fabricatis, & propterea imperfectis, minusque accuratis. Discrepantiis itaque minoribus neglectis, si nullæ præter tales adsunt, illa corpora tanquam perfecte similia considerans, majores interim, si quæ sunt, differentias, harumque effectus, quasi totidem æquationes, Astronomorum more, secundario ex ipsa rerum natura, & phænomenis, examinare solet. Rationes ergo *virium motuumque corporum*, & machinarum, quæ *vita fruuntur*, primario applicandas proponit animantibus, fabrica quam proxime similibus. Quæ eædem rationes, sive regulæ, & aliis convenire queant, si modo ex structuræ anomaliis, sedulo collatis, harum anomaliarum, a generali similium regula deflectentium, effectus rite expendantur; quemadmodum leges plane absolutas motus corporum perfecte durorum, mollium, elasticorum, & fluidorum, aliaque hujusmodi, satis accurate sibi determinare videntur Physici, atque hinc corporum in concreto motus sine sensibili errore sibi mutuo, istisque conferre solent legibus, quanquam nulla apud nos corpora vel perfecte dura, vel omnino mollia, nullave prorsus elastica, vel perfectissime fluida, in

rerum

'erum natura reperiuntur. Quarum pulcherrimarum contem-
plationum de generalibus actionum motuumque corporum le-
gibus cum usu & experimentis consensus tunc oritur, quod
conclusiones, ex legibus generalibus elicitas, Philosophi per æ-
quationes corrigere connituntur. Quorum proinde exem-
plum in sequentium de similibus animalibus regularum applica-
ione & ipse imitatur, atque aliis etiam ad imitandum in iis-
lem applicandis commendat. Quæ quemadmodum ad cogno-
cendam totius argumenti instituti que rationem aliquantum
opiosius edisserenda a nobis fuerunt; ita nunc propius ad li-
rum ipsum admittimus lectorem, ut potiorem veritatis, ab Au-
ore ingeniosissimo erutæ, partem uno velut obtutu compre-
endere animo queat. *Libri* igitur *I*, qui de similibus agit Lib. I
nimalibus, *Cap. I*, de eorum proprietatibus maxime generali- Cap. 1.
us, similia animalia illa appellat, quorum structura ubique si- Pag. 6.
ilis invenitur, & quorum idcirco homologæ, correspondentes,
milesque partes habent ad se invicem eundem situm & pro-
ortionem, atque iisdem usibus & operationibus inserviunt.
ræterea partes illorum constituentes, quæ sibi mutuo respon- 7.
ent, natura & constitutione elementorum easdem, id est, so-
das, solidis, fluidas fluidis, ubique densitate & gravitate spe-
fica, particularum cohæsione, &c. similes supponit, hisque
onstitutis, demonstrat, soliditates, superficies, longitudines,
uarumcunque correspondentium partium, in similibus anima-
bus esse ut integrorum animalium soliditates, superficies, at-
ue longitudines; moles seu pondera similium animalium, vel 9.
arum partium homologarum, esse in triplicata ratione suarum
ngitudinum vel latitudinum, vel magis generaliter distantia-
ım inter duo ipsorum correspondentia puncta; superficies si- 10.
ilium animalium, vel suarum partium homologarum, esse in
uplicata ratione similium in his distantiarum, item ut solidi-
tes talium animalium ad istas distantias applicatas, hoc est, in
tione subsesquiplicata istarum soliditatum; in similibus anima- 11.
bus similia orificia vel sectiones vasorum correspondentium
se in ratione subsesquiplicata magnitudinum istorum anima-
ım; actiones vel pulsus cordium similium animalium æque 14.
frequen-

Cap. 2. frequentes esse. *Cap. II*, de motibus & viribus sanguinis simi-
Pag. 15. lium animalium, probat, in singulis cordium similium anima-
lium pulsibus naturalibus, & ab externis causis non perturba-
tis, quantitates sanguinis ex illorum cavis in arterias ejectas es-
16. ratione magnitudinum ipsorum animalium; quantitates sangui-
nis eodem tempore ex cordibus similium animalium ejectas,
& idcirco per quasvis ipsorum partes, vel correspondentium
vasorum sectiones homologas, percurrentes, proportionales
esse magnitudinibus ipsorum animalium, vel massis *integris* eo-
25. rum sanguinis; fluida circulantia in ipsorum per similium ani-
26. malium vasa trajectu similiter impediri; celeritates sanguinis
fluentis per partes, vasorum sectiones, vel orificia correspon-
dentia similium animalium, esse in horum ponderum ratione
33. subtriplicata; in similibus animalibus, pertusis *similibus*, & si-
militer positis vasis sanguineis, altitudines atque distantias, ad
quas projici queat sanguis, ex iisdem prosiliens, esse in pon-
42. derum animalium ratione subsesquiplicata; liquores, per vasa
similium animalium commeantes, transire per homologas vias
48. vel distantias in eodem tempore; absolutas vires circulantium
fluidorum in respondentibus similium animalium vasis esse in
magnitudinum animalium ratione subsesquiplicata; in similibus
animalibus momenta integra sanguinis, per similes sectiones vel
orificia correspondentium vasorum fluentis, esse in sesquitripli-
51. cata molium eorum ratione; sanguinis intendentes *pressiones* in
latera correspondentium vasorum similium *animalium* esse in
horum molium ratione subsesquiplicata; pressiones integri
sanguinis, in homologas portiones parietum vasorum corre-
spondentium similium animalium esse in magnitudinum horum
55. ratione sesquitriplicata; vires, quibus similium animalium flui-
da, motu circulari propulsa, distendere valent sua correspondenti-
56. tia vasa, esse ut ipsorum animalium moles; sanguinis, in curvis
vasorum sanguineorum locis circulantis, vires absolutas centri-
fugas esse in magnitudinum similium animalium ratione subtri-
Cap 3. plicata. *Cap. III*, de vasorum similium animalium firmitate
Pag. 61. evincit, firmitates, quibus similium animalium correspondentia
tia vasa suorum circulantium fluidorum laterali pressurae r...

ſtere valent, eſſe in magnitudinum animalium ratione ſubtriplicata; majorum, quam minorum, ſimilis fabricationis anima- Pag. 62.
lium correſpondentia vaſa ab impetu circulantium fluidorum diſtentioni & ruptioni magis eſſe obnoxia, atque hoc in magnitudinum horum animalium ratione ſubſesquiplicata. *Cap. IV*, Cap. 4.
de membrorum ſimilium animalium velocitate motus, docet, Pag. 69.
ſimiles motus correſpondentium membrorum ſimilium animalium in iisdem peragi temporis ſpatiis; correſpondentia ſimi- 70.
lium animalium membra, homologis muſculorum actionibus mota, deſcribere ſpatia, quæ ſunt in ſubtriplicata ponderum animalium ratione; celeritates correſpondentium membrorum ſimilium animalium, ſimilibus muſculorum ſuorum actionibus motorum, eſſe in magnitudinum ipſorum animalium ratione ſubtriplicata; ſimilium ſaltuum ſub eodem elevationis angulo, 71.
a ſimilibus animalibus deſcriptorum, altitudines, amplitudinesque, eſſe in magnitudinum animalium ratione ſubſesquiplicata.
Cap. V, de muſcularibus ſimilium animalium viribus, oſten- Cap. 5.
dit, contractorias vires correſpondentium muſculorum ſimi- Pag. 79.
lium animalium eſſe in harum molium ratione ſesquitriplicata; vires abſolutas corporum vel membrorum ſimilium animalium, (vel etiam molium externarum,) ſimilibus muſculorum actio- 87.
nibus motorum, eſſe in magnitudinum ipſorum animalium ratione ſesquitriplicata; altitudines, item diſtantias maximas, ad 88.
quas viri prorſus ſimiles, & æquali in projiciendis corporibus dexteritate pollentes, projicere poſſunt magnas moles, ipſorum animalium magnitudinibus proportionales, eſſe in earundem magnitudinum ratione ſubſesquiplicata; altitudines, item di- 91.
ſtantias, ad quas viri prorſus ſimiles, & in jaculando æque dextri, projicere queant datam maſſam, aut diſcum, illorum viribus ſatis accommodatum, eſſe in magnitudinum virorum ratione ſesquitriplicatæ duplicata; ſimilia animalia ſimiles ſaltus 93.
greſſusve æque facile, ſive æquo molimine, deſcribere; impres- 101.
ſiones ſive effectus integros in obicem firmum, ſimilarem, mollem, vel elaſticum, a ſimilibus actionibus correſpondentium membrorum ſimilium animalium productos eſſe in horum magnitudinum ſubtriplicatæ quintuplicata ratione. *Cap. VI*, de Cap. 6.
organo-

Pag. 104. organorum *similium* animalium robore, confirmat, maximas externas *potentias*, quales sunt pondera, &c. quæ directe suspendi possunt, vel superari ope musculorum, tendinum, ligamentorum, aliorumque instrumentorum animalium, in ipsorum actionibus tanquam vectes operantium, esse in magnitudinum similium animalium, quorum sunt organa, ratione sub-
105. sesquiplicata; in similibus animalibus vires, quibus ossa in externis potentiis superandis fracturæ resistunt, esse in magnitu-
106. dinum animalium ratione subsesquiplicata; majorum, *quam minorum*, similis structuræ animalium instrumenta, musculos, ligamenta, ossa, &c. in superandis potentiis per similes musculorum violentas actiones, ruptioni & fracturæ magis esse obnoxia, id-
Cap. 7. que in magnitudinum animalium ratione subsesquiplicata. *Cap. VII*, de mutationibus in fluidas firmasque similium *animalium*
Pag. 114. particulas per admistionem ingestorum inducendis, docet, si corporibus similium animalium ingerantur res quæcunque, sive medicamenta, sive venena, &c. quorum quantitates sint ut ipsorum animalium moles, tum similes prorsus has edere effectus, sive ex novis istis ingestis similes pati mutationes ani-
Cap. 8. malia. *Cap. VIII*, de motibus & viribus aeris in respiratione si-
Pag. 123. milium animalium, methodum, rationes motuum & virium aeris in similium animalium respiratione determinandi, explanat.
Lib. II. *Altero* hinc, de animalium calore, *Libro Cap. I*, de animalium ca-
Cap. 1. lore generatim, quali caloris gradu tepescant *animalia*, *homi-*
Pag. 136. *nes præsertim*, eæque, quæ humanam æmulantur *fabricam*, bestiæ, inquirit, & post plurimas accuratissime institutas observationes compertum habet, calorem suæ cutis elevare solere argentum vivum in thermometro *Fahrenheitiano* ultra gr. 97, non raro ad gr. 98; alios homines utplurimum eundem sui indicare calorem, quosdam pauxillum altius urgere mercurium, & totidem forte illum depressiorem relinquere; domesticas nobisque familiares bestias, canes, feles, oves, boves, sues, &c. nobis esse calidiores, & ad gradus quasi 100, 101, 102, 103, mercurium elevare posse, si thermometrum ipsorum undique cingatur cute. Ulterius paulum adhuc ipsum suo calore dilatare aves, ad gradus nimirum 103, 104, 105, 106, 107, & ultra

tra, uti, factis periculis in anseribus, anatibus, gallinis, per-
:ibus, columbis, &c. constitit. Praeterea vero pluribus edis- Pag. 146.
:it, motum vel circulationem sanguinis perennem esse veram
usam coloris animalium; animantis calorem praecipue produ- 148.
ab attritu motorum liquidorum in vasorum continentium la-
a; intensitatem caloris, ex datorum corporum attritu geniti, 154.
e in ratione relativae celeritatis motus eorum, in se mutuo
ritorum; liquidi, in canali moti, quantitatem attritus in istius 161.
era, calorem ad quamvis ejus sectionem generantis, esse in
ione composita celeritatis liquidi & diametri datae sectionis;
orem fluidi, per canalem lati, ex perturbato particularum mo- 162.
in omnibus datae cujusvis sectionis locis uniformem effici;
ores liquorum, per similes canales motorum, ab illorum in
:um latera attritu genitos, esse ut quantitates attritus, calo-
1 gignentis, ipsis canalium sectionibus applicatas. *Cap. II*, Cap. 2.
calore in variis ejusdem animalis partibus, conficit, in ra- Pag. 166.
icato canalium systemate, trunco nimirum in ramos, ramis-
: in minores ramulos, & sic porro, ordinatim divaricatis,
1oris, per ipsos fluentis, calorem, ab attritu genitum, posse effi-
'el omnino aequalem in omnibus, vel etiam, per quamcun-
: velis, rationem inaequalem, secundum varietatem ipsius di-
cationis; calorem in variis partibus animalis sani, ab aere ex- 168.
10 non frigentibus, ullove modo mutatis, naturaliter esse
: aequalem. In ramificato canalium systemate inveniri me- 179.
do hic proposita legem divaricationis trunci in ramos, ut
orum diametri transeuntis liquidi velocitatibus sint propor-
1ales, atque sic aequalis in utrisque conservetur calor; arte- 185.
corporis animalis disponi, & divaricari secundum talem le-
1, ut aequalis in trunco quovis ejusque ramis conservetur
r sanguinis, debita ubique velocitate fluentis. *Cap. III*, Cap. 3.
:alore diversorum animalium, & liquidorum natura, & so-
rum fabrica, similium, manifestum reddit, in similibus ani- Pag. 206.
ibus quantitates attritus circulantium fluidorum in respon-
tium vasorum latera, quo illorum gignitur calor, esse in
;nitudinum ipsorum animalium ratione subsesquiplicata; ca- 207.
s uniformes sanguinis in respondentibus similium anima-

Pag. 210. lium vasis esse æquales; sanguinis, per similium animalium arterias trajecti, velocitates esse harum arteriarum diametris ut-
Cap. 4. que fere proportionales. *Cap. IV*, de diversitate caloris anima-
Pag. 212. lium secundum varietates atque mutationes, solidis fluidisque nostri corporis illatas, ostendit, ceteris iisdem positis, calorem sanguinis secundum pulsus arteriarum magnitudinem va-
213. riari; calorem sanguinis animalium, ceteris paribus, pulsum
220. sequi frequentiam; a strictura & arteriarum angustia autem
222. dependere corporis nostri calorem; ceteris paribus calorem
227. sanguinis mutari secundum varias ipsius quantitates; sanguinis calorem variationes subire secundum varietatem ipsius crassi-
230. tiei, atque mobilitatis, neque minus ex variis aliarum rerum
234. cum ipso miscelis; calorem sanguinis, iisdem manentibus aliis,
236. quodammodo mutari secundum sulphuream particularum con-
240. stituentium naturam; calorem sensibilem corporis animalis mutari secundum particularum sanguinis constituentium variam densitatem; calorem corporis humani, ejusque partium, secundum varias anni tempestates, aerisque, nos ambientis, vicissitudi-
257. nes mutari; calorem exteriorum partium in vigilantibus, inter-
259. narum vero in dormientibus, aliquantum intendi; calorem ani-
Cap. 5. malium secundum varias ipsorum ætates esse diversum. *Cap. V*,
Pag. 271. de caloris animalium differentia secundum sexus varietatem, viros mulieribus esse calidiores, contendit. Ceterum acutissimus Autor, algebraicis demonstrationibus frequenter insistens, ad methodum rigoremque Mathematicorum exegit omnia, ut, quantum chartæ typorumque nitore exterius placet hic liber, tantum interna sua pulchritudine, & doctrinæ soliditate, Lectores, earum rerum cupidos, ad legendum invitet.

CALLIMACHI HYMNI ET EPIGRAMMATA, maximam partem ex interpretatione NICOD. *FRISCHLINI, & cum Scholiis veteribus. Adjectus est LUCIANI Timon, sive Misanthropus, cum Latina versione ERASMI ROTERODAMI, & succinctis JO. BOURDELOTII & aliorum Notis. In usum audito-*

ru-

rum suorum edidit, præfatus est, & Indices addi curavit,
M. JO. FRIEDLIEB STÜBELIUS, Annæbergensis,
Scholæ Provinc. Portensis Conrector.

Lipsiæ, ex officina Breitkopfiana, 1741, 8 maj.
Plag. 18.

Plurimis jam scriptis, atque etiam librorum novis editionibus, nomen sibi, præter insignem studiosæ juventutis formationem, comparavit beatus nunc *Stübelius.* Præsertim autem festivæ illius Præfationes, quo polluit, ingenii præ se elegantiam ferunt. Etiam hæc ipsa, quæ præ manibus est, eo maxime nomine laudari meretur. Continet ea querelas de *Callimacho*, ejusque scriptis. Sunt quidem nonnullæ de *Callimacho* querelæ ad autores suos referendæ, quas quidem vel ideo angit Noster, ut, quam leves sint ac nugatoriæ, cuilibet pateat, &, reliquas non omnino inanes esse, aut de nihilo, nemo non facilius intelligat. Huc pertinent, qui βραχυλογίαν ejus accusant, vel ingenium, magno Poetæ conveniens, in eo desiderant. Brevitatem quippe non sine causa adamavit, dum, μέγα βιβλίον ἴσον εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ, magnum librum magnum fere malum esse, existimavit. Maxime autem injurii in *Callimachum* sunt, qui eum ita natum factumque dicere audent, ut uberiora & ampliora proferre non potuerit; siquidem, ut *Ezech. Spanhemius*, *Lucianum* testem nominans, monuit, non semper fuit βραχύλογος, &, quoties rei tractandæ argumentum id exigeret, latius se subinde diffudit. Eodem passu ambulant, qui ingenium in ipso desiderarunt, vel tumorem ejus, aut aliud nescio quid, vituperaverunt. Beato contra *Stübelio* primam querelarum justiorum dolor, ex deploranda operum *Callimachi* jactura conceptus, expressit; quippe cum vix millesima operum ipsius pars ad ætatem pervenerit nostram. Multa nos non ignoraremus, de quibus vix obscurior fama duravit, & quæ tamen scire intererat omnium, nisi Ἄιτια, carmen, in quo causas variarum fabularum, rituum, & antiquitatum, exposuerat; nisi Θαυμάσια, in quibus mirabilia, per totum terrarum orbem obvia, collegerat; nisi ἱστορικὰ ὑπομνήματα,

Pag. 210. lium vasis esse æquales; sanguinis, per similium animalium arterias *trajecti*, velocitates esse harum arteriarum diametris ubi-
Cap. 4. que fere proportionales. *Cap. IV*, de diversitate caloris anima-
Pag. 212. lium secundum varietates atque mutationes, solidis fluidisque nostri corporis illatas, ostendit, ceteris iisdem positis, calorem sanguinis secundum pulsus arteriarum magnitudinem va-
213. riari; calorem sanguinis animalium, ceteris paribus, pulsuum
220. sequi frequentiam; a strictura & arteriarum angustia multum
222. dependere corporis nostri calorem; ceteris *paribus calorem*
227. sanguinis mutari secundum varias ipsius quantitates; sanguinis calorem variationes subire secundum varietatem ipsius crassi-
230. tiei, atque mobilitatis, neque minus ex variis aliarum rerum
234. cum ipso miscelis; calorem sanguinis, iisdem motibus agitati,
236. quodammodo mutari secundum sulphuream *particularum con-*
240. *stituentium* naturam; calorem sensibilem corporis animalis mutari secundum particularum sanguinis constituentium variam densitatem; calorem corporis humani, ejusque partium, secundum varias anni tempestates, aerisque, nos ambientis, vicissitudi-
257. nes mutari; calorem exteriorum partium in vigilantibus, inter-
259. narum vero in dormientibus, aliquantum intendi; calorem ani-
Cap. 5. malium secundum varias ipsorum ætates esse diversum. *Cap. V*,
Pag. 271. de caloris animalium differentia secundum sexus varietatem, viros mulieribus esse calidiores, contendit. Ceterum acutissimus Autor, algebraicis demonstrationibus frequenter *insistens*, ad methodum rigoremque Mathematicorum exegit omnia, ut, quantum chartæ typorumque nitore exterius placet hic liber, tantum interna sua pulchritudine, & doctrinæ soliditate, Lectores, earum rerum cupidos, ad legendum invitet.

CALLIMACHI HYMNI ET EPIGRAMMATA, maximam partem ex interpretatione NICOD. *FRISCHLINI, & cum Scholiis veteribus. Adjectus est LUCIANI Timon, sive Misanthropus, cum Latina versione ERASMI ROTERODAMI, & succinctis JO. BOURDELOTII & aliorum Notis. In usum audito-*

rum

rum suorum edidit, præfatus est, & Indices addi curavit,
M. JO. FRIEDLIEB STÜBELIUS, Annæbergensis, Scholæ Provinc. Portensis Conrector.

Lipsiæ, ex officina Breitkopfiana, 1741, 8 maj.
Plag. 18.

Plurimis jam scriptis, atque etiam librorum novis editionibus, nomen sibi, præter insignem studiosæ juventutis formationem, comparavit beatus nunc *Stübelius*. Præsertim autem festivæ illius Præfationes, quo polluit, ingenii præ se elegantiam ferunt. Etiam hæc ipsa, quæ præ manibus est, eo maxime nomine laudari meretur. Continet ea querelas de *Callimacho*, ejusque scriptis. Sunt quidem nonnullæ de *Callimacho* querelæ ad autores suos referendæ, quas quidem vel ideo angit Noster, ut, quam leves sint ac nugatoriæ, cuilibet pateat, reliquas non omnino inanes esse, aut de nihilo, nemo non facilius intelligat. Huc pertinent, qui βραχυλογίαν ejus accusant, vel ingenium, magno Poetæ conveniens, in eo desiderant. Brevitatem quippe non sine causa adamavit, dum, μέγα βιβλίον ἴσον εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ, magnum librum magnum fere malum esse, existimavit. Maxime autem injurii in *Callimachum* sunt, qui eum ita natum factumque dicere audent, ut uberiora & ampliora proferre non potuerit; siquidem, ut *Ezech. Spanhemius*, *Lucianum* testem nominans, monuit, non semper fuit βραχύλογος, &, quoties rei tractandæ argumentum id exigeret, latius se subinde diffudit. Eodem passu ambulant, qui ingenium in ipso desiderarunt, vel tumorem ejus, aut aliud nescio quid, vituperaverunt. Beato contra *Stübelio* primam querelarum justiorum dolor, ex deplorando operum *Callimachi* jactura conceptus, expressit; quippe cum vix millesima operum ipsius pars ad ætatem pervenerit nostram. Multa nos non ignoraremus, de quibus vix obscurior fama duravit, & quæ tamen scire intererat omnium, nisi Αἴτια, carmen, in quo causas variarum fabularum, rituum, & antiquitatum, exposuerat; nisi Θαυμάσια, in quibus mirabilia, per totum terrarum orbem obvia, collegerat; nisi ἱστορικὰ ὑπομνήματα,

ματα, seu commentarii historici; nisi opus de Museo, quod Alexandriæ hominibus eruditis alendis primum instituerat *Ptolemæus Philadelphus*, & his similia, ab eodem profecta, temporum injuria intercidissent. Præterea potiora tanti Poetæ carmina, eaque fere omnia, quibus magnitudo ingenii ejus censeri poterat, sunt intercepta. Si vel alia ejus Poemata minus curaremus, Elegias tamen, quo in genere, *Quintiliano* teste, princeps ille fuit, dolere nos oporteret, cum, quæ *Vulcanius* & *Daceria*, *Spanhemius* deinde & *Bentlejus*, magno quidem studio collegerunt, fragmenta sitim nequaquam expleant. Aliæ *Stübelii* adjunguntur querelæ, quod nemo adhuc inventus sit, qui reliquiis *Callimachi* ad illustrandum librorum Novi Fœderis stilum voluerit uti. *Cur enim nefas sit* (verba sunt Theologi cujusdam, citati a *Balthas. Stolbergio* in Programmate, *quo* Græcarum literarum studiosos ad lectiones publicas, quibus Epistolam *Pauli* ad *Ephesios* philologice interpretabatur, invitavit,) *vel apud Philistæos, Ebræorum exemplo, vomeres nostros & ligones ac rutra exacuere, ut hisce instrumentis adjuti, agrum dominicum pastinare, omnesque glebas ejus frangere, &, quo Apostolus verbo usus est, ὀρθοτομεῖν, commodius possimus?* &c. Non potest ergo mirari satis Noster, *Callimachum*, sacra in Hymnis suis tractantem, tanto studio, ut præ aliis sui generis Theologi nomen meritus sit, non dignum cuipiam visum, ex quo lumen sacrum verborum Christi & oratorum ejus contextui accenderetur, cum Ill. *Spanhemius* in amplissimo, quo Grævii *Callimachum* ornavit, Commentario, non uno specimine, quem usum præstent ejus carmina in antiqui Fœderis tabulis explicandis, demonstratum dederit. Dat igitur & nobis novæ querelæ occasionem Cel. Editor; promittit enim, fore, ut ejusmodi laborem suscipiat ipse, inque publicum edat: quæ vero spes, post obitum *Stübelii*, non sine luctu nostro, decollasse videtur. Sed nec ipse querelarum adhuc finem facit. Publice præterea profitetur, se vehementer dolere vicem *Callimachi*, vel potius eorum, qui ex eo proficere potuissent, quod tam diu neglectus e scholis exulaverit. Ex quo enim *Nicod. Frischlinus* ultimam hujus Poetæ reliquiis admovit manum, sesquiseculum

abiit

abiit cum triennio, intra quod ſpatium nemo de eo, ut ſcholaſticæ juventutis uſibus accommodatæ prodirent, cogitavit; hincque facile conjicimus, quamdiu his deliciis carendum fuerit literarum cultoribus. Cum vero *Daceriæ* is *Callimachus* viſus ſit, ex cujus lectione ad Græcæ linguæ ſtudioſos, oratoriæ ſcientiæ cupidos, & antiquitatis amantes, tantus tamque largus fructus redundet, ut eum non pueri modo, ſed & viri, non intelligere, ſed etiam memoriæ mandare, debeant, idemque inter illos ſcriptores ab *Antonio Blackwallio* referatur, qui numquam plane ſeponi debeant, ſiquidem toties eorum lectionem repetere operæ pretium ſit, quoties cujusque otium id permittat; quid indignius erit, quam negligi tantæ utilitatis librum, & a juventutis erudiendæ oculis manibusque removeri? Habuit indidem curioſiſſimus *Stübelius*, cur, monitis præterea & parentis olim & tunc Cel. *Freytagii*, accenſus, libellum iſtum in gratiam auditorum iterum ederet. Ita vero hoc executus propoſitum eſt, ut, conſultis optimis exemplaribus, quorum quidem copia fuit, quicquid in *Friſchlini* editione Baſileenſi peccatum deprehenderat, ejiceret, ſervata ejus verſione, quæ ſimplicitate verborum ſe commendat, & captui juvenum eſt accommodata. Pro Notis, quibus carere poſſe Autores viva voce explicandos arbitratur, Scholia Græca adjecit, ne contextus plane nudus exhiberetur, & ut diſcentes, in aliorum hujus generis ſcriptorum lectione verſaturi, ejusmodi veterum commentationibus, Græca lingua conceptis, mature aſſueſcerent. Acceſſit *Timon Luciani*, ut etiam ab eo ſcriptore, quem Atticæ eloquentiæ exemplar ſincerum eſſe, omnes fatentur, guſtarent alumni appoſitas dapes. Secuturus *Lamberti Barlæi* exemplum, qui hunc Dialogum, Scholiis illuſtratum, Lugduni Batavorum A. 1651 evulgavit, eundem Noſter ſeorſim, cum ſpecimine Lexici *Lucianei*, prodromum quaſi *Chreſtomathiæ Lucianeæ*, edere conſtituerat. Sed, cum ſumtibus parcendum videret, mutato conſilio, duo fercula uno miſſu appoſuit. In hunc autem potiſſimum Dialogum incidit occaſione *Pluti Ariſtophanei*, antea publice propoſiti, cujus expreſſum exemplar eſt, ut fuſius laudatus modo *Barlæus* in Dedicatione illius Dialogi demonſtravit.

vit. Nos autem, postquam monuerimus, in Dedicatione Gymnasium provinciale atque illustre Ruthenorum, quod Geræ floret, ut & Scholam Schlaizensem, temere Scholis Saxonicis accenseri, finem imponimus versibus, imagini Poetæ, in ipsi libri fronte conspicuæ, subjectis:

Callimachi parva hæc magni ingens spirat imago
Ingenium, Naso quod putat arte minus.
Carmina volve viri, fuerit tibi magnus utrimque,
Arte ac ingenio. Major imago liber.

JO. FRED. GRONOVII, CELEBERRIMI Viri, Lectiones Plautinæ, quibus non tantum Fabulæ Plautinæ, & Terentianæ, verum etiam Cæsar, Cicero, Livius, Virgilius, Ovidius, aliique Scriptores veteres bene multi, egregie illustrantur, nunc demum editæ e MSto. Accedit Vita Autoris, nunquam ante typis descripta.

Amstelodami, apud Jo. Haffman, 1740, 8 maj.
Alph. 1 plag. 4.

Editor doctissimus, qui nomen suum reticuit, in Præfatione memorat, *Gronovium* scholas privatas in Autores Latinos primum Daventriæ aperuisse, easque Leidæ continuasse. Hinc pleræque ejus Commentationes enatæ, & *Plautinæ inprimis Lectiones*, quæ non sunt subito scriptæ, sed cum cura elaboratæ. Deinde fatetur, se eadem commentandi ratione pleraque scripta manu *Cuperi*, *Scherpenzelii*, *Gulichii*, & *Bosschii*, possidere, itemque duplex exemplum commentationum in *Ciceronis Orat. Verrinas*, in *Epist. ad Familiares*, & *ad Atticum*, Notas in *Officia*, ex quibus *Grævius* & *Verburgius* quædam protulerint: porro duplicem Commentarium in *Ovidii Metamorphosin*, scholas privatas in *Senecam Tragicum*, observationes ad *Petronii Arbitri Satyricon*, & Notas in *Pap. Statii Thebaida*; præterea ejusdem *Gronovii* studio elaborata, *Cuperi* autem manu scripta Collectanea de vitiis Latini sermonis; Judicia Romanorum, tam publica, quam privata, seu rationem tractandi apud Romanos

Lis

lites & controversias; Syllabum Autorum linguæ Latinæ, qui supersunt; *Justini* aliquot loca emendata; Persarum & Thebanorum Reges; *Legem 20 Digest. de Hæredit. petit.* emendatam & explicatam; Leges *Tib.* & *Caj. Gracchorum, L. Apuleji Saturnini,* & *M. L. Drusi*, a *Gronovio* collectas. Præfationem sequitur vita *Jo. Fred. Gronovii*, qui A. 1611, 6 Id. Septembris, Hamburgi natus, patre usus est *Davide*, Canonico ibidem, deinde civitatis Bremensis Syndico. Adultior factus, se contulit in Academiam Altorfinam, Juris scientiæ operam daturus, sed altero anno post Groningam adiit ad audiendum *Anton. Matthæum*, qui vulgo *alter Papinianus* dicebatur, ubi non diu commoratus, Norimbergam repetiit, &, præter Senatus Bibliothecam publicam, privatas *Georg. Richteri*, *Ulrici*, *Sauberti*, *Pirckheimeri*, *Rittershusii*, perlustravit, & *Casparis Hofmanni*, Professoris Medici Altorfini, judicium, in dubia scriptione locorum, qui in Autoribus classicis occurrunt, in consilium adhibuit. Inde Bremam reversus est, quæ, quia varia fortunæ vicissitudine erat commota, effecit, ut se Hamburgum reciperet, unde paulo post Hagam, ad secreta, ut dicere solebat, fori perdiscenda, migravit, non Leidam, ne eruditorum æmulationibus, quæ erant inter *Claud. Salmasium* & *Dan. Heinsium*, immisceretur. Rixæ, agitatæ inter tantos viros, recensentur. Pag. 11 seq. Hagæ cum esset, de sententia *Andreæ Riveti*, operam addixit *Isaaci Casauboni* Epistolis edendis, quæ, prelo subjectæ, ad decimum annum, ob dissensionem inter *Heinsium* & *Rivetum* ortam, conquieverant. Primus *Gronoviani* ingenii fœtus erat *Diatribe ad Statii Papinii Sylvas*, cui se *Emericus Cruceus*, Monachus, opposuit, qui antea *Statium* cum Scholiis *Luctatii* ediderat. Hinc in utramque partem Dissertationes luci publicæ sistebantur. In Anglia non diu commoratus est, quod nulli extero Bibliothecam adire *Bodlejanam* liceret. Ex *Arundelliana* quosdam Codices contulit. Quo facto, in Galliam eodem anno exeunte navigavit, ibique Parisiensem Bibliothecam adiit, & consuetudine virorum doctrina illustrium usus est. Parisiis relictis, excurrit cum itineris comitibus in præcipuas Galliæ, ut vocant, provincias, & anno ætatis undetri-

gesimo Andegavi, agnatorum consilio, Doctoris Juris dignitate se ornari passus est. Inde in Italiam iter vertit, ex qua in locum *Mart. Schoockii*, qui Groningam abierat, ad munus Daventriæ Historiam & Eloquentiam docendi evocabatur. Re ibi domestica constituta, *Livium* observationibus illustraverat, de quibus *Salmasius* sinistre judicans, eas pro ingenii *Heinsiani* fœtu venditaverat. Regina Sueciæ, *Christina*, ei favebat; Archiepiscopus & Dux Holsatiæ, *Jo. Fridericus*, dabat ei Vicariatum, quem vocant, Bremæ, ut reditus ejus studia adjuvarent. Daventrienses, cum *Gronovii* merita intelligerent, ei *Seviratum* offerebant, hoc est, magistratum urbanum, penes quem jus est in Senatum legendi, & magistratus creandi ex suo ipsorum collegio. *De Sestertiis* scribebat Commentarium, quem *Salmasius* indigne ferebat, quod ei non significarit epistola, an tale quidpiam facturus esset, se volente. Quis vero ignorat *Salmasii* arrogantiam animi? Curatores Academiæ Leidensis, cum intelligerent, *Gronovium*, præter publicas, privatas domi suæ literarum cultoribus Daventriæ, exemplo nondum usitato, aperire, ejus industria movebantur, ut Leidam honestis eum conditionibus arcesserent. Quo tempore adversarium nactus est *Mart. Schoockium*, Professorem primum Daventriensem, cui *Gronovius* successerat, deinde Groninganum, & demum Francofurti ad Oderam. *Schoockius* ediderat Orationes, quarum lectionem studiosis dissuadebat Noster, nisi prius e *Cicerone*, *Fabio*, aliisque veteribus, didicissent, quid delectaret, *quid prodesset*; quo facto, aliorum recentioris ævi Orationes possent legere. Deinde ignominiæ loco ferebat *Schoockius*, quod *Gronovius* scholis privatis operam addixisset. Hinc in *Exercitationibus*, quas ediderat, *Gronovii* sententiam de centesimis & unciis usuris infirmabat, sed non satis considerate. Quo fiebat, ut varia scripta typis publicis exscriberentur, quæ *pag. 26* nominantur. *Ezechiel Spanhemius*, cum juventutem Principis *Caroli*, *Caroli Ludovici*, Electoris Palatini, filii unici, moderaretur, *Gronovium* ad munus in Academia Heidelbergensi obeundum ad se allicere volebat, sed frustra. Leidæ igitur mansit in magna nominis celebritate, quæ honore Præfecti Bibliothecæ Academicæ augebatur; maxime

autem

autem honorario annuo a *Ludovico XIV*, Rege Galliæ, ornabatur. A. 1669, cum peſtilentia multi cives Lugduni, in eisque viri celeberrimi nominis, abſumerentur, Amſtelodamum vocabatur. Sed pertinaci morbo laborabat, tumore nempe pedum, & ciborum faſtidio; nihilo minus vehiculo vectus, eodem anno, quo mortuus eſt, faſcibus Academicis ſecundum depoſitis, Orationem *de Lege regia* publice habuit, in qua de calamitate publica, quam Leida experta eſt, non ſine animi dolore expoſuit. Anno 1671 exeunte, ætatis autem ſexageſimo primo, e vita exceſſit. Diſtichon ejus imagini ſubſcriptum erat:

Hamburgum genuit, civem adſcivere Tubantes
Et Batavi; Pallas cura Themisque viro.

Vitam expoſitam excipit Præfatio Clariſſ. Autoris, in qua de- Pag. 81.
clarat, tria eſſe inprimis, quæ veterum libros ex utilitate nobis commendent: lectionem, quam veluti meſſem & vindemiam habet; meditationem, quæ cum tritura confertur, & area torculari; memoriam, quæ inſtar horrei eſt, aut cellæ oporothecæ, & apothecæ. Memorat, veteres in legendis libris uſos eſſe Græcorum litera χ, hoc eſt, ſe χρείαν, χρῆσιν, aut χρήσιμον, aut χρειῶδες, quod notatu dignum, deprehendiſſe; aut duplicem Latinorum literam LL adſcripſiſſe, hoc eſt, laudabilem eſſe locum, qui inter legendum occurriſſet. Nunc ſequuntur ipſæ *Lectiones Plautinæ*, in quibus prima eſt Comœdia *Amphitruo*, ex cujus Prologo Autor doctiſſimus notat, *ſirempſe legem*
alicujus, alicui, aut *de aliquo, eſſe*, ſignificare, de aliquo eſſe con- 4.
ſtitutum, valere, eadem lege teneri, reum eſſe, eisdem pœnis
vel multis obnoxium eſſe, obligari. *Act. I Sc. 1, ingratiis aliquem* 8.
excitare a portu foras, ita explanat, ut, idem eſſe, doceat, ac invitum & contra voluntatem jubere, vel cogere aliquem ire, aut pro-
ficiſci. *Adorea afficere* indicat immortali afficere gloria. Quam 10.
formulam dum illuſtrat, meminit *Gronovius*, Romanos milites usque ad annum U. C. 354, Vejis obſeſſis, nihil accepiſſe e publico, niſi forte aliquantum frumenti, poſtea frumentum ſupra ſtipendium, eoque tum ante, tum poſt ſæpe, virtutis cauſa, dona-
tos. Formula, *vocare ſervos ad pileum*, eſt, ſollicitare eos, promiſſa 14.
libertate, ad ſeditionem, & vim faciendam. *Seditionem* uſur-

 pari

Pag. 17. pati de turba privatorum, firmæ auctoritatibus. *Pro cerritis circumferri* indicat, tanquam insanum, aut mente captum, et ritu & superstitione veterum lustrari, sacro facto, purgari, et
23. circum templa ferri. *Percipere* idem est, ac pertingere, pervadere, penitus capere atque occupare, non quo modo sensu aut mente præditi percipere aliquid dicuntur; sed percipiunt nos, quæ attingunt, pertentant, titillant. Comœdia secunda
26. est *Asinaria*, cujus *Act. I Sc. 1* verba Autor illustrat, *quæ sortitus despuas*, ex Autoribus classicis ipsorum religionem & ceremoniarum
29. commemorans & *opsionis* vocem illustrans. *Facere no-*
30. *men alicujus, ut sit apud Tresviros*, est accusare aliquem. *Græ-*
31. *ca fide mercari*, idem est, ac præsente pecunia; & *objecta-*
37. *re alicui negotio*, proprie est, malum omen afferre. *Rejicere alicui nummos*, est per chirographum ab alio, argentarium de mensa, numerare, vel solvere; ubi Autor noster multa de trapezitis, argentariis, nummulariis, danistis, habet. *Act. III*
44. *Sc. 1, portisculum habere*, idem esse, pronuntiat, ac moderamen & imperium quiescendi & agendi, dictare metum & quietem,
46. vices loquendi & tacendi. *Reges & domini* Romæ alias erant nomina incivilia, quibus divites, convivatores lautos, appellabant, qui amicos humiles, & re familiari angustiori, frequenter
48. convivio excipiebant. Ex *Aulularia* notat, *digitum transversum* significare brevissimum tempus, & in transcursu explanat *Se-*
49. 52. *necæ aquam saccatam. Indicare* dicit esse proprium venditoris
54. vocabulum. *Putare & disputare rationes*, idem esse, ac ratio-
67. nem subducere. Ex *Captivis venare leporem; nunc irim tenes*, interpretatur alio proverbio, carbones pro thesauro quærere.
70. *Præverti alicui rei* idem esse ait, ac, relictis rebus omnibus, ad hanc unam prius curandam se vertere & componere. *Man-*
72. *tellum*, nuncupatum a *mauto*, quod veteres Latini pro amictu
77. dixerunt, illustrat ex Autoribus. *Hæreditatem sine sacris adipisci* est, maximum commodum & lucrum sine sumtu vel impendio
85. adipisci. In *Curculione Act. II Sc. 2 incubare Jovi*, aut *alicui Deo*, dicebantur, qui aliquo malo afflicti, præcipue morbo, pernoctabant in templis, ut per quietem a Diis monstrata reme-
86. dia acciperent. *Ceram primam* veteres dicebant pro prima pa-

gina

ina tabularum ceratarum, seu libelli, ex pluribus tabellis comositi. *Mancipio dare & accipere rem emtam*, est, ita trade- Pag. 89.
: & auferre, adhibita libra & ære, & quinque testibus, ciibus Romanis, præsentibus, ut evictionis periculum præstetur venditore. *Centuriatum esse expuncto in manipulo*, est, mi- 94.
fice deceptum, & spe sua fraudatum, esse. In *Casina* notat, 98.
:rbum *mulcare* esse, verberibus afficere; *multare*, pœnam pecuariam exigere. *Mercerii* observationem ad *Alexandrum ab Ale-* 101.
ındro falsam esse dicit ex *Suetonii Claud. Cap. 26.* Dicitur enim imperator dotem inter auspices consignasse, cum *Messalinam* :llet dimittere. *Titivilitium* quid sit, explanat, & formulam, 106.
m ego istuc emissim titivilitio, esse dicit, non emerim, vel :rmutarim, illud re quavis vilissima, si copia sit. *Barbarica* & 114.
:rbara olim pro magnificis & sumtuosis fuisse dicta, observat utor. In *Cistellaria* occurrit interpretatio *expungendi, dispun-* 125.
ndi, subscribendi rationis. *Admœnire fabricas alicui*, est, aggre- 130.
aliquem callide & per artem. *Epidicus* habet formulam, *piacu-* 141.
rem fieri ob stultitiam alterius, quæ significat, luere, quod alius 144.
:ccavit; ubi de piaculo & de expiatione multa proferuntur.
vi sinistra exire, est, aliquid ordiri secundis auspiciis, bonis o- 148.
inibus. *Defloccati senes*, hoc est, qui quasi detriti sunt, calvi, 157 seq.
fumti ævo & senio, causam dant Autori differendi de decrepi- & defloccatis. *Pedibus pulmoneis esse, incedere*, dicitur vel de 159.
do incessu propter mollitiem pulmonis, vel de motu pulmoperpetuo, vel quod pedes sint tumidi & inflati. *Bacchides* 165.
|uuntur, unde notamus, Autori dicendi formulam, *alas arun-* *ıe verberatas habere*, idem significare, ac blando teneri alloio & illecebris; immo in quovis vinculo quasi alligatum evare, & in plenam libertatem se vindicare non posse. *Pancrati-* 171.
valere, est, valere instar Pancratistarum, ad quorum artem seu :rcitium, *pancratium* dictum, valentissimum robur exigeba-
. *Januam Orci* veteres appellabant loca pestilentia infecta, 174.
de certam perniciem imminere, & aditum ad manes esse, eximabant. *Ab transenna cibum petere*, dicitur quasi proverbio, 182.
ı capitis periculo petere id, quod placet. Ex *Mostellaria* at Autor *allium* & *sal* pauperum fuisse cupedias. *Clavis La-* 189.195.

conica est, quæ ab exteriore forium parte immittitur claustra
Pag. 199. ad aperiendum, qualibus hodie fere utimur. *Hoc habet*, formula est ex schola gladiatorum, id est, tactus est, consilium est peractum. *Musice ætatem agere*, idem est, ac concinne & eleganter, & sumitur in bonam partem. Ex *Menæchmis* o-
207. stenditur, *scitamenta*, Græce ἡδύσματα, esse cupedias, ciborum
211. delicias. *Homo multus* Latinis semper in malam partem usurpa-
221. tur pro ardelione & satageo. In *Milite glaucoma objicere in alicujus oculos*, significat occæcare aliquem, oculos inutiles reddere, facere, ut ne quis videat. Glaucoma appellatur vitium, quod in oculis existit, quo visus impeditur, quando pu-
223. pilla, præter naturam, glaucescit. *Elephanti corio circumtectum esse*, est, nihil sentire, nihil sapere, stupidum esse. *In*
228. *Umbria natum esse* dicitur de homine rustico, ineleganti, im-
234. polito, incomposito. *Vivere de suo vespere*, est, habere do-
238. mi, unde se sustentet. *Mercator* habet *protelare aliquem*, quod idem esse *Gronovius* existimat, ac protelo ducere, hoc est, uno tenore & continuo tractu ducere, & usurpatur de jugali-
240. bus animalibus. *Spectare peplum* idem est, quod spectare pompam in Panathenaicis, festo die Atheniensium. Peplum erat carbasus seu velum, quod vocabant, quia laneum erat, in quo acu pingebatur Titanomachia, & victoria *Minervæ* de *Encela-*
253. *do* gigante, quæque alia *Minerva* præclare gesserat. *Pseudolus* habet *opponere pignori*. Latini vel *opponere* simpliciter dicebant de omni re, sive mobili, sive immobili, quæ pro credito in securitatem creditoris eidem a debitore vel tradebatur, vel obligabatur, ut Græci ὑποτιθέναι tam de pignore,
254. quam de hypotheca. *Porricere* est verbum vetus sacrificantium, significatque, partem prosectam, quæ proprie Diis da-
260. batur, mensæ sacræ imponere. *Venena* interdum dicuntur unguenta, quibus sagæ, quæ propterea veneficæ dicuntur, aut in se transformandis, aut in aliis vexandis, miraculisque illis, seu potius ludibriis, quæ de magica arte tradit vulgus, efficiendis, utebantur. Venena dicuntur etiam de quovis humore
269. aromatico, aut fuco, vel tinctura. *Lemnisci* sunt fasciolæ purpureæ, circumvolutæ ac dependentes e coronis, quibus veteres

in

læto & festivo habitu frequenter utebantur. *Væ victis*, est Pag. 272.
rmula elegans insultantium adversariis victis. Potest etiam
lhiberi, quotiescunque durius consultum in victos, aut non
rvatas illis promissas conditiones, significare volumus. Ex 274.
rnulo decerpimus *bonum factum*, solennem præfationem edi-
orum, qua cives sui officii admonebantur. Significatur eo,
nos homines, & qui tales haberi volunt, parere debere.
ræ, liræ, aut λῆροι, λῆροι, vox irridentium alicujus sermonem, 277.
rinde ac Latine dicentium: *nugæ*. *Corbitæ* sunt naves onera- 283.
:, dictæ a forma corbis rotundæ. *Latrocinari* sine probro 285.
:ebant veteres pro mercede mereri in militia. *Persa* utitur
juendi formula *Eleutheria ugitare*, quæ significat vivere, 295.
quam liber sis, in omni genere licentiæ. *Quadruplare* 296.
oprie est accusatorum, qui ea persequebantur, quorum ex
ibus quadrupli erat actio. *Redigere argentum*, vel *pecuniam*, 303.
ı est reddere, sed aut ex mercibus rebusque venditis con-
:re, aut ab iis, qui debent, exigere, & recipere, debitum.
Rudente hæc afferuntur. *Thyestæ*, vel *Terei*, *cœna* est sce- 318.
ıta, inhumana, quia fabulæ Poetarum narrant, *Thyesten* &
ea non hominum modo, sed etiam filiorum, visceribus pastos.
mana Græcia dicitur ipsa vera Græcia, quæ Græciæ majori in 321.
ıa opponitur, aliisque Græcis in Asia urbibus, in quibus bar-
Græcis erant permixti. Ad formulam, *raso*, vel *ir-*
, *capite homines*, notat Autor, cum viderint anti- 325.
homines irraso aut raso capite, inde conjecisse, quod
fragium evasissent. Observatum est a curiosis rerum natu-
m, in mari per naufragium jactatis, etsi evadant, ungues de
tis decidere, & extremitates cutis, vel corporis, tabescere.
ummus dilucidat locutionem, *rem auctorem dare*, quæ no- 338.
aliquid pro re ipsa, vel rerum testimoniis, probare &
irmare. *Sarta tecta* proprie dicuntur ædificia integra, & 341.
artibus, & in tecto. Utebantur ea formula in locutioni-
publicorum operum magistratus Romani. *Exigi pecuniam* 344.
sione, est flagitari & cogi solvere pecuniam, quam pro
spoponderis. *Habeone pactam*, est formula, qua uteban-
n despondendis futuris uxoribus. *Scriptura* dicebatur ve- 354.
ctigal

ctigal e silvis & pecore pascendo, quod dabant pecuarii [illegible] pastores. Hinc *scripturam dare* significat, dare vectigal [illegible] tum publicanis, a quibus ager & pascuum pascendo per conducitur.

Pag. 356. *Causam noscere* est excusationem accipere, [illegible] mittere.

360. *Premium* interdum idem est, ac præda. *Cer*[illegible]

364. *dicere*, est nugari, fabulari, monstra & prodigia loqui, [illegible] utplurimum fabulosa & mendacia sunt.

EXTRACTUS ARTICULORUM ET DIPLOMA-tum, super Religionis negotio in inclyto regno Hungariæ conditorum, S. Reg. Majestati Hungaricæ & Bohemicæ in mense Augusto A. 1742 exhibitus.

Sine die & consule, 4.

Plag. 11.

Collectionem significamus sententiarum, ex Diplomatibus [illegible] que publicis decerptarum, quibus religioni Protestantium [illegible] ab A. 1606 usque ad A. 1711 a Regibus Hungariæ clementer fuit provisum. Videbatur A. 1604 aliquid novi & insolentis [illegible] Comitia a Rege *Rudolpho II* constitutum. Id vero, libertati religionis Evangelicorum adversum, A. 1606 in pacificatione Viennensi [illegible] sublatum, ipsisque exercitium religiosæ libertatis inviolatum fuit redditum. Memorabilia sunt hæc indidem verba: *Tam majora, quam minora, officia regni, etiam externa, & confiniorum præfecturas, ex consilio Hungarico, Hungaris & nationibus, ei annexis, idoneis, nullo interposito religionis discrimine,* (Rex) *conferet.* Confirmarunt posthac Evangelicis per Hungariam, ac regna, ei juncta, liberum *religionis exercitium* *Matthias II* A. 1608, *Ferdinandus II* A. 1622, *Ferdinandus III* A. 1638, 1647, & 1649, *Leopoldus Magnus* A. 1659, 1662, & 16[illegible] denique *Carolus VI* A. 1715, reliquamque religionis exæquationem politicam & externam. In calce adduntur 1) compendium *Leopoldinæ* explanationis ad Archiepiscopum Colocsensem, qua denuo Rex [illegible] xit, ut secundum articulos, Sopronienses & Posonienses [illegible] libertas & exercitium religionis perstaret Evangelicis inviolatum, [illegible] Regium consultum, A. 1708 sub finem Comitiorum promulgatum, 3) compositio Zathmariensis, ad A. 1711 referenda, ac denique [illegible] formula jurisjurandi, compositioni eidem Zathmariensi consentanea. An semper Hungari istis Diplomatibus congruenter senserint libertatis conscientiæ fructus, ipsi omnium optime norunt. Ipsi vero [illegible] magnam spem venerunt nuperrime, fore, ut Regina ipsorum [illegible] tissima leges, creberrime repetitas, tandem jubeat valere, [illegible] dem ipsi vitam sanguinemque pro salute Austriacarum terrarum [illegible] 1742 alacriter intrepideque Marti obtulerunt.

INDEX AUTORUM,

quorum Libri, aut Inventa, in hoc Volumine recensentur.

Libri Theologici, & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.

Moshemii (Jo. Laur.) Institutiones Historiæ Christianæ recentioris.

Institutiones Historiæ Christianæ majoris. Seculum primum. 26

Peterfy (Caroli) Sacra Concilia Ecclesiæ Romano-Catholicæ in Regno Hungariæ celebrata. Tomus I. 67

Pontoppidani (Erici) Annales Ecclesiæ Danicæ diplomatici. Pars I. 241

Saligii (Christiani Aug.) Plena Concilii Tridentini Historia. Pars II. 578

Stein (Jo. Frid.) Cogitata, rationi consentanea, historica & theologica, in veritatem, antiquitatem, & originem divinam, scriptorum Vet. & Novi Fœderis. 618

Tennisonii (Thomæ) Commentatio theologico-historica de Apparitionibus Dei in Vet. & Novo Testamento symbolicis, e Lingua Anglica in Latinam translata. 679

Wyttenbachii (Dan.) Tentamen Theologiæ dogmaticæ, methodo scientifica pertractata. Tomus I. 159

II. Libri Juridici.

Anonymi Solida deductio S. R. I. Liberæ Civitatis Noribergæ ex Commissione perpetua Aug. Imperatoris & Imperii competentia, & per aliquot Secula quiete & sine ulla contradictione habita, custodiæ Insignium Imperii. 111

De Antiquis (Ricciardi) Epistola, qua Hermanni Conradi F. Sinceri sententia de usu Juris Feudalis Longobardici in Germaniæ terris exponitur ac trutinatur. 363

Bornii (Jac. Henr.) de Communione peregrina, veteri Clericorum censura, Commentatio. 505

Brissonii (Barnabæ) Antiquitatum ex Jure civili selectarum Libri IV, cum annotationibus Alberti Dieterici Trekell. 661

Buderi (Christiani Gottlieb) Amœnitates Juris Feudalis. 355

Kahlii (Lud. Mart.) Elementa Juris Canonico-Pontificio-Ecclesiastici, tum veteris, tum hodierni. Tomus I. 598

Marckarti (Jo. Guil.) Probabilia receptarum lectionum Juris Civilis. Pars II. 322

Digitized by Google

III. *Libri Medici & Physici.*

IV. *Libri Mathematici.*

V. *Libri Historici, Geographici, &c.*

Wi[illegible]

VI. *Libri Philoſophici & Miſcellanei.*

Henſelii

Quinta

INDEX
RERUM NOTABILIORUM.

A.

ëtigal e silvis & pecore pascendo, quod dabant
pastores. Hinc *scripturam dare* significat, dare
tum publicanis, a quibus ager & pascuum pasc
Pag. 356. conducitur. *Causam noscere* est excusationem a
360. mittere. *Præmium* interdum idem est, ac præd
364. *dicere*, est nugari, fabulari, monstra & prodigia
utplurimum fabulosa & mendacia sunt.

EXTRACTUS ARTICULORUM ET DI
tum, super Religionis negotio in inclyto regno H
conditorum, S. Reg. Majestati Hungaricæ &
micæ in mense Augusto A. 1742 exhibitu

Sine die & consule, 4.
Plag. 11.

Collectionem significamus sententiarum, ex Diplomatibus
que publicis decerptarum, quibus religioni Protestantium
ab A. 1606 usque ad A. 1711 a Regibus Hungariæ clemen
fuit provisum. Videbatur A. 1604 aliquid novi & insolentis
nis Evangelicorum adversum, a Rege *Rudolpho II* constitutum. Id vero, libertati re
sublatum, ipsisque exercitium religiosæ, A. 1606 in pacificatione Vienner
ditum. Memorabilia sunt hæc libertatis inviolatum fu
minora, officia regni, etiam externa, indidem verba: *Tam majora,*
filio Hungarico, Hungaris & nationibus, ei annexis, idoneis, nullo
Posito religionis discrimine, (Rex) *conferet.* Confirmarunt posthac
angelicis per Hungariam, ac regna, ei juncta, liberum religionis
citium *Matthias II* A. 1608, *Ferdinandus II* A. 1622, *Ferdinand*
A. 1638, 1647, & 1649, *Leopoldus Magnus* A. 1659, 1662, &
denique *Carolus VI* A. 1715, reliquamque religionis exæquation
liticam & externam. In calce adducuntur 1) compendium *Leo*
explanationis ad Archiepiscopum Colocsensem, qua denuo R
xit, ut secundum articulos, Sopronienses & Posonienses in
libertas & exercitium religionis perstaret Evangelicis inviola
Regium consultum, A. 1708 sub finem Comitiorum promul
3) compositio Zathmariensis, ad A. 1711 referenda, ac de
formula jurisjurandi, compositioni eidem Zathmariensi conf
An semper Hungari istis Diplomatibus congruenter senserint
tis conscientiæ fructus, ipsi omnium optime norunt. Ipsi
magnam spem venerunt nuperrime, fore, ut Regina ipsorum
tissima leges, creberrime repetitas, tandem jubeat valere
dem ipsi vitam sanguinemque pro salute Austriacarum terr
1742 alacriter intrepideque Marti obtulerunt.

✲ ✲ ✲

INDEX AUTORUM,

uorum Libri, aut Inventa, in hoc Volumine recensentur.

Libri Theologici, & ad Historiam Ecclesiasticam spectantes.

II. *Libri Juridici.*

Moser

III. *Libri Medici & Physici.*

IV. *Libri Mathematici.*

De

V. *Libri Historici, Geographici, &c.*

Wilde

VI. *Libri Philosophici & Miscellanei.*

Henselii

Quin-

✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲✲

INDEX
RERUM NOTABILIORUM.

Æræ

Artis

In Cal-

Ascanii

Chrono-

Exem-

Geogra-

Exem-

Geogra-

Heumann

Leibnitii

M.

Milliar[illegible]

Ossium

Ponte-

Ossium

Sa[illegible]

Jer.

Jo. XI,

sam

In Tri-

Digitized by Google